DN. PROSPERI

FARINACII IVRISCONSVLTI ROMANI, &c.

Tractatus De HÆRESI,

[redacted] QVI EST [redacted].

Operum Criminalium PARS VIII.

IN QVA PER QVÆSTIONES, REGVLAS, AMpliationes, Limitationes, quidquid de Iure Ciuili, & Canonico: Quidquid sacris Consiliis, Summorumque Pontificum Constitutionibus sancitum, & communiter in ea Materia receptum: Quicquid deniq; in Praxi seruandum, breui methodo illustratur.

CVM ARGVMENTIS, SVMMARIIS, ET INDICE locupletissimo.

PRIVILEGIO S. CÆS. MAIEST. MVNITVS.

[redacted]  [redacted].

Ex libris Davidis Christophori Wol-
lenberger J.V. Lic. 1698.




PROSTAT

Francofurti ad Mœnum, Sumptibus Hæredum D. Zachariæ Palthenij.

ANNO M. DC. XIX.

A. 5168.


CORNELL UNIVERSITY
The
President White
Library
RECEIVED 1891.



PAVLO QVINTO PONT. MAX.

PROSPER FARINACIUS.



NIHIL habet tua Beatiss. Pater Regalis Sacerdotij Christiana Felicitas, neq; fructuosius ad vitæ iucunditatem: neque salutarius ad Virtutis vsum: neque præclarius ad amplitudinem nominis: neque magnificentius ad Imperii dignitatẽ, quam vt acceptam diuinitus in populos promulgandæ Veritatis authoritatem, & edocere sapienter, & retinere constanter, & perpetuo tueri queat. Vt enim, si quis Principem & moderatorem luminũ solem e mundo tollat: omnem continuo tollat pulchritudinem rerum, mundique concentum; sic in rebus humanis Principe Virtutũ omnium saluberrima specie Veritatis extincta, statim dignitatis omnis interitus, & distractio necessitudinum & officiorum perturbatio cõsequatur, necesse est. Etenim veritatis æterna vis immota virtus est, qua sanctitatis in moribus, Religionis in Sacrificiis, humanitatis in vitæ societatibus e Diuina mente descripta præcepta, consilia, mandata prudenter, iucunde, firmiter continentur. Ideo Christiani nominis dignitas, & Regia tergemini tui Principatus e Diuino nutu sempiternæ Trinitatis apta maiestas ad authoramentum salutis, ad officii cultum, ad pulchritudinem honestatis, ad omnes demum Iustitiæ partes, nos cogit, & imbuit. Cuius qui semel suauitatem aliquando deliberauit, minime dubitauerit, & illa dicere, quæ Philosophorũ ornatissimus, ac Rhetorum doctissimus, verius an elegantius de naturæ lege libro de Republica tertio Diuina pene voce dipinxit. Est quidem, inquit, æterna lex, recta ratio, naturæ cõgruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna: quæ vocet ad officium iubendo, vetando a fraude deterreat, quæ tamen neque probos frustra iubet, aut vetat, neque improbos iubendo, aut vetando mouet. Huic legi neque obrogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. Neque vero aut per Senatum, aut Populum solui hac lege possumus. Neque est quærendus explanator, aut Interpres eius alius. Neque erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia post hac, sed & omnes

 2 gentes,

gentes, & omni tempore, vna lex, & sempiterna, & immutabilis continebit. Vnusquisque erit cõmunis quasi magister, & Imperator omnium DEVS. Ille legis huius inuentor, disceptator, lator. Cui qui non parebit: ipse se fugiet; ac naturam hominis aspernabitur, atque hoc ipso luet maximas pœnas, etiamsi cætera supplicia, quę putantur, effugerit. Hoc tanti Viri iudicio, quoad licet in Christianæ iustitiæ legem, e naturæ lege translato illud omnino Beatiss. Pater intelligi volo: quemadmodum incolumitate Romani Principatus, & Catholicæ fidei consensione, qua commune patrocinium Veritatis &, præsidium virtutis conseruatur, & constat: nihil est, aut certius ad salutem, aut pulchrius ad honestatem: sic Christianæ fidei perduelles inexpiabili sese parricidio contra cõmune ius, atq; fas æternæ veritatis, ac legis obstringere, qui gentium omnium hoc salutare perfugium, & certissimum hoc Sanctitatis Asylum: hanc Aram publicæ felicitatis, hoc Sanctissimum Augustale virtutis omnis in æterna Christi Domini veritate fundatum, inque sempiterna Petro, Tibique collata Cœlitus authoritate stabilitum, impio conatu, nefario cõsilio, pessimo exemplo Gygantum more funditus euertere moliuntur. Quod ego cum animaduerterem Beatiss. Pater, nihil mihi reliqui faciendum putaui, quo minus in mediam communis incendii flammam memet studio communis tuendæ salutis offerrem. Quid in hac dimicatione perfecerim, alii iudicabunt. Equidem, vt aliquid efficerem, conatus sum; Quod cum cæteris superioris ætatis laboribus meis minore cũ rubore posset Augustissimam tui nominis amplitudinem & authoritatem sequi. Etenim cum in reliquis meis ciuilium rerum, & criminum quæstionibus enodandis melioris sanguinis impetu quodam vsus tantum industriæ deprompserim & facultatis; quantum non ipsius Iustitiæ vis omnis, aut vniuersa sanctitas, sed quantum ex vtriusque corpore sui generis certa pars distincte, concisèque desumpta requirere videbatur, in hasce Catholicæ coniunctionis aduersus hæreses quæstiones, ex quibus Romanæ veræque fidei Pontificia Maiestas, & Christianæ Reipublicæ salus omnis, atque vniuersa dignitas suspensa censetur esse: plus aliquanto mihi videor contulisse virium, & laboris, quam imbecillitas ætatis vltimæ postulabat. Quiddam in hac vltima necessitate mihi videor fecisse quod apiculæ facere consueuerunt. Nam in vulnere defigendo non illud egi solum, vt aculeum desererem, sed animam etiam cum aculeo relinquerem fidei vindicem, iudicii testem, argumentum constantis in Rempublicam voluntatis, ac pietatis meæ. Nunc si quod in arcanis naturæ sensibus insitum esse Philosophi docent, vere dicitur, vt quam diligentissime septimum partum elaboret, quo plurimum habeat & firmitatis, & gratiæ, quasi præludat in cæteris, vt politissimum artificium in septimo meditetur, hoc, inquam, si vere dicitur, erit hic quanquam in effœta senectute susceptus, nisi septimus, at quasi septimus naturæ fœtus, solertius a me, quam superiores, assiduis tot annorum meditationibus expolitus; Vt hæc vltimi spiritus suprema vox, quam in communi

causa

causa summa necessitas ex intimis animi mei sensibus expressit: id irretractabili sententia grauissime testaretur in exitu; quod sanctissime mihi primum fuit in vita: Nihil videlicet esse Ciuitatibus temperandis accommodatius ea Iustitię felicitate, quam Sacrosancta tuæ B. P. fidei cōmissa, tuendæ Catholicę veritatis, & consensionis authoritas ex incolumi virtutum omnium conspiratione conficit, & propagat in populis ad amplissimum Castę religionis imperium, ad coniunctissimam omnium, ordinum, & officiorum necessitudinem, ad florentissima demum alcedonia beatissimæ pacis. Cum hac voce postremam hanc diligentiæ meę sobolem in gremium tuę felicitatis effundo. Viuet in tuo sinu, viuet, quam non habet a Patre, tuæ nacta virtutis immortalitatem: iam nunc experta moriente Patre, quid post mortuo sperare deberet. Ad spem enim excitata, tuæ benignitatis vitę cœpit exordium, quo senex Pater properabat ad finem.

Tangor, vt & illud existimem esse meum.
Exegi monumentum ære perennius.

Exegi sane, si locum sentiet; in quem exigi. Si cum tui nominis Commendatione lucem adspexerit: Si tuæ simul facilitatis auram hauserit: & defensæ veritatis omen, & Christianæ felicitatis auspicium, & numen authoritatis tuæ: quorum primum æternum est, quia DEVS est: alterum est immotum, quia Diuinum. Tertium in Petri firmitate fundatum hostium viribus concuti quidem potest, labefactari non potest. Iam in hoc extremo meæ senectutis actu votum superest extremum meum, vt in otio compositus per te partæ publicæ tranquillitatis expectem e terris reuocationem meam, exoptemq; quam diutissimam in terris commorationem tuam, dum in hac altissima Iustitię pace, Christianæ Reipublicæ Apostolicum columen tua Virtute suffultum Iapones e toto terrarum orbe diuisi, Persæ Capitali quondam dissidio Romanis rebus infesti: Sinæ tot annorum seculis, ab omnibus gentibus toto rerum humanarum commercio seclusi, Te Rege Sacrorum, te Præstito sanctitatis, obortam Cœlitus Catholicæ veritatis lucem missis legationibus accipiunt, venerantur, testantur, colunt.



ILLVSTRISSIMIS ET REVEREN-DISSIMIS DOMINIS,

PAVLO SFONDRATO Episcopo Albanensi Tituli S. Cæciliæ, Petro Aldobrandino Tituli S. Mariæ trans Tyberim, S. R. E. Camerario, Pompeio Arigono Tituli S. Balbinæ, Roberto Bellarmino Tituli S. Mariæ in Via, Antonio Zappatæ Tituli S. Crucis in Hierusalem, Ferdinando Tabernæ Tituli S. Eusebii, Ioanni Garsiæ Millino Tituli sanctorum quatuor coronatorum, Francisco de la Rochefoucault Tituli S. Calixti, Fabricio Verallo Tituli S. Augustini, Ioanni Bonsio Tituli S. Clementis, Fratri Augustino Galaminio Tituli S. Mariæ Ara cœli, & Fratri Felici Centeno Tituli S. Hieronymi Illyricorum, Presbyteris miseratione Diuina S. R. E. Cardinalibus in Vniuersa Republica Christiana aduersus Hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus, à S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

PROSPER FARINACIVS.

EQVIDEM *hanc de pœnis Hæreticorum materiam oppidò grauem, & arduum præ cæteris argumentum decreueram (Patres amplißimi) restricte cōtrahere, ac veluti capitulatim vndique comprehensum inter ea referre, quæ à me de capitalibus criminibus fragmenta prodiere. Cur autem nunc seposito id volumine cōplecti voluerim tam copiose: ac mutata voluntate seorsim à reliquis euulgare; has afferre possum causas, quantum intelligo, iustas atque probabiles. Ex omnibus sane flagitiis, quæ puniri, plectique seuerißime, permagni interest Reipub. nullum mihi veniebat in mentē ipsa Heresi & grauius, & supplicio dignius: quippe quæ non in homines, vt pleraque iniquitas & malitia est, sed in auctorē Deum, communemque omnium parentem, ac dominum detestabilis & execranda perfidia. Quominus æquum videbatur, sacrilegum istud, & diuinam iniuriam tam palmarem impugnari à me leuioribus prælijs, qui cum cæteris criminibus (ciuitates, humanamque societatem euertentibus acie propemodum & iusto agmine dimicaueram: cum præsertim ingrauescens hæc ætas, & prope decrepita, cuius me beneficio iucundißimo ille vitæ, mortisque dominus singulariter ornauit, tantum mihi tribuerit otij, quantum ad hoc grauißimum opus absoluendum poterat exoptari. Quam quidem Prouinciam quantumuis amplam, atque magnificam, putaui me Iuris vtriusque doctrinam iam diu profitentem citra omnem arrogantiæ suspicionem meo mihi iure posse vendicare. Videbam etiam in ea Iuris Ciuilis immensa sylua; videbā in sacrosanctis Pontificum Decretis nullam vberius grauiusque partem tractari, quam quæ in Hæreticis animaduersione publica puniendis est posita. Ac ne longius abeamus, tres apud Iustinianum in Codice distinctißimi loci sunt: Rubrica de summa Trinitate, ac fide Catholica: Rubrica de Hæreticis: Titulus de Maleficis ac Mathematicis: in quibus ac-*

bus accurate, consultoque horum mulctæ desertorum, atq; supplicia præscribuntur. In sacris vero Pontificum legibus, quæ pars huius noxæ quæstione vacat, & Decretis à maioribus pœnis? Intelligere licet hæc & oculis cernere in Clementinis, in Decretis, in Decretalibus, in Sexto. Quibus locis illustrandis Iuris Consultißimi viri bene lõgos scripsere commentarios, & disputationes apprime doctas, ac copiosas. Quo fit, vt Hæresis crimen, si quæstionem spectes, & disceptationem, quæ processus dicitur; si pœnas, quibus afficitur, intuearis, Iuris Ciuilis, & Pontificiæ scientiæ, iudicioq; proprie commissum esse videatur. Malé itaque de doctrina, quam tracto, male de religione meritus essem, male de Christiana Republ. si, cum de cæteris sceleribus egerim locupletißime, vnum hoc tam impium, tam nefarium, tam importunum vel præterissem leuiter, vel omnino silentio reliquissem. Hunc ergo laborem, quem subterfugere sine aliqua reprehensionis nota non poteram, eo libentius arripui, quod cum plurimi olim in hoc genere desudarint, nõn tamẽ, vt mea fert opinio, decreta maiorum tum Sacra, tum Ciuilia, non vtriusque peritos Iuris diligenter ac pro dignitate in sua retulerunt scripta, non eorum verba, sententias, dicta iusto pondere perpenderunt. Nemini autem obscurum est, qui scribendo materiam attingere velit, aliquam vtroque Iuris corpore, vel alterutro comprehensam, eum nullo id pacto pro rei amplitudine ac doctrinæ facultate facere posse, nisi legibus, nisi doctoribus, eorumque Commentariis exquisite perspectis, fontes ipsos, vnde fundamenta firmißima dictorum omnium emanarunt, studiosißime consectetur. Id quod ego cum pro mea virili parte præstare satis abunde, copioseq; contenderem, eum ordinem Illustrißimi P P. constantißime tenui; In singulis quippe positionibus, & placitis exponendis, roborandisque Iura perscrutatus sum omnia, quà Ciuilia, quà Pontificia, verba ipsa concepta, atque expressa diligenter examinaui; Scholia, glossasque obseruate peruidi: legum vtrarumq; peritißimos lectitando curiose consului: summas omnes & breuiaria vigilanter excußi, doctores in vsu, & fori consuetudine versantes adiui, Consulentes sedulo peruolutaui, theoricos, & in sola rerum hærentes cognitione non prætermisi. Quibus adhibendis testibus ita mea fuit ratio, & sic animum induxi meum, vt quæsita primo loco ponerem, deinde regulam in qualibet quæstione statuerẽ; tum eandem dilatarem amplius, cõtraherem, coarctarem limitibus, vt rei veritas & subiecta disputationi materia postulabat. Quod institutum à me semel in scribendo susceptum, & retinui semper, & sequar etiam in futurum: nec vllum puto facilius aut accommodatius inueniri; cum præsertim á maioribus, atque ab ipsis huius disciplinæ parentibus fuerit olim ad doctrinam explicate tradendam meditato, ac sapienter excogitatum. Neque vero inficias iuerim me hoc libro nauiter elucubrando in iis posuisse vigiliæ plurimum, quorum explicatio á sacris literis (quarum ego scientiam non profiteor) atque ab ipsis Theologorum oraculis petenda cognitio erat. Horum tamen doctrina mirifice recreatus sum, & labore leuatus omni, postquam ex amicorum consilio, tum aliorum cœpi libros euoluere, tum vero maxime BENEDICTI PERERII, IOAN. AZORII, FRANCISCI SVAREZ, THOMÆ SANCHEZ, GREGORII VALENTIÆ, MARTINI DEL RIO, LEONARDI LESSII, *aliorumq; hominum, & quidem*

é Socie-

è Societate IESV *splendida illa literarum officina, scientißimorum. Qui tam callide, copioseque vniuersas, quæ in hanc cadere solent disceptationem, explanarunt enodaruntque difficultates, vt si quid est, quod in hoc labore meo laudem, commendationemque nominis mereatur aliquam, id ex eorum fontibus diserte, vt par est, atque simpliciter hausisse me fatear. Vnum his tam doctis & sapientibus viris anteponere debueram, qui mihi præ cæteris ad hoc opus grauißimum & obscurißimum perficiendum, prope cœlestem prætulit & ardentißimam facem: Sed propter singularem doctrinam, & ob eam, quã obtinet summæ proximam dignitatem, ab aliorum numero eximendus fuit & commemorandus egregie. Sidus illud ego loquor Ecclesiæ clarißimum, & Hæreticorum formidolosißimum fulmen* ROBERTVM BELLARMINVM *Cardinalem Illustrißimum, illum sapientium omnium, qui fuerunt vnquam, aut præsentiæ sunt, spectatißimum Coriphæum, illum probatißimum, innocentißimum, integerrimum virum. Cuius non modo scriptorum aculeis, sed commemoratione solum, ac sanctimoniæ fama perculsi Christianæ religionis hostes, & Ecclesiæ perduelles sæpe subsistunt admirabundi, sæpe vincuntur, sæpißime reuocantur in castra, & resipiscunt. Habetis Illustrißimi Principes de Causa, quæ me impulit ad scribendum, habetis de rationibus meis, habetis de me. Quid vero fuerit, cur nomini vestro potißimum post summum Pontificem hoc opus inscribere voluerim, non equidem habeo necesse pluribus exponere. Vobis enim electe singulariterque debeatur hic vigiliarum mearum, & ætatis postremæ laboratißimus, ac quantum in me fuit, elucubratißimus fructus: quorum Congregatio cæteras in eodem genere regit omnes, ac moderatur; quorum sapientia toto terrarum orbe vagantes Hæretici confutantur, quorum potestate afficiuntur salutaribus pœnis, quorum iudicio, cum ita postulat contumacia, morte plectuntur. Vobis inquam debeatur, quibus vrbes florentißimæ castigatos Ciuium, & cum Pietate consentientes mores, quibus conuentus religiosißimi defensas ceremonias, quibus diuinum cultum erroribus liberum ac superstitionibus abstersum omnibus, & debent, & acceptum referunt vniuersi. Huc accedit, quod nullo Patrocinio hæc mea scripta fulciri tutius poterant, quam vestro, quorum incredibili erga me studio atque humanitate & inchoata olim sunt, & ad fastigium tandem aliquando perducta. Neque enim mihi verendum est, ne vos, qui me tanta beneuolentiæ significatione prosecuti semper estis; qui cæteras vigilias & labores meos cum approbatione singulari suscepistis, volumen hoc ab obtrectatoribus, à calumniis, ab omni prorsus iniuria vindicaturi sitis, quod & nominis vestri clarißimum titulum in fronte gerit, & meæ sempiternum est erga vos obseruantiæ monumentum.*

Valete.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI

SCIPIONI BVRGHESIO S. R. E. CARDINALI SV-PREMO POENITEN-TIARIO,

PROSPER FARINACIVS.

NON existimo, pro singulis voluminibus meis opus mihi esse in vestibulo causam repetere, quam ob rem ea Tibi nuncupare, atque addicere perpetuo solitus sim: nam qui Burghesij iampridem Iuris esse cœpi, nec vnquam habui quicquam causæ alio nomina deferendi; cur fœtus quoque meos Tibi ex Parente iam nexos constanter ad Te non deferam: hoc est, cur argumenta mutatæ nunquam voluntatis qua Tibi possim ratione non proferam! Feci id sedulo robustiore in ætate: non deseram senex, etiam dum deseri me ab ætate pene sentio: idemque mihi erit, & vitæ, & constantiæ finis. Quamquam in hoc opere aliæ præter veteres accedunt causæ, quæ consilium meum iuuant. Debebam hoc de Hæresi volumen subijcere potissimum Tibi, qui supremum Pontificis Romani Pœnitentiarium vigilantissime refers. Debebam Tibi cuius in sinu patrocinioque respirant Septentrionis Regna, in quibus hæc feralis Hydra veneno grassatur. Debebam denique Tibi qui Principum Maximo Optimoque Paulo V. in huius monstri perniciem vbique locorum intendenti operam tuam non magis sanguine quam industria proximam locas. Quapropter erunt hæ lucubrationes meæ apud Te, Illustrissime Princeps, tanto vt spero gratiosiores, quanto pluribus Tibi nominibus à me opereque debentur. Vale.

IN
PROSPERI FARINACII
J. U. C.
LIBRUM DE HAERESIBUS,
BERNARDINI STEPHONII
ODE.



VANTUM *tuendæ Romulidum rei*
Prosper pararis roboris impios
In perduelles ense linguæ
Doctiloquæ, facilisque verso.
Tua hæc docebunt uberis ingeni
Decreta, famæ prodita, literis
Mansura certis O coronæ
Tergeminæ fideique vindex.
Hærede quid non illa superstite
Crescens ab ipsa cæde, nouemplici
Ramosa monstro, fœda damno
Excetra flagitioque tentet?
Hæc astra primum seditionibus
Mundi recentis, scissari gentium
Olim trionum luctuoso
Dissidio temerabat audax.
Hæc, & paternis, quidlibet impotens
Audere sceptris scilicet impiam
Dexteram admonebat: cum Gygantum
Effera centuriabat arma.
Flexisque centum torta voluminum
Spiris per omnes sydereæ domus
Bacchata fratres, inquietam
Ordinibus quatiebat Aulam.
Ni contumaci se Michael Duci
Ferro coruscus, tectus & ægide
Vltro obtulisset, pacis vltor:
Impiger implacidique monstri.

Hæc & beatis Regna parentibus
Non inuidendi discidit otij
Ausa innocentem lucis auram
Ingenuæ vitiare: mœstas
Amplexa terras, multiplicabili
Nexu reuinctas: nec scelus vnicæ
Sparsura pestis: sed perenni
Fonte lucem paritura fraudum.
Testis mearum maxima Cœlitum
Sententiarum pulsa dolentibus
Astrææ terris: & cruento
Progenies furiosa ferro.
Testis Deorum turba nocentium
Accepta templis, crimine gestiens
Et dissidentum clade fratrum
Et lacrymis pereuntis orbis.
Ergo & Quirinæ pacis honoribus
Infensa iustis, hæc eadem triplex
Aggressa Regnum sempiternæ
Concutit hoc columen tiaræ.
Fœdis in omnes Hydra Draconibus
Intenta Gentes multiplici fera
A fraude pollens, & latinis,
Quam sibi seditione discors.
Proh prisca virtus, & superum fides
Quantum malorum fraudibus ingruens
Vix jam ferendis integrauit?
Dedecorum scelerosa quantum?
Quid iura prosunt Pontificum sacra
Tot scripta Diuum sanguine? quid iuuat
Et lex, & exemplis amici
Numinis imperiosa virtus?
Si multiformi prole repullulet
Exectus anguis: si tibi vindici
Post hac Farinaci rebellet
In iugulo super imminenti?

CLA-

CLARISSIMO AVCTORI

TARQVINII GALLVTII E SOCIETATE IESV,

EPIGRAMMA.

PERFIDIÆ monstrum horrendum; quod vindice pœna
Persequeris, nulla vincitur arte virum.
Pullulat excisum, semperque valentius exit:
Ferrum adhibe; ferro nempe superstes erit.
Dicta patrum temnit, sapientum tela refringit,
Quosque mouet contra pagina docta sonos.
Non tamen has fugiet Prosper fortissime flammas,
Et tua quæ præfert ignea tela manus.
Temne licet ferrum, Monstrum reparabile, temne:
Herculis extremas hic patiere faces.

EIVSDEM T. G.

AD AVCTOREM SEPTVAGENARIO MAIOREM.

EPIGRAMMA.

NON fuit Alcidæ Lernæ labor vltimus Hydra:
Poscebant illas cætera monstra manus.
Sed tibi supremus simili in molimine sudor
Ponitur: hic magni meta laboris erit.
Namque aliæ per te confectæ funere pestes,
Cunctaque jam medio puluere monstra jacent.
Hoc demum, quod cæde domas, quia vincit Echidnam,
Esse potest meritis vltima meta tuis.

IN-

INDEX
ARGVMENTORVM PRINCIPALIVM QVÆSTIONVM,

Quæ in hoc Tractatu de Hæresi continentur.

Ex Quæstione CLXXXVI.

Ex Quæstione CLXXXVII.


Ex Quæstione CLXXXVIII.

Ex Quæstionibus CLXXXIX.

Ex Quæstione CXC.

Ex Quæstione CXCI.

De fi-



PROSPE-



PROSPERI FARINACII IC. ROMANI

VARIARUM QUÆSTIONUM ET COMMUNIUM Opinionum criminalium

PARS OCTAVA, De Hæresi, Titulus Decimusoctauus.

ARGUMENTUM.

De diffinitione & etymologia Hæresis, & Hæretici, de pluribus Hæreticorum sectis, & specialibus, quæ requirantur, vt quis Hæreticus dicatur, & de nonnullis aliis præmissorum loco ad hanc cognitionem necessariis, De quibus in summario.

SUMMARIA.

Protestatio Authoris, nu.1.
Hæresis diffinitiones plures, nu.2. & seqq.
Hæresis est electio falsarum vel nouarum opinionum de fide, vel per inuentionem, vel per sequelam alicuius commodi gratia, maximè vanæ gloriæ Principatusq; sui, nu.2.
Hæresis est diuisio, id est, separatio à fide Catholica cum pertinacia, nu.3.
Hæresis est, non morum, non confessionis, sed fidei vitium, quo quis singulare aliquid à communi Ecclesiæ Catholicæ fide ac sententia eligit, & proinde seipsum ab Ecclesia separat, nu.3. & 4.
Hæresis est opinio, vel assertio, siue dogma falsum Catholicæ veritati contrarium in eo, qui Christianam fidem professus est, nu.5. & 6. vbi de eadem re.
Hæresis est obstinata impugnatio fidei alicuius articuli cum pertinaci assertione contrariæ falsitatis, nu.7.
Hæresis est falsa & erronea opinio in intellectu, per quã falsè & erronee intellectus opinatur de aliquo cõtra fidei veritatẽ, n.8.
Hæretici diffinitiones plures, nu.10.
Hæreticus est, qui à iudicio & tramite Catholicæ Religionis detectus fuerit deuiare, ibid.
Hæreticus non est membrum scientiæ Catholicæ Ecclesiæ, ibid.
Hæreticus est, qui non credit secundum quod prædicant sacrosancta quatuor Concilia, ibid.
Hæreticus est, qui non sequitur Ecclesiasticam vnitatem, ibid.
Hæreticus est, qui non adimplet fidem Catholicam, ibid.
Hæreticus est, qui rectam fidem simulat se confiteri, sed sanctorum Patrum traditiones superbe cõtemnit, & se aliqua maleuolentia ab Ecclesiæ vnitate scindit, ibid.
Hæreticus est, qui contra fidem credit, ibid.
Hæreticus est, qui post susceptam Religionẽ Christianam, Christi fidem in generali profitens, aliquam, vel aliquas in speciali opiniones contrarias Catholicæ veritati pertinaciter tenet, & sequitur, ibid.
Hæreticus est, qui se ab vnitate Ecclesiæ separat, ibid.
Hæreticus est, qui circa ea, quæ sunt fidei, errat per intellectum, & pertinaciter adhæret errori per voluntatem, ibid.
Hæresis plures sunt species, & pluribus modis committitur, de quibus nu.11.
Hæreticorum plures sunt sectæ, de quibus remissiue, nu.12.
Verbum, Sectæ, quid significet, vnde dicatur, & in quibus differat ab hæresi, nu.13.
Hæreticus quis non est in pluribus casibus, de quibus remissiue, nu.14.
Hæresiarcha quis dicatur, & in quo differat ab hæretico, nu.15.
Hæreticus, vt quis dicatur, quæ requirantur, nu.16.17. & 18.
Hæreticus non dicitur, qui fidem Catholicam non profitetur, nu.16. & seqq.
Hæreticus non dicitur, qui de fide Catholica nihil credit, nu.16. & seqq.
Hæreticus non dicitur, nisi habeat errorem in intellectu, nu.16. & seqq.
Hæreticus non dicitur, qui pertinax non est, nu.16. & seqq.
Hæreticus alius est affirmatiuus, & alius negatiuus, & de materia, nu.19. & seqq.
Affirmatiuus & negatiuus hæreticus quis dicatur, num.19. & seqq.
Hæreticus negatiuus, vt quis dicatur, quæ requirantur, nu.22. & 23.
Hæretici alii dicuntur propriè hæretici, alij minus propriè, & alij impropriissimè, nu.24. & seqq.
Excommunicatus, numquid proprie dicatur hæreticus, nu.27.
Simoniacus, numquid proprie dicatur hæreticus, nu.28. & 29.
Hæresis etymologiæ plures, nu.30. & seqq.
Hæresis dicitur à verbo errare, nu.30.
Error, & hæresis an idem sint, & in quo differant, nu.32.
Propositiones hæreticales quæ sint, ibid.
Propositiones erroneæ quæ sint, ibid.
Hæresis dicitur à verbo ercisco, nu.33.
Hæresis dicitur à verbo, hæreo, hæres, nu.35. & 36.
Hæresis dicatur à verbo Græco, quod virtutem significat, nu.37.
Hæresis dicitur ab Eremo, nu.38. & 39.
Hæreticus dicitur ab hæresi, nu.40.
Hæresis dicitur à verbo Græco, quod electionem significat, nu.41.

Fides Christiana non per electionem, sed per diuinam inspirationem Christianis data est, nu 42.

Hæresis nomen olim non erat turpe, nec odiosum, hodie autem sic, nu. 43.

QVÆST. CLXXVIII. §. I.

1 Æresis, & Hæreticorum materiam tractaturus, protestor inprimis, quod si vnquam in hisce meis laboribus, ob imperitiam & iudicii imbecillitatem, ob rei, de qua agitur, difficultatem, aut alias ob causas, quas humana fert conditio, me labi, & allucinari contigerit, nunquam tamen à fide Catholica, quam Romana & Apostolica profitetur Ecclesia, discedere me voluisse, expresse declaro: Quicquid enim dixero, censuræ S. Romanæ Ecclesiæ libenter submitto, cum veritas sit, me firmiter credere, ac credidisse semper id, quod Sacrosancta Romana Ecclesia omnium fidelium Magistra tenet, prædicat, & docet.

2 Hac † præmissa protestatione, cui firmiter inhæreo, & in singulis quæstionibus & dubitationibus infrascriptis illam repetitam esse declaro, antequam vlterius progrediar, & pro faciliori cognitione eorum, quæ infra tractabuntur, plura præmittenda sunt, & inprimis

3 PRÆMITTO, Quid † sit Hæresis? Qua in re plures à Doctoribus traditæ fuerunt diffinitiones; Aliqui enim dixerunt, quod hæresis est *electio falsarum vel nouarum opinionum de fide, vel per inuentionem, vel per sequelam alicuius commodi gratia, maximè vanæ gloriæ, principatusque sui*. Hæc diffinitio sumitur *ex capit. Hæreticus*, 14. *quæst.* 3. ex Diuo Thoma 2.2. *quæst.* 11. *artic.* 1. & Hostiens. *in summa, eodem tit.* §. *primo*, & eam ponit Marian. Socin. *in rub. extra, de hæret. num.* 1. vbi declarat verba diffinitionis, pro qua faciunt Doctores allegati infra hac eadem quæst. *num.* 50. Alii dixerunt, prout Azzo & Hostiensis *in eorum summis*, quod hæresis est *diuisio, id est, separatio à fide Catholica*, & hanc refert Arnald. Alber. *in rubr. de hæretic. in* 6. *in* 1. *quæst. num.* 1. Francis. Rayner *in summa, in verbo, Hæresis, cap.* 1. *vers. Prima circa hæresim*, vbi propterea dixit, quod hæresis nomē Græcum est, & de sui proprietate importat diuisionem, quæ vnioni opponitur, & ideo hæresis dicitur à communi fide diuisio, vt ibi per eum, & per Tabien. *in verbo, Hæreticus, nu.* 26. *in princ.* Ghirland. *in tract. de hæret. quæst.* 1. *post num.* 4. *vers. vel dicas*, Repertor. inquisit. *in verbo, Hæresis*, §. 1. *rub. quid sit hæresis, vers. Secundo, & vers. Tertio in discursu, & in* §. *tertio, in verbo, Hæreticus, versic. Sed hæreticus dicitur, & in additionibus litera* B, Vmbert. Locat *in iudic. inquis. in verbo, Hæresis, sub numer.* 1. vbi dixit, quod hæresis est *deuiatio à fide Christi, & Catholica religione cum pertinacia*, Eymeric. *in Directorio inquisitorum part.* 2. *quæst.* 1. *nu.* 4. vbi simpliciter dixit, quod Hæresis verbum importat diuisionem, simile est, quod dixit Albert. Pighius *Campen. l.* 4. *c.* 8. dum describendo hæresim dixit, Hæresim esse *non morum, non confessionis, sed fidei vitium, quo quis singulare aliquid à communi Ecclesiæ Catholicæ fide & sententia eligit, & proinde seipsum ab Ecclesia separat, qua se rectius sentire, credereque præsumit, & ob id Hæresis, hoc est, electio haud insignificanter appellatur*, refert eum Pegna *in additionibus ad Eymericum, dict. quæst.* 1. *comment.* 26. *fol. mihi* 246. *col.* 2. *in fine*, faciunt quæ de etymologia hæresis dixi *infra nu.* 33.

4 Hæc autem † diffinitio, quod non sit bona, cum non conuertatur cum suo diffinito, pluribus probat idem Albertin. *in dicta rubric. de hæreticis, quæst.* 1. *num.* 7. *& sequentibus*.

5 Alii † dixerunt, quos pariter refert idem Arnald. Albertin. *in rub. de hæret. in* 6. *quæst.* 1. *nu.* 19. Quod hæresis est *opinio vel assertio, siue dogma falsum Catholicæ veritati contrarium in eo, qui Christianam fidem professus est*, vt per Turrecrem. *in summa de Ecclesia, lib.* 4. *par.* 2. *cap.* 1. refert eum Pegna *in additionibus ad Eymericum in Direct. inquis. part.* 2. *q.* 1. *comment.* 26. *fol. mihi* 246. *vers. Turrecremata, &c. & versic. penult.* vbi in idem allegat Conradum Brunum *in tract. de hæret. libr.* 1. *cap.* 1. Et hanc diffinitionem esse veram & iuridicam, lateq; à contrariis defendit idem Albertin. *vbi supra, num.* 19. *& seqq. vsque & post nu.* 26. & ante eum Vmbert. Locat *in iudic. inquisit. in verbo, Hæresis, sub nu.* 1. *& seqq.* vbi etiam singula diffinitionis verba explicat & declarat, nec dissentit Simanch. *Cathol. instit. tit.* 30. *rubr. de hæresi, nu.* 2. *in vltima diffinitione, & n.* 4. Tolet. *de instruct. sacerdot. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 1. vbi dixit, quod hæresis est *error pertinax hominis Christiani fidei Catholicæ ex parte cōtrarius*, & ibi singula huius diffinitionis verba bene explicat. Couarru. *vbi supra, variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 2. *in princ.* Læl. Zech. *in summa, part.* 1. *rub. de fide, c.* 11. *num.* 6. vbi non dissimilem tradidit diffinitionem, singulaque diffinitionis verba declarat. Quod & idem facit Greg. de Valent. *ad D. Thom.* 2.2. *q.* 11. *art.* 1. *vers. est igitur hæresis, & seqq.* & Alex. Pesan. *disp.* 1. *conc.* 2. *vers. Dico obiectū hæresis, & seqq.*

Alii † dixerunt, hæresim esse *dogma falsum fidei orthodoxæ contrarium*, id est, *error Catholicæ veritati contrarius*: Et hanc diffinitionem tradiderunt Arnald. Albertin *in rubric. de hæret. in* 6. *q.* 1. *n.* 17. *& sequ.* vbi tamen hanc diffinitionem non sufficientem nec perfectam asserit Siman. *Cathol. instit. tit.* 30. *rubr. de hæresi, nu.* 2. vbi in simili plures ponit diffinitiones, in idem tamen reincidentes, licet per diuersa verba, & in substantia concludentes, hæresim esse *falsam propositionem fidei Catholicæ repugnantem*, consentit Alphons. de Castro *de iusta hæreticor. punit. lib.* 1. *cap.* 1. dum dixit, hæresim esse *enunciationem, siue propositionem falsam fidei Catholicæ ita repugnantem, vt cum illa simul esse non possit*, refert eum Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio inquisit. part.* 2. *qu.* 1. *comment.* 26. *folio mihi* 246. *col.* 2. *vers. penult.* Couarru. *variar. resol. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 2. *versic. alii sane censent*, vbi dixit, Hæresim esse *errorem Catholicæ fidei manifeste contrarium, pertinaciter assertum*; Decian. *in tract. crim. libro* 5. *cap.* 9. *nu.* 1. vbi dixit, Hæresim esse *falsam & pertinacem opinionem circa Deum, & ipsius Catholicam fidem*, & *nu.* 2. strictius dixit, esse *dogma falsum fidei orthodoxæ repugnans cum pertinacia*, Alex. Pesan *ad Diu. Thom.* 2.2. *quæstione* 11. *art.* 1. *disput.* 1. *vers. Tertio dico, & seqq.* vbi dixit, Hæresim esse *errorem in intellectu, vel, dubitationem pertinacem contra fidei veritatem*. Similis est diffinitio, quam magis cōmunem & veram testatur Didac. Canter *in quæst. crim. rubr. de hæret. cap.* 1. *nu.* 1. vbi dixit, hæresim esse *enunciationem, seu propositionem falsam, fidei Catholicæ ita repugnantem, vt cum illa simul esse non possit*. At idem Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi libro secundo capit.* 7. *rubr. de Hæresi & Apostasia, nu.* 1. vbi dixit, hæresim esse *errorem intellectus voluntarium contra aliquam fidei veritatem, cum pertinacia assertum ab eo, qui quo fidem recepit*, & *num.* 11. *& seqq.* singula huius diffinitionis verba declarat. 6

Alii † etiam hæresim diffinierunt, dicentes, quod Hæresis est *obstinata impugnatio fidei alicuius articuli, cum pertinaci assertione contraria falsitatis*, & sic est obstinatio contra veritatem Catholicam simul cum pertinacia, à qua diffinitione non dissentit Arnald. Alber. *in rub. de hæreticis, in sexto, quæstione prima, num.* 26. *vers. alij vero diffiniant*. Et videtur eadem cum diffinitione, quam posuit Bannes *in comment. ad D. Thomam,* 2.2. *quæstione* 11. *art.* 1. vbi singula suæ diffinitionis verba discutit, disputat, & declarat. 7

Et alii † dixerunt, hæresim esse *falsam & erroneam opinionem in intellectu, per quam false & erronee intellectus opinatur de aliquo contra fidei veritatē*, vt per Guid. Carmelit. *in summa, de hæresi, tit.* 1. *rubric. de hæresi in genere, cap.* 3. quem refert Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio inquisit.* 8

quisit. quæst. 2. Comment. 26. vers. ac hæresis, fol. mihi 246. col. 2. post med. Et ab hac diffinitione non multũ differt diffinitio data per Azzor. Iesuit. in sum. part. 1. lib. 8. cap. 9. rub. de hæresis crimine, in 1. qu. vbi dixit, quod hæresis est Error intellectus, siue mentis voluntarius ex electione & pertinacia contra aliquã sententiam fidei, & ibi singula huius diffinitionis verba bene explicat, & declarat Lud. à Paramo de origine sancta Inquisitionis lib. 3. qu. 3 nu. 6. & seqq. vbi dixit, hæresim esse falsam opinionem, & erroneam in intellectu assertionem contra Catholicam veritatem ab eo, qui fidem Christi accepit, pertinaciter defensam, vel in dubium reuocatam, & ibi singula huius diffinitionis verba declarat, & num. 53. & seqq. alias ponit diffinitiones.

9 Ex † quibus & aliis diffinitionibus, seu descriptionibus Hæresis, quas Doctores afferunt, facile coniicitur, vt bene aduertit Pegna in additionibus ad Eymericũ in Directorio Inquisitor. part. 1. 1. Comment. 26. fol. mihi 246. col. 2. vers. ac hæresis, easdem diffinitiones, licet verbis discrepantes, concurrere tamen in eadem substantia.

10 Præmitto II. Quid † sit Hæreticus, qua in re vide plures diffinitiones per Azzonem in summa, rubr. de hæret. nu. 1. vbi dixit, Hæreticum esse, Qui à iudicio & tramite Catholicæ Religionis detectus fuerit deuiare, vel, Qui non est membrum scientiæ Catholicæ Ecclesiæ, vel, Qui non credit, secundum quod prædicant sacrosancta quatuor Concilia. Bellamer. in cap. inter schisma, num. 24. quæst. 3. vbi affert tres diffinitiones Hæretici, vna est, quod Hæreticus est ille, Qui rectam fidem se simulat confiteri, sed sanctorum Patrum traditiones superbe contemnit, & se aliqua maleuolentia ab Ecclesiæ vnitate scindit, Calderin. in tractat. de hæretic. rubr. de hæreticis credentibus, &c. nu. 1. vbi dixit, Hæreticum esse eum proprie, Qui contra fidem credit, & vide etiam Concilium Tarraconens. registratum per Franc. Pegn. in Director. Inquisit. part. 2. fol. mihi 234. vers. inprimis quæritur, vbi dixit, Hæreticos esse eos, qui in suo errore perdurant. Arnald. Albertin in rubr. de hæret. in 6. quæst. 13. num. 4. vbi dixit, in genere Hæreticum propriissime dici omnem illum, qui post susceptam religionem Christi fidem in generali profitens aliquam, vel aliquas in speciali opiniones contrarias Catholicæ veritati pertinaciter tenet, & sequitur, & nu. 15. vbi ponit tres alias diffinitiones seu descriptiones hæretici ad eundem finem, & substantiam tendentes, & nu. 73. ponit aliam diffinitionem eiusdem substantiæ, Adden. ad Azzon. vbi supra, litera C. vbi, quod hæreticus est is, qui se ab vnitate Ecclesiæ separat, Adden. ad Hostiens. in eadem rubr. §. quis dicatur, nu. 1. lit. A. vers. Hæreticus inquit, vbi dat eandẽ diffinitionem, Syluestr. in verbo, hæresis, §. 1. n. 1. versic. Hæreticus vero, vbi dixit, quod Hæreticus est is, qui circa ea, quæ sunt fidei, errat per intellectum, & pertinaciter hæret errori per voluntatem, & ita per D. Thomam, & communiter omnes Doctores, hæreticum diffiniri testatur Repertor. Inquisit. in verbo, Hæreticus, versic. sed comprehendendo, vbi refert primam Azzonis diffinitionem, de qua supra, Vmbert. Locat. in iudic. inquisit. in verbo, Hæreticus, nu. 13 & seqq. vbi ponit eandem diffinitionem, quam posuit Arnald. Albertin. in loco vbi supra allegato, singulasque dictæ diffinitionis partes explicat, & declarat. Ad quam materiam, & de aliis diffinitionibus Hæreticorum vide Ioan. à Rojas sing. 73. & 85. & Simanch. Cathol. Instit. tit. 30. rubr. de hæresi, sub nu. 1. vers. Vnde hæretici dicti, & tit. 31. rubr. de hæretic. nu. 2 & seqq. in discursu, vbi plures hæretici ponit diffinitiones, seu magis descriptiones, Didac. Canter. in quæst. crim. rubr. de hæretic. cap. 1. nu. 2. vbi ex Alphonso à Castro, quem allegat, de iusta hæreticorum punitione, lib. 1. cap. 7. dixit, hæreticũ esse eum, qui postquam verum baptismum suscepit, & fuit instructus sufficienter in fide Catholica, pertinaciter errat contra id, quod scit ab Ecclesia Catholica pro fide teneri, siue oppositum veritatis asserens, siue de ipsa veritate dubitans. Tolet. de Instructione sacerdotum, libr. 1. cap. 19. nu. 2. vbi breuiorem affert diffinitionem, quod scilicet Hæretici dicuntur, qui errorem aliquem habent contra fidem cum pertinacia.

Ex † quibus quidem diffinitionibus, Hæresim pluribus modis committi, eorumque plures esse species, dubitandum non est; De quibus sufficit remittere lectorem ad Text. & Doctores in cap. Tertio, extra, de hæreticis, ad Gloss. in leg. 2. in verbo, leui argumento, C. eod. Bald. Cardin. Abbatem, Oldradum, Franchum, & Federicum de Senis in locis relatis per addentes ad Salycet. in eadem l. 2. litera A. in verbo, qui dicantur hæretici. Videndus est etiam text. in l. quicumque, C. eodem, & in Clem. fin. extra eodẽ, vbi explicantur & damnantur octo hæreticorum errores, Adden. ad Azzon. in rubr. de hæret. lit. C. Hostiens. in eadem summa, §. quis dicatur, nu. 1. in princ. & ibi in additionibus, liter. A. Goffred in summa, de hæreticis, num. 1. vbi quod Hæreticus dicitur sex modis, Armilla in verbo, Hæresis, nu. 16. & 17. summa Angelica in verbo, Hæreticus, in princip. in discursu, Tabien. in summa, in verbo, Hæreticus, n. 1. in discursu, Raynerius in verbo, hæresis, cap. 2. vers. sexta conclusio est; Repertor. Inquisit. in verbo, hæreticus, §. 3. vers. 1. & omnibus seqq. apud quem ad saturitatem reperies, quot modis, & quando quis Hæreticus dicatur, ad eum semper recurras in occurrẽti casu, & ibi in additionibus Vmbert. Locat. in iudic. inquisit. in verbo, hæreticus, num. 1. & seqq. omnibus in discursu, Zanchin. in tract. de hæretic. cap. 2. per totum in discursu, Squillacen. de fide Catholica, cap. 14. & pluribus seqq. in discursu, Simanch. Cathol. instit. cap. 31. nu. 1. & seqq. Ioan. à Rojas sing. 73. in discursu, Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 17. per totum etiam in discursu, vbi late Eymeric. in Director. Inquisit. part. 2. quæst. 2. & quæst. 4. & pluribus seqq. & quæst. 31. 32. 35. & 36. & in omnibus prædictis quæstionibus, Pegna in additionibus, vbi latissime, Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 6. per totam, vbi etiam ponuntur plures casus, in quibus quis dicitur Hæreticus verus aut præsumptus, quibus adde Lælium Zecchium in summa, part. 1. tit. de fide rub. de hæresi, cap. 11. nu. 2. & 3. vbi facit plures conclusiones generales, quibus quis dicitur hæreticus, easque bene explicat, & declarat Iacob. de Graffiis lib. 4. suarum decisionum, cap. 18. nu. 19. 11

Sic † & plures Hæreticorum sectas reperiri, nec etiam dubitandum, quas si hic referre & explicare voluissem, lectori nimis essem tædiosus, sufficiat pariter illum remittere ad extrauagant. Ioan. XXII. editam de anno 1318. incip. Gloriosam, & relatam per Franciscũ Pegnam post Direct. inquisit. inter literas Apostolicas, fol. mihi 74. & seqq. in qua præcipue referuntur errores fratricellorum, & ad aliam constitutionem Martini V. editam de anno 1418. incip. Inter cunctas, relatam vbi supra per Pegnam fol. 91. seqq. in qua referuntur errores Ioannis Wicleff, & Ioannis Huss, & ad aliam Constitutionem Leonis X. editam de anno 1520. incipien. Exsurge Domine, relatam per Pegnam, vbi supra, fol. mihi 115. in qua referuntur & damnantur plures Martini Lutheri errores, ad tex. in l. Manichæos, & in l. Arriani, C. de hæretic. & in leg. quicumq., & in Auth. Gazzaros, & in l. quoniam, §. sed iis, C. de hæret. & in Auth. de priuileg. dot. versic. Hæreticos vero, & in Clem. fin. de hæretic. vbi ponuntur & damnantur duæ Hæreticorum Alemaniæ sectæ, videlicet Beguardorum, & Beguinorum, & in cap. quidam autem, 24. quæst. 3. vbi enumerantur septuaginta Hæreticorum sectæ, & in cap. sicut, extr. de hæret. & in cap. excommunicamus, il 2. extra eodem, Turrecrem. de potestat. Papæ, libr. 4. cap. 23. & seqq. vbi ponit omnes Hæreses damnatas ab Ecclesia, tam in Conciliis, quam in Decretalibus & Extrauagantibus, Albertin. cum allegatis per eum, rubr. de hæretic. in 6. quæst. 2. nu. 4. & quæst. 13. num. 75. vbi remittit se ad Catalogum Hæreticorum impressum, Tabien. in verbo, Hæreticus, num. 28. & omnibus seqq. vbi ponit quinquaginta quatuor Hæreticorum diuersas sectas, Repertor. Inquis. in verbo, Hæresis, vers. Quarto incip. Nota, quod 12

prima hæresis, & pluribus seqq. vbi ponit omnes Hæreticorum sectas, *in vers. cur Deus*; ponit etiam, cur DEVS tot Hæreses permittat, *& §. 3. in verbo, hæreticus, vers. hæreticorum autem, & seq. & vers. Secta autem illorum*, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. c. 17. per tot. & præsertim in vers. Isidorus autem*, vbi remissiue plures Hæreticorum sectas refert, & latius Eymeric. *in Director. Inquisit. p. 2. qu. 5.* vbi de sectis Hæreticorum Christo damnatis, *& qu. 7.* vbi referuntur Hæreticorum sectæ damnatæ in Decreto, *& q. 7.* referuntur Hæreticorum sectæ damnatæ in Decretalibus, & in Clementinis, *& qu. 8.* referuntur Hæreticorum sectæ in extrauagantibus, *& q. 9.* ponuntur sectæ Hæreticorum damnatæ à diuersis Pontificibus post eorum mortem, *& qu. 10.* ponuntur sectæ Hæreticorum damnatæ ab Inquisitoribus Aragoniæ, de mandato Papæ, *& qu. 11.* vbi de eisdem sectis ab eisdem Inquisitoribus damnatis, sine expresso Papæ mandato, *& pluribus seqq. quæstionibus, vsque ad quæstionem 20.* in quibus plures aliæ Hæreticorum sectæ damnatæ explicantur, & ibi latissime Pegna *in additionibus ad singulas quæstiones prædictas*, idem Eymericus *dict. part. 2. quæst. 36. 37. & 38.* vbi pariter recensentur Hæretici omnes damnati de iure Canonico, & de iure Ciuili, nec non etiam damnati in Romana Curia, & extra à delegatis Papæ; Vide etiam Vgolin. *in tractat. de Censuris, part. 2. §. 4.* vbi pariter recensentur plures Hæreticorum sectæ, & nouissime ad saturitatem ad eas Illustrissimum & Reuerendissimum Dominum Cardinalem Robertum Bellarminum, *de Controuers. Christianæ fidei aduersus hæreticos*; Ad quos omnes lectorem remitto; cum nostri instituti non sit, omnes Hæreticorum sectas aut species enumerare, sed tantum de eorum inquisitione & punitione tractare.

13 Et † in proposito, si scire volueris, quid sit secta, vnde dicatur, & in quo differat ab Hæresi? Dic, quod secta dicitur à sequor, sequeris, & est proprie habitus animorum, & propositum in malo circa falsam disciplinam, inde tales dicuntur secti, id est, separati, & diuisi ab vnitate Ecclesiæ, & fidei, secundum Glossam in Clement. *ad nostram, in verbo, Secta, de hæret.* & ibi Imol. *nu. 7.* & Bonifac. de Vitalin. *nu. 4. & 5.* & in Clem. *ne in agro, §. statuimus, in verbo, Secta, de statu Monach.* & sicut Hæresis dicitur ab eligendo, ita & Secta à sectando, *c. accusatus, §. cum vero ibi hæresis speciem siue sectam, de hæret. in 6.* D. Thomas *2. 2. quæst. 11. artic. 1. ad fin. versic. ad tertium*, vbi dixit, quod sicut hæresis dicitur ab Eligendo, ita secta à sectando, ex Isidoro in libro de etymologia, & quod ideo Hæresis & Secta idem sunt, & vtrumque pertinet ad opera carnis, non quidem quantum ad ipsum actũ infidelitatis respectu proximi obiecti, sed ratione causæ, quæ est vel appetitus finis indebiti, secundum quod oritur ex superbia vel cupiditate, vel etiam aliqua fantastica illusio, prout hæc & alia ad propositum scripsit Arnald. Albertin. *in rubric. de hæret. in 6. quæst. 2. num. 1. & num. 3.* vbi ponit differentiam inter sectam & hæresim, eam scilicet, quæ est inter genus & speciem, quia secta comprehendit Hæreticos, Iudæos, Gentiles, & alios infideles; Hæresis autem solum comprehendit Christianos, qui aliquam hæresim tenent; Ad quæ vide etiam Archidiac. *in cap. accusatus, num. 2. eodem tit. de hæretic. in 6.* vbi, quod secta dicta est à diuisione, quasi sectio, Vmbert. Locat. *in iudic. inquisit. in verbo, hæresis, nu. 5.* vbi, vnde & quare dicatur secta, & in quo differat à superstitione, Simanch. *Cathol. Instit. tit. 30. rubr. de hæresi, nu. 1. in princip.* vbi, quod Hæresis Græca vox est & Latine sectam significat, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 1. nu. 479. & seqq.* vbi omnia prædicta confirmat, post Alber. Card. de Turrecrem. Alphons. Castr. & Lucam de Penna *in locis ibi per eum allegatis*, & etiam addit, quod quãdoq; secta capitur in bonam partem pro religione, *in l. falsi quidem crimen, C. de falsis, in l. fin. C. de pactis, in fine, & in l. prima, C. de Senatuscons. Claudian. tollendo*, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 7. nu. 7.* vbi dixit, sectam & hæresim idem esse ex D. Thoma, quem allegat, *2. 2. quæst. 11. artic. 1. ad tertium*, Lælius Zecchius *in sum. part. 1. tit. de hæresi, cap. 11. nu. 1.* vbi, quod hæresis sæpe dicitur secta, quia qui eligit vnam viam, alia relicta quasi secatur, & diuiditur ab alia.

Et † sicut plures sunt casus, vt modo dixi, in quibus quis dicitur Hæreticus, & in hæresim incidit: ita etiam & plures alii sunt casus, in quibus quis non dicitur Hæreticus, etsi aliquo modo erret, de quibus lectorem remitto ad Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 18. & cap. 37. per totum in discursu*, vltra infrascriptos. 14

PRÆMITTO III. Quis † dicatur Hæresiarcha, & in quo differat ab Hæretico, vide in Repertor. Inquisit. *in verbo, Hæresiarcha, per totum*, vbi, quod Hæresiarcha dicitur ille, *qui gignit errorem*, item, *qui docet errorem, quẽ ipse gignit vel sequitur*, item, *qui publice defendit errorem*, & dicitur Hæresiarcha ab *Hæresi*, & *Arca*, quasi Arca Hæresis, ad conseruandum errorem (quæ tamen etymologia non recte procedit, quia re vera Hæresiarcha dicitur ab Hæresi & Archi, quod est verbum Græcum, significans Principem, siue principium,) & sicut Patriarcha dicitur Princeps Patrum, sic Hæresiarcha dicitur Princeps Hæreticorum, *& ibi in additionibus, litera A.* alii referuntur tractantes hanc materiam, Vmbert. Locat. *in iudic. inquisit. in verbo, hæreticus, num. 23.* Ioann. à Rojas *sing. 73. nu. 4. in fine, vers. & hæresiarcha est*, & ante istos Eymeric. *in Directorio inquisitor. part. 2. quæst. 39.* & ibi Pegna *in additionibus, commentar. 64. fol. mihi 350. & sequ.* vbi late materiam declarat, & eam tractantes refert, & inter alia firmat conclusionem, quod Heresiarcha dicitur nõ solum, qui errores adinuenit & cõfinxit, sed etiam qui inuentos iam & confictos ab aliis, alios docet, allegat Albertin. *in tract. de agnoscend. assert. Cathol. & hæret. qu. 29. nu. 23. & qu. 30. nu. 60.* vbi bonam reddit rationem, Ludou. à Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis, l. 3. qu. 9. nu. 134.* vbi dixit, Hæresiarcham illum proprie vocari, *qui aut hæreses inuenit, aut inuentas alios docuit.* 15

PRÆMITTO IV. Quæ † requirãtur ad hoc, vt quis dicatur Hæreticus, qua in re vide Arnal. Albertin. cum allegatis per eum *in rubr. de hæreticis, in 6. quæst. 13. num. 5.* vbi dixit, quod ad hoc, vt quis propriissime dicatur Hæreticus, quinque requiruntur. *Primo*, quod professus fuerit Catholicam fidem; Iudæi enim & infideles non dicuntur proprie Hæretici, vt mox infra dicam. *Secundo*, quod de Catholica fide nõ omnia neget; si enim nihil de fide credat, dicitur magis Apostata, quam Hæreticus, prout pariter dixi infra in materia Apostasiæ; *Tertio*, quod habeat errorem in intellectu; *Quarto*, quod talis error sit in his, quæ sunt fidei & bonorum, ad consequendam vitam æternam: si enim non est pertinax, sed pœnitens, desiit esse Hæreticus, prout etiam infra dixi in materia pœnitentis Hæretici; *Quinto*, quod talem errorem pertinaciter defendat, vt pariter *suo loco* dixi, *& num. 6. & seqq.* singula ista requisita singulariter examinat, & ante eum Antonina *in summa, part. 2. titul. 12. cap. 5. in princip. vers. ad cuius euidentiam, & §. 1. per totum*, vbi etiam ponit dicta quinque requisita, eaque singulariter & late explicat & declarat, de quibus etiam videas declarantem Syluestrin. *in verbo, hæresis, §. 1. num. 4. per tot.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 1. num. 34. & seqq. vsque ad nu. 42.* Toledo *de instructione sacerdotum, l. 4. c. 3. nu. 1. & seqq.* 16

Alii † dixerunt, duo requiri ad hoc, vt quis Hæreticus dicatur, error scilicet in fide, & pertinacia, vt videre est apud Rosellam *in summa, in verbo, hæreticus, in princ.* Fr. Rayner. *in summa, in verbo, hæresis, cap. 1. vers. vnde ad rationem hæresis*, Repertor. Inquisit. *in verbo, hæreticus, versic.* 17

Quid

Quid proprie faciat hæreticum, Ioan. Lopez *in allegat. hæretical.* §. 2. & 3. vbi pluribus præmissa requisita comprobat, & exornant Oldrad *consil.* 210. *nu.* 1. *vers. & secundum hoc*, Campeg. *in addit. ad Zanchin. in tract. de hæret. cap.* 1. *litera A. in fin. additionis*, Couarruu. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 2. *vers. Exigit profecto multa*, Clar. in §. *hæresis, vers. Ad hoc autem*, Decian. *in tract. crim. lib.* 50. *cap.* 17. *vers.* 222. *& tribus sequentibus*, & quod non sit dicendus Hæreticus, qui sine interiori intellectus errore quæcunque contra fidem verba proferat, bene etiam docet Alexan. Pesan. *in Commentar. ad D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 1. *disputat.* 1. *in* 3. *conclus. vers. secundo colligitur.*

Alii vero dixerunt, tria requiri ad hoc, vt quis proprie dicatur Hæreticus. *Primum* scilicet falsa credulitas in rationabili; *Secundum*, peruersa voluntas in concupiscibili; *Tertium*, impugnationis pertinacitas ex parte irascibili, vt videre est apud Angelicam, *in verbo, hæreticus, in princip. vers. sed*, loquendo de Hæretico proprie, Tabien. *in verbo, hæreticus, num.* 1. *ante finem, vers. & sic liquet.* quod Hæresis nomen importat tria, *& nu.* 26. *vers. & ad istam tertiam speciem, vsque ad num.* 27. vbi late declarat tria prædicta requisita, Vmbert. Locat. *in iudic. inquisit. in verbo, hæreticus, n.* 16. 17. & 18. vbi bene declarat, Simanch. *Cathol. instit. tit.* 30. *rubr. de hæresi, nu.* 3. *& seqq.* vbi & ipse bene declarat tria prædicta requisita, & in Enchiridio *tit.* 3. *rubr. de hæreticis, num.* 2. Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis, quæst.* 28. *num.* 13. Decian. *in tract. crim. libr.* 5. *cap.* 9. *num.* 2. *vers. tria ergo*, Hyppolit. Riminal. *consil.* 414. *num.* 30. & 31. Ludou. à Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis, lib.* 3. *quæst.* 8. *nu.* 65. vbi tria requisita ad Hæresim, declarat esse primum, quod quis sit baptizatus, secũdum, quod habeat errorem in intellectu, tertium, quod habeat pertinaciam.

18 Ex † quibus pertinaciam semper requiri ad hoc, vt quis Hæreticus dicatur, magis communiter receptum esse, ex præallegatis Doctoribus bene dignoscitur; Quamuis ad peccatum Hæresis non requiri prædictam pertinaciam facere videantur argumenta deducta per Gregorium de Valentia *in Commentar. ad D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 1. *vers. sed occurrunt quædam argumenta, & seqq.* quib. & ipse bene respõdet, & *in vers. ex dictis patet solutio*, bene comprobat, & firmat ad hoc, vt quis formaliter dicatur hæreticus, non sufficere, quod aliquid proferat fidei contrarium, nisi ad pertinaciam habeatur respectus, & quod ad hoc, vt quis hæreticus dicatur, requiratur pertinacia: dixi etiam infra, *quæst.* 193. *nu.* 3. & bene probat Iacob. de Graffiis *l.* 2. *suarum decis. c.* 8. *rub. de hæretic. nu.* 7. Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi l.* 2. *c.* 7. *num.* 1. *& seqq.* quem omnino videas bene declarantem qualis debeat esse, & qualis sufficiat pertinacia, vt ex ea quis & Hæreticus reputetur, Tolet. *de instruct. sacerdotum l.* 4. *cap.* 3. *nu.* 4.

Et alii demum ad hoc, vt quis Hæreticus dicatur, quatuor requiri dixerunt, de quibus per Azzor. Iesuitam *in summa part. prima lib.* 8. *cap.* 9. *rubr. de hæresis crimine in* 2. *quæst.* *Primo* scilicet, vt quis sit baptizatus, & Christi fidem professus. *Secundo*, vt pertinax sit in credendo falsum. *Tertio*, vt aliquam fidei sententiam credat, aliquam neget. *Quarto*, vt habeat errorem in mente, sic & quatuor requiri, dixit Ludou. à Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis, libr.* 3. *quæst.* 3. *num.* 10. *& seqq.* Primum scilicet errorem in mente & intellectu; Secundum, quod error sit circa fidem; Tertium, quod quis fuerit baptizatus; Quartum, pertinaciam.

19 Præmitto V. Quotuplex † sit Hæreticus? Breuiter dicas, Hæreticum alium esse affirmatiuum, & alium negatiuum. Affirmatiuus Hæreticus est ille, qui errorem, quem habet in mente, aut verbo, aut factis ostendit & fatetur, Repertor. Inquisit. *in verbo, hæreticus, nu.* 35. *in princ.* Eymericus *in Director. inquisit. part.* 2. *qu.* 34. & ibi Pegna *in additionibus litera A. fol. mihi* 343. *col.* 2. *versic. Primo*, idem Pegna *in additionibus ad eundem Eymeric. part.* 3. *tit. de duodecimo modo terminãdi processum, &c. Commentar.* 48. *num.* 107. *fol. mihi* 564. *& seqq.* vbi testatur, hanc veram & communem Doctorum sententiam, comprobatam etiam ex definitione Concilii Bitteren. & Narbonensis, nec non etiam ex Hispalens. instructione, lata de anno 1484. c. 14. in Hispania, & pro ea tres præcipuas affert rationes.

Negatiuus † vero Hæreticus dicitur ille, qui legitimis testibus conuictus de Hæresi, constanter in negatiua persistit, verboq; fidem Catholicam profitetur, qui propterea tanquam impœnitens Curiæ seculari tradẽdus est, cum ad misericordiam admissi non sint, qui in sua negatiua persistunt, & si se Ecclesiæ supponant, impœnitentes iudicãtur, qui peccatum confiteri nolunt, secundum Calderin. qui bene hanc materiam declarat *in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis impœnitentibus, nu.* 1. *& in rubr. de materia processus Inquisitionis, nu.* 3. *in fine*, & extat Decisio Rotæ in antiquis vnica, *in tit. de hæreticis, alias* 875. vbi ad vtramque partem egregie quæstio disputatur, & postea pro hac sententia concluditur, Rebuff. *in pract. benefic. tit. de modis amittend. benefic. nu.* 32. vbi dixit, se vidisse, hanc Rotæ decisionem seruari contra quendam Hæreticum astutum, Repertor. inquisit. *in verbo, hæreticus, versic. hæreticus negatiuus, & in verbo, negatiua, vers. circa prædicta, & duobus sequentibus*, vbi relatis & reprobatis cõtrariis, pluribus hanc defendit sententiam, Vmbert. Locat. *in iudic. inquisit. in verbo, hæreticus, num.* 25. *vers. negatiuus vero*, Simanch. *Cathol. Institut. tit.* 48. *rub. de pertinacibus, nu.* 25. *& sequentib.* vbi propterea reprehendit Iulium Clarum dicentem, hoc sibi videri acerbum, *& in Enchiridio tit.* 61. *rubr. de impœnitentibus, num.* 1. *&* 2. Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, cap.* 12. *in verbo, facti euidentia, in fine additionis, vers. tales appellantur*, Arnald. Albertin. *de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst.* 12. *nu.* 9. *in* 2. *conclusione*, & Bursat. *consil.* 7. *nu.* 2. *&* 3. *nu.* 7. Ioan. à Rojas *in tract. de hæret. part.* 1. *nu.* 69. *& seqq.* vbi alios refert concordantes, & pariter reprehendit Boerium & Clarum contrarium tenentes, *& part.* 2. *nu.* 213. *& seqq. & nu.* 278. *& sequ.* Decian *in tract. crim. libr.* 5. *cap.* 17. *vers.* 139. *& cap.* 37. *nu.* 16. *& nu.* 45. *& cap.* 38. *nu.* 3. *& cap.* 47. *nu.* 6. *in fine, & cap.* 54. *num.* 33. *& cap.* 55. *num.* 9. Eymeric. *in Director. Inquisit. part.* 2. *quæst.* 34. *num.* 2. *&* 3. & ibi Pegna *in additionibus commentar.* 59. *liter. D. versic. hi enim quamdiu, fol. mihi* 345. *col.* 1. Pegna ad Eymericum *vbi supra, part.* 1. *quæst.* 12. *commentar.* 26. *vers. rursus, fol. mihi* 81. *col.* 2. Læl. Zech *in summa, part.* 1. *tit. de fide, cap.* 11. *rubric. de hæresi, nu.* 19. *in fine, vers. si vero quis est legitime conuictus*, Didac. Cantera *in quæst. crim. in rubr. de hæresi, capit.* 1. *sub nu.* 57. *& latius nu.* 60. *in* 2. *dubio, & nu.* 61. *& seq.* Lud. à Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis, l.* 3. *quæst.* 4. *rubr. de expeditione processus in causis fidei, nu.* 41.

Quicquid † secus sensisse videatur Clarus *vbi supra allegatus in* §. *hæresis, nu.* 9. *versic. & nota in hoc proposito*, vbi dixit, hanc opinionem semper sibi visam fuisse rigorosam, & ante eum Boer. *decis.* 341. *num.* 4. *in fine.* Et quidem in supremo & generali Christianæ Reipublicæ Inquisitionis Romanæ Tribunali, in quo summa cum pietate & misericordia procedi solet, magna cum circumspectione proceditur, nec ita de facili, ille qui prima facie apud aliquos negatiuus haberetur, ab ipso supremo tribunali vt talis puniretur. 21

Bene † verum est, retenta communi opinione, quod ad hoc, vt quis dicatur Hæreticus negatiuus, & vt tanquam Hæreticus possit condemnari, tria requiruntur. *Primũ*, quod verba seu facta ab accusato prolata & gesta aperte sint Hæreticalia, nec alium sensum habere possint, quam Hæresim; *Secundo*, quod de dictis verbis aut factis hæreticalibus per testes, contestes, & omni exce- 22

exceptione maiores sit conuictus; *Tertio*, quod constet, eundem accusatum asseruisse prædicta verba, seu facta hæreticalia se credere, & ab aliis credenda esse, vt per Arnald. Albertin. *in tract. de cognoscendis assertionibus catholicis, &c. quæst.* 34. *nu.* 51. Ioan. à Rojas *in tract. de Hæreticis, part.* 1. *nu.* 84. *& seqq.* vbi ponit quinque requisita ad hoc, vt quis possit tanquam Hæreticus negatiuus curiæ seculari tradi. *Primo*, quod quis sit accusatus de vera & firmata hæresi, non autem de assertione scandalosa aut temeraria. *Secundo*, quod verba seu facta hæreticalia, de quibus quis est accusatus, sint clara & certa, non autem dubia vel ambigua. *Tertio*, quod eadem verba seu facta hæreticalia probentur per testes idoneos, & non singulares. *Quarto*, quod idem Accusatus neget dixisse aut gessisse prædicta verba seu facta hæreticalia. *Quinto*, quod verba seu facta hæreticalia fuerint prolata, & gesta de recenti, non autem de antiquo tempore, in quo propterea sit verisimilis obliuio. Qua in re vide Pegnam *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum part.* 2. *quæst.* 34. *Comment.* 59. *fol. mihi* 345. *versic. sed in hac quæstione, & seqq.* vbi bene declarat in proposito, quanto tempore præsumatur obliuio, & concludit, quod in factis hæreticalibus arduis, vt puta in diruptione Sacrorum Templorum, Deletione Imaginum Sanctarum, Prædicatione Hæreticalium propositionum, aut earum Scriptura, negatiuus Hereticus non excusaretur ex pretensa obliuione, tametsi longum tempus post hæc facinora transiuisset, in cæteris vero factis seu verbis Hæreticalibus obliuio præsumetur per decennium, minori, aut maiori tempore arbitrio iudicis, vt ibi per eum, qui propterea bene admonet iudicem, quomodo arbitrium suum regulare debeat ad præsumendum isto casu obliuionem, vel non, & *in eisdem additionibus part.* 3. *titul. de duodecimo modo terminandi processum Commentar.* 48. *nu.* 208. *fol. mihi* 565. *colum.* 1. *in fine, & col.* 2. *vers.* 1. *& seqq.* vbi bene explicat & declarat prædicta quinque requisita, Didac. Cantera *in quæst. crimin. rubr. de heret. cap.* 1. *sub num.* 61. *& seqq.* vbi, quod quando hæreticus est conuictus de facto hæreticali ab ipso negato ad hoc, vt possit relaxari Curiæ seculari, dicit necesse, vt illud factum sit consummatum, & quod, quando est conuictus de aliqua propositione hæreticali, ad hoc, vt pariter possit Curiæ seculari tradi, necesse est, quod dicta propositio aut habeat aliquid dogmatistæ, aut quod in ea aliquid affirmetur contra fidei articulum; Alias (inquit ipse,) contra conuictum de prolatione verborum hæreticalium, ipse potius veniret ad torturam, quam ad condemnationem.

23 De † modo autem procededi ad condemnationem contra Hæreticum negatiuum, vide Eymericum *in Directorio Inquisitorum part.* 3. *Rub. de duodecimo modo terminandi processum, &c. nu.* 207. *fol. mihi* 561. *col.* 1. *&* 2. *nu.* 211. vbi de forma tradendi, seu relinquendi brachio seculari hæreticum negatiuum agitur, *fol. mihi* 563. & ibi Pegna *in additionibus Commentar.* 48. *fol. mihi* 564.

24 Alia † & principalis affertur Hæreticorum distinctio; Aliqui enim dicuntur Hæretici proprie; aliqui vero improprie; Proprie dicuntur hæretici, qui male sentiunt de articulis Fidei, vel Sacramentis Ecclesiæ; Cæteri vero improprie, prout dixi *infra in §. sequenti.*

25 Et † secundum aliam distinctionem, alii dicuntur Hæretici proprie, alii autem propriissime, super qua distinctione, & qui dicantur Hæretici proprie, & qui propriissime, vide Arnaldum Albertin. *in rubric. de hæreticis, in* 6. *quæst.* 13. *num.* 1. *& seqq. & num.* 73. vbi dixit, quod hæretici proprie sunt, quando quis de articulis fidei aliter sentit, quam sentiat Romana Ecclesia, vel quando quis male sentit de Sacramentis Ecclesiæ, vt dixi. Propriissime autem Hæretici dicuntur multis modis, de quibus ibi per eum per totam illam quæstionem in discursu.

Et † quod hæretici aliqui dicantur propriè hæretici; Aliqui autem improprie, & sic aliquando dicantur hæretici large sumpto vocabulo, aliquando autem stricte, Et qui; videas per Hostiensem *in summa de Hæreticis, num.* 1. *versic. Multis tamen modis, & versic. sed stricto modo*, Didac. Canter. *in quæst. crim. rubr. de Hæreticis, cap.* 1. *num.* 2. vbi & ipse bene declarat, qui dicantur Hæretici proprie, & qui improprie, Vmbert. Locat. *in iudic. Inquisit. in verbo, Hæreticus, num.* 89. vbi, quod nomen Hæretici aliquando sumitur communiter, aliquando proprie, & aliquando propriissime, & *nu.* 20. *&* 21. declarat, qui dicantur hæretici communiter, qui proprie, & qui propriissime. 26

Hinc † propterea sequitur, Excommunicatum large & improprie dici hæreticum, argumento textus *in cap. quod autem*, 4 *quæst.* 1. Siluestrin *in verbo, Heresis, §.* 1. *num.* 1. *in fine, versic. Aliquando tamen hæreticus dicitur quilibet excommunicatus*, Tabiena *in verbo, Hæreticus, num.* 1. *in princ. vers. primo modo*, Franciſc. Rayner. *in summa, in verbo, Heresis, cap.* 2. *ad finem, vers. Tertio Hæreticus est*, Repertor. Inquis. *in verbo, Hæreticus, sub vers. Item ad hoc, & vers. Decimo dicitur Hæreticus, & ibi in additionibus lit. Q.* Vmbert. Locat *in iudic. Inquis. in verbo, Hæreticus, nu.* 3 Simanch. *Cathol. Instit. tit.* 3. *rub. de Hæreticis, nu.* 2. Calderin. *cons.* 5 *nu.* 1. *tit. de Hæreticis, vers. illa autem proprie significatio est.* 27

Sic † & simoniacus licet hæreticus dicatur, *cap. quicunque, & cap. presbyter,* 1. *quæst.* 1. Addentes ad Hostiens. *in summa, de hæreticis, §. quis dicatur, nu.* 1 *litera A. vers. item simoniacus*, Goffred *in rubric. de hæreticis, num.* 1. *vers. quarto modo dicitur Hæreticus*, Angelica *in verbo, Hæreticus, in princ. vers. item omnis simoniacus*, Tabiena *in verbo, Hæreticus, num.* 1. *vers. secundo modo*, Franc. Rayner. *in summa, in verbo, Hæresis, cap.* 2. *ad finem, vers. quarto hæreticus est*, Repertor. Inquisit. *in verbo, Hæreticus, sub versic. Imo ad hoc, & vers. quinto modo dicitur hæreticus.* 28

Veritas † tamen est, vt simoniacus non sit proprie hæreticus, nisi credat, licitum esse spiritualia emere, & vendere, & sic simoniam committeret, Turrecremat. *in capit. presbyter,* 1. *quæst.* 1. cum aliis per Arnald. Albertin. *in rubr. de hæreticis, in* 6. *quæst.* 13. *num.* 28. & voluit etiam idem Turrecremat. *in cap. Hæreticus, nu.* 1. *vers. tertio sic, & num.* 2. *versic. ad tertiam respondetur*, Hostiens. *in summa, de hæreticis, §. quis dicatur, num.* 1. *vers. & simoniacus*, Antonin *in summa, part.* 2. *tit.* 12. *cap.* 5. §. 1. *Nam simoniacus non est hæreticus proprie*, Siluestrin. *in verbo, Heresis,* §. 1. *nu.* 1. *in fine, vers. similiter est simoniacus, & nu.* 4. *vers. nec obstat, quod secundum iura simoniacus dicatur hæreticus*, Repertor. Inquis. *in verbo, Hæresis,* §. 1. *rubr. quid sit hæresis, vers. item nota, quod simoniaca prauitas, & ibi in additionibus, litera K. & in verbo, Hæreticus, sub vers. nota, quod hæreticus dicitur, qui fidem Christi confitetur, per totum in discursu*, vbi bene declarat, quomodo improprie & per similitudinem simoniacus dicatur hæreticus, præsertim quando quis verbo dicit, Simoniam esse peccatum, & tamen opere & facto simoniam exercet, *& in verbo, Simonia, vers. An simoniaci*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquis. in verbo, Hæreticus, nu.* 2. *& in verbo, Simonia, nu.* 1. Simanch. *Cathol. Instit. tit.* 31 *rubr. de hæreticis, nu.* 2. Squillacen. *de fid. Cathol. cap.* 15. *nu.* 1. *& cap.* 23. *nu.* 1. *&* 2. Calderin. *cons.* 5. *in tit. de hæreticis, post nu.* 1. *vers. Illa autem propria significatio*, & bene declarat Alex. Pesan. *in commentar. ad D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 1 *disput.* 1 *in* 3. *conclus. vers. Colligitur, simoniam formaliter loquendo non esse hæresin.* 29

PRÆMITTO VI. Vnde dicatur hæresis. Qua in re varii varia tradiderunt. Aliqui enim dixerunt, hæresim dici ab *erro, erras*, vt videre est apud Ioann. Andream *in cap. firmissime, num.* 2. *extra, de hæret.* & ibi etiam Anton. de Butr. *nu.* 6. Abb *post nu.* 3. *vers. & dicitur hæresis,*

Card.

Card. Zabar. *num.* 6. Io. de Anan. *in rubr. extra de hæreticis num.* 1. *vers. Alij dicunt, quod dicitur ab errando*, Arnald. Albertin *in rubr. de hæreticis in* 6. *qu.* 1. *nu.* 2. *vers. & dicit Abbas*, Achid. *in cap. hæresis num.* 1. *in princ. vers. sunt etiam, qui dicunt* 24 *qu.* 3. & ibi etiam Turrecrem. *nu.* 1. *vers. Quidam enim dicunt*, & Bellamer. *in princ. sub nu.* 3. *in verbo electione*, Repertor. Inquis. *in verbo Hæreticus vers. Ad hoc, vt meliorem notitiam habeamus*, vbi eandem etymologiam applicat Hæretico, vt scilicet Hæreticus dicatur à verbo *erro*, & à verbo *recto*, & sic hæreticus dicatur, id est, *Errans à recto*, Zanchin. *in tract. de hereticis cap.* 1. *num.* 1. Decian. *in tractat. crim. lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 5.

30 Reprobatur † hæc etymologia à Mariano Soccino *in Rubr. extra de Hæreticis sub n.* 6. *vers. sed hoc mihi non placet*, & à Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum par.* 2. *qu.* 1. *vers. alias autem Etymologias. & vers. seqq. fol. mihi* 246. *columna* 1. Petro Gregor. *Syntagma. iuris, lib.* 33. *capite* 4. *num.* 3.

31 Hinc † disputant Doctores: An error differat ab Hęresi, & in quibus, super qua re vide Antonium *in summa par.* 2. *tit.* 12. *cap.* 5. *in princ.* vbi dixit, tria esse necessaria, vt quis sciat ad salutem in his, quæ fidei sunt, vel morum, scilicet *Temerarium, Erroneum, & Hæreticum*. Dicitque, quod non omne temerarium est erroneum; Nec omne Erroneum est hæreticum, sed bene è contra, quod Erroneum est, est etiam Temerarium, & quod Hæreticum est, est etiam Erroneum, & Temerarium, vt ibi per eum, qui bene omnes hos terminos declarat, & exemplificat, de quo vide etiam Syluestrinam post Archidiaconum, quem allegat *in verbo, Hæresis* §. 1. *num.* 3. Repert. Inquis. *in verbo, Hæreticus vers. nota quod Hæreticus est simpliciter*, vbi videtur declarare, quod Hæresis est in eo, qui non est paratus corrigi; Error vero (materialiter intelligendo) in eo, qui non pertinaciter suum substinet errorem. Mandos. *in additionibus ad Repertorium Inquisitorum, in verbo Error vers.* 1. *litera A.* vbi bene declarat Quid, & Quotuplex sit Error, Simanch. *Cathol. Instit. tit.* 26. *rubr. de Errore, & Ignorantia num.* 1. vbi dixit, quod errare aliud non est, quam *Habere falsum pro vero, aut verum pro falso, certum pro incerto, aut incertum pro certo*; & latius *tit.* 54. *rub. De Propositionum qualitate nu.* 1. *& seqq.* vbi pluribus, & magistraliter explicat, Quænam dicatur Propositio Hæretica, Quænam Propositio Erronea, & in quibus vna differat ab altera, & alia ad materiam de qua in concurrenti dubitatione semper ad eum recurras, *& in Enchiridio. tit.* 24. *eadem rubr. de Propositionum qualitate nu.* 1. *& seqq. per totum*. Io. à Rojas *in tract. de Hæreticis par.* 1. *num.* 466. vbi dixit, Errorem differre ab Hæresi, tanquam genus à specie, quia omnis Hæresis est Error, sed non è contra *& nu.* 268. *& seqq.* vbi prosequitur alias differentias inter Errorem, & Hæresim, & inter Propositionem erroneam, & hæreticalem, & ibi Pegna *in additionibus sub nu.* 474. *&* 475.

32 Ad † quam materiam vide etiam eundem Rojas *in eodem tract. de Hæreticis par.* 2. *nu.* 310. *& seqq.* vbi etiam de pœna erroneæ assertionis, Albertin *de agnoscendis assertionibus Catholicis & Hæreticis, qu.* 5. *&* 6. Eymeric. *in Directorio Inquis. par.* 2. *qu.* 2. & ibi Pegna *in additionibus*, vbi ad saturitatem ponit omnes modos, quibus propositio euadit Hæreticalis, & inde etiam firmat octo regulas, quibus cognoscitur Hæreticalis Propositio, *& quæst.* 3. & ibi etiam Pegna *in additionibus*, vbi pariter explicat differentiam inter Errorem, & Hæresim. Et particulariter: Si vis scire, An verbum *Error* differat ab Hæresi appositum in generali abiuratione qua vtitur Sacrosanctum Tribunal Sanctæ Romanæ, & Generalis Inquisitionis, in qua dicitur: *Quos errores & hæreses simul cum omni alio errore, & hæresi contraria Sanctæ matri Ecclesiæ Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ abiuro & detestor*. Vide eundem Franc. Pegn. ad Eymer. *vbi supra par.* 3. *commentar.* 40. *vers. ad id autem fol. mihi* 526. *colu.* 1. adde ad præmissa, Lælium Zech. *in summa par.* 1. *tit. de fide rubr. de hæresi cap.* 11. *nu.* 2. vbi dixit, quod Hæresis & Error differunt inter se. Nam non omnis error est hæresis, sed bene nulla est hæresis sine errore. Deinde subdit, quod aliqua propositio est hæreticalis, aliqua erronea, aliqua sapiens hæresim, aliqua scandalosa, aliqua temeraria, aliqua iniuriosa, aliqua schismatica, & aliqua male sonans. & *ibi iuncto nu.* 3. singulas istarum propositionum species bene declarat, & exemplificat, de quibus vide etiam bene declarantem Domin. Bannem *in Commentar. ad D. Thomam* 2. 2. *qu.* 11. *artic.* 2. *vers. Circa hos articulos, & seqq. pluribus.* & ibidem Alexand. Pesan. *disput.* 1. *qu.* 1. *vers. Quæres, quid sit propositio hæretica, & seqq.* Ludov. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.* 3 *qu.* 3. *num.* 105. *& seqq.*

Alij † dixerunt Hæresim dici à verbo *Ercisco*r, quasi quod sit quædam diuisio ab vnitate fidei, ex allegatis per Albericum *in rubr. Cod. de Heret. nu.* 8. Io. Andr. *in cap. firmissime nu.* 2. *extra de Hæreticis*, & ibi etiam Anton. de Butr. *num.* 6. Cardin. Zabar. *sub num.* 6. Marian. Soccin. *in rubr. extra de Hæreticis nu.* 7. & ibi etiam Io. de Anan. *post num.* 1. Felin. *in vers. & dicitur ab ercisc*or, Arnald. Albertin. *in rubr. de Hæreticis in* 6. *qu.* 1. *nu.* 2. Turrecrem. *in cap. Hæresis num.* 1. *vers. Alij dicunt il* 1. 24. *quæst.* 3. Archid. *in cap. Hæreticus nu.* 1. *eadem causa, & quæstione, & ibi etiam* Bellamer. *num.* 1. Azzo *in summa de Hæreticis nu.* 1. *vers. & dicitur ab Erciscor*, Hostien. *in eadem rubri. de Hæreticis* §. *quis dicatur num.* 1. *vers. Dicitur autem Hæreticus*, Tabiena *in verbo, Hæreticus, num.* 1. *vers. Tertio modo dicitur ab Hæsito, quod idem est, quod Diuido*, Repertor. Inquis. *in verbo, Hæreticus, vers. Alij dicunt il primo*, Zanchin. *in tract de Hæreticis cap.* 1. *nu.* 2. *&* 3. Grilland. *in tract. de Hæreticis qu.* 1. *nu.* 4. *in fine & nu.* 5. Carer *in tract. de Hæreticis num.* 5. Gondisaluu. *in tract. de Hæreticis qu.* 2. *nu.* 1. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 4. Eymeric. *in Direct. Inquis. par.* 2. *qu.* 1. *nu.* 3. *&* 4. *& quæst.* 30. *vers. Tertio ab Erciscor.* 33

Verum hanc Etymologiam non approbat Pegna in additionibus ad Eymericum *vbi supra par.* 2. *d. qu.* 1. *vers. Alias autem etymologias, & vers. seq. fol. mihi* 246. *column.* 2. Petr. Gregor. *Syntagma. Iuris lib.* 33. *cap.* 4. *num.* 3.

Faciunt pro hac etymologia, quæ dixi in diffinitione Hæresis hac eadem quæstione *num.* 3 *&* 4.

Similis † est opinio, quam alij dixerunt Hęresim dici à verbo Græco . . . quod Diuisionem significat, quos retuli supra hac eadem quæstione *num.* 3. 34

Alij † dixerunt Hęresim dici à verbo, *hæreo, hæres*, quia nimium hærent suæ opinioni, vt videre est apud Io. Andr. *in cap. firmissime num.* 2. *extra de hæreticis*, & ibi etiam Anton. de Butr. *num.* 6. Abb *num.* 3. *vers. & dicitur Hæresis.* Card. Zabar. *num.* 6. Turrecrem. *in c. Hæresis, nu.* 1 *vers. Alij dicunt il* 2. 24. *qu.* 3. Syluestrina *in verbo Hæresis* §. 1. *num.* 1. *vers. & sic Hæresis*, Tabien. *in verbo Hæreticus, num.* 1. *vers. secundo modo dicitur, & nu.* 26. *vers. Competit ei nomen Hæresis*, Repertor. Inquis. *in verbo Hæresis* §. 1. *rubr. Quid sit Hæresis, vers. Item dici potest Hæresis ab Hærendo, & vers. supra dictum est, &* §. 3. *in verbo, Hæreticus, vers. Alij dicunt il* 2. Zanchin. *in tract. de Hæreticis c.* 1. *nu.* 5. Eymeric. *in Directorio Inquisitorum par.* 2. *qu.* 1 *num.* 2. *& qu.* 30. *vers. secundo ab adhæreo.* 35

Reprobatur † hęc etymologia à Mariano Soccino *in rubr. extra de hæreticis, nu.* 6. *vers. vel etiam, & nu.* 10. *in fin.* & à Pegna *in additionibus ad Eymericum vbi supra, dict. quæst.* 1. *vers. alias autem etymologias, & vers. seq. fol. mihi* 246. *col.* 1. Petr. Gregor. *Syntagma. iuris, libro* 32. *cap.* 4. *num.* 3. 36

Alij † dixerunt Hæresim dici à verbo Græco Hæresis, quod Latine loquutionis Virtutem significat, ex quo Hæretici sermonibus, & disputationibus suis confidunt, non in virtute sancti spiritus, secundum Anan. *in rubr. extra de hæreticis, post num.* 1. Archid. *in cap. Hæresis, num.* 1. *in princ. vers. Alij dicunt* 24. *qu.* 3. & ibi etiam Bellamer. *in princip. sub numer.* 3. *vers. Alij dicunt à Græco*, Grilland. 37

fand. *in tractat. de Hæreticis qu. 1. post num. 4. verſ. Quidam dixerunt.*

38 Aliqui † etiam dixerunt Hæreſim, ſeu hæreticum dici ab Heremo, quia ſicut Heremita dicitur ab Heremo, quoniam ſtat in nemore ſeparatus à ciuitate, vel oppido, ita dicatur hæreticus ſeparatus à noſtra fide, habens prauam fidem per ſe, verba ſunt Odofred. *in rubr. C. de Hæreticis, nu. 1.* Repertor. Inquiſit. *in verbo, Hæreſis, §. 1 rub. Quid ſit hæreſis verſ. tertio, incip. item hæreſis, id eſt Heremita,* Eymeric. *in Director. Inquiſit. par. 2. quæ. 30. in principio.*

39 Reprobatur † hæc etymologia à Pegna *in additionibus ad Eymericum, dict. quæſt. 30. verſ. huiuſmodi autem.*

40 Hæreticum † autem dici ab Hæreſi, nullã habet dubitationem, qui enim aliquam hæreſim tenet, hæreticus eſt, Eymeric *in Directorio Inquiſitorum, par. 2. q. 30. verſ. Ad hanc reſpondemus,* Petr. Greg. *Syntagma. iuris, l. 33. c. 4. n. 3.*

41 Et † demum Alij dixerunt (& hæc etymologia magis communiter à Doctoribus recepta eſt) Hæreſim dici à verbo Græco..... quod electionem ſignificat, quaſi, quod ſit ille, qui ſibi bene viſam credulitatem eligit, vt per Diuum Thomam. *2. 2. qu. 11. artic. 1.* & ibi Gregor. de Valen. *in 1. verſ.* & Alex. Peſan. vbi bene, & magiſtraliter hanc etymologiam explicat, Alber. *in rubr. C. de hæreticis, num. 8 verſ. vel dicitur quaſi eleſis;* vbi infert eum dici hæreticum, qui doctrinam Chriſti, & Apoſtolorum, vel Romanæ Eccleſiæ non ſequitur, ſed ſibi nouam, & falſam eligit credulitatem, de quo dixi *in ſeq.* § eſt tex. *in cap. Hæreſis, 24. quæſt. 3* vbi dicitur ex Diuo Hieronymo *in Epiſtola ad Galatas; Hæreſis græce ab electione dicitur, quod ſcilicet eam, vnuſquiſque eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem,* & Archid *nu. 1 in verbo, Electione,* Turrecremat. etiam *n. 1. verſiculo, Licet autem interpretationes,* vbi pluribus comprobat hanc etymologiam, eamq; dicit tangere eſſentiam hæreſis, & Bellamer. *in principio in verbo Electione,* Notant Doctores, *in capitulo firmiſſime, extra, de hæreticis,* vt videre eſt, apud Io. Andr. *nu. 2. verſic. in Gloſſa 1.* Anton. de Butr. *num. 6.* Abb. *num. 3. verſ. Et dicitur hæreſis,* Cardinal. Zabarell. *num. 6.* vbi quod hæc etymologia ſibi magis placet, quam alia, Marian. Socin. *in rubr. extra de hæreticis, numer. 6. & numer. 9. verſiculo, Prima magis placet, & nu. 11. verſiculo. Ego tamen vt dixi ſequor Hieronymum,* & ibi etiam Io. de Anan. *num. 1.* Arnald. Albertin. *in rubr. de hæreticis in 6. num. 2. verſiculo. Et dicit Abbas,* Syluestrina *in verbo, Hæreticus §. 1. num. 1. in principio* Tabien. *In verbo Hæreticus, num. 1. verſ. Nota autem, & num. 26. in principio, Vbi de materia,* Repertor. Inquiſitor. *in verbo Hæreſis. § primo, rub. Quid ſit hæreſis, verſiculo 1. & 3 in diſcurſu, & ibi in additionibus, litera A, & § 3 in verbo Hæreticus verſ. ſed hæreticus dicitur, & in additionibus litera B.* Vmbert. Locat. *in Iudiciali inquiſitorum in verbo Hæreſis, ſub num. 1.* Simanch. Cathol. *Inſtit. tit. 30 rub. de hæreticis n. 1. & in Enchiridio tit. 2. rub. de hæreſi nu. 1. in fine, verſ. Dicitur autem hæreſis,* Zanchin. *in tract. de hæreticis c. 1. n. 6 & 7.* & ibi Campegg *in additionibus litera A.* Io. Lopez *in allegationibus hæreticalibus, §. 3 in princ.* Oldrad. *conſ. 210 nu. 1.* Gill *de hæreticis, qu. nu. 4.* Carter *in eodem trac. de hæreticis, n. 5* Gundiſalu. *de hæreticis. q. 2. poſt n. 1.* Decian. *in tract. cri. l. 5. c. 7. n. 1. & 2.* Eymeric. *in Dirvarect. Inquiſ. p. 2. q. 1. nu. 1.* & ibi Pegna *in additionibus fol. mihi 245. verſ. Vera autẽ Hæreſis etymologia,* Petr. Greg. *ſyntagma. iuris, l. 33. c. 4. n. 3.* Læl. Zec. *in ſumm. p. 1 tit de fide rub. de hæreſi, c. 1 n. 1.* Ludou. à Par. *de origine ſanctæ Inquiſitionis, lib. 3. qu. 3. nu. 4. & ſeqq.* Tol *de Inſtitutione Sacerdotum, lib. 4 c. 3 n. 4 in fine,* Iacob de Graffiis, *lib. 2. ſicarum deciſionum cap. 8. rubr. de hæretic. num. 25.* Vgolin. *in tract. de cenſuris parte 2. cap. 1. num. 1.*

42 Et † licet, vt præfertur, ſecundum magis communem, & approbatam Doctorum ſententiam Hæreſis dicatur à verbo Græco.... quod electionem importat, noſtra tamen fides non per electionem, ſed per diuinam inſpirationem Chriſtianis data eſt, & ab eiſdem Chriſtianis per eandem inſpirationem accepta, vt bene probat Couar. *variar. reſolut. lib. 3. cap. 1. num. 2. ad medium verſ. Verum, Enimuero,* & latius Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquiſitorum, par. 2. qu. 1. comm. 26. verſ. Propterea vero apud nos Chriſtianos, & ſeqq. fol. mihi 246. colu. 1. in fine, & ſeq.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 7. nu. 2. & 3.* Lælius Zecchius *vbi d. nu. 1.* Gregor. de Valen. *in Commentar. ad D. Thomam 2. 2. quæſt. 11. art. 1. verſ. ſed vt recte,* Bartholom. Vgolin. *in tract. de cenſuris eccleſiaſticis par. 2. cap. 1. nu. 5.*

Hæreſis † enim nomẽ, olim, nec turpe, nec odioſum erat, quia non aliud ſignificabat, quam ſectam, ſeu (vt ſuo loco eſt) electionem; Hodie autẽ, & turpe, & odioſum, & infame eſt, cum ſignificat falſam contra fidem opinionem, vt per Simanc. *Cath. Inſt. tit. 30. rubr. de hæreſi, n. 1. & in Enchiridio. tit. 2. rubr. de hæreſi, n. 1.* cum allegatis per eum, & per Couarruuiam *Variar. reſolu. lib. 3. c. 1. n. 2. poſt princ. verſ. his accedit,* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 7. nu. 1. in fine, & n. 3. etiam in fine,* Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquiſitorum par. 2. qu. 1. Comm. 26. verſ. Nomen vero hæreſis fol. mihi 246. colu. 1.* Barthol. Vgol. *in tract. de Cenſuris Eccleſiaſticis par. 2. cap. 1. nu. 3.* Lud. à Paramo *de origine Sanctæ Inquiſitionis lib. 3. qu. 3. nu. 2.* 43

ARGVMENTVM.

Hæreticus eſt, qui male ſentit de articulis fidei, & de Sacramentis Eccleſiæ, Qui falſas opiniones, nouaque dogmata gignit, Qui Sacram Scripturam contra Eccleſiæ intellectum interpretatur, & de aliis nonnullis caſibus particularibus, quibus quis Hæreſim incurrit.

SVMMARIA.

Hæreticus eſt, qui male ſentit de Sacramentis Eccleſiæ, & aliter credit de articulis fidei, quam credat Romana Eccleſia n. 44.

Et iſte proprie dicitur hæreticus, qui in his duobus caſibus hæreſim tenet, in aliis vero caſibus non proprie, ſed large quis hæreticus dicitur, numero 45. contra, numero 46. reſponde, vt numero 47.

Articuli fidei, qui ſint, & quomodo ſumantur, ſtricte ſcilicet, largius, & largiſſime, nu. 48.

Hoſtiam non conſecratam ſumens, dicens, ſic facere ex conſcientia & ne aliis ſcandalum gignat, Hæreticus an ſit, numero 49.

Hæreticus eſt, qui nouas, & falſas opiniones, nouaſq; ſectas, peruerſaque dogmata gignit, vel ſequitur nu. 50.

Hæretici ſunt ſacram ſcripturam aliter exponentes, & interpretantes, quam exponat, & interpretetur Eccleſia, num. 51.

Vbi etiam, An iſte dicatur proprie hæreticus, & quæ dicatur interpretatio ſacræ ſcripturæ aliter, quam flagitat Spiritus ſanctus.

Sacræ ſcripturæ verba profanis & obſcenis verbis immiſcentes, & applicantes, acriter puniuntur, num. 52.

Imagines ſanctorum venerandas non eſſe aſſerens, hæreticus an ſit numero 53.

Papam non habere poteſtatem concedendi Indulgentias plenarias ad remiſſionem pœnæ debitæ in Purgatorio aſſerens, Hæreticus eſt, num. 54.

Papam non habere poteſtatem in temporalibus, ſicut in ſpiritualibus aſſerens, Hæreticus eſt, num. 55.

Excommunicationes Papæ, & Prælatorum non eſſe timendas aſſerens, Hæreticus eſt, nu. 56.

Papæ diſpenſationes non eſſe ſeruandas aſſerens, Hæreticus eſt, num. 57.

Papæ non eſſe obediendum aſſerens, Hæreticus eſt, nu. 58.

Papam non habere poteſtatem condendi Canones aſſerens, Hæreticus eſt, num. 58.

Animam eſſe mortalem aſſerens, Hæreticus eſt, num. 59.

Infer-

Infernum, & Paradisum non esse asserens, hæreticus est, numero 59.

Animam esse sanguinem generatum ex præcedenti materia, & ex traduce asserens, hæreticus est num. 59.

Animæ rationalis substantiam, seu intellectiua non esse vere formam per se humani corporis asserens, hæreticus est, numero 59.

Animam traduci de corpore in corpus credens, hæreticus, est numero 59.

Animam esse Dei substantiam, aut ex Dei substantia asserens, hæreticus est, nu. 59.

Animas non immediate à Deo creari, sed vel ab Angelis, & ex igne asserens, hæreticus est, nu. 59.

Animas Impiorum post mortem, vel in Dæmones, vel in alia animalia suis meritis congrua conuerti asserentes, hæretici sunt, num. 59.

Animam ante creatum corpus peccasse asserens, & propterea in pœnam, in corpus fuisse inclusam, vt in carcerem, hæreticus est, num. 59.

Arbitrium liberum negantes, asserentesque prædestinatos à Deo non posse mutare voluntatem, hæretici sunt, numero 60. Vbi de alijs modis, quibus super libero arbitrio incurritur hæresis.

Hæreticus est etiam quod quis deuiet à fide in leui articulo, num. 61. 62. & 63. Vbi de materia.

Hæreticus in vno articulo, An possit dici hæreticus simpliciter, & in omnibus articulis, nu. 64. 65. & 66.

Decimas non esse soluendas Episcopis, & Clericis asserens, hæreticus est, num. 67.

Vxoris duas ducens suspectus est de hæresi, & de ea inquiri potest per inquisitores, num. 68.

Vxores duas ducens suspectus est de hæresi, quando publice, & palam, eas ducit, secus si clam, & secrete nu. 69. Contra, quod indistincte sit suspectus de hæresi, nu. 70.

Vxores duas ducentis crimen mixti fori est, nu. 71.

Vir scienter nubens cum aliena Vxore, & è contra mulier scienter nubens cum alterius viro puniendus est pœna ducentis duas Vxores, nu. 72.

Pœna ducentis duas Vxores quæ sit, nu. 73.

Adulteria, Homicidia, Furta, & alia enormia delicta committere solitus, An sit de hæresi suspectus num. 75. & 77. & 78. Vbi etiam, An suspicio inde proueniens sit leuis, vel vehemens.

Blasphemare consuetus, licet largo modo hæreticus dicatur, si tamen monitus, blasphemare non cessat, hæreticus reputatur, num. 76.

Peccata sua non confitens singulis annis, & Sanctissimam Eucharistiam non sumens, An & quando hæreticus sit, vel de hæresi suspectus, & de tota materia nu. 79.

Carnes comedens in diebus prohibitis ab Ecclesia, an, & quando sit de hæresi suspectus, num. 80.

Hæreticus non est, qui male sentit in his, quæ fidei non sunt, n. 81.

QVÆST. CLXXVIII. §. II.

HÆRETICVS quis dicatur in genere, & quot modis hæresis incurratur, remissiue declaraui supra in præcedenti §. Deueniendum modo est ad casus particulares, quibus hæresis incurritur, & quibus quis hæreticus dicitur. Qua in re

44 REGVLAM † constituo, quod hæreticus proprie est qui male sentit de Sacramentis Ecclesiæ, aliterq; credit de articulis fidei, quam credat Romana Ecclesia; sic enim præcipue statutum est in Constitutione Martini V. edita de anno 1418. Incipit *inter cunctas*, relata per Francisc. Pegnam post Director. Inquisitorum inter literas Apostolicas *fol. mihi* 88. Alber. *in rubr. C. de hæreticis, n.* 14. *ad medium*, vbi generaliter dixit, quod vniuersi, qui de Sacramento corporis Christi, de Baptismate, seu de peccatorum confessione, Matrimonio, reliquisve Ecclesiasticis Sacramentis aliter sentire aut docere non metuunt, quam SS. Romana Ecclesia prædicat, & obseruat, hæretici credendi sunt, Ballapert. *in l.* 1. *in fin. vers. Nam tales, C. eodem.* Host. *in c.* 1. *in fin. vers. vel quia in articulis fidei errat, extra de hæreticis*, & ibi Io. Andr. *n.* 2. *in verbo fidem veritatis, versic. vel in articulis errat*, Henrich. Boic. *nu.* 1. Anchar. *num.* 5. *in fine*, Ant. de Butr. *nu.* 6. *vers. vel, quoniam errat in articulis, & nu.* 7. *vers. Quærit*, Glos. *in cap. firmissime in verbo hæreticum, vers. Qui aliter sentit, de* [illegible] *lis fidei, & vers. Vel qui male sentiunt de sacramentis Ecclesiæ*, & ibi Innoc. *vers. item qui male sentit.* Host. *nu.* 2. *vers. Decimo stricto modo.* Io. Andr. *n.* 3. Anchar. *n.* 5. Abb. *n.* 3. Fel. *ante n.* 1. *vers. in Glossa prima.* Card. Zabar. *n.* 5. *in fine, vers. Circa quod quæro.* Marian. Soc. *nu.* 6. & Io. de Anan. *nu.* 9. & est Textus, qui tamen loquitur in non credente articulum fidei, quod Christus esset verus Homo, *in cap. Cum Christus*, & ibi Glossa & communiter omnes Canonistæ *extra eodem*; & de male sentientibus, vel male docentibus circa sacramenta, est Textus expressus *in cap. Ad abolendam* §. *vniuersos, extra eodem*, vbi dicitur, *Vniuersos, qui de Sacramento Corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, vel de Baptismate, seu peccatorum Confessione, Matrimonio, vel reliquis Ecclesiasticis Sacramentis, aliter sentire, aut docere non metuunt, quã Sacrosancta Romana Ecclesia prædicat, & obseruat.* & ibi hoc adnotarunt Gloss. *in figuratione casus in fi. vers. item omnes*, Abb. Antiq *n.* 1. Hostien. *nu.* 2. *in verbo, Sacramentis*, Io. And *in summario & n.* 3. *in verbo, Corporis, in verbo Baptismate, & in verbo, Confessione, in verbo, Matrimonio, & in verbo, Sacramentis*, Anch. *in summario*, Ant. de Butr. *num.* 1. *in princip. & in vers. ex prima part. & vers. Nota quod sentientes*, Abb. *ante num.* 1. *in principio, & num.* 2. *in* 1. *notab.* Marian. Soccin. *ante numerum* 1. *in princip. & num.* 1. *in primo notab.* Felin. etiam *in summario, & num.* 1. *vers. nota quod errans.* Cardin. Zabarell. *ante num. primum, & num.* 1. *vers. Nota quod sentiens de sacramentis.* Anan. *in* 1. *&* 2. *summarie, & in primo notab. & nu.* 26. *col. penult. in fin. vers. & quod stricte sumpto vocabulo, & vers. seq. incip. in contrarium*, qui non solum dicit hæreticum, qui male sentit de sacramẽtis Ecclesiæ, sed etiam de articulis fidei, prout etiam de vtraque hæresi loquuntur aliqui ex præallegatis Doctoribus *in d. cap. Ad abolendam.* Marian. Soc. *in rubr. extra de hæreticis num.* 5. *vers. & dicitur hæreticus, & iterum infra vers. sed quantum ad effectum*, Arnald. Albertin. *in rub. de hæreticis in* 6. *quæst.* 13. *num.* 63. *& seqq.* vbi remissiue ponit plures modos, in quibus committi hæresim contingit circa sacramenta. Dec. *consil.* 151, *Maximi ponderis num.* 3. Hostien. *in eodem summa de hæreticis*, §. *quis dicatur nu.* 1. *vers. sed stricto modo, & vers. item Eucharistia, & in additionibus litera A. vers. item qui aliter sentit de articulis fidei*, Rosella *in summa in verbo, hæreticus num.* 9. Angelica *in verbo Hæreticus, in princip. vers. Item qui aliter sentit de Sacramentis, & in versic. Item qui non tenet articulos fidei*, Syluestrina *in verbo Hæresis*, §. 1. *num.* 1. *in princip. versic. & principaliter, & num.* 2. *etiam in princip.* Tabien. *in verbo hæreticus, nu. primo, vers. Quinto modo, & vers. Sexto modo*, Repert. Inquis. *in verbo, hæreticus, versi. Item hæreticus est ille, qui male sentit de Sacramentis, & versic. Item considerandum quod licet pluribus modis, & sub versic. Item ad hoc, & versic. nota quod hæreticus est simpliciter, vbi de non credente vnum fidei articulum*, Vmbert. Locat. *in iudic. Inquisitionis in verbo, hæreticus, nu.* 9. *&* 10. Simanch. *Cathol. Inst. tit.* 31. *rub. de hæreticis, n.* 3. *versic. Præterea Lucius Tertius*, Oldrad. *cons.* 271. *num.* 2. vbi de eo, qui asserit, Romæ vel alibi grauia peccata non dimitti, nisi à solo Deo, & sic errat in Sacramento Confessionis, Grillan. *in tract. de hæreticis, quæst.* 2. *num.* 1. *&* 2. Gundisaluu. *in eodem tract. quæst.* 1. *post nu. primum*, Caier. *in eodem tractat. de hæreticis, num.* 6. *&* 7. *& nu.* 60. Bonifac. de Vitalinis *in suo tractatu de Maleficiis rub. de crimine hæresis n.* 1. *&* 2. Boss. *in titulo de hæreticis n.* 1. Clar. *in pract. in* §. *hæresis n.* 1. Pract. Conradi *in eadem rub. de hæreticis sub n.* 2. Eymeric. *in Directorio inquisitorum par.* 2. *q.* 2. *n.* 2. & ibi Pegna *in additionib. litera B fol. mihi* 248. *col.* 2. *in pr.* Menoch. *de præ-*

de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 6. num. 5. Hyppol. Riminald. *cons. 395. num. 3. & seqq. & nu. 15. & seq. & nu. 31.* Decian. *in tractatu crimin. lib. 5. cap. 17. vers. Primo ergo, & vers. Quarto qui Sacramenta, & vers. seq. & versic. 102. & cap. 18. vers. 26.* Battholom. Vgolin. *in tract. de Censur. Ecclesiast. par. secunda. §. 1. nu. 7.* vbi etiam, An tenens contra omnes articulos fidei, dicatur Hæreticus, vel Apostata.

45 Et † ex præ allegatis Doctoribus, & præsertim *in d. c. firmißime,* plerique expresse dicunt in his duobus casibus proprie quem hæreticum esse, in aliis vero casibus non proprie, sed large quem hæreticum dici; Quod & idem expresse affirmarunt. Dec. *cons. 151. Maximi ponderis, num. 3.* Hyppol. Rim *cons. 395. num. 31.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 17. vers. 5. proprie sumendo.*

46 Et † licet nonnulli Doctores dixerint non credentes articulos fidei, non esse proprie Hæreticos, sed largo modo, nisi etiam eorum pravitatem contra fidem alios doceant, sicut fuit Iacob. Butrigar. *in l. omnes, vers. Ad euidentiam, C. de hæreticis quem refert Anan. in cap. 1. col. fin. nu. 7. vers. Dicit Butrigarius, & in cap. firmißime, nu. 9. in fine extra de hæreticis,* Marian. Soccin. *in rub. de eodem tit. de Hæreticis nu. 3* Hostiensis *in summa de hæreticis, §. quis dicatur, num. 1. vers. Et largo modo omnes, qui non tenent articulos fidei,* & post istos Ioann. Lopez *in allegationibus Hæreticalibus §. quarto post medium vers. Et hinc est,* vbi amplius dixit, quod dubitans, vel male sentiens de articulis fidei, non est proprie Hæreticus. Quorum opinio sicut est contra communem omnium præallegatorum sententiam, ita etiam tanquam erronea repellenda, & reijcienda est.

47 Vltra † quod Butrigar. & Canonistæ præfati contrarium tenentes non loquuntur de mala sentientibus de aliquibus articulis fidei, prout termini propositæ conclusionis, sed in prorsus non credentibus articulos fidei, prout sunt infideles, de quibus dixi infra hac eadem quæstione *§. sexto,* & in specie sic declarat Vmbert. Locat. *in iudic. inquisit. in verbo, Hæreticus, nu. 8.* & Ioan. Lopez, *vbi supra allegat.* qui alternatiue loquitur de dubitante, vel male sentiente de articulis fidei, allegat Glossam *in §. quia vero, 24. quæstione tertia,* quæ non loquitur de dubitante, vel male sentiente de articulis, fidei, prout ipse non fideliter ad id eam allegat, sed loquitur, prout pariter loquuntur Doctores præallegati, de non tenente articulos fidei.

48 Articuli † autem fidei qui sint, & quomodo sumantur; Dic, quod sumuntur stricte, largius, & largissime; stricte sunt illi, qui reperiuntur expressi in Symbolo Apostolorum; largius articulorum fidei appellatione veniunt omnes diffinitiones factæ per Romanos Pontifices, vel Concilia; largissime vero sumitur articulus, secundum quod respicit omnem veram sententiam circa fidem etiam nondum diffinitam, prout voluit Enrich. Boich. *in cap. cum Christus num. 2. extra de Hæreticis,* & ibi Anchar *num. 2.* Anton. de Butr. post numerum 4. Cardinal. Zabarell. *num. secundo, versiculo circa hoc quæro.* Marian. Soccin. *nu. 10.* Anan *num. 2.* De qua re, Quinam, & quot sint articuli fidei, de eorum distinctione, qualitate, & speciebus, vide omnino per Glossam, & Canonistas omnes *in rub. extra de summa Trinit. & fid. Cathol.* Angelica *in summa in verbo Fides nu. 5.* summa Syluestrina *in eodem verbo Fides num. 3. & 4. & 5.* Tabiena *in summa in verbo Fides, num. 5. & 6.* vbi late declarat, & omnino etiam Ioan. Azzor. *in summa parte prima, 1. lib. 8. cap. 5. per totum.*

49 Sed † numquid infirmus petens, & sumens ex conscientia, & ne scandalum alijs faciat, Hostiam non consecratam, videatur male sentijsse de Sacramento Eucharistiæ, vide Calderinum *cons. 4. incip. si infirmus petit, tit. de Hæreticis,* vbi concludit eum non esse hæreticum, Doctores omnes *in c. ad abolendam extra eodem tit.* & laet Arnald. Albertin. *in rubr. de Hæreticis in 6. qu. 13. num. 66.* vbi hunc talem vehementer de Hæresi suspectum esse affirmat, nisi constet, se Hostiam non consecratam sumpsisse, ob magnam reuerentiam, quam haberet erga Sacrosanctam Eucharistiam, Repert. Inquis. *in verbo Hæresis §. 4. rub. sapere Hæresim manifestam sub vers. primo,* vbi quod hoc non sapit Hęresim manifeste, Vmber. Locat. *in Iudic. Inquis. in verbo, Apostata, n. 6. vers. Et videtur quod Sortilegia simplicia, & in verbo Diuinationes sub nu. 3. & in verbo pocula nu. 1. & in verbo Sacerdos nu. 4.* Simanc. *Cathol. instit. tit. 30. rubr. de Hæresi nu. 19.* Vbi sentire videtur hunc infirmum de Hæresi valde suspectum esse, cum non sit credendum Catholicum hominem decedere vnquam velle, nisi accepto prius illo diuinissimo Viatico, Squillacen. *de fide Catholica cap. 8. nu. 2.* vbi quod non reputatur hæreticus, Oldrad. *cons. 210. n. 2.* vbi dixit idem, Refert eum Eymeric. *in Director. Inquis. par. 2. qu. 43. nu. 8. vers. & idem Oldradus.* Menoch. *de præsumpt. libro 5. præsumpt. 6. num. 22.* vbi residet cum sententia Albertini in loco præallegato.

AMPLIA I. propositam Regulam, vt Hæreticus dicatur, & male sentire de fide reputetur is, qui nouas, & falsas opiniones, nouasque sectas, peruersaque dogmata gignit, vel sequitur, Tex. *est in c. Hæreticus 24. qu. 3.* vbi ad literam dicitur, *Hæreticus est, qui alicuius temporalis commodi, & maxime gloriæ, principatusque sui gratia, falsas, vel nouas opiniones, vel gignit, vel sequitur;* vbi præsertim Turrecrem. *nu. 1. & 2.* contra istam Hæretici diffinitionem pluribus insurgit, & postea eam pluribus etiam probat, & respondet contrariis, voluit Glossa, *in capitulo firmißime, in verbo, Hæreticorum, vers. Item qui confingit,* & ibi hoc adnotarunt Innoc. *in vers. Item qui confingit,* Hostien. *nu. 1. vers. Quinto, qui nouam sectam,* Card. Zabar. *num. 5. vers. circa quod quæro, extra de Hæret.* Marian. Socin. *in rub. extra de hæret. num. 1. & 2.* Et ibi etiam Io. de Anan. *nu. 3 in fine, vers. circa primum,* Arnald. Albertin. *in rubr. de Hæreticis in 6. qu. 1. nu. 3. & qu. 13. nu. 3. & nu. 7. & n. 55.* Facit textus. *in cap. Inter hæresim in princip. 24. qu. 3. in illis verbis: Arbitrantur, quod Hæresis peruersum Dogma habeat,* & ibi Archid. *nu. 1. in verbo Dogma,* Turrecrem. *nu. 1. & 2.* vbi defendit hanc diffinitionem, quod scilicet Hæresis sit, *peruersum Dogma,* & consequenter, quod Hæreticus sit, *Qui peruersum Dogma contra veritatem fidei tenet,* Addentes ad Azzon. *in summa, de Hæreticis, litera C. vers. Item, qui fingit nouas sectas, vel ab alio iam confictas sequitur,* Hostien. *in eadem summa de hæreticis, §. Qui dicatur nu. 1 in princip. & infra in vers. Et qui nouam opinionem inuenit, & in additionibus litera A. vers. Qui nouam sectam,* vbi amplius, quod qui falsam gignit opinionem dicitur Hęresiarcha, Goffred. *in rubr. de hæreticis, nu. 1.* D. Thom. *2. 2. qu. 11. artic. 1. vers. sed contra est,* Calderin. *in tract. de hæreticis, rub. de hæreticis credentibus, & c. nu. 1. & nu. 3.* Antonina *in summa, par. 2. tit. 12. cap. 5. § 1 in princ.* Rosella *in summa in verbo, Hæreticus, nu. 9.* Angelica *in verbo, Hæreticus, in princip. vers. Item qui nouam opinionem inuenit, & iterum infra, in vers. Addit Pau. & vers. Glossa tamen,* Syluestrina *in verbo, Hæresis. §. 1. numer. 2. post princip. & nu. 4 in princ. vers. Primo, vt quis erret, & num. 7 in princ. vers. Et rationem,* Tabien. *in verbo, Hæreticus, nu. 1. vers. Decimo modo,* Fr. Rayner. *in summa in verbo, Hæresis, cap. 1. vers. Quid faciat Hæreticum il 2. & cap. 2. vers. Quarta conclusio est,* Repertor. *Inquisit. in verbo, Hæreticus, vers. Item Hæreticus communiter est, & vers. Item considerandum, & vers. Item supra dictum est, & vers. Sed antequam ad vlteriora procedam.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo, Dubius in fide, num. 3. & in verbo, Hæreticus num. 5. & nu. 20.* vbi quod iste proprie dicitur Hæreticus, Simanch. *Cathol. instit. tit. 31. rubr. de hæreticis, num. 3. in princ. & cap. 50. nu. 31.* Squillacen. *de fide Catholica cap. 14. nu. 2. in fin.* Oldrad. *cons. 210 num. 1.* Calder. *cons. 5. sub nu. 1. tit. de Hæreticis,* Carer. *in tract. de Hæreticis post n. 9. vers. Hæreticus enim est, & post nu. 37. & n. 60.* 50

Vital-

Vallin. *de Maleficiis, in tit. de crimine hæresis num. 2. in fine & in u.3.* Paul Grilland *in tract. de hæreticis qu. 2. nu. 3. & n. 4. in fine* Gundisaluu. *in eodem tract. de hæreticis, qu. 1. post nu. primum*, Clar. *in pract. in § hæresis n. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 6. nu. 39.* Hyppol. Riminald. *conf. 395. nu. 18. lib. 4.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 17. num. 112.* Io. à Rojas *singul. 73. num. 1.* Petr. Gregor. *syntagma. iuris lib. 33. capit. 7. numer. 8.* & faciunt quæ dixi *hac eadem quæstione, numero 2.*

51 Amplia II. † vt etiam hæretici sint, qui sacram Scripturam scientes, & videntes aliter exponunt, & interpretantur, quam interpretetur Ecclesia, secundum Glossam, *in cap. firmissime, in verbo, hæreticum, vers. Item qui errat in expositione Sacræ Scripturæ, extra de hæreticis*, allegat textum *in cap. hæresis 24. qu. 3.* Cuius quidem textus verba sunt hæc: *Quicunque igitur aliter scripturam intelligit, quam sensus Spiritus Sancti flagitat, quod scripta est, licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest, & de carnis operibus est, eligens quæ peiora sunt*, & ibi Archidiac. *nu. 2. in fine, in verbo, Quicumque, & in verbo, hæretici, & in verbo, peiora*, Turrecrem. *num. 1. in fine, in verbo, Quicumque, & in verbo, Aliter, & nu. 2. & in dict. c. firmissime*, Adnotarunt Innocent. *in vers. Item errans*, Hostien. *nu. 1. versiculo, Quarto errans, in expositione scripturæ*: est etiam tex. *in capitulo Quidam autem in fine, eadem caus. & quæstion.* Calderin. *in tract. de hæreticis, rub. de hæreticis credentibus, &c. numero primo*, Arnald. Albertin. cum allegatis per eum *in rub. de hæreticis in sexto, quæstione 13. numero primo, secundo.* vbi quod iste hæreticus proprijssime dicitur hæreticus, si in suo errore pertinaciter perseuerabit. *& num. 55.* Addens ad Azzon. *in rub. de hæreticis litera C. in vers. Item qui errat in expositione Sacræ Scripturæ*, Hostien *in eadem summa de hæreticis § Quis dicatur nu. 1. vers. & omnis, qui male interpretatur Sacram Scripturam, & in §. quæ sunt secta nu. 2.* Goffred. *in rubr. de hæreticis num. 1. vers. secundo, modo potest hæreticus appellari*, summa Rosella, *in verbo hæreticus sub num. 9.* Angelica *in verbo, hæreticus, in princ. vers. Item omnis interpretans male Sacram Scripturam*, Syluestrina *in verbo, hæresis §. 1. nu. 2. vers. Tertio male sentiens, & nu. 7. post princ.* Tabien. *in verbo, hæreticus nu. 1. vers. Quarto modo.* Fr. Rayn. *in summa, in verbo, hæresis cap. 2. vers. Sexta Conclusio est*, Repert. Inq. *in verbo, Exponere, & in verbo, hæresis §. 1. rub. Quid sit hæresis, vers. sed quicunque, & ibi in additionib. litera, E. & §. 3. in verbo hæreticus, vers. Item hæreticus est, qui aliter Scripturam Sacram intelligit, & sub vers. item ad hoc, & vers. Tertio modo dicitur hæreticus, & ibi in Additionibus, litera, P.* Simanch. *Catholicar. inst. tit. 59. rub. De Scripturis diuinis nu. 12. & 13.* vbi propterea subdit, Scripturæ diuinæ intelligentiam & interpretationem sumendam esse ab Ecclesia Catholica, quæ veritatem prædicat, nec fallere, neque falli potest, concordat Concilium Tridentinum *sess. 4.* ibi per eum allegatum prohibens Sacram Scripturam in alium sensum trahi debere, quam solet Catholica Ecclesia interpretari, Squillacen. *de fide Catholic. c. 17. nu. 1.* vbi pariter declarat, quando quis dicatur exponere Sacram Scripturam aliter, quam Spiritus Sanctus flagitat, *& num. 2.* Grilland. *in tract. de hæreticis quæst. 2. post nu. 5.* Gundisaluu. *in eodem tract. de hæreticis qu. 1 nu. 1. & qu. 4. n. 1. & 2.* Eymeric. *in Direct. Inquis. par. 2. qu. 2. n. 3.* Albert *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & Hæreticis, quæst. 28. num. 35.* Alex. de Neuo *conf. 101. nu. 21.* Decian *in tract. crim. lib. 5. c. 17. vers. 29. & iterũ infra in vers. item ij sunt hæretici, qui aliter Scripturas interpretantur*, Io. à Rojas. *sing. 73. nu. 1. in fine*, Pegna in Director. Inq. *par. 2. ad c. primũ extra de hæreticis, fol. mihi 86. col. 2. in fine, vers. Obseruandum tamen est, & seq.* vbi bene hanc probat conclusionem, & Concordantes refert Lælius Zecchius, *in summa part. 1. tit. de fide rub. de hæresi, c. 11. n. 3. vers. similiter.* Cõtraueniens Io. Azor. Iesuita *in summa par. prima lib. 8. cap. 2. qu. prima, & 2.* vbi pluribus hanc Ampliationẽ comprobat, *& qu. 3.* vbi quid de eo, qui Sacram Scripturam interpretatur non contra communem sanctorum Patrum consensum, sed diuersimode.

Hinc † est, quod valde puniendi sunt, qui Sacræ Scripturæ verba profanis, & obscœnis immiscent, & applicant, vt expresse cauetur eodem Tridentini Concilij decreto *sess. 4. in tit.* Dum ibi dicitur: *Post hæc temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quæque conuertuntur, & torquentur verba, & sententiæ Sacræ Scripturæ ad scurrilia scilicet fabulosa, vana, Adulationes, Detractationes, superstitiones impias, & diabolicas, incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiam famosos, mandat, & præcipit ad tollẽdam huiusmodi Irreuerentiam, & Contemptum, ne de cætero quisquam quomodolibet verba scripturæ Sacræ, ad hæc & similia audeat vsurpare, vt omnes huius generis homines temeratores, & violatores verbi Dei Iuris & arbitrij pœnis per Episcopos exerceantur*, & propterea Vmbert. Locat. post suas quæstiones, Casu 1. testatur, quod quidam Rocchus approbatæ Religionis professus, quia in quodam, quem cum suis comprofessoribus fecerat, turpi ac scandaloso ludo Hymnum, *Iam lucis orto sidere, &c.* immiscuisset, nonnullaque impudica verba, & actus inhonestos addidisset, decisum fuit, quod fustigatus in Palatio Sancti officij omnibus actibus legitimis, ac voce actiua, & passiua per decennium priuaretur, ac per triennium omni sexta feria ieiunio affligeretur, ad quæ vide etiam Simanch. *Cathol. inst. tit. 59. rubr. De scripturis Diuinis nu. 16. & seq.* & Azzotium *in summa par. 1. lib. 8. cap. 2. in 4. quæstione.* 52

Amplia III. † vt hæreticus etiam sit, qui asserit, peccatum esse Imagines Sanctorum venerari, vt in Repert. Inquis. *in verbo hæreticus vers. An frangens iconas, vel Imagines, & ibi in additionibus, litera B. la 2. & in verbo Adorare. vers. sed picturæ, & vers. seq.* Vbi quomodo adorentur Imagines, qua de re vide in eodem Repertorio inquisitorum in verbo *Imagines* per totum in discursu Simanch. *Cath. inst. tit. 33. rubric. de imaginibus num. 1. & seqq.* vbi pluribus docet imaginum vsum Diuina & Apostolica institutione introductum, ex veteris, ac noui Testamenti scripturis, Apostolicis traditionibus sanctorum Patrum, & Conciliorum decretis, & omnium seculorum consuetudine, & vsu approbatum plurimis, maximis, verissimisque miraculis illustratum, & quod propterea impius est error hæreticorum, qui sanctorum Imagines reprobare, & ab Ecclesia pellere conantur, ac impudenter dicentes, Christi & Sanctorum Imagines venerandas non esse, cum, & venerandæ, & adorandæ sint, modo per eum expresso, pluraque alia ad hanc materiam notabilia scripsit; Squillacen. *de fide Cathol. cap. 50.* vbi quod imagines Ecclesiæ frangens, aliasque iniurias illis faciens non dicitur hæreticus, nisi esset diffamatus, quod talia faceret, existimans eas non esse venerandas. & multo magis, si pertinaciter asseueraret esse peccatum, adorare id, quod repræsentatur per imagines. Adde tu, quod licet sicut supra frangens aliasque iniurias imaginibus Ecclesiæ faciens non dicatur hæreticus: Inde tamen valde de hæresi suspectus redditur, nisi ex aliqua alia circumstantia ab hac suspicione subleuetur, extat de hac re Concilium Tridentinum *sess. 25. rubr. de inuocatione &c. & sacris imaginibus ver. Imagines.* porro vt ad literam dicitur; *Imagines Christi, Virginis, & aliorum Sanctorum in templis præsertim habendas, & retinendas, eisque debitum honorem & venerationem impartiendam, nõ quod credatur inesse aliqua in iis diuinitas, vel virtus, propter quam sint colendæ, vel quod ab eis sit aliquid petendũ, vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat à Gentibus, quæ in Idolis spem suam collocabant, sed quoniam honor, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræsentãt, ita, vt per imagines, quas osculamur, & corã quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus, & Sãctos, quorum illæ similitudinem gerunt, veneremur.* Ad cuius Concilij declarationem, & propo-

propositæ applicationis materiam vltra, præallegata vide nouissime Archang. Rubeum *in suo opere Incarnationis distin. 9. vers. Imagines Christi*, & late declarantem Alex. Pensant. *ad D. Thomam in 3. par. quæst. 25. art. 3. disput. 1. & 2.* Gregor. de Valen. *ad eundem D. Thomam 2. 2. quæst. 94. puncto 6. disputat. 6.* vbi pluribus docet, nullam esse Idolatriam in cultu Sacrarum imaginum, & Reliquiarum cultu, & veneratione. Aliosque plures nouissime relatos per Fabiam. Iustinian. *in suo Indice vniuersali in verbo, Adoratio.* Quibus addo Maiol. *in tract. de defensione sacrarum Imaginum aduersus Iconomachos in discursu*, & Francisc. Suarez *in defensione aduersus Anglicanæ sectæ errores lib. 2. cap. 10. 11. & 12.* Iacob de Graffiis *lib. 2. cap. 2. rubr. de latria dum. 4. 14. & 15.* De percutiente autem Imagines, & lapides in eas proiicientes; vide *supra in tit. de delic. is, & pœnis quæst. 20. nu. 68. & seqq.*

54 AMPLIA IV. vt † etiam Hæreticus sit is, qui asserit Papam non habere potestatem concedendi Indulgentias plenarias ad remissionem pœnæ debitæ in Purgatorio debitis circumstantiis seruatis: esset enim talis assertio contra articulum fidei. Carer. *in tract. de Hæreticis nu. 14. 15. & num. 34.* Arnald. Albertin. cum allegatis per eum *in rubr. de Hæreticis de assertionibus Papam non habere potestatem dimittendi peccata, & vers. sequenti vbi præsertim de Papa non existente in ea sanctitate, in qua fuit Petrus, & in vers. idem quoque, vbi pariter de negantibus Indulgentias à Papa concessas prodesse, & in vers. item Asserentes solum bonum Papam, & vers. seq.* addentes ad Clarum *in §. hæresis litera F. la 2. vers. item qui credit Papam non posse dimittere peccata.* Hyppolit. Riminald. *cons. 395. nu. 22.*

55 Ita † etiam Hæreticus est, asserens Papam non habere potestatem in Temporalibus neque absolute, neq; in ordine ad spiritualia. Quicquid aliter & minus bene loquuti fuerint Decian. *in tract. Crim. lib. 5. c. 17. vers. 16. & vers. Item asserentes Papam non posse habere*, & ante Decian. Carar. *de hæreticis post nu. 30.*

56 Item † Hæreticus est, qui asserit excommunicationes Papæ, & Prælatorum non esse timendas, Decian. *in tract. crim. cum allegatis per eum l. 5. c. 17. vers. 17. & in vers. Item qui asserit excommunicationes Papæ.*

57 Item † Hæreticus est, qui asserit dispensationes summi Pontificis non esse seruandas, Decian. *cum allegatis per eum in tract. crim. lib. 5. cap. 17. vers. 20. & in versic. Item, qui negant primatum Ecclesiæ.*

58 Sic † & credens non esse obediendum Papæ, Papamque non habere potestatem condendi Canones, quod sit Hæreticus, Imo & Apostata, dixi *infra in materia Apostasiæ, qu. 183.* hic repetere non est necesse.

59 AMPLIA V. † vt etiam Hæreticus sit, qui falsa asserit in materia Animæ; Quod pluribus modis contingere potest, *vt in Repertor. Inquis. in verbo Hæreticus vers. Item pertinaciter asserere*, quod anima simul cum corpore moriatur, Afflict. *in Const. Regni de Hæreticis, & Patterenis rubr. 1. num. 29.* vbi de asserente non esse Infernum, nec Paradisum, mortuoque corpore, etiam animam mortuam esse; Squillacen. *de fide Catholica cap. 59.* vbi dixit, Hæreticum esse, asserere, quod anima simul cum corpore moriatur, vel quod non sit Paradisus, vel Infernus. Feder. de Senis *in cons. 252. col. 1. vers. Sed breuiter perstringendo, & vers. Tertia vero assertio, vbi dixit.* Idem Carer. *in tract. de Hæreticis nu. 41.* vbi quod Hæresis est, tenendo quod anima est sanguis, & quod generatur ex præexistenti materia, & ex traduce, & alias, vt notatur *in cap. Quod vero, & in cap. Moyses, & ibi Glossa in verbo nec animatum 32. qu. 2. & num. 56.* vbi pariter, quod contrahitur Hæresis, asserendo substantiam animæ rationalis, seu intellectiuæ, non esse formam per se humani corporis vere, vt dicitur *in Clem. 1. §. porro de summa Trinitat.* Decian. *in tract. Crim. libr. 5. cap. 17. vers. 35.* vbi pariter de credente animam traduci de Corpore in Corpus, quod sit sanguis, & quod generatur ex præexistenti materia, *& vers. 57.* vbi pariter de asserentibus, animæ rationalis, seu intellectiuæ substantiam non esse formam per se humani Corporis vere, *vt supra, & vers. 57.* vbi de asserente animam prius esse formatam, quam corpus, *& vers. 58.* vbi de asserentibus animam esse, aut Dei substantiam, aut ex Dei substantia, *& vers. 60.* vbi de asserentibus animas non à Deo immediate creari, sed vel ab Angelis, & ex igne & Spiritu, *& vers. 61.* vbi de asserentibus animas impiorum post mortem, vel in Dæmones, vel in alia Animalia suis meritis congrua transire, *& vers. 62.* vbi de asserentibus, animam cum corpore interire, vel interire quidem cum corpore, sed suscitandam simul cum eo in die resurrectionis, *& vers. 63.* vbi de asserentibus, animam ante creatum corpus peccasse, & in pœnam, in corpus inclusam, velut in carcerem fuisse, *& vers. 64.* vbi de asserentibus animam mortuo corpore transire in aliud corpus humanum, prout de his hæresibus super anima ante Decianum mentionem fecit Alphons. de Castr. *in tractat. de hæreticis libr. 2. in verbo Anima in prima hæresi, & seqq.*

AMPLIA VI. † etiam hæretici sint negantes liberum arbitrium, asserentesque prædestinatos à Deo non posse mutare voluntatem, atq; ideo iis neq; nocere mala, neque prodesse bona, vt per Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 17. vers. 94.* vbi & idem de credentibus iustum posse certò scire se esse prædestinatum, sine Dei speciali reuelatione. *& vers. 109.* vbi de asserentibus fato omnia regi, *& vers. 117.* vbi generaliter de asserentibus in nobis non esse liberum arbitrium, vel quod contra omnia sit liberum arbitrium, nihil autem gratiæ, vel gratiam semel per baptismum acceptam nō posse amitti, vel quod semel amissa nunquam recuperari possit, vel quod opera nostra, nullum possint consequi meritum, vel qui putarent nullum opus nostrum esse bonum, nisi dumtaxat procederet ex amore erga Deum, etiam si fieret gratia consequendæ salutis æternæ, vel quod homo postquam ad gradum perfectionis peruenerit, nulla debeat opera bona facere, vel quod nullum opus bonum sit ad vitam æternam consequendam necessarium, vel quod prædestinatis nihil facit liberum arbitrium, cum eorum opera bona, vel mala, neq, prosint, neque noceant, vel qui tenent vota fieri non debere, & facta non obligare. His inquam omnibus modis super libero arbitrio hæresim committi, scripsit Decian *in loco præcitato*, & ante eum contra eosdem hæreticos insurgit Alphons. de Castro *in tract. de hæreticis in verbo prædestinatio, & in verbo gratias, & in verbo libertas, & in verbo, Meritum, & in verbo opera, & in verbo votum, in discursu.* 60

AMPLIA VII. † vt hæreticus dicatur etiam quod quis deuiet à fide in leui articulo (leuem autem articulum voco quantum ad materiam creditam) tex. *est in l. 2. C. de hæreticis*, dum ibi dicitur: *Hæreticorum autem vocabulo continentur, & litis contra eos sanctionibus, succumbere debent, qui vel leui argumento à iudicio Catholicæ Religionis, & tramite detecti fuerint deuiare* & ibi Glossa, & Communiter Doctores omnes notant esse casum specialem, in quo pro leui culpa & delicto magna imponitur pœna, item Glo. *in cap. literas in verbo Vehementem, extra de hæreticis*, & ibi Abb. antiquus, vbi ampliat in deuiante à fide, non solum in tenui, sed in quantumcumque leui, Hostien. *nu. 2. in verbo infidelis est*, Io. Andr. *nu. 3. & 4.* Henrich. Boich. *num. 6.* Card. Zabar. *in fin.* Marian. Soc. *in rub. de hæret. nu. 5. vers. vel dicitur.* Azzo. *in summ. de haret. num. 1. & ibi Addentes litera C. in verbo leui argumento*, Goffred. *in summa rubr. de hæreticis nu. 1. vers. Vnde leui argumento*, extat Constitutio Frederic. Imperatoris *incip. inconsutilem*, relata per Franc. Pegnam inter literas Apostolicas *fol. mihi 18. in vers. & vt ipsorum.* Simanc. *Cathol. instit. cap. 51. num. 11.* & in Enchiridio *tit. 34. num. 6. & 7.* 61

Io. à

Io. à Roias *de hæreticis par.2. assertion.numer.152.* & Squillacen. *de fide Cathol.cap.14. num.1. & cap.21.nu.2.* Carer. *in tract. de hæreticis n.6. vers. Ampliа etiam, & nu.9. etiam in fine, vers. Ampliat etiam in vno nummo.* Decian. *in tract. Crim. lib.5, cap.17. vers. Tertio, fol. mihi 232. in princ. col.2. & cap.19. num.10.* ... *Notandum tamen, & cap.37. num.32.* Pegna in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum *par.2. ad cap. primum extra de hæreticis fol. mihi 89. col.1. vers. & hanc sententiam, & seq.* vbi bene docet tex. *in d.l.2. C. de hæreticis*, esse intelligendum, non de leui probatione, sed de leui hæresi.

62 Nec † à præmissa conclusione, & intellectu communiter recepto *d.l.2. Cod. de haret.* crederem esse recedendum, etsi aliqui Doctores verba illa in textu posita *leui argumento* interpretati fuerint, & respiciant potius leuitatem probationis, quam criminis, prout inter alios fuit Archid. *in ca. hæreticus num.2. vers. & notandum est 24. qu.3.* & Bellam *ibidem n.1. vers. Notandum est*, Host. *in summa, de hæreticis, §. qualiter deprehendatur n.3. vers. & quia inter sollicitudines, & vers. sed quid vocas tu leue argumentum*, relati per Io. à Rojas *in tract. de hæreticis par.2. assert.6. nu.148.* & alij alios *ad d.l.2.* applicarunt intellectus, de quibus latissime per Arnald. Albert. *in rubr. de hæreticis in 6. qu.13. nu.12. & sequen. pluribus.*

63 Isto † tamen casu non imponi pœnam mortis, sed aliam mitiorem arbitrio iudicis, voluisse videtur Anan. *in capite 1. numero 7. extra de hæreticis.*

AMPLIA VIII. † vt hæreticus in vno articulo possit dici hæreticus simpliciter, & generaliter, prout voluit D. Thomas 2.2. qu.5. art.3. dicens quod, *Qui est hæreticus in vno articulo, non potest esse fidelis in alio, licet in alio idem credat, quod Catholicus, nam credit secundum opinionem, non secundũ fidem*, concluditq; *In hæretico discredente vnum articulum fidei, non manere fidem, neque formatam, neq; informem.* voluit etiam Bellamer. *decis.688. num.26. vers. Dico enim, quod omnes hæreses, & nu.33. vers. ad nonum dico, prout etiam sic dicentes refert* & sequitur Decian. qui in hac prima opinione vltimo loco per eum relata residere videtur *in tract. crim. l.5. cap.18. vers.32.*

64 Contrarium, † quod hæreticus in vno articulo, non dicatur hæreticus in omnibus, voluit Bald. *in cap.1. nu.1. in fine de summa Trinit. & fide Cathol.* prout illum refert Decian. *vbi supra* (qui tamen in libro meo hoc non dicit) & facere videtur, quia licet hæreses diuersarum facierum caudas habeant colligatas, & insimul quodammodo videantur connexæ, *ad tex. in cap. Accusatus, §. cum vero, de hæreticis in 6. & in cap. excommunicamus, extra de hæreticis*, non per hoc tamen sequitur, quod committens vnam hæresim, omnes alias hæreses committere dicatur, & sic prædicta conclusio non procedit quo ad credulitatem, cum quis possit credere articulis de Incarnatione, Passione, & aliis, negare autem Resurrectionem Vniuersalem, prout declarat Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionib. Catholicis & Hæreticis, quæst.31. nu.13. & seqq.*

65 Dic, † quod hæreticus in vno potest dici simpliciter, vere, & proprie hæreticus in omnibus; Nam non solum vna hæresis, sed quęlibet hęresis facit quem proprie hæreticum, *vt dixi supra numero 61. & seqq.* & propter infidelitatem quæ in qualibet hæresi continetur amittitur fides, vt in Concil. Triden. *cap.15. sess.6.* & cum hac sententia concurrit communis omnium scholasticorum schola, quam bene comprobatam habes apud Bannes Valent. & alios scribentes ad D. Thom. *in loco præcitato*, qui propterea bene respondent argumentis Durandi contrarium tenentis *in 3. d.23. qu.9.* Bene verum est, prout *suo loco* dixi, & declarat Albertin. *vbi supra allegatus d. quæst.34. num.14.* quod hæreticus, in omnibus fidei articulis non hæreticus solum, sed Apostata proprie dicatur, & peior hæretico; Hæreticus autem non in omnibus, sed in aliquibus, non Apostata proprie, sed hereticus est. Dicta autem per Albertinum, dum asserit, quod committens vnam hæresim non dicatur committere alias hæreses, sunt intelligenda, prout ipse loquitur, quod Commissionem: licet enim ex eo ipso, quod quis sit hæreticus in vno, non maneat fidelis erga reliquos, fide Catholica, sed humana tantum, verum tamen est non commisisse peccata infidelitatis circa reliquos articulos, cum nullum illorum positiue discrediderit, vide quæ in simili de dubio in fide dixi *infra hac eadem quæstione §.4. num.94.*

AMPLIA IX. † vt etiam hæreticus præsumatur, & contra eum procedi possit, vt hæreticum, qui in publicis prædicationibus concitando turbam contra Clerum asseruit quod laici soluendo decimas Clericis, aut eis confitendo, & dando oblationes peccabant, cum omnes Clerici essent mali, & de Ecclesijs remouendi, Clement. *Cupientes, de pœnis*, & est communis Theologorum, & Iuris vtriusq; peritorum sententia, de qua post Archidiac. in loco per eum relato, testatur, Syluestrina *in verb. hæresis. §.1. numero 7. vers. ex præmissis.* Repertor. Inquis. *in verbo hæreticus, vers. An pertinaciter asserens, quod decima non sint soluendæ, vbi remissiue*, & ibi Mandos. *in additionibus litera M. & in verbo Pertinax, vers. secundo*, Ancharan. *in Clem.1. §. sane de vsuris*, vbi dixit, quendam Prædicatorem, qui sic asserebat, fuisse tunc ab omnibus Theologis, & Doctoribus vtriusque Iuris pro hæretico damnatum, Decian. *in tract. crim. lib.5. c.17. vers.26.* Ioan. Azzor. Iesuita *instit. Moralium par.1. lib.12. cap.13. qu.17.* vbi alia ad materiam. 66

AMPLIA X. † vt etiam hæreticus sit, qui ducit duas vxores, sic credens posse duas vxores duci, & propterea in contingenti casu posse Inquisitores procedere ad habendum veritatem, An sic ducens duas vxores hoc fecerit, quia sic crediderit fieri posse, An vero potius ex lasciuia, seu alia causa, voluerunt, Gemin. *in cap. Accusatus §. sane num.7. de haret. in 6.* Summa Rosell. *in verbo hæreticus numer.6.* vbi propterea, quod Inquisitor isto casu procedere potest ad habendam veritatem, qualiter sic ducens duas vxores sentiat de sacramento matrimonij, Repert. Inquis. *in verbo hæreticus, & vers. ex quibus supra tractis, & ibi in additionibus litera T. & in verbo Contrahens, vers. Primo in princ.* Ioan. à Rojas *cum allegatis per eum singul.98. numer.4.* Conrad. Brun. *de hæreticis lib.1. cap.2.* Alphons. de Castro *de iusta hæreticorum punitione lib.1. cap.1.* Simanch. *Cathol. instit. tit.40. rubr. de matrimonio nu.2. & in Enchiridio tit.12. rubr. de nefariis nuptiis, num.5.* vbi, quod in Hispania iam diu hoc receptum est, Campegg. *in additionibus ad Zanchinum cap.35. vers. Idem quoque dicitur*, Squillac. *de fide Catholica cap.1. nu.2.* Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum par.2. qu.56. commentar.81. litera D. vers. De eo qui viuente prima vxore, fol. mihi 409. colu.2.* vbi pariter dixi, hos tales duas vxores ducentes, quandoq; vehementer, quandoque leuiter esse suspectos, & quandoque etiam nec leuiter, nec vehementer arbitrio Iudicis. Menoch. *de præsumpt. lib.5. præsumpt.6. num.37.* Iacob de Graffijs *lib.5. suarum decisionum cap.18. num.16.* vbi pariter dixit, Inquisitores posse procedere, & quidem quod Inquisitores possint procedere contra ducentes duas vxores nulla est dubitatio, & in supremo vrbis totiusque Christianæ Reipublicæ sanctæ & generalis Inquisitionis Tribunali seruatur, vt huiusmodi sic duas vxores ducentes abiurent non de leui, sed de vehementi, cum non leuis, sed vehemens contra eos inde oriatur suspicio. 67

Tunc autem est magna præsumptio, quod quis duxerit duas vxores sic credens ducere posse, quando eas duxerit publice, & palam, secus si clam, & secrete, ita vt primo casu Inquisitor possit procedere; tanquam contra præsumptum hæreticum: secundo autem casu 68

non, vt in Repert. Inquisit. *in verbo Contrahens, versiculo primo post medium, & in verbo pertinax, sub versiculo secundo,* & admittere videtur Symanch. *Cathol. Instit. tit. 40. rubr. de Matrimonio nu. 4.*

70 Contrarium † videtur de mente Vmberti Locati *in Iudiciali inquisitorum in verbo hæreticus, nu. 22. vers. Hinc est, & in verbo suspicio, num. 27. in fine*, vbi quod siue publice, siue clam quis contrahat secundum Matrimonium, Inquisitor debet diligenter inquirere habita ratione loci, temporis, personarum, & suspicionis qualitate bene considerata, Campegg. *in additionibus ad Zanchinum, capitul. 35. vers. Item quoque dicitur.*

71 Quod † si omnis cessat suspicio hæresis, & tunc crimen hoc mixti fori est, potestque & ab Ecclesiastico, & à sæculari iudice puniri, Simanch. cum allegatis per eum *Cathol. instit. tit. 40. rubr. de Matrimonio, numero 1. & numero 3.* vbi huius conclusionis duo affert exempla; Vnum, quando quis ducit aliam vxorem, vel similiter credens primam esse mortuam propter longam absentiam; aliud quando matrimonium ex probabili causa esset nullum, tamen testatur de consuetudine seruari, quod etiam cessante suspicione hæresis, Inquisitores possunt hos ducentes duas vxores punire, licet ipse subdat, quod consultius facerent, si isto casu cognitionem hanc suis ordinariis iudicibus relinquerent. Verum ad hæc dicta per Symanch. aduertendum duxi, quod vbicunque interuenit abusus alicuius sacramenti, talis abutens redditur suspectus de hæresi, quod scilicet male sentiat de illo sacramento, quo abutitur, quo fit, vt cognitio causæ ducentis secundam vxorem viuente prima ob præsumptam suspicionem hæresis, orientem ex abusu Sacramenti Matrimonij, semper spectare videatur ad Inquisitorem, ita vt vix possit dari casus in quo esset suspicio hæresis in ducente secundam vxorem viuente prima ad effectum, vt huiusmodi crimen possit reputari mixti fori, vt dixit Simanc. *in loco allegato.*

72 Neque † exempla per eum adducta probare videntur suam assertionem. Nam quantocunque annorum numero vnus coniugum absit ab altero, non posse contrahi secundas nuptias, nisi certo nuntio obitus accepto, cautum est à Clemente III. *in capit. in præsentia, extra de sponsalib.* Quare si adhuc superuiuente coniuge alter transit ad secundas nuptias, nuntio obitus certo non accepto, non excusatur longa absentia, & cum abutatur sacramento matrimonij, hæresis suspicione non caret, vt dixi; sic & is, qui primo Matrimonium contraxit, si nullitas non sit patens, & secundo contraxit sine declaratione Ecclesiæ super nullitate primi Matrimonii, pariter propter abusum Sacramenti in secundo contractu non carebit suspicione hæresis, nec propterea Iudicium inquisitoris effugiet, nisi probata in processu nullitate primi Matrimonii; Quod si nullitas primi sit patens, tunc causæ cognitio non spectabit ad inquisitorem, sed ad Episcopum, ex eo quod non sequuta declaratione nullitatis primi conuolauerit ad secundum; illumque puniet iuxta formam traditam *in capitulo, Cum in Apostolica, de sponsalibus.* Vide Mont. Maran. *in pract. Archiepiscop. cap. 84. num. 13.* vbi quod si ducens duas vxores fuit præuentus à Curia seculari, debet remitti ad Curiam Ecclesiasticam (Credo ad inquisitores,) quæ ipsum torquet super intentione, & ipsum abiurare facit, deindeque eundem remittit ad Curiam secularem puniendum, quando vero est præuentus a Curia Ecclesiastica (& sic ab inquisitoribus) in totum punitur ab ipsa, nec potest amplius Curia secularis se intromittere, & ita testatur alias fuisse rescriptum in literis Congregationis Sancti officii, quæ conseruantur in illa Curia Archiepiscopali Neapolitana.

Quæ † autem dicta sunt supra de viro ducente duas vxores, procedunt etiam in scienter nubente cum aliena vxore, & è contra in muliere scienter nubente cum alterius viro, Symanch. *Catholicar. Instit. titul. 40. rubr. de matrimonio, num. 5.* 73

Pœna † autem ducentis duas vxores ab Inquisitoribus, Plebeiis imponitur, vt publice de leui abiurent, & fustibus cædantur, Symanch. *Cathol. Inst. tit. 40. rubr. de matrimonio, nu. 6.* vbi tamen, quod ex lege Regia in Hispania ad triremes transmittuntur, *& in Enchiridio, tit. 12. rubr. de nefariis nuptiis numero 6.* vbi quod puniuntur pro personarum, & criminum qualitate, Plebeii scilicet flagellis cæsi, ad remos damnantur, honestiores autem aliis iustis pœnis coercentur. 74

Vide † ad præmissam materiam huius decimæ Ampliationis, quæ iterum dixi *supra in tit. de delictis carnis, q. 140. num. 24.*

AMPLIA XI. † vt licet fures, adulteri, homicidæ, & similes consueti, & notorii delinquentes sic furando, adulterando, & occidendo, aut alias assidue delinquendo, agant contra veritatem scripturæ, & non propterea reputentur hæretici; Hæretici tamen reputantur, & contra eos inquisitores procedere possunt, quando pertinaciter assererent, licitum esse furari, adulterare, & occidere, per ea quæ generaliter dixi *infra hac eadem q. §. seq.* & in specie sic distinguendo scripsit Arnald. Alber. *in rubr. de hæret. in 6. in 1. quæst. num. 9. in fin. vers. nec etiam peccator, & num. 10. & seq.* summa Antonin. *p. 2. titul. 12. §. 1. cap. 5. in princip. versic. Vnde factum sine errore.* Vmber. Locat. *in iudic. inquis. in verbo Diuinatione post numer. 4. vers. Non autem dicitur talis, & in verbo Factum, & in verbo hæresis, sub num. 2. vers. Notanter autem dicitur, & in verbo hæreticus sub num. 16.* Repert. Inquisit. *in verbo Cognoscere, vers. sed An Iudex Inquisitor, & in verbo Credentes, sub versic. Non enim refert.* Simanch. *Cathol. Institut. tit. 31. rubr. de hæreticis num. 2. vers. Non est hæreticus,* vbi propterea dixit, quod non est hæreticus, qui male viuit, sed qui male credit; Nam inter hæreticos, & malos Catholicos hæc est differentia, quod hæretici falsa credunt; mali autem Catholici vera credentes, non viuunt vti credunt, & his similia. Zanchin. *in tractat. de hæret. cap. 25. num. 1.* Squillacen. *de fide Cathol. cap. 22. nu. 1.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. c. 9. nu. 4. & cap. 17. vers. 70.* vbi amplius hæresim esse affirmat, & eam tempore Gregorij XI. damnatam, dicere, hæreticum esse illum, qui mortaliter peccat, *& cap. 18. vers. 21. & cap. 33. num. 19.* Io. à Rojas *in tract. de hæreticis p. 1. num. 316.* vbi facit regulam quam dicit Communiter receptam, quod committens facta etiam horrenda & detestabilia, etiam si sanctissimam Eucharistiæ Hostiam surripuisset, non dicitur hæreticus, cum nullum opus exterius quantumuis nefandum absque errore intellectus sit hæresis, & in id plures refert concordantes, Pegna *in additionibus ad Eymericum in Director. Inquisitor. par. 2. ad cap. 1. extra de hæreticis, fol. mihi 87. columnn. 1. versic. Tertio modo, & seq.* vbi pariter dixit, peccatores non reputari hæreticos, etsi ex imperfecta adhæsione, de fide dubitare videantur. 75

Blasphemare † autem consuetus, licet largo modo hæreticus dicatur, *cap. illi qui §. quia vero 24. quæst. 3.* si tamen monitus blasphemare non cessat, tunc vt hæreticus reputatur, *cap. qui in Ecclesia 24. quæst. 3.* Ea propter isto casu contra consuetum blasphemare, & monitum, blasphemare non cessantem, inquisitorem posse procedere, probat Afflict. *in constit. Regni de hæreticis, & patterenis, rubr. 1. num. 48.* faciunt scripta per Nicol. Areaatan. *notab. 32.* vbi per tex. *in cap. Nullus Episcopus*, & ibi expresse Præpos. Alexandrin. *38. distinct.* dixit, quod etiam ille potest dici hæreticus, qui ex quadam animi obstinatione recusat bene agere. Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 17.* 76

cap.17.verſ.128. vbi quod hæreticus dici poteſt is, qui quadam animi obſtinatione bene agere recuſat; Tu vero dicas hanc Afflicti ſententiam ſic ſimpliciter, vt ab eo dicta eſt, minime admittendam, niſi ſic blaſphemare conuentus, blaſphemiam non eſſe peccatum exiſtimauerit; Nec tex. *in ca. illi, §. quia vero, 24. qu. 3.* ab eodem Afflicto allegatus dicit id, ad quod allegatur, & propterea accuratius loquutus fuit Menoch. *de præſumpt. libro 5. præſumpt. 6. n. 29.* vbi dixit, quod aſſidue blaſphemans dicitur de hæreſi ſuſpectus.

77 Et quando de publicis peccatis ab aliquo impudenter commiſſis, oritur contra Peccatorem ſuſpicio hæreſis, tunc quod inquiſitor poſſit contra ipſum procedere tanquam de hæreſi ſuſpectum voluit Repert. inquiſ. *in verbo Cognoſcere, verſ. ſed An Iudex Inquiſitor,* vbi ponit exemplum, quando quis euitat conſortia fidelium, non confitetur ſua peccata, non audit Diuina officia, non ieiunat, & his ſimilia (de quibus dix. *inf. hac ead. qu. num. 76.*) *& in verbo, Præſumptio, verſ. præſumptio, ſeu ſpecies,* vbi dixit, quod perſeuerare in peccato mortali, eſt præſumptio ſeu ſpecies hæreſis. Simanch. *Cath. inſtit. tit. 50. rub. de præſumpt. n. 30.* vbi bene docet, quod licet publice grauiſſimis criminibus hæreſis concludenter probata non dicatur, negari tamen non poteſt, quin ex illis oriatur contra crimìnoſum non leuis ſuſpicio, quod ſit hæreticus, & ponit exemplum in eo, qui cum mulieribus conſanguineis, affinibus, Monialibus, Commatribus, aliiſq; id genus facile commiſcetur. Et propterea Regia lege ibi per eum allegata, huiuſmodi crimina hæreſim ſapere ſtatutum eſt; & *nu. 31.* facit aliam concluſionem, quod ſuſpectus quoq; de hæreſi cenſeri debet is, qui in materia morali, nouas, & ſingulares opiniones aſſerit, eaſq; pertinaciter tuetur contra Communes receptas ſententias, cum inde ad hæreſes facilis admodum via ſit, vt *ibi* per eum Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 35. nu. 1. & 2.* & ibi Campegg. *in additionibus.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 35. num. 46. & 47.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 6. nu. 32. & num. 38.* poſt Dec. & Carer. *in locis per eum relatis,* vbi dixit, quod perſiſtens in crimine notorio, & recuſans correctionem de hæreſi ſuſpectus redditur, *& num. 38.* vbi allegat Simancham *in loco præallegato,* Petr. Binsfeld. *in commentar. ad l. final. C. de Maleſic. & mathematic. in 11. Inditio,* vbi dixit, quod ſi quis ſcelerata iuramenta, execrabiles blaſphemias, & verba impudiciſſima, aut dæmonis nomen frequenter proferret, aut quid ſimile ibi per eum bene exemplificatum, tunc ſine dubio de hæreſi ſuſpectus eſt ex Simanch. Carer. Menoch. & Alphonſ. de Caſtro *in locis ibi per eum relatis.*

78 Hæc autem ſuſpicio, an ſit leuis, vel vehemens, vide Simanch. *Cathol. Inſtit. tit. 50. rubr. de præſumptionibus, & ſuſpicionibus, num. 24.* vbi dixit auctoritate Gerſonis, in loco per eum relato, leuem oriri ſuſpicionem hæreſis in eo, qui frequenter deierat, refert eum, & ſequitur Menoch. *de præſumption. lib. 1. quæſt. 100. num. 1.* vbi amplius ſubdit leuem oriri ſuſpicionem, ex eo quod quis vitam viuat, moreſque habeat diſſimiles à Chriſtiane viuentibus, ex Vmbert. Locato quem allegat *in iudic. inquiſitor. in verbo Suſpicio, num. 2.* Et vide etiam eundem Simancham *vbi ſupra, d. tit. 50. num. 30.* vbi tamen dixit non leuem oriri ſuſpicionem hæreſis contra eum, qui grauiſſima committit crimina, vt puta cum Conſanguineis, Monialibus, & Commatribus ſe immiſcendo, aut his ſimilia, refert eum, & ſequitur Menoch. *de præſumpt. lib. 1. dict. quæſt. 100. numer. 8. & ſequentibus,* vbi propterea dixit ex hac vehementi ſuſpicione poſſe inquiſito iniungi purgationem, vel abiurationem, Camp. *in addit. ad Zanch. in tractat. de hæret. cap. 35. num. 1. & 2.* vbi declarat tunc demum oriri hoc caſu vehementem ſuſpicionem, quando huiuſmodi grauiſſima delicta committuntur publice, & notorie; alias ſecus.

79 Amplia XII. † vt etiam hæreticus reputetur, qui ſingulo anno ſua peccata non confitetur, nec ſanctiſſimam ſumit Euchariſtiam, allegatur, *tex. in auth. de Priuil. dot. hæretic. mulier. non præſtan.* cuius verba ſunt hæc: *Igitur ſacram Communionem in Catholica Eccleſia non percipientes à Deo amabilibus ſacerdotibus hæreticos iuſte vocamus,* & voluit Fel. *in cap. Ad abolendam num. 2. verſ. conſidera tamen,* & ibi etiam Anan. *nu. 4. verſ. Præterea conſidera extra de hæreticis.* Verum quia hæc concluſio ſic ſimpliciter intellecta iure non ſubſtinetur; Ideo pro eius declaratione vide Anan. *in d. c. ad abolendam, num. 26.* vbi late poſt Calderinum, quem allegat *in conſil. 5. in tit. de hæreticis,* concludit eum qui per annos 23. abſtinuit ſe ab omni pœnitentia & à ſumptione ſacræ Euchariſtiæ, non tamen in contemptum Eccleſiæ, minime poſſe vti hæreticum condemnari, ſed bene contra ipſum procedi, vti de hæreſi ſuſpectum, & quod ſi libere fateretur, non ſumpſiſſe Sacramenta in ſingulis annis, non tamen in contemptum Eccleſiæ, cauſa eſſet remittenda ab Inquiſitore iudici ordinario, Fel. *in cap. communicamus, il 1. num. 4. verſ. Nota, ex §. Adyciens exera eodem,* vbi facit concluſionem generalem, quod eo ipſo, quod quis diſcedat à communi conuerſatione fidelium circa cultum diuinum, poteſt abſque infamia inquiri de hæreſi, & ponit exemplum in eo, qui diu negligens eſt circa Miſſas, & alia Sacramenta Eccleſiæ, & ibi hoc idem voluit Zabar. *in fin. Io. de Anan. in rub. extra de hæret. num. 2. verſ. Adde etiam prædictis, vbi per tex. in auth. de priuileg. dot. hæretic. mulier. non præſtan.* dixit eos eſſe hæreticos, qui non ſunt membra Eccleſiæ, illoſque dici membra Eccleſiæ, qui S. Communionem in Catholica Eccleſia à Sacerdotibus recipiunt, & ibi etiam Felin. *verſic. Et quod non recipiens Communionem ſingulo anno eſt hæreticus,* Hoſtien. *in ſumma de hæret. §. quis dicatur num. 1. verſic. Et qui Communionem Catholicæ Eccleſiæ non recipit,* Repertor. Inquiſitor. *in verbo Cognoſcere, verſicul. ſed an Iudex Inquiſitor.* vbi quod de hæreſi ſuſpectus eſt, qui euitat conſortia fidelium, nunquam aſſumit pœnitentiam, nunquam audit diuina officia, nunquam Eccleſiaſtica recipit Sacramenta, non ieiunat, & Mandata Eccleſiæ non ſeruat, *& in verbo Credentes, verſ. Non credit.* vbi quod non credit Eccleſiæ, qui ſemel in anno non confitetur peccata ſua, *& in verbo Confeſſio, verſic. ſi quis ſemel in anno,* vbi, quod ſemel in anno non confitens peccata ſua ſacerdoti iuxta formam *capit. omnis vtriuſque, de pœnit. & remiſſion.* dicitur ſuſpectus de hæreſi, quia non facit id, ad quod tenetur. Et licet Eccleſia de rigore poſt tantam contumaciam poſſet illum condemnare de hæreſi; Non tamen æquitatem præferens ſequitur rigorem, ex allegatis ibi per eum, & *in verbo Delegitur, verſ. Item ſi nunquam audit Diuina officia,* vbi, quod non audiens Diuina officia non damnatur tanquam hæreticus, ſed propter vehementem contra ipſum ortam ſuſpicionem indicitur Purgatio, Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap. 35. num. 1. & 2 & ibi* Campeg. *in additionibus,* vbi pariter dixit, ex præmiſſis oriri vehementem hæreſis ſuſpicionem, Carer *in tractat. de hæreticis, num. 22.* vbi, quod lapſo anno, is, qui non recepit Communionem, præſumitur hæreticus, Arnald. Albert. *in repetit. rubr. de hæreticis in 6. quæſt. 13. num. 71.* vbi pluribus probat tunc demum hæreticum reputari eum, qui ſanctam Communionem ſingulo anno non recipit, dummodo nullo exiſtente impedimento, omnibus annis vitæ ſuæ eam non receperit, ſecus ſi aliquibus annis defecerit, nam tunc hæreticus non reputatur, vt ibi per eum, Decia. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 17. verſ. 35.* vbi pariter dixit, quod præſumitur hæreticus, & iterum *infra verſ. Item hæreticus eſt,* vbi hæreti-

reticum censet illum, qui singulo anno Eucharistiam non recipit, quando nollet omnino communicare, nec haberet animum communicandi, secus si non communicasset ob aliquam causam, haberet tamen animum communicandi quandoque, tunc enim non hæreticus sed Excommunicatus censendus est, vt ibi per eum, *& cap.18.num.22.* vbi dicit idem, & pariter subdit, quod adhuc non confitens & non communicans pluribus annis possit haberi pro suspecto, *& cap.23.nu.19. vers. Idem si redderetur suspectus, & cap.35.numer.50.* vbi de eo, qui non vult audire Diuina Officia, Menoch. *de præsumpt.lib.5.præsumpt.6.num.27.* vbi dixit, saltem in anno non confitentem peccata sua, nec sumentem sacram Eucharistiam esse excommunicatum, post annum vero præsumi male sentire de Fide, & dici suspectum de hæresi, sicut eum, qui per annum in Excommunicatione persistit, iuxta Concil. Trident. *sess.25. de reformat.c.3.in fi.* Io. à Roias *singular.98.nu.6.* vbi simpliciter dixit, Quod Inquisitores possunt procedere contra eos, qui quolibet anno non recipiunt sacram communionē, Pegna *in additionibus ad Eymeric.in Direct. Inq. p.2.ad cap.1. extra de hæreticis fol.mihi 87.colum.1.in fin.vers. At si peccatores;* vbi de hæresi suspectos esse affirmat eos, qui fidelium consortium euitarent, pœnitentiam numquam assumerent, Diuina Officia nunquam audirent, Ecclesiastica Sacramenta nunquam perciperent, non ieiunarent, & his similia, posseque contra eos Inquisitores procedere. Ex quibus cum appareat rem valde dubiam reddi, firmari potest Conclusio, Non dici hæreticum, nec de hæresi suspectum Christianum, ex eo solo, quod quolibet anno iuxta Præceptum Ecclesiæ non communicet, cum ex aliquo interueniente impedimento hoc facere non potuerit. Quod si in eo dari potest aliquis contemptus Ecclesię, siue verus, siue præsumptus, tunc de hæresi suspectus reddetur, prout, & hanc eandem suspicionem oriri, & etiam excludi posse existimarem ex aliis circumstantiis, & qualitatibus facti, temporis, & personarum.

80 Amplia XIII. † vt de hæresi suspectus sit etiam ille, qui Carnes comedit in diebus prohibitis ab Ecclesia, & ideo contra ipsum tanquam de hæresi suspectum possunt Inquisitores procedere, & si inuenerint illum comedere carnes in diebus prohibitis ab Ecclesia, credentem non esse peccatum, poterunt tanquam hæreticum punire, Repert. Inquis. *in verbo Cognoscere, vers. Sed an iudex inquisitor, ante fi.* Pari. *consil.196.num.67.* vbi, quod non censetur probata hæresis, ex eo, quod fuerit probatum, quem in die Veneris, Sabbati, & Quadragesimæ comedisse carnes, & cibos prohibitos, quando sic comedens dicit se fecisse, non in contemptum, sed causa sanitatis, Pegna *in addit.ad Eymer.in Direc. Inquis.p.2.ad cap.1. extra de hæret.fol.87.colum.1.in fi. vers. At si peccatores,* vbi de hæresi suspectos affirmat eos, qui non abstinent se ab esu carnium, sicut præcipit Ecclesia, posseque contra eos Inquisitores procedere.

81 Limita † & generaliter, quia hæreticus non est, qui male sentit in his, quæ non sunt fidei: sic enim communiter tradiderunt Doctores omnes relati supra hac eadem quæstione *nu.16.* dum dicunt, quod ad hoc, vt quis dicatur hæreticus, requiritur, vt illius error, & falsa opinio sit in fide, non autem extra fidem, Quibus addo Simanch. *Catholicar. Institut. titul.30.rubr. de hæresi numer. 5.* vbi aliis relatis concordantibus, bene huius conclusionis ponit exempla, Albertin. *in rubr. de hæret.in sexto, quæst.13.num.8. in fin.vers. Quoad quartum, & numer.9.* vbi ponit exemplum in eo, qui credit Solem non esse maiorem terra, & his similia, Læl. Zech *in summa par.1.titul.de fide rubr. de hæresi, cap.11.num.8.* Et quod hæresis proprie sit circa ea, quæ sunt fidei, non autem in his, quæ fidei non sunt, puta in Geometricalibus, vel in aliis huiusmodi, quæ omnino ad fidem pertinere non possunt; voluit D Thom. *2.2.quæst.11.artic.2.* vbi proponit contraria, & illis respondet, & ibi etiam Gregor. de Valentia pariter proponit contraria, & illis respondet Tolet. *de instructione Sacerdotum, lib. 4. cap 3. num.1.vers. secundum est.* vbi propterea dixit non esse hæresim errare in scientiis humanis, & opinionibus, Iacob de Graffiis, *lib.2.suarum decisionum, cap. 8. rubr. de hæretic. num. 28.*

ARGVMENTVM.

Hæreticus, An sit, qui quod vere peccatum est, asserit non esse peccatum, & è contra.

SVMMARIA.

Peccatum quod est mortale asserens non esse peccatum, hæreticus est, num.82.

Fornicationem non esse peccatum asserens, hæreticus est, nu.83.

Periurium, & Mendacium non esse peccatum asserens, hæreticus est, num.84.

Vsuram non esse peccatum affirmans hæreticus est, numero 85. Declara procedere in eo, qui simpliciter asserit vsuram non esse peccatum, secus si dubitaret in aliquo particulari casu, Vtrum sit Vsura, Nam tunc non esset hæreticus, si Vsuram non esse affirmaret, numero 86. Declara secundo in eo, qui dixit vsuram non esse peccatum Iudæis, & inter Iudæos, numero 87.

Vsurarum causa nunquid possit cognosci per Inquisitores, n.87. in fin.

Matrimonium cum carnali copula esse peccatum affirmans, hæreticus est, nu.88.

Iurare recusans obstinate credens esse peccatum iurare, hæreticus est, num.89. Nisi quis recusaret iurare ex quadam honestate, præsertim absque superiorum licentia, d.nu.89.

QVÆST. CLXXVIII. §. III.

Regvla † sit affirmatiua, Quod asserentes non esse peccatum id, quod vere peccatum est, & contra Dei præcepta, hæretici reputantur, Arnald. Alber. *in rubr. de hæreticis in 6. quæst. 1. num. 11.* Reper. Inquis. *in verbo hæreticus, vers. item hæreticus iudicatur, quicunque dicit non esse peccatum id, quod est contra præceptum Dei,* Vmbert. Locat. *in iudic. Inquis. in verbo suspicio, numer.7.* Squillac. *de fide Cathol.cap.56.num.4.* vbi ponit aliqua exempla, Decian. *in tract.crimin.lib.5.cap.17. vers. 116. & sequentib.* vbi de asserentibus, id quod vere peccatum est, non esse peccatum, si bono zelo, & charitate fiat, & idem de asserentibus, Gulæ peccatum non esse peccatum, quia naturam habet ducem, & his similia plura infert. Tho. Triuisan. *decis. 35. numer. 6. & seqq. lib. 2.* vbi pluribus hanc probat ampliationem, & infert ad Apostatam dicentem, seu credentem quod Apostatare à Religione, & celebrare in excommunicatione non erat peccatum. 82

Amplia. I. † Propositam regulam, & illatiue ex ea, vt asserentes Fornicationem non esse peccatum, hæretici reputandi sint, Arnald. Albertin. *in rubr. de hæreticis in 6. quæst.1. numer.11. in fine vers. Hinc est, quod quicunque dicit & quæst.13. post num.8.* Repert. Inquis. *in verbo hæreticus, vers. Item osculum,* vbi de illis, qui asserunt osculum mulieri datum ex causa libidinis non esse peccatum mortale, & *vers. item pertinaciter asserere,* vbi de asserente incestum non esse peccatum, & *versiculo item asserens pertinaciter, quod fornicare non est peccatum, & ibi in additionibus litera Z.* Vmbert. Locat. *in Iudiciale Inquisitorum, in verbo Fornicatio, & in verbo Suspicio, numero 27.* Afflict. *in constitut. Regni de hæreticis, & Paterenis, rubr.1.num.21.* Simanch. *Catholic. Institut. titul. 66.*

rubr. de Vsuris, nu. 5. Squillacen. de fide Catholica, cap. 18. n. 1. vers. similiter si quis diceret, & capit. 49. nu. 1. vbi de asserentibus incestum non esse peccatum, Federic. de Sen. consilio 252. colu. 1. versiculo Quarta assertio, vbi dixit idem, Aufrer. decis. 346. vbi testatur ita decisum fuisse in Curia Tholosana, Mantua cons. 239. num. 8. lib. 2. Carer. in tract. de hæreticis, num. 17. Clar. in pract. §. hæresis sub num. 1. versiculo, Hinc infertur, Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 9. nu. 4. & cap. 17. vers. 30. & vers. Item promiscuos coitus, & iterum infra in versiculo item asserentes coitum, vbi de illis Hæreticis, qui asserebant, coitum vrgente naturali libidine non esse peccatum mortale, quia natura excusat, sed osculum esse peccatum, cum naturæ excusationem non habeat, & sub versic. 116. ibi, Vel quod peccatum luxuria, &c. & iterum infra versic. item qui asserunt fornicationem; & versic. Item dicentes incestum non esse peccatum, Io. à Roias in tract. de hæreticis, par. 1. num. 7. & 8. & singulari 98. nu. 8. Thom. Triuisan. decis. crimin. 35. num. 8. lib. 2. Vide in titulo de delictis carnis quæst. 136. num. 13. vbi iterum hac de re dixi, Didac. Cantera in quæst. crimin. rubr. de hæresi, cap. 1. num. 55. vers. Et illis, vbi licet subdat, hos sic asserentes fornicationem non esse peccatum solere flagellari, & in exilium mitti, ex eo quia præsumatur non ex errore intellectus, sed ex alia causa sic dicere, Tu tamen intellige hoc dictum, quando sic dicens pœnitens misericordiam petit, aliter, si pertinax fuerit, vt hæreticus puniendus est.

84 AMPLIA II. † vt etiam hæreticus sit, qui dicit Periurium non esse peccatum mortale, secundum Communem, de qua testatur Bellon. in cons. 70. prout illum refert, & sequitur Clar. in pract. crim. §. hæresis, nu. 1. in fine, Decian. in tractat. crimin. lib. 5. cap. 17. vers. Item, qui putant mendacium dicere non esse peccatum, præsertim negando se bonum fecisse, vt humilitatem ostenderent, contra quos insurgit Alph. de Castro in tractat. de hæreticis in verbo Mendacium, Io. à Roias in tractat. de hæreticis, part. 1. num. 9. vbi etiam de Communi. Thom. Triuisan. decis. 35. num. 9. libro 2.

85 AMPLIA III. † vt etiam hæreticus sit, qui asserit, facere Vsuras non esse peccatum, Clem. 1. §. final. vbi Cardinal. Zabar. in 19. qu. n. 10. de vsuris, Beatus Ioannes à Capistrano de vsuris in 1. parte 2. partis principalis in princip. vers. Quantum ad primum quæritur, numero 1. Io. de Anan. in rubr. extra de hæreticis, num. 1. ad finem, Syluestrina, in summa in verbo hæresis, §. primo, num. 7. vbi bene exemplificat hanc conclusionem, & ampliat etiam in eo, qui diceret Vsuram esse peccatum, sed quod facta restitutione non teneatur de ea Sacerdoti confiteri, Reper. Inquis. in verbo hæreticus, vers. Pertinax hæreticus ex mente, & vers. item asserens pertinaciter exercere vsuram non esse peccatum, & ibi in additionibus, litera T, & in verbo Pœnitentia, versic. Item diutius, vbi amplius dixit, quod Inquisitor ei qui dixit vsuram non esse peccatum, si ad fidem redierit, poterit imponere pœnitentiam, vt vsuras restituat, & amplius non fœneretur, & in versic. Item si quis propter cupiditatem, vbi, Quod isto casu poterit iste vsurarius puniri in perditione pecuniæ, & ibi Mandos. in additionibus, litera E, Vmbert. Locat. in Iudiciali Inquisitorum in verbo Suspicio, num. 17. & in verbo, Vsura, num. 2. Afflict. in Constitut. Regni de Hæreticis. & Paterenis rubr. 1. num. 17. Symanch. Catholic. Institution. tit. 66. rub. de vsuris num. 4. Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 35. num. 2. Squillacen. de fide Catholica, cap. 15. num. 1. & cap. 19. num. 1. & cap. 25. num. 1. Grilland. in tractat. de hæreticis, quæst. 2. post num. 3. vers. Item qui firmiter credit, Carer. in eodem tractat. de hæreticis, num. 9. vbi ampliat, Etiam si in vno nummo vsuram facere, peccatum non esse affirmaret, Decian. in tractat. crimin. lib. 5. cap. 12. num. 31. & cap. 17. vers. 10. & vers. 116. in fine, ibi, Item qui asserant fornicationem, vel vsuram, & cap. 18. versic. 36. Thom. Triuisan. decis. crimin. 35. num. 7. lib. 2. Menoch. de præsumptionib. lib. 5. præsumpt. 6. num. 11.

LIMITA. I. Hanc III. † Ampliationem procedere in eo, qui simpliciter asserit vsuram non esse peccatum, secus si dubitaret in aliquo particulari casu, vtrum sit vsura nec ne, nam tunc non reputandus esset hæreticus, qui teneret opinionem negatiuam, etiam forte non veram, vt per Syluestr. in summa in verbo, hæresis, §. 1. n. 7. versiculo, Et intellige, Beatus Ioannes à Capistrano vbi supra, num. 10. versiculo, Potest tamen aliqua circumstantia, Card. in Clem. 1. §. sane, in 3. notab. circa finem de Vsuris. 86

LIMITA II. Eandem III. † Ampliationem, vt hæresis non sit dicere, Iudæis, & inter Iudæos, esse permissum vsuras facere, de qua re alibi diximus; Item si quis affirmaret, Vsuras posse exigi ab inimico fidei, vt per Carer. in tract. de hæreticis num. 10. vbi tamen videtur declarare, nisi Iudæus inter Christianos assereret vsuram non esse peccatum, quia tunc hæreticus esset censendus, secundum lecturam Decian. in tractat. crimin. lib. 5. cap. 17. versiculo 10. in fine. incip. Aduerte quoque. vbi reprehendit Carerium sic eo loci dicentem, quia quicquid dicat Iudæus, hæresim non incurrit, quia in Iudæo hæresis non cadit, vt suo loco dictum est, & in versiculo, Secundo etiam non procedit, vbi pariter reprehendit Carerium dicentem, non esse hæresim, dicere vsuras posse exigi ab hoste (cum communis opinio sit in contrarium) quod scilicet neque cum hostibus licitæ sint vsuræ, ex allegatis ibi per eum. 87

Nunquid autem Inquisitores possint procedere contra Vsurarium, dixi infra quæst. 186. rubr. de Inquisitorum potestate.

AMPLIA IV. † vt etiam hæreticus sit ille, qui asserit, Matrimonium cum carnali copula esse peccatum, ex allegatis per Decian. in tractat. criminal. libro 5. versic. 108. & seqq. vbi idem de asserentibus Matrimonium perpetuum licitum non esse, vel secundas nuptias esse illicitas, vel coniugatos non posse saluari, sed Monachos tantum, & his similia circa sacramentum Matrimonij. 88

AMPLIA V. † vt hæretici reputentur, qui obstinate iurare recusant, credentes, quod iurare sit peccatum, tex. est in capit. Excommunicamus itaque §. Adijcimus, extra de hæreticis, vbi dicitur, Si quis vero ex eis iuramenti religionem, obstinatione damnabili respuentes iurare forte noluerint, ex hoc ipso tanquam hæretici reputentur, & ibi hoc adnotarunt Hostien. num. 27. in fine versic. Sin autem hoc, & num. 28. versic. Quod si omnino, Io. Andr. sub num. 23. Anton. de Butr. num. 43. vers. secus si ex quadam pertinacia, Abb. nu. 12. ad finem, Marian. Socin. num. 65. Io. de Anan. in §. Adijcimus, num. 3. Felin. sub num. 4. columna 4. in princ. versiculo, Nota in obstinatione, & Cardin. Zabarel. §. si qui, Et fuit error Valdensium damnatus à Ioanne 22. in extrauagan. edita de anno 1318. incip. Gloriosam, versiculo, Tertius istorum error; relata per Franc. Pegnam post Director. Inquisitorum inter literas Apostolicas, fol. mihi 77. Repertor. Inquisitor. in verbo hæreticus, versiculo, An dicens pertinaciter, vt ibi in additionibus, litera K. Carer. in tractat. de hæreticis, num. 11. Decian. in tractat. de crimin. libro 5. capitulo 17. versiculo 11. Eymeric. in Directorio Inquisitorum. parte 3. quæstione 41. & ibi Pegna in additionibus, commentar. 96. fol. mihi 613. vbi tamen declarant hoc non procedere, si quis recusaret iurare, non quia crederet iurare esse peccatum mortale, sed quia ex quadam honestate dubitat iurare, præsertim absq; suorum superiorum licentia, sed tandem iurat. 89

ARGVMENTVM.

Dubius fide, an hæreticus sit, & quando.

SVMMARIA.

Dubius in fide hæreticus est, num. 90.

Dubius in fide, An & quando hæreticus sit, & generaliter de materia, nu. 91.

Dubius in fide dicitur quinque modis; Primò scilicet subreptitiæ tentatione: Secundò veritatis elucidatione; Tertiò imperfecta adhæsione; Quartò voluntaria hæsitatione; Quintò pertinaci defensione, num. 92.

Dubius in fide dicitur hæreticus pertinax, num. 93.

Dubius in fide hæreticus reputatur, non solum si dubitat de tota fide, sed etiam si dubitat in vno fidei articulo, nu. 94.

Dubius in fide testis esse non potest, nu. 95. Amplia, vt propterea nihil ei credendum sit, nu. 96.

Dubius in fide non propriè sed largo modo hæreticus est, numero 97.

Dubius in fide hæreticus est, quando quis in dubitatione habet pertinacem animi deliberationē, & placentiam in dubitando, secus si dubitatio procedat à scrupulo conscientiæ ex primis motibus, qui frequenter accidunt contra voluntatem; Imo ille, qui post dubitationem se bene firmat in Fide, & talibus motibus resistit, nedum non est hæreticus, sed meretur, numero 98.

Dubius in fide, qui in dubitatione non se firmat pertinaciter, sed paratus est se corrigere, non est hæreticus, num. 99.

Dubius in fide propter simplicitatem, non est hæreticus, numero 100.

Dubitatio, titubatio, ignorantia, error, & nescientia, quomodo inter se differant, nu. 101.

Dubius in fide non est hæreticus, quando est dubius in aliquo articulo, in quo sunt diuersæ opiniones, nu. 102. Vbi declaratur hæc Conclusio.

Dubius in his, quæ non sunt determinata ab Ecclesia, non est hæreticus, nu. 102.

Dubius in fide non est hæreticus, si firmissimè credit veram esse Catholicam fidem, licet pro maiori dilucidatione veritatis, circa interpretationem alicuius loci sacræ Scripturæ dubitet, quidnam sub verbis dictæ sacræ scripturæ contineatur, quis sit illorum verborum sensus, aut quid simile, num. 103.

Dubius in fide est hæreticus, quando æque dubitat contra fidem, sicut pro fide, vel si magis contra fidem dubitet, quam pro fide, secus si magis dubitet pro fide, quam contra fidem, num. 104.

Dubius in fide reputatur hæreticus, dummodo dubitet de illis credibilibus, quæ directè ad fidem spectant, & quæ quis explicitè scire tenetur; secus si dubitet de credibilibus indirectè ad fidem pertinentibus, & quæ explicitè omnibus credenda non proponuntur: Tunc enim non est hæreticus, nisi admonitus, in dubitatione pertinax fuerit, nu. 105.

Dubius in fide non est hæreticus si dubitat in his, quæ necessario ad salutem non pertinent, nu. 106.

Dubius in fide si pertinax non est, & omissa dubitatione partem Catholicam amplectatur, pœnitens ad gremium Ecclesiæ recipitur, nu. 107.

QVÆST. CLXXVIII. §. IV.

REGVLA sit affirmatiua, quod dubius in fide, is scilicet qui non magis ad vnam, quam ad aliam partem mentem applicat, hæreticus est. Text. *in cap. primo extra de hæreticis*, vbi ad literam dicitur, *Dubius in fide, infidelis est*, & ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus*, & *in verbo, Dubius*, vbi reddit rationem, quia scilicet nullus de fide dubitare debet, sed firmiter credere, iuribus ibi per eam allegatis, Hostien. *numero primo*, Heinrich. Boich. *num. 3. in fine, versiculo, Ex quibus concluditur*, Ancharan. *num. 1. in 1. notab. & num. 2. in 2. notab.* Anton. de Butr. *num. 1. & 2.* Panormitan. *in summ.* Felin. *num. 1. in 1. notab.* Marian. Socin. *num. 1. & seqq.* Anan. *ante numer. 1. & num. 1.* Arnald. Albertin. *in rubr. de hæretic. in 6. quæst. 13. num. 26.* Addentes ad Azon. *in summa rubric. de hæreticis litera C. versiculo Item qui dubitat in fide*, Addentes ad Hostien. *in eadem summa, §. quis dicatur, num. 1. litera A. versic. Item, qui dubitat de fide.* Goffred. *in summa de hæreticis, num. 1. versiculo Quinto modo dicitur hæreticus*, Armilla *in verbo hæresis num. 17. vers. Dubitare etiam*, Rosella *in verbo hæreticus, num. 1. vers. Quæro numquid dubius in fide, & nu. 9.* Angelic. *in verbo hæreticus, in princ. vers. Item dubius in fide*, Tabiena *in verbo hæreticus, nu. 1. vers. septimo modo, & nu. 26. ad finem versic. Eodem modo dicitur de dubio*, Fr. Rayner. *in summa in verbo Hæresis cap. 2. in fine, versiculo Quinto hæreticus est*, Repertor. Inquisit. *in verbo hæreticus, versiculo item hæreticus est, qui circa fidem dubius est, & ibi in additionibus litera D. & sub versiculo, item ad hoc, & versiculo, septimo modo dicitur hæreticus, & in vers. Item dubius in fide infidelis est, & ibi in additionibus, litera A. la secunda*, Alphons. de Castro *de iust. hæretic. lib. 1. capit. 7. in 2. requisito*, vbi huius regulæ hanc affert rationem, Quia scilicet ille, qui dubitat de fide, videtur credere sacram scripturam posse fallere, & Ecclesiam posse falli, & qui taliter dubitat, non est dubium quin sit hæreticus; Nam si crederet firmiter, prout credere tenetur, quod sacra Scriptura non potest fallere, & quod Ecclesia non potest falli, nunquam vtique dubitaret. Vmber. Locat. *in iudic. inquis. in verbo Dubius in fide, num. 1. & in verbo hæreticus, nu. 1.* Squillacen. *de fide Cathol. cap. 18. nu. 2.* Bonif. Vitallin. *de Malefic. rubr. de crim. hæresis, num. 1. vers. Etiam dicitur hæreticus in fide Catholica.* Carer. *in tract. de hæreticis num. 8. in princ.* Dec. *in tract. crim. lib. 5. cap. 17. vers. Nono dubius etiam in fide.* Ioan. à Rojas *sing. 57. 4.* Et pro hac eadem regula, vide omnino Pegnam *in additionib. ad Eymericum in Directorio Inquisit. par. 2. ad cap. 1. extra, de hæreticis, in 1. versic. & seq. fol. mihi 83.* vbi bene docet, vnde hoc Capitulum desumptum sit, *& fol. 84. versic. Melchior Canus. & seqq. columm. 1. & 2.* vbi reprobat Melchiorem Canum in loco per eum relato dicentem, quod text. in dicto capitulo primo non probat hanc regulam, intelligendo, quod loquatur de Infidelitate, quoad testimonium, & probationem, non autem quoad fidem Catholicam, *& dicta col. 2. vers. Iam regulariter, & seq.* vbi duas huius regulæ affert rationes; Vna scilicet, Quia hæretici sunt, qui Catholicam fidem deserunt, eamq; deserere videntur illi, qui de fidei bonitate, & certitudine dubitant; Altera est ratio, Quia fides semper in credulitate firmitatem supponit, dubitatio autem firmitati contraria est; ergo qui dubitat, Catholicam fidem non habet, & consequenter est hæreticus, vt ibi per eum, qui, & Canonum & Sanctorum auctoritatibus præmissas rationes comprobat, *& fol. 87. col. 2. vers. Quarto modo, & seqq.* vbi hanc regulam pariter auctoritatibus, aliisque rationibus comprobat, & eam propriè locum habere affirmat in dubitante, qui non magis ad veritatem Catholicam, quam ad contrarium errorem, mentem suam applicat, & ibi bene exemplificat, *& fol. 88. colum. 2. versic. Nec obstat, & sequen.* vbi proponit contrarium, & illi respondet Læl. Zech. *in summa, parte 1. rub. de fide cap. 11. numer. 6. versic. Qui vero sciens.* vbi & ipse huius regulæ terminos ponit in eo, qui sciens, & volens, & non resistens dubitat de credibilibus, non animo deliberato, & non applicando animum magis ad veritatem Catholicam, quam ad contrarium errorem, sed medius inter vtrumque hæret non curans quid sequatur, Alexand. Pesan. *in Comment. ad D. Thomam 2. 2. quæst. 11. articul. 1. disput. 1. in 3. conclus. vers. Tota difficultas est*, vbi pluribus rationibus comprobat dubitationem deliberatam sufficere ad hæresim, ita vt per illam non solum tollatur fides, & fiat homo infidelis, sed etiam constituatur hæreticus, & hæresis, proponit contraria, & illis respondet; Non dissentit, & bene hanc regulam comprobat Azzor. Iesuita *in summa par. 1. lib. 8. cap. 9. rubr. de hæresis crimine in 5. quæstione.* Alios plures in idem concordantes Doctores refert Thom. Sanchez Iesuita *in præceptis Decalogi*

calogi *lib. 2. cap. 7. rubr. de hæresi & apostasia, nu. 11.* Et licet *num. 12.* ipse contrariam sententiam vti probabiliorem defendere conetur, in casu tamen, in quo dubitatio dubitanti est incognita, ipseque dubitans non cognoscit se dubitare; Non tamen vllo pacto recedas à proposita regula & conclusione ab omnibus approbata, & eo præsertim, quod, vt ipsemet fatetur, vix dari potest casus huius incognitæ dubitationis, cum moraliter loquendo cum dubitatione intellectus circa res fidei soleat esse coniunctus actualis dubitantis error, quo is illas non omnino certas esse iudicat.

91 Ad † quam materiam, an scilicet & quando dubius in fide Hæreticus reputetur, vltra infrascripta, & præter Canonistas, *in cap. 1. extra, de hæreticis*, vide Augustinum de Ancona *in summa, de potestate ecclesiastica, quæstione 28. artic. 1.* Summ. Antonin. *part. 3. tit. 22. capit. 5. §. 10.* Turrecrem *in summa, de Ecclesia, lib. 4. part. 2. cap. 12.* Melchior. Canum *de locis Theologicis lib. 12. cap. 9.* Alphons. de Castro *de iusta hæreticorum punitione, lib. 1. cap. 7.* & prædictorum omnium exactissime per Pegnam *in additionibus ad Eymericum in Directorio inquisitorum, part. 2. ad cap. 1. extra, de hæreticis*, vbi latissime Lelium Zecchium *in summa part. 1. cap. 11. nu. 6.*

92 Quot † autem modis quis dicatur dubius in fide, dic, quinque modis, secundum Augustinum de Ancona *de potestate Papæ, quæst. 28. artic. 1.* Primo scilicet, subreptitia tentatione. Secundo, veritatis elucidatione. Tertio, imperfecta adhæsione. Quarto, voluntaria hæsitatione. Quinto, pertinaci defensione; refert eum & sequitur Arnald. Albertin. *in rubr. de hæreticis, nu. 6. quæst. 13. num. 26.* vt bene exemplificat modos prædictos, & quando hæreticum sit, vel non sit, in singulo quoque modo dubitare; Vide tamen Pegnam *in additionibus ad Eymericum in Directorio inquisitorum, part. 2. ad cap. 1. extra, de hæreticis, vers. Multis ergo modis, & omnibus seqq. folio mihi 85. col. 2.* vbi ex eodem Augustino de Ancona ponit vndecim modos, quibus contingit, quem de fide dubitare, & eorum singulos bene exemplificat, declarat, & explicat, ac etiam docet, quando singulo quoque modo dubitans sit, vel non sit hæreticus. De quo vide etiam bene loquentem Iacob. de Graffiis *lib. 2. suarum decisionum cap. 8. rub. de hæreticis, nu. 10. & seqq.*

93 Amplia I. Propositam † regulam, vt dubius in fide, si in dubitatione persistit, non solum dicatur hæreticus, sed etiam dicatur hæreticus pertinax, secundum Alphons. de Castro *de iusta hæreticorũ punitione lib. 1. cap. 9.* prout illum refert & sequitur Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 55. nu. 3.* Licet enim dubitans non adhæreat tenaciter doctrinæ contrariæ Catholicæ veritati, satis tamen dicitur pertinax ex eo, quod cum sciat Catholicam veritatem, deliberatè tamen de ea dubitat: non enim solum pertinax dicitur is, qui falsum asserit, sed etiam ille, qui de certa veritate dubitat, tametsi paruo tempore in tali voluntaria dubitatione permanserit, vt bene explicat Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio inquisitorum, part. 2. ad cap. 1. extra, de hæreticis, fol. mihi 88. col. 2. vers. Nec obstat, si dicatur.*

94 Amplia II. Vt † dubius in fide hæreticus reputãdus sit, non solum si dubitet de tota fide; (tunc enim nõ solum hæreticus reputandus est, sed & verius Apostata censendus) verum etiam si dubitet in vno fidei articulo, vt puta de Christi Diuinitate, de Sacramẽto Eucharistiæ, aut alio huiusmodi; Nam tunc hæreticus reputari debet, quoniam discredens vnum articulum fidei, nõ habet fidem supernaturalem, vt dixi *supra hac eadẽ quæst. nu. 64.* & in specie post alios, quos allegat, bene aduertit Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio inquisitorum part. 2. ad cap. 1. extra, de hæreticis, folio mihi 89. col. 1. vers. sexto modo, & sequ.* Vide, quæ dixi *supra hac eadem quæst. dict. nu. 64. & seqq.*

Amplia III. Vt † dubius in fide, cum, vt supra dixi, Hæreticus reputetur; idcirco testis esse non potest, 95
prout est text. *in cap. 1. extra, de hæreticis*, vbi ad literam dicitur: *Dubius in fide, infidelis est, nec eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant.* Et ibi hoc adnotarunt glossa in figuratione casus *in fine, & in verbo, credendum*, Abb. antiquus, *nu. 1.* Hostiens. *nu. 4. in verbo, nec eis, & in verbo, omnino*, Anton. de Butr. *nu. 2. in 3. & 4. notab.* Panormitan. *in summario, & nu. 3.* Marian. Socin. *nu. 5.* & Anan. *nu. 4. versic. Nota argumentum*, dixi iterum supra, *in tractat. de testibus, quæst. 56. nu. 207.*

Et licet † dubius in fide, non in totum fide testimonii carere videatur, sed aliqualiter ei credendum sit, 96
ponderando verba, *Nec omnino*, posita in cap. 1. *de hæreticis*, quasi dicatur, *Nec omnino*, sed *aliqualiter* credẽdum, prout & hũc intellectum admittere videtur Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisit. part. 3. quæst. 68. commentar. 117. versic. neque his obstat, folio mihi 661. col. 2. in fine.* Veritas tamen est, quod etiam dubio in fide nihil credendum sit, & illud verbum, *Omnino*, in textu positum interpretetur, *hoc est, nullo modo*, prout ibidem adnotarunt Hostiensis in verbo, *Omnino*, Ioannes Andreas *num. 2. in verbo, Omnino*, Cardin. Zabarell. *in princ. versic. Nota de dictione, Omnino*, Marian. Socin *num. 6.*

Limita I. eandem † propositam regulam, vt dubius in fide dicatur hæreticus, non propriè, sed largo 97
modo, secundum Marian. Socin. *in rubric. extra, de hæreticis, num. 3.*

Limita II. Regulam † procedere in dubitatione, quæ habeat pertinaciam, animi deliberationem, & 98
placentiam in dubitando, secus si dubitatio procedat à scrupulo conscientię ex primis motibus, qui frequenter contra voluntatem accidunt. Imo ille, qui post dubitationem se bene firmat in fide, & talibus motibus resistit, si sit in charitate, meretur, sicut & qui resistit carnis stimulis, secundum Ioan. Andr. *in cap. 1. nu. 1. extra, de hæreticis*, quem ibidem Communiter sequuti sunt omnes Canonistæ, vt videre est apud Henric. Boych. *num. 2.* Ancharan. *nu. 1. versic. & hoc verum*, Anton. de Butrio *nu. 5.* Panormitan. *nu. 1.* Felyn. *nu. 1. versic. Primo dummodo dubietas*, Cardinal. Zabarell. *colum. 1. in 1. oppositione*, Marian. Socin. *num. 7. & sequentibus*, & Anan. *num. 1. & 2.* Arnald. Albertin *in rubric. de hæreticis, in 6. quæst. 13. sub num. 26. versic. Quod intellige, & versic. Primo modo, & versic. Secundo modo, & versic. Quinto modo*, quem omnino videas bene declarantem, inferentem, & explicantem hanc limitationem, Ioann. à Rojas cum allegatis per eum *in tractat. de hæreticis, part. 1. nu. 272. & sequentibus, & singul. 56. num. 5.* Rosella *in summa, in verbo, Hæreticus, num. 1.* Syluestrin. *in verbo, Hæresis, §. 1. nu. 6.* quem bene declarantem videas, Tabien. *in verbo, Hæreticus, num. 1. versic. Septimo modo*, Repertor. Inquisitor. *in verbo, Hæreticus, versic. Item hæreticus est, qui circa fidem dubius est, & versic. Supra dictum est, & versic. An habens conscientiam scrupulosam, & in verbo, Dubium, versic. Dubius in fide*, Carer. *in tractat. de hæreticis, num. 8. versic. Quod tamen declara & limita*, Vmbert. Locat *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Dubius in fide, num. 1. & 2. & num. 5.* Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus, §. Quinto*, vbi pluribus hanc probat declarationem. Arnaldus Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæstione 33. num. 4.* Clar. *in practic. criminal. §. hæresis, numer. 2. in fine*, Decian. *in tractat. criminal. libro quinto, capit. 17. versicul. Primo, quando non dubitaret cum delectatione, & capit. 18. versicul. Sexto ex his sequitur, & capit. 37. num. 9.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum, part. 2. ad capit. 1. extra, de hæreticis, folio mihi 85. columm. 2. versicul. Multis ergo modis, & sequentibus, & folio 86. columna 2. in principio, ibi,*

*Primo dubitationis genere, & fol.*87*.column.*2*. versic. Quarto modo, & seqq.* vbi vtramque partem huius limitationis pluribus comprobat & exornat, Tolet. *de instructione sacerdotum, lib.*4*.cap.*4*. num.*3*. vers. Est autem dubius in fide*, quem bene loquentem & declarantem vide, Iacob. de Graffiis *libr.*2*.suarum Decisionum cap.*8*.rubr.de hæreticis,nu.*10*. & seqq.* vbi etiam late de eadem materia. Addo & Lælium Zecchium *in summa, part.*1*. rubric.de fide, cap.* 11*. nu.*6*.* & Bannem *in comment.ad D.Thom.*2*.*2*.quæst.*11*.art.*1*. versic.Ex his sequitur*, vbi magistraliter dixit, quod si quis sentiens, se tentari contra fidem, suspendit omnino iudicium suum, nõ est hęreticus, nec dubius in fide, quin non habet erroneum assensum circa res fidei, quin potius, vt homo scrupulosus, prudenter facit cessando ab actu intellectus, & occupando se aliis negotiis.

99 Idem in † eo, qui dubitans non se firmat pertinaciter, sed paratus est se corrigere, Syluestrin. *in summa, in verbo, Hæresis*, §.1*.nu.*6*.* vbi bene declarat, quando dubius in fide dicatur paratus se corrigere, Repert.Inquisit. *in verbo, Hæreticus, vers. supra dictum est*, Vmbert.Locat *in iudic.inqsisit.in verbo, dubius in fide, num.*5*. vers. secundo limita*, Io.Lopez. *in allegationibus hæreticalibus*, §.5. vbi pluribus hanc probat declaratione, *&* §.6*.ante fin.*Carer. *in tract. de hæreticis, nu.*8*. vers. limita secundo*, Decian. *in tract.crim. lib.*5*.cap.*17*.vers. Secundo, si paratus esset se corrigere, & cap.*18*. vers. Octauo dubitationes proponentes.*

100 Limita III. in † eo, qui dubius est in fide propter simplicitatem, per ea, quæ generaliter dicam *infra, in quæst.sequ.* de eo, qui errat per ignorantiam & simplicitatem, & in specie voluit Carer. *in tract.de hæreticis, nu.*8*.vers.Tertio limita.*

101 Et † in proposito scias, quod differentia est inter dubitationem, titubationem, ignorantiam, errorem, & nescientiam; Dubitans enim, applicat animum suum ad plura, & nescit, quid eligat; Ignorans est, qui nihil scit, sed scire debet; Errat is, qui credit vnum, & est aliud; Nescientia est, cum quis ignorat ea, quæ scire non tenetur, vt facta aliena, prout bene declarat Ancharan. *in cap.*1*.nu.*4*.extra, de hæreticis*; vbi amplius subdit, quod quandoque dubius æquiparatur ignoranti. Et ibi addentes in verbo, *Ignorantiam*, remissiue ponunt, Quid different dubitare, errare, & ignorare; & ibi etiam Ioan.de Anan.*num.*2*.versic.Et nota, quod est differentia.* Vide Vmbert.Locat *in iudic.inquisit.in verbo, dubius, num.*4*.* vbi, quod dubitatio est quid medium inter dogma Hæreticum, & veritatem Catholicam.

102 Limita IV. In † non adhuc definitis & determinatis ab Ecclesia, in quibus essent diuersæ Doctorum opiniones, quia tunc non solum dubitans, sed eligens vnam, non est hæreticus, secundum Innocent. & Bald. *in locis relatis per Felyn.in cap.*1*.nu.*4*. extra, de hæreticis, & ibi etiam* Ioan.de Anan.*nu.*3*.* vbi bene hanc conclusionem declarat, & pro hac limitatione faciunt Communiter scripta per Doctores, *in cap.cum Christus, extra, de hæreticis*, dicentes, quod licet dubitare de iis, quæ nondum ab Ecclesia diffinita sunt, vt videre est apud Henric.Boich. *ibi nu.*2*.vers. Et in hac acceptione*; Ancharan *etiam num.*2*. in fine*, Anton.de Butrio *num.*4*.in fine*, Cardinal.Zabarell. *nu.*2*.ante finem, versic.per hoc infertur*, Marian Socin.*post num.*11. Ioan.de Anan. *num.*3*. versic. largissime autem*, Archidiacon.*in cap.hæresis, num.*2*. vers. item de dubiis*, 24*.quæstion.*3*.* vbi loquitur de dubiis, de quibus inter Doctores sunt opiniones, quousque per Ecclesiam sit terminatum. Et ibi etiam Bellamer. *post num.*4*. versic.Idem in dubiis*, Armilla *in summa, in verbo, Hæresis, num.*1*.versic. Aliqua autem sunt ambigua*, vbi dixit, quod dubius in his, quæ sunt ambigua, & nondum terminata ab Ecclesia, non est Hæreticus, nisi fuerit adeo pertinax, quod nollet credere, etiamsi Ecclesia hoc determinaret. Decian. *in tractat.criminal.lib.*5*.cap.*17*.versic. Quinto, nisi dubitaret circa ea, de quibus variæ sunt opiniones, & capit.*37*.num.*16*.* vbi ex Diuo Thoma, quem allegat, dixit, non reputari eum Hæreticum, qui contra veritatem opinatur in non determinatis ab Ecclesia, nisi post determinationem adhuc pertinaciter insistat in sua prima opinione. Ioan.à Rojas *in tractat.de hæreticis, parte* 1*. num.*53*.* vbi refert errorem beati Cypriani in eo, quod non adhuc erat per Ecclesiam diffinitum, & ibi adnotauit Franciscus Pegna *in additionibus*, & tamen inter Doctores approbatos, eruditos, & sanctos, primus nominatur Cyprianus, *vt in cap. Sancta Romana Ecclesia*, 15*.distinction.* & Domin.Sot.referendo dictum Cypriani errorem, multa in eius fauorem scripsit *in* 4*. distinctione* 1*. quæst.*5*. artic.* 5*. &* 9*.* ad quæ vide etiam tenentes, Summa Antonin. *part.*2*.tit.*12*.cap.*5*.*§.1*. versic.Et ideo constat, quod quotidie inter Doctores*, Syluestrin *in verbo, Hæresis*, §.1*.num.*1*. versic.Item nisi erret in his, de quibus certant viri docti*, Francis.Rayner.*in summa, in verbo, Hæresis, capit.*1*. versic. & ideo aliqui Doctores*, Repertor.Inquisit *in verbo, Hæreticus, vers. Quid proprie faciat Hæreticum, in fine*, Vmbert.Locat *in iudiciali inquisitorum, in verbo, dubius in fide, num.*5*. versic. Quinto limita*, Idem Repertor. Inquisit. *in verbo, Diuersitas opinionum, versic.Primo*, Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus num.*1*.in fine*, Nicolaus Arelatan.*notab.*15.Carer. *in tractat.de hæreticis, num.*8*.versic. Quinto limita*, Practic. Corradi *rubr.de hæreticis, num.*7. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum, part.*2*. ad capit.*1*.extra, de hæreticis, fol.mihi* 90*.colum.*1*. versic.vndecimo, & postremo, & sequenti*, vbi facit conclusionem, quod dubitans de quibusdam ad fidem pertinentibus, nondum tamen per Ecclesiam definitis, non reputetur Hæreticus, dummodo paratus sit tenere, quod Ecclesia definierit; si contingat ab ea aliquando fieri declarationem. Plures in idem adducit concordantes, testatur de Communi, rationem affert, & exemplificat, *& dicto folio* 90*.columna* 2*. versic. Cæterum circa*, vbi facit aliam conclusionem, in dubiis opinionibus non excusari à peccato eos, qui in materiis fidem tangentibus non sequuntur opinionem Doctorum grauiorum, magis probatorum, & Sanctorum Patrum, & quid de illis, qui in hac materia non sequuntur Communem, vel etiam sequuntur opinionem magistri sui. Vide ibi per eum *in dicto versiculo, Cæterum, & in versic. sequent.* Iacobum de Graffiis *lib.*2*.suarum Decisionum cap.*8*. rubr. de hæreticis, nu.*15.

Et † non sine ratione dicitur dubitantem, seu eligẽtem vnam opinionem potius quam aliam in non determinatis ab Ecclesia, non esse Hæreticum, quando paratus est acquiescere illi opinioni, quam Ecclesia amplectitur, quia, si sic paratus non erit, & in sua opinione adeo tenax existat, vt Ecclesiæ contrarium definienti minime acquiescere intendat, tunc non solum Hæreticus erit, sed etiam pertinax ex Caietano, Nauarr. & Vasquez in locis relatis per Thomam Sanchez Iesuitam *in præceptis Decalogi libr.*2*. cap.*7*. rubr.de Hæresi & Apostasia, nu.*29.

Limita V. in illis, qui firmissime credunt, veram esse Catholicam fidem, nec de ea in aliquo articulo dubitant, sed pro maiori dilucidatione veritatis circa interpretationem alicuius loci Scripturæ sacræ dubitant, quidnam puta sub verbis dictæ sacræ Scripturæ contineatur, & lateat, quis sit sensus illorum verborum, aut quid simile ex allegatis per Decian. qui bene hanc limitationem exemplificat *in tractat. criminal. libr.*5*.capit.*18*.in versic.Septimo dubitantes, & versic. sequent.* vbi præsertim, quando quis sic dubitat, & veritatem quærit, vt illam non credentibus facilius persuadere possit, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio inquisitorum part.*2*.ad cap.*1*. extra, de hæreticis, fol.* 86*.col.*1*.vers. Secundo modo, & sequ. & col.*2*.versic.In secundo* 103

genere

genere dubitandi, vbi facit generalem conclusionem, quod qui per modum dubitationis procedit ad declarandas fidei veritates, supposito & stabilito tanquam certo & indubitato fundamento, quod fidei dogmata, sacræve Scripturæ verissimæ & certissimæ sint, non est Hæreticus, non peccat, imo meretur, & magna laude dignus est; Hocque dubitandi genere Catholicos Doctores & Theologos vti, vt rationibus hinc inde discussis, Catholicæ religionis & fidei veritas magis elucescat, affirmat. Addo & Lælium Zecchium *in summa, parte 1. rubr. de fide, cap. 11. num. 6. versic. Dubitans tamen de credibilibus.*

104 Limita VI. Vt † dubius in fide reputetur Hæreticus, quando, prout dixi in regula, quis æque in vnam aut aliam partem inclinat, nec plus pro fide, quam cõtra fidem, & è contra discurrit, sed æque anceps dubitat, vnde multo magis Hæreticus reputandus est, si magis inclinat in doctrinam Catholicæ fidei contrariam, quam in Catholicam veritatem, vt bene aduertit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum parte 2. ad capit. 1. extra, de hæreticis, folio mihi 88. col. 2. in fine.* Secus autem, si dubitans magis ad veritatem fidei, quam ad oppositam partem declinaret, si, vt dixi supra hac eadem quæstione *nu. 98.* sic dubitaret ex quadam infirmitate & conscientiæ scrupulo, & ex primo motu, vt per eundem Pegnam *dicto folio 88. colum. 2. versic. Ille autem non esset iudicandus Hæreticus.*

105 Limita VII. Vt † dubius in fide Hæreticus reputandus sit, dummodo dubitet de illis credibilibus, quæ directe ad fidem spectant, & quæ quis explicite scire tenetur, secus si dubitet de credibilibus, indirecte ad fidem pertinentibus, & quæ explicite credenda omnibus non proponuntur: Tunc enim dubitans Hæreticus reputandus non est, nisi admonitus in dubitatione pertinax fuerit, ex allegatis per Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitor. part. 2. ad cap. 1. extra, de hæreticis, folio mihi 89. versic. Potest item octauo, & seqq. & fol. 90. versic. Item decimo*, vbi ampliat hãc limitationem, etiam quod dubitatio consistat circa indirecte credibilia, iam per Ecclesiam definita. Nam nec etiam tunc dubitans reputabitur Hæreticus, nisi post legitimam admonitionem in dubitatione perstiterit. Nec dissentit Lælius Zecchius *in summa, part. 1. rub. de fide, cap. 11. nu. 6. vers. Dubitans tamen non de his.* Sed hæc ampliatio Francisci Pegnæ, vt scilicet dubitans circa indirecte credibilia iam per Ecclesiam diffinita, non reputetur hæreticus, nisi admonitus in dubitatione pertinax fuerit, non videtur tenenda, quia quę ab Ecclesia sunt expresse diffinita, directe ad fidem pertinent, & sic idem videtur iudicium de illis faciendum, ac de directe ad fidem spectantibus, vt dixi *in principio limitationis.*

106 Limita VIII. in † eo, qui dubitat in his, quæ necessario ad salutem non attinent, secundum Felyn. qui tamen loquitur nõ solum in dubitante, sed etiam in sic credente. *in cap. 1. num. 3. extra, de hæreticis*, & est text. *in capit. in quibus, 22. quæst. 2.* vbi ad literam dicitur, *In quibus rebus nihil interest ad capessendum Dei regnum, vtrum credantur an non, & vtrum vera siue sint, siue putentur, An falsa, in his errare, id est, aliud pro alio putare, non arbitrandum est, esse peccatum, aut si est, minimum esse atq; leuissimũ.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitor. in verbo, Dubius in fide, nu. 5. vers. Quarto limita*, Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 8. vers. Quarto limita*, Decian *in tract. crim. lib. 5. cap. 37. nu. 12.*

107 Limita IX. Quia † dubius in fide, is scilicet, qui in dubitatione pertinax est, si omissa dubitatione partem Catholicam firmiter amplectatur, ad Ecclesię gremium recipiendus est, abiurata tamen prius hæresi, in qua licet dubitatiue pertinaciter insistebat, prout abiurant veri & formales hæretici, sic enim in Sacro Romanæ Inquisitionis Tribunali seruari, testatur Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 2. ad cap. 1. extra, de hæreticis, fol. mihi 88. col. 1. in fin.* vbi tamen non sic abiurare debere, vt formales hæreticos, declarat eos, qui propter simplicitatem aut rusticitatem dubitant circa credibilia, non respicientia articulos fidei, qui in Ecclesia solemnizantur: tunc enim, vt suspecti de hæresi arbitrio iudicantis, & non vt formales hæretici abiurabunt, *vt ibi per eum.*

ARGVMENTVM.

Disputare de Fide, an, quando, quomodo, & quibus liceat.

SVMMARIA.

Disputare de fide non licet regulariter, nu. 108.
Disputare de Mysteriis fidei prohibitum est, nu. 109.
Disputare de his, quæ iam sunt determinata ab Ecclesia, illaque in dubium reuocare, minime licet, nu. 110.
Laicis præsertim disputare de fide prohibitum est, sub pœna excommunicationis, nu. 111.
Hæc tamen excommunicatio non incurritur ipso iure, nu. 120.
Laicis etiam literatis prohibitum est de fide disputare, sub pœna excommunicationis, nu. 112.
Clericis etiam prohibitum est disputare de fide, nu. 113.
Disputare de fide prohibitum est cum hæreticis & insidelibus, num. 114.
Disputare de opinionibus Philosophorum tangẽtibus fidem prohibitum est, nu. 115.
Pœna arbitraria imponitur iuxta facti & personarum qualitatum, disputantibus de fide in casu à iure prohibito, nu. 116.
Inquisitores possunt procedere & punire disputantes de fide, in casu à iure prohibito, nu. 117.
Disputare de fide hæreticum non est, nu. 118. Declara vt nu. 119.
Disputare de fide etsi non liceat, scribere tamen laudabile est cõtra hæreticos, nu. 121.
Disputare de fide licitum est cum hæreticis, ad illos conuincendum, num. 122.
Disputare de fide non est prohibitum doctis & eruditis Theologis inter seipsos, exercitij causa, & vt eruditiores euadant, nu. 123.
Disputare de fide possunt Theologi, quibus publicum docendi munus demandatum est, prout sunt Professores diuinarum literarum, & sacrorum Canonum, nu. 124.
Disputare de fide non est permissum, nisi peritis & firmis in fide, num. 125.
Disputari potest de fide cum hæreticis coram auditoribus doctis & sapientibus, secus coram simplicibus & idiotis, coram quibus periculosa est disputatio, nu. 126.
Vbi declaratur.
Disputandi de fide cum hæreticis modus ponitur, nu. 127.

QVÆST. CLXXVIII. §. V.

Regvla sit † negatiua, quod scilicet disputare de fide non licet. *text. est in leg. nemo clericus, C. de summa Trinitate & fide Catholica*, vbi ad literam dicitur, *Nemo clericus, vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis; de fide Christiana publicè turbis coadunatis & audientibus tractare conetur in posterum*, & quæ sequuntur, Glossa *in capit. cum quibus, in verbo, Certamen, vers. Nec cum aliquo de fide est disputandum, 24. qu. 3.* Hostien. *in summa, de hæreticis, §. Qualiter deprehendatur, nu. 4. ad fin. vers. Non est tamen de fide Catholica coadunatis turbis publice disputandũ*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo, Disputare, nu. 2. vers. publice disputare*, Repertor. inquil *in verbo, Disputare, vers. 1.* Simanc. *Catholicarum institution. tit. 20. rubr. de disputatione, num. 1. & sequentib.* vbi pluribus hanc probat conclusionem; Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap. 7. num. 8.* & ibi Campeg. *in additionibus, litera B, in verbo, Publice*; Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, quæst. 21. num. primo*, Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis; num.* 108

*num.*1. vbi & rationibus & auctoritatibus hanc firmat regulam, Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, cap.*9. *nu.*4. *& seqq.* vbi pluribus & magistraliter etiam ex antiquorum exemplis hanc comprobat regulam, Conrad. Brun. *in tract. de hæreticis, libr.*6. *cap.*8. *nu.*1. vbi bene aduertit, quod lex ciuilis publicam tantum disputationem, tam clericis, quam laicis prohibuit, lex autem Canonica tam priuatam quam publicam disputationem laicis tantum interdixit, & quod propterea vnam legem ex altera iuuandam affirmat, facitque conclusionem generalem, quod tam laicis quam clericis, & tam priuatim, quam publice disputandi facultas dempta est, cum vtroq; casu, & in vtrisque personis idem versetur periculum, Decian. *in tractat. crimin. lib.*5. *cap.*18. *verſ.*46. Thom. Sanch. *in Præceptis Decalogi, libr.*2. *cap.*6. vbi propterea bene docet, disputationem de fide esse illicitam ex fine, ex parte disputantis, ex parte auditorum, & ex modo disputandi, & hæc regula verissima est, adhibitis tamen infrascriptis declarationibus.

109 Amplia I. Quod † multo minus licitum sit disputare de Mysteriis fidei, ex plene traditis per Conradum Brun. *in tract. de hæreticis, lib.*6. *cap.*8 *post nu.*2. *& seqq.* & per Petrum Gregorium *Syntagm. iuris libr.*33. *cap.*9. *post nu.*7. *verſ. Dehinc oportet credere, & sequentibus versiculis.*

110 Amplia II. Vt † regula procedat eo magis in eo, qui in iam determinatis ab Ecclesia de fide disputat, tanquam de fide dubitans, fidei veritatem & iam ab Ecclesia determinata pro certo non supponens, sed argumentis experiri intẽdens; is enim procul dubio peccat, tanquam dubius in fide & infidelis; ex allegatis per Gundisal. *in tract. de hæreticis, qu.*21. *nu.*1. Armilla *in verbo, Disputatio, num.*1. Tabien. *in rubr. de disput. nu.*1. *in prin.* Angelica *in verbo, disputare, verſ. aut quia dubitat de fide,* Antonin. *in summa, part.*2. *tit.*12. *cap.*2. §.2. *rubr. de disput. de fide, in princ.* Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & Hæreticis, qu.*12. *sub num.*16. *& qu.*13. *nu.*13. vbi bene hanc firmat conclusionem, Decian. *in tractat. crim. libr.*5. *cap.*18. *verſ.*11. *& verſ.*46. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, Director. inquisitor. ad l. nemo, C. de summa Trinitat. & fide Catholica, verſ. cæterum, & seq. folio mihi* 33. *col.*2. idem Eymericus *vbi supra, parte* 1. *qu.*10. *nu.*2. & ibi Pegna *in additionibus, litera A, in primo axiomate, & litera C, folio mihi* 73. *col.*2. idem Eymericus *parte* 3. *qu.*38. & ante Pegnam Conradus Brunus *in tract. de hæreticis, lib.*6. *cap.*8. *nu.*1. idem Pegna *ad cap.*1. *extra, de hæreticis, in verſ. Et de hoc sit hæc quarta conclusio, folio mihi* 87. *col.*2. *in fine*, Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libro* 2. *capit.*6. *nu.*1. vbi de disputante eo, qui dubitat circa fidem, habetque animum discutiendi, si rationes contrariæ eius intellectum magis vrgeant, faciunt quæ dixi infra hac eadem quæstione, *nu.*159.

111 Amplia III. Vt † etiam laicis interdictum sit tam publice quam secrete disputare de fide, sub pœna excommunicationis, *textus expressus in cap. quicunque,* §. *inhibemus, de hæreticis, in* 6. vbi ad literam dicitur, *Inhibemus quoque, ne cuiquam laicæ personæ liceat publicè vel priuatim de fide Catholica disputare, qui vero contrafecerit, excommunicationis laqueo innodetur,* & ibi hoc adnotarunt Glossa in figuratione casus, *verſic. sed vtrum sit permissum*, vbi, quod de hoc Legistæ habent propriam rubricam, *de summa Trinitate & fide Catholica, &, ne liceat de fide Catholica disputare publicè*, Ioan. Monach. *in eodem cap. Quicunque, in verbo, Laicæ,* Archidiac. *num.*9. *in verbo, Prohibemus, & in verbo, Personæ,* Ioan. Andr. *colum. finali, verſic. in glossa forte,* Geminian. & Franch. *in summario*, & extat Constitutio Innocentii IV. edita de anno 1254. *incip. Nouerit vniuersitas, verſ. item firmiter,* relata per Francisc. Pegn. inter literas Apostolicas, *folio mihi* 21.

Nec non alia Constitutio Nicolai III. edita de anno 1281. *incip. Nouerit vniuersitas, verſic. item firmiter, vbi supra, folio* 67. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr.*2. *de auctoritat. Inquisitor. nu.*7. *in princip. & in rubric. de pœnis receptatorum, &c. num.*11. Armilla *in verbo, Disputatio, nu.*1. *verſic. Et propterea prohibitum est cuicunque laico, & iterum infra, in verſic. ideo laicus sciens,* Syluestrin. *in summa, in eadem rubric. de disputatione,* §.1. *in principio, &* §.2. *verſic. Et si sunt laici,* vbi, quod laici sic disputantes peccant mortaliter, etiam quod sustineant partem fidei ratione dictæ prohibitionis, Angelica *in verbo, disputare, in prin*[illegible], Eymericus *in Directorio inquisitorum, parte* 1. *quæſt.*10. *num.*6. & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, litera A, in vltimo axiomate,* Antonina *in summa, parte* 2. *tit.*12. *cap.*2. *rubric. de disputatione de fide, in fine,* vbi, quod prohibentur omnes laici disputare de fide publice vel occulte, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, disputare, num.*1. *&* 2. *& in verbo, laicus, num.*4. *& nu.*6. Repertor. inquisitor. *in verbo, disputare, verſic. ex prædictis,* notat Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, quæſt.*21. *num.*2. Arnald Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & Hæreticis, quæſt.*13. *num.*4. Decian. *in tract. criminal. lib.*5. *cap.*18. *verſ.*46. Ioan Azzor. Iesuita *Institut. moralium, parte* 1. *lib.*8. *cap.*26. *quæſt.*1. vbi in fine quæstionis, *verſicul. Postremo quæres,* dixit, hanc excommunicationis pœnam non incurri ipso iure, sed sententia opus esse, de quo in specie dixi, *infra num.*120. Thom. Sanchez *de Præceptis Decalogi, libro* 2. *cap.*6. *nu.*3. vbi idem dixit, & *num.*6. vbi declarat, hanc ampliationem procedere in vere laico, secus in clerico primæ tonsuræ.

Amplia IV. Vt † laicis interdictum sit de fide 112 disputare, etiam quod sint personæ doctæ & literatæ, secundum Glossam *in dicto cap. Quicunque, in* §. *inhibemus, de hæreticis, in* 6. *in verbo, Laicæ personæ,* vbi dixit hanc sententiam veriorem, *& iterum infra, in verbo, Laica,* Geminian. *num.*1. *verſic. Glossa tertia, & num.*2. & Franch. *num.*1. Syluestrina *in summa, in verbo, Disputatio,* §.1. *in principio,* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, disputare, num.*1. Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæſt.*13. *num,*4. *& sequentibus, vsque ad numer.*13. vbi pluribus hanc probat ampliationem. Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio inquisitorum, parte* 1. *quæſt.*10. *Comment.*25. *litera* I. *verſ. laicis autem, & seqq.* vbi arguit pro & contra, & postea distinguit & declarat, etsi contrarium voluisse videatur Læl. Zech. *in summa, part.*1. *tit. de fide, cap.*24. *rubr. de Apostasia, num.*5. *verſic. secunda communio,* vbi dixit, quod si laicus vir doctus in scriptura & Theologia, contra infideles vel hæreticos disputaret, in articulo præsertim necessitatis non solum non peccaret, sed faceret opus bonum & optimum, sed pro hac eadem quarta ampliatione Nauar. *consil.*25. *de hæreticis, libr.*5. vbi eam quatuor rationibus comprobat, Ioan. Azzor. Iesuita *Institut. Moralium parte* 1. *libro* 8. *cap.*26. *verſic. quæres quis,* Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib.*2. *cap.*6. *nu.*4. *&* 5. vbi testatur de probabiliori sententia, & alios refert concordantes, & *nu.*7. declarat, nisi in casu magnæ necessitatis, vel vtilitatis, vt puta, quando in aliquo loco adesset aliquis hæreticus, qui fideles peruerteret, nec ibi adessent Ecclesiastici docti, qui fidei partes susciperent, tunc enim laico docto non solum non est prohibitum disputare cum illo hæretico, sed etiam tenetur, vt proximorum spirituali saluti consuleret, & hæc quarta ampliatio verissima est, adhibitis tamen circumstantiis & declarationibus, de quibus *infra.*

Amplia V. Vt † de fide disputare prohibitum sit 113 nedum laicis, sed etiam clericis, textus expressus *in l. nemo clericus, C. de summa Trinitate & fide Catholica,* Armilla *in summa, rubr. de disputatione, nu.*1. *verſic. Prohibetur nedum laicis, sed & clericis,* Syluestrina *in eadem rubr.* §.1. *verſic. immo nedum laicis, sed & clericis, &* §.2. *verſicul. & similiter peccant mortaliter Religiosi,* Angelica *in verbo, Disputare,* *ver-*

versicul. Prohibetur nedum laicis, sed etiam clericis, Conrad. Brun *in tract. de hæreticis, libr. 6. cap. 8. nu. 1.* Vide Ioan. Azzor. Iesuit. *institut. moral. part. 1. lib. 8. cap. 26. quæst. 1. vers. At dices, & quæst. 2.* vbi bene declarat, quando & quomodo clericis licitum sit de fide Catholica disputare, de quo etiam dixi *infra, nu. 126.* & declarat etiam Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, cap. 6. nu. 8.*

114 AMPLIA VI. Vt † nec etiam liceat disputare de fide cum hæreticis & infidelibus, text. est *in cap. cum quibus, §. Canonum, 24. qu. 3.* cuius verba sunt hæc: *Canonum Magistris atque custodibus nullum fas est inire certamen cum hominibus communionis alienæ*, & ibi Glossa *in verbo, Certamen, in princip. versic. Ergo cum hæreticis non est disputandum*, Turrecrem. *in summar. & nu. 1.* vbi proponit contraria, & illis respondet Antonina *in sum. p. 2. tit. 12. c. 2. §. 2. rubr. de disputatione de fide, in fin. vers. & sic intelligendum est*, Repert. Inquisit. *in verbo, Degetitur, vers. sed pone, & in verbo, Disputare, vers. 1.* Simanch. *in Enchirid. tit. 32. rubr. de disputatione, nu. 1.* Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib. 2. c. 6. nu. 12.* vbi præsertim loquitur de disputatione cum hæreticis, qui aliquo modo fuerunt magistri erroris.

115 AMPLIA VII. Vt † nec etiam liceat disputare de opinionibus Philosophorum tangentibus fidem, Armilla *in summa, in rubr. de disputat. nu. 1. vers. ideo laicus*, vbi infert de disputantibus, & sustinentibus opinionem Auerrois de Vnitate intellectus, & de Infinitate temporis, dicitque, hoc sic disputantes mortaliter peccare, quia est contra fidem, & prohibitum in octaua sessione Concilii Lateranensis, Syluestrina *in summa, in rubric. de disputatione, §. 2.*

116 AMPLIA VIII. Vt † pœna disputantis de fide in casu prohibito, arbitraria sit, iuxta qualitatem personæ, loci, & temporis, sicut post alios, quos allegat, dixit Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Disputare, nu. 3.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 42. num. 5.* vbi, quod est pœna exilii, & est text. *in dicta leg. Nemo clericus, C. de summa Trinitate & fide Catholica*, vbi, quod Clericus à consortio clericorum remouetur, Miles cingulo spoliatur, Laici liberi ab vrbe expelluntur, & etiam competentibus suppliciis subiiciuntur, serui vero seuerissimis animaduersionibus plectuntur, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitor. ad dict. leg. nemo, C. de summa Trinitate & fide Cathol. litera E, fol. mihi 34. colum. 2. in fine*, vbi quod hodie istæ pœnę non sunt in vsu, quia disputantes de fide in malum finem, & sic contra fidem falsa dogmata prædicantes, hæresiarchæ reputantur, & sine vlla penitus misericordia brachio seculari traduntur.

117 AMPLIA IX. Quia † licet hæreticus non sit, qui in casu à iure non permisso disputat de fide, Inquisitorem tamen procedere posse, dixit Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, disputare, num. 2.* Armilla *in summa, in rubric. de disputatione, num. 1. in fine*, vbi, quod Episcopi & Inquisitores negligentes obuiare huiusmodi disputationibus prohibitis, peccant mortaliter, Syluestrina *in eadem rubric. de disputatione, §. 2. in fine, versic. Et similiter*, vbi dixit, quod talis negligentia Episcoporum vel Inquisitorum est magna & perniciosa, contra honorem Creatoris, & Dei.

118 LIMITA I. Quia † etsi disputare de fide prohibitum sit, non tamen est hæreticum, secundum Glossam, *in leg. omnes, in verbo, Leui argumento, versic. Non autem si illud dicat causa disputandi, C. de hæreticis*, & ibi etiam Salycet *in fine, vers. Quærit glossa*, Ioan. de Anan. *in cap. 1. nu. 7. vers. in glossa secunda, extra, de hæreticis*, Arnald. Albertin. *in rubric. de hæreticis, in 6. quæst. 13. num. 26. vers. secundo modo*, vbi loquitur, quando quis disputat de fide ad veritatis dilucidationem, dummodo non persistat in falsa opinione, idque pluribus comprobat rationibus Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 18. vers. 46.*

Declara, dummodo † disputans defendat fidem Catholicam assertiuè, non autem dubitatiuè, quia tunc videtur hæreticus, per ea, quę dicta sunt supra *hac eadem quæst. nu. 110.* 119

LIMITA II. Quia † excommunicatio, quam incurrunt laici disputantes de fide Catholica, non imponitur ipso iure, sed opus est citatione, monitione, & sententia, secundum Glossam *in dicto cap. Quicunque, §. inhibemus, in verbo, Innodetur*, Ioan. Andr. *colum. final. vers. In glossa nunquid*, Geminian. *num. 2. in fine*, & Franch. *ante num. 1. & num. 1. in fine*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Disputare, sub num. 1.* & voluit Nauarr. *consil. 25. numer. 1. de hæreticis, libr. 5.* Ioan. Azzor. Iesuita *Institution. moralium part. 1. libr. 8. cap. 26. quæst. 1. in fine quæstionis, versic. Postremo quæres*, Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 6. nu. 3.* 120

LIMITA III. Quia † etsi cum hæreticis disputare prohibitum sit, laudabile tamen est, contra hæreticos scribere, prout sanctissimi & eruditissimi viri, magna cum Ecclesiæ vtilitate, multis voluminibus fecerunt, Simanch. *Catholicar. institution. tit. 20. rubr. de disputatione, num. 10.* vbi beatos iudicat eos, qui pro fide Catholica tuenda, & extirpandis hæreticis piè atque eruditè scripserunt. Qua in re omni laude dignissimum habemus hodie Robertum Bellarminum, è societate IESV amplissimum Cardinalem, & inter Cardinales fulgentissimum Sydus, eruditissimumque virum, cuius doctissima & verissima contra hæreticos scripta, omnibus patent. 121

LIMITA IV. Quia † licet cum hæreticis disputare, non vt in dubium reuocent fidem nostram, sed vt conuincantur, gloss. *in cap. cum quibus, in verbo, Certamen, in fine, vers. sed ad hoc, 24. qu. 3.* & ibi Archidiac. *vers. in glossa ergo, in verbo, Conuincantur*, Bellam. *in gloss. cum hæreticis*, & Turrecrem. *nu. 2.* vbi, quod licet cum hæreticis disputare, tum ad confutandum eorum errores, tum ad defensionem fidei, *& nu. 13.* Armilla *in summa, in verbo, Disputatio, nu. 1. vers. si autem fiat disputatio ad confutandos errores*, Tabien. *in eadem rubr. de disputat. nu. 1. vers. si autem aliquis*, Angelica *in verbo, disputare, vers. sed disputare ad cōfundendum errores*, Antonin. *part. 2. tit. 12. cap. 2. §. 2. rubr. de disput. de fide, in princ. & dict. §. 2. in fine, vers. sed ad hoc*, Repert. inquisit. *in verbo, degetitur, versic. sed pone quod, & in verbo, disputare, sub vers. 1.* Simanch. *Catholicar. instit. tit. 20. rubr. de disputatione, nu. 7.* vbi, quod nō est prohibitum disputare cum hæreticis, vt confundantur & conuertantur, & vt gloria DEI, & veritas Catholicæ fidei manifesta fiat, Zanchin. *in tract. de hæretic. cap. 7. num. 8.* Gundisal *in tract. de hæretic. quæst. 21. post num. 1. versic. si autem quis disputet de fide, ad confutandos errores*, Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæstio 13. numer. 14.* Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, ad l. nemo, C. de summa Trinitate, & fide Cathol. litera B, folio mihi 33. col. 2.* Idem Eymericus *vbi supra, parte 1. quæst. 10. nu. 2. in fine*, & ibi Pegna *in additionibus, lit. A. in 2. axiomate, & lit. D. folio mihi 73.* & ante istos Conrad. Brun *in tract. de hæretic. libr. 4. cap. 12. num. 1. & seqq.* vbi bene & magistraliter loquitur. 122

LIMITA V. Quia † non est prohibitum doctis & eruditis Theologis inter seipsos disputare exercitii causa, & vt eruditiores ac disertiores euadant, Antonina *in summa, part. 2. tit. 12. cap. 2. §. 2. rub. de disputatione de fide, in princip.* Angelica *in verbo, Disputare, in fine, vers. item similiter*, Simanch. *Catholicar. institution. tit. 20. rubric. de disputatione, num. 9.* vbi declarat, dummodo veritas fidei in dubium non reuocetur, nec publicè disputetur, Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, quæstion. 21. post numer. 1. versic. si autem quis disputet*, Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæstione 13. numer. 2.* vbi infert ad communem vsum Scholasticorum 123

Docto-

Doctorum, & Theologorum quotidie disputantium de sacra Scriptura, & in materia fidei Catholicæ, præsertim in captiuis generalibus, & prouincialibus Religiosorum coram populo, *& numer.* 15. Eymericus *in Directorio inquisitorum, parte* 1. *quæstione* 10. *numer.* 2. *in fine*, & ibi Franciscus Pegna *litera A, versicul. Tertium est, & litera E, versic.* 1. *& sequentibus, folio mihi* 74. vbi bene docet, quænam obseruanda sint in hac disputatione exercitii causa, Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, cap.* 6. *num.* 9.

124 LIMITA VI. in † Theologis, quibus publicum docendi munus auctoritate publica demandatur, cuiusmodi sunt Doctores & Professores diuinarum literarum, & Sacrorum Canonum; Nam illis de fide & publice & priuatim disputare licet, non quidem vt ea, quæ semel definita sunt, disputando, vel dubia reddant, vel retractent, sed vt ea potius & omnem veritatem Catholicam confirment, & nouos subinde subnascentes errores confutent, cum hoc munere, non propria, sed publica auctoritate fungantur, sunt verba Conradi Bruni *in tractat. de Hæreticis, libro* 6. *cap.* 8. *numero* 2.

125 SVBLIMITA I. omnes † prædictas limitationes, in quibus cum hæreticis & infidelibus disputatio est licita, vt ad disputandum non debeant admitti, nisi idonei, sufficienter instructi, & firmi in fide, vt per Tabien. *in summa, in rubr. de disputatione, sub nu.* 1. Francisc. Pegna *in addit. ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part.* 1. *qu.* 10. *commentar.* 25. *vers. sed cum hæc disputatio, folio mihi* 74. *col.* 1. *vers.* 1. *& col.* 2. *vers. iam præter eruditionem*, vbi bene & magistraliter more suo declarat, Conrad. Brun. *in tractat. de hæreticis, lib.* 3. *cap.* 12. *nu.* 13. *& seqq.* vbi bene explicat qualitatem eorum, qui cum hæreticis hoc disputandi munus subire debent.

126 SVBLIMITA II. Vt † in casu admissæ disputationis cum hæreticis, hoc intelligendum sit, dummodo disputetur coram auditoribus doctis & sapientibus; secus coram auditoribus simplicibus & idiotis, coram quibus periculosa est disputatio, nisi personæ istæ simplices, & idiotæ, essent sollicitatæ ab infidelibus ad deficiendum à fide, & sic niterentur eos corrumpere, quia tunc etiam coram ipsis disputatio de fide non solum est licita, sed etiam necessaria, vt bene declarat D. Thom. 2.2. *quæst.* 10. *art.* 7. quem referendo sequuti sunt Turrecrem. *in dict. cap. cum quibus, nu.* 4. *& seqq.* 24. *quæst.* 3. Armilla *in summa, in verbo, Disputatio, nu.* 1. *vers. Si autem immineat periculum*, Syluestr. *in eodem verbo, Disputare*, §. 1. *post principium*, Angelica *in verbo, Disputare, versic. aut quia disputari coram simplicibus*, Antonina *in summa, part.* 2. *tit.* 12. *c.* 2. §. 2. *rubr. de disputatione de fide, in princ. vers. aliud est considerandum*, Tabiena *in verbo, Disputare, num.* 1. Repert. Inquis. *in verbo, Disputare, sub vers.* 1. Gundisal. *in tract. de hæreticis, qu.* 21. *sub num.* 1. Arnald. Albertin. *de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, qu.* 13. *num.* 17. *& seqq. in* 1. 2. *&* 3. *conclusione*, Eymericus *in Directorio inquisitorum, parte* 1. *q.* 10. *num.* 3. 4. *&* 5. & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, in litera A, in* 2. 4. 5. *&* 6. *axiomate, & litera F. G. & H.* vbi late hanc materiam pertractat, Lælius Zecchius *in summa, parte* 1. *tit. de fide, rubr. de infidelitate, cap.* 10. *nu.* 8. 10. Azzor. Iesuita *Instit. moralium part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 26. *quæst.* 2. Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 10.

127 SVBLIMITA III. Quia † etiam in permissa disputatione in causa fidei cum Hæreticis seruandus est quidam modus, de quo per Turrecrem. *in cap. cum quibus, nu.* 2. 24. *quæst.* 3. Repertor. Inquisit. *in verbo, disputare, versic. primo*, Simanch. *Catholicarum institut. tit.* 20. *rubr. de disputatione, num.* 8. *& tit.* 59. *rubr. de scripturis diuinis, nu.* 11. Gundisal. *in tractat. de hæreticis, quæst.* 21. *num.* 3. *& omnibus seqq.* Arnald. Albertin. *de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst.* 13. *nu.* 16. *& omnibus sequentibus*, Conrad. Brun. *in tract. de hæreticis, lib.* 3. *cap.* 12. vbi late materiam explicat, Thom. Sanchez Iesuita *in Præceptis Decalogi, libr.* 2. *cap.* 6. *num.* 11.

ARGVMENTVM.

Iudei & infideles contra fidem sentientes, an sint Hæretici, & contra eos possint Inquisitores procedere.

SVMMARIA.

Iudæi & infideles, etsi in aliquo sentiant contra fidem, non dicuntur hæretici, num. 128. *contra, num.* 129. *Distingue, vt dicantur hæretici improprie, & largo modo, non autem proprie, num.* 130.

Catechumeni si ante susceptum baptismum in hæresim labantur, hæretici proprie reputandi non sunt, num. 131.

Saraceni seu alii infideles ad Iudaismum transeuntes, vel econtra Iudæi ad Saracenorum sectam se conferentes, puniendi non sunt, num. 132.

Iudæi delinquentes, an & quando, & à quo iudice puniendi sint, an à iudice Ecclesiastico, an ab Inquisitore, an à iudice seculari, & de tota materia, nu. 133.

Iudæi effecti Christiani puniuntur vt hæretici, si in hæresim labantur, nu. 134.

Iudæus non baptizatus, sed credens se baptizatum, reputatur hæreticus, si in hæresim labatur, nu. 135.

Iudæi facti Christiani si ad Iudaismum redeant, hæretici reputantur, nu. 136. *& de iure ciuili pœna capitis puniuntur, numero* 137.

Iudæi facti Christiani, quibus signis cognoscantur, dum volunt ad Iudaismum redire, num. 138.

Iudæi, seu alii infideles, si baptizati ad fidem conuersi fuerint, prioresque ritus seruare voluerint, compellendi sunt ad illos deserendum, & obseruandũ Christianæ fidei præcepta, n. 139.

Iudæi facti Christiani dum erant infantes, si ad Iudaismum redeunt, hæretici reputantur, nu. 140.

Iudæi facti Christiani per vim & coacti, an & quando redeuntes ad Iudaismum, hæretici reputentur, nu. 141. *&* 142.

Apostatarum defensores seu fautores iudicis arbitrio puniuntur, nu. 144.

Receptatores, fautores, & defensores Christianorum ad Iudaismum transeuntium, vel redeuntium, puniuntur ad instar fautorum, defensorum, & receptatorum aliorum hæreticorum, num. 143.

Iudæi recipientes Christianos transeuntes vel redeuntes ad Iudaismum, cum soleant eos exbaptizare, quomodo puniantur, & de materia, nu. 145.

Iudæi persuadentes Christianis ad transeundum vel redeundum ad Iudaismum, quomodo puniantur, nu. 143.

Iudæi impedientes alios Iudæos, ne efficiantur Christiani, quomodo puniantur, nu. 143.

Iudæi delinquentes in his, quæ sunt communia fidei Christianæ, puniuntur ab Inquisitoribus, nu. 146. *vbi etiam ponuntur alij casus, in quibus Iudæi possunt ab Inquisitoribus puniri.*

Iudæi, Sortilegi, Dæmonibusque sacrificantes, & illos adorantes, puniuntur ab Inquisitoribus, nu. 146.

Iudæi hæresim committentes, & ad Iudaismum transeuntes, vel redeuntes, non puniuntur à solo Inquisitore sine Episcopo, nec ab Episcopo sine Inquisitore, nu. 147.

QVÆST. CLXXVIII. §. VI.

REGVLA † sit negatiua, quod Iudæi & infideles, etsi contra fidem sentiant, hæretici non dicuntur, 128
nec pœnæ contra hæreticos statutę locum habent contra eos, & consequenter Inquisitores eos non possunt de hæresi processare, cum, vt suo loco dictum est, ad hoc, vt quis hæreticus dicatur, & puniatur, requiritur, quod sit baptizatus, secundum Petrum de Bellapertica, *in l.* 1. *in versic. Quid de Iudæo, C. de hæreticis*, faciunt scripta per Ioan. Andr. *in capit. ad abolendam, num.* 3. *in verbo, Vniuer-*

Vniuersos,extra,de hæreticis, & ibi etiam Ancharan.*num.1.* Anton.de But.*nu.14.verſ.Quæro,an hac constitutione ligentur Iudæi*, Cardin.Zabarel.*num.6.in 1.oppositione*, Arnald. Albertin.*in rubr.de hæreticis,in 6.quæſt.1.num.12.& ſeqq.* vbi pluribus hanc probat concluſionem, Armilla *in ſumma, in verbo,Hæreſis, num.2. in fine, verſic. Requiritur autem, quod ſit baptizatus*, Antonina *in ſumma, part.2.tit.12.cap.5. §.1. verſic. Tertium,quod requiritur*, Tabien.*in verbo, Hæreticus,nu.26.verſ.Intellige,quod fuerit proceſſus*, Ioan. à Rojas *ſingul.27.nu.5.& ſingul.75.nu.3. & in tract.de hæreticis, parte 2.num.471.& ſing.85.num.1.* Fr.Rayner.*in verbo,Hæreſis, cap.2.in princip.* Repertor.Inquiſit §.1.*rub. Quid ſit hæreſis, verſic.tertio,in fine,& §.3.in verbo,Hæreticus,verſic.viſis ſupradictis*, Vmbert.Locat.*in iudiciali inquiſitorum,in verbo,Hæreticus,nu.14.* Simanch. *Catholicar.inſtitution.tit.31.rubric. de hæreticis,num.4.& tit.35.rubr.de Iudæis,nu.10.* Calderin. *rubr.de hæreticis,conſil.5. nu.2.* Gundiſalu.*in tract. de hæreticis, quæſt.2.num.2.* Carer.*in eodem tractat. de hæreticis, num. 101.* Couarruu.*variar.reſolution.lib.3.cap.1.nu.2.* Decian. *in tractat.criminal.libr.5.cap.12.num.1.& cap.18.num.1.verſicul. Qui ſunt extra Eccleſiam*, vbi alii referuntur concordantes, Clar.*in practic.criminal.in §.Hæreſis, nu.2. in princ.* Didac. Cantera *in quæſt.criminal.rub.de hæreticis,&c.cap.1. num.5.* Petr.Gregor.*Syntagm.iuris,libr.33.cap.4.num.6.& ſeqq.* vbi pluribus hanc probat concluſionem, Bartholom. Vgolin.*in tract.de cenſuris Eccleſiaſticis,par.2.§.1.nu.2.* Ludou.à Paramo *de origine ſanctæ Inquiſitionis, lib.3.qu.9. num.68.*

129 Contrarium † ſuaderi videtur ex textu *in l.Manichæi, in princ.C.de hæreticis*, vbi ad literam dicitur, *Item Hæreticus eſt omnis,non Orthodoxus*, ſed ſic eſt, quod Iudæi & alii infideles non ſunt Orthodoxi,ergo ſunt hæretici,& ibi textus videtur ponere exemplum in Græcis, ſeu Paganis, Iudæis, & Samaritis, quos propterea Magiſtratum gerere, & dignitatem habere prohibet Alberic.*in l.quoniam,nu.3.poſt med.verſic.Iudæi,cum & ipſi ſint hæretici*, Syluestrin.*in ſumma,in verbo, Hæreticus, §.1.nu.4. verſic. Tertio requiritur*, Tabien.*in verbo, Hæreticus, nu.1.verſ.nono modo, & dicto num.1. in fine.*

130 Concorda, † vt Iudæi & alii infideles non dicantur Hæretici proprie & ſtricte, ſed improprie & large, ſecundum Ioannem Andream *in cap.firmiſſime,nu.3.extra, de hæreticis*,& ibi etiam Anton.de Butr.*num.6.verſic. Item hæretici poſſunt dici largè gentiles*, Abb.*nu.3. verſic. Et ſi largo modo*, Cardinal. Zabarell.*num.5. verſicul.Et vltra gloſſam*, Marian.Socin.*nu.6.& nu.8.*& Ioan.de Anan.*in cap.idem*, Anan.*in cap. ad abolendam, ante numer.1. verſic. Et ideo non poſſunt dici proprie hæretici, extra, de hæreticis*, Marian.Socin *in rubric. extra, de hæreticis, numer.quarto, verſicul. Vnde quilibet infidelis hæreticus eſt, ſed non proprie*, Arnald. Albertin.*in rubr.de hæreticis,in 6.quæſt.13.num.5. verſic. Quoad primum*, Ioan.Andr *in cap.Contra Chriſtianos,nu.1.colum.1. verſic. Cum conſtet eos largè hæreticos*, & ibi etiam Gemin. *nu.6.* & Franch.*nu.6.eodem tit.de hæreticis,in 6.* Repertor. inquiſ.*in verbo,Hæreticus,ſub verſ.Item ad hoc, & verſ.Sexto modo dicitur hæreticus*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquiſitorum,in verbo,Hæreſis,nu.3.& in verbo,Hæreticus,nu.19.verſic.Hoc modo*, Squillacenſ.*de fide Catholica,cap.21. num.1.& cap.48.num.2.* Ioan.Lopez *in allegationibus hæreticalibus,§. 4.poſt medium,& verſic.Et hinc eſt*, Pract.Conradi *rubr. de hæreticis, poſt num.5.* Decian.*in tract.criminal.libr.5.cap.10. num.19.* Bartholom. Vgolin.*in tract. de cenſuris eccleſiaſticis,parte 2.§.1.nu.3.*

131 Amplia I. Propoſitam † regulam in Catechumeno, qui conſtanti animo baptiſmum ſuſcipere ſtatuit, qui, ſi poſtea in hæreſim lapſus fuerit, hæreticus proprie reputandus non eſt,nec vt hæreticus puniendus in foro exteriori, licet ſecus in foro conſcientiæ, ex allegatis per Simanch. *Catholicarum inſtitution.tit.31. rubr. de hæreticis,nu.6.*

Amplia II. In † Iudæis tranſeuntibus ad Saracenos, ſeu alios infideles, vel èconträ, qui nec propter hoc puniuntur, vt per Oldradum, Ioan. Andream, Archidiaconum, Romanum, & Felynum, in locis relatis per Decian.*in tract.crim.libr.5.cap.10. nu.34.* vbi teſtatur de Communi, licet de ea dubitandum & cogitandum relinquat, *& cap.72.nu.5.* Fr ancisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquiſitorum, parte 2. quæſt.44. nu.69.verſic.Num autem puniendus ſit Iudæus,folio mihi 373. col.2.in fine,& verſic.ſequ.* vbi etiam,an & qualiter ſint puniendi Iudæi, ſi infideles alterius ſectæ inducant ad Iudaiſmum. 132

Amplia III. Vt † nec Inquiſitores poſſint procedere contra Iudęos delinquentes in aliis criminibus, ſed eorum punitio ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum; Quod, an verum ſit, & quando, dic, quod licet nonnulli ſimpliciter dixerint, Inquiſitores ſe non debere intromittere in caſtigandis Iudęis, quia nihil ad eos, qui foris ſunt, *cap. Qui ſyncera, & cap.de Iudæis, 45.diſtinct.* veritas tamen eſt, quod ſi Iudæus delinquit contra fidem noſtram etiam eam contemnendo, vel vilipendendo, vel committendo aliquid in contumeliam Creatoris, vtputa vituperando Eccleſias, Altaria, ſacra ornamenta, & his ſimilia, vel etiam ſi impedierit Sanctum Officium aliquo modo, & tunc ſine dubio, quod poſſunt iſti Iudæi puniri ab Inquiſitoribus, non pœna pœnitentiali, ſeu ſpirituali, q æ Chriſtianis imponitur, ſed alia pœna arbitraria, pecuniaria, vel corporali; Inquiſitoris arbitrio, ſecus ſi delinquat circa eorum fidem, & contra mandata legis Moſaicæ, prout ſic diſtinguendo videtur concludi in Repertor. Inquiſitorum, *in verbo, Iudæus, verſic. An, & ex qua cauſa, & pluribus ſeqq.* vbi alia notabilia ponuntur in materia, & præſertim *verſic. An Inquiſitor poſſit procedere contra Iudæos*, vbi de Iudæis crucifigentibus Agnum in Paraſceue, vel conſpuentibus in Crucem, aut illam conculcantibus, Simanch.*in Enchiridio tit. 17.rubr.de Iudæis, numer.2.* vbi reprobato Oldrado contrarium dicente *in conſil. 36.* tenet, Eccleſiaſticos iudices non poſſe inquirere Iudæos errantes in leges Moyſis, & in Vetus Teſtamentum; quod & idem in ſubſtantia concludere videtur Zanchin. *in tractat.de hæreticis,cap.36. num.1.& ſeqq.* vbi etiam, qua pœna puniendi ſint Iudæi in caſu, quo puniri poſſunt ab Inquiſitoribus, & ibi Campeg. *in additionibus* late ponit caſus, in quibus Iudæus poteſt ab Inquiſitoribus puniri. Squillacenſ.*de fide Catholica, cap.47.* vbi pariter, quod Inquiſitor poteſt procedere contra Iudæos, qui in Paraſceue crucifigunt Agnum, Crucem conſpuunt, & pedibus conculcant,& ſimilia faciunt in vituperium fidei, & *cap. 8.* vbi de materia, de qua ante iſtos vide omnino Eymericum *in Director. inquiſitorum, parte 2.quæſt. 46.per totam*, vbi exactiſſime eam declarat, & præſertim ponit de Iudæis inuocantibus & adorantibus Dæmonē, quod poſſunt ab Inquiſitoribus puniri; de quo etiam dicti infra *hac eadem quæſtione, numi.146.* Ioan. Azor. Ieſuita *Inſtitut. Moral.part.1. libr.8.cap.22.rub. de obſtinata Iudæorum perfidia, in quæſtione 12. verſic. Item communis eſt opinio*, vbi & ipſe facit generalem concluſionem, quam dicit Communem, poſſe Epiſcopos & Inquiſitores inquirere, & animaduertere in Iudæos,& cæteros infideles, qui aduerſus Catholicam fidem & religionem delinquunt, & præſertim quando delicta cōmittunt coram Chriſtianis, quos propterea ad ſimilia facinora prauo eorum exemplo excitant, mouent, & pertrahunt. 133

Limita I. Propoſitam † regulam in Iudæis & aliis infidelibus, qui ſi ſponte facti ſunt Chriſtiani, & poſtea à fide deuient, vt hæretici puniuntur, ſecundū Ioan.Andream, Anton.de Butrio, Cardin.Zabarell & Ioann.de Anan. *in cap. Quidam, extra, de Apoſtatis, in locis* 134

per me relatis infra hac eadem quæstione, num.136. Arnal. Albertin. *in rubr. de hæreticis, in 6. quæst.11.nu.6.versic. Tamen ad eam pertinet*, Squillacens. *de fide Catholica, cap.48.nu.3. in fine*, Paris. *consil.2.nu.48.& 49.lib.4.* Gundisal. *in tract. de hæreticis, quæst.5. num.6. versic. Vnde subiungit, & versic. Impossibile est*, Decian. *in tractat. criminal. libr.5. capit.10. num. 21.*

135 Amplia hanc † præcedentem primam limitationem, vt procedat etiam in Iudæo, qui putans se baptizatum, vere baptizatus non est, qui si in aliquam hæresim incidat, etiam hæreticus reputetur, ex allegatis, per Simanch. *Catholicarum institutionum tit.31. rub. de hæreticis, num.5.* Gabr.4. *distinct.13. quæst.2. art.1. versic. Nota tertio*, Alphons. de Castr. *lib.1. de iusta hæreticorum punitione, cap.8.* quos sic dicentes refert & sequitur Ioann. Azzor. Iesuita *in summa, part.1. libr.8. cap.9. rubr. de hæresis crimine, in quæst.3. versic. si quæras.*

Sublimita, hanc primam limitationem non procedere in Catechumeno, qui eam fidem & religionem Christianam animo suscepit, sed nondum fuit baptizatus: is enim, si postea contra fidem scienter crediderit, licet coram Deo hæreticus reputetur, non tamen talis reputandus est ab Ecclesia Dei, cuius iurisdictioni & potestati; cum Baptismum non susceperit, nondum subditus est, vt per Simanch. *Catholic. instit. tit.31.* Bannes 2.2. qu.11. art.1. Quos sic dicentes refert & sequitur Azzor. Iesuit. *in sum. par.1. lib.8. cap.9. rub. de hæresis crimine, in 3. quæst.* vbi testatur de veriori sententia, quicquid secus dixerit Alphons. Castr. *lib.1. de iusta hæreticorum punitione, cap.8.* Adde pro hac eadem sublimitatione Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib.2. cap.7. rub. de hæresi & apostasia, nu.34.* vbi relatis contrarium tenentibus hanc dixit veriorem sententiam, & alios refert concordantes.

136 Limita II. In † Iudæis sponte factis Christianis, qui si à fide apostatantes redeunt ad Iudaismũ, Iudæorum ritus seruantes, reputantur hæretici, & contra eos vti hæreticos proceditur, text. est *in c. Contra Christianos, de hæret. in 6.* vbi ad literam dicitur, *Contra Christianos, qui ad ritum redierint Iudæorum, erit tanquam contra hæreticos, qui fuerint de hoc confessi seu conuicti, procedendum*, & ibi hoc adnotarunt Gloss. *in verbo, Redierint*, Ioan. And. *nu.1. vers. in glossa prima*, vbi etiam refert in idem Constitutionem Gregorii X. datam Lugduni, Archidiac. *in princ. versic. Et ita loquitur*, Geminian. *in summario, & sub nu.2.* Cardinal. Zabarel. *in Clementin.2. § Inquisitoribus, nu.7. de hæreticis*, Summa Rosella *in verbo, Hæreticus, §.2. nu.4. versic. secundum, &c.* Repert. Inquisit. *in verbo, Apostasia, versic. Sed an isti conuersi, & versic. sequenti*, vbi plura contra Iudæos factos Christianos ad Iudaismum redeuntes, *& in versic. Sed est quæstio*, vbi quod tanquam hæretici sunt habendi & puniendi, Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Apostata, nu.3.* vt dicit idem Simanch. *Catholicar. instit. tit.35. rubr. de Iudæis, num.12. & in Enchirid. tit.17. rubr. de Iudæis, nu.3.* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.36. litera C. & in verbo, Delinquunt circa fidem eorum, versicul. contra transeuntes ad ritus Iudæorum, & versic. Vtrum Iudæus baptizatus*, Squillacen. *de fide Catholica, cap.48. nu.3. in fine*, Gundisalu. *in tract. de hæreticis, qu.5. num.8.* Decian. *in tract. crimin. libr.5. cap.15. num.1. & cap.10. num.21.* Vide Constitutionem Pauli III. editam de anno M. D. XLII. incipient. *Cupientes*, relatam per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, *folio mihi 142.* vbi expresse statutum est, Iudæos reiudaizantes ab Inquisitoribus puniri. Eymericus *in Directorio inquisitorum, parte 2. quæst. 44. num.1. & num.4.* vbi refert Extrauagantem Nicolai IV. incipientem, *Turbato corde*, qui hos baptizatos Iudæos ad Iudaismum redeuntes, hæreticos reputat, & contra eos vti contra hæreticos, procedendum statuit, & *ibi in additionibus*, Franciscus Pegna *Commentar.69. versic. Ac de his, fol. mihi 372. col.2. in fin.* vbi propterea dixit, nullam esse dubitationem, quin isti Iudæi redeuntes ad Iudaismum, sint Inquisitorum iurisdictioni subiecti, *& in versic. Tertium est, folio 373. col.1.* Idem Eymeric. *vbi supra, qu.45. nu.1.* vbi idem de Saracenis baptizatis redeuntibus ad ritum Saracenorum, & *nu.4.* vbi ad hoc refert Extrauagantem Gregorii XI. incipientem, *Admodum dolenter audiuimus*, & ibi Pegna *in additionibus, Comment.70. versic.1.*

Et † contra Iudæos redeuntes ad Iudaismum, postquam effecti sunt Christiani, quod possit procedi ad eos condemnandos in pœnam capitis, & confiscationis bonorum, per text. *in leg.1. C. ne sanct. Baptism.* voluit Syluestrin. *in summa, in verbo, Hæreticus, §.2. versic. Et quia tales Iudæi.* 137

Cognoscuntur † autem hæretici reiudaizãtes signis exterioribus, quia scilicet raro Ecclesiam intrant, frequenter vbi Iudæi commorantur, permanent, cum Iudæis se associant, cum illis edunt & bibunt, Iudæorum festiuitates obseruãt, dieb⁹ Veneris & Sabbathi carnes comedunt, & alia similia faciunt, de quibus in Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Cognoscuntur, & in verbo, Commissio, vers. An suspectus teneatur comedere*, vbi de Neophyta non comedente petasonem, & *in verbo, Reiudaizantes*, vbi ponit omnia signa, quibus apparet, Iudæos factos Christianos redire ad Iudaismum. Decian. *in tractat. crimin. libr.5. cap.15. num.5.* vbi generaliter dixit, Iudæum in fraudem & dolose fuisse effectum Christianum, cognosci ex factis subsequentibus, & præsertim si adhuc frequentissime & familiariter conuersetur cũ Iudæis, & *nu.6.* vbi idem, si nomen suum tempore, quo erat Iudæus, retineret, & eo vteretur, Menoch. *de arbitr. iudic. lib.2. casu 547.* vbi refert decem signa seu coniecturas, quibus arguitur, Iudæum baptizatum ad Iudaismũ redire. Primum est signum, seu potius probatio, quando Iudæus baptizatus à Iudæis rebaptizatur. Secũdum signum, quando Iudæus baptizatus celebrat festiuitates & solemnia Iudæorum. Tertium signum, quando defendit Iudæorum errores. Quartum signum, quando vtitur nomine, quo vtebatur, quando erat Iudæus. Quintum signum, quando pertractat negotia solita à Iudæis pertractari, prout est exercitium vsurarum. Sextum signum, quando Iudæus baptizatus est ex natione eorum, qui ad Iudaismum redierunt. Septimum signum, quando ad remotas migrat regiones sine literis patentibus sui Episcopi. Octauum signum, quando natus ex iam baptizato apparet circumcisus. Nonum signum, quando cum tota sua familia proficiscitur ad remotas regiones, vbi commorantur multi Iudæi. Decimum signum, quando sic ad alias remotas regiones transmigrando conatur euitare vrbes & oppida Christianorum, eundo per itinera insolita, se occultando quantum potest. His inquam omnibus signis Iudæum baptizatum præsumi redire ad Iudaismum Doctorum authoritatibus singulariter probat Menoch. *d. casu 547.* Francis. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, parte 2. quæst.44. Commentar.69. litera H. versic. Et imponitur nomen, & sequ. folio mihi 374. col.1. in fine, & 2.* vbi particulariter de Iudæo baptizato retinente nomen Iudaicum antiquum, post Aymonem & Viuium in locis per eum relatis. 138

Et † in proposito scias, quod Iudæi seu alii infideles, si baptizati ad fidem conuersi fuerint, prioresque ritus seruent, compellendi sunt ad illos deserendum, & obseruandum Christianæ fidei ritus; Textus est in cap. *Quidam, extra, de Apostatis*, cuius quidem textus verba sunt hæc in substantia: *Quidam, qui ad sacri vndam baptismatis volũtarij accesserunt, cum prioris ritus reliquias retinentes, Christianæ religionis decorem commixtione cõfundant, statuimus, vt per Prælatos ecclesiarum talis obseruantia veteris ritus omnino compescatur*; & quæ sequuntur, & ibi communi- 139

muniter Doctores notant, quod ad obseruationem rituum isti tales compellendi sunt per pœnam contra Hæreticos institutam, vt videre est apud Ioann. Andr. *num.* 2. Anton. de But. *num.* 4. & Cardin. Zabarel. *num.* 1. *in verbo, Prælatos*, & per Ioan. de Anania *nu.* 3. *versic. Et puniuntur*, per textum, quem allegant *in capit. Contra Christianos, de hæreticis, in* 6. Hostiens. *in summa, de Apost.* §. *quot species, num.* 2. *versic. Et scias, quod si quis Iudæus*, Repert. Inquisit. *in verbo, Apostasia, versic. Sed Apostasia à fide, & in verbo, Cogendi, versic. Nunc autem est videndum, & sequ.* vbi pluribus probat, quod Iudæi facti Christiani sunt cogendi tenere & obseruare fidem, quam semel cœperunt, proponit contraria, & illis respondet Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 2. *casu* 546. *nu.* 23. *in* 6. *Centuria.*

140 Amplia I. Hanc † secundam limitationem, etiam in Iudæis factis Christianis dum erant infantes, qui si ad Iudaismum redeunt, hæretici reputantur, nec excusantur ex eo, quod ignorantes & infantes baptisma susceperint, text. est in cap. *Contra Christianos, de hæreticis, in* 6. *in illis verbis, Etiamsi huiusmodi redeuntes, dum erant infantes, &c.* Et ibi hoc adnotarunt Gloss. *in figuratione casus, in versic. Idem dicendum est, & versic. Nota vlterius, & in verbo, Infantes*, Ioann. Monach. *ante num.* 1. *in eodem verbo, Infantes, num.* 1. & 2. Prob. *num.* 2. Archidiacon. *in eodem verbo, Infantes*, vbi ampliat etiam in infante vnius diei, *& in versic. sed potest quær.* Geminian. *num.* 1. *versic. & nota, quod Iudæus baptizatus*, & Franch. *num.* 1. *versic. in glossa secunda*, Calderin. *in tractat. de hæreticis, rubric. de iis, qui condemnantur vt hæretici, numer.* 1. Summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus*, §. 2. *num.* 4. *versic. secundum*, Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Inuocare, num.* 2. *versic. Si enim infantes Iudæorum*, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, part.* 2. *quæst.* 44. *commentar.* 69. *versic. Iamque hac quæstione dicuntur, fol. mihi* 373. *colum.* 1. vbi tamen subdit, mitius esse agendum cum Iudæis infantibus factis Christianis, quam cum baptizatis in maiori ætate.

Et ad hanc materiam infantium Iudæorum vel aliorum infidelium, quando inuitis parentibus possint recipi ad baptismum, vide Ioan. Azzor. Iesuit. *Instit. moralium parte* 1. *lib.* 8. *cap.* 25. *quæst.* 7. *& seqq.*

141 Amplia II. Eandem † secundam limitationem, etiam in Iudæis factis Christianis non sponte, sed coacte, qui si ad Iudaismum redeant, non excusantur, nisi coactio fuerit præcisa & absoluta, secus si non præcisa & absoluta, sed cõditionalis, tex. est in cap. *Contra Christianos, de hæreticis, in* 6. *in illis verbis, Etiamsi huiusmodi redeuntes mortis metu, non tamen absolute aut præcise coacti baptizati fuerint*, & ibi hoc adnotarunt Gloss. *in figuratione casus, versic. aut iste dum fuit baptizatus, & versic. sequ. & in verbo, Absolute*, Ioan. Monach. *nu.* 2. *in verbo, Præcise, & in verbo, Coacta voluntas*, Archidiac. *col.* 1. *in verbo, Mortis metu, & in verbo, Coacti*, & Geminian. *nu.* 2. *versic. Nota quod metus*, apud quos etiam reperies, quando coactio dicitur præcisa & absoluta, & quando conditionalis; Syluestrina *in summa, in verbo, Hæreticus*, §. 2. *nu.* 4. *versic. secundum*, Decian. *in tract. crim. libr.* 5. *cap.* 10. *nu.* 21. vbi etiam, quod de eo, qui amore captus alicuius Christianæ, fecit se Christianum, vt eam duceret in vxorem, si postea ad Iudaismum redit, vt Apostata puniendus est, *& cap.* 40. *nu.* 6. *versic. quod puniantur*, Francis. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisit. part.* 2. *q.* 44. *commen.* 69. *vers. iam quæ de hac quæstione dicuntur, fol. mihi* 373. *col.* 1. *in princ.*

142 Iudæus † enim qui baptismum recepit etiam coacte, illud seruare & colere compellendus est, *cap. Maiores*, §. *nunc autem, versic. si opponitur, de baptiz.* ad exemplũ Phrenetici, qui ligatur per medium, Calder. *in tract. de hæret. rub. de iis, qui condemnantur vt hæretici, num.* 1. vbi declarat, dummodo coactio non fuerit præcisa & absoluta, & Lethargici, quem Medicus torquendo excitat, *cap. non omnis*, 5. *qu.* 5. Et ad exemplum aliorum, de quibus bene in Repert. inquisit. *in verbo, Baptism. vers. Sed vtrum qui fuit baptizatus, & versic. sequ. & in verbo, Cogendi, versic. nunc autem videndum, & omnibus seqq.*

Limita III. in † Iudæis & infidelibus receptatoribus, fautoribus, & defensoribus Christianorum ad Iudaismum transeuntium, vel redeuntium, qui propterea puniuntur ad instar receptatorum, fautorum, & defensorum hæreticorum, text. est in cap. *Contra Christianos, in fine, de hæreticis, in* 6. vbi ad literam dicitur, *sicut contra fautores, receptatores, & defensores hæreticorum, sic contra fautores, receptatores, & defensores talium est procedendum*, & ibi adnotarunt Io. Andr. *post nu.* 1. *sub versic. in glossa* 1. vbi dixit, quod licet prima facie videretur contrarium dicendum in Iudæis sic receptantibus, fauentibus, & defendentibus, cum & ipsi non proprie, sed large dicatur hæretici, quia tamen sic statutum est, ita propterea seruari debet. & ibi hoc idem sequuti sunt Gemin. *nu.* 6. *per totum*, & Franch. *nu.* 2. apud quos etiam reperies, qua pœna puniantur Iudæi, qui Christianos ad Iudaismum transire, aut redire inducunt & concitant, Hippol. Riminal. *consil. crim. diuers.* 83. *nu.* 4. *lib.* 2. vbi, quod persuadens Christiano, vt à fide discedat, capite, & confiscatione bonorum punitur, Bursat. *cons.* 90. *nu.* 3. vbi, quod Iudæi inducentes Christianos ad eorum ritus, & Neophytas ad reiudaizandum, vel impedientes Hebræum baptizari, ab Inquisitore puniuntur, Repert. Inquisit. *in verbo, Reiudaizantes, sub vers. sed est quæstio*, vbi, quod Christiani, qui auxilium, consilium, vel fauorem præstiterũt illis, qui ad ritus Iudæorum transierunt, vel redierunt, nec non Iudæi, qui consilium, auxilium, vel fauorem dederunt talibus, vt ad suos ritus transirent, vel redirent, vt fautores hæreticorũ tractandi & puniendi sunt, Vmber. Locat. *in iudiciali inquisit. in verbo, Apostata, num.* 3. *&* 4. Ad quam materiam vide etiam eundem Repert. Inquisitor. *in verbo, Iudæus, versic. An ex qua causa, in fine*, vbi de Iudæis recipientibus, & occultantibus Christianum Apostatam, *& versic. Item inquisitor*, vbi de Iudæis persuadentibus Christianis denegationem fidei, Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, capit.* 36. *lit. B, in verbo, deliquit circa fidem nostram, versic.* 1. *& seqq.* vbi late ponit pœnas Iudæorum, inducentium Christianos ad eorum ritum, aut qui eos defendunt, occultant, vel fouent in eorum erroribus, nec non bene explicat pœnam Iudæorum peruertentium & retrahentium alios Iudæos, volẽtes se baptizari, *& lit. C, in verbo, Delinquunt contra fidem, versic. Secundo, An Inquisitor*, vbi particulariter ponit, quam pœnam debeant imponere Inquisitores illis Iudæis, quorum opera, voluntate, cõsilio & assensu baptizatus Iudæus ad Iudaismum redit, vel Christianus fidem abnegauit, Gundisalu. *in tract. de hæret. qu.* 9. *n.* 11. vbi simpliciter dixit, quod Inquisitores procedere debent cõtra Iudæos qui inducũt Christianos ad eorum ritum, aut eos defendunt, occultant, & fouent in eorum erroribus, Squillac. *de fide Catholica, cap.* 46. *num.* 1. *&* 2. vbi pariter de Iudæis recipientibus, & occultantibus Christianos denegantes fidem, & descendentes ad eorum sectam, nec non de persuadentibus ad id ipsos Christianos, vel etiam fugere facientibus, ne de crimine Hæresis contra eos inquiratur, vel verbis aut factis eos defendentibus, vt persistant in Iudaismo, & quoad pœnam Iudæorum introducentium Christianos ad eorum ritus, dixit esse pœnam arbitrariam, & propterea publicis flagellis eos affligendos, *& cap.* 57. vbi de Iudæo recipiente, & occultante Christianum fidem abnegantem, Decian. *in tract. crim. libr.* 5. *cap.* 12. *num.* 8. vbi de Iudæo subuertente animum Iudæi inclinatum ad fidem Christi, vel quoquo modo ei impedimento fuerit, ne Christianus fieret, quo casu plura censentur commissa crimina, iuxta consilium

silium Baldi 315. & 316. *in* 1. *volum*. idem Decian. *dict. libr*. 5. *cap*. 22. *nu*. 16. & 17. vbi de impediente Iudæum baptizari, & de receptante Apostatam Christianum, Ioann. à Rojas *in tract. de hæreticis, part*. 1. *n*. 557. & *seqq*. vbi de Iudæis circumcidentibus pueros, receptatoribus hæreticorum, compellentibus Christianos ad abnegandum fidem, vel inducentibus ad eorum ritus & cæremonias, & ibi plures alios in idem refert concordantes. Eymericus *in Directorio Inquisitorum, parte* 2. *quæst*. 44. *nu*. 2. & 3. vbi consultores Iudæos Christianorum transeuntium vel redeuntium ad Iudaismum, tanquam fautores hæreticorum puniendos existimat, & *num*. 4. refert in hoc Extrauagantem Nicolai IV. & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, litera B. in versic. Tertium est, & litera C. versicul. Tales inquam Iudæi, folio mihi* 373. *columm*. 1. & 2. *versic*. 1. 2. & 3. vbi dixit, hanc pœnam Iudæorum sc. puniendorum, vti fautorum hæreticorum esse arbitrariam, & propterea imponi posse pœnam vel priuationis à cõmunione Christianorum, vel pecuniariam, vel carceris, vel verberum, vel etiam traditionis curiæ seculari, si scelus sit atrox, idem Eymericus, *vbi supra, quæst*. 45. *nu*. 2. & 3. & *nu*. 4. vbi ampliat prædictas pœnas etiam ad præstantes consilium & auxilium Saracenis baptizatis redeuntibus ad ritum Saracenorum, & Christianis transeuntibus ad eundem ritum, & ibi refert Extrauagantem Gregorii XI. incipientem, *Admodum dolenter audiuimus*, & vltra prædictas Constitutiones in hac materia, vide omnino Constitutionem Gregorii XIII. editam de anno 1581. incipient. *Antiqua Iudæorum improbitas*, & relata per Francisc. Pegn. inter literas Apostolicas, *folio mihi* 179. qua cauetur, Iudæos persuadentes Christianum apostatare & iudaizare, vel ad Iudaismũ redire, vel Catechumenum, volentem Christi fidem amplecti, ne hoc faciat consulentes, vel etiam Iudæos apostatas receptantes, munera mittentes, associantes, sumptus ministrantes, fauorem, cõsilium vel auxilium præstantes, puniri posse pœna arbitraria, fustigatione scilicet, triremium, confiscationis bonorum, exilii, aliaque atrociori pœna, Ioan. Azzor. Iesuit. *Instit. moralium, part*. 1. *lib*. 8. *cap*. 22. *rub. de obstinata Iudæorum perfidia, qu*. 12. vbi ad propositum refert etiam Constitutionem Gregorii XIII. prædictam, & generaliter de persuadente Apostasiam *vide infra, in materia Apostasiæ, quæst*. 183. *n*. 21. Et de Iudæis receptatoribus hæreticorum dixi iterum *infra, quæst*. 182. *nu*. 66.

144 Et † generaliter, quod Apostatarum defensores seu fautores, pœna iudicis arbitrio plectantur, ex quo certa pœna non reperitur statuta aduersus eos, scripsit Menoch *de arbitr. quæst. lib*. 2. *Centur*. 6. *casu* 548. *nu*. 1. cum allegatis per eum.

145 LIMITA IV. In † Iudæis recipientibus Christianos transeuntes, vel redeuntes ad Iudaismum, cum soleant eos exbaptizare, & de nouo lauare, quam Purificationem vocant, & publice caput radere, qui, quod pœna capitali, & confiscatione bonorum puniantur, voluerunt in cap. *Contra Christianos, de hæretic. in* 6. Ioan. Andr. *nu*. 1. *colum*. 1. *in fine, versic. Et quia Iudæi*, Geminian. *num*. 7. & Franch. *num*. 2. *versic. Et licet regulariter*. Qua in re vide in Repert. inquisit. *in verbo, Reiudaizantes, versic. Qualiter intelligatur*, vbi dixit in proposito, quod ad ritum Iudæorum redire vel transire dicuntur illi, qui eorum ceremonias, solemnitates, festiuitatesq; seruant, & credunt, vt cæteri Iudæi, etiam quod prædictam cæremoniam rebaptizationis & abrasionis non subierint, & de Iudæorum ritu prædicto, quem seruant, quando Iudæus, iam Christianus effectus, ad Iudaismum redit, vide omnino Vmbertum Locatum *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Tinila*, vbi explicite hanc reiudaizandi formam, quam *Tinila* vocat, explicat, & in eodem Repertorio inquisitorum, *in verbo, Baptism. versic. Sed viso supra, & sequenti*. Et præmissis addo Eymericum *in Director. inquisitorum, parte* 2. *quæst*. 44. *num*. 5. & *seqq*. vbi ponit eandem formulam exbaptizandi Iudæos factos Christianos, & etiam circumcidendi Christianum factum Iudæum, & insuper aduertit baptizatum Iudæum dici redire ad ritum Iudæorum, etiam quod non seruauerit formam exbaptizationis prædictæ, dummodo in reliquis Iudæorum ritus, cæremonias, solemnitates & festiuitates seruauerit, crediderit que, prout cæteri Iudæi credunt, & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar*. 69. *litera F. versic. Si vult fauere, & sequentibus omnibus*, vbi late de eadem materia.

LIMITA V. Quod † licet Iudæi contra fidẽ Christianam delinquentes, & falsas opiniones retinentes, non sint hæretici, nec vt hæretici puniri possint ab Inquisitoribus, hoc tamen procedit, quando ipsi Iudæi delinquunt, & errant circa eorum fidem, & in his, quæ ipsis solum propria sunt, non autem in his, quæ etiam Christianæ fidei sunt communia, & conueniunt, prout est, si negarent DEVM vnum, & illum Creatorem omnium, & similia, cum tunc sic negare aliud non est, quam legem Christianam impugnare, siue verbis, siue facto sic abnegent, vtputa idola colendo, Dæmones inuocando & adorando, Dæmonibusque sacrificando, quod aliud non est, quam Dæmonem Deum asserere, & sic contra Christianæ fidei veritatem agere. His enim & similibus casibus & hæretici reputantur, & ab Inquisitoribus puniuntur, ex plene allegatis per Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Inuocare, numer*. 2. & *omnibus sequentibus*, vbi etiam late ponit, an, & in quibus causis Iudæi hæretici reputentur, quandove ab Inquisitoribus, & quando à iudice seculari puniri possint, Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap*. 36. *litera C. in verbo, Delinquunt circa fidem eorum*, vbi pariter dixit, Iudæos esse puniendos ab Inquisitoribus, quando delinquunt in his, quæ nobis etiam communia sunt. Et ante istos hanc eandem quæstionem sic ponit & resoluit Burlat *consil*. 90. *num*. 1. *lib*. 1. vbi ponuntur exempla eorum, quæ sunt communia Iudæis & Christianis, Eymericus *in Directorio inquisitorum, parte* 2. *quæst*. 46. *per totam*, vbi latissime eam comprobat, proponit contraria, & illis singulariter respondet, testaturque ita alias tempore Vrbani V. & Gregorii XI. fuisse seruatum, & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar*. 71. vbi aliis relatis concordantibus, reprobatisque Conrado Bruno, & Fernando Vasquio contrarium tenentibus, in locis per eum relatis, testatur de Communi, & tutissima sententia. Et extat hac de re Cõstitutio Gregorii XIII. edita de anno 1581. incip. *Antiqua Iudæorum improbitas*, relata per Franciscũ Pegnam *post Direct. inquis. inter literas Apostolicas, folio mihi* 179. vbi ponit plures casus, in quibus Iudæi possunt ab Inquisitoribus puniri pœna arbitraria, videlicet fustigationis, triremium, confiscationis bonorum, exilii, aliaque atrociori pœna. Et inter alios casus ibi enumeratos ponitur de Iudæo errante in his, quæ nobis sint communia, & in specie de inuocante & consulente Dæmones, aut ab illo responsa accipiente, sacrificante, aut adorante, vel in Crucem conspuente. Quos, & alios casus etiam facta mentione Constitutionis prædictæ, refert Didac. Canter. *in suis quæstionibus criminalibus, rub. de hæreticis, cap*. 1. *nu*. 72. & Ioan. Azzor. Iesuita *Instit. moralium parte* 1. *libr*. 8. *cap*. 22. *rubr. de obstinata Iudæorum perfidia, quæst*. 12. *per totam, in discursu*. 146

SVBLIMITA † omnes præcedentes limitationes, quia Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore non possunt punire Iudæos, quando committũt aliquod crimen, pro quo sint subiecti iurisdictioni inquisitorum, & tanquam hæretici puniendi sint, secundum Squillac. *in tract. de fide Catholica, cap*. 46. *ad fi*. quem 147

refert

refert, & sequitur Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisit. parte 2. quæst. 44. Commen. 69. vers. Illud hic non est omittendum, folio mihi 373. col. 2.* vbi dixit, hanc Squillacensis sententiam sibi tutissimam videri, & propterea obseruandam.

ARGVMENTVM.

Protestatio, an, & quando excuset protestantem ab hæresi, & illius suspicione.

SVMMARIA.

Protestationis diffinitio, num. 148.
Protestatio est confessio quædam declarans, quid protestans sentiat de fide, nu. 148. vbi aliis modis diffinitur.
Protestationis plures formulæ ponuntur, nu. 149.
Protestatio in crimine hæresis regulariter protestantem excusat, nu. 150.
Protestatio prodest etiam illi, qui erroneum librum conscripsit, nu. 151.
Protestatio in crimine hæresis excusat etiam facta in articulo mortis, nu. 152.
Protestatio nō iuuat protestantē, quādo est cōtraria facto, n. 153
Protestatio excusat in his, quæ quis explicitè credere non tenetur, num. 154. secus in his, quæ quis explicite credere tenetur, num. 155.
Protestatio in crimine hæresis prodest protestanti ignaro, idiotæ, & simplici, nu. 154.
Protestatio in foro conscientiæ pio animo facta, prodest protestanti etiam in his, quæ quis explicitè scire tenetur apud Deum, & in foro conscientiæ, & è contra in eodem foro conscientiæ, protestatio non prodest facta à scienter errante, etiam in his, quæ explicite quis scire non tenetur, nu. 156.
Protestatio non excusat, quando à iudice monitus, & certioratus ab errore recedere non vult, nu. 157.
Protestatio in crimine hæresis iuuat protestantem, vbi verba sunt dubia, & mens loquentis aut scribentis ambigua, secus si verba & mens protestantis manifestam hæresim saperent, num. 158.
Protestatio non excusat in definitis & determinatis per Ecclesiam, nu. 159.
Protestatio non excusat, quando quis examinatur à iudice, numero 160.
Protestationi in crimine hæresis quantum sit credendum, remissum est arbitrio iudicis, nu. 161.
Protestans licet per protestationem excusetur ab hæresi, illam tamen reuocare debet, & abiurare, nu. 162.

QVÆST. CLXXVIII. §. VII.

148 ANTEQVAM † dignoscamus, quando in crimine Hæresis protestatio protestantem excuset, perquirendum primo est, Quid sit protestatio; in quo dicas, quod Protestatio est *confessio quædam, qua declaratur, quid protestans de fide sentiat*, vel aliter: Protestatio in materia Catholicæ fidei est *religiosa & modesta deprecandæ impietatis & pertinaciæ cautio, animi nostri declaratoria & certificatoria*, vt per Simanch. *Catholic. instit. tit. 55. rub. de protestatione, nu. 3. & in Enchirid. tit. 50. rubr. de protestatione, num. 2.* Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, qu. 12. num. 2.* vbi dixi, Protestationem esse *confessionem seu professionem fidei exterius factam, ad ostendendum, quid interius de fide sentiat protestans*, & ibi bene hanc diffinitionem declarat Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Direct. inquisit. parte 1. qu. 12. commentar. 26. vers. Protestatio autem, fol. mihi 80. col. 1.* vbi refert & sequitur diffinitionem Arnald. Albertin. *in loco præalleg.*

149 Nonnullas formas † huius protestationis videas per Simanch. *Catholicarum institut. tit. 55. rubr. de protestatione, num. 1. & 2. & in Enchiridio tit. 50. rubr. de protestatione, nu. 1.* Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 175. in fine, vers. Cætera curiosus lector*, Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 12. nu. 1.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 55. nu. 8. vers. Forma autem talis protestationis*, Bursat. *consil. 14. ante nu. 1.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 1. nu. 3. & nu. 61. & sequ.* Menoch. *de arbitr. quæst. libr. 2. casu 372. in fine*, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitor. part. 1. quæst. 12. commen. 26. versic. Et qui pauca, fol. mihi 79. col. 2.*

Regula † sit, quod Protestatio excuset protestantem, & ideo, quando quis aliquod hæreticale assereret, dubitans in fide errare, si protestatur, quod non intendit à fide recedere, sed quod corrigere se paratum exhibet, & iudicio sanctæ Matris Ecclesiæ submittit, tūc talis protestatio ipsum excusat, & præseruat ab omni hæresis crimine, Textus est in cap. *Dixit Apostolus, qu. 3.* vbi ad literam dicitur, *Sed qui sententiam suam, quamuis falsam atque peruersam, nulla pertinaci animositate defendūt, quærunt autem cauta sollicitudine veritatē corrigi parati, cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos reputandi*, & ibi Gloss. *in verbo, Pertinaci*, facit generalem cōclusionem, quod qui contra fidem aliquid tenet, non est habendus Hæreticus, si paratus sit corrigi, & ibi Turrecrem. *num. 5. & sequentibus*; contra hanc Conclusionem pluribus insurgit, sed postea etiam pluribus comprobat, & respondet Contrariis. Item Glossa *in cap. Nec licuit, in verbo, Ad recipiendam, distinct. 17.* Alberic. *in rubr. C. de hæreticis, num. 4. in fine*, vbi generaliter dixit, Hæreticum non esse eum, qui suum errorem defendere non intendit, sed rationem audire. Prob. ad Ioan. Monach. *in rub. de hæreticis, in 7. num. 10. lit. A. vers. sed pertinax*, Arnald. Albertin. *in rub. de hæreticis, in 6. qu. 13. nu. 14. in fin. vers. vnde si qui*, Archidiac. *in capit. 2. nu. 1. vers. Is vero, qui in fide errat*, & ibi etiam Ioan. And. *post num. 1.* & Geminian. *post num. 4. eodem tit. in 6.* Anton. de Butr. *in rubr. de summa Trinitate, & fide Catholica, nu. 11. versic. Aduerte tamen*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Credibilia, num. 6. versic. In secundo vero casu*, Simanch. *Catholicar. institut. tit. 55. rubric. de protestatione, num. 4.* vbi dixit, quod protestatio, quocunq; loco & tempore facta sit, eneruat, declarat, & vincit verba & facta subsequentia, iuribus & Doctoribus ibi per eum allegatis, & *num. 11.* vbi, quod protestatio prodest ad excludendam suspicionem, & præsumptionem pertinaciæ, & *num. 13.* vbi idem repetit, & *in Enchirid. tit. 50. rubr. de protestatione, num. 3. & num. 7.* vbi præsertim in ambiguis & difficillimis. Cæpol. *cautel. 155. incip. Bonum & vtile consilium, & ibi in additionibus*, Arnal. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, qu. 12. nu. 6.* Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 18. vers. Vndecimo, in princ. & vers. 24. & cap. 37. nu. 10. & 19. & cap. 55. nu. 2.* Nauarr. *consil. 6. nu. 14. de hæretic. lib. 5.* 150

AMPLIA I. Vt † protestatio prosit non solum aliquid hæreticale asserenti, sed etiam illi, qui erroneum librum conscripsit, licet enim liber damnandus sit; nō est tamen damnandus author libri; prout est Textus, *iuncta glossa penultima, in cap. Damnamus, de summa Trinitate & fide Cathol.* vbi scripta Abbatis Ioachimi tanquam hæretica fuerunt damnata; ipse tamen Ioachim non damnatur, propter protestationem, quam fecit; confitendo illam fidem, quam Sancta Romana Ecclesia tenet, & credit, & voluit Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, q. 12. n. 10.* vbi bene post Ioan. de Imola, quem allegat, aduertit, hoc ideo fuisse, quia Ioachim erat iam mortuus, nec aliter constare poterat de eius intentione, si enim viueret, & pertinaciter staret in suis erroneis scriptis, sine dubio & ipse tanquam Hæreticus damnaretur. 151

AMPLIA II. Vt † protestatio eo magis bona & vtilis sit, facta ab eo, qui laborat in extremis, & qui aliquando fuerit de hæresi inculpatus, vt scilicet dicat & asserat, se fuisse & esse Catholicum, tenuisse & tenere fidem Catholicam, quam tenet & prædicat Romana Ecclesia, & cum eadem fide vixisse, & mori velle. 152

Hanc enim protestationem validam & vtilem esse, pluribus probat Alberic. *in rubr. C. de hæreticis, num.* 117. vbi dixit, ex hac protestatione facta coram Cardinalibus, defensam fuisse memoriam Bonifacii Papæ, & ipsum Albericum ex ea defendisse Mediolani Galeatium Vicecomitem, Cæpoll. *cautel.* 155. *incip. Bonum & vtile consilium, & ibi in additionibus, lit. A.* Decian. *in tract. crim. libr.* 5. *cap.* 37. *nu.* 27.

153 LIMITA I. Eandem † propositam regulam, vt protestatio non iuuet protestantem, quando facit contrarium eius, quod protestatur, ad Gloss. & Communiter Doctores *in cap. cum M. Ferrariensis, extra, de Constitutionibus*, & in specie voluit Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst.* 12. *nu.* 9. Simanch. *Catholic. instit. tit.* 55. *nu.* 7. Gerson *in tract. de protestatione, considerat.* 3. quos sic referendo sequitur Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part.* 1. *qu.* 12. *commen.* 26. *versic. Hactenus explicui, fol. mihi* 81. *col.* 1. *in fin.* vbi ponit exẽplum in eo, qui protestatur generaliter, se credere omnia, quæ credit Ecclesia, vel in specie dicat, se credere, Messiam iam venisse, aut cętera huiusmodi mysteria, & tamen iuxta ritum Iudæorum Paschalem agnum occidat, & manducet, Sabbathum colat, vel similia perpetret, is, inquam, protestatione non iuuabitur, *vt ibi per eum.*

154 LIMITA II. Vt † protestatio excuset in his, quæ quis explicite credere non tenetur, ex allegatis per Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, qu.* 12. *num.* 4. vbi ponit exemplum in laico rustico, idiota, & ignorante, cui sufficit explicite credere, quicquid credit Ecclesia, Decian. *in tractat. crim. lib.* 5. *cap.* 55. *nu.* 8. *versic. Tertia sit conclusio,* vbi pariter ponit exẽplum in idiota, ignaro, & simplici, Eymeric. *in Direct. inquisit. par.* 1. *quæst.* 12. *nu.* 13. & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commen.* 26. *versic. Secunda est, fol. mihi* 79. *col.* 2. *& fol.* 80. *versic. In secundo vero casu, etiam col.* 2. vbi ampliat etiam ad personas literatas.

155 Secus † in his, quę quis explicite scire tenetur, vt puta in eo, qui negaret incarnationem & passionem Christi, vel Spiritum sanctum procedere à Patre, & à Filio, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudicial. inquis. in verbo, Credibilia, num.* 5. *versic. Nunc pro resolutione,* & Simanch. *in Enchirid. tit.* 50. *rub. de protestatione, nu.* 6. Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, qu.* 12. *nu.* 9. *in* 2. *assertione,* vbi pluribus eam probat, Eymeric. *in Directorio inquisitorum, parte* 1. *qu.* 12. *nu.* 12. & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commen.* 26. *vers. Prima est, folio mihi* 79. *col.* 2. *& fol.* 80. *col.* 1. *versic. in primo casu.*

156 SVBLIMITA. Hanc † secundam limitationẽ procedere in foro fori, secus in foro conscientiæ, in quo protestatio pio animo facta excusat ab hæresi, quamuis protestans errauerit in his, quæ quis explicite scire tenebatur, & è contra apud Deum, & in foro conscientiæ protestatio non prodest facta à scienter errante, etiam in his, quæ quis explicite scire non tenetur, vt per Simanch. *Cathol. inst. tit.* 55. *d. rub. de protestatione, nu.* 10. *& in Enchiridio, tit.* 50. *rub. de protestatione, nu.* 8. *& n.* 9. Alphons. de Castro *de iusta hæreticorum punitione, libr.* 1. *cap.* 11. refert eum & sequitur Decian. *in tract. criminal. libr.* 5. *cap.* 55. *nu.* 8. *versic. primo, quod quoad Deum.*

157 LIMITA III. Vt † protestatio non excuset, quando à iudice monitus & certioratus, quod hæresim dicit, ab ea recedere non vult, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Credibilia, versic. si autem communia à iudice,* Decian. *in tractat. criminal. libro* 5. *cap.* 55. *num.* 8. *versic. Forma autem,* Eymericus *in Directorio inquisitorum, parte* 1. *quæst.* 12. *num.* 14. & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.* 26. *versic. Tertia est, folio mihi* 79. *col.* 2. *& folio* 80. *etiam col.* 2. *versic. si autem negat, & seqq. versic.* vbi testatur de vera & Communiori opinione, reprobato Alphonso de Castro, contrarium tenente in loco per eum relato, faciunt, quæ dixi infra in materia impœnitentium, *quæst.* 196. *nu.* 9. *& seqq.*

LIMITA IV. Regulam † procedere, vbi verba sunt dubia, & mens loquentis aut scribentis ambigua, sunt enim aliqua ad fidem & religionem pertinentia, adeo difficilia, obscura, & ambigua, vt viros doctissimos nonnunquam latere possint, & in his protestatio plurimum prodest, quia tunc ex ignorantia magis, quàm ex malitia error natus esse censetur, secus si verba & mens protestantis manifestam hæresim saperent. Qui enim sciens errat contra Catholicam fidem, quamuis millies protestetur, consummatus tamen hæreticus erit: & si sola protestatio excusaret ab hæresi, vtique cuilibet liberum esset, protestatione præmissa, hæreses quascunque impune dicere, & docere, quod omnino absurdũ est, quia protestatio contraria facto protestanti non prodest, Alphons. de Castro *de iusta hæreticorum punitione, libr.* 1. *cap.* 11. cum aliis, per Simanch. *Catholicar. institut. tit.* 15. *rubr. de protestatione, nu.* 5. *& seqq. & in Enchirid. tit.* 50. *rubr. de protestatione, nu.* 4. *&* 5. 158

LIMITA V. Vt † protestatio excuset in non definitis per Ecclesiam, vel in dubiis; secus autem in iam definitis, tunc enim protestatio tanquam facto contraria non excusat. Quæ enim per Ecclesiam iam matura deliberatione sunt determinata, non debent vlterius in quæstionem deduci, *cap. Maiores,* 24. *quæst.* 1. *cap. Hæc est fides,* 24. *quæst.* 1. Dixi in simili in materia disputationis *supra hac eadem quæst. nu.* 110. Et in specie in materia protestationis vide Decian. *in tract. crim. libr.* 5. *cap.* 18. *versic.* 11. *& cap.* 55. *nu.* 8. *versic. Secunda sit conclusio.* 159

LIMITA VI. Vt † hæc protestatio non prosit protestanti in iudicio, & coram iudice, quia tunc si monitus ab eo pertinaciter in errore perseueraret, talis protestatio protestantem nõ iuuat, vt in specie scripsit Eymeric. *in Directorio inquisitorum, parte* 2. *quæst.* 12. *num.* 13. *& seqq.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Credibilia, num.* 6. *versic. Sicut autem coram iudice,* faciunt dicta *supra hac eadem quæst. nu.* 157. *& infra, in materia impœnitentium, qu.* 196. *nu.* 9. *& seqq.* 160

Vt plurimum hæretici protestantur, quod non intẽdunt dicere contra fidem & Ecclesiæ determinationẽ, & sub isto simulato clypeo quęrunt alios decipere; Hoc ideo diligenter ab Inquisitoribus inquirendum est, quo animo huiusmodi protestationes fiant, vt per Arnald. Albertin *in tract. de agnoscen. assert. Catholicis & hæreticis, qu.* 29. *nu.* 14. & per Eymeric. *in Directorio inquisitorũ, parte* 1. *qu.* 12. *nu.* 14. *versic. Tales enim hæreticorum protestationes, & nu.* 15. & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.* 26. *litera F. versic. fin. folio mihi* 81. *col.* 2.

LIMITA VII. Vt † propterea, quantum huic protestationi credendum sit, remissum sit arbitrio iudicis, qui prudenter inquirere & indagare debet, de quo animo dicta fuerit, cum non faciliter illi credendum sit, vt bene declarat Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Credibilia, versic. Si autem coram iudice fidei,* Simanc. *Cathol. instit. tit.* 55. *rub. de protestatione, nu.* 12. vbi propterea dixit, quod hæc protestatio prodest plus & minus, ex personarum & rerum circumstantiis, *& in Enchiridio, tit.* 50. *rubr. de protestatione, nu.* 10. 161

LIMITA VIII. Vt † licet protestatio excuset errãtem in fide, si errori suo pertinaciam non adiungat, & propterea hæreticorum pœnis aut infamia puniendus non sit, corripiendus tamen est per reuocationem erroris, ne Matris Ecclesiæ disciplina deseratur, vt per Arnald. Albertin. post Gersonem, quem allegat *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst.* 12. *numer.* 7. *& numer.* 8. vbi amplius, quod talis reuocatio non debet fieri sub nomine erroris, sed sub nomine detractionis, vel alio simili modo denotante, temere aut 162

minus

minus considerate dixisse, & quod propterea tale dictum non approbat, sed improbat; Qua in re vide eundem Arnal. Albertin. *in eodem tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis, & Hæreticis, dicta quæst.* 11. *nu.* 15. vbi dixit, quod Protestatio hæc cum reuocatione particulari alicuius erroris, non iuuat illum, qui fuit hæreticus, quo minus ad carcerem perpetuum damnaretur, licet iuuet, vt non iudicetur hæreticus pertinax, nec tradatur Curiæ seculari.

ARGVMENTVM.

Hæreticus, An sit, qui falsum opinatur, credens sic teneri ab Ecclesia.

SVMMARIA.

Credens falsum, sed putans non credere falsum, sed id quod credit, ab Ecclesia teneri opinatur, hæreticus non est regulariter, num. 1. *licet alij contrarium sentiant, num.* 2.

Credens falsum sic putans ab Ecclesia teneri, non excusatur, si non sit paratus errorem corrigere, illumque monitus pertinaciter defendat, num. 3.

Credens falsum putans sic teneri ab Ecclesia non excusatur, quando sic errat in articulis fidei, & his quæ quis explicite credere tenetur, num. 4.

Credens falsum, putans sic teneri ab Ecclesia, licet ab hæresi excusetur, tenetur tamen errorem suum reuocare etiam sibi iniuncta aliqua pœnitentia, nu. 5.

Abiurare tenetur, & errorem suum reuocare debet etiam is, qui credit falsum, putans sic ab Ecclesia teneri, num. 5.

Credens falsum putans sic teneri ab Ecclesia torquendus est super prætensa credulitate, & intentione, quia, quod sic crediderit, eius assertioni non est standum, nu. 6.

Declara, vt num. 7.

Credulitas, & intentio Inquisiti de hæresi probatur coniecturis, num. 7.

Credens falsum putans sic teneri ab Ecclesia, etsi in foro exteriori excusetur à crimine & à pœna hæresis, non tamen excusatur à peccato, num. 7. *in fine. versic.* LIMITA. V.

QVÆST. CLXXIX. §. 1.

1 REGVLA † sit negatiua, quod scil. hæreticus non est is, qui falsum opinatur, credens sic ab Ecclesia teneri, dummodo paratus sit corrigi, vbi in errorem se lapsum cognoscit, vt puta, si quadam naturali ratione motus dixerit, quod Pater sit maior, vel prior filio, vel quod tres personæ sunt tres res substantia, aut essentia, dummodo hunc suum errorem non defendat, suamq; opinionem Fidei Ecclesiæ supponat; licet enim male opinetur, non est tamen fides sua, sed Ecclesiæ, in sua opinione, ideo excusandus videtur, secundum Innoc. *in cap. primo, nu.* 7. *de summa Trinit. & Fide Catholica, nu.* 18. vbi etiam Ioan. Andr. *n.* 26. *in verbo, Implicite,* Ant de Butrio *nu.* 9. *& n.* 11. *vers. In determinatis autem,* Imol. *post. n.* 11. *Quid operatur fides implicita, & dicto numer.* 11. *in fine. versic. Et in tantum.* Abb. *num.* 15. & Card. Zabar. *post num.* 7. *vers. Decimo quæro.* Abb. *in cap.* 1. *num.* 2. *extra de hæreticus,* & ibi etiam Fel *nu.* 2. Marian. Soc. *nu.* 9. *vers. Prædicta tamen procedunt, & nu.* 10. & Ioan. de Anan. *nu.* 3. *vers. Nota literam,* idem Anan. *in cap. firmißime, nu.* 8. *extra de hæreticis,* Arnal. Albert. cum allegatis per eum in repetitione *cap.* 1. *de hæreticis in* 6. *quæst.* 15. *num.* 31. Est etiam Glossa in cap. *cum Christus, in verbo sub Anathemate, in fine vers. Quilibet ergo tenetur credere.* Hostien. *in summa de hæreticis,* §. *qualiter deprehendatur, nu.* 4. *col. final. vers. Nam etsi disputando,* Angelica *in summa in verbo, Fides, nu.* 6. vbi ponit exemplum in quadam vetula credente, Trinitatem esse vnam fœminam, sic credens ab Ecclesia teneri, Addentes ad eandem Angelicam in verbo, *hæreticus, in principio, litera A. in verbo, Quod pertinaciter,* Rosella *in summa in verbo, hæreticus, in principio, vers. Et etiam secundum Innocentiũ,* Syluestr. *in eadem summa in verbo, Fides, nu.* 7. *vers. Et ratio, & in verbo, hæresis,* §. 1. *num.* 1. *vers. Item quia secundum Innocentium,* Tabiena *in verbo, Fides, num.* 7. *in fine vers. Potest etiam esse,* vbi affert idem exemplum de vetula, *& in verbo, hæreticus, num.* 26. *post medium, vers. Nota pro declaratione,* Fr Rayner. *in summa in verbo, hæresis, cap.* 2. *vers. Tertia conclusio,* Repert. Inquisitorum *in verbo, Error, vers. Qui per simplicitatem, & in verbo, Fides, vers. Vtrum simplices;* vbi ponit exemplum in eadem vetula, *& in verbo, Excusari, vers. An excusetur, & in verbo, hæreticus, versiculo item non est hæreticus, & in verbo, hæresis,* §. 1. *rubr. Quid sit hæresis, versic. & ex supradictis,* vbi tamen quod licet sic credens excusetur ab hæresi, non tamen excusatur à peccato, si errauit in his, quæ scire tenebatur de pertinentibus ad fidem, de quo dixi *infra hac eadem quæstione num.* 4. Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.* 2. *num.* 3. *in principio, & versic. & ex prædictis,* Caiet. *in tract. de hæreticis, nu.* 20. Zanch. *in tract. de hæreticis, num.* 2. *cap.* 2. Arnald. Albert. *in tract. de hæreticis, quæst.* 12. *nu.* 4. *& num.* 5. *in fine vers. Et istud dictum Innocentij, & qu.* 36. *num.* 6. Catel. Cotta *in memorialibus, vers. hæreticus non est,* Clar. *in pract.* §. *hæresis, num.* 2. *vers. Fortius dicit Innocentius,* vbi post Lopez quem allegat, testatur de Communi, valdeque notandum affirmat; Io. à Rojas *in tract. de hæreticis par.* 1. *nu.* 64. vbi alij plures referuntur concordantes, Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *c.* 18. *vers.* 38. *&* 39. vbi etiam quid de eo, qui male loquitur de fide, & tamen dicit se credere id, quod credit Ecclesia, *& vers.* 44. *& cap.* 55. *nu.* 2. Hieron. Gabr. *cons.* 178. *nu.* 10. *& seq. lib.* 1. Simanch. *Catholicar. Instit. tit.* 31. *rubr. de hæreticis, n.* 9. *&* 10. vbi generaliter dixit, ad hæresim necessariam esse scientiam, & notitiam contrariæ veritatis, cum non sufficiat quem errare in fide, nisi etiam sciat id, quod approbat esse contrarium Catholicæ veritati, Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus,* §. 4. *circa medium, vers. cum autẽ in casu nostro,* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum, qu.* 7. *comment.* 22. *fol. mihi* 67. *colu.* 1. Io. Azzor. Iesuita *in summa part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 9. *in* 8. *quæstione.* Ludou. à Paramo *de origine sanctæ Inquisitionis, lib.* 3. *q.* 3. *n.* 21. *& seqq.*

Contrarium † suaderi videtur ex traditis per Archidiacon. *in cap. hæresis, per illum textum, nu.* 2. *in verbo, Putat,* 2
& *ibi* etiam Turrecremat. *sub num.* 1. *in fine, in verbo, Disciplinam,* & Bellarm. *in eodem verbo, Putat, num.* 4. 24. *quæst.* 3. dum dicunt hæreticum reputari errantem in fide, etiam quod se errare non putet, Reper. Inquisitor. *in verbo, hæreticus, vers. hæreticus ignoranter,* vbi dixit hæreticum ignoranter esse illum, qui sequitur opinionem, quam putat veriorem, per textum quem allegat *in cap. Quæro,* 6. *quæst. prima, & in cap. hæresis* 23. *quæst.* 3.

Prima verior declarata *vt infra.*

Quid è contra, si quis falsò putans aliquid esse ab Ecclesia definitum, contrarium sentit, nunquid sit hæreticus? Dic quod sic, quia tunc formaliter à fidei ratione recedit credens non in vniuersum esse vera ea, quæ ab Ecclesia definita sunt, ex allegatis per Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib.* 2. *c.* 7. *rub. de hæresi, & Apostasia n.* 30. vbi propterea reprobat Simancham *Cathol. Instit. tit.* 31. *num.* 9. dicentem, hunc talem, licet grauissime peccet, non tamen iudicandum esse hæreticum in foro exteriori, Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib.* 3. *qu.* 3. *num.* 20. vbi dixit, quod si quis aliquam opinionem veram teneret, credens eam esse contra Catholicam & Orthodoxam veritatem, ille esset formaliter hæreticus, licet non materialiter.

LIMITA I. † Regulam procedere, prout loquuntur præallegati omnes Doctores, quando scilicet errans in fide, sic credens teneri ab Ecclesia, errorem suum non defendat, paratusque sit illum corrigere, habens animum præparatum se submittendi iudicio Sanctæ Matris Ecclesiæ, secus si talem animi præparationem non habeat, & multo magis si errorem suum defendat, præsertim si monitus de errore non resipiscat, vt bene de- 3

clarat Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 37. num. 15.* vbi quod tunc sic errans non excusatur sua credulitate, vt ibi per eum, Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus §. quarto circa medium, vers. Dummodo hunc errorem suum non defendat*, faciunt quæ dixi *infra hac eadem quæstione num. 20. de ignorante nu. 32.*

4 LIMITA II. † Vt credulitas prædicta excuset errantem, non in articulis fidei, qui continentur in Symbolo, quos quis explicite scire tenetur, sed in aliis fidei credibilibus extra dictos Articulos, Repert. Inquisit. *in verbo, Error, vers. qui per simplicitatem in fine*; Nec dissentit Calder. *in tractat. de hæreticis credentibus, &c. num. 7. in fine, vers. si vero se excusaret*; faciunt quæ dixi *infra hac eadem quæstione nu. 16. & seqq. & nu. 33. 34. & nu. 81. & seqq.*

5 LIMITA III. † Quia licet non reputetur hæreticus errans in fide, & quia sic credat teneri ab Ecclesia, tenetur tamen errorem suum reuocare, etiam sibi iniuncta aliqua pœnitentia, prout testatur Carell. Cotta *in Memorialibus in vers. hæreticus est*, vbi dicit in contingenti casu se vidisse seruari, quod talis sic imputatus fuit liberatus, iniuncto sibi, vt in Ecclesia Maiori tribus diebus solemnibus publice ad Valuas Ecclesiæ se populo exhiberet, errorem fatendo suum, Arnald. Albert *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & Hæreticis, qu. 36. n. 8.* vbi amplius, quod iste talis non euitabit pœnas, & censuras contra hæreticos redeuntes ad fidem statutas. Vide *infra hac eadem quæstione num. 36. & 37.*

6 LIMITA IV. † Quia erranti in fide, & asserenti sic errasse, quia credidit, ita teneri ab Ecclesia, credendum non est, ideo torquendus est super prætensa credulitate; & intentione, prout videtur de mente Menochii *de præsumptionibus lib. 5. præsumpt. 6. numer. 3.* Vide quæ in simili de tortura infligenda super ista intentione dixi *nu. 57. & seqq.*

7 Non † tamen semper crederem deueniendum esse ad torturam super ista intentione, & credulitate, sed recurrendum esse ad indicia, & circumstantias. Primo ex qualitate personæ, si sit alias bonæ famæ, & non suspecta, vel è contra. Secundo ex qualitate articuli in quo errat, vt puta si sit facilis, aut difficilis indignationis, vt bene declarat Bellamer. *in cap. primo de summa Trinit. & Fid. Catholic. nu. 11. quæst. 3.*

LIMITA V. Quod licet credens falsum, putans sic teneri ab Ecclesia, excusetur in foro exteriori à crimine, & à pœna hæresis, non tamen excusatur in foro conscientiæ à peccato, si errauit in his quæ scire tenebatur de pertinentibus ad fidem, de quo dixi *supra hac eadem quæstione nu. 4.* & voluit Repertor. Inquisitor. *in verbo, Hæresis §. 1. rubr. Quid sit hæresis, vers. Et ex supradictis.* Simanch. *Catholic. Institution. tit. 31. rubr. de hæreticis, num. 9.* idem, & è contra de eo, qui credit aliquam propositionem hæreticam esse, cum re vera esset Catholica, is inquam grauissime peccat, sed in foro exteriori non iudicatur hæreticus, quia nihil credit contra Fidem Catholicam.

ARGVMENTVM.

Simplicitas, An, & quando excusat ab Hæresi, & illius pœna.

SVMMARIA.

Simplicitas regulariter excusat errantem in fide, nu. 8. 9. & 10.
Rustici, idiotæ, & simplices personæ errantes in fide excusantur, quando præsertim crediderunt alicui viro docto, & ab eo decepti sunt, nisi moniti pertinaciter eorum erroribus adhæserint, nu. 11.
Simplicitas personæ excusat errantem in subtilibus Fidei, numero 12.
Personæ simplices interrogandæ non sunt super subtilitatibus Fidei, nu. 13.
Mulier, rusticus, & Miles, errantes in Fide excusantur ex Iuris ignorantia, & simplicitate, num. 14.
Credentes erroribus hæreticorum propter simplicitatem, seu ignorantiam, excusantur ab Excommunicatione, nu. 15.
Simplicitas personæ non excusat à peccato, nec à crimine hæresis in his, quæ respiciunt Articulos Fidei, & quæ quis explicite scire tenetur nu. 16. contra nu. 18. Distingue, vt nu. 19.
Simplicitas non excusat Schismaticum, num. 17.
Simplicitas non excusat, quando concurrit pertinacia, quod quando verum sit, nu. 20.
Rusticus non excusatur propter simplicitatem in crimine hæresis, si peritos consulere valens, non consuluit, num. 21.
Simplicitas semper facit, vt in crimine hæresis quis mitius puniatur, num. 22.

QVÆST CLXXIX. §. 2.

REGVLA † sit affirmatiua, quod errans per simplicitatem, sic credens teneri ab Ecclesia, iuxta ea 8
quæ dixi supra hac eadem quæstione *nu. 1.* ab hæresi excusatur, ex allegatis per Felin. *in cap. 1. nu. 2.* vbi loquitur etiam de eo, qui per simplicitatem est dubius in fide, *extra de hæreticis*, Hostien. *in summa de hæreticis §. qualiter deprehendatur, numer. 4. vers. Et sic iudex*, vbi propterea dixit, quod isto casu Iudex debet considerare, quis est qui loquitur, cui, quid, & quando, Armilla *in summa in verbo, hæresis, num. 2.* Rosella *in verbo, hæreticus, in principio*, Syluestrina *in verbo, hæresis, §. 1. num. 1. vers. similiter errans circa ea, quæ sunt Fidei non pertinaciter, sed per simplicitatem*, Repertor. Inquisit. *in verbo, hæreticus, vers. Quid proprie faciat hæreticum*, Eymericus *in Directorio Inquisitorum part. 1. qu. 4. nu. 5. vers. simplex enim*, & ibi Franciscus Pegna *in additionibus litera C. fol. mihi 63. colu. 2. & 64. col. 1.* Ioan. Lopez. *in allegationibus hæreticalibus §. Quarto ante finem*, vbi pluribus hanc probat conclusionem, *& §. Quinto, vers. cum autem iste Rodericus, & §. Septimo ante finem, vers. ad ista multiplex patet responsio*, vbi quod simplicitas personæ tollit præsumptionem malæ intentionis, Decian. qui pluribus firmat conclusionem *in tract. crim. lib. 5. cap. 37. nu. 11. & c. 17. vers. Quarto nisi dubitaret de his, quæ non concernunt fidem*, Iacob de Graffiis *lib. 2. suarum decisionum cap. 8. rubr. de hæretic. nu. 4.* vbi declarat simplicitatem multiplicem esse; Aliam scilicet, quam vocat columbinam, aliam quam duplicitati opponi affirmat, aliam simplicitatem sexus, vt in mulieribus, & aliam simplicitatem erroris, vt in rusticis, & faciunt quæ dixi infra in simili de ignorantia, *hac eadem quæstione nu. 23.*

Contrarium † quod simplicitas non excuset, per tex. 9
in cap. *Schisma 24. quæst. 1.* & ibi Glossa *in verbo, Magis, & in verbo, Ignorantia*, voluit Arnald. Albertin. *in repetitione rubr. de hæreticis in 6. quæst. 13. num. 13. & 23.*

Sed † Textus ille non loquitur generaliter in omni 10
hæresi, sed in schismate, de quo *infra* dicam, vltra quod etiam loquitur de hæreticis non paratis se corrigere, prout aduertit Angelica *in summa in verbo, Fides, num. 6. vers. Nihil facit ad materiam*, quod, & idem dixit in Repertor. Inquisitor. *in verbo, Fides, sub vers. Vtrum simplices.*

AMPLIA I. † Vt eo magis rustici, idiotæ, & simplices 11
ces personæ excusentur errantes in fide, si sic errarunt credendo alicui viro docto, & ab eo decepti, nisi moniti pertinaciter eorum erroribus adhæserint, per ea quæ in simili de ignorantia dixi *infra hac eadem quæstione n. 25.* & in specie voluit Angelica *in summa, in verbo, Fides, n. 6. vers. sed ego Credo*, vbi amplius dixit, quod isto casu error potest esse meritorius, quando simplex persona credidit Prædicatori famoso, vel Episcopo prædicanti errorem, paratus tamen corrigi, quod & idem dixit summa Rosella *in verbo, hæreticus, in princip. vers. Pone exemplum*, Syluestrin. *in verbo, hæreticus §. 1. nu. 1. vers. Imo talis potest*, Repertor. Inquisitor. *in verbo, Fides, sub vers. Vtrum simplices, & in verbo, hæreticus, vers. Vnde non est hæreticus.*

Simanch.

Simanch. *Catholicar. Institution. tit. 15. rubr. de credentibus, nu.* 7. vbi dixit, credentes magistris hæreticis, & ab ipsis decepti circa veritatem fidei, excusantur in his, quæ explicite non tenentur. Secus in his, quæ quis explicite credere tenetur. Eymericus *in Directorio Inquisitorum par. prima, quæst.* 4. *nu.* 6. & ibi Franciscus Pegna *in additionibus litera D. vers. Si autem, & vers. Omissis fol. mihi 63. col.* 2. *& fol.* 64. *col.* 1. vbi declarat hoc non procedere, quando simplices personæ errarent in his, quæ ita sunt in Ecclesia vulgata, vt explicite credere tenerentur; Nam tunc non omnino excusarentur, propter viri dicti auctoritatem, vt ibi per eum Decian. *in tract. crim. lib.* 5. 37. *nu.* 11. *in fine, vers. Et est ratio.* Ludou. à Paramo *de Origine S. Inquisitionis, lib.* 3. *qu.* 3. *nu.* 48. Tolet. *de Instructione Sacerdotum lib.* 4. *cap.* 3. *nu.* 4. *vers. Rursus si rusticus.*

12 AMPLIA II. † Vt multo magis excusentur simplices personæ, si in fidei subtilitatibus errauerint, nisi pertinaciter peruersæ doctrinæ inhæreant, secundum Diuum Thomam 2. 2. *qu.* 2. *art.* 6. cuius opinionem, reprobatis Speculatore & Alciato in locis per eos relatis, veriorem dixerunt summa Angelica *in verbo, Fides, nu.* 6. vbi respondet contrariis, Syluestrina *in eodem verbo, Fides, nu.* 7. Repert. Inquisit. *in verbo, Fides, vers. Vtrum simplices.* Campeg *in additionibus ad Zanchinum in tract. de hæreticis ca.* 1. *litera B. vers. Qui vero,* Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *c.* 37. *nu.* 11. *vers. Et dicit Diuus Thomas,* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum, par. prima, qu.* 7. *Comment.* 22. *in quarta regula, vers. Item quales sunt multa fidei subtilitates, fol. mihi* 67. *col.* 1.

13 Non † enim personæ simplices interrogandæ sunt super subtilitatibus fidei, prout dixi hac eadem quæstione, *num.* 84.

14 AMPLIA III. † Vt propterea in crimine hæresis, iuris ignorantia, & simplicitate excusentur Mulier, Rusticus, & Miles. De Muliere vide exemplum, quod posui *supra hac eadem quæstione, num. primo* de illa vetula, quæ credebat, Trinitatem esse vnam fœminam. Simanch. *Cathol. Institution. tit.* 17. *rubr. de defensione reorum num.* 21. vbi dixit, nimiam rusticitatem posse excusare quem ab hæresi, nisi essemus in rusticis sagacibus, *& nu.* 22. vbi de mulieribus; *& in titulo* 26. *rubric. de errore & ignorantia, post num.* 4. vbi dixit, quod licet error in fide ex crassa ignorantia non excuset in his, præsertim quæ cunctis diuulgata sunt, & quæ quis explicite scire tenetur, prout sunt fidei articuli, & præcepta Decalogi; si tamen aliquis vsque adeo fuerit ignorans, rusticus, & stupidus, vt iudicibus perspicuum sit illum caruisse malitia, & ab omni pertinacia fuisse alienum, non de hæresi, sed de culpa puniendus est, *& in Enchirid. tit.* 47. *rubr. de defensionibus num.* 17. vbi de Rustico non sagaci. Nicol. Acelat. *Notab.* 33. vbi quod in Rustico errante in fide, dicitur potius ignorantia quædam, quam pertinacia, seu animus descedendi à vera fide Catholica, & propterea, quod non hæreticus, sed erraticus dici potest, refert eum, & sequitur Decian. *in tractatu crimin. libro* 5. *cap.* 18. *versiculo* 18. *& cap.* 37. *nu.* 11. post Oldrad. quem allegat *in consil.* 210. *& dicto num.* 11. *in fine, versiculo* Ideo rusticitas excusabit, *& num.* 63. vbi quod Rusticitas aliquantulum excusabit, nisi appareat nimis solertia. Arnal. Albertin. *in tractatu de agnoscendis assertionibus Catholicis, & Hæreticis, quæst.* 36. *num.* 4. *&* 6. *& quæst.* 23. *nu.* 6. *& seqq.* vbi facit generalem conclusionem, quod rustici excusantur ab hæresi; & in id plures alios refert concordantes; Nec dissentit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum par. prima, qu.* 7. *Commentar.* 22. *fol. mihi* 66. *col.* 2. *vers. Sit tertia regula, in fine.* vbi refert, & sequitur Simanch. *vbi supra allegatum; & fol.* 67. *columna prima, sub quarta regula.* Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus* §. *quarto post medium, vers. Reputans hoc valde notandum ad excusationem hæreticorum, & versic. Satis tamen erit laico maxime idiota, & iterum infra ad finem, vers. Ex quibus omnibus patet, quod huic rustico simplici parcendum est.* vide quæ generaliter dixi de Rustico *in titulo de pœnis temperandis, qu.* 98. *nu.* 19. *& sequentibus, & nu.* 42. *& sequentibus,* vbi in specie, An, & quomodo excusetur in crimine hæresis, *& n.* 8. vbi de muliere, Iacob. de Graffiis *lib.* 2. *suarum decisionum cap.* 8. *rubr. de hæretic. num.* 39. *&* 40.

Et vide etiam omnino Thom. Sanchez. *in præceptis Decalogi lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 18. vbi proponit quæstionem, An rudes, hebeti, & obtuso ingenio existentes, credentesque implicite, & iuxta sui ingenij capacitatem Articulos Fidei, quos quisque explicite scire tenetur, excusentur; Et relata opinione eorum, qui dixerunt excusari, licet ad explicite credendum obligati sint: Contra istorum opinionem validissima ratione insurgit, & deinceps pro resolutione concludit, Rusticis prædictis habentibus obtusum ingenium necessariũ esse ad gratiam, & gloriam consequendam, explicite credere Fidei Articulos, quos quisque explicite scire tenetur, sed non teneri eosdem Fidei Articulos explicite scire, hoc est eorum rationem reddere, & sic facit differentiam inter explicite credere, & explicite scire, immemor eorum, quæ præmisit *in dicto cap.* 3. *num.* 1. vbi dixit, omnem fidelem, qui tenetur explicite credere, teneri etiam explicite scire, & quod passim Doctores vtroque termino credendi, & sciendi, vtantur indifferenter. Cogita igitur super hac eruditissimi viri sententia, & distinctione; eo præsertim, quia etiam non Rustici laici, licet teneantur explicite credere Articulos Fidei, non tamen tenentur eorum rationem reddere, *vt dixi infra hac eadem quæstione, nu.* 84. Ideo in laico rustico hebetis, & obtusi ingenij aliquid plus excusationis esse debere videtur, & propterea in Rusticis posse dari inconuincibilem ignorantiam eos à peccato excusantem etiam in mysteriis fidei, quæ explicite quisque scire tenetur, aliis pluribus relatis concordantibus, & contrarium tenentibus reprobatis, scripsit idem Thom. Sanchez. *dicto c.* 3. *num.* 20. ponens exemplum in illo rustico, qui de Articulorum Fidei vi, & autoritate, nihil audit, vel si audiuit instar brutorum nihil percepit, aut si percepit aliis negotiis distentus suæ obligationis prorsus oblitus fuit, vel etiam Doctore eum instruente caruerit. Vide ad materiam huius rusticalis ignorantiæ, quæ generaliter dixi *hac eadem quæstione, nu.* 35. *&* 36.

Et vide etiam Tolet. *de Instructione Sacerdotum, lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 4. *vers. Rusticus solus;* vbi scripsit, Rusticum solum reputari pertinacem, quando tenet aliquid, quod scit esse contra Ecclesiam. Si vero teneat aliquid, quod scit esse contra traditiones Apostolicas, vel contra determinationem Papæ, non adhuc est pertinax, quia ipse non tenetur scire istas esse regulas fidei, nisi etiam sciat illa esse contra Ecclesiam. Et paulo ante, *in versic. Vnde multi Rustici,* pariter scripsit, quod multi Rustici habentes errores contra Articulos Fidei excusantur ab hæresi, quia ignorant Articulos, & sunt parati obedire Ecclesiæ, sed à peccato mortali non excusantur, quia tenentur Articulos scire.

AMPLIA. IV. † Vt credens erroribus hæreticorum propter simplicitatem, seu ignorantiam, excusetur 15
ab excommunicatione, secundum Bartholom. Vgolin. *in tract. de Censuris Pontifici reseruatis par.* 2. in Glossa *Actorum credentes,* §. *primo, vers. Excipiuntur tamen, fol. mihi.* 62. *col.* 1. qui tamen loquitur quando persona credentis est idiota, & hæreticus, cuius erroribus credit, nondum esset declaratus hæreticus, nec pro tali habitus. Adde tu, Dummodo credulitas ista, non sit circa errores Articulorum Fidei, quos quis explicite credere tenetur, prout dicam infra in sequenti limitatione.

LIMITA I. † Propositam regulam, vt simplicitas 16
non excuset a peccato, nec à crimine hæresis in his,

quæ

quæ respiciunt Articulos Fidei, quos quis explicite scire tenetur, vt plene declarat Arnal. Albert. *in repetitione rubr. de hæreticis in 6. quæstione* 13. *nu.* 13. *& nu.* 24. per Text. quem allegat in cap. *Schisma* 24. *qu.* 1. & ibi Glossa *in verbo, Magis, & in verbo, Ignorantia*, volens, quod magis sit schismaticus, qui per simplicitatem suam separatur ab Ecclesia, quam qui propter subtilitatem errat, præsertim in Articulis Fidei, in quibus simplicitas dicitur Asinina, post Turrecrem. quem allegat in dict. *cap. Schisma*, nec dissentit Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 38. *nu.* 24.

17 Et † propterea simplicitatem non excusare in crimine Schismatis, quia quilibet tenetur scire, quod diuisio ab Ecclesia Romana magnum est crimen. Sic per text. in dicto cap. *Schisma*, dixit in specie, Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 37. *sub nu.* 11. *vers. Nota tamen, & cap.* 66. *nu.* 3. *cum allegatis per eum, & nu.* 4. vbi etiam quod non excusat vel timor, per tex. quem allegat. *in cap. qui, & humanis* 11. *qu.* 2. *& in cap. quod dicit* 16. *distinct. & in cap. si decreta* 20. *distinct.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum par.* 2. *quæst.* 48. *Comment.* 73. *versic. An autem aliqui, fol. mihi* 388. *col.* 2. vbi tamen dixit quandoque à Schismate excusari simplices, & imperitos, qui autoritate maiorum, quos recte sentire putant, credunt, vt ibi per eum, quod tamen regulariter non procedit.

18 Contrarium, † quod simplicitas excuset in his, quæ respiciunt articulos fidei, quos quilibet scire tenetur, voluisse videtur Hostien. *in summa de hæreticis §. qualiter deprehendatur, versic. Considerandum etiam puto, & versic. Sed & attendenda est simplicitas.* Squillacen. *de fide Catholica cap.* 21. *num.* 1. vbi quod isto casu ex simplicitate errans in articulis fidei, dicitur largo modo hæreticus. Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus §.* 4. *post medium, versic. Item licet sub aliis verbis, & vers. Satis tamen erit.*

Vide quæ de ignorantia *dixi infra hac eadem quæstione, num.* 33. *&* 34.

19 In † hac contrarietate vide distinctionem, de qua *infra hac eadem quæst. nu.* 81.

20 Limita II. † Quando in simplici persona concurrit pertinacia, & impœnitentia: tunc enim simplicitas non excusat, nec à peccato, nec à crimine hæresis; Si vero non concurrit pertinacia, sed pœnitentia, & voluntas se corrigendi: Et tunc simplicitas in his, quæ respiciunt articulos fidei, quos quis explicite scire tenetur, excusat à crimine hæresis, sed non à peccato. In his vero, quæ respiciunt articulos fidei, quos explicite quis scire non tenetur: Tunc simplicitas sine pertinacia excusat, & à crimine hæresis, & à peccato; sic enim distinguentem, & concordantem Doctorum contrarias sententias reperio Tabienam *in summa, in verbo Fides, num.* 7. Et est distinctio secundum mentem Diui Thomæ, & aliorum præallegatorum Doctorum, qui simplicitatem tunc demum excusant, quando non concurrit pertinacia, alias secus; pro qua distinctione addo etiam Campegg. *in additionibus ad Zanchinum in tractatu de hæreticis, cap.* 2. *litera B. versic. Quia vero, D. Auctor.* Simanc. *in tract. de hæreticis cap.* 26. *nu.* 7. vbi bene declarat. Faciunt scripta per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum par.* 2. *ad cap.* 1. *extra de hæreticis fol. mihi* 89. *colum.* 2. *versic. Item nono, & fol.* 90. *col.* 1. *versic. Item decimo*, vbi loquens in credibilibus ad fidem indirecte spectantibus, etsi ab Ecclesia determinatis, concludit in illis dubitantem non reputari hæreticum, nisi post monitionem in dubitatione pertinax fuerit. Vide quæ in simili dixi hac eadem quæstione *supra nu.* 3. *& infra nu.* 32.

21 Limita III. † (Et hæc limitatio respicit tertiam ampliationem positam *supra num.* 14.) vt licet Rusticus propter rusticitatem ab hæresi quandoque excusetur, tenetur tamen monitus, vel dubitare incipiens peritiores consulere, & cauta sollicitudine quærere, quod si non fecerint, nō excusari propter ignorantiam, quam facile euitare potuerunt, si non excusantur in ciuilibus non consulendo Iurisperitos, ex allegatis per Simanch. *Catholicar. Institution. tit.* 28. *rubr. de fide Cathol. nu.* 14. *vers. Homines vero imperiti tenentur in rebus dubiis consulere peritiores.* Zanch. *in tract. de hæreticis cap.* 2. *nu.* 4. vbi quod non excusatur quis propter ignorantiam, cum potuerit consulere peritiores, & non consuluit, iuribus ibi per eum allegatis, nec dissentit Ioan. à Rojas *singular.* 92. *num.* 4. Simanch. *Catholicar. Institut. tit.* 48. *rubr. de pertinacibus num.* 6. Vide quæ dixi *infra quæst.* 196. *num.* 13.

Sublimita † Omnes præcedentes limitationes, in quibus dixi simplicitatem non excusare, vt in omni casu faciat mitius puniri. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 37. *numer.* 11. *vers. Sed regulariter*, per Textum quem allegat in cap. *Quemadmodum*, 32. *qu.* 7. & in cap. *Sciendum, de pœnitent. dist.* 2. Respondetque textui in cap. *Quæro* 6. *quæst.* 1. vbi videtur æquare peccatum ignorantia commissum, peccato prudenter commisso, & ante eum hoc bene deducit Simanch. *Cath. Inst. tit.* 26. *rubr. de errore, & ignorantia*, vbi hoc firmat autoritate Platonis, & Aristotelis; Faciunt scripta per Syluestr. *in verbo, hæresis, §. num.* 1. *vers. Sed hæc limita*, vbi dixit, quod errans in his, in quibus ignorantia non excusat, peccat, non tamen per infidelitatem hæreticam, quæ pertinaciam requirit, sed per negligentiam. 22

Et in hac materia simplicitatis aduerte generaliter, quod ab hæresi sola simplicitas sine ignorantia non excusat.

ARGVMENTVM.

Ignorantia, An, & quando excuset errantem in fide.

Svmmaria.

Ignorantia regulariter excusat errantem in fide, nu. 23. *licet alij contra, num.* 24.

Ignorantia eo magis excusat errantem in fide, quando simus in his, quæ quis explicite credere tenetur, & fuerit quis deceptus à viro docto, quem pium, & Catholicum esse credebat, nu. 25.

Ignorantia superabilis, seu inuincibilis, excusat errantem in fide, num. 26.

Ignorantia non præsumitur, ideo probanda est per eum, qui dicit se in fide errasse per ignorantiam, num. 27.

Ignorantia proueniens ex lata culpa non excusat in crimine hæresis, nu. 28.

Ignorantia in Crimine hæresis non excusat Theologos, *& viros doctos, nu.* 28.

Ignorantia crassa & supina non excusat in crimine hæresis, numero 29.

Ignorantia affectata non excusat in crimine hæresis, num. 30.

Ignorantia iuris naturalis non excusat in crimine hæresis, n. 31.

Ignorantia excusat in crimine hæresis, quando ignorans est paratus suos errores corrigere, secus si sit pertinax, nu. 32.

Ignorantia excusat in crimine hæresis in his, quæ quis explicite credere nō tenetur, secus in his quæ quis explicite credere tenetur, pro vt sunt articuli fidei, num. 33. *&* 34. *declara, vt non excuset à peccato, sed bene excuset à crimine hæresis, num.* 35.

Ignorantia licet excuset à pœna hæresis, tenetur tamen errans in Fide per ignorantiam abiurare, & errorem suum reuocare, nu. 36. *&* 37.

Ignorantia non excusat in Sortilegiis, nu. 38.

QVÆST. CLXXIX. §. III.

Regvla † sit affirmatiua, quod ignorantia excusat in crimine hæresis; Qui enim ignorat, non consentit, & sine consensu & voluntate hæresis crimen non committitur, vt suo loco dictum est, nullumq; crimen nescientem maculat, & qui ignorat, pertinax non est, & qui per ignorantiam agit non sponte agere dicitur, sic enim

sic enim ex prædictis rationibus, & argumentis hanc regulam firmarunt, summa Armill. *in verbo, hæresis, nu.2.* Simanch. *Catholicar. Institution. cap.26. num.1. & sub nu.7.* Nicol. Arelaten. *notab.33.* Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & Hæreticis, qu.36. nu.2.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.7. nu.8.* Ioan. à Rojas *singul.92. num.1.* summa Syluestrina *in verbo hæresis, §.1. nu.4. in fine, vers. Quinto, vt quis,* Repertor. Inquisitor. *in verbo, hæreticus, versic. Licet quis ex ignorantia,* idem Simanch. *vbi supra Catholicar. Institution. tit.48. rubr. de pertinacibus, n.14. & in Enchiridio. tit.49. rubric. de ignorantia, num.1. & nu.3.* vbi tamen loquitur, quando ignorantia est probabilis, Decian. *in tractat. criminal. lib.5. cap.18. versic.18. & vers.14.* vbi alij referuntur concordantes; faciunt scripta, per Clar. *in §. hæresis, num.2. versic. Ad hoc autem ibi item requiritur,* vbi dixit, quod ad hoc, vt quis dicatur hæreticus, requiritur, quod scienter erret in fide Catholica approbando falsa pro veris, incerta pro certis, vel è conuerso, sibique testatur de vnanimi omnium Doctorum sententia, ex Simanch. quem allegat *in tract. de hæreticis, cap.31. n.5.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, par.1. qu.7. Comment.22. in principio, fol. mihi 66. colum.1.* vbi quod hanc sententiam Doctores Communiter amplectuntur, & ibidem *par.2. ad cap. primum extra de hæreticis, fol. mihi 85. colum.1. vers. Praterea illud quoque, & sequenti,* vbi firmat generalem conclusionem, quod ad hæresim constituendam necessaria est scientia, vel notitia contrariæ veritatis, cum non sufficiat ad hoc, vt quis sit hæreticus, quod erret in fide, nisi etiam sciat id, quod approbat esse contrarium Catholicæ veritati, & inde postea infert ad regulam, quod vere, & proprie hæreticus dici non potest is, qui ignorans Catholicam veritatem, eius contrarium profitetur, adde pro hac eadem regula, Ludou. à Paramo, *de origine S. Inquisitionis, lib.3. qu.3. nu.25. & seqq.* faciunt quæ in simili de simplicitate dixi *hac eadem quæstione, nu.8.* & generaliter in aliis delictis, *supra quæst.90. nu.91.*

24 Quamuis † contrarium, quod ignorantia non excuset in crimine hæresis, suaderi videatur, *in c.1. in fine extra de hæreticis, in illis verbis, Qui Fidem veritatis ignorant,* & ibi hoc adnotarunt Ioan. Andr. *n.2. in fine, in verbo, Ignorant. vers. Non ergo excusat ignorantia in his, quæ sunt de fide,* Anchar an. *nu.5. in fine,* Anton. de Buti. *nu.2. in 3. notab. & n.4. vers. Nota, quod ignorantia, & nu.6. vers. vel etiam Catholicus, qui ignorat veritatem,* Felin. *num.2. ad finem.* vbi amplius, quod minus peccat ille, qui dubitat propter subtilitatem, quam qui per ignorantiam; quoniam ignorans sponte adducitur, at subtilis non, Cardin. Zabarell. *in principio, in versic. Ignorantia in articulis non excusat, & iterum infra in secunda oppositione, vers. Quarto lego.*

Vide tamen ad hanc materiam vltra infrascripta, omnes summistas, *in verbo, Ignorantia,* Doctores in cap. *firmiter, de summ. Trinit. & Fid. Catholic. & in rubr. C. eodem,* Alphons. de Castro *de iusta hæreticorum punitione, lib.1. c.9.* Melch. Can. *de locis Theol. lib.12. c.9.* Simanch. *in Enchiridio violatæ religionis, tit.48. & 49.* Nau. *in Manual. Conf. præsud. primo, n.15. & 16. c.11. n.22.* Et omnino, Io. Azor. Iesuit. *Inst. Moralium, par.1. lib.1. c.12. & seqq.* vbi latissime *vsque ad cap.17.* Ludou. à Paramo, *d. quæst.3. num.34. & seqq.*

25 AMPLIA I. † Vt ignorantia eo magis excuset eum, qui errauit in his, quæ sunt fidei, quę tamen credere explicite nō tenetur, si fuerit deceptus ab aliquo viro docto, quem pium, & Catholicum esse credebat, & sic ab aliis communiter habebatur, tunc enim sic credens ab hæresi, & hæreticorum pœnis, ac etiam à pœna excusandus videtur, secundum Magistrum sententiarum, *lib.4. dist.30. cap.1. versiculo. Si quis hæreticus,* cuius verba refert Franciscus Pegn. *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum, par.1. qu.7. Commentar.22. in sexta, & septima regula, fol. mihi 67.* vbi multo magis dicit excusandos filios errantes in fide sic à parentibus seductos, & in errorem nutritos discipulos à Præceptoribus & Magistris, & Subditos ab Episcopis, & Parochis, ut aliis similibus, præsertim si nondum iudicij compotes erant, aut si erant in his tamen decepti fuerunt, quæ explicite scire non tenebantur; Nam & hi, & ab hæresi, & hæreticorum pœnis excusabuntur, per textum *in c. Apostolos, 24. qu.3.* cū aliis allegatis ibi per eum, qui propterea subdit, tales errantes mitissime tractandos, & leuissimam pœnitentiam eis iniungendam, ergo secus, vbi quis errauit in his, quæ explicite credere tenetur, & quæ directe ad fidei credulitatem pertinent, tunc enim non excusatur errans, ex eo, quod dicat se sic edoctum à suo magistro, vt *ibidem* per eundem Pegnam, *ad cap.1. extra de hæreticis, fol. mihi 89. colum.2. versic. de quo sit octaua conclusio,* Repert. Inquisit. *in verbo, Error, versic. Qui per simplicitatem,* vide tamen Io. Azzor. Iesuitam, *in summa par. prima, lib.8. cap.6. qu.9.* vbi tenet, rusticum & imperitum hominem etiam errantem in articulis Fidei excusari ab hæresi, & à peccato, si sic deceptus credidit suo Parocho, faciunt quæ in simili de simplicitate dixi supra hac eadem quæstione *num.10.*

AMPLIA II. † Vt multo magis ignorantia excuset errantes in fide, quando illa fuerit insuperabilis, vel vt alij dicunt inuincibilis, quam scilicet superare quis non potuit, faciendo quicquid facere debuit, vt illam vinceret, is enim proculdubio culpa caret, nec malitiam, aut pertinaciam habet, nec aliqua pœna coercendus est, sicut nec illi puniendi sunt, qui bona fide veritatem quærentes in rebus difficillimis errauerunt, ex allegatis per Simanch. *Catholicar. Institution. tit.26. rubr. de errore, & ignorantia, num.6. Et in Enchiridio. tit.46. rubric. de ignorantia, numero 4.* & per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum, par. prima, quæst.7. Commentar.22. fol. mihi 67. colum.1. in 5. regula,* vbi tamen subdit, se ingenue fateri, hodie post tam apertam Christianæ Religionis notitiam, & tam late patentem Euangelii promulgationem, & tot Conciliorum, & sacrorum Doctorum luce vix in his, quæ fidei sunt, dari ignorantiam inuincibilem, seu insuperabilem, Repertor. Inquisitor. *in verbo, Excusari, versic. An si forte in fine.* 26

LIMITA I. † Propositam regulam, vt licet ignorantia excuset etiam in Crimine hæresis, non tamen præsumitur, quod quis ignoranter errauerit, secundum Alphons. de Cast. *de iusta hæreticorum punitione, lib.1. cap.9. vers. Aut vulgaris homo, & versic. Quia si res, quam asserit,* vbi hoc declarare videtur procedere in his, quæ quis explicite scire tenetur, secus in his, quæ quis explicite scire non tenetur, eumque sic declarantem refert, & sequitur Menoch *consil.82. nu.175. & seq.* vide quæ generaliter dixi *in tit. de pœn. temper. quæst.90. nu.105. & seqq.* 27

LIMITA II. † Regulam non procedere in ignorantia prouenienre ex lata culpa, quæ non excusat in crimine hæresis, & latam culpam esse dicimus in eo, qui ratione personæ suæ scire tenetur id quod asserit se ignorare, Simanch. cum allegatis per eum *Catholic. Institution. tit.27. rubr. de fide Catholica, num.13.* vbi ponit exemplum in peritioribus, & aliis, ad quos ex officio pertinet esse doctiores, vtputa Sacerdotibus, & Episcopis dicentibus se ignorare Articulos Fidei, Præcepta Decalogi, aliasque veritates diuulgatas, & quas quisque scire tenetur, *& cap.26. nu.10.* vbi pariter dixit homines doctos vix excusari posse ignorantia, cum turpe illis sit ignorare ea, quæ profitentur, & quæ scire tenentur, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericū in Directorio Inquisitorum, par.1. qu.7. commentar.22. fol. mihi 66. col.2. versiculo, sit secunda regula in fine,* vbi ponit id exemplum de viris doctis, & Theologis errantibus in his, quæ scire tenentur, aut scire probabiliter præsumuntur, Decian. 28

Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 37. num. 15.* vbi generaliter loquitur in lata culpa, ignorando ea, quæ vel ratione officij, vel ex alia causa, quis scire tenetur, per tex. quem allegat in cap. *Quia eo 38. distinct.*

29 LIMITA III. † In ignorantia Crassa, & supina. Crassam autem ignorantiam eam esse dicas, quæ facillimo negotio superari potest. Quæ quidem ignorantia Crassa pariter in crimine hæresis non excusat, ex allegatis per Symanch. *Cathol. Instit. tit. 26. rubr. de errore, & ignorantia, num. 4.* vbi amplius dixit Ignorantiam Crassam in fide, esse nescire, quæ cunctis diuulgata sunt, & omnes sciunt, & intelligunt. Et rursus, eam crassam vocat ignorantiam, quando quis sapientiæ opinione inflatus omnino ignorat, ea scire se prorsus existimans, *& in Enchiridio. tit. 49. rubr. de ignorantia, num. 2.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum, par. prima, quæst. 7. versic. Sit tertia regula, fol. mihi 66. col. 2.* vbi huius Crassæ ignorantiæ plura videre poteris exempla, ibi per eum relata, Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 18. vers. 23.* vbi alij referuntur concordantes; Zanch. *in tract. de hæreticis, cap. 2. nu. 4.* vbi quod Ignorantia non excusat in his, quæ publice nota sunt, vere, vel præsumptiue, Ludou. à Paramo *de origine sanctæ Inquisitionis, lib. 3. qu. 3. nu. 46. & qu. 19. sub nu. 143.* Tolet. *de instructione Sacerdotum, lib. 1. cap. 19. num. 2. vers. Vnde Ignorantia Crassa à pertinacia non excuset.*

Vide quæ generaliter dixi *in titul. de pœnis temperandis, qu. 90. nu. 98. & sequentibus,* & Gregor. de Valen. *in comment. ad D. Thom. 2. 2. qu. 11. art. 1. vers. Est autem discutienda,* vbi refert Scotum *in 4. distinct. 22. qu. 1. art. 3.* expresse dicentem, ad pertinaciam requisitam in hæresi sufficere crassam ignorantiam; Ignorantia enim crassa parum distat à voluntate repugnandi directe, cuius contrarium voluit, prout eum refert Valen. *vbi suprà, lib. 12. de locis Theologicis, cap. 9.* vbi pariter, & expresse dixit Ignorantiam crassam ad Hæresim non sufficere. Pro solutione distingue, vt ibi per Valen. Et vide rursus ad hanc eandem quæstionem Alex. Pesan. *in comment. ad D. Thom. 2. 2. quæst. 11. artic. 1. disput. 1. in 5. conclus. versic. Quarto dico de ratione,* vbi post D. Thom. Palud. Syluestr. & Nauarr. *in locis per eum relatis* testatur, Communem esse sententiam, ex ignorantia crassa, & affectata, non induci pertinaciam erroris in hæresi requisitam, pluribus hanc probat sententiam, & contrariis respondet. Vide etiam Azzor. Iesuitam *in summ. par. prima, lib. 8. c. 9. rubr. de hæresis Crimine in 8. quæst.* vbi proposita dubitatione, An aliquid credens cõtra Fidem per Crassam ignorantiam sit hæreticus, paratus tamen monitus suum errorem corrigere, & dummodo implicite credit, quidquid credit Ecclesia (Nisi enim hæc duo concurrant indubitabile est eum esse hæreticum) Et relatis opinionibus hinc inde contrariis cum autoritatibus, & rationibus earum concludit pro negatiua, quam veriorem testatur in foro interiori, secus in foro exteriori, in quo contra errantem in fide per crassam ignorantiam, vt hæreticum iudices posse animaduertere affirmat. *Et par. 1. lib. 1. cap. 14.* vbi late an, & quando ignorantia dicatur crassa, & supina, an vero probabilis, & iusta, latissimè materiam explicat, & demum vide Thom. Sanchez Iesuitam *in Præceptis Decalog. lib. 2. cap. 7. rubr. de hæresi, & Apostasia, nu. 19. & 20.* vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus bene probat ignorantiam etiam crassam non sufficere ad hæresim, quamuis sic ignorans mortaliter peccet, plures; idem tenentium Doctorum refert autoritates.

30 LIMITA IV. † Vt multo minus excuset ignorantia affectata, Simanch. cum allegatis per eum, *Cathol. Instit. tit. 26. rubr. de errore, & ignorantia, nu. 3. & in Enchiridio. tit. 49. rubr. de ignorantia, num. 1.* Qui enim per ignorantiam affectatam errat, per malitiam, & animi iniquitatem errare dicitur. Ideo grauius errat, cap. *excellentissimus 11. quæst. 3.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum, par. 1. q. 7. Commen. 22. fol. mihi 66. col. 2. vers. sit secunda regula,* vbi affectatæ ignorantiæ ponit exemplum, quando aliquis vir Doctus velut Theologus in his deficeret, quæ scire tenetur, vide quæ generaliter dixi *in titulo de pœnis temperandis, qu. 90. n. 98. & seqq.* Læl. Zecc. *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi cap. 11. nu. 6. vers. similiter non est hæreticus,* vbi dixit, quod ignorantia affectata, non facit quem hæreticum, si quis paratus est corrigi, subdit tamen vix fieri posse, vt qui habet hanc affectatam ignorantiam habeat animum se corrigendi, & vide etiam Dominic. Bannes *in Commentar. ad D. Thom. 2. 2. quæst. 11. artic. 1. vers. sed quærat quis,* vbi tenet, quod quantumlibet sit affectata ignorantia, si tamen ille paratus est se corrigi ab Ecclesia, non est hæreticus, licet vix posse contingere affirmet, cum ignorantia affectata posse concurrere animum promptum ad recipiendam doctrinam Ecclesiæ, sed quod nihilominus si ille talis habeat talem animum, hæreticus non est, & ibi etiam Alex. Pesan. *disput. 1. in 5. conclus. vers. secunda pars,* vbi etiam testatur post alios quos allegat, communem esse sententiam ex ignorantia affectata non induci pertinaciam in hæresi requisitam, & rursus vide Azzor. Iesuitam *in summa, par. 1. lib. 8. cap. 9. rubr. de hæresis crimine in 8. quæstione,* vbi relatis contrariis Doctorum sententiis pariter concludit, in foro conscientiæ ex ignorantia affectata non esse quem vere, & simpliciter hæreticum, quando paratus est suum errorem deponere, cum sciuerit Ecclesiam contrarium credere, & docere, secus in foro exteriori, & in iudicio; in quo si certe constiterit aliquem per ignorantiam voluntariam aliquid cõtra fidem credere, iudices in eum tanquam in hæreticum animaduerterint, *& d. p. 1. lib. 1. cap. 14.* vbi latius, & generaliter declarat, quando ignorantia dicatur affectata, & voluntaria, an vero potius probabilis, & iusta, & quando excuset, & Demum vide Thom. Sanchez Iesuitam *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 7. rubr. de hæresi, & Apostasia, num. 21. & sequentibus,* vbi relatis Doctoribus Vnam & Alteram opinionem sequentibus, resoluit hanc dubitationem resoluendam, esse ex fine affectantis ignorantiam, si enim (inquit, ipse) quis ignorantiam affectet ex falsa opinione contra Ecclesiam, quia nimirum parui momenti esse existimet, quæ eadem Ecclesia proponit, & tunc est verus hæreticus; Affectans enim ignorare quæ Ecclesia proponit, eius autoritatem despicere dicitur, & consequenter non est paratus ab Ecclesia corrigi, similiter erit hæreticus, qui ignorantiam affectat ad finem liberius errandi in fide, sic enim recedere ab Ecclesia est magis voluntarium, & pertinaciam præ se fert, secus, si ignorantia affectetur tantum ex negligentia, vel tædio addiscendi, vel ex alia quauis causa præter dictas duas, vt ibi per eum.

LIMITA V. † vt nec excuset ignorantia iuris naturalis, ex allegatis per Angelicam *in summa in verbo, Fides, nu. 6. Ad iura Aluari,* Syluestrina *in eodem verbo, Fides, nu. 7. in fin.* Rotella *in verbo hæreticus, in principio, vers. Hoc tamen intellige,* Repert. Inquisit. *in verbo, Error, vers. qui per simplicitatem in fine, & in verbo, Fides, vers. Vtrum simplices etiam in fine,* Cald. *in tract. de hæreticis rubr. de hæreticis credentibus, &c. nu. 4.* vbi bene docet, omnia Precepta Decalogi esse fundata in naturali ratione, & propterea eorum ignorantiam non excusare, Zanch. *in tract. de heret. cap. 2. nu. 3. & 4.* vbi propterea dixit, Religionem erga Deum esse de iure quasi naturali, & quod propterea non excusatur ignorans cultum fidei, quæ est publice nota omnibus. Et quod isto casu sic ignorans dicitur in lata culpa, & ibi Campegg. *in additionibus litera C. in verbo, Religio.* vbi etiam dixit, hominem secundum naturam rationis, quæ sibi propria est, habere naturalem inclinationem 31

tionem ad cognoscendam veritatem de Deo. Naturalisque ratio dictat, vt Deo veluti superiori adiutori, ac benefactori, subiiciamur, honorem, cultumq; exhibeamus, infertque etiam oblationem sacrificij esse de iure naturali, Ecclesiasticasque cæremonias, & Sanctorum Sacramentorum ritum, externaque signa iure naturali debita esse, & his similia, de quibus ibi per eum; Simanch. *Catholicar. Institution. tit. 26. rubric. de errore, & ignorantia, num. 11.* vbi propterea dixit Ignorantiam non excusare, quando quis diceret, se nescire fornicationem esse malum, & continentiam esse bonum. Et idem si diceret, se nescire homicidium esse illicitum & prohibitum; Hæc enim à lege naturali sunt in nostra conscientia expressa, & consequenter ignorantia non excusat, *vt ibi per eum.* Ioann. Lopez *in allegationibus hæreticalibus, §. sexto in principio, vers. suis autem ignorat.* vide quæ generaliter dixi *in tit. de pœnis temperandis, quæst. 90. n. 101.* Et omnino Ioan. Azzor. Iesuitam *Institutionum Moralium, par. 1. lib. 1. cap. 13. qu. 1.*

32 AMPLIA VI. † Vt tunc demum ignorantia excuset in crimine hæresis, quando sic ignorans est paratus se corrigi, & in errore non est pertinax. Data enim pertinacia, ignorantia non excusat, præsertim si monitus in errore persistat, & est de mente omnium Doctorum allegatorum supra in regula, qui dum admittunt ignorantiam excusare, semper loquuntur cum præsupposito, quod errans non sit pertinax, sed paratus se corrigi, & in specie sic declararunt Decian. *in tractat. crim. lib. 5. c. 55. nu. 4.* Syluestrina *in verbo, hæresis, §. 1. n. 5.* vbi generaliter dixit, quod pertinacia siue occulta, siue publica, ignorantiæ præsumptionem excludit, Simanch. *Catholicar. Institution. tit. 48. rubr. de pertinacibus, num. 15. & sequentibus.* vbi etiam plura de hac monitione facienda erranti ex ignorantia, qualis esse debeat ad hoc vt ignorantia eum non excuset, & in Enchiridio. *tit. 30. rubr. de pertinacibus numero 7.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum, par. prima, quæst. 7. Commentar. 22. in quarta regula, versic. Nam si post legitimam admonitionem*, post Zanchinum, & Arnaldum Albertinum *in locis ibi per eum relatis fol. mihi 67. colum. 1.* Ioan. Azzor Iesuita *in summa par. 1. lib. 8. cap. 8. in 4. quæstione.* vide quæ in simili dixi *supra hac eadem quæstione, n. 3.* de simplicitate dixi *supra num. 20.* & vide etiam *infra qu. 196. num. 9. & seqq.*

33 LIMITA VII. † Regulam procedere, quando ignorantia cadit in his, quæ quis explicite credere non tenetur, de quibus dixi infra hac eadem quæstione num. . . in his inquam ignorantia excusat, ex allegatis per Simanch. *Cathol. Inst. tit. 26. rubr. de errore, & ignorantia, nu. 5.* vbi pluribus hanc firmat conclusionem. Hancque probabilem vocat ignorantiam, testaturq; hanc esse Constantissimam Sententiam Theologorum, & Iurisperitorum, *& tit. 15. rubr. de hæreticis credentibus, &c. num. 2. & tit. 55. rubr. de protestatione nu. 11. & in Enchiridio. tit. 13. rubr. de credentibus n. 1. & in tit. 48. rubr. de errore, nu. 1.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum, par. 1. quæst. 7. Comment. 22. in quarta regula in principio fol. mihi 67. col. 1.* & ante istos Ioan. Calderin. *in tractat, de hæreticis rubr. de hæreticis credentibus, &c. n. 5. vers. si vero aliquis dixerit,* Ludou. à Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis, lib. 3. qu. 3. nu. 46. & seqq.*

34 Secus † in his, quæ quis explicite scire tenetur, prout sunt articuli fidei in Symbolo contenti, in quibus ignorantiam non excusare bene docet Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis rubr. de hæreticis credentibus, &c. n. 3. ante finem, & latius n. 3. & n. 5.* vbi latius idem esse in ignorante Præcepta Decalogi, quæ non sint fundata in ratione naturali, vt ipse magistraliter demonstrat, hoc ideo ignorantia non excusat, & pluribus probat Arnald. Alb. *in repetitione rubr. de hæreticis in 6. qu. 13. num. 24. & seqq.* Angelica *in summa in verbo, Fides, nu. 7. vers. Alio modo.* Cardin. Tolet. *in summa, lib. 4. cap. 2. rubr. de modo, & necessitate fidei, nu. 4. ad finem,* vbi dixit, quod ignorare articulos ad Humanitatem & Diuinitatem pertinentes, ibi per eum explicatos, est mortale peccatum, nec homines ex ignorantia excusantur, cum non possit quis Christiane viuere absq; illorum cognitione, & ibi testatur de cõmuni, Repert. Inquis. *in verbo, Ignorantia, versic. An ignorantia, & in verbo, Scire, vers. Qui errat, nesciendo ea, quæ scire tenetur, & in verbo, Error, vers. An qui errat nesciendo, & in verbo, Excusari, versic. An si forte,* Simanch. *Catholic. Instit. tit. 26. rubr. de errore, & ignorantia, nu. 3. & 4. & nu. 7. & tit. 28. rubr. de fide Catholica, nu. 13. & tit. 15. rubr. de hæreticis credentibus, &c. nu. 2. & tit. 55. rubr. de protestatione, nu. 8. & in Enchiridio. tit. 48. rub. de errore, nu. 4. & tit. 49. rubr. de ignorantia, n. 5.* Io. à Rojas *singular. 92. nu. 3. & 4.* vbi alij referuntur concordantes, *& in tractat. de hæreticis, par. secunda, num. 271.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum, par. 1. quæst. 7. Commentar. 22. in 1. regula, fol. mihi 66. col. 2. & par. 2. ad cap. 1. extra de hæreticis, fol. mihi 89. versic. Potest item, colu. 2.* Squillacen. *de fide Catholica, cap. 21. nu. 1.* vbi tamen dixit, quod errans in Articulis Fidei ex leuitate, vel ex ira, largo modo dicitur hæreticus, Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 37. num. 24.* Ludou. à Paramo *de origine sanctæ Inquisitionis lib. 3. quæst. 3. num. 43. & seqq. & quæst. 9. num. 142. & seqq.* vide tamen Ioan. Azzor. Iesuitam *in summa, par. prima, lib. 8. ca. 6. in 7. quæst.* vbi dixit, difficile esse credere, in quolibet pio & fideli Christiano cadere posse iustam, & probabilem ignorantiam articulorum fidei.

Vide quæ in simili de simplicitate dixi supra hac eadem quæstione, *nu. 16. & seqq. & infra num. 81.*

SVBLIMITA † hanc septimam limitationem, quod licet ignorantia non excuset in his, quæ quis explicite scire tenetur, prout sunt articuli fidei, intellige, vt scil. non excuset à peccato, excusat tamen ab hæresi, & illius pœna, si pertinacia careat, quæ tamen in hoc casu regulariter presumitur, &c. secundum Simanch. *Cathol. Institution.* qui bene hanc declarationem comprobat, *tit. 26. rubric. de errore, & ignorantia, num. 7.* Ioan. à Rojas *qui alios refert in tractat. de hæreticis, par. secunda. assertion. 26. num. 270.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 37. num. 15. in fin. versic. Licet autem,* & ante istos Repertor. Inquisitor. *in verbo, Ignorantia, vers. Ignorantia est peccatum.* vbi dixit, ignorantiam esse peccatum in his, quæ quis scire tenetur, pertinentibus ad fidem, & *in vers. Ignorantia facti in fine,* dixit, quod errans propter ignorantiam in articulis fidei non excusatur. Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus, §. 5. in fine.* 35

LIMITA VIII. † Vt licet errans in fide per ignorantiam regulariter non sit hæreticus, nec vt hæreticus puniendus sit; errores tamen suos arbitrio Iudicis reuocare debet, pure, simpliciter, sine conditione, voce sua, & constanti assertione, non tamen tenetur fateri se errando peccasse contra Fidem Catholicam, saltem mortifere, nec post reuocationem reuocanti pœnitentia iniungenda est, nisi forte sponte, vel ad cautelam, vel ex humilitate voluerit eam subire, neque infamia notabitur, ex allegatis per Simanch. *Cathol. Instit. tit. 26. rubr. de errore, & ignorantia, num. 8.* vbi propterea dixit ita sentire & Theologos, & iuris peritos, *& in Enchiridio. tit. 49. rubr. de ignorantia, num. 6.* 36

Verum † ad id, quod dicitur de pœnitentia, tutius forsan erit erranti in fide etiam per ignorantiam, aliquam imponere Pœnitentiam, ex his quæ dixi *supra hac eadem quæstio. num. 5. & num. 20. & infra num. 64.* vbi secundum Pegnam eo loci allegatum dixi, etiam errantibus in fide, & deceptis à viris doctis, Patribus, & magistris, esse aliquam pœnitentiam licet leuem imponendam. 37

38 LIMITA IX. † Vt ignorantia non excuset in Sortilegiis, ex allegatis in Repertor. Inquisitor. *in verbo, Excusari, vers. Sed nota, quod nec ignorantia.*

ARGVMENTVM.

Sine intentione hæretica, & praua, hæresis non committitur; quando hoc verum sit; & quid de hæresi commissa iocose, lubrico linguæ, per iram, aut simili modo.

SVMMARIA.

Mala intentione quem hæreticalia verba non protulisse, pluribus modis contingere potest, de quibus num.39.

Iocose, & non serio verba hæreticalia proferens, hæreticus non est, nu.40.

Lubrico linguæ hæreticalia verba proferens, hæreticus non est, num.41.

Ira excusat proferentem verba hæreticalia, num.42.

Animi perturbatio & commotio excusat proferentem verba hæreticalia, nu.43.

Vxorem si quis dixerit se habiturum in alio seculo, iocose tantum, non dicitur hæreticus, num.44. Et alia exempla hæresis iocose dicta.

Referens aliorum hæreses, non dicitur hæreticus, nu.45.

Ira, ioco, aut lubrico linguæ proferens verba hæreticalia eo magis excusatur, si statim se correxit, nu.46.

Inquisitores nunquid procedere possint contra proferentes verba hæreticalia, ioco, vel lubrico linguæ, num.47. & 48.

Prædicans hæresim, quam quis profitetur, non excusatur, etiam quod dicat non credidisse hæresim, quam prædicabat, asserens se sic prædicasse propter aliquod commodum temporale, vel vanam gloriam; & sic non habuisse errorem in mente, n.49.

Ioco, lubrico linguæ, seu ira proferens verba hæreticalia excusatur, si sic dixisse eum pœniteat; secus si in errore fuerit pertinax, num.50.

Mala intentio in proferente verba hæreticalia in dubio præsumitur, nisi contrarium probetur, n.51. Licet alij contra. n.52.

Iocose, lubrico linguæ, aut ira proferenti verba hæreticalia, non creditur sic dicenti illa protulisse sine mala intentione, nu.53.

Intentionem malam negans, non excusatur, sed punitur in faciente ritus, & cæremonias hæreticales, nu.54. Licet alij contra, nu.55.

Declara hoc procedere in faciente ritus, & cæremonias hæreticales, secus in proferente verba hæreticalia. Hoc enim casu sic hæreticalia verba proferens, vt se excusans, non punitur, sed cogitur ad se purgandum, vel ad abiurandum, vel torquetur, nu.56. & nu.58. & 59.

Bona, vel mala intentione, si quis verba hæreticalia protulerit, tortura infligitur, nu.57.

Tortura super intentione datur illi, qui protulit verba hæreticalia, sed negat intentionem, nu.57.

Tortura super intentione non datur illi, qui facto hæresim commisit, vtputa exercendo ritus & cæremonias hæreticas, num. 56.58. & 59. sed sine tortura habetur pro hæretico, vt ibidē.

Tortura super intentione datur confitenti se protulisse verba hæreticalia, sed neganti intentionem secus, si de hoc conuictus fuerit, & ipse neget talia verba protulisse. Tunc enim est locus punitioni, & non torturæ, num.60. Licet alij contra, nu.61.

Torturam super intentione datam si quis sustinet, An sit relaxandus, num.61. vers. Tortus super intentione.

Iocose, lubrico linguæ, seu ira, hæreticalia verba proferens, licet excusetur à pœna hæresis, non tamen impunitus dimittitur, sine aliqua pœnitentia, num.63. & 64.

Pœna pecuniaria imponitur proferenti verba hæreticalia, iocose, ex ira, vel ex lubrico linguæ, num.64.

QVÆST. CLXXIX. §. 4.

39 QVod † quis hæreticalia verba protulerit sine mala intentione, pluribus modis contingere potest. Primo per ignorantiam, *dixi supra hac eadem quæstione §.3.* Secundo per simplicitatem, *dixi pariter supra hac eadem quæstione §.2.* Tertio sic credendo teneri ab Ecclesia, *dixi in §.1.* Quarto iocose, lubrico linguæ, inaduertenter, & per iram, de quo nunc dicendum est.

REGVLA † sit, quod hæreticus est qui serio, & mala intentione hæreticalia verba profert, secus si non serio, vtputa iocose, Archidiac. *in cap. inter schisma, num.1. in fine versic. Et dic habet serio, 24. qu.3.* & ibi etiam Bellam. *num.2. in verbo, Habet serio,* Carer. *in tractat. de hæreticis, sub num.2. & num.9. versic.* Intellige tamen, post Baldum, Iasonem, Cardinalem, & Herniam *in locis per eum relatis.* Repert. Inquisit. *in verbo hæreticus, versic. Sed Andreas de Isernia,* vbi de verbis hæreticalibus in ludo prolatis, *& in verbo Detegitur, versic. Pro declaratione.* Vmbert. Locat. in iudiciali inquisitorum *in verbo, Verbum. nu.2. ante finem.* Squillacen. *de fide Catholica cap.20. nu.2.* Zanch. *in tract. de hæreticis, cap.7. nu.9.* Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.37. nu.8.* & ante eum Simanch. *Catholic. Institut. tit.17. rubr. de defensione reorum, nu.22.* vbi bene exemplificat, quando hæc excusatio locum habeat, *& in Enchiridio. tit.47. rubr. de defensionibus num.18.* Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus, §.4. ad finem.* Iacob. de Graffijs *lib.2. suarum decisionum cap.8. rubr. de hæreticis, nu.6.* 40

AMPLIA I. † propositam regulam, vt idem sit, vt excusetur à pœna hæresis, nec vt hæreticus puniri possit is, qui lubrico linguæ, seu alias inaduertenter, aliqua hæreticalia verba profert; lubricum enim linguæ, non facile ad pœnam trahendum est, *l. famosi, ff. ad l. Iul. maiestat. l. 1. C. si quis Imperatori maledixerit, cap. quod autem ait 22. quæst.2.* Carer. *in tract. de hæreticis num.2. & num.9. vers. Intellige tamen,* Zanchin. *in eodem tractatu de hæreticis, cap.7. nu.9.* Angelica *in summa in verbo hæreticus, n.24. ante finem.* Repert. Inquisit. *in verbo hæreticus, versic. Sed Andreas de Isernia. & in verbo Detegitur, versic. Pro declaratione.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo, Verbum, nu.2.* Simanch. *Catholicar. institut. tit.17. rubr. de defensione reorum nu.19. Et in Enchirid. tit.47. rubr. de defensionibus, nu.16.* Squillacen. *de fide Catholica cap.19. nu.3. in fine, & cap.20. num.1. & post dictum num.1.* Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst.36. n.11.* Ioan. à Roy.as *in tractatu de hæreticis par.1. nu.53.* vbi refert exemplum Diui Cypriani, qui non pertinaciter, sed inaduertenter hæreticalem errorem protulit, & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus,* vbi declarat, ibi Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio inquisitorum par. 3. in rubr. de forma examinationis testium, in verbo, Seu animo indeliberato, Commentar.17. fol. mihi 451. col.1.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.37. sub nu.8.* Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus. §.4. ad finem.* 41

AMPLIA II. † Vt excusetur etiam is, qui hæreticalia verba profert ex ira, & iracundia, & in illo subitaneo impetu, ex allegatis per Simanch. *Catholicarum institutionum tit.17. rubr. de defensione reorum, num.47. & sequentibus. Et in Enchiridio. tit.47. rubr. de defensionibus, n.24.* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, qu.8. num.6.* Repertor. Inquisitorum *in verbo hæreticus, vers. Sed Andreas de Isernia, & in verbo Detegitur, vers. Pro declaratione.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum in verbo Verbum, num.2. ante finem.* Squillacen. *de Fide Catholica cap.20. nu.2.* Arnald. Albertin. *in tractatu de agnoscendis assertionibus Catholicis, & hæreticis, quæst.36. num.18.* Zanchin. *in tract. de hæreticis cap.7. num.9.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio inquisitorum par.3. rubr. de examinatione testium, Commentar.17. fol. mihi 451. colum.1. ad finem, versic. penultimo.* Vide quæ in simili dixi *supra de Blasphemia qu.20. nu.47. & seqq.* 42

AMPLIA III. † Vt idem sit de proferente hæreticalia verba propter magnam animi perturbationem, & commotionem, seu corporis dolorem, prout scripsit idem Simanch. *Catholicar. Institution. tit.17. rubr. de defensione* 43

sione reorum nu. 41. *& n.* 46. vbi ponit exemplum in mulieribus, quæ improuisa, inopinataque morte maritorum, aut filiorum commotæ aliquid impium repente dixisse conuictæ fuerint, dicitque eas non esse hæreticas, neq; seuerius puniendas, *iuribus ibi per eum allegatis, Et in Enchirid. tit.* 47. *rubr. de defensionibus, num.* 22. *&* 23.

44 Amplia IV. † in eo, qui iocose dixerit, quod habebit vxorem in alio sæculo, nam si in hoc eam non habuit, non reputatur hæreticus, si in hoc errore pertinaciter non insistat. Summa Rosella *in verbo hæreticus, vers. Quid si aliquis idiota publice dicat truffando.* Alia exempla verborum hæreticalium iocose, & per facetiam prolatorum videas per Nauar. *conf.* 8. *in princ. de hæreticis lib.* 5. & an ex verbis fidei inordinate prolatis ab aliquo is reputetur hæreticus, vide Ludou. à Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis lib.* 3. *qu.* 3. *num.* 114. *& seqq.*

45 Amplia V. † in eo, qui aliorum hæreses refert, qui nisi dolo malo sic referat puniendus non est. Simanch. *Catholicar. Institution. cap.* 17. *rubr. de defensione reorum, num.* 18. vbi amplius dixit, quod dolus isto casu non præsumitur, nisi ex circumstantiis aliud sit verisimile, testaturque vidisse multos suspectos homines, qui testibus conuicti excusabant se, quod referendo, & non affirmando sic dixerant, sed quod hæc excusatio nihil eis profuit. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 37. *num.* 61. vbi pariter post Simanch. *in Enchirid. cap.* 47. *num.* 15. dixit referentem aliorum hæreses excusari, nisi dolo malo probetur id fecisse, per regulam, quod merus relator reprehendi non debeat, ad glossam & Decium *in locis ibi per eum relatis.* Addo & Franciscum Pegnam *in additionibus, ad Eymericum in Directorio Inquisitor. par.* 3. *rubric. de forma examinationis testium Commentar.* 17. *fol. mihi* 450. *col.* 2. *litera C. per totam, & fol.* 451. *colu.* 1. *vsque ad literam D.* vbi refert dicta per Simancham *in loco præcitato*, & etiam dixit, quod dolus præsumetur ex circumstantiis rerum, ex qualitate personarum, & ex modo referendi, & vlterius subdit, quod etiam quod quis sine dolo aliorum hæreses recitet, non tamen sine culpa, & impudentia hoc erit, vtputa si disputando coram rudibus, aut concionando coram his, qui nihil contra fidem audiuerunt, ad inanem quandam ostentationem hæreticorum dogmata, recenseat, & quod tūc propterea ab Episcopis inhibendum est, ne amplius id fiat, cum sæpe contigerit, prout ipse testatur, plures lapsos fuisse in eas hæreses, quas recitari audiuerunt, Ioan. Azzo. Iesuita *in summa par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 10. *rubric. de pœnis hæreticorum quæst.* 7. vbi de eo, qui non voluntate confirmandi, sed tantum gratia legendi, disputandi, aut quid simile maiorum errores recenset.

46 Amplia VI. † Multo magis in proferente verba hæreticalia per iracundiam, ioco, aut lubrico linguæ, qui se statim correxit, cui propterea magis pœna minuenda est, aut nulla prorsus infligenda, licet bene grauiter reprehendendus sit, & admonendus, vt caueat in futurum; secundum Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum in Directorio inquisitorum par.* 3. *Rubr. de examinatione Testium, Comment.* 17. *fol. mihi* 451. *col. prima, versic. Illud hoc loco addendum*, & ante eum Simanch. *Catholicar. Institut. cap.* 17. *numer.* 19. *& in Enchiridio. tit.* 47. *rubr. de defensionibus n.* 16. Squillac. *in tract. de fide Catholica cap.* 20. vbi dixit, pœnam aliquam, & pœnitentiam leuem imponendam esse illi, qui lubrico linguæ semel protulit verba hæreticalia, si statim requisitus paratus est se corrigere, Ioan. à Royas *in tract. de hæreticis par.* 2. *assertione* 24. *num.* 252. *& seqq.* vbi alios refert.

47 Amplia VII. † Quia quando verba hæresim sapientia fuerunt ioco, vel lubrico linguæ prolata, tunc videtur, quod pœnam extraordinariam sic proferenti, non Inquisitores, sed Ordinarij infligere possint, secundum Gundisal. *in tractatu de hæreticis, qu.* 1. *nu.* 8. *in fine:* Refert eum, & sequitur Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *c.* 37. *rubr. de defensionibus reorum num.* 8. *ad finem vers. Quam tamen pœnam extraordinariam.* Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo Verbum, num.* 3. Qui tamen loquitur, quando verba hæreticalia huiusmodi non saperent heresim manifestam.

Cuius † contrarium, & verius, quod imo inquisitores possint hanc extraordinariam pœnam infligere proferentibus hæreticalia verba ioco, vel lubrico linguæ, voluisse videtur Ioan. à Royas *singul.* 103. *num.* 5. & magis expresse Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio inquisitorum par.* 3. *tit. de forma examinationis Testium, Comment.* 17. *fol.* 450. *col.* 1. *vers. Non autem ea motus ratione.* eo enim, quod quis hæreticalia dixit, aut fecit, statim subijcitur iurisdictioni Inquisitorum, ad quos spectat explorare, An verba fuerint per iocum, vel serio prolata, & hoc verius credo, allegat Gundisal. *in tract. de hæreticis, qu.* 8. *num.* 6. Ioan. Lopez. *in allegationibus hæreticalibus* §. 4. *ad finem.* 48

Limita I. † Propositam regulam non habere locum in eo, qui hæresim profitetur, & prædicat, etiam quod dicat non credidisse hæresim, quam prædicabat, sed sic prædicasse propter aliquod commodum temporale, propter vanam gloriam, aut quid simile, vt bene docet Calderin. *in tract. rub. de hæreticis credentibus, sub num.* 1. *vers. hæreticus est, & num.* 6. vbi propterea testatur, Dulcinum, qui fuit magnus Hæresiarcha, fuisse traditum Curiæ seculari, non obstante excusatione prædicta, ex quo scienter, & seriose contra fidem locutus fuit, licet in animo non sic crederet, prout loquebatur. 49

Limita II. † Vt hæreticalia verba proferens, ioco, lubrico linguæ, seu per iracundiam, tunc demum excusetur, quando sic dixisse eum pœnitet; Vnde secus si in dicto errore pertinax fuerit. Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo, Verbum, n.* 2. *& post iudiciale inquisitorum, q.* 27. *vers. Vel correctus noluit se corrigere*, faciunt quæ dixi *supra hac eadem quæstione nu.* 20. *& nu.* 32. 50

Limita III. † Quia in dubio, qui hæreticalia verba profert, & multo magis si hæreticalia facta exercet, habet contra se malæ intentionis præsumptionem, nec ei neganti intentionem creditur, Voluerunt allegati in Repertorio inquisitorum *in verbo, Confessio, versic. Nota singulare fol. mihi* 153. *colum.* 2. *in fine, & in verbo Facto, versic. An quando factum fol.* 339. *colum.* 2. *& in verbo Præsumptio, vers. item omne male factum il primo, & il secundo, fol. mihi* 29. *colum.* 2. vbi reddit rationem; Quare nemo existimandus sit dixisse, quod mente non cogitauit, & quod non sentiret, *iuribus allegatis ibi per eum, & in verbo, Probatio, vers. Nota quod qui qualitatem allegat, illam probare debet fol. mihi* 641. *colum.* 1. *in fine*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum quæst.* 27. *in fine, versic. Ecclesia enim.* Rota *in tit. de hæreticis decis.* 1. *alias* 875. *nu.* 10. *&* 11. *in antiquis.* Simanch. *Catholicar. institut. tit.* 13. *num.* 13. *& sequentibus, & in Enchirid. tit.* 29. *rubr. de confessis, num.* 7. *& tit.* 40. *de præsumptionibus num.* 13. Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst.* 36 *num.* 18. *versic. Circa prædicta*, alios plures idem dicentes refert, & bene comprobat Ioan. à Royas *in tract. de hæreticis par.* 1. *num.* 304. *& seqq. & num.* 319. *&* 321. *& seqq.* vbi etiam, An contra istam iuris præsumptionem de mala intentione admittatur probatio in contrarium, & quomodo. *& nu.* 356. *& seqq. par.* 2. *num.* 205. *& seq.* Campeg. *in additionibus*, & Zanchin. *in tractat. de hæreticis cap.* 22. *Litera C. in verbo Inquisitor, vers. Adde quod:* Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus*, §. 7. 51

Quicquid † secus dixisse videatur idem Ioan. à Royas *in tract. de hæreticis par.* 1. *num.* 209. *& seqq.* & Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 37. *num.* 6. qui tamen loquuntur, quando quis profert aliqua verba hæreticalia dubia, ha- 52

bia, habentia duplicem sensum, Catholicum scilicet & Hæreticum, vt tunc scilicet credatur asserenti verba hæreticalia prædicta protulisse bona intentione, & in bonum sensum, iuxta ea, quæ dixi *infra quæst.* 187. *nu.* 11. Secus si verba, aut facta non sunt dubia, sed in hæresim sonantia; tunc enim non præsumitur bona intentio, vt ex præallegatis apparet.

53 Sic † nec etiam credendum est asserenti verba hæreticalia dixisse iocose, lubrico linguæ, per iram, seu alias inaduertenter, cum præsumptio sit, quod mala intentione sic protulerit, vt mox dicam, & in specie voluit Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis rubr. de hæreticis credentibus, &c. num.* 6. *in fine, vers. si vero dicit quis*, vbi propterea aduertit, Inquisitorem non debere esse facilem ad recipiendam talem excusationem, quia quasi omnes moderni hæretici sic se excusant. Arnald. Albert. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis, & Hæreticis, qu.* 36. *nu.* 18. *versic. Circa prædicta*. Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.* 1. *num.* 8. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio inquisitorum par.* 3. *rubr. De forma examinationis testium, Comment.* 17. *fol. mihi* 450. *col.* 2. *vers. ad hæc*. Decianus *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 37. *nu.* 8.

54 Amplia I. † Hanc tertiam limitationem, vt propterea, qui hæreticales ritus, & cæremonias fecisse fatetur, credulitatem autem & intentionem, erroremque in intellectu sub prætextu ignorantiæ, seu inaduertentiæ, prorsus negat, hæreticus reputandus sit, & vt hæreticus puniri debeat reiecta excusatione, & qualitate intentionis; Si enim hæc excusatio, & qualitas admitteretur, vtique omnes hęretici impuniti euaderent, quia omnes sic dicerent, quod absurdum videtur, ex traditis in Repertorio Inquisitorum *in verbo. Confessio, versic. Nota singulare fol. mihi* 153. *colum.* 2. *in fine*. Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis, & Hæreticis, quæst.* 8. *num.* 12. *& quæst.* 32. *num.* 17. *& quæst.* 32. *num.* 12. *& quæst.* 34. *num.* 53. quem & alios plures, idem tenentes Canonistas, & Theologos, refert & sequitur Ioan. à Royas *in tractat. de hæreticis par.* 1. *nu.* 276. *& omnibus sequentibus*, vbi etiam & iuribus, & rationibus pluribus, hanc firmat sententiam, & in ea residere videtur, & idem repetit *in par.* 2. *num.* 212. Simanch *in Enchirid. violatæ religionis, tit.* 29. *rubr. de Confessis num.* 8. vbi dixit, quod qui facto, aut verbis hæresim committit, vt hæreticus puniendus est, quamuis recta intentione se id fecisse iurauerit. Iacob. de Graffijs, *lib.* 4. *suarum decisionum, cap.* 18. *num.* 28.

55 Quicquid † secus in contrarium adduxerit idem Io. à Royas *vbi supra in tract. de hæreticis dicta par. prima nu.* 33. *& sequentibus, vsque ad numer.* 276. *& numero* 209. *& sequentibus pluribus*, qui tamen loquitur, quando verba aliqua prolata sunt dubia, duplicemque habent sensum, & Catholicum, & Hæreticum, prout & ita etiam loquitur Decian. *in tractat. crimin. qui contrarium asserere videtur lib.* 5. *cap.* 37. *nu.* 6.

Vide tamen Didac. Canter. *in quæst. Crimin. rub. de hæretic. &c. c.* 1. *nu.* 69. vbi late reassumento dicta per Ioan. Royas in loco præallegato volentem, quod confitens factum erroneum, & negans intentionem, sit relaxandus tanquam negatiuus Curiæ seculari, etiam quod non sit plene conuictus, quia confessio supplet. In primis demonstrare conatur, quod allegati per Ioannem Royas ad comprobationem huius suæ opinionis eam non probant. Deinde eam admittere videtur, quando reus non solum fatetur hæreticale & negat intentionem, sed etiam est plene conuictus, secus si confessus tantum & non conuictus. Et demum concludit, quod licet de rigore iuris sententia Ioannis à Royas sic vt supra declarata substineri possit, eius tamen opinio est, quod siue confessus tantum, siue confessus, & conuictus de facto hæreticali intentionem neget, non relaxandus, sed super intentione torquendus sit, & hanc suam opinionem, quam etiam asserit esse de mente Simanch. *de hæretic. cap.* 2. *num.* 22. æquiorem affirmat. & vide rursus eundem Canteram *vbi supra num.* 70. *versic. Est nunc videndum*, vbi tractando eandem materiam in terminis hæretici dogmatistæ concludit, quod dogmatista conuictus de errore, & confessus, si intentionem neget, relaxandus curiæ seculari, si autem solum confessus fuerit, & non conuictus negans intentionem, non relaxatur curiæ seculari, sed torquetur, & ita etiam videtur voluisse Iacob. de Graffijs *lib.* 2. *suarum decisionum cap.* 5. *num.* 15. *vers. Quod si non compareant sponte*. Vide quæ de tortura super intentione inferenda *dixi infra nu.* 58. *& seq.*

Limita † Rursus præcedentem ampliationem 56
procedere in eo, qui fatetur facta hæreticalia; In his enim mala intentio præsumitur, & excusatio non admittitur, secus in confitente se protulisse verba hæreticalia, & negat intentionem: is enim non condemnatur, vt hæreticus, sed quia de hæresi est suspectus, aut indicitur purgatio, aut cogitur ad abiurandum, aut vt mox dixi, torquetur, vt expresse declarat Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis, & hæreticis qu.* 36. *nu.* 18. *vers. circa prædicta*, & est de mente eiusdem Albertini, *quæst.* 34. *sub num.* 52. *& 53. & quæst.* 8. *num.* 12. Refert eum Ioan à Royas *in tractat. de hæreticis par.* 1. *num.* 302. *&* 303. *& num.* 306.

Amlia II. † dictam tertiam limitationem, vt si 57
quis confiteatur verba hæreticalia protulisse, sed negat intentionem, potest super ista intentionis qualitate torqueri, ex allegatis per Simanch. *Catholicar. Institut. cap.* 65. *numer.* 52. *& cap.* 13. *num.* 17. *&* 19. *Et in Enchiridio. tit.* 29. *rubr. de confessis num.* 10. *& tit.* 52. *num.* 7. Vmbert. Locat. *post Iudiciale inquisitorum quæst.* 27. *versic. Si autem Præsumptiones in oppositum*. Decian. *in tractat. crim. libro* 5. *cap.* 36. *num.* 17. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum par.* 3. *qu.* 61. *Comment.* 110. *fol. mihi* 648. *col.* 1. *vers. Ad hæc*, & faciunt dicta hac eadem quæstione, *supra num.* 6.

Limita I. † Hanc secundam ampliationem, de 58
inferenda tortura super intentione, vt procedat, quando quis fateatur protulisse verba hæreticalia, & negat intentionem, secus si fateretur se fecisse aliquod hæreticale, vt puta ritum Iudæorum, aut quid simile, quod non nisi in malam hæretici intentionem sonare potest. Tunc enim non torquetur, sed punitur, vt bene declarat Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis, & hæreticis quæst.* 36. *num.* 18. *vers. circa prædicta, &c.*

Contrarium † voluisse videtur Simanch *Catholicar.* 59
Institut. cap. 65. *num.* 52. vbi dixit torquendos esse eos, qui fatentur se dixisse, aut fecisse aliquod hæreticum, sed negat intentionem, & dixi mox supra *hac eadem quæstione num.* 54. *in vers. Vide tamen.*

Quod si factum non est prorsus hæreticale, potuitq; etiam fieri absq; mentis errore, & ex alia causa, vt puta in eo, qui in sortilegijs admiscuit Sacramenta, vel sacramentalia, vel inuocauit Dæmones ad faciendum ea, quæ facere non possunt potestate naturali, vel ad ea, quæ possunt facere, sed verbis deprecatiuis, tunc taliter conuictus torqueri potest super vlteriori veritate, & super intentione, & credulitate eorum, quæ operatus fuit, & si in tortura persistit adhuc abiurare compellitur de vehementi, vt per Monte Maran. *in pract. Archiepiscop. cap.* 84. *num.* 8. *ante fin.*

Limita II. † Eandem secundam ampliationem, 60
de tortura inferenda reo, confitenti prolationem verborum hæreticalium, seu etiam exercitium alicuius actus hæreticalis, vt procedat, quando reus sic confitens non sit conuictus, secus si de hoc esset aliunde conui-

conuictus; nam tunc est locus puni ioni, vt dixi *supra hac eadem quæstione numero* 54. non autem torturæ, vt bene declarat Simanch. *Catholicar. Institution. cap.* 13. *numero* 17. *&* 19. vbi propterea dixit torturam inferendam, quando res est dubia, tacite sentiens, secus esse quando reus est plene conuictus, *& in Enchiridio. tit.* 52. *num.* 27. Ioan. à Royas *in tractat. de hæreticis par. prima num.* 184. *& seqq.* Et ab hac opinione non crederem recedendum.

61 Nunquid † autem tortus super intentione, & persistens relaxandus, & liberandus sit, videtur, quod adhuc puniri possit tanquam de hæresi suspectus leuiter, vel vehementer considerata qualitate personæ, delicti, & scandali, si credendum est. Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum quæst.* 27. *versic. Si autem præsumptiones, in oppositum.* Nec dissentit Iacob. de Graffijs *lib.* 2. *suarum decisionum cap.* 5. *nu.* 15. *ad finem, versic. Etsi post torturam,* vbi amplius, quod debet indici purgatio de vehementi, quorum sententia mihi non placet, quando quis fuerit sufficienter tortus, per ea quæ dixi *infra in materia torturæ, quæst.* 185. *nu.* 126. *& seqq.*

62 Sublimita † præcedentem tertiam limitationem, in qua dixi in dubio malam, & non bonam præsumi intentionem. Nam quod imo, quod quis iocose ex lubrico linguæ per iram, inaduertenter, seu alias non cum mala intentione protulerit verba hæreticalia, seu quid hæreticale fecerit, probatur coniecturis, ex qualitate scilicet verborum, & factorum, in Repertorio Inquisitorum *in verbo Facto, vers. Intentio probatur fol. mihi* 379. *colum.* 2. *& in verbo, Probatio, eodem vers. Intentio probatur, & vers. sequenti, fol. mihi* 639. post Speculatorem, & Baldum *in locis ibi per eum relatis.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo hæreticus, num.* 33. *versic. Consideranda sunt,* vbi propterea aduertit in proposito bene considerandam esse qualitatem personæ loquentis, modum loquendi scandalum datum, & similia, & post iudiciale inquisitorum, *quæst.* 27. vbi pro præsumptione malæ intentionis considerat, quando is, qui hæreticalia verba protulit, erat vir doctus, vel illa protulit publice legendo, vel publica prædicatione. Squillacen. *in tractat. de fide Catholica cap.* 20. *sub numero primo,* vbi dixit in hoc maxime attendendam personarum qualitatem. Simanch. *in Enchirid. violata religionis tit.* 29. *rubr. de Confessis, num.* 9. Ioan. Lopez. *in allegationibus hæreticalibus,* §. 7. *post medium, versic. Ad hoc tamen,* vbi quod præsumptio malæ intentionis tollitur per actus exteros contrarios, & per contrarias præsumptiones, *& in* §. 10. in specie non malæ intentionis præsumptionem esse considerat in eo, qui non clam, sed publice aliqua hæreticalia verba profert; & bene declarat Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio inquisitorum par.* 3. *rubric. de forma examinationis Testium Commentar.* 17. *fol. mihi* 450. *colum.* 1. *vers. Modus proferendi, & colum.* 2. *vers. Ad hæc,* vbi præcipue dixit isto casu maxime attendendam esse qualitatem personæ proferentis verba hæreticalia, An sit suspecta, an vero potius sit natura faceta, item modum, quo verba hæreticalia prolata fuerunt, & etiam dictorum verborum qualitatem.

63 Sublimita † omnes præcedentes limitationes, in quibus dixi excusari ab hæresi proferentem aliqua verba hæreticalia sine mala intentione, vt puta iocose, ex lubrico linguæ, ex leuitate, ex fatua simplicitate, vel ex iracundia, vt non per hoc impunis euadere debeat, sed ei aliqua leuis pœna, seu pœnitentia imponenda est, vt iterato sit memor, quod non labatur, lasciuia talia dicere, & ad aliorum exemplum, vt in Repertorio Inquisitorum *in verbo hæreticus, vers. sed Andreas de Isernia* vbi dixit, quod isto casu possunt Inquisitores imponere pœnam pecuniariam, Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitorum in verbo Dolus, num.* 6. *& in verbo Fautores, num.* 8. *& in verbo Punitio, num.* 4. *& in verbo Verbum, num.* 2. *ante finem, & num.* 3. Zanch *in tractat. de hæret. cap.* 7. *num.* 9. & ibi Campeg. *in additionibus litera* E. & ante istos Calderin. *in tractat. de hæret. rub. de hæret. credentibus, &c. nu.* 6. *in fine* Ioan. à Royas *singular.* 103. Simanch. *Catholicar. Institution. tit.* 17. *rubric. de defensionibus reorum; num.* 23. *& seqq. & in Enchiridio. tit.* 47. *rubr. de defensionibus, num.* 18. vbi quod iste talis punitur, vt irreligiosus, & temerarius, quia pessimi exempli est cum rebus Fidei iocare, Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus,* §. 4. *ad finem, &* §. 7. *in fine,* Mont. Maran. *in pract. Archiepisc. ca.* 84. *nu.* 13. *in fine vers. Item illis,* vbi dixit, quod illis, qui semel dicunt aliqua verba hæreticalia, vel scandalosa ex ira, solet apud eum imponi pœnitentia salutaris, & aliquando publica, vt teneant Candelam accensam in ecclesia tempore Missæ solemnis sine aliqua abiuratione.

Et iste est Casus, in quo pro huiusmodi verbis hæreticalibus iocose prolatis potest inquisitor imponere pœnam pecuniariam, secundum Zabarel. cum allegatis per eum *in Clement.* 2. *in* §. *inquisitoribus num.* 2. *vers. infert etiam Matthæus, & ibi etiam* Imol. *num.* 6. *vers. Item quod dictum est, de hæreticis,* qui loquuntur non solum in verbis hæreticalibus prolatis ioco, & ludendo, sed etiam ex ira, aut fatua simplicitate, & ignorantia, Calderin. *in tractat. de hæreticis, rubr. de hæreticis redeuntibus, & conuersis, num.* 1. vbi quod simplicitas non excusat à toto, sed à tanto, *& in rubr. de sententia Inquisitorum, sub num.* 3. Quando enim quis verba hæreticalia profert, aut iocose aut lubrico linguæ, & inaduertenter, quod non sit ab omni pœna immunis, sed quod aliqua pœna pecuniaria, seu alias extra ordinem iuxta verborum, & personarum, & loci qualitatem arbitrio iudicis puniendus sit, scriptum reliquerunt Gundisalu. *in tractat. de hæret. quæst.* 1. *num.* 7. post Lapum, & Cardinalem *in locis per eum relatis,* subdens isto casu imponi debere aliquam leuem pœnitentiam salutarem, augendam tamen ex qualitate personæ, & ex qualitate loci, & personarum astantium, & scandali, *& quæst.* 8. *numero sexto, in fine,* vbi quod imponitur pœna pecuniaria proferentibus verba hæreticalia, aut ludendo, aut ex ira, aut ex fatua simplicitate, & ignorantia, quæ excusationem non habeat. Carer. *in tractat. de hæret. numero* 9. *versic. Intellige tamen.* Arnald. Albertin. *in tractat. de Agnoscendis assertionibus Catholicis, & hæreticis, quæst.* 36. *numero* 11. vbi pariter dixit, quod huic imponenda est pœnitentia leuis, *& numero* 16. *vers. Sic ergo,* vbi quod hæc pœnitentia est iniungenda iuxta circumstantias verborum, personarum, & locorum, *& numero* 18. vbi idem, si verba hæreticalia fuerunt prolata ludendo, vel rixando, Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tractat. de hæret. cap.* 7. *numero* 9. *litera* E. vbi refert Lapum, Cardin. & Gundisal. allegatos, *vbi supra.* Ioan. à Royas *in tractat. de hæret. par.* 1. *numero* 45. *& numero* 66. *& singular.* 103. *numero primo, & sequen. & numero* 5. *in discursu,* vbi loquitur de verbis hæreticalibus prolatis per ignorantiam, leuitatem, & iniuriam, & quod isto casu possunt Inquisitores imponere pœnam pecuniariam pauperibus, vel aliis locis pijs applicandam. Simanch. *Cathol. Instit. titul.* 17. *numero* 22. *&* 23. Squill. *in tractat. de Fide Cathol. cap.* 19. *numero* 3. *in fin. & cap.* 20. *num.* 2. Franciscus Pegna, qui pluribus hanc probat, & exornat conclusionem *in additionibus ad Eymer. in Direct. Inquis. p.* 3. *rubric. de forma examinationis testium Commentar.* 17. *fol. mihi* 449. *colu.* 2. *vers. final. & fol.* 450. *colum.* 1. *in princip. & vers. Sed qua pœna, & sequentibus, & colum.* 2. *versic. Genus, & vers. sequenti, & vers. postremo, & fol.* 451. *colum.* 1. *vers. Sed lapsus, & versic. seqq.* quem omnino videas bene declarantem qualitates, & circumstantias, ex quibus Inquisitores isto casu pote-

poterunt grauiorem, seu leuiorem pœnitentiam imponere, tam respectu personarum, quam verborum, quam modi, & loci, in quo hæreticalia verba siue iocose, siue ex lubrico linguæ, siue per iracundiam prolata fuerint, Decian. *in tract. crimin libro quinto, cap. 37. sub numero octauo, in discursu*, Menoch. *de arbitrar. quæst. libro 2. cas. 374. numero 14. in additionibus*. Et faciunt quæ dixi *supra hac eadem quæstione, numero 22. & infra, in materia pœnæ pecuniaria, quæstione 193. numero 113.*

ARGVMENTVM.

Explicite, & Implicite credere Quid sit; Quandoque, & quomodo quis teneatur explicite credere; An vero sufficiat implicite.

SVMMARIA.

Errans in fide in his, quæ explicite quis scire non tenetur, excusatur, num. 65.

Explicite, vel implicite credere quid sit, & quot modis quis dicatur implicite, aut explicite credere, num 66. & seqq.

Quæ autem sint ea, quæ quis explicite credere tenetur, & quæ sufficiat implicite credere, nu. 69. in fine.

Laici tenentur explicite scire, & credere Articulos Fidei, nu. 70. contra, num. 71.

Qua ætate quisque obligetur explicite scire Articulos Fidei, nu. 81. in fine.

Explicite non credens Articulos fidei peccat mortaliter, num. 81. in fine.

Articulos Fidei etiam memoriter quis scire tenetur, num. 72. & num. 80.

Prælati, Curati, & Theologi non solum tenentur explicite scire Articulos Fidei, sed etiam illos defendere, & eorum rationem reddere, nu. 73.

Episcopi, & inquisitores non solum tenentur explicite scire Articulos Fidei, sed etiam illos defendere, & eorum rationem reddere, num. 74. & 75.

Clerici & Sacerdotes tenentur explicite scire Articulos Fidei, numer. 76. sed an teneantur illos defendere, & eorum rationem reddere, nu. 77.

Laici, & omnes Christi Fideles tenentur explicite scire, & credere omnes Fidei veritates, quæ sunt publice diuulgatæ, n. 78. licet alij secus, num. 79.

Pater noster, & Aue Maria scire tenentur explicite omnes Christi fideles, num. 80.

Articulos Fidei contentos in Symbolo omnes laici explicite scire, & credere tenentur, secus autem alios Fidei Articulos large sumptos, respicientes diffinitiones factas a Romanis Pontificibus, & Conciliis, nu. 81.

Fidei nostræ Credulitas alia est directa, & alia indirecta. Quæ autem sit credulitas pertinentium ad fidem directe, & quæ indirecte, nu. 82.

Fidei Credibilia consistunt in triplici differentia, & de materia, num 83.

Articulos fidei licet laici explicite scire teneantur, non tamen tenentur eos defendere, & eorum rationem reddere, numero 84.

QVÆST. CLXXIX. §. 5.

66 IN † his, quæ implicite credere sufficit, errantem propter Ignorantiam, simplicitatem, & credulitatem excusari, satis dixi *supra in præcedentibus* §. §. Quibus addo Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus*, §. *Quarto post medium, vers. Sunt alia ad quæ explicite credenda explicite non tenetur.*

Superest modo videre, Quid sit explicite aut implicite credere. Dic *Quod implicite credere est simpliciter credere quod credit Sancta Romana Ecclesia*, de quo dixi *supra hac eadem q. nu. 1. & seqq.* Explicite autem credere, *Est Articulos Fidei explicare, distinguere, & defendere*, secundum gloss. *in rubric. de Sum. Trinit. & Fide Cathol. ad fin. vers. Et credere sicut tenet Ecclesia* & ibi etiam Ioan. Andr. *num. 26.* Anton. de Butr. *num. 9.* Ioan. de Imol. *num. 9. ante fin. vers. Et credere*, Abb. *num. 4.* Zabarel. *num. 6. in fin. vers. Et, in hac gloss.* Bellam. *num. 3.* Arnald. Albert. *de hæret. quæst. 28. num. 31. in princ.* Quorum sententia minime tenenda, quia aliud est explicite credere, & aliud explicare, & defendere, vt de se patet.

Qua † in re vide Tabienam *in summa in verbo, Credere, num. 4. in princip.* vbi quem explicite credere duobus modis declarare videtur. Primo in genere. Secundo in specie. In genere credere dicatur is, qui credit omnes articulos fidei in generali, & quemlibet articulum in speciali esse veros, & nullum eorum falsum; in specie autem dicatur quis explicite credere, quando vnum ab altero distinguere scit, & quemlibet sigillatim distincte, & singulariter credit, Campeg. *in additionibus ad Zanchinum in tract. de hæreticis cap. 2. litera B. in principio*, vbi idem dicere videtur. 67

Alij † dixerunt aliter declarando materiam, quod credere implicite est alicui vniuersali, ex quo multa sequuntur, firmiter assentire, & nulli contrario pertinaciter adhærere, idem quod Implicite credere est in generali, & vniuersaliter credere omne id, quod credit Sacrosancta Mater Ecclesia, ita quod in particulari à nullo illorum dissentiat, nec aliquem illorum discredat, secundum Arnald. Albertin. *in tract. de hæreticis qu. 28. num. 31. post* Sanctum Bonauentur. *in loco per eum relato.* Et cum hac declaratione pertransire videtur Ioan. Azzor. *in Summ. par. 1. libro 8. cap. 6. quæst. 10. in fine.* dum dicit, eum dici explicite credere aliquid, qui assentitur alicui rei sibi dictæ, vel quam cogitatione concipit; Implicite vero credere dicitur is, qui credit generaliter aliquid, in quo multa alia continentur, vt cum quis credit omnia, quæ credit Ecclesia, quam diffinitionem post alios relatos concordantes refert, & sequitur etiam Thom. Sanchez *super præceptis Decalogi libro 2. cap. 2. numero 2. & cap. 3. numero 1.* facit conclusionem, quod qui tenetur explicite credere, tenetur etiam inquirere, addiscere, & scire quid sit illud, quod explicite credit. 68

Alij † autem dixerunt, explicite credere aliud non esse, nisi aperte, clare, & singulariter, non in confuso, sed distincte, & specialiter credere, ita vt quis sciat, hunc vel illum esse Articulum Fidei, quoties ea de re fuerit interrogatus. Implicite autem credere dicatur is, qui in confuso, & in communi, & non distincte credit, vt puta dicens, *Credo quæcumq; tenet Ecclesia*, secundum Franc. Pegn. *in addit. ad Eymer. in Direct. Inquisit. par. 1. qu. 3. Comment. 20. in princ. fol. mihi 62. colum. 1. in fin. ex Archidiacono quem allegat in cap. Canones 15. dist.* & bene etiam explicat Cardin. Tolet. *in summ. lib. 4. cap. 2. num. 4.* 69

Et rursus videndum est, quæ sint illa, quæ quis explicite credere tenetur, & quæ nam implicite credere sufficiat. Ad quam materiam si plura, quam quæ hic scripsero, perlegere volueris, adeas eruditissimum Thom. Sanchez super præceptis Decalogi. *libro 2. cap. 2. & 3.* vbi latissime, & generaliter, & particulariter per plures casus, & conclusiones, materiam explicat, & pro resolutione.

REGVLAM † constituo, quod Articulos Fidei quisque etiam laicus explicite credere tenetur, & quod id, quod dixit Innoc. quem *in seq. n.* allegabo, *in cap. 1. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol.* laicis sufficere solum credere illa duo, quod scilicet Deus sit, & quod est Remunerator inquirentium eum, iuxta dictum Apostoli *ad Hebr. 11.* procedat secundum tempus veteris testamenti, & ante reuelatam gratiam, non autem post reuelatam gratiam per nouum testamentum, voluerunt omnes Doctores allegati *infra hac eadem quæst. nu. 80.* & in specie 70

specie Tabiena *in summa, in verbo, Credere, nu. 4. versic. Similiter dicitur*, Antonin *in summa, parte 4. tit. 8. §. 9. versic. & in veteri Testamento, iuncto vers. in nouo autem Testamento*, Syluestrin. *in verbo, Fides, nu. 6. ad fin. versic. In hoc tamen iste errat*, subdens, stultum esse dicere, quod liceat venti ratione ignorare Christi natiuitatem, & mortem crucis, cum impossibile sit talia ignorari, nisi ab eo, qui suam salutem contemnit, Repert. inquisi. *in verbo, Fides, versic. Item in fide, & seq.* Simanch. *Catholic. instit. tit. 28. rub. de fide Cathol. nu. 8.* vbi quod Christiani tenentur explicite scire Symbolum fidei, & Præcepta Decalog. Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Credibilia, nu. 1. versic. Nam minores, & in vers. inter laicos*, Campeg. *in addition. ad Zanchinum, in tract. de haeret. cap. 2. lit. B. vers. Post tempus gratiæ*, faciunt scripta per Ioan. Lopez *in allegationibus haeret. §. 4. post med. vers. Sunt enim aliqua in fide*, Franc. Pegn. *in addit. ad Eymeric. in Direct. Inquisit. part. 1. qu. 4. in fine, fol. mihi 64. col. 1.* idem Eymericus *eadem part. 1. quæst. 4. in fin. folio mihi 64. col. 1.* idem Eymeric. *eadem part. 1. quæst. 5. nu. 3. vers. Nam ante statum peccati, & nu. 4. vers. Post peccatum autē, & nu. 5. vers. Post tempus autem gratiæ, eodem, fol. 64. col. 2. & q. 6. nu. 1. & num. 2. vers. & ideo etiam post tempus gratiæ, fol. 65. col. 1.* vbi præsertim de mysterio Trinitatis, quod quis explicite scire tenetur, *& part. 2. & quæst. 10. nu. 3. versic. Octaua hæresis est*, vbi inter hæreses ab Inquisitoribus Aragoniæ damnatas de mandato Papæ eam ponit, quod laicus nō teneretur ad aliquem fidei Articulum explicite credēdum, sed sufficeret sibi in genere credere omne illud, quod credit sancta Mater Ecclesia, *folio mihi 280. col. 2. in fine*, & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, litera S. folio mihi 282. col. 1.* Bannes *in Commentar. ad D. Thomam, 2. 2. quæst. 11. art. 1.* Sed aduertendum est hic, vbi dixit, hæreticum esse negare, laicum teneri explicite credere aliquem Articulum fidei, & asserere, quod sufficit credere in genere, quicquid tenet Ecclesia, Ioan. Azzor. *in summa, part. 1. lib. 8. cap. 6. quæst. 1. & 2. quæst. 10.* vbi testatur de Communi & veriori Theologorum sententia, reprobatis Innocentio, & aliis ibi per eum relatis, contrarium tenentibus. Valen 2. 2. *disput. 1. quæst. 2. puncto 4. post secundam assertionem, vers. quod si aliqui*, Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 3. nu. 3.* vbi & ipse cum præallegatis contrariam sententiam erroneam & hæreticam affirmat, Iacob. de Graffiis *libro 2. suarum decisionum, cap. 8. rubr. de hæreticis, nu. 20.*

71 Contrarium, quod † laicis sufficiat implicite credere Articulos fidei, voluit gloss. *in rubr. de summa Trinitate & fide Catholica, ad finem, vers. Laici implicite*, quæ quidem Gloss. præcipue loquitur in principalibus Articulis fidei, qui sunt septem, Incarnatio scilicet, siue Natiuitas, Baptismus, Passio Christi, siue Mors, Descensus ad inferos, Resurrectio, Ascensus in cœlum, & Aduentus in iudicium, Innocent. *in cap. 1. num. 1. versic. Item oportet, eodem titulo, de summa Trinitate & fide Catholica*, vbi dixit, quod quædam est fidei mensura, ad quam quilibet tenetur, & sufficit simplicibus, & forte omnibus laicis ad fidem accedentibus credere, quod Deus est, & quod est remunerator omnium bonorum, alios vero Articulos oportet eos implicite credere, id est, verum esse, quod credit Ecclesia Catholica, & Innocentium eo loco sic dicentem sequuti sunt Hostiensis *in rubr. eodem titulo, de summa Trinitate & fide Catholica, num. 11. in fine, versic. Alios autem, & num. 17. in fine, versic. Laici vero*, vbi ampliat etiam, quod sint ingenii perspicacis, & ibi etiam Ioannes Andreas, *num. 27. versic. Est autem*, vbi loquitur de omnibus laicis, nedum de laicis simplicibus, Anton. de But. *num. 8. & num. 9. versic. Dicit tamen Innocentius*, Ioan. de Imola *post num. 9. & num. 11. & num. 12.* vbi loquitur etiam de laicis non simplicibus, Abb. *numero 6.* Cardinal. Zabarella *post num. 6. versic. Laici implicite, & post num. 8.* Bellamer. *in cap. 1. eodem titulo, de summa Trinitate & fide Catholica, num. 7. in 1. quæstione, versic. Si igitur loquamur de laicis*, Hostiensis in cap. *Cum Christus, num. 3. versic. Laicis autem, extra, de hæreticis*, & ibi etiam Ant. de Butrio *nu. 6. in fine*, Archidiac. *in cap. Hæresis, nu. 2. 24. quæst. 3.* vbi dixit, quod errans in his, ad quæ explicite credenda non tenetur, non est hæreticus, & ibi etiam Bellamer. *num. 4. versic. & nota*, idem dicit Rosell. *in summa, in verbo, Fides, num. 1.* Repertor. inquisitor. *in verbo, Fides, versic. Fides implicitè*, vbi allegat Innocentium *in dicto capit. 1. de summa Trinitate & fide Catholica, & in verbo, Scire, in primo*, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 2. nu. 4. in fine, versic. Debet ergo quilibet fidelis, & n. 7.* Arnald. Albertin *in tract. de hæreticis, quæst. 12. num. 4. in fine, versic. Ideo posui casum in rustico, & in laico, & quæst. 23. nu. 7. & quæst. 28. nu. 30. & nu. 32. in princ.* Menoch *consil. 82. num. 175.* Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus, §. 4. post medium, versic. Satis tamen erit laico, & §. 5. post medium, vers. Hæc sanctus Thomas*, vbi tamen loquitur de simplicibus & idiotis Iacob. de Graffiis *libr. 2. suarum Decisionum, cap. 8. rub. de hæreticis, nu. 16. & nu. 18. & nu. 39.* vbi, quod omnes Doctores sequuntur Innocent. *in loco præallegato*, (licet *num. 20.* contrarium affirmauerit) Prima opinio vera est & tenenda, potissime de Articulis fidei, qui publice solemnizantur per Ecclesiam.

Amplia I. Vt † laici non solum teneantur explicite scire Articulos fidei, sed & taliter scire, vt eos omnes memoriter habeant & retineant, eos scilicet, qui in Symbolo continentur, sic enim statutum est in Concilio Foroliuiensi sub Carolo, & in Concilio Moguntiæ tempore Caroli Magni celebrato, vt refert Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 1. qu. 3. Comment. 20. versic. Occurrit tamen, & sequentibus, folio mihi 62. col. 2.* vbi alios refert idem tenentes, docetque, in quanto periculo versentur, qui Articulos fidei memoriter nesciunt. 72

Qua in re vide Ioan. Azzor. Iesuitam *in summa, parte 1. libro 3. cap. 7. in 4. quæstione*, vbi contrarium tenere videtur, quod scilicet satis sit, singulos Christianos Articulos fidei scire, & de illis, quando interrogati fuerint, recte respondere, absque eo, quod illos memoria teneant, & memoriter recenseant. Et hanc eandem contrariam sententiam pluribus aliis relatis concordantibus bene comprobat & amplexus est Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libro secundo, cap. 3. numero 16.* Vide *infra hac eadem quæstione, numero 80.*

Amplia II. & multo magis in Prælatis, Rectoribus Ecclesiarum, Curatis, & Theologis, & similibus, qui non solum tenentur omnes fidei Articulos, etiam largo modo sumptos, explicite scire, sed etiam illos defendere, & eorum rationem reddere, secundum Innocent. *in cap. 1. num. 2. versic. Hanc autem mensuram, de summa Trinitate & fide Catholica, nu. 22. versic. Sed hanc mensuram*, & ibi etiam Ioan. Andr. *num. 28.* Anton. de Butrio *nu. 9. versic. Hanc mensuram*, Ioan. de Imola *post numer. 12.* Abb. *post num. 6.* Cardinal. Zabarell *post nu 8.* Bellamer. *in capit. 1. de summa Trinitate & fide Catholica, nu. 7 in 1. qu. versic. Si loquimur in Prælatis*, Ioan. de Anania *in cap. firmißime, nu. 8. vers. & istud, extra, de hæreticis*, voluit Glos. *in cap Cum Christus, in verbo, Sub anathemate, ante finem, extra eodem*, & ibi Hostiens. *nu 2. versic. Clerici tamen* Qui quidem Clerici & Prælati non solum tenentur explicite scire & credere Articulos fidei in Symbolo expressos, sed etiam alios, qui scilicet respiciunt diffinitiones factas à Romanis Pontificibus vel Cōciliis, prout *in eod. cap. Cum Christus*, adnotarunt Henric Boych. *nu. 2. vers. Et ista*, Anchar. *num. 2. ad medium*, Anton. de Butrio *sub num 4.* Cardinal. Zabarell. *numero 2. versic. Sed explicite tenentur soli Prælati*, Ioan. de Anania *numero secundo, versic. Clerici vero.* Qui quidem Doctores *in capit. Cum Christus*, ampliant hanc conclusionem procedere non solum in Articulis fidei stricto modo sumptis, prout cōtinētur in Symbolo, sed 73

etiam in articulis largo modo intellectis, prout sunt diffinitiones factæ per Romanos Pontifices, vel Concilia, de quibus *in d. cap. Cum Christus, & in cap. 1. 2. & 3. distinct.* 15. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis credentibus, &c. nu. 5. in fine*, Armilla *in summa, in verbo, credere, num. 3.* vbi etiam idem de Doctoribus, Tabien. *in verbo, Credere, n. 4. versic. Mediocres vero*, vbi bene declarat, quomodo explicite scire & credere teneantur Clerici, Curati, Religiosi, qui alios erudire tenentur, Rectores Ecclesiarum, Prædicatores, & Magistri in Theologia, de quibus vide etiam summam Angelicam *in verbo, Fides, nu. 7. in princ.* Syluestrin *in verbo, Fides, nu. 7. versic. sed hanc mensuram*, Reper. Inquis. *in verbo, scire, vers. 1.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Credibilia, num. 1. versic. Mediocres vero, & nu. 4. versic. Mediocres autem, & nu. 5. versic. Maiores autem*, Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 2. litera B. versic. Habentes autem officium*, Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 12. num. 5. & quæst. 28. numer. 3. versic. Hanc mensuram, & num. 32.* Cardinal. Tolet. *in Summa, libr. 4. cap. 2. rubr. de modo & necessitate fidei, numer. 4. in fine*, Eymericus *in Directorio inquisitorum, parte 1. quæst. 4. num. 3.* & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, litera B. versic. Vnde Prælati, folio mihi 63. col. 2.* Idem Eymericus *vbi supra, dict. par. 1. quæst. 12. & nu. 4. & nu. 5. & nu. 10.* vbi dixit, mediocres vt Clericos curatos, ac omnes Religiosos, quorum est verbo vel facto de credendis & agẽdis simplices erudire, teneri ad explicitã credentiam cuiuslibet Articuli sigillatim, & ad aliqualem Articulorum declarationem, & ad credentiam extensiorem, non tamen æqualiter, sed secundum magis & minus, prout congruit eorum Officio, cui præsunt, & quod propterea ad plus tenentur Clerici curati, quam non Curati, & ad plus Religiosi, quibus incumbit verbum Dei prædicare, & Confessiones audire, quam Religiosi, quibus hoc non incumbit. Simanch. *Catholicarum institution. tit. 28. rubr. de fide Catholica, nu. 11.* Ioan. Azzor. Iesuita *in summa, part. 1. libr. 8. cap. 6. sub 10. quæst.* Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 3. num. 2.* Iacob. de Graffiis *lib. 2. suarum decisionum, cap. 8. rubr. de hæreticis, nu. 17. & nu. 21. vers. vnde Clerici & Curati.*

74 AMPLIA III. Pariter † & multo magis in Episcopis, qui debent explicite scire Articulos Fidei, & etiam plusquam Sacerdotes, & alii Prælati habentes curam animarum, cum omni poscenti eorum debeant reddere rationem, licet non incontinenti, sed præhabita deliberatione, & etiamsi oportuerit, cum consilio peritorum, secundum Innocent. *in dict. cap. 1. nu. 2. versic. Episcopi enim, de summa Trinit. & fide Catholica*, Hostiens. *in rubr. eod. tit. de Summa Trinitate & fide Catholica, nu. 13. vers. Episcopis vero*, & ibi etiam Ioan. And *nu. 29.* Anton. de Butr. *nu. 9. post med. vers. Episcopus debet plus scire*, Ioan. de Imola *post nu. 12.* Abb. *post nu. 6.* Cardin. Zabar. *post nu. 8.* Bellamer. *in cap. 1. eodem tit. de Summa Trinit. & fide Catholic. sub num. 7. quæst. 1. vers. Dicit tamen Innocent.* De qua re, & de materia vide Syluestrinam *in summa, in verbo, Fides, nu. 6. vers. Episcopi vero*, vbi, quod Episcopi non solum tenentur explicite scire totalem Articulorum distinctionem, sed etiam eos exponere, respondere, & hæreticos confutare, Repert. Inquis. *in verbo, Scire, vers. 1.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Credibilia, nu. 1. in fine, vers. Nam ad plus tenentur Pontifices, & nu. 5. vers. Maiores autem*, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 2. nu. 6.* & ibi Campeg *in additionibus, litera B.* Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 28. sub nu. 30. vers. Episcopi vero*, Simanch. *Catholicar. instit. tit. 28. rub. de fide Catholica, nu. 11.* Cardin. Tolet. *in summa, libr. 4. cap. 2. rub. de modo & necessitate fidei, num. 4. in fine*, Eymericus *in Directorio inquisitorum part. 1. qu. 12. nu. 6.* Ioan. Azzor. Iesuita *in summa, part. 1. lib. 8. cap. 6. sub 10. quæst.*

AMPLIA IV. Et etiam † multo magis in Inquisitoribus, qui Articulos fidei & stricte & large sumptos, & etiam non contentos in Symbolo, omniaque in Sacra Scriptura contenta & approbata, quæ ad fidei credulitatem spectant, explicite scire tenentur, eorumque rationem reddere, singulis interrogantibus respondere, & defendere, sic enim in specie de Inquisitoribus scripserunt Tabiena *in summa, in verbo, Credere, nu. 4. post medium, versic. & ad plus prauitatis Ecclesiæ Inquisitoris*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Credibilia, num. 1. in fine, versic. Et ad plus hæreticæ prauitatis Inquisitores, & nu. 5. vers. Maiores autem, & præsertim Inquisitores*, Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 2. litera B. vers. Habentes autem officium*, Simanch. *Catholicar. institut. tit. 28. rub. de fide Catholica, nu. 11.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 1. qu. 4. litera B. folio mihi 63. col. 2. in fine, & seq.* Idem Eymericus *in dicta part. 1. quæst. 12. nu. 6. & nu. 11.* 75

AMPLIA V. Vt † regula procedat non solum in Prælatis, Curatis, & Theologis, vt dixi, sed etiã in simplicibus Clericis, seu Sacerdotibus inferioribus, non habentibus curam animarum, & qui non tenentur alios erudire; Hi enim tenẽtur etiam Articulos fidei explicite credere, secundum gloss. *in rubr. de summa Trinitate, & fide Catholica, ad fin. vers. Clerici explicite*, & ibi etiam Anton. de But. *nu. 8.* Ioan. de Imola *nu. 9. & num. 11.* Cardin. Zabarell. *post nu. 6. vers. Clerici explicite.* 76

An † autem teneantur defendere Articulos fidei, & eorum rationem reddere, & interrogantibus respondere? Dic, quod si sunt pauperes, non valentes studio incumbere, & propter paupertatem eos opus est propriis manibus victum quærere, nõ teneantur sic explicite credere, defendere, & rationem reddere, sicut alii Sacerdotes, habentes curam animarum, sed sufficit eos credere, sicut laici, sed aliquantulum plus, præsertim de Sacramento Altaris, circa quod continuo & quotidie plus versantur quam laici; Si autem essent diuites, nec eis necesse esset, victum suis laboribus quærere, haberentque expensas, & Magistrum ad dicendum, tunc peccarent, nisi plus proficerent in cognitione fidei explicita & distincta, quam laici; secundum distinctionem Innocentii *in dict. cap. 1. num. 4. versic. De Clericis autem inferioribus*, Hostiens. *in rubric. eodem tit. de summa Trinitate & fide Catholica, num. 16. versic. Quid de Clericis, & num. 17.* & ibi etiam Ioan. Andr. *nu. 30.* Anton. de Butr. *nu. 10.* Ioan. de Imola *post nu. 17.* Abb. *post n. 6.* Cardin Zabarel. *post nu. 8.* Bellamer. *in cap. 1. eodem tit. de summa Trinitate & fide Catholica, sub nu. 7. in 1. quæst. versic. si vero loquimur in Clericis minoribus*, Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 28. num. 30. versic. Sed Clericis inferioribus*, Repertor. Inquisitor. *in verbo, Scire, versic. 1.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Credibilia, sub nu. 1. versic. Nam ad plus tenentur Clerici curati.* 77

AMPLIA VI. Vt † laici, omnesque Christi fideles, non solum Articulos fidei explicite scire & credere teneantur, sed etiam omnes illas veritates fidei, quæ sunt publice apud omnes diuulgatæ, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 28. rub. de fide Catholica, nu. 8.* vbi propterea, quod ignorantia isto casu non excusabit, Zanchin *in tract. de hæreticis, cap. 2. nu. 4.* Menoch. *de præsumptionibus, lib. 5. præsumpt. 7. num. 7.* vbi dixit, quod negans aliquam propositionem Catholicæ fidei apud omnes fideles publice diuulgatam, præsertim, si peritus & sagax fuerit, præsumitur hæreticus pertinax; qua in re vide omnino Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 3. nu. 5.* vbi refert sententiam eorum, qui dixerunt, vnumquemque fidelem teneri explicite credere & scire omnes illos articulos, quos Ecclesia solemniter & quotidie celebrat. 78

Quo-

79 Quicquid † secus scripserit Glossa *in dicta rubr. extra, de summa Trinitate & fide Catholica*, dum dicit, sufficere laicis implicite credere Articulos fidei, etiam contentos in Symbolo.

80 AMPLIA VII. Vt † etiam omnes Catholici teneantur explicite scire Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, vt per Simanch. *Catholicar. Instit. tit.* 28. *rub. de fide Catholica, nu.* 8. *& nu.* 9. Iacob. de Graffiis *lib.* 2. *suarum decisionum, cap.* 8. *rub. de hæreticis, nu.* 19. Vide tamen in hac bene declarantem Ioan. Azzor. *in summa, part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 7. 4. *quæst. per totam*, & Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.* 2. *cap.* 3. *num.* 19. vbi quærit, quod & quale præceptum sit illud, quo mandatur, Christi fideles addiscere debere Orationem Dominicam, & Symbolum, & relata opinione eorum, qui dixerunt, hoc esse præceptum iuris Diuini, & naturalis, tenet esse præceptum Ecclesiasticum longa consuetudine firmatū, ad discendi scilicet memoriter dictam Orationem Dominicam & Symbolum, subditque, quod licet ex multis Conciliis hæc obligatio videatur iniuncta sub mortali peccato, consuetudo tamen iam declarauit, hanc obligationem esse solum sub veniali culpa, concordantes, & contrarium tenentes, refert & illis respondet, *vide supra hac eadem quæst. nu.* 72. quæ tamen opinio meo iudicio non est simpliciter admittenda.

81 LIMITA I. Eandem † propositam regulam procedere in Articulis fidei contentis in Symbolo, quos quisque etiam laicus explicite scire tenetur, & non implicite, alios autem articulos large sumptos, qui scilicet respiciunt diffinitiones factas à Romanis Pontificibus vel Conciliis, sufficit implicite credere, prout declarat Henricus Boich. *in cap. Cum Christus, num.* 2. *extra, de hæreticis*, & *ibi* Anchar an. *nu.* 2. Anton. de But. *sub nu.* 4. Cardinal. Zabarell. *nu.* 2. *versic. Primo modo, & versic. Large dicitur articulus*, Marian. Socin. *num.* 10. *& nu.* 11. Ioan. de Anan. *num.* 2. similis distinctio ex Diuo Thoma 2. 2. *quæst.* 2. *artic.* 5. *& in Summa, parte* 1. *quæst.* 32. *artic.* 4. traditur per Summistas, & præcipue Tabien. *in verbo, Credere, nu.* 4. vbi dixit, quod credibilia sunt in triplici differentia: Primo sunt ea, quæ per se directe sunt credibilia, suntque fidei nostræ fundamenta & rudimenta, prout sunt Articuli fidei, & hoc omnes baptizati explicite credere tenentur, infertque ad mysteria humanitatis CHRISTI, maxime illa, quæ sunt solemnizata in Ecclesia, vtpote, quod CHRISTVS sit DEI filius, & de Spiritu sancto in Maria semper Virgine incarnatus & natus, quod fuerit sub Pontio Pilato passus & sepultus, quod descendit ad inferos, quod surrexit tertia die, quod ascendit in cœlum, & quod ad iudicium venturus sit, & amplius infert ad mysterium Trinitatis. Secundo, credibilia quædam sunt indirecte, eo quod ad destructionem eorū sequitur destructio Articulorum, vt sunt illa, quæ in sacra Scriptura continentur, & hæc sic secundo modo credibilia, quilibet Christianus non explicite, sed implicite sufficit, quod credat, hoc est, in communi, quod sint vera, non autem vt debeat reddere rationem, quæ sint hæc vel illa, quæ in sacra Scriptura continentur. Tertio, credibilia quæ[illegible] sunt, quæ non sunt fidei rudimenta, nec clare ponuntur in sacra Scriptura, sed sunt per Ecclesiam, vt fidei consona, determinata, tanquam fide credenda, vtpote, quod Spiritus sanctus procedat à Patre & Filio, vnica, & nō duabus spirationibus, & tanquam ab vno principio, non autem duobus, *vt in cap. firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica*, & similia, & hæc credibilia, sic per Ecclesiam determinata & approbata, non tenentur laici explicite credere, sed sufficit implicite, vt credant, id omne esse verum, quod per Ecclesiam approbatum est, vt ibi per Tabien. & per Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Credibilia, nu.* 1. *& seqq.* quos omnino bene declarantes videas. Quod & idem in substantia voluerunt Antonina *in summa, part.* 4. *tit.* 8. §. 9. *versic. Minores ergo, & versic. per accidens autem, & versic. Sed contra hoc*, vbi opponit, & oppositionem resoluit, Angelica *in verbo, Fides, nu.* 7. *& in verbo, Hæreticus, in princip. versic. Sed ego dico clarius*, Syluestrina *in eodem verbo, Fides, num.* 6. Armilla *in verbo, Credere, nu.* 2. vbi pariter loquitur de Articulis fidei, qui solemnizantur in Ecclesia sub præcepto, prout est mysterium Trinitatis, Passionis, & huiusmodi, quos quilibet explicite credere tenetur, alios autem sufficit implicite credere, vt *ibi* per eum Gundisalu *in tract. de hæreticis, quæst.* 1. *nu.* 1. *post med. versic. Si autem circa illa, & nu.* 2. Simanch. *Catholicarum institution. tit.* 28. *rub. de fide Catholica, n.* 9. *&* 10. *& nu.* 14. Læl. Zech. *in summa, parte* 1. *rub. de fide, cap.* 11. *n.* 6. *versic. Qui vero sciens, & seqq.* & iterum *infra, versic. Dicitur etiam fidei Catholicæ contrarius*, Tolet. *in sum. libr.* 4. *cap.* 2. *num.* 4. vbi testatur de Communi sententia, Decian *in tract. crim. libr.* 5. *cap.* 17. *num.* 1. *versic. Vniuersam autem hæresim*, Eymericus *in Directorio inquisitorum, parte* 1. *qu.* 3. *nu.* 1. *& seqq.* & *ibi* Francisc. Pegna *in additionibus, litera A. fol. mihi* 62. *col.* 1. *in fine, & col.* 2. *& lit. B. versic. Quantum ad primum*, idem Eymericus *vbi supra, quæst.* 4. *num.* 4. *versic. Sufficit etiam laicis, & quæst.* 7. *nu.* 1. *&* 2. *iuncto num.* 7. *versic. Dicendum est igitur, & num.* 8. vbi bene & distincte hanc distinctionem declarat, & latius ad omnem propositam materiam & distinctionem, vide omnino bene declarantem & exemplificantem eundem Eymericum, *vbi supra, dicta parte* 1. *quæst.* 12. *per totam, in discursu*, & *ibi* Francis. Pegna *in additionibus, Comment.* 26.

Qua in re vide omnino Ioan. Azzor. Iesuitam *in summa, parte* 1. *libr.* 8. *cap.* 6. *in* 3. 4. *&* 10. *quæst.* vbi magistraliter declarat, quinam sint Articuli fidei, quos quisq; Christianus etiam rudis & vulgaris explicite scire tenetur. Quod & idem latius declarat Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 4. *& seqq.* vbi latissime disputat, quinam sint isti Articuli fidei, quos quisque etiam rusticus explicite scire tenetur, refertque varias Doctorum sententias, quorum aliqui dixerunt, eos esse, qui in Apostolorum Symbolo continentur, & non in aliis Symbolis; aliqui autem dixerunt, esse illos fidei Articulos, quos solemni ritu Ecclesia celebrat, & non alios. Aliqui demum dixerunt (& hanc opinionem sibi magis placere affirmat) eos Articulos explicite quenquam credere teneri, qui in puerorum Catechismo continentur, & sunt quatuordecim, vt ibi per eum, inde infert ad mysterium Trinitatis, quod declara, vt ibi per eum *nu.* 17. ad Sacramenta pœnitentiæ & Baptismi, ad remissionem peccatorum, quod Deus est gloriæ dator iustis, ad Articulum descensionis ad inferos, ad carnis resurrectionem, quod adsit Ecclesia Catholica. Ad mysterium Eucharistiæ. Ad Sacramenta Confirmationis, & extremæ Vnctionis, quando quis ea suscipere vult. Ad Sacramenta Matrimonii & Ordinis. Ad Præcepta Decalogi. Ad opera misericordiæ, quod declara, vt ibi per eum, *num.* 10.

Verum quod Christiani, rudes præsertim, non teneantur explicite scire Articulum communionis Sanctorum, in Apostolorum Symbolo contentum, voluit idem Thomas Sanchez *vbi supra, dicto cap.* 3. *nu.* 7.

Qua ætate teneantur fideles explicite fidei Articulos credere, vide ibidem per D. Thom. Sanchez *dicto cap.* 3. *num.* 12.

Et an sit peccatum mortale, non explicite credere & scire Articulos fidei, vide ibidem per Thomam Sanchez *dicto cap.* 3. *nu.* 13. *& seqq.* vbi concludit pro affirmatiua, & amplius, quod talis obligatio explicite credendi Articulos fidei, est de iure Diuino.

Ex † quibus videtur Communiter recepta distinctio, quod fidei nostræ credulitas alia sit directa, & alia indirecta. Quæ autem sit credulitas pertinentium ad fidem, 8

fidem directe, & quæ indirecte, plenè explicant Doctores præallegati, quibus addo Syluestrinam *in summa, in verbo, hæresis, §.1.num.2. vers. Nam credulitas*, Repertor. inquisit. *in verbo, Hæresis, §.1.rubr. Quid sit hæresis, versic. Hæresis alia grauis, alia leuis, & sequenti*, Squillacen. *de fide Catholic. cap.21.nu.1.* Ioan. Lopez *in allegationibus hæretic. §.6.in pr.* & pro hac distinctione vide omnino declarantem Eymericum *in Directorio inquisitorum, part.1.qu.12.per tota, in discursu*, & ibi pariter omnino vide Francisc. Pegn. *in additionibus, Comment.26.fol.mihi 79.col.1. & part.2.qu.57.nu.3.& seqq.* & ibi etiam Pegna *Commen.fol.mihi 340. in fine, & fol.341.* Dominic. Bannes *in Commentar. ad Diu. Thom. 2.2.qu.11.art.1. versic. His ita positis.*

83 Quæ † distinctio non est multum diuersa ab alia distinctione eorum, quos supra retuli, *nu.181.* dicentium, Fidei credibilia consistere in triplici differentia, inter quos præcipue bene declarat Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Credibilia, nu.1. & nu.8. & seqq.* vbi latius declarādo materiam dixit, Fidei credibilium decem genera esse, & vnumquodque genus bene explicat & declarat, & bene etiam declarat Eymeric. omnino videndus *in suo Directorio inquisitorum, part.1.qu.12.* & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Comment.26.* Idem Pegna *ibid. part.2. ad capit.1. extra, de hæreticis, folio mihi 85. versic. Ad hæc prænotandum est, & seqq.* idem Eymericus *dicta part.2.qu.35.* & ibi Pegna *in additionibus, Comment.60. fol.mihi 346.col.2.*

84 LIMITA II. Quia † licet laicus teneatur explicitè scire, & credere Articulos fidei contentos in Symbolo; Hoc tamen intelligendum est, vt teneatur sic scire & credere explicitè; hoc est, in confuso, & in communi, sed singulariter, distinctè, & specialiter, ita vt sciat, hunc & illum esse Articulum fidei, quoties ea de re fuerit interrogatus, vt bene declarat Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, quæst.3. Comment.20. in princ. litera A. parte 1.folio mihi 62. col.1.in fine*, & Cardinal. Tolet. *in summa, lib.4. cap.2.nu.4.* Non autem quod teneatur de illis rationem reddere, & eos defendere, & curiosus indagare, nō enim possunt simplices personæ de subtilitatibus fidei interrogari, nisi fuerint de falso suspectæ, prout bene declarat Simanc. *Catholicarum institutionum tit.28.rub. de fide Catholica, numer.10. versic. Hæc vulgus, post Diuum Thomam, Scotum, & Bonauentur. & Ambros. in locis per eum relatis*, Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tractat. de hæreticis, cap.2. litera B. versic. Simplices non sunt examinandi de subtilitatibus*, Cardinal. Tolet. *vbi supra, dicto num.4. versic. Si autem nullus*, vbi propterea dixit, quod fidei Articulos ad humanitatem & diuinitatem pertinentes, omnes explicitè credere debent, licet non omnes eorum difficultates & subtilitates penetrare teneantur, Eymericus *in Directorio inquisitorum, parte 1.quæst.4.num.5.versic. Simplices enim, folio mihi 63. colum.2.* & secundum hanc declarationem intelligenda sunt, quę scripsit Iacob. de Graffiis, *libr.2. suarum decisionum, cap.8. rub. de hæreticis, nu.16. & nu.17. in fine, versic. Laici vero.* Alioquin contradiceret iis, quæ postea dixit *num.26.*

ARGVMENTVM.

Libros hæreticorum penes se retinens, quando, & qua pœna puniatur.

SVMMARIA.

Libros hæreticorum penes se retinere & legere, prohibitum est à iure, nu.1.

Libros hæreticorum retinere & legere, an, & quando punibile sit, & generaliter de materia, nu.2.

Libros hæreticorum retinentes, occultantes, & non comburentes de iure ciuili pœna capitis, deportationis, & abscissionis manus puniuntur, nu.3. & nu.4. vbi etiam, quod imponitur pœna confiscationis bonorum.

Confiscationis bonorum pœna imponitur retinenti libros hæreticorum, & illos non comburenti, nu.4.

Excommunicationis pœna vigore Bullæ Cœnæ Domini imponitur retinentibus libros hæreticorum, nu.5.

Absolutionem excommunicationis pro retentione librorum hæreticorum solus Papa dare potest, nu.6.

Libros hæreticorum retinentes & legentes dicuntur fautores hæreticorum, nu.7.

Libros hæreticorum retinens, præsumitur hæreticus, & de hæresi suspectus, num.8. & hæc præsumptio aliquando est leuis, aliquando vehemens & sufficiens, ad indicendam purgationem & abiurationem, nu.9.

Iudæis est etiam prohibitum retinere libros hæreticorum, nu.10.

Cardinalibus etiam prohibitum est retinere libros hæreticorum, num.11.

Defensores librorum hæreticorum hæresim continentium sunt excommunicati vigore Bullæ Cœnæ Domini, nu.12.

Legentes libros hæreticorum sunt excommunicati, vigore Bullæ Cœnæ Domini, etiam quod inceperint librum legere, & postea pœnitentia ducti destiterint, nu.13.

Falsantes seu corrumpentes libros Catholicos, illisque hæretica dogmata immiscentes, sunt excommunicati, & acerrimè puniendi, nu.14.

Libros hæreticorum prohibitos & damnatos deferentes ex terris hæreticorum in terras fidelium & Catholicorum, puniuntur, nu.15.

Componens librum, in quo hæreses contineantur, hæreticus est, nu.16. Declara, vt nu.17.

Scriptores librorum hæreticorum excommunicationis vinculo innodantur, sicut & scriptores statutorum contra Ecclesiæ libertatem, nu.19.

Retinens libros prohibitos & hæreticales est suspectus de hæresi, quod illos nunquam legerit, nu.20.

Libros hæreticorum sine nomine retinentes & legentes, præsumuntur authores eorum, nisi authorem doceant, num.21. vbi etiam an possint torqueri ad indicandum auctorem.

Damnato auctore tanquam hæretico censentur etiam mandati eius libri, etiam quod expresse damnati non sint, num.22. nisi expresse fuerint approbati ab Ecclesia, nu.23.

Libros hæreticorū retinere & legere prohibitum est, etiam quod contineant aliqua bona & vtilia, nu.24. Declara, nisi fuerint approbati ab Ecclesia, nu.27.

Damnato auctore tanquam hæretico, censentur damnati eius libri, etiam quod contineant bona & vtilia, vt scilicet censeantur damnati tanquam inauctorizabiles, non autē quin verè reputentur, nu.25. Declara, vt nu.26.

Sortilegorum, Diuinatorum, & Astrologorum libros retinere prohibitum est, nu.28.

Librum etiam vnicum hæreticorum retinere & legere prohibitum est, nu.29.

Libros hæreticorum etiam manuscriptos & non impressos retinere & legere prohibitum est, nu.30.

Libros hæreticorum siue magnum siue paruum retinere, prohibitum est, nu.31.

Libros hæreticorum de religione tractantes, retinentes & legentes, sunt excommunicati, nu.32.

Libros hæreticorum retinens, licet præsumatur hæreticus, hæc tamen præsumptio non sufficit ad condemnandum, nu.33. licet alij contra, nu.34. nisi alia concurrant, nu.35.

Libros hæreticorum retinens de licentia Papæ non punitur nec præsumitur hæreticus, nu.36.

Inquisitores minime dare possunt licentiam retinendi & legendi libros hæreticorum, Declara, vt nu.37.

Libros hæreticorum retinere & legere non est prohibitum, quando quis eos retinet & legit ad confutandos hæreticorum errores, nu.38. Declara, dummodo retineat cum licentia Superioris, aliter secus, nu.39.

Libros hæreticorum si quis, postquam eos habuit, lacerauit, seu com-

combussit, vel Inquisitori tradidit, non est suspectus de hæresi, neque punitur, Declara, vt nu. 40. 41. & 42.

Episcopi & Inquisitores possunt retinere & legere libros hæreticorum, nu. 43.

Libros hæreticorum retinens ignoranter, & sine dolo, non est suspectus de hæresi, neque punitur, nu. 44. Imo ad hoc, vt incurratur excommunicatio Cœnæ Domini, non solum requiritur, quod liber sit compositus ab hæretico, sed etiam quod contineat hæreticalia, nu. 45. Declara, vt nu. 46.

Libros hæreticorum retinens, dicensque se illos retinuisse curiositatis causa, & vt sciret euitare ea, quæ ab hæreticis traduntur, an excusetur à pœna excommunicationis, & de materia, nu. 47.

Libros hæreticorum retinens, non præsumitur hæreticus, quando sic retinens sit homo bonæ famæ & vitæ, nec vnquam alias de hæresi suspectus seu diffamatus, nu. 48.

Libros hæreticorum expurgatos & in indice exceptos, retinere non est prohibitum, nu. 49.

Libros hæreticorum legens iussu Domini incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, ibid.

Audiens solum legi libros hæreticorum, non incurrit excommunicationem, nu. 2.

Legens & retinens libros Catholicorum hæresim continentes, non est excommunicatus, & quid, si in hoc libro adsunt adnotationes alicuius hæretici, nu. 5.

QVÆST. CLXXX. §. I.

1 REGVLA † sit, quòd nemo penes se retinere potest hæreticorum libros, nedum eos legere aut rescribere, cum damnatos libros habens statim eos comburere, vel officio sanctæ Inquisitionis præsentare debeat. Textus est expressus *in leg. damnato*, §. *Nec vero*, *C. de hæreticis*, & ibi Butrigar. & Salycet. *in versic. Item nota*, vbi amplius, quod huiusmodi libri comburendi sunt, quod & idem probatur *in l. Quicunque*, §. *nulli insuper*, *versic. Nemo*, & §. *omnes vero*, *C. eodem*, Iacob. Butrig *in eadem l. Quicunque in fide*, & *ibi* etiam Salycet *nu. 1. pariter in fine*, Hostiens *in summa, de hæreticis*, §. *Qua pœna feriatur*, *nu. 10. versic. Item nec libri talium recipiendi sunt*, Calderin *in tractat. de hæreticis, rub. de pœnis hæreticorum*, *num. 11. in fine*, Simanch *Catholicar. Institut. tit. 38. rubr. de libris, nu. 1. & pluribus seqq. & præsertim num. 8. & seqq.* vbi pluribus hanc probat Conclusionem, & *in Enchiridio tit. 39. rubr. de libris & scriptis, num. 5.* Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 28. nu. 5. nu. 11.* Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, libr. 34. cap. 1. num. 16.* Bursat *consil. 7. nu. 51.* Petr. Binsfeld. *in Commentar. ad l. culpa, C. de malefic. & mathematic. in princip. & in versic. Ex dicta l. comprobatur, & in versic. Contra dicta, & per totam*, vbi etiam proponit contraria, & illis respondet Greg. de Valent. *ad D. Thom. 2. 2. quæst. 11. art. 3. versic. quod si iure, & sequ.* vbi bene docet, in Ecclesia iam inde antiquissimis temporibus vsitatum fuisse, vt huiusmodi perniciosi libri abolerentur, Ioan. Azzor. Iesuit. *Institution. moral. part. 1. libr. 8. cap. 16. rub. de legentibus & retinentibus libros hæreticorum, qu. 9.* vbi docet idem.

2 Ad † quam materiam retinentium & legentium libros damnatos, prohibitos hæreticorum, hæreticales & similes vltra infrascriptos, vide Campeg *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 34. versic. Quid si dubium, & versic. demum.* Alphons. de Castr. *de iusta hæreticorum punitione, cap. 15. 16. & 17.* Conrad Brun *in tract. de hæreticis, lib. 6. cap. 6. & 7.* Eymericus *in Directorio inquisitorum parte 2. quæst. 23.* vbi recensentur libri omnes hæreticorum damnati. & *ibi* late Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 48. & quæst. 24. & seqq. vsque ad quæstionem 30.* & *ibi* pariter Pegna *in additionibus ad omnes prædictas quæstiones*, in quibus, vt dixi, recensentur omnes libri damnati in decretis, in decretalibus, in extrauagantibus, à diuersis Rom. Pontificibus, Greg. XI. ab aliis de mandato Papæ, ab Inquisitoribus Aragoniæ, aliisque libris in Italia & Gallia damnatis, Læl. Zech. *in summa, parte 1. tit. de fide, cap. 11. rubr. de hæresi, nu. 13. versic. Octaua conclusio*, vbi ponit plures casus, in quibus retinens & legens libros damnatos hæreticorum, non incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, de quibus in specie *infra, nu. 5.* Barthol. Vgolin. *in tract. de censuris, &c. parte 2. folio mihi 85. & pluribus seqq. vsq; ad fol. 107.* vbi late explicat ad propositum, constitutionem Bullæ Cœnæ Domini, Ioan. Azzor. Iesuita *Instit. moralium parte 1. lib. 8. capit. 16. rub. de legentibus & retinentibus libros hæreticorum, per totam, & præsertim quæst. 4.* vbi de famulo legente libros hæreticorum iussu Domini, & de Domino iubente hanc lectionem, quod incurrat excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, non tamen sic de eo, qui tantum audiuit legentem libros hæreticorum. Ad quæ vide etiam Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi lib. 2. cap. 10. nu. 84. & seqq.*

AMPLIA I. Vt † sic contra retinentes, occultantes, & non comburentes libros hæreticorum, diuersæ statutæ sint pœnæ, mortis, scilicet, capitis, deportationis, & abscissionis manus, vt bene declarat Simanch. *Catholicar. institutionum iuribus ibi per eum allegatis, tit. 38. rub. de libris, num. 26.* refert eum Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitor. parte 2. Comment. 3. ad cap. fraternitatis, versic. Iam, qua pœna sint plectendi, folio mihi 97. col. 2.* subdens, hanc seueritatem à tribunali Inquisitionis pœnam sanguinis non irrogante, longe abesse. Et quoad pœnam deportationis, vide text. *in l. Quicunque*, §. *nulli, versic. nemo*, & §. *sequenti, C. de hæreticis*, vbi dicitur; *Nemo huiusmodi habere libros & sacrilega scriptorum audeat monumenta seruare. Quod si qui in his criminibus fuerint deprehensi, perpetua deportatione damnentur.* 3

Imo, † quod intret etiam pœna confiscationis bonorum, text. est *in l. damnata, in fine, C. de hæreticis.* 4

AMPLIA II. Vt † vltra prædictas pœnas contra sic retinentes & legentes libros hæreticorum, Pontifices pœnam excommunicationis imposuerint, vt patet ex Bulla Pii IV. impressa ante indicem librorum prohibitorum, de qua per Francisc. Pegnam post Direct. Inquisit. inter literas Apostolicas, *folio mihi 168.* incip. *Dominici gregis*, edita de anno 1568. & de ea mentionem facit Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 46. nu. 30.* & in Bulla Cœnæ Domini, *versicul. Ac eorundem libros*, relata nouissime per Barthol. Vgolin *in tract. de censuris, in glossa, Ac eorundem libros, nu. 1. folio mihi 85. parte 2.* vbi ampliat in legente quorumque hæreticorum libros, & *nu. 2. vers. Decimo in excommunicationem*, vbi ampliat in legente hæreticorum libros, etiam quod ea, quæ legerit, ore non expresserit, sed tantum oculis inspexerit, & *nu. 3.* vbi pariter ampliat etiam in legente librum sine dolo, & ob curiositatem, de quo in specie dixi *infra, hac eadem quæst. nu. 47.* & *in eadem parte 2. §. 1. nu. 1. vers. Tertio in excommunicationem, & sequenti, & nu. 2. & seqq. omnibus, folio mihi 90.* ponit plures declarationes & limitationes, in quibus legens hæreticorum libros, seu hæresim continentes, non incurrit excommunicationem dictæ Bullæ, & *eadem parte secunda, in glossa, Aut pertinentes, in princip. numer. 1.* ponit excommunicationem dictæ Bullæ contra retinentes, *folio mihi 93. & num. 2. & seqq.* ponit aliquas ampliationes ad dictam Bullam, & §. *1. versic. 4. in excommunicationem, & sequentibus*, ponit nonnullas limitationes, in quibus sic retinens huiusmodi libros, excommunicationem non incurrit, *folio mihi 95.* Lælius Zech. *parte 1. in tit. de fide, cap. 11. rubr. de hæresi, nu. 13. vers. Octaua conclusio*, ponit plures casus, in quibus retinens & legens libros hæreticorum damnatos, non incurrit excommunicationem dictæ Bullæ, Nauarr. *consil. 5. de hæreticis, lib. 5.* vbi concludit, quod retinens & legens libros hæreticorum, excommunicationem incurrit Bullæ Cœnæ Domini, sed nõ eam, 5

quam

quam hæreticis eadem Bulla imponit, quia sic retinens & legens, vere & coram DEO hæreticus non est, licet in foro exteriori & coram hominibus iudicetur talis, vt per eundem Nauarr. *in Manual. Confessorum, cap.11. num. 24. & 25. & cap.27. num.56.* Petr. Binsfeld. *in Commentar. ad leg. culpa, C. de malefic. & mathematicis, versic. Et lex Pontificia in Bulla Cœnæ Domini*, Ioan. Azzor. *Institution. Moralium parte 1. libro 8. cap.16. rubric. de legentibus aut retinentibus libros hæreticorum, quæstione 11. & omnibus sequentibus, per totum*, vbi late explicat materiam huius pœnæ excommunicationis, quam incurrunt legentes & retinentes libros hæreticorum, prout etiam late eam explicat, & plures speciales casus, in quibus retinens & legens hæreticorum libros hanc Bullæ Cœnæ Domini excommunicationem incurrit, & non incurrit, Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.2. cap.10. num.20. & omnibus seqq.* Et illum propterea in contingenti casu adeas, Iacob. de Graffiis *lib.4. suarum Decisionum, cap.18. nu.40. & seqq.*

6 Et † ab hac excommunicatione vigore eiusdem Bullæ Cœnæ Domini, non nisi Summus Pontifex absoluere potest, & Sacerdotes absoluentes grauissime puniuntur, cum sic cautum sit in dicta Bulla *ad fin. §. Illos autem*, cuius verba in proposito refert Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, par.2. commentar.3. ad cap. Fraternitatis, extra, de hæreticis, versic. Ad hæc illud monendi sumus, folio mihi 95. col.2. in fine*, Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, lib.5. sect.17. versic. hæc absolutio reseruata est habentibus potestatem absoluendi à casibus Bullæ Cœnæ Domini*, Ioan. Azzor. Iesuita *Institut. moralium, parte 1. lib.8. cap.16. rub. de legentibus & retinentibus libros hæreticorum, quæst.1. & quæst.5.* vbi declarat, hoc non procedere in excommunicatione lata à iudice librorum prohibitorum, cuius absolutionem minime Pontifici reseruatam esse affirmat.

7 AMPLIA III. Quia † retinentes & legentes libros hæreticorum, possunt etiam dici hæreticorum fautores, sic enim in Concilio Constantiensi statutum esse scripsit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Directorio inquisit. part.2. Comment.3. ad cap. fraternitatis, de hæreticis, vers. Illud non omittam, fol. mihi 97. col.1. in fine.*

8 AMPLIA IV. Quia † retinens libros hæreticorum præsumitur hæreticus, & talis retentio facit indicium contra retinentem, ipsumque de hæresi suspectum reddit, Calderin. *in tract. de hæreticis, rubric. de hæreticis credentibus, &c. num.13. in fine*, Felyn. *in cap. Si quis Episcopus, in fine, versic. in gloss. final. de hæreticis*, vbi, quod ita tenent omnes, Ioan. Andreas post Archidiacon. *in cap.2. num.4. de hæreticis, in 6.* & ibi etiam Geminian. *nu.7. in fine*, Repertor. Inquisit. *in verbo, Comburi, versic. An habens librum*, & ibi Quintilian. Mandos. *in additionibus, lit. B.* Simanch. *Catholicarum institut. tit.38. rubr. de libris, nu.24.* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.7. litera A. in prima additione*, Pract. Conradi *rubric. de hæreticis, num.4.* Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst.28. num.14.* Hippolyt. Riminald. *consil.414. num.2.* Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.35. num.21. & cap.46. num.30.* vbi sic expresse cautum refert ex Constitutione Pii IV. impressa ante indicem librorum prohibitorum; Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 2. Commentar.3. ad cap. Fraternitatis, extra, de hæreticis, versic. Sed aliter casus, folio mihi 96. colum.2.* vbi, quod hoc nullam habet dubitationem, idque constitutissimum affirmat, tam ex decreto Clementis IV. quam ex Constitutione Pii IV. qua expresse cauetur, eum retinentem seu legentem hæreticorum libros, tãquam de hæresi suspectum, inquiri posse, Menoch. *de præsumption. libr.5. præsumpt.6. num.18.* Mascard. *de probation. libr.2. conclus.862. num.6.* Martinus del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, libr.5. sect.17. vers. Sunt etiam tales retinentes vehementer de eadem hæresi suspecti.* Vide tamen Nauarr. *consil.5. de hæreticis, lib.5. nu.1.* vbi dixit, quod retinens & legens libros hæreticorum, vere & coram Deo hæreticus non est, licet in foro exteriori, & coram hominibus hæreticus reputetur, Ioan. Azzor. Iesuit. *Instit. moralium parte 1. lib.8. cap.16. rub. de legentibus & retinentibus libros hæreticorum, quæst.10. in fine*, vbi dixit, retinentes penes se libros hæreticorum, merito præsumendos hæreticos, cum hoc perspicaciter tradant Pontificiæ constitutiones.

AMPLIA V. Quia † præsumptio oriens ex retentione librorum hæreticalium quandoq; dicitur vehemens, sufficitque propterea ad purgationem & abiurationem. Quod, an verum sit, & quando, vide Syluestrinam *in summa, in verbo, Hæresis, §.1. num.1. versic. Et secus, si quis libros*, vbi, quod talis suspicio sufficit ad indicendam purgationem, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Credentes, sub num.2.* vbi, quod suscipientes hæreticorum libros, non carent suspicione hæresis vehementi, vel leui, secundum quod apparebunt in eis maiora vel minora indicia, *& in verbo, Libri, numer.1.* vbi, quod ex hac librorum hæreticalium retentione oritur contra retinentem vehemens suspicio; Repertor. Inquisitorum *in verbo, Libri, versicul. Secundo*, vbi ex hac librorum retentione oritur contra retinentem vehemens suspicio hæresis, Simanch. *Catholicarum institutionum titul.38. rubric. de libris, num.24.* vbi, quod in hoc iudicis arbitrium maxime attendendum ex personarum & librorum qualitate, aliisque circumstantiis, *& in Enchiridio, titul.39. rubric. de libris & scriptis, num.4.* Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap.7. nu.7.* vbi, quod isto casu contra retinentes libros hæreticorum insurgit suspicio modo vehemens, & modo leuis, iuxta personarum & facti qualitatem, Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst.28. numer.14.* vbi, quod hæc suspicio sufficit ad indicẽdam purgationem sufficientem, & idem repetiit *in dicto num.26. versic. Aut vero apparet, & nu.30.* vbi dixit, arbitrarium esse iudici, an oriatur suspicio grauior vel leuior, secundum causas & personarum qualitates, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 2. Commentar.3. ad cap. Fraternitatis, extra, de hæreticis, versic. An autem hæc suspicio, folio mihi 96. col.2. in fine, & folio 97. col.1.* quem omnino videas bene declarantem, ex quibus Inquisitor moueri possit ad habendum hunc retinentem libros hæreticorum suspectum de leui vel vehementi hæresi, omnia magistraliter & more suo explicat, & iterum *infra, versic. Iam qua pœna, folio 97. colum.2.* vbi pariter dixit, hoc esse arbitrarium, testaturque in sancto Romanæ Inquisitionis officio, aliquando post abiurationem, Ieiunia, Orationes, & Peregrinationes imponi vidisse, Menoch. *de præsumption. libr.5. præsumpt.6. num.18.* vbi pariter dixit, Iudicis arbitrio remitti, quæ suspicio inde oriatur, Mascard *de probation. lib.2. conclus.862. nu.7. & seqq.* vbi & ipse existimat, hoc esse arbitrarium, Bursat. *consil.90. num.10. & seq. libr.1.* vbi, quod retinens libros damnatos, ad hoc vt de hæresi vehementer suspectus reddatur, tria requiruntur: Primo, scientia. Secundo, quod libri sint damnati pro hæreticis. Tertio, quod alia concurrant, Didac. Canter. *in quæst. criminal. rub. de hæreticis, cap.1. sub nu.64.* vbi pariter dixit, ex retentione librorum hæreticalium oriri præsumptionẽ modo grauem, secundum qualitatem personarum, Ludouic. à Paramo *de origine S. Inquisit. libr.3. quæst.9. nu.147. & seqq.* vbi pariter dixit, ex retentione librorum oriri contra retinentem modo leuem, modo vehementem, & modo violentam hæresis suspicionem, iuxta personarum & librorum qualitates, & alias circumstãtias, arbitrio iudicis, Læl. Zech. *in summa, parte 1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.11. nu.5. vers. Tertia præsumptio*, vbi amplius dixit, 9

quod

quod retinens & legens libros hæreticorum, non semper est suspectus de hæresi, sed attenditur qualitas personarum & facti, & *ibi* bene exemplificat Iac. de Graffiis *lib.* 4. *suarum Decisionum, cap.* 18. *nu.* 49. vbi idem dixit Mont. Mara. *in Pract. Archiepisc. cap.* 84. *num.* 12. vbi testatur, apud eum in Curia Neapolitana Archiepiscopali seruari, quod si apud aliquem reperiuntur libri hæreticorum & Negromanticorũ, hæresim vel apostasiam à fide manifestam continentes, super intentione & complicibus torquetur, & si persistit, solet abiurare de vehementi.

10 AMPLIA VI. Vt † etiam Iudæis, aliisque infidelibus prohibita sit retentio librorum hæreticorum & damnatorũ, ex Constitutione Iulii III. edita de anno 1554. incip. *Cum sicut*, relata per Francisc. Pegn. *in Director. Inquisit.* inter literas Apostolicas, *folio mihi* 150. in qua Iudæi sub pœna pecuniaria, confiscationis bonorum, & etiam corporali, & vltimi supplicii, tanquã à fide Christi apostatantes, prohibentur retinere libros continentes aliquid cõtra fidem Catholicam, aut blasphemiam in Dominum, aut Christianam religionem, Simanch. *Catholicarum institution. tit.* 35. *rub. de Iudæis, nu.* 11. & Constitutione Gregorii XIII. Iudæis, aliisque infidelibus prohibitum esse legere & retinere libros hæreticos vel Talmudicos, aut alios Iudaicos quomodolibet dãnatos aut prohibitos, bene Francis. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitor. part.* 2. *Commen.* 3. *ad cap. Fraternitatis, extra, de hæreticis, versic. Postremo, &c. & seqq. omnibus, folio mihi* 97. *col.* 2. vbi amplius subdit, quod ex quo non fuit istis Iudæis retinentibus hæreticos & damnatos libros statuta aliqua certa pœna, hoc ideo arbitrio Inquisitorũ punientur pro qualitate delicti & malitia delinquentis, Bursat. *consil.* 90. *nu.* 1. *&* 2. *lib.* 1. vbi facit conclusionem, quod Iudæus retinens libros reprobatos idolatriam, & superstitionem continentes, potest ab Inquisitore puniri, & *nu.* 4. *& sequ.* declarat, hoc casu intrare pœnam pecuniariam, non autem vehemẽtem de hæresi suspicionem, & ibi late hanc declarationem defendit.

Quid autem ècontra, an sit excommunicatus, qui legit & retinet, imprimit, aut defendit libros infidelium continentes errorem contra fidem? Dic, quod non, vt per Barth. Vgolin. *in tract. de cẽsuris Pontifici reseruatis, parte* 2. *in cap.* 1. *in Gloss. Ac eorundem libros, §.* 1. *n.* 3. refert eum & sequitur Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib.* 2. *capit.* 10. *nu.* 22. vbi ampliat hanc Conclusionem, etiamsi infideles, quorum libri retinentur, fuerint Catechumeni, & à fide recesserint, quia, vt suo loco dictum est, non sunt verè hæretici; & *nu.* 27. vbi idem de retinente & legente libros Græcorum, Armenorum, & alios huiusmodi continentes eorum ritus, quod non sint excommunicati, ex Azzoro ibi per eum alleg.

Et de libro Talmudi cum suis glossis comburendo, prout combustus fuit à Cancellario Parisiensi, iubente Greg. IX. Comburi etiam vna cum aliis libris reprobatis penes Iudæos existentibus, iussit Innocent IV. anno Dom. 1243. in sua Constitutione, incip. *Impia Iudæorum perfidia*, registrata per Pegnam inter literas Apostolicas, *folio mihi* 5. Et extat etiam Constitutio Iulii III. incip. *Cum sicut*, edita de anno 1554. & relata per Franc. Pegn. inter literas Apostolicas, *vbi supr. folio mihi* 150. Qua etiam expresse inhibitum est, Iudæis retinere hunc librũ Talmud, & quod talis liber debeat omnino comburi. Vide etiam edictum Illustrissimorum & Reuerendissimorum DD. Cardinalium, Inquisitorum vniuersalis Reipublicæ Christianæ, editum de anno 1553. incip. *Nos Ioannes Petrus Caraffa*, & relatum per Pegn. *vbi sup. fol.* 154. Ioan. Azzor. Iesuit. *Instit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *c.* 22. *rub. de obstinata Iudæorũ perfidia, qu.* 12. *vers. si libros hæreticos, & versic. item cõmunis est opinio*, vbi relatis Constitution. Greg. IX. Innocen. IV. & Iulii III. prohibentibus, & comburi mãdantibus libros Talmudicos, falsam dixit, & reprobauit opinionem Petri Galatini, *libr.* 1. *de Arcanis Catholicæ veritatis, c.* 7. qui conatur ostendere, Talmud Iudæorum à Christianis recipi debere, & in Latinum sermonem conuerti, publiceque in scholis Christianorum explicari illius rationes & argumenta proponit & confutat.

AMPLIA VII. Quia † retinentes & legentes hæreticorum libros, excommunicationis vinculo subiiciuntur, siue clerici, siue laici, siue quicunque alii, in quauis dignitate positi, vt Cardinales, Episcopi, Prælati, Imperatores & Reges: loquitur enim Bulla in Cœna Domini indefinitè, vt patet in verbo, *Legentes*, quæ propterea æquipollet vniuersali, & in specie sic voluit & declarauit Barthol. Vgolin. *in tract. de Censuris, parte* 2. in Glossa, *Ac eorundem libros, num.* 1. *folio mihi* 85. & de exemplis dixi aliquid *infra hac eadem quæst. nu.* 43. 11

AMPLIA VIII. Etiam † in defensore librorũ hæreticorum, & hæresim continentium; Nam & hi vigore Bullæ Cœnæ Domini sunt excommunicati, vt patet in eadem Bulla, *vers. Ac eorum quomodolibet defendentes, ex quauis causa, publicè, vel occultè, quo ingenio & colore.* Ad cuius interpretationem vide nouissime Barth. Vgolin. *in tract. de Censuris, parte* 2. in eadem Glossa, *Ac eorum quomodolibet, fol. mihi* 100. *num.* 1. *& seqq.* vbi ampliat, siue quis defendat cum verbis, seu de facto tacite & expresse, declarat & explicat omnes causas, quibus hæreticorum libri defenduntur, quando publicè, & quando occultè, & limitat, quando quis diceret, se velle defendere librum talem; sed nondum defensionem aggressus est, nec ad defendendum se præparauit, tunc enim ex hac sola voluntate verbis significata, excommunicationem non incurri, affirmat, vt ibi per eum, *& in gloss. Vel de religione tractantes, num.* 3. vbi ponit, an defendens librum hæretici de Religione tractantem, hæresim tamen non continentem, an, inquam, incidat in excommunicationem dictæ Bullæ; & distinguit eum incidere, quando librum defenderet vt hæretici opus, secus, si non habito respectu ad authorem defenderet id, quod in libro continetur, Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, l.* 2. *cap.* 10. *nu.* 58. vbi & ipse bene declarat materiam huius ampliationis, & quando quis dicatur defendere hæreticorum libros, præsertim ad effectum incurrendi pœnam excommunicationis Bullæ Cœnæ Domini. 12

AMPLIA IX. Vt † excommunicationis pœnam in Bulla Cœnæ Domini impositam, incurrat etiam is, qui hæreticorum librum legere incepit, & deinceps pœnitẽtia ductus legere desinat: statim enim quod legere incipit, in excommunicationẽ ilico cadit, & si amplius non perlegat, prout voluit in specie Barth. Vgol. *in tract. de censuris, &c. p.* 2. in Glossa, *Ac eorundem libros, n.* 1. *sub vers.* 8. in excommunicationem incident, *fol. mihi* 87. vbi propterea reprobat Iacob. de Graffiis *lib.* 4. *Decis. casuum conscientiæ, in expositione Bullæ Cœnæ Domini, num.* 45. vbi legentes tres vel quatuor lineas libri damnati, in excommunicationem non incidere putauit. Et pro hac opinione Vgolini vide Toletum *de instruct. Sacerd. l.* 1. *c.* 19. *nu.* 9. vbi dixit, excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini incurri, siue paucæ lineæ siue multæ legantur, sed pro opinione Iacobi de Graffiis, quod scilicet legens in libris hæreticorum vnam vel alterum tantum versiculum, vel paucula quædam verba tantummodo, non incurrat excommunicationem, vide Ioan. Azzor. Iesuitam *Inst. Moral. part.* 1. *l.* 8. *c.* 16. *rub. de legentibus aut retinentibus libros hæreticorum, quæst.* 3. Et pro hac vltima opinione vide alios concordantes, relatos per Thomam Sanchez *in Præceptis Decalogi, cap.* 10. *num.* 31. vbi & ipse tenet, in hac materia esse maxime attendendam paruitatem, & rei modicæ lectionem, quia in ea non militat illud idem periculum, quod militat in legente libri 13

magnam partem, & ponit exemplum in legente pauca verba, decem lineas, & etiam vnam paginam alicuius libri hæretici, tunc enim per hunc legentem non incurritur excommunicatio Bullæ Cœnæ Domini, vt *ibi* per eum, licet *nu.*30. subdat, legentem alicuius libri Indicem, procemium, præfationem siue epistolam ad lectorem, hanc Bullæ Cœnæ Domini excommunicationem incurrere, quia hæc pars libri sunt, & quæ in libro tractanda sunt, bene explicant, & *num.*54. vbi, quid de eo, qui retinet aut legit non totum librum, sed libri partem, seu folium.

14 Ampli a X. Et † multo magis in falsantibus seu corrumpentibus libros Catholicos, illisque hæretica dogmata immiscentibus. Nam quod sint excommunicati & anathematizati, docetur *in sexta Synodo Constantinopolitana, act.*13. suspectosque de heresi eos esse, dubitandum non est, acerrimeq; Inquisitorum arbitrio esse puniendos, bene docet Francis. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, part.*2. *Commen.*17. *ad cap. Nouerit, de sentent. excommunicat. versic. Denique, qualis sit pœna eorum, & seqq. folio mihi* 126. *colum.*2. vbi pariter aduertit, hanc Catholicorum librorum falsificationem contingere posse pluribus modis, nempe additione, diminutione, mutatione, falsa compositione, falsa interpretatione, falsa allegatione, ac etiam falsa authoris intitulatione, & etiam contingere posse, quandoque in scripturis Veteris seu Noui Testamenti, quandoque in scriptura sanctorum Patrum, & quandoque in libris ad Religionem non spectantibus. Quæ omnia diligenter ab Inquisitoribus monet aduertenda, vt pro modo culpæ pœnam imponant condignam, Menoch. *de arbitr. quæst. lib.*2. *cas.*549. *num.*5. *in fine, Centur.*6. vbi refert & sequitur Pegnam *in loco præallegato.*

15 Ampli a XI. Vt † etiam fautores hæreticorum reputari debeant, & vt tales puniendi, qui ex hæreticorum Prouinciis libros prohibitos & damnatos in terras fidelium deferunt, & licet huiusmodi deferentes de iure Ciuili pœnæ capitali subiiciendi essent, legibus tamen Canonicis, quibus hoc casu iudicandi sunt, præter excommunicationem, bonorum etiam cōfiscationem patientur, & si viles fuerint, verberibus cædi poterunt, si honestiores exilio mulctari, iuxta qualitatem personarum & Inquisitorum arbitrio; prout hæc omnia bene explicat Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitor. parte* 2. *Commen.*17. *ad cap. Nouerit, de sentent. excommunicat. versic. Idem iudicio, folio mihi* 126. *colum.*1. Nec dissentit Ioann. Azzor. Iesuit. *Institut. Moralium, parte* 1. *l.*8. *cap.*17. *quæst. vlt.*

16 Ampli a XII. Et † multo magis in eo, qui librum hæreses continentem composuit. Nam & is amplius hæreticus est, & vt hæreticus puniri debet, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Hæreticus, nu.*22. *versic. Nota iterum,* Repertor. inquisit. *in verbo, Detegitur, versic. item ex facto,* Simanch *in Enchiridio violatæ religionis, tit.*39. *rub. de libris & scriptis, nu.*2. *& n.*3. vbi amplius declarat, quod compositio libri hæreticalis non sufficiat ad condemnandum componentem, tanquam hæreticum, nisi etiam is fateatur, librum à se factum, & à se scriptum, vel ab alio se dictante, & nullam iustam alleget causam, quæ à crimine hæresis eum tueatur, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.*12. *num.*1. *& cap.*7. *num.*4. Menoch *de præsumpt. lib.*5. *præsumpt.*6. *nu.*13. Ioan. à Rojas *singul.*124. *n.*2. Franc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitor. parte* 2. *Comment.*3. *ad cap. Fraternitatis, extra, de hæreticis, versic. Horum tamen sententiam, folio mihi* 96. *col.*2. vbi etiam reddit rationem, quia scilicet cum maiori deliberatione hæretici libri scribantur, quam verba hæretica emittantur, Mascard. *de probationibus, lib.*2. *conclusione* 862. *nu.*3. Martinus del Rio Iesuita *de Disquisitionibus magicis, lib.*5. *sect.*17. *versic. Nam si ab ipsis*met *compositi forent,* Didacus Canter. *in quæst. crimin. rubr. de hæreticis, cap.* [illegible] *num.*64. faciunt, quæ dixi infra, *quæst.*... *num.*...

Limita, † hāc duodecimam ampliationem procedere, quando quis ex proposito librum componit, hæresesque in eo contentas contra Catholicam fidem stabilire contendit, secus, si quasi aliud agens, hæreticale aliquod dictum proferat, quod ex ignorantia potius, quam malitia protulisse videatur, præsertim in rebus obscuris, difficilibus, & quas non facile quis explicite scire præsumitur, & præsertim etiam præmissa generali protestatione, vel alias componens, vir Catholicus & probus communi omnium existimatione habetur, Mascard. *de probationibus, lib.*2. *conclusione* 862. *numer.*5. vbi refert & sequitur Franciscum Pegnam *in loco præallegato.* Non dissentit Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium parte* 1. *libr.*8. *cap.*16. *rubr. de legentibus & retinentibus libros hæreticorum, quæst.*10. *versic. Sed quid si apud Titium,* quem bene hoc declarantem & exemplificantem videas. 17

Ampli a XIII. Quia † etiam scriptores librorum damnatorum & hæreticalium dicuntur suspecti de hæresi, ex traditis per Hippolyt. Riminald. *consil.*414. *numer.*21. *versic. Secundo proponitur, & nu.*22. vbi tamen *nu.*25. *& sequ.* declarat, hanc suspicionem tolli ex eo, quod quis postquam damnatos libros scripsit, eos non retinuit; Quam tamen declarationem ego non admitterem, quando dictos libros sic scriptos alteri consignauerit, sed tantum, quando post scripturam combusserit, seu lacerauerit, iuxta scripta *infra hac eadem quæstione, nu.*40. Qua in re vide Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part.*2. *Commētar.*17. *ad cap. Nouerit, de sentent. excommunicat. versic. Sed quæ erit pœna, & sequenti, folio mihi* 126. *colum.*1. vbi dixit olim de iure Ciuili, ex Iustiniani nouella Constitutione, Libros hæreticorum transcribentibus, imponi debere pœnā amputationis manus. Sed quia Ecclesia pœnam sanguinis abhorret, hoc ideo ex Concilio Lateranense huiusmodi transcribentes de hæresi suspecti reputantur, arbitrariaque pœna coercentur, Menoch. *de arbitr. quæst. lib.*2. *casu* 549. *num.*1. *&* 2. *& num.*5. *Centur.*6. vbi pariter dixit, hanc pœnam esse arbitrariam ex Constitutione Pii Papæ V. in regulis editis ad Indicem librorum prohibitorum, *reg.*10. Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium parte* 1. *libr.*8. *cap.*17. *quæst.*5. vbi dixit, transcribentes damnatos hæreticorum libros & scripta cum aliis communicantes puniendos esse, tanquam de hæresi suspectos, hæreticorumq; fautores, & ad minus eadem pœna, qua puniuntur retinentes libros hæreticorum. 18

Ampli a XIV. Vt † impressores librorum hæreticorum excommunicationis vinculo innodentur, sicut & scriptores statutorum contra Ecclesiæ libertatem, cū impressoria actio sit ad libros euulgandos; Imo licet impressoribus huiusmodi de iure Ciuili pœna amputationis manus imponenda esset; Quia tamen seueritas hæc ab Ecclesiæ Tribunali, quæ sanguinem non fundit, longe abest: Hoc ideo vltra excommunicationem prędictam contra eos, tanquam fautores hęreticorum, procedi poterit, pœnaque arbitraria puniendi erunt, prout hæc omnia bene comprobat Franciscus Pegna nunquam satis laudatus Iurisconsultus, *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 2. *Comment.*17. *ad cap. Nouerit, de sentent. excommunicat. lit. B. versic. Item excommunicamus, & seqq. fol. mihi* 125. *colum.*2. *& fol.* 126. *col.*1. Menoch. *de arbitr. quæst. libr.*2. *casu* 549. *nu.*1. *nu.*2. *& nu.*5. *Cent.*6. vbi pariter dixit, hanc pœnam esse arbitrariam ex Constitutione Pii V. in regulis editis ante Indicem librorum prohibitorum, *regul.*10. Ad quæ vide omnino Barth. Vgol. *in tract. de censuris, parte* 2. *in Glossa,* 19

impri-

Imprimentes, in princ. & in §. 1. folio mihi 96. & sequ. vbi plene explicat, quinam veniant in proposito impressorum appellatione, ad effectum incurrendi excommunicationem, de qua in Bulla Cœnæ Domini, Io. Azzor. Iesuit. *Institut. Moralium parte 1. lib. 8. cap. 17.* vbi ex Concilio Lateranensi & Tridentino ponit, an, quando, & qua pœna puniatur impressores librorum sine licentia superiorum, Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 10. num. 57.* vbi pariter bene declarat ad incurrendam excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini impressorum nomine quinam veniant, de quo etiam per Iacobum de Graffiis *l. 4. suarum decisionum, cap. 17. nu. 50.* Et vide etiam Cōstitutionem Leonis X. editam de anno 1520. incipien. *Exurge Domine, versic. Insuper, quia errores præfati, & versic. Inhibemus præterea*, relatam per Franc. Pegnam *post Director. Inquisit.* inter literas Apostolicas, *folio mihi* 115. in qua statuitur, imprimentes & publicantes libros Martini Lutheri, vt hæreticos puniri debere, & de impressoribus librorum damnatorum, ac etiam eosdem libros vendentibus, quod incurrant pœnā excommunicationis ipso iure, & mille ducatorum, pro prima vice; pro secunda, vltra pœnam prædictam priuentur arte Bibliopolæ, & in exilium mittantur, extat edictum Illustrissimorum & Reuerendissimorum DD. Cardinalium Inquisitionis Generalis totius Reipublicæ Christianæ, editum de anno 1543. & registratum per Francisc. Pegn. *vbi supra*, inter literas Apostolicas, *folio mihi* 144. & rursus vide Constitutionem Pii IV. editam de anno 1564. incip. *Cum pro munere*, relatam per Pegnam *vbi supra, folio mihi* 167. Qua mandatur impressoribus & Bibliopolis, vt consignent Inquisitoribus libros damnatos, sub pœna incursus criminis hæresis, & pœnarum pro hæresi inflictarum.

20 Amplia XV. Vt † retinens libros prohibitos & hæreticales, præsumatur suspectus etiam quod dicat, & verum sit, quod dictos libros nunquam legerit, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 37. nu. 35.* post Campeg. *in loco per eum relato, & cap. 46. nu. 32.*

21 Amplia XVI. Vt † retinens libros hæreticales sine nomine Auctoris, debeat Auctorem ostēdere, alias ipse præsumetur Auctor & Compositor, Simanc. *in Enchiridio violatæ Religionis, tit. 33. rub. de libris & scriptis, nu. 4.* Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 46. num. 26. versic. Puto autem*, vbi dixit, quod ex hac retentione scripturarum seu librorum hæreticalium sine nomine Auctoris, oritur contra retinentem & non indicantem nomen Auctoris vehemētissima hæresis coniectura, sufficiens ad torturam, & amplius subdit, quod si iste talis nollet Auctorem indicare, posset haberi non solum pro suspecto; sed etiam pro conuicto, & quod propterea, si nollet abiurare, pro hæretico condemnandus est; Quod vltimum ego admitto, si tortura illata non fuit, sed si illata fuit tortura, & in tortura persistit, quod amplius possit cogi ad abiurandum, est contra Doctores allegatos *infra, quæst. 185. num. 126. seqq.* Barthol. Vgolin. *in tractat. de censuris, parte 2. in glossa, Ac eorundem libros, num. 1. versic. Tertio esto legentes*, vbi propterea dixit, Bullam Cœnæ Domini, & illius excommunicationem, habere etiam locum, etsi hæreticorum libros legens Auctoris nomen ignoret.

22 Amplia XVII. Vt † damnato Auctore alicuius libri censeatur etiam & ipse liber propter Auctorem damnatus, secundum Alberic. *in leg. damnato, C. de hæret.* vbi remittit se ad ea, quæ scripsit *in l. 1. §. Iubemus, C. de veter. iur. enuclean.* & est text. *in cap. Fraternitatis, extra de hæreticis*, vbi ad literam dicitur, *Cum Cælestius & Pelagius in Ephesina Synodo sint damnati, quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur Auctores*; & ib. Glossa *in figuratione casus, & in verbo, Cælestius*, Hostiens. *num. 1.* Anton. de But. *nu. 2. versic. Nota, quod damnato Auctore*; Abb. *post nu. 1. in figuratione casus*, Cardin. Zabarel *in princ. versic. Damnato Auctore*, Marian. Socin. *nu. 1. versic. vel sic*, & Ioan. de Anan. *ante nu. 1.* & post omnes istos Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Directorio inquisit. part. 2. Comment. 3. ad dictum cap. Fraternitatis, versic. Primum damnato Auctore, folio mihi 94. col. 2.* vbi huius conclusionis hanc reddit rationem, quia scilicet plus nocent libri hæreticorum erronei, qui ad plures peruenire solent, quam Auctores ipsi, manifestumque sit, arbore damnata ob pestilentes fructus, ipsos etiam fructus interdici, ne venenum instillent, Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Damnatus, num. 3. & in verbo, Scriptura, num. 7.* vbi etiam de libris hæresiarcharum, Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium parte 1. libr. 8. cap. 16. rubr. de legentibus & retinentibus libros hæreticorū, quæst. 5. & 14.* vbi, quod nec etiam retineri possunt libri hæreticorum, hæreses non continentes, & de Religione non tractantes, testatur de Commun. Doctorum sententia, ponitque regulas Indicis librorum prohibitorum seruandas in legendis huiusmodi libris.

Sed quod attinet ad incursum Bullę Cœnę Domini, dic eam non incurri à legente & retinente librum hæretici, nisi hæresim contineat, aut de Religione tractet, vt per Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi libr. 2. cap. 10. nu. 33. & nu. 34.* vbi etiam, quid, si talis hæretici liber vnicam solum hæresim contineat, aut ex professo de Religione non tractet, *& nu. 35. & 36. vbi de eadem re.*

Limita † hanc decimam septimam ampliationē, nisi damnati Auctoris libri fuerint ab Ecclesia expresse approbati, prout de libris Origenis & Porphirii scribitur per Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Damnatus, num. 3. in verbo, Scriptura, num. 6. & nu. 7. versic. Qui vero de Religione non tractant*, & per Ioann. Azzor. Iesuit. *Institutionum Moralium parte 1. lib. 8. cap. 16. de legentibus & retinentibus libros hæreticorum, quæst. 16.* vbi de libris Origenis & Tertulliani. 23

Amplia XVIII. Vt † prohibitum sit retinere libros hæreticorum, etiam quod in illis contineantur aliqua vtilia & bona, secundum Glossam *in cap. Fraternitatis, in verbo, Cælestius, extra, de hæreticis*, & *ibi* etiam Hostiens. *num. 1.* per textum, quem allegat *in cap. Canones, 16. distinction. in illis verbis, Quamuis in ea vtilia inueniantur*, & Cardin. Zabarel. *in princ. in 2. oppositione*, Adden. ad Azzon. *in summa, de hæreticis, litera C. ad finem*, Vmber. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Scriptura, num. 6.* Simanch. *Catholicarum Institutionum tit. 30. rubric. de libris, nu. 17. & sequenti*, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 2. Commentar. 3. ad dictum capit. Fraternitatis, extra, de hæreticis, versic. Rursus idem axioma, folio mihi 94. col. 2.* vbi huius Conclusionis eam reddit rationem, quia scilicet periculum est, non bona ne inter vtilia hæresis latitent, cūm hæreticorum mos sit, bona multa docere, vt falsa facilius persuadeant, ex Beato Gregorio, Conrado, & aliis ibi per eum allegatis, Petr. Binsfeld. *in Comment. ad l. culpa, C. de malefic. & mathematic. versic. Nec mouet*, vbi eandem reddit rationem, quia scilicet hæreticorum proprium est, vt malis bona permisceant, vt facilius legentes decipiant. Si enim semper praua dicerent, citius in sua prauitate cogniti quod vellent, minime persuaderent, & his similia, de quibus ibi per eum. 24

Limitando I. hanc † decimam octauam ampliationem, vide Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 12. num. 13.* vbi facit generalem Conclusionem, quod licet damnato Auctore, censeantur etiam damnata eius opera; hoc tamen intelligendum est de operibus erroneis & hæreticis, non de operibus bonis & Catholicis, quæ damnata non intelliguntur, per textum, quem allegat *in cap. Damnamus, de summa Trinitate & fide Catholica*, deinde hanc 25

hanc Conclusionem declarat, vt scilicet stetur dictis operibus, vt veris, non autem vt habeant auctoritatem ab Auctore, secundum Ioannem Andream Cardin. Imol. & Abbatem, quos allegat *in dict. cap. Damnamus*, nisi summus Pontifex prohibuerit opera alicuius hæretici legi & recipi, quia tunc sine dubio talis prohibitio extenditur etiam ad opera bona & Catholica, quibus addo Hostiens. *in cap. Fraternitatis, nu. 4. extra, de hæreticis*, & ibi etiam Anton. de Butr. *num. 3. in fine, versic. vel secundum Doctores*, Cardinal. Zabarell. *colum. 2. in 2. oppositione, vers. Sed pro resolutione glossæ*, & Marian. Socin. *nu. 32. in fin. versicul. In eodem dicentes*, quod licet hæreticorum libri, bona & vtilia continentes, non sint authorizabiles, nec allegari possint, possunt tamen induci & allegari, non tanquam authorizabilia, sed tanquam rationabilia.

26 Quæ † quidem declaratio, cum hodie hæreticorum libri sint damnati per Constitutiones Pontificum, Iulii scilicet III. Pii IV. & Bullam Cœnæ Domini, minime sustinetur, & propterea, quicquid Doctores dixerint *in dicto capit. Damnamus, de summa Trinitate & fide Catholica*, & Arnald. Albertin. *in loco præallegato*, veritas est, quod opera damnatorum etiam bona & Catholica recipienda non sunt, nec tanquam authorizabilia nec tanquam vera, aut rationabilia, vt bene aduertit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 2. Commentar. 3. ad capit. Fraternitatis, extra, de hæreticis, in versicul. Denique præfatum axioma, folio mihi 94. col. 2. in fin.* faciunt scripta per Bartholom. Vgolin. *in tractat. de Censuris, parte 2. in Glossa, Ac eorundem libros, numero primo, versic. 7. afficit, folio mihi 86.* vbi in terminis Bullæ Cœnæ Domini dixit & probauit, quod excommunicatio, de qua in ea, afficit non solum legentes eam partem libri, quæ hæresim continet, sed etiam eam, quæ hæresim non continet, & *in versic. 8.* in excommunicationem incidunt etiam legentes proœmium seu præfationem libri, vel illius Indicem.

27 LIMITA II. Eandem † decimam octauam ampliationem, quia possunt etiam hæreticorum libri continentes bona & vtilia retineri, & eorum sententiæ allegari, quando fuerunt approbatæ à Sede Apostolica, sicut approbatæ fuerunt bonæ sententiæ, & scripta Origenis, licet post mortem fuerit damnatus, secundum Glossam. *in capit. Fraternitatis, in verbo, Cœlestinus, versic. Bene quidem, extra, de hæreticis*, & *ibi etiam* Hostiens. *numer. 1. in fine, versic. Nisi forsan, & num. 2.* Anton. de Butrio *num. 3. in fine, versic. Et postea approbantur*, vbi, quod isto casu statur libris hæreticorum, non in vim auctoritatis condentis, sed approbantis, Cardinal. Zabarel. *col. 1. in 2. oppositione.*

28 AMPLIA XIX. Etiam † in retinente libros Magorum, & Sortilegorum, sic enim cauetur in extrauaganti Ioannis XXII *in Direct. inquis. part. 2. quæst. 43. nu. 9. folio mihi 364.* quæ, ni fallor, loquitur in retinente libros seu scripturas, continentes sortilegia hæreticalia, ponderando illa verba in extrauaganti posita, videlicet: *De præfatis damnatis erroribus*, & supra iam de hæreticalibus sortilegiis mentionē fecit, imponitq; contra hos sic retinentes libros prædictos, pœnam excommunicationis ipso facto incurrendam, & de retinente libros Astrologiæ iudiciariæ, Chiromantiæ, Necromātiæ, & similium artis magicæ sortilegorum, incantatorum, & diuinatorum. Extat Bulla Sixti V. 21. in ordine eius Bullario *part. 1. fol. mihi 55. versic. Prohibentes omnes, & singulos libros.* Qua in re vide regulam octauam, positam in Indice librorū prohibitorum, qua permittitur, licite teneri posse libros, quorum principale argumentum bonum est, obiter tamen in illis aliqua inserta sunt, quæ ad hæresim, seu impietatem, diuinationem, seu superstitionem spectāt, modo à Catholicis Theologis, auctoritate Inquisitoris generalis expurgati sint. Quam regulam refert Barthol. Vgolin *in tract. de censuris, in Glossa, Vel de religione tractantes, §. 1. vers. Postremo, & c. fol. mihi 107.* Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, lib. 34. cap. 1. nu. 10.* Læl. Zech *in summa, part. 1. tit. de fide, cap. 11. rub. de hæresi, num. 13. vers. Octaua conclusio, in fine*, vbi ex Nauarr. *in loco per eum relato* dixit, legentem libros Magicæ artis non incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, dummodo hæresim non contineant, Mart. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, lib. 5. sect. 17. rub. de libris magicis, in princ.* vbi, quod libri Magici, nec legi, nec retineri possunt, sed igni tradendi sunt, tum iure antiquo, & in primitiua Ecclesia, tum etiam ex Constitutione Pii IV. & Clementis VIII. in regulis Indicis librorum prohibitorum, & ante eum Petr. Binsfeld. *in Comment. ad l. culpa, C. de malef. & mathemat.* vbi pariter scripsit ex regula 9. Indicis librorū prohibitorum auctoritate Concilii Tridentini reiiciuntur omnes libri & scripta Geomantiæ, & Hydromantiæ, Aëromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantię, Necromantiæ, siue alia, in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, & incantationes artis Magicæ, Ioan. Azzor. Iesuita *Instit. Moralium part. 1. lib. 9. cap. 26. quæst. 5.* vbi refert eandem regulam Indicis librorum, vigore Concilii Tridentini editi, & etiam Indicis Clementis VIII. Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 10. num. 32.* vbi declarat, non esse excommunicatum retinentem & legentem librum Magicæ artis, si auctor Magus non sit hæreticus, Iacob. de Graffiis *lib. 4. suarum decisionum, cap. 18. nu. 44.* vbi refert Constitutionem Sixti V.

AMPLIA XX. In † retinente seu legente vnum solum hæreticorum librum; nam & is in excommunicationem, aliasque pœnas incidit, non aliter, ac si plures hæreticorum libros legerit, seu retinuerit. Licet enim Bulla Cœnæ Domini plurali numero vtatur; hoc tamē dicitur, respectu habito ad plures legentes, quos necesse est, plures legisse libros, non autem quoad librorum numerum, vt bene considerat Barthol. Vgolin. *in tract. de Censuris, libr. 2. in glossa, Ac eorundem libros, num. 1. versic. Quinto in excommunicationem incidunt.* 29

AMPLIA XXI. Etiam † in legentibus seu retinētibus hæreticorum libros non solum impressos, sed etiam manuscriptos: liber enim non impressus adhuc liber est, & tam in libro non impresso, quam impresso, adest etiam ratio prohibitionis, scilicet propter periculum, ne quis hæresis labe inficiatur, & in terminis Bullę Cœnæ Domini voluit Barthol. Vgolin. *in tract. de censiris, part. 2. in Glossa, Ac eorundem libros, versic. Quarto in excommunicationem incidunt, folio mihi 85.* Refert eum & sequitur Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 10. num. 28. & 29.* vbi etiam proponit, quid de legente epistolam alicuius hæretici non impressam, & hæreses cōtinentem, concluditque, hunc talem non incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, reprobato eodem Vgolino *ibi* per eum relato contrarium tenente, de quo particulariter dixi *infra, nu. 31.* 30

AMPLIA XXII. Etiam † in legentibus seu retinētibus hæreticorum librum, siue magnum, siue paruum, ac etiam literas hæresim continentes; Nam & tunc, quod is sit de hæresi suspectus, per regulam, quod plus & minus non faciunt differre specie, & ex aliis rationibus in terminis Bullæ Cœnæ Domini scripsit Barthol. Vgolin *in tract. de censuris, part. 2. in Glossa, Ac eorundem libros, num. 2. versic. Nono in excommunicationem incidunt*, sed quod attinet ad retinentem literas seu epistolas alicuius hæretici, quod excommunicationem incurrat; reprobato Vgolino *in loco præcitato*, voluit Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 10. nu. 29.* 31

AMPLIA XXIII. In legentibus & retinentibus libros hæreticorum de religione tractantes; Nam & hos 32

hos eſſe excommunicatos in Bulla Cœnæ Domini, aperte in ea legitur, & eam refert nouiſſime Bartholom. Vgolin. *in tractat. de cenſuris, parte 2. in gloſſa, Vel de religione tractantes, nu. 1. & ſeqq. folio mihi* 103. vbi ad propoſitum declarat, qui dicantur libri de Religione tractantes, & ampliat, vt tales ſic legentes & retinentes libros hæreticorum de Religione tractantes, ſint excommunicati, etiam quod dicti libri hæreſim non contineant, cum ipſa Bulla alternatiue, & excommunicat legentes libros hæreticorum hæreſim continentes, vel de Religione tractantes. Ad quæ vide etiam bene declarantem Tho. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 10. nu. 21.*

33 LIMITA I. Vt † licet, vt *ſupra* dixi in ampliationibus, retinens libros hæreticorum præſumatur hæreticus, & talis præſumptio ſufficiat quandoque ad abiurationem ſeu purgationem, non tamen per hoc vere hæreticus eſt, nec ex hac ſola retentione vt hæreticus puniri poteſt, vt in ſpecie concluditur in Repertorio Inquiſitorum, *in verbo, Libri, verſic. 2. & in verbo, Probationes, verſic. Item ſupra dictum eſt*, vbi dixit, quod ſola retentio librorum reprobatæ lectionis non probat, quem hæreticum, niſi alia concurrant, cum eſſe poſſit, quod quis eos retineat, non dolo, & mala intentione, ſed ex alia cauſa, Simanch. *Catholicarum inſtitution. tit. 38. rubr. de libris & ſcriptis, num. 2.* Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap. 7. num. 7.* Arnald. Albertin. *in tract. de agnoſcendis aſſertionibus Catholicis & hæreticis, quæſtion. 28. num. 1. & ſeqq.* vbi pluribus hanc probat ſententiam, & reſpondet contrariis; Ioan. à Rojas *ſingular.* 124. vbi primam affirmatiuam opinionem admittit ſolum, quando vltra retentionem concurrit etiam compoſitio libri hæreticalis, alias ſecus, Decian. *in tract. criminal. libr. 5. cap. 46. nu. 26. verſic. Sed ego non puto*, Franciſcus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquiſitorum, parte 2. Commentar. 3. ad cap. Fraternitates, extra, de hæreticis, verſic. Ex ſupra dictis, folio mihi 96. col. 1.* vbi contrariam affirmatiuam opinionem ſimpliciter intellectam falſam eſſe, & penitus explodendam affirmat, cum nullo iure, nullaque ratione fulcita ſit, Maſcard. *de probationibus, libr. 1. concluſ. 862. num. 2.* & pro hac contraria opinione poſſunt etiam allegari Doctores relati in ſequenti ſublimitatione, Ioan. Azzor. Ieſuita *Inſtitutionum Moralium parte 1. lib. 8. cap. 16. rubric. de legentibus & retinentibus libros hæreticorum, qu. 10.* vbi dixit, falſam eſſe opinionem eorum, qui contrarium tenuerunt, Didac. Canter. *in quæſtion. criminal. rubr. de hæreticis, &c. cap. 1. num. 64.* vbi licet contrariam ſententiam dicat communem, eam tamen declarat procedere nō in ſola retentione librorum hæreticorum, propter quam non dicitur quis hæreticorum libris & eorum dogmati obnoxius. Sed eos puta componendo, & alias, vt ibi per eum, alias ſecus, Ludou. à Param. *de origine ſanctæ Inquiſitionis, libr. 3. quæſt. 9. nu. 150.* & vide omnino Bullam Pii IV. editam de anno 1564. incip *Dominici gregis*, relatam per Franciſc. Pegnam poſt Direct. Inquiſitor. inter literas Apoſtolicas, *fol. mihi* 168. in qua cauetur, quod contra legentem & retinentem libros hæreticos, præter alias pœnas, à ſede Apoſtolica & ſacris Canonibus inflictas, & etiam excommunicationis inquiri poſſit, tanquam de hæreſi ſuſpectus.

34 Etſi † contrarium, quod imo ſola librorum retentio inducat concludentem, & plenam probationem, & quod ad condemnandum ſufficiat, ſuaderi videatur ex Conſtitutione Martini V. quæ, ni fallor, loqui videtur non in ſimpliciter retinente libros hęreticorum, ſed etiam in credentibus eorum errores, edita de anno 1418. incipien. *Inter cunctas*, relata per Franciſcum Pegn. poſt Director. Inquiſitor. inter literas Apoſtolicas, *folio mi-* 88. & ex Conſtitutione Leonis X. edita de anno 1520. incipien. *Exurge Domine, verſic. Inſuper, quia errores præfati, & verſic. Inhibemus præterea*, in qua ſtatuitur, vt hæreticos puniri non ſolum imprimentes & publicantes, ſed etiam legentes & retinentes libros Martini Lutheri, nec non ex Conſtitutione Iulii III. edita de anno 1550. incipien. *Cum meditatio cordis*, relata per Pegnam, *vbi ſupra, folio mihi* 148. Qua cauetur, retinentes libros damnatos incurrere pœnas hæreticis inflictas, Alberic. *in leg. Quicunque, col. 2. in verbo, Libros, C. de hæreticis*, Ioan. de Anan. cum allegatis per eam *in cap. Si quis Epiſcopus, nu. 5. verſic. In gloſſa finali, extra, de hæreticis, & num. 6. verſic. Et ſic patet*, fuit opinio Archidiacon. *in cap. Filij, ante num. 1. verſic. Et nota, quod in crimine hæreſeos, de hæreticis, in 6. & in cap. Sanè proferetur*, 24. q. 2. quem ibi referendo ſequuti ſunt Ioan. Andr. *ante nu. 1. col. 1. in princ. verſic. Sed quando*, & Gemin. *num. 5. in fine, verſic. Sed propter odium*, Marſil. *in l. qui falſam, nu. 106. ff. de falſis, & in pract. crimin. §. diligenter, num. 92. & conſil. 52. num...* & videtur de mente Mandoſii *in additionibus ad Repert. inquiſit. in verbo, Comburi, litera B.* Repertor. inquiſ. *in verbo, Libri, verſic. 1.* Roman. *ſingular. 326. incipien. Eo ipſo*, Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 125.* Burſat. *conſil. 7. num. 50.* Roland. *conſil. 45. nu. 40. lib. 1.* relati per Ioan. à Rojas *ſingular. 124. nu. 1.* vbi tamen declarat, quando ſic retinēs etiam compoſuerit librum hæreticalem, alias ſecus, Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 17. verſic. 132.* relati per eundem Decian. (quos tamen ipſe ſequitur) *in tract. crimin. libr. 5. cap. 46. num. 26. in princ.* Petrus Binſfeld *in Comment. ad l. culpa, C. de maleſ. & mathemat. verſic. Ad idem facit*, relati per Maſcardum, (quos tamen & ipſe non ſequitur) *de probationibus, libr... concluſ. 862. numer. 1.* item relati per Bartholom. Vgolin. *in tractat. de cenſuris, parte 2. in gloſſa, Aut pertinentes, in princip. num. 1. & ſeq. folio mihi* 93. Iacob. de Graffiis *lib. 4. ſuarum deciſion. cap. 18. num. 48.*

SVBLIMITA † hanc primam limitationem, niſi cum retentione librorū hæreticalium alia concurrant; Retentio etiam librorum hęreticorum, iunctis aliis coniecturis & præſumptionibus ſufficit ad condemnandū, ex allegatis per Felyn. *in cap. Si quis Epiſcopus, in fine, verſic. Et ideo cum in criminalibus, extr. de hæreticis*, vbi dixit, quod iſtæ concurrentes coniecturæ debent eſſe grauiſſimæ; Gundiſalu *in tract. de hæreticis, quæſt. 13. nu. 10. verſic. Sed ego crederem*, Pract. Conradi *rubr. de hæreticis, num. 4. in fine*, vbi refert & ſequitur Felyn. *in loco præcitato*, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 18. verſic. 25. & cap. 35. nu. 21. verſic. Aduerte tamen*, Menoch. *de arbit. quæſt. lib. 2. caſu 374. num. 12.* Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 862. nu. 15.* 35

LIMITA II. In retinente libros hæreticorum de licentia Papæ, Hoſtienſ. *in ſumm. de hæreticis, §. qua pœna feriatur, num. 10. verſ. Niſi authoritate Papæ*, cum aliis per Simanch. *Cathol. inſtit. tit. 38. rub. de libris, nu. 20. & 21.* & expreſſe cautū eſt ex reſcripto ſeu Conſtitutione Iulii III. relata per Franciſ. Pegn. *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquiſitor. parte 2. Commen. 3. ad cap. Fraternitatis, extra, de hæreticis, verſic. Nunquid autem Inquiſitori, fol. mihi 95. colum. 2.* vbi ex Conſtitutione prædicta, hanc dandi licentiam facultatem Pontificem ſibi ſpecialiter reſeruaſſe; docet Bartholom. Vgolin. *in tract. de cenſuris, in gloſ. Ac eorundem libros, §. 1. verſic. 2. In excommunicationem hanc non incidit, folio mihi 90.* vbi loquitur in terminis Bullæ Cœnæ Domini, *& in gloſſa, Aut pertinentes, §. 1. verſicul. 3. in excommunicationem, folio mihi 95.* Quibus autem perſonis, & præſertim Religioſis concedi ſoleat à Romanis Pontificibus Priuilegium retinendi & legendi libros hæreticorum, vide Ioan. Azzor. Ieſuit. *Inſtit. moralium part. 1. lib. 8. cap. 19. rub. de abſolutione ab hæreſi, verſic. 1. & ſeqq.* 36

Et † propterea hanc licentiam retinendi & legendi libros hæreticorum damnatos & prohibitos, minimè ab Inquiſitoribus concedi poſſe, ſcripſit Franciſ. Pegna *in additionibus ad Eymericum, vbi ſupra, in d. verſic. Nunquid autem Inquiſitoribus, & verſ. ſequenti* ſubdit, quod hæreti- 37

corum libri, qui ex professo de Religione non tractant, aut conscripti sunt ab hæreticis, dum Catholici forent examinati, & approbati ab Inquisitoribus permittuntur, iuxta dispositionem regulæ secundæ Indicis librorum prohibitorum, Martin. del Rio Iesuit. *de disquisitionibus Magicis, lib. 5. sect. 17. versic. Solis Pontificibus reseruatum est, hanc licentiam largiri*, Petr. Binsfeld. *in Commentar. ad leg. Culpa, C. de malef. & mathemat. versic. Nec etiam Episcopi*, vbi, quod Episcopi & Ordinarii non possunt suis subditis dare licentiam legendi & retinendi libros hæreticos, nisi ex speciali delegatione Pontificis, Ioan. Azzor. Iesuit. *Institut. Moralium part. 1. lib. 8. cap. 16. rubr. de legentibus & retinentibus libros hæreticorum, quæst. 7.* vbi dixit idē, *& quæstion. 12.* vbi pariter dixit, Inquisitores non posse concedere licentiam legendi libros hæreticorum, hæreses continentes, aut de fide & Religione tractantes, secus retinendi libros hæreticorum de fide & Religione non tractantes, neque hæreses continentes, aut ab eis conscriptos, dum erant Catholici, aut postquam resipiscentes Ecclesiæ fuerint reconciliati, Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 10. num. 43.* vbi pariter dixit, nec Episcopos, nec Inquisitores posse dare hanc licentiam retinendi & legendi libros hæreticorū, Iacob. de Graffiis *lib. 4. suarum Decisionum, cap. 18. nu. 46.* vbi dixit idem.

38 Limita III. Secundum † aliquos, vt retentio librorum hæreticorum non sit prohibita, quando quis eos retinet ad comprobandum opiniones hæreticorū, Felyn. *in cap. Si quis Episcopus, in fine, versic. Pro quo infertur, extra, de hæreticis*, vbi dixit, nō esse inconueniens, quod libri damnati legantur, vt vera fides fortificetur, Addent. ad Roman. *singul. 326. incip. Eo ipso, quod libri hæresis, versic. Limita, nisi reperiantur penes aliquem confutandi eos gratia*, Caret. *in tract. de hæreticis, num. 125.* Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 28. num. 4. & 5.* Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 35. num. 21. versic. Limita primo, nisi confutandi gratia, & capit. 46. num. 26. versic. Sed ego non puto, in fine, & num. 27. Limita tamen*, vbi loquitur, quando iam retinens libros ostenderet se cœpisse confutare, essetque ab omnibus pro fideli reputatus, Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 862. num. 14.*

39 Sed † hæc limitatio iure sustineri non potest, nec intelligenda, nisi in casu, quo quis habuerit licentiam retinendi hos hæreticales & damnatos libros, secus si retineat sine licentia. Tunc enim talis excusatio retinentem non iuuabit, cum hodie per decreta Pontificum & Concilii Tridentini, libros prohibitos & descriptos in Catalogo emisso & impresso, nemo retinere possit sine licentia, & voluit Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 17. versic. 33.* Assentit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymer. in Directorio inquisitorum, parte 2. Comment. 3. ad cap. Fraternitatis, extra, de hæreticis, vers. Tametsi vero, fol. mihi 97. col. 1. in fine*, faciunt scripta per Barthol. Vgolin. *in tract. de censuris*, in Glossa, *Aut pertinentes, in princ. versic. Quarto excommunicatio hæc, fol. mihi 94.* vbi dixit, quod excommunicatio Bullæ Cœnæ Domini afficit etiam retinentes libros hæreticales, non malo animo, sed vt hæreticorum errores confutent, quod & idem voluit Tolet. *de instructione Sacerdotum, libr. 1. cap. 19. num. 9.*

40 Limita † rursus præcedentem Sublimitationem in eo, qui legerit libros non hæreticorum, sed Catholicorum, continentes tamen eorum errores ad eos confutandos, is enim si libros Catholicorum legēs, etiam quod in illis hæreticorum errores referantur; si eos legerit ad errores prædictos confutandos, non incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, vt per Nauarr. *in Manuali, cap. 27. nu. 56.* quem refert, & sequitur Ioan. Azzor. Iesuita *in institutionum Moralium parte 1. libr. 8. cap. 16. rubr. de legentibus aut retinentibus libros hæreticorum, quæst. 2.* & dixi *infra, num. 50.* vbi generaliter de legente & retinente libros hæreticorum hæreses continentes.

Limita IV. Vt non † puniatur, nec de hæresi suspectus reddatur is, ad quem si libri hæreticales peruenerint, eos statim lacerauerit, vel combusserit, vel etiam eos Inquisitori, vel Episcopo detulerit, secundum Ioan. Andream, post Archidiacon. *in cap. 2. num. 4.* & *ibi* etiam Geminian *nu. 7. in fine, extra, de hæreticis*, Syluestrina *in summa, in verbo, Hæresis, §. 1. num. 10. versic. Item secus, si qui libros*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Libri, nu. 1.* Repertor. Inquisit. *in verbo, Libri, versic. 2.* vbi, quod sufficit, hos libros combussisse, vel Inquisitori tradidisse infra octo dies, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 17.* & ibi Campeg. *in additionibus, lit. A.* vbi ex decreto Pauli IV. dixit, tutius esse libros de hæresi suspectos, deferre Inquisitoribus, Addent. ad Romanum *singular. 326. versic. Limita secundo, nisi eos combusserit*, Caret. *in tract. de hæreticis, nu. 125.* Arnald. Albertin. *de agnoscend. asser. Cathol. & hæret. qu. 28. nu. 14.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 18. versic. 25. in fine, & cap. 35. num. 21. vers. Limita secundo, nisi eos combussisset, & cap. 46. nu. 28.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, part. 2. Comm. 3. ad cap. Fraternitatis, ext. de hæret. vers. Præterea quamuis, & vers. sequ.* vbi dixit, quod hodie stante rescripto, seu cōstitutione Iulii III. nō debet quis libros damnatos propria auctoritate comburere, sed necessarium sit, eos deferre Inquisitoribus, quorum munus erit, deferētes diligenter interrogare, Vnde illos habuerint, ne fortè illis male vsi fuerint, aut ab aliquo qui timet, mittantur, quam quidem Constitutionem Iulii III. idem Pegna registrauit inter literas Apostolicas, *fol. mihi 148. inc. Cum meditatio cordis*, & eiusdem Cōstitutionis verba ad eundem propositum retulit Ioan. Azzor. Iesuita *Inst. Moralium parte 1. lib. 8. cap. 16. rubr. de legentibus & retinentibus libros hæreticorum, quæst. 11.* Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus Magicis, libr. 5. sect. 17. versic. Sunt autem tales libri*, vbi amplius dixit, huiusmodi libros nō esse propria auctoritate comburendos, sed potius ad Inquisitores deferendos, Thom. Sanchez *in Præcept. Decal. lib. 2. cap. 10. num. 56.* vbi idem dixit, non tamen existimat, hunc comburentem propria auctoritate in excommunicationem incidere.

Vide † tamen in proposito Barthol. Vgolin. *in tract. de censuris parte 2. in Glossa, Aut pertinentes, nu. 2. in fine, folio mihi 93.* vbi dixit, quod retinens hæreticorum libros & hæresim continentes, in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini incurrit, etiam, quod habuerit animū, postquam eos legerit comburendi, vel deferendi ad Inquisitores. 41

Et † vide etiam eundem Vgolinum *in tract. de censuris, part. 2. in eadem gloss. Aut pertinentes, §. 1. vers. 2. in excommunicationem hanc, fol. mihi 95.* vbi dixit, quod retinentes libros hæreticales, si postquam scinerint esse tales, illos non detulerint ad Inquisitorem, vtputa, quia essent in lecto, vel de multa nocte, & iter erat cenosum, excusantur ab incursu excommunicationis, dummodo interim eos non legant. De qua re vide Tho. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 10. nu. 55.* & Iacob. de Graffiis *lib. 4. suarum decisionum, cap. 18. nu. 47.* vbi etiam, quid de retinente libros hæreticorum modico tempore, antequam eos Inquisitoribus deferret. 42

Limita V. In † Inquisitoribus & Episcopis, qui possunt retinere & legere libros hæreticorum, ad confutandum eorum errores, vt plene per Arnald. Albertin *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæstione 28. numero sexto, & sequentibus pluribus*, Hodie tamen vigore Constitutionis Iulii III. non Episcopi, vel Archiepiscopi, sed soli Inquisitores seu Commissarii super Hæretica prauitate ab Apostolica 43

Sede

Sede pro tempore deputati, durante ipsa deputatione possunt hos hæreticorum libros retinere, & legere, vt bene aduertit Franciscus Pegna *in Additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum par. 2. Commentat. 2. ad Cap. Fraternitatis, extra de hæreticis, versic. Iam hac prohibitio, & sequentibus fol. mihi 95. colum. 1.* vbi etiam quid de substitutis, seu Commissarijs constitutis non à Sede Apostolica, sed ab Inquisitoribus, & de Inquisitoribus, quod possint hæreticorum libros retinere, adsunt Constitutiones Iulij III. Pauli IV. & Pij IV. de quibus mentionem facit Bartholom. Vgolin. *in tractat. de Censuris par. secunda, in Glossa Aut pertinentes, §. 1. versic. Tertio in excommunicationem fol. mihi 95.* Constitutionem autem Pij Quarti prædictam habes registratam per Pegnam in Director. Inquisitor. inter literas Apostolicas *fol. mihi 167. incip. Cum pro munere*, & prædictas tres constitutiones solis Inquisitoribus retinendi, & legendi libros hæreticorum facultatem concedentes, non autem Episcopis ad eundem propositum recenset Ioan. Azzor. Iesuita *Institution. Moralium par. 1. lib. 8. cap. 16. rubr. de legentibus & retinentibus libros hæreticorum, quæst. 13.* Iacob. de Graffijs *lib. 4. suarum Decisionum cap. 18. numero 45. in fine.* Vide adhæc Martin. del Rio Iesuitam *de Disquisitionibus magicis lib. 5. sect. 17. versic. Solis Pontificibus*, Constitutionem autem Iulij III. prædictam habes registratam per Franciscum Pegnam *vbi supra* inter literas Apostolicas *fol. mihi 148. incip. Cum meditatio cordis*, Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib. 2. cap. 10. numero 46.* vbi de Inquisitoribus, & eorum substitutis.

44 LIMITA VI. † Vt excusentur retinentes libros hæreticorum scriptores, & latores eorum, si non scienter, sed ignoranter eos retineant, deferant, seu scribant, vt puta cum quis eos clausos deferat, inter literarum fasciculos, & cætera, quæ asportant, & prout etiam si discipulus Magistro dictante, aut alio quouis modo iubente, quæ bona, & sana esse crederet, scribat, nesciens venenosa dogmata scribere; Istos enim ignorantia, quæ, & hoc casu in dubio præsumitur, excusat omnino, vt per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum, par. secunda, Commentar. 17. ad Cap. Nouerit, de senten. excommunicat. versic. Cæterum in scriptore, & versic. sequenti, fol. mihi 126. colum. 1.* Mascard. *de probation. lib. 2. conclusione 862. numero 7. & seq.* vbi etiam refert dicta per Franciscum Pegnam in loco præallegato, & in specie loquitur, in imperito, qui legere nesciens hæreticorum libros retinet, sitque alias vir probatissimus, *& num. 13.* vbi facit conclusionem generalem, quod ad hoc, vt retentio librorum prohibitorum sit punibilis, est necessaria scientia. Bartholom. Vgolin. *in tractat. de Censuris par. 2. in Glossa, Ac eorundem libros. §. 1. numero 1. fol. mihi 89. & in Glossa, Aut pertinentes, §. 1. numero 1. fol. mihi 64.* vbi in specie, quod legens, seu retinens libros hæreticorum, & hæresim continentes, ignorans eos esse tales, non incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, quod, & bene etiam scripsit Petr. Binsfeld. *in Commentar. ad l. culpa, Cod. de malefic. & mathematic. in versic. Si quis autem ignoranter*, & de impressoribus librorum hæreticalium ignorantibus eos esse tales, quod non incurrant Excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, Vide declarantem eundem Bartholomæum Vgolinum *in eodem tractat. de Censuris*, in Glossa Imprimentes, *§. 1. num. 3. fol. mihi 99.* & de defensoribus librorum hæreticorum ignorantibus tales libros esse hæreticorum, & hæresim continere, scripsit idem Barthol. Vgolin. *dicta par. 2. in Glossa Ac eorum quomodolibet defensores, nu. 4. fol. mihi 102.* & de legentibus, seu retinentibus libros hæreticorum tractantes de Religione, ignorantibus eos libros esse hæreticorum, scripsit idem Vgolinus *vbi supra in Glossa, Vel de religione tractantes, numer. 2. versic. Secundo loco, fol. mihi 103. in fine, & sequenti.* Ioann. Azzor. Iesuita *Institution. Moralium par. 1. lib. 8. cap. 16. rubric. de legentibus, & retinentibus libros hæreticorum, quæst. 1. in fine.* Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib. 2. cap. 10. numero 38.* vbi quod isto casu excusat ignorantia etiam lata, & crassa, Nisi adeo crassa sit, vt ingens temeritas dici possit, Iacob de Graffijs *lib. 4. suarum Decisionum cap. 18. numer. 40. versic. Tertium, vt scienter teneantur.*

AMPLIA † præcedentem limitationem quia ad effectum incurrendi excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, necesse est, quod legentes, seu retinentes prædictos hæreticorum libros, sciant non solum libros esse hæreticorum, sed etiam quod hæresim contineant, cum Bulla copulatiue loquatur de libris hæreticorum, & continentium hæresim, & ideo si solum sciat librum, quem retinet, & legit, esse conscriptum ab hæretico; Ignoret autem, quod hæresim contineat, & è contra, dictæ Bullæ excommunicationem non incurrit, vt per eundem Bartholom. Vgolin. *in tractat. de Censuris par. 2. in eadem glossa, Ac eorundem libros, §. 1. post nu. 1. fol. mihi 90. versic. At quid si nouit, & in glossa, Aut pertinentes, §. 1. versic. Quarto in excommunicationem, fol. mihi 95.* Refert eum, & sequitur Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib. 2. c. 10. num. 39.* 45

Quæ † tamen ampliatio non videtur haber locum in legente libros hæreticorum tractantes de Religione, Nam tunc etiam quod in hoc tractatu hæreticorum libri non contineant hæresim, excommunicatio incurritur, vt dixit idem Barth. Vgol. allegatus *supra hac eadem quæst. num. 23.* 46

LIMITA VII. † Quia retinens libros hæreticorum, & dicens se illos retinuisse curiositatis gratia, ne scilicet ignoraret ea, quæ ab hæreticis traduntur, & vt sciret ea euitare, Tex. *in cap. legimus 36. distinctione*, excusatur, vt per Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 46 nu. 29.* vbi tamen subdit, in hoc Iudices debere esse diligentes in perpendendo conditionem, & qualitatem personæ, & an, & quæ alia vrgeant contra hunc retinentem libros hæreticorum, quia si hæc limitatio sic simpliciter intelligeretur, sequeretur, quod quilibet hac via posset se excusare, & propterea hanc limitationem sic vt supra simpliciter positam non sequaris. Et vide in proposito Barthol. Vgolin. *in tractat. de censuris par. 2. in Gloss. Ac eorundem libros, in princip. nu. 3.* vbi dixit, excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini afficere etiam eos, qui hæreticales libros legunt, non dolo malo, sed ob curiositatem, & in Glossa *Aut pertinentes, sub num. 2. fol. mihi 93.* Idem dixit de retinente huiusmodi libros, Læl. Zech. *in summ. par. 1. tit. de fide, cap. 11. rubric. de hæresi num. 13. versic. Octaua conclusio*, vbi & hanc limitationem admittere videtur in eo, qui sic ex curiositate hæreticorum libros legit, sed obiter, & parum. Nauar. *consi. 5. de hæret. lib. 5.* vbi non negat incurri excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini ab eo, qui hæreticorum libros emit, retinuit, & perlegit ex curiositate, & sciendi auiditate ductus, licet nihil inde mali hauriens eorum doctrinam detestatus fuerit, Thom Sanchez *in præceptis decalogi lib. 2. cap. 10. num. 40.* vbi idem dixit; *& nu. 53.* vbi quod ab hac excommunicatione non excusantur retinentes & legentes libros hæreticorum, hæreses continentes, aut de religione tractantes, eo quod dicant illos retinuisse, & legisse causa curiositatis, aut pro ornatu Bibliothecæ, aut ad effectum permutandi cum libris Catholicis. 47

LIMITA VIII. † Quia retinens libros hæreticorum, licet præsumatur hæreticus; & talis retentio contra ipsum faciat inditium ad torturam: Hoc tamen intelligendum est, quando sic retinens sit malæ famæ, & 48

malæ vitæ, & conditionis, vel alias de hæresi infamatus; secus in homine bonæ vitæ, & famæ, nec vnquam alias de hæresi suspecto, seu diffamato, per ea quæ in simili de re furtiua penes aliquem reperta scripserunt Doctores, quos in proposito refert, & sequitur Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis, & hæreticis. quæst. 28. num. 25. & 26.* Et est de mente Rolandi *in cons. 45. & nu. 39. & sequentibus lib. 1.* faciunt scripta per Ioan. à Rojas *singul. 124. num. 3.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 46. num. 26. in fine, & num. 27. & num. 29. etiam in fine,* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum par. 2. Comment. 3. ad cap. Fraternitatis, extra de hæreticis, versic. An autem hæc suspicio, in fine, fol. mihi 96. colu. 2. in fine.* Mascard. *de probationibus lib. 2. concl. 862. nu. 10.*

49 LIMITA IX. † in libris hæreticorum à Theologis Catholicis iussu Episcoporum & Inquisitorum examinatis, & approbatis; item in libris Catholice conscriptis ab ijs, qui postea in hæresim lapsi sunt, vel qui post lapsum ad Ecclesiam rediere, modo vt supra approbati existant; sic enim retinens nullam incurrit excommunicationem, vt per Bartholom. Vgolin. *in tractatu de Censuris par. secunda, in Glossa, Vel de Religione tractantes, §. 1. num. 1. fol. mihi 105.* vbi ponuntur alij casus, in quibus ex regulis positis in indice librorum prohibitorum, edito iussu Tridentinæ Synodi, permissum est retinere libros hæreticorum absque pœnæ incursu. De quibus etiam per Io. Azzor. Iesuitam *Instit. Moral. par. 1. lib. 8. cap. 16. de legentibus, & retinentibus libros hæreticorum quæst. 14. vers. in regula, & seqq.*

50 LIMITA X. † Vt proposita regula, & præsertim quoad pœnam excommunicationis Bullæ Cœnæ Domini, procedat in retinente, & legente libros hæreticorum hæreses continentes, & de Religione tractantes; secus in retinente, & legente librum alicuius Catholici, etsi in eo sint inserti errores alicuius hæretici, illosq; legat. Is enim excommunicationem non incurrit, quia talis liber non potest dici liber hæretici, secundum Nauar. *in summ. cap. 27. num. 56.* Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis par. 2. cap. 1. in Glossa, Ac eorundem libros. §. 1. num. 1.* Quos & alios referendo sequitur Thom. Sanchez Iesuita *in præceptis Decalogi lib. 2. cap. 10. nu. 23. & 24.* vbi hanc limitationem ampliat multo magis si in libro Catholici adsint aliquæ hæreses, quas Catholicus auctor ob ignorantiam dixit, *& num. 25. & 26.* vbi quid de retinente & legente libros Catholici, in quibus adsunt Annotationes, & Scholia hæreticorum, de quo in specie, vide etiam Iacob. de Graffijs *lib. 4. suarum decisionum cap. 18. num. 43.* vide *supra num. 39. versic. Limita rursus.*

ARGVMENTVM.

Sortilegiorum alia sunt hæreticalia, & alia non hæreticalia; Hæreticaliaque sortilegia, quæ sint, & quæ non hæreticalia, & de eorum pœnis.

SVMMARIA.

Sortilegus est qui sub nomine fictæ Religionis per quasdam, quas Sanctorum, seu Apostolorum vocat sortes, diuinationis scientiam profitetur, vel sic, Sortilegus est, qui per sortes inquirit futura contingentia, vel præsentia, & præterita, quæ per naturam cognosci non possunt, nu. 1.

Sortilegiorum alia sunt hæreticalia, alia autem non hæreticalia, & hæreticalium sortilegiorum alia sapiunt hæresin manifestam, alia autem non manifestam hæresin, & de materia, nu. 2.

Sortilegij nomen generale est, sub quo continentur Diuinatores, Incantatores, Sortilegi, Idolatræ, Magi, Arioli, Auspices, & alij de quibus nu. 3.

Sortilegiorum hæreticalium pœna, est pœna hæresis, & huiusmodi sortilegi hæreticales, vt hæretici puniuntur, num. 4.

Sortilegium hæreticale est dæmones inuocare, & ab eis responsa petere, seu auxilium implorare in his quæ soli Deo, & non illius potestati tributa sunt, nu. 5.

Sortilegium hæreticale est dæmonem consulere ad sciendum futura, nu. 6. & 7. vbi quid vigore Bullæ Sixti V.

Sortilegium hæreticale est dæmonem consulere ad sciendum futura, ea scilicet, quæ per naturam sciri non possunt, qualia sunt ea, quæ à mero & libero hominis arbitrio dependent, & quæ Deus in sua posuit potestate; secus si futura, quæ à dæmone quis scire cupit, sint talia, quæ illius notitia subdantur, vt Eclipsis, fertilitas terræ, & his similia, quæ in causis naturalibus continentur, de quibus dæmonem interrogans, non reputatur hæreticus, quamuis grauiter peccet, nu. 8.

Dæmones consulere, & ab illis perquirere prorsus occulta, æquiparatur ac si perquirerentur futura, nu. 9. & 10. Vbi quid de perquirente à dæmone secreta corda alicuius.

Furti inueniendi causa Dæmones inuocare, & interrogare, hæreticale est; secus si sine Dæmonum inuocatione sortilegium fiat ad furta inuenienda. nu. 11. 12. & 13. Vbi contra.

Furti inueniendi causa sortilegia sunt prohibita, grauißimaque reputantur peccata etiam quod sine Dæmonum inuocatione fiant, nu. 12.

Furta commissa perquirere per inspectionem Astrolabij sine Dæmonum inuocatione, hæreticale non est; secus si cum inuocatione Dæmonum, num. 34.

Sortilegium hæreticale dicitur furti inueniendi causa, vel sciendi alia occulta factum, quando accipitur phiala plena aqua, & ante eam ponitur puer, vel puella virgo cum candela, seu cereo accenso, & dicens ista verba videlicet: Angelo bianco, Angelo santo, per la tua santità, per la mia verginità, monstrami chi ha tolto la tal cosa, *nu. 15. Contra, num. 16. Distingue, nu. 17.*

Sortilegia facta furti inueniendi causa, seu ad alia occulta scienda, in quibus res sacræ immiscentur, hæreticalia sunt, secus si sacræ res non immiscentur, num. 17.

Sortilegium hæreticale est, quando Dæmon inuocatur transformandi se causa in aliam speciem, cum hoc à Dæmone fieri non posit, num. 18.

Sortilegium hæreticale dicitur illud, quando in eo miscentur sacramenta, nu. 19.

Hostia non consecrata, quando immiscetur in sortilegio facto ad amorem, nunquid dicatur hæreticale, nu. 20.

Oleum sanctum, & sacrum, & sacrum Chrisma, quando immiscetur in sortilegio, nunquid dicatur hæreticale, num. 21.

Sortilegium hæreticale est illud, quando in eo immiscentur sacræ res, vt puta candela benedicta, & aqua benedicta, numero 22.

Puer, vbi rebaptizatur in aliquo sortilegio, sortilegium illud dicitur hæreticale, num. 23. & nu. 24. Vbi etiam idem quando baptizatur aliquod cadauer.

Baptizare imagines regulariter hæreticale est sortilegium, n. 25. Declara dummodo sic imagines baptizans habeat errorem in mente, maleque sentiat de Sacramento Baptismi, & de eius effectu, secus si in mente errorem non habeat, non male sentiat de sacramento, sed quicquid facit, id omne facit propter finem facilius assequendi aliquid à Dæmone, numer. 26. Licet bene verum est, quod in dubio præsumitur isto casu error in mente, nisi contrarium probetur, num. 27.

Dæmonem ligatum in aliqua phiala tenere, seu annulo, & ab eo responsa petere, hæreticale sortilegium est, nu. 28. Sed veritas est, quod Dæmon non tenetur ligatus, sed fingit se ligatum teneri, num. 29.

Signa, & Characteres, ignotaque nomina facere ad effectum à Dæmone aliquid perquirendi sortilegium hæreticale est, numero 30.

Sortilegium, Maleficium, seu incantatio facta ad nocendum hominibus, animalibus, & segetibus, numquid hæreticalia sint, num. 31. & generaliter de materia maleficij. ibidem.

Sorti-

QVÆST. CLXXXI. §. 1.

SOrtilegij † materiam tractaturus præmittendum censui, quisnam dicatur sortilegus? Dic, quod sortilegus est, *Qui sub nomine fictæ Religionis per quasdam, quas Sanctorum seu Apostolorum vocat, Sortes Diuinationis scientiam profitetur aut quarumcunq; Scripturarum inspectione futura promittit, cap.* 1. 26. *qu. prima,* & voluit Diaz. *in pract. crim. Canon. cap.* 101. *in verbo Sortilegi,* & secundum aliam impressionem *cap.* 107. *n.* 1. vel secundum Ignat. Lopez. *ibi in addit. lit. A.* Sortilegus est, *Qui per sortes inquirit futura contingentia, vel præsentia, & præterita, quæ per naturam cognosci non possunt;* Et dixi hac de re iterum *supra in quæstione* 20. *num.* 73. vbi vide. 1

PRÆMITTO. II. † Quod Sortilegiorum plures sunt species, de quibus latius dixi *supra in tit. de delict. & pœn. q.* 20. *n.* 74. *& seqq.* Vbi præsertim *n.* 79. posui, quod Sortilegiorum præcipua distinctio est, quod alia sunt hæreticalia, Alia autem non hæreticalia *& nu.* 80. *& seqq.* declaraui, quęnam Sortilegia dicantur hæreticalia, & quę non hæreticalia; Et pro hac diuisione Sortilegiorum, quod alia scilicet sint hæreticalia, Alia non hæreticalia; Item & hæreticalium Sortilegiorum, Alia sapiant manifestam hæresim, alia autem non manifestam hæresim sapiant, vide in Repert. Inquisitor, *in verbo hæresis, rubric. Sapere hæresim. vers. Item est notandum; in fine,* Squillacen. *in tract. de Fide Catholica cap.* 12. *nu.* 2. Quæ autem sint Sortilegia sapientia manifestam hæresim, dixi *infra hac eadem qu. nu.* 94. Plura exempla Sortilegiorum hæreticalium ponuntur in extrauaganti Ioannis XXII. Incip. *Super illius specula,* registrata *in Direct. Inquis. par.* 2. *qu* 43. *nu.* 9. *fol. mihi* 364. per Læl. Zec. *p.* 1. *tit. de Fide rubr. de hæresi cap.* 11. *num.* 13. *vers. Similiter contra sortilegos hæreticales, & iterum infra eod. nu.* 13. *vers. Tertia conclusio.* Martin. del Rio Iesuitam, *de dispositionibus magicis lib.* 5. *sect.* 15. vbi etiam *in vers. Axioma.* primum declarat differentiam inter hæreticum sortilegium vel hæreticale aut etiam sapiens hæresim, Petr. Binsfeld. *de confes. malefic. præludio* 14. *vers. ex horum Doctorum opinione,* vbi ponit nonnulla exempla sortilegiorum hæreticalium. Ioan. Azzor. Iesuita *Institut. Moralium p.* 1. *lib.* 9. *cap.* 26 *qu.* 4. vbi & ipse ponit plura exempla sortilegiorum hæreticalium. 2

PRÆMITTO II. † Quod Sortilegij nomen generale est, sub quo continentur Diuinatores, Incantatores, Sortilegi, Idololatræ, Magi, Arioli, Aruspices, & alij, de quibus per Zanch. *in tract. de hæreticis c.* 22. *nu.* 1. *& seqq.* vbi singulorum prædictorum diffinitionem, seu descriptionem ponit, & *ibi* Campeg. *in additionibus litera A. vers. Primo, & seqq.* vbi quod diuinationum etiam plures sunt species, quas ibi singulariter enumerat, & exemplificat, *& litera C. in verbo, Inquisitor.* Petr. Greg. *Syntagma. iuris lib.* 34. *cap.* 3. *num.* 5. 6. *&* 7. vbi de pluribus Diuinatorum generibus, Eym. *in Direct. inq. p.* 2. *q.* 42. *n.* 1. vbi dixit, Diuinatores, & Sortilegos, esse in duplici genere, & vnumquodque genus bene exemplificat. His præmissis 3

REGVLAM † firmo, quod Sortilegi hæreticales, hæreticaliaq; Sortilegia fabricantes, vt hæretici puniuntur ab Inquisitoribus, quando præsertim Sortilegia sapiunt hæresim manifestè: sic enim cauetur in Extrauaganti Ioannis XXII. contra Magos, Magicasq; superstitiones, registrata apud Eymericum *in Directorio Inquis. par.* 2. *qu.* 43. *fol.* 364. quæ præsertim loquitur de ineuntibus fœdus, pactumque facientibus cum dæmone, illi immolantibus, adorantibus, Imagines fabricantibus; Annulum, Speculum, Phialam, vel aliam quamcunq; rem ad dæmones alligandos conficientibus, necnon in petentibus à dæmone responsa, & pro implendis eorum prauis desideriis auxilia postulantibus. His inquam omnibus casibus sortilegos puniri debere omnibus, & 4

bus, & singulis pœnis, quibus hæretici puniuntur, excepta bonorum confiscatione, expresse in eadem Extrauaganti statuitur. Repertor. Inquisitor. *in verbo, Sortilegia, versic. Sortes enim.* Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap.* 22. *num.* 18. *in fine*, vbi quod sortilegi fabricantes sortilegia sapientia hæresim manifestam tanquam hæretici puniuntur, & *ibi* Campeg. *in additionibus litera C. in verbo, Inquisitor, versic. subdit vlterius.* Petr. Gregor. *Syntagma. iuris lib.* 34. *cap.* 15. *num.* 6. vbi quod hæreticales sortilegi brachio seculari traduntur. Eymeric. *in Directorio Inquisit. par.* 2. *quæst.* 42. *nu.* 5. vbi pariter dixit, quod isti sortilegi hæreticales impœnitentes Curiæ seculari traduntur, consentit Martin. del Rio Iesuita *Disquisitionum Magic. lib.* 5. *sect.* 16. *vers. Quando sunt sortilegi hæretici, & versic. quoad ignis pœnam*, vbi quod isto casu Malefici, Aruspices, Magi, Sortiarij, & Lamiæ, cum sint Apostatæ, & hæretici, ex generali Europæ consuetudine pœna ignis damnantur, & *in versic. qua de re in monitis, & omnibus sequentibus* respondet textui *in cap. Episcopi* 26. *quæst.* 5. quo videtur caueri, maleficos & sortilegos esse à Diœcesi eiiciendos, & sic non morti tradendos, & ante eum Petr. Binsfel. *in Commentar. ad l. nemo, Cod. de Malefic. & Mathematic. qu.* 1. *conclus.* 1. *per totam*, vbi late probat, Maleficos & Sortilegos secundum legum diuinam & humanam morte mulctandos esse, *& conclus.* 2. *pariter per totam*, vbi ampliat hanc mortis pœnam procedere, etiam quod Malefici, Sortilegi, & Sagæ nemini damnum aliquod intulerint, sed solum fateantur fuisse in conuentu cum dæmone, nocturnas congregationes frequentasse, & alia exercuisse, quæ communiter ibi fieri solent, de quo etiam aliquid dixi *supra in materia corporis delicti, qu.* 2. *nu.* 26. proponit contraria, & illis respondet, *& conclus.* 3. etiam per totam, vbi ampliat, quod isti Malefici, & Sortilegi pœna ignis interficiuntur, plures huic ampliationi facit obiectiones, & eas bene euacuat, & vide quæ dixi *sup. in tit. de del. & pœnis q.* 20. *nu.* 87. *& seqq.* vbi latius declaraui, An, & quando Sortilegi vt hæretici puniuntur. An pœna mortis, & confiscationis bonor. Quid de iure Ciuili, Quid de iure Canonico, & Quid in foro pœnitentiæ.

5 AMPLIA I. † Propositam regulam, vt hæreticale dicatur Sortilegium, & Hæretici pœna intret, quotiescunque à dæmone exquiritur, & petitur aliquid, quod soli Deo reseruatum est; & non illius potestati tributum, ex allegatis per Ioann. de Anan. *in rubr. extra de hæreticis num.* 8. E contra autem hæreticale non est, inuocare dæmones in his, quæ ab eorum potestate dependent, secundum Gemin. *in cap. accusatus, §. Sane, numer.* 6. *eodem tit. de heret. num.* 6. Repert. Inquisit. *in verbo, hæresis, rubr. sapere hæresim manifeste, versic. sed circa petitiones dæmonum.* Vmbert. Locat. *in iudiciali Inquisitorum, in verbo Apostata, num.* 10. vbi de illis, qui à dæmone petunt mortui resurrectionem, certificationem vitæ, vel mortis alicuius, *in verbo, Diuinationes, nu.* 3. *in principio.* vbi de Sortilegis, qui intima cordis penetrare profitentur, & *in verbo, Imagines, nu.* 3. & faciunt quæ dixi *infra hac eadem quæstione nu.* 76.

Quæ autem sint opera, quæ dæmones facere possint, & quæ non, vide bene explicantem Læl. Zech. *in Summa par.* 1. *cap.* 17. *rubr. de Magia num.* 4. *per totum*, *& cap.* 18. *pariter per totum*, & latius per Benedict. Pererium Iesuitam *in suo tract. de Magia lib.* 1. *c.* 6. *&* 7. Martin. del Rio Iesuitam *Disquisitionum Magic. lib.* 2. *q.* 17. *& seqq. & q.* 29. Petr. Binsfeldium *de Confession. Malef. præludio* 7. *&* 8. *& post præludia in* 1. *memb. concl.* 1. *& seqq. plurib.*

6 AMPLIA II. † vt pariter hæreticale Sortilegium sit, & hæresis pœna intret, vbicunq; à dæmone perquiruntur futura, secundum Alberic. *in rubric. de hæreticis post num.* 12. vbi dixit, quod inuocare dæmones, & eorum responsa petere ad sciendum futura, manifestam sapit hæresim, Ioann. de Anania *in eadem rubr. extra de hæreticis nu.* 6. & *ibi* etiam Fel. *in vers. de secunda*, Prob. ad Ioann. Monach. *in cap. accusatus § Sacerdotes nu.* 11. *vers. alia est dæmonum Inuocatio, de hæreticis in* 6. & *ibi* Geminian. *post n.* 6. *vers. Ex his infertur*, & Franch. *in §. Sane, n.* 2. *& vers. Et idem si inuocat*, Summa Rosell. *in verbo, hæreticus, num.* 3. *in fine, vers. idem tenet* Oldr. Syluestrina *in verbo, hæreticus, §.* 2. *nu.* 5. *versic. tertia si nullus honor.* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Apostasia, vers. sed an sit Apostasia, in verbo, hæreticus, vers. Item si quis dicat, quod vsus diuinandi non sit improbatus, & in verbo, hæresis, §. quarto rubr. Sapere hæresim, versic. primo in fine, & sub versic. Secundo, Incip. nota quod Inquisitores, & versic. Quando dicatur, & vers. Sed circa petitiones in verbo, Dæmon, vers. si quis vero huiusmodi futura, & vers. Dæmones sunt subtilioris intellectus*, vbi etiam quomodo dæmones quandoque futura prædicant, & quare Deus hoc ipsis permittat, & *in versic. Et ex prædictis nota, in verbo, Diuinare, versic. Non licet alicui diuinare, & in verbo, Futura, versic. Secundo*, vbi quod quilibet prædicens futura per consultationem dæmonum, vel alia præstigia, censetur Idolatra, & Apostata à Fide, Vmbert. Locat. *in iudiciali Inquisitorum in verbo, Apostata, num.* 5. *in princip. & num.* 6. *in fine, vers. inuocare vero dæmonia, & nu.* 10. *& in verbo, Diuinationes, nu.* 3. *in princip.* Afflict. *in constitut. Reg. de hæreticis, & Patherenis rubr.* 1. *post num.* 17. Simanch. *Catholic. Institut. tit.* 21. *nu.* 4. *& sequentibus, & num.* 12. *rub. de Diuinatione, & reuelatione*, vbi pluribus docet, dæmones nullam habere potestatem prædicendi futura, & quod si quandoque aliquid prædixerunt, stultum & incautum vulgum decepe-runt, Dei permissione, ad tentados eos, quos ita erudire opus est, vel decipi iustum est, cum eorum vaticinia passim falsa deprehendantur, *& tit.* 63. *rubric. de superstitionibus num.* 10. *& tit.* 62. *rubr. de Sortilegiis num.* 1. *&* 2. *Et in Enchiridio. tit.* 8. *num.* 9. Zanchin. *in tractat. de hæreticis cap.* 22. *post num.* 4. & *ibi* Campeg. *in additionibus litera C. in verbo, Inquisitor, versic. his addo*; Squillacen. *in tractat. de fide Catholica cap.* 1. *num.* 1. *& cap.* 3. *num.* 1. *& cap.* 7. *num.* 4. *in fine & cap.* 8. *num.* 3. *& cap.* 11. *num.* 1. *&* 2. *& cap.* 18. *nu.* 1. Oldrad. *consil.* 210. *post num.* 3. Alphons. de Castro *de iusta hæreticorum punitione lib.* 1. *cap.* 3. Gundisalu. *in tractat. de hæreticis quæst.* 6. *num.* 6. *& seqq. omnibus*, quem omnino videas, quia bene declarat etiam, quot modis futura cognosci possint, & in specie, quæ sint illa futura, quæ dæmoni omnino incognita sunt, & vnde proueniat, quod iidem dæmones quandoque vera dicant, Paul. Grilland. *in tractat. de hæreticis quæst.* 2. *num.* 3. *in fine*, Carer. *in tractat. de hæreticis num.* 23. *in princ.* Clar. *in pract. in §. hæresis num.* 23. Petr. Gregor. *Syntagma. iuris lib.* 34. *cap.* 7. *n.* 3. *& num.* 5. *& seqq. & cap.* 8. vbi reddit rationem, Cur aliquando isti Sortilegi aliqua futura prędicant; Eymeric. *in Directorio inquisitorum, par.* 2. *quæst.* 42. *num.* 3. *& qu.* 43. *num.* 8. *sub vers. Et idem Oldradus, ante medium*, & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.* 68. *litera M. fol. mihi* 367. *colu.* 1. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 17. *vers.* 36. *fol. mihi* 234. *col.* 4. *& vers.* 121. *fol. mihi* 241. *col.* 4. *& fol.* 242. *colu.* 2. *versic. Item quando istis quis vteretur sortilegiis.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 6. *num.* 25. Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis p.* 2. *§.* 2. *nu.* 7. *vers. Secundus finis, & num.* 8. *fol. mihi* 48. *&* 49. Ioann. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium, par.* 1. *lib.* 9. *cap.* 24. *quæst.* 1. *&* 2. vbi late probat, futurorum scientiam soli Deo reseruatam, Iacob. de Graffijs, *lib.* 2. *decisionum, ca.* 3. *rubr. De superstitionibus, diuinationibus, &c. num.* 7. *ad finem, versic. Hic diuinandi modus, & num.* 8. Adde præmissis. Læl. Zecch. *in summ. par.* 1. *tit. de fide cap.* 21. *rubr. de diuinationibus, num.* 2. vbi ponit causas, quibus quandoque Deus permittit dæmonum ministerio futura prędici. De quibus etiam vide Petr. Gregor. *Syntagm. iuris lib.* 34. *cap.* 8. Tolet. *de Instructione Sacerdotum, lib.* 4. *cap.* 15. *numero* 2. Bened. Pererium Iesuitam *in tractat. de Magia, lib.* 3. *cap.* 5. *quæst.*

*quæst.*35. Leonard. Lessium Iesuitam *de iustit. & iure, lib.*2. *cap.*43. *dubitat.*5. *num.*23. Martin. del Rio Iesuitam *Disquisition. magic. lib.*4. *cap.*2. *quæst.*2. *versic. Secundo in istis*, Petr. Binsfeld. *in rubr. Cod. de malefic. & mathematic. in* 10. *notab. per totum vsque ad finem rubricæ* vbi in primis facit conclusionem, quod dæmones triplici scientiæ acumine vigent, nempe subtilitate naturæ, experientia temporum, & reuelatione superiorum spirituum, deinde facit plures conclusiones in quibus docet, An, quando, & quomodo dæmones futura prædicant, de quo vide etiam bene loquentem Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi, lib.*2. *cap.*38. *nu.*7. *&* 8.

7 Et † in propositio, vide Bullam Sixti V. in ordine XXI. & in eius Bullario *par.*1. *fol. mihi* 52. in quibus damnantur non solum omnia Sortilegia, Diuinationes, & Incantationes ad futura præsciendum fabricata, sed etiam Astrologia iudiciaria, Chiromantia, & his similes artes, seu scientiæ, & propterea contra huiusmodi Incantatores, Diuinatores, Sortilegos, Chiromantas, Astrologos, & similes, Inquisitores posse procedere expresse statuit, & ordinauit, prout etiam dixi infra, *num.*59.

8 LIMITA † hanc secundam ampliationem procedere, Quando dæmon consulitur ad sciendum futura, quæ per naturam sciri non possunt, qualia sunt omnia, quæ à mero, & libero hominis arbitrio pendent, & quę Deus in sua posuit potestate, & sunt triplicis generis. Primo sunt ea, quæ vt dixi absolute dependent à voluntate Dei, prout sunt supernaturalia mysteria, gubernationes, & mutationes Regnorum, & rerum publicarum. Secundo ea quæ dependent ex arbitrij humani libertate, vt quid cras sim facturus, vel cogniturus. Tertio ea quę omnino & proprie sunt futura contingentia, certam & determinatam causam non habentia. Hæc inquam futura dæmon præsciendi potestatem non habet, secus si futura quæ à dæmone quis scire cupit, sint talia, quæ illius notioni subdantur, vt Eclipsis, fertilitas, aut sterilitas terræ, & his similia, quæ in causis naturalibus continentur; de quibus dæmones interrogans non reputatur hæreticus, quamuis grauiter peccet, vt per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum par.*2. *quæst.*43. *nu.*68. *versic. Sed hoc eam distinctionem recipit fol. mihi* 367. *colu.*1. *in fine*, & bene declarat Martinus del Rio Iesuita *de Disquisitionibus magicis, lib.*4. *cap.*2. *quæst.*2. *versic. Primo nequit dæmon, & versic. Tertio potest diabolus certo prædicere*; Petr. Gregor. *Syntag. iuris, lib.*34. *cap.*4.

9 AMPLIA III. † Vt inquirere etiam à dæmonibus prorsus occulta æquiparetur ac si perquireretur scire futura, secundum Zanchin. *in tract. de hæreticis, c.*22. *nu.*4. Mart. del Rio Iesuita *de disquisitionibus Magicis, lib.*4. *cap.*2. *qu.*2. vbi bene declarat, quæ occulta dæmoni sint nota, & quę non. Petr. Binsfeld. *in rubr. C. de malefic. & mathem. in* 10. *notab. in* 9. *conclusione*, vbi, quod dæmones cognoscunt secreta futura, & Thesauros, quæ hominum cognitionem fugiunt. De futuris dixi *infra nu.*11. *& seqq.* & de Thesauro vide etiam Tho. Sanch. *in Præceptis Decalogi, lib.*2. *cap.*38. *nu.*36. vbi etiam generaliter de prohibita Astrologia ad inuestiganda occulta.

10 Item † quando à dæmone perquiritur secreta cordis alicuius hominis, ex allegatis per Eymericum *in Directorio Inquisitorum par.*2. *qu.*42. *nu.*3. Grill. *in tract. de hæreticis, qu.*2. *nu.*4. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.*17. *vers. Item quando quis vteretur Sortilegiis, fol. mihi* 242. *col.*2. Barthol. Vgolin. *in tractat. de Censuris Pontifici reseruatis par.*2. §. 2. *sub num.*8. Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis lib.*4. *cap.*2. *quæst.*2. *vers. Quinto de præsentibus*; vbi aliis relatis testatur communiorem esse sententiam, quod cogitationes hominis in animo manentes dæmoni prorsus ignotæ sint, quicquid secus voluerint alij ibi per eum relati. Petr. Binsfeld *in rubr. C. de malefic. & mathematic. in* 10. *notab. versicul. Septima conclusio*, vbi quod dæmones non cognoscunt cogitationes hominum pendentes à voluntatis nostræ libertate, si solo intellectus, & voluntatis termino contineantur, subdit tamen ibidem in octaua conclusione, quod quandoque dæmones possunt indirecte, & per coniecturas cognoscere cogitationes hominis, & affectiones cordis.

AMPLIA IV. † Vt sortilegia facta pro inueniendis furtis cum inuocatione, seu interrogatione dæmonum, hæreticalia sint, licet secus si sine tali dæmonum inuocatione; colligitur ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum in verbo, Apostata, num.*5. *vers. Petrus de Tarantasio*, vbi dixit, quod quamuis liber perditus ab homine requiri possit, non tamen à dæmone requirendus est, qui super hoc interrogatus, non respondet interrogantibus, nisi per quædam pacta, venerationes, adiurationes. aut illicitas inuocationes, quod & idem voluit Eymericus *in Directorio Inquisitorum par.*2. *qu.*43. *n.*7. *vers. Idem tenet*, vbi pariter refert illud idem dictum Petri de Tarantasio, idem Vmbert. Locat. *vbi supra n.*2. vbi vtramque huius distinctionis partem amplectitur, & ita etiam distinguendo tradidit idem Eymeric. *vbi supra quæst.*42. *nu.*2. *in fine*. 11

Qua † in re, quod sortilegia & diuinationes pro furtis inueniendis etiam sine sacrificiis, sine dæmonum inuocatione, & sine eorum responsis, sunt illicita, & prohibita, atque etiam grauissima peccata, vt pluribus consuluit Barbat. *in cons.*55. *colum.*2. *lib.*1. *vers. Quantum ad primum, & seqq. ante nu.*1: cuius rationes referre longum esset; Ideo lectorem ad illum remitto. 12

Vide Hipp. Rimin. *in cons.*414. *nu.*16. *& nu.*19. *& seqq. lib.*4. vbi defendere conatur, quod ad inuenienda furta dæmones inuocare, non sit hæreticum. 13

Et pro hac contraria opinione faciunt scripta per Clar. *in pract.* §. *hæresis nu.*23. *vers. Successiue quæro ante finem*, vbi simpliciter dixit, quod sortilegia facta ad scienda furta commissa, hæresim non sapiant manifestam.

Resolutio † huius dubij dependet ab his quæ dixi *infra nu*... & propterea vide Martin. del Rio Iesuitam *Disquisitionum magicarum lib.*5. *sect.*15. *sub vers. Axioma primum circa med.* vbi relatis Doctoribus hinc inde contrarium tenentibus, facta prius conclusione, de qua dicit dubitandum non esse, quod scilic. Inquisitores habeant huius criminis cognitionem, subdit, deficiente dæmonum inuocatione hoc sortilegium non sapere manifestam hæresim, sed bene sapere hæresim non manifestam; Iuncta autem inuocatione dæmonum, hæreticum esse affirmare videtur. 14

Et interim pro prima opinione facit alia conclusio, quod quęrere commissa furta cum inspectione astrolabij sine dæmonum inuocatione hæresim non sapit, secus si cum dæmonum inuocatione, vt per Vmbert. Locat. *in iudiciali Inquisitorum, in verbo, Diuinationes, num.*2. Quod & idem dixit Eymericus *in Directorio Inquisitorum par.*2. *quæst.*42. *num.*2. *in fine*. Hyppol. Riminald. *in cons.*414. *nu.*3. vbi simpliciter dixit, quod quærere furta ad inspectionem Astrolabij, non est hæresis, ponderans in id tex. *in cap.*2. *de sortilegiis*. vbi cuidam Clerico sic perquirenti furtum suæ Ecclesiæ, non fuit imposita pœna hæresis, sed suspensionis per annum (sed hæc leuis pœna fuit imposita propter Clerici simplicitatem, vt ibi innuit Text. & notatur per Glossam & Doctores) Et hunc textum ponderantem vide Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib.*2. *cap.*38. *num.*36. Iacob. de Graffiis *lib.*2. *decisionum cap.*3. *rubr. de superstitionibus &c. num.*15. vbi generaliter dixit, quod furtum inuenire ex inspectione Astrolabij ad Astrologiæ iudiciariæ partem pertinet, & quod cum nulla nitatur ratione naturali hæc diuinatio tota superstitiosa, & illicita est. Imo, & tunc sapiat hæresim, quãdo quis certo aliquid pronunciare

ciare audebit, ex his quæ naturaliter sciri non possunt.

15 AMPLIA V. † vt sortilegium dicatur hæreticale factum pariter ad inueniendа furta, vel scienda alia occulta, quando accipitur Phiala plena aqua, & ante eam ponitur puer, vel puella Virgo, cum Candela, seu cereo accenso, respiciens dictam aquam, dicendo ista verba, videlicet; *Angelo bianco Angelo santo, per la tua santità per la mia verginità mostrami chi ha toto la tal cosa, & che n'ha fatto.* Et similia. Tunc enim aliquando apparent vmbræ, seu imagines ad instar personarum, quæ furatæ sunt dictas res; Item, & figuræ rerum ablatarum & locorum vbi sunt repositæ, actus quos fecerunt fures in asportando furtum, necnon etiam figuræ rerum, vel negociorum occultorum, quæ quæruntur. Hoc inquam sortilegium sic formatum, quod hæresim manifestam sapiat, plene consuluit Barbar. *in cons.55.lib.1.* vbi plures huius sententiæ affert non spernendas rationes, & Barbatiam sic dicentem sequuti sunt, Vmbert. Locat. *in iudiciali Inquisitorum in verbo, Diuinationes, num.4. in fine. vers. Et nota quod Diuinatio,* qui tamen loquitur, quando aqua & candela erant benedictæ. Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.17. vers. item hæreticus est, qui per Phialam, fol. mihi 241. colum.4. ad finem*, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio inquisitorum par.2. quæst.43. Comment.68. litera G. fol.366. colum.2.* vbi dixit, quod Negromantici solent lucidam ampullam, aut quid simile coram puero, puellave statuere, in qua dæmonum arte apparent spectra, & simulacra eorum quę scire cupiunt, & quæ ipsi videre non possunt, videntur tamen ab innocentibus pueris, & referuntur.

16 Contrarium † expresse tenuit Clarus in casu Barbatiæ, *in pract. §. hæreticis, nu.23. ad finem*, vbi expresse reprobat eundem Barbatiam, *in dict. cons.55. lib.1.* Hyppol. Riminald. *cons.414. nu.16. & nu.19. & seqq.* vbi, & ipse pluribus defendit Clarum contra Barbatiam.

17 Pro † concordia dicas, quod sortilegia ad furta inuenienda, seu alia occulta scienda, in quibus res sacræ immiscentur, hæreticalia sunt, licet secus si sacræ res non immiscentur, sic enim concordando contraria in casu, quo quis per Phialam aqua plenam, Angelum sanctum inuocat, ad furta inuenienda, vel alia occulta scienda, distinxit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, par.2. quæst.42. vers. iam illa quoque sortilegia, & sequenti, fol. mihi 359. colum.1. in fin. & colu.2. post principium*, vbi ponit exemplum, quando immiscetur aqua, vel candela benedicta, vel aliqua verba sancta, vt Euangeliũ, Symbolum, Pater noster, Aue Maria, Psalmus Dauidicus, verba sacræ Scripturæ, vel aliæ Orationes, de quibus dixi *hac eadem quæstione, num.48.*

18 AMPLIA VI. † vt hæreticale sit sortilegium, in eoque locum habeat pœna hæresis, quando dæmon inuocatur ad effectum se transformãdi in aliam speciem, cum hoc à dæmone fieri non possit, vt per Paul. Grilland. *in tractat. de hæreticis, qu.2. sub nu.3.* & Carer. *in eodem tractat. de hæreticis, num.25.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.17. vers.38. fol. mihi 234. in fin. & vers. Item quando istis quis vteretur sortilegiis, fol. mihi 242. colum.2.* vbi generaliter dixit, hæreticum esse illum, qui credit posse incantationibus, & dæmonum inuocationibus, transformari homines in bruta animalia, vel alia, vt strigæ facere dicuntur, cum hæc solus Deus facere possit, *cap Episcopus, 26. quæst.5.* Idem Grilland. *in tractat. de Sortilegiis, quæst.10.* Qua in re vide bene loquentem ex Diuo Augustino quem allegat de Ciuitate Dei, *lib.18. capit.18.* Petrum Gregorium *Syntagma. iuris, lib.34. cap.16. numer.2. & seqq.* vbi relatis pluribus exemplis, in quibus scribitur, Homines in animalia bruta transformatos fuisse, concludit, aut hæc facta fuisse non ex potestate dæmonis, sed à Deo, & ipso permittente, cuius iudicia occulta sunt multa: iniusta autem nulla, aut non vere, & corporaliter, sed sopitis, aut oppressis corporeis hominum sensibus per fantasticum demonstrata, vt videantur esse, quæ non sunt. De qua re an scil. corpora ex vna in aliam speciem transformare possint dæmones, vide bene disserentem, Martin. del Rio Iesuitam *Disquisitionum magic. lib.2. qu.18.* & ante eum Petr. Binsfeldium *de Confess. Malefic. post præludia. concl.2. & 3.* Toled. *de Instruction. Sacerdotum, lib.4. cap.16. nu.7. in fine.* vbi dixit, corpora humana in bestias non transformari vere, sed dæmone oculos inspicientium deludente.

AMPLIA VII. † Vt hæreticale reputetur sortilegium in quo sacramenta miscentur. Et propterea contra huiusmodi sortilegos, Inquisitores posse procedere, præsertim, quando interuenit abusus sacramenti Eucharistiæ, statuit Adrianus VI. *in sua extrauaganti* edita de anno 1523. *Incip. Dudum*, relata per Franc. Peg. post Director. Inquisitor. in literas Apostolicas. *fol. mihi 135. Glossa in cap. Accusatus, §. sane, in verbo, Saperent, versic. Prædicta cum corpore, vel sanguine Christi, de hæreticis in 6.* summa Rosella *in verbo, hæreticus, numero 6. versic. vel prædicta fuerunt cum corpore, & sanguine Christi, in versic. Item cum hostia consecrata,* Syluestr. *in summa in verbo, hæreticus, §.2. num.4. in fin. versic. Vel faciunt prædicta cum corpore, & sanguine Christi,* Repertor. Inquisit. *in verbo hæresis, rubr. sapere hæresim manifeste, vers. Item qui suis diuinationibus, & vers. Sequenti,* vbi de immiscente de corpore vel sanguine Christi, quibus adde etiam Vmbert Loc *in iudicial. Inquisit. in verbo, Apostata, num.5. in fine, & nu.7. vers.* Gulielmus de Monte Lugduno, Siman. Cathol. *Instit. tit.21. rubr. de diuinatione, & reuelatione, num.11.* Campeg. *in addit. ad Zanch. in tract. de hæreticis, cap.22. litera C. in verbo, Inquisitor, vers. Pro his intelligendis, in fine,* Squillacen. *in tract. de Fide Catholica cap.8. num.2. in fine.* Petr. Gregor. *Syntagma. iuris lib.34. cap.15. num.8.9.* vbi in hoc refert horrendum exemplum cuiusdam Presbyteri, qui ex consilio cuiusdam sortilegæ Bubonem baptizauit, eidemque consecratam Hostiam edendam porrexit. Carer. *in tract. de hæreticis, nu.3. ad finem, vers. Et vide Panormitanum.* Eymericus *in Directorio Inquisitorum par.2. qu.42. num.5. Vbi de Oleo sacro,* & ibi Franciscus Pegna *in additio. litera C. vers. Primum ergo fol. mihi 359. col.2.* Idem Pegna *in additionibus ad eundem Eymericum Commentar.68. versic. Rursus id quoque, fol. mihi 367. colu.2.* vbi quod sic in sortilegiis sacramenta immiscens diligenter interrogandus est ab Inquisitoribus, quid de his sentiat: Nam si crediderit hæc liberum arbitrium cogere posse, non modo vehementer de hæresi suspectus est, sed vere hæreticus putandus erit. Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.17. vers. Item quando immiscentur in his sortilegiis fol. mihi 242. colum.2.* Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus Magicis lib.5. sect.15. versic. Dico tertio*, vbi de immiscente in sortilegio hostias sacras, vel aliud Sacramentum, aut etiam sacramentalia, dicitque quod sic immiscentes præsumuntur se credere, huiusmodi Sacramenta habere vim ad operationem maleficiorum, & quod propterea super hac credulitate debent examinari, & torqueri, & si non fateantur, debent abiurare de vehementi. Franc. Suarez Iesuita *de statu religionis lib.2. cap.19. rubr. de superstitione num.10. vers. Item crescit hæc suspicio.* Petr. Binsfeld. *in Comment. ad l. eorum C. de malefic. & mathemat. qu.2. conclus.5.* Iacobus de Graffijs *lib.2. suarum decisionum cap.5. num.13, num.22.* vbi propterea dixit, huiusmodi sortilegos diligenter interrogãdos ab Inquisitoribus, quid senserint de Sacramentis in sortilegio immixtis, & si dixerint se credere ex iis liberum arbitrium cogi posse, non modo vehementer de hæresi suspecti sunt, sed vere hæretici putandi. 19

Verum quod sic abutentes sacratissimo Altaris Sacramento Curiæ seculari tradantur, bene aduertit

Mont.

Mont. Maran. *in pract. Archiepisc. cap.* 84. *num.* 10. & dixi *quæst.* 195. *num.* 59. vide *supra in tit. de delictis & pœnis, quæst.* 20. *num.* 83.

20 Non † sic si immiscetur in sortilegio Hostia nō consecrata, secundum Oldrad. quem sequuti sunt Ioan. de Anania, & Felin. *in rubric. extra de hæreticis*, Vmbert. Locat. *in iudiciali Inquisitorum in verbo, Sacerdos, num.* 4. Dixi *supra quæst.* 20. *num.* 48. & vide Martin. del Rio Iesuitam *de disquisitionibus Magicis lib.* 5. *sect.* 15. *vers. Dico quinto*, vbi quod immixtio Hostiæ non consecratæ in sortilegio ad res quas dæmon facere, vel cognoscere potest, etiam si super eam sacerdos Missam dicat, probabile est non facere sortilegium hæreticale, si non fiat ab habente expressum pactum cum dæmone; putat tamen hac in re esse bene aduertendum, præmissa procedere, dummodo sic immiscens, seu vtens Hostia non consecrata, bene sentiat de præsentia Corporis Domini, & transubstantiatione, & sic fuerit Sacerdos Missam celebrans, dummodo non præbuerit hanc Hostiam non consecratam Populo adorandam, sed vere aliam, quam eleuauit, consecrauit, secus si non bene, vt supra, quis sentiat de præsentia Corporis Domini, vel non consecratam Hostiam Populo adorandam præbuerit, tunc enim aperte foret hæreticus, & in omnem euentum talem etiam in casu, in quo non reputatur hæreticus, de hæresi valde suspectum affirmat.

21 Quid † de immiscente in sortilegiis sacrū Chrisma, & Oleum sanctum, vide Vmbert. Locat. *in iudiciali Inquisitorum in verbo, Sacerdos, numer.* 4. vbi videtur tenere, quod hoc sortilegium non sapiat hæresim, nisi imploretur auxilium dæmonis ad ea, quæ de sui natura facere non potest; Campeg. *in additionibus ad Zanchinum cap.* 22. *litera C. in verbo, Inquisitor, versic. Pro his intelligendis in fine.* vide supra *quæst.* 20. *num.* 85. Tolet. *de Instructione Sacerdotum lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 6. vbi dixit, immiscentes Oleum sanctum in istis sortilegiis, si sic immiscuerint, credentes in eo esse potestatem explendi eorum nefandos affectus, hæreticos esse, & hæreticorum pœnas incurrere, secus si sine mentis errore, & ex sola voluntatis malitia præmissa patrauerint, tunc enim erit horrendum, & mortale peccatum, licet sine hæresi, vt ibi per eum.

22 Ampliа VIII. † vt etiam hæreticale dicatur sortilegium illud, quod fit cum candela benedicta, & aqua benedicta ad inuenienda furta, vel ad sciendum aliqua secreta, Vmbert. Locat. *in iudiciali Inquisitorum in verbo, Diuinationes, num.* 4. *in fine, vers. Et nota quod diuinatio, & in verbo, Imagines, nu.* 3. vbi de immiscente reliquias in sortilegiis, Alphons. de Castro *de iusta hæreticorum punitione, lib.* 1. *capit.* 15. *ad finem*, vbi generaliter de immiscente res sacramentales in sortilegiis, Simanch. *Catholicar. Institution. tit.* 21. *rubric. de diuinatione, & reuelatione, num.* 11. Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisit. par.* 2. *quæst.* 42. *Commentar.* 47. *litera C. versic. Item illa sortilegia, & seq.* vbi in specie de immiscente in sortilegio aquam, vel candelam benedictam, item Pegna *ad eundem Eymericum vbi supra, quæst.* 43. *Comment.* 68. *fol. mihi* 367. *colum.* 2. vbi de immiscentibus reliquias Martyrum, Agnus Dei, aut alia huiusmodi, quod diligenter interrogandi sunt ab inquisitoribus, quid de his sentiant, nam si crediderint hæc liberum hominis arbitrium cogere posse: non modo vehementer de hæresi suspecti sunt, sed vere hæretici reputandi erunt. Martin. del Rio Iesuita *de Disquisition. Magic. lib.* 5. *sect.* 15. *versic. Dico tertio*, vbi de immiscente in sortilegij reliquias, vel agnus Dei, vel alias res Ecclesiastico ritu benedictas, dicitque hunc talem vehementer de hæresi suspectum, cum sic faciendo præsumatur credere, huiusmodi immixtionem habere vim ad operationem maleficiorum, & propterea debet super hac credulitate examinari, & torqueri, & etiam si non fateatur de vehementi abiurare; & ante eum Toledum *de instructione sacerdotum, lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 6. vbi pariter dixit, quod immiscentes huiusmodi res sacras in Maleficiis hæretici sunt, hæreticorumque pœnas incurrunt, si crediderint istis sacris inesse virtutem ad ipsorum nephandos affectus explendos, secus si non sic crediderint, sed sola voluntate malefica, absque mentis errore, præmissa fecerint, (quod vix fieri potest,) tunc enim erit horrendum, & mortale peccatum, licet sine hæresi, vt ibi per eum, vide *supra quæstione* 20. *nu.* 85.

Ampliа IX. † Vt hæreticale sit Sortilegium, quando aliquis puer rebaptizatur, secundum Glossam in *cap. Accusatus, §. sane, in verbo, Saperet, in fine de hæreticis in* 6. summa Rosella *in verbo hæreticus, num.* 3. *versic. Item cum fuerit*, summa Syluestrina *in verbo, hæreticus, §.* 2. *num.* 4. *in fine, vers. Vel in fonte puerum baptizant, & num.* 5. *vers. Quantum ad alia.* Repert. Inquisitor. *in verbo hæreticis, rubr. sapere hæresim manifestam, versic. Item qui in suis diuinationibus, & sub vers. seqq.* Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitorum, in verbo, Apostata, num.* 5. *in fine in verbo, Diuinationes, num.* 3. *in princip.* Simanch. *Catholicar. instit. tit.* 30. *rubr. de hæresi, n.* 15. vbi quod hoc sapit heresim manifestam, *& in Enchiridio. tit.* 8. *num.* 12. Squillacen. *in tractat. de fide Catholica, cap.* 8. *num.* 2. *in fine.* Carer. *in tract. de Hæreticis, num.* 23 *in fine, versic. Et vide Panormitanum*, Clar. *in pract. §. hæresis, nu.* 22. vbi quod hæc est omnium peritorum sententia; ex Simanch. *in loco præallegato*, Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, par.* 1. *quæst.* 42 *num.* 3. *& num.* 5. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 17. *vers. Item quando interueniret rebaptizatio, fol. mihi* 242. *col.* 2. *& capit.* 5. *num.* 4. Iacob. de Grassijs, *lib.* 2. *suarum decisionum, cap.* 5. *rub. de superstitiosis obseruationibus, nu.* 12. Martin. del Rio Iesuita *de Disquisition. Magic. lib.* 5. *sect.* 15. *vers. Dico Quarto*, vbi quod isto casu sic pueros rebaptizantes, vel hæretici sunt, credentes formam, vel materiam baptismi aliam esse posse ab ea quam Christus instituit, vel sunt vehementer suspecti, etiam si negent se hoc credere. 23

Hæreticale † etiam sortilegium est hominis cadauer baptizare, vt per Simanch. *Catholicar. Institut. tit.* 62. *rubr. de Sortilegiis num.* 3. 24

Ampliа X. † Vt etiam hæreticale sortilegium sit illud in quo baptizantur imagines, Syluestrina *in summa in verbo, hæreticus, §.* 2. *num.* 5. *vers. Quantum ad alia*, Reper. Inquisit. *in verbo, hæresis rubr. sapere hæresim manifeste, vers. Item qui in suis diuinationibus*, Simanch. *Cathol. Inst. tit.* 30. *rubr. de hæresi nu.* 15. vbi quod sapit hæresim manifestam, *& in Enchiridio tit.* 8. *num.* 12. Campeg. *in additionibus ad Zanchinum in tract. de hæreticis, cap.* 22. *litera C. in verbo, Inquisitor, vers. pro his intelligendis in fine*, Clar. *in pract. § hæresis, nu.* 2. Ibi, quod hæc est peritorum omnium sententia, ex Simancha *in loco præallegato*, Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, par.* 2. *quæst.* 42. *nu.* 5. & ibi Franciscus Pegna *in additionibus litera C. versic. Postremo generaliter, fol. mihi* 359. *colu.* 2. Idem Pegna *ad eundem Eymericum, vbi supra qu.* 43. *Commentar.* 68. *fol. mihi* 370. *colum.* 2. *versic. Articulus* 21. Martin. del Rio Iesuita *de Disquisitionibus Magicis, lib* 3. *par.* 1. *quæst.* 3. *sect.* 1. *versic. Mox subdit tertium*, vbi de materia, *& lib.* 5. *sect.* 15. *versic. dico Quarto*, vbi dixit, quod baptizans Imagines ex qualibet materia, vel hæreticus est, si putat formam, vel materiam baptismi aliam esse posse ab ea, quam Christus instituit, vel saltim vehementer suspectus, si neget sic credere, & ante eum hanc eandem materiam late explicat Petr. Binsfeld *in Commentar. ad l. multi, Cod. de malefic. & mathemat. quæst.* 3. vbi de pluribus imaginum speciebus à maleficis fabricatis, nempe ex ære, plumbo, auro, cera alba, vel rubea, baptizatis, exorcizatis & consecratis, seu potius execratis secundum sortilegiorum artes, & præsertim explicat, quod malefici conficiunt quasdam imagines cer- 25

certis temporibus obseruatis, & determinatis, carminibus, & ritibus quibusdam, & signis, quas nomine Belsebub principe dæmoniorum baptizant, adhibitis & expressis quibusdam aliis verbis, quæ ob horrorem non sunt referenda, dictisq; imaginibus ad ignem applicatis ibi à dæmone petunt infirmitates, aut alia mala, quę in præsentia illi, cuius imaginem confecerunt, euenire optant, & quandoq; etiam acubus, aut aliis acutis ferreis perforant, aut pungunt, illius imaginis caput, aut pectus, aut ventrem, aut femora, aut aliam corporis partem, in qua cupiunt malum aliquod oriri in persona illius cui nocere intendunt. Inde non ex imagine prædicta, sed ex latenti operatione dæmonis, cum quo maleficus habet pactum, sæpe contingit, quod persona, cuius nocumentum maleficus desiderat, grauiter torqueatur in illa parte corporis, quam pupugit aut transfixit, De quo etiam per Toletum *de instructione sacerdotum, lib. 4. cap. 16. nu. 4. ad finem.* Adde pro hac eadem decima ampliatione Iacob. de Graffijs *lib. 2. suarum decisionum, cap. 5. rubr. De superstitiosis obseruationibus, nu. 12.*

26 LIMITA † hanc decimam ampliationem, secundum Anton. *in summa, par. 2. tit. 12. cap. 5. §. 1.* vbi plene disputat, An baptizare imagines dicatur hæreticale, & an is, qui talia facit, dicatur hæreticus, & vt hæreticus puniri debeat; & distinguendo dicit, quod baptizare imagines, est valde horrendum peccatum; Non tamen facit hominem hæreticum, nisi sic baptizans habeat errorem in intellectu, male sentiens de sacramento Baptismi, & de eius effectu: secus si in mente errorem non habeat, nec male sentiat de dicto sacramento, & de eius effectu, sed quicquid facit, id omne facit ad finem facilius assequendi à dæmone id quod desiderat, & petit, dummodo non petat à dæmone aliquid, quod sit supra eius facultatem, nec quantum ad potentiam, nec quantum ad cognitionem, prout est si crederet, vel quod dæmon posset necessitare liberum arbitrium hominis, vel mulieris, vel quod possit facere, quod petitur, etiam à Deo non permissum, vel quod possit scire determinate futura contingentia, vel effectum aliquem facere qui soli Deo proprius est; si enim sic crederet, dubium non est, quod haberet errorem in intellectu, & male de potestate dæmonis sentiret: & per consequens sic baptizando imagines esset hæreticus; secus si ex causis prædictis imagines faceret, non male sentiens de Baptismo, quia tunc non esset hæreticus, licet grauissime peccaret, & isto casu male & sacrilege vtens sacramento, si de eo non male sentiat, erit potius sortilegus, quam hæreticus, vt ibi per eum, qui proponit contraria, & illi respondet, & suam hanc declarationem sedis Apostolicæ correctioni & iudicio submittit, (prout ego humiliter submitto) concordat Syluestr. in *in verbo, hæresis, §. 1. nu. 4. & nu. 8.* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit. in verbo, hæreticus, nu. 31.*

27 Nunquid † autem in dubio præsumatur sic imagines cereas baptizans, quod hoc faciat, quia habeat errorem in mente, & male sentiat de sacramēto Baptismi, An vero, quia & non male sentiat de fide, & de sacramento prædicto, sed, vt facilius aliquid à dæmone consequatur, quod non sit vltra eius facultatem, vide eundem Anton. *in summa dicto cap. 5. §. 1. versic. Et si quæratur, & seqq.* vbi videtur concludere, quod iuris præsumptione, & secundum iuris Glossatores, in dubio præsumendum est, quod quis sic faciat propter errorem, quem habet in mente, & quia male sentiat de sacramento Baptismi, licet ex natura rei, talis non sit iudicandus hæreticus, nisi inquiratur de causa, de errore, & peruersitate fidei, cum hæc potuerint agi ex duplici causa, vt supra, & quod isto casu in dubio imaginēs baptizans, præsumatur habere errorem in mente, & male sentire, voluit Syluestrin. *in summa in verbo, hæresis, §. 1. num. 8. in princ.* Vmbert. Loc. *in iudic. Inquis. in verbo, hæreticus, nu. 31.* vbi propterea, quod hæc præsumptio sufficit ad puniendum hæreticum, aut de vehementi, aut de leui.

AMPLIA XI. † Vt hæreticale sit dæmonem, vt sortilegi credunt, tenere ligatum in annulo, aut in alia re, & ab illo responsa petere, cum hoc fieri non possit, nisi ex fœdere cum dæmone inito: sic enim inter magicas & hæreticales superstitiones hoc sortilegium connumeratur in extrauaganti Ioannis XXII. incip. *Super illius specula,* registrata per Franc. Pegn. *in Director. Inquisitorum par. 2. quæst. 43. num. 9. fol. mihi 364.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 63. rubric. de superstitionibus, nu. 29. & seqq.* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum in tract. de hæreticis cap. 22. litera C. in verbo, Inquisitor. vers. Tertiam conclusionem.* Eymeric. *in Directorio Inquisitorum par. 2. qu. 43. nu. 9.* vbi refert extrauagantem Ioannis XXII. editam contra fabricantes annulum, speculum, phialam, & aliam quamcumque rem, ad dæmones ibi alligandum, & ab iis responsa petendum, & recipiendum, pro implendis eorum prauis desideriis, & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus litera V, in verbo, Annulum, vel speculum, & versic. Sit secunda & postrema conclusio, fol. mihi 368. colu. 2. & fol. 369. in quarto articulo.* Et extat Bulla Sixti V. in ordine 21. in eius Bullario *par. prima, fol. mihi 52.* vbi expresse damnatur hoc sortilegium per speculum, phialam, vel annulum fabricatum, in quibus dæmones alligantur, & propterea contra hos sortilegos Inquisitores posse procedere expresse statuit, & ordinauit, & voluit etiam Iacob. de Graffijs *lib. 2. suarum decisionum cap. 5. nu. 16.* 28

Quamuis † falsum sit, quod dæmones ab homine cogi possint stare ligati in annulo, in vitro, in pixide, aut in alia re, licet sic se captos, & vinctos simulent, vt alios hoc credentes vincant, capiant, & decipiant, vt per Simanch. *Catholicar. Institut. dict. tit. 63. rubric. de superstitionibus sub dicto num. 29. & seqq.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisit. par. 2. q. 43. Comment. 68. vers. in hac re sit prima Conclusio, & vers. Quo autem consilio, fol. mihi 368. colu. 2. & fol. 370. in 17. artic.* vbi, quod contrarium asserere hæreticum est, pluribus comprobat. Martin. del Rio Iesuita *de Disquisition. magic. lib. 2. quæst. 30. sect. 1. post princ. & sect. 3. pariter in princ.* vbi reprehendit Grilland. contrarium tenentem, *& in vers. infertur tertio, & seq.* Ioan. Azzor. *Institut. Moralium par. 1. lib. 9 cap. 36. quæst. 2.* vbi concludit, in hominibus non esse naturalem vim ad includendos alligandosque dæmones, sed cum dæmones certis locis includuntur, vel alligantur, id fit imperio aliorum dæmonum superiorum, cum quibus pactum est initum, vt inferiores includant, & alligent, vel ipsimet dæmones se ipsos includunt, & alligant, pacto cum eis inito expresse, vel occulte, vt id faciant, Iacob. de Graffijs *lib. 2. suarum decisionum cap. 5. num. 17.* vbi de eadem re. 29

AMPLIA XII. † Vt intendens Characteribus, & signis ignotis, hæreticus dicatur, sed largo modo. Repert. Inquisitor. *in verbo hæreticus, vers. An intendens auguriis, & characteribus.* Simanch. *Cathol. inst. tit. 63. rub. de superstition. nu. 12.* vbi dixit, quod nonnunquam tacite inuocatur dæmon figuris, characteribus, verbis, & signis ignotis, & superstitiosis; idque ad aliquem effectum, qui noscitur ex diabolo prouenire, & *num. 22.* vbi quod fabricatio horum nominum ignotorum, & characterum, prohibita est, ex quo sunt diaboli seductiones, dæmonum irrisiones, animarum inuocationes, & cordium scandala, & *num. 33.* vbi generaliter dixit, superstitiosum esse obseruare nomina, signa, characteres, & cætera omnia, quæ natura sua nullam habent virtutem, & propterea vehementer suspectum, Campeg. *in addition. ad Zanc. in tractat. de hæret. cap. 22. litera C. in verbo, Inquisitor.* vbi quod huiusmodi figuræ, characteres, ignota ver- 30

ta verba, & signa sunt instituta ad dæmonum conuentiones, & fœdera spectantia; & cum naturaliter quicquam efficere non possint, si aliquid operantur, dæmonum virtuti adscribendum est, vt persuadeant hominibus, in talibus verbis & characteribus inesse virtutem, vt ab hominibus inuocentur, & sic cum istis falsitatibus, & mendaciis vocati, homines in errorem inducunt, & alia ad materiam Squillac. *in tract. de fide Cathol. cap. 6 nu. 2.* Eymer. *in Direct. Inquisit. par. 2. q. 43. nu. 2.* & *ibi* Franc. Pegn. *in addit. Comment. 68. lit. E. fol. mihi 366. col. 2.* Ioann. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium par. 1. lib. 9. cap. 26. quæst. 6.* & ante Azzorium Toleto *de Instructione sacerdotum lib. 4. cap. 14. nu. 6. vers. Secundo cum characteres.* Iacob. de Graffijs *lib. 2. suarum decisionum cap. 5. nu. 10. in fine.* vide supra *in tit. de delictis & pœnis, quæst. 20. nu. 97. & sequentibus*, vbi alia ad materiam.

31 Amplia XIII. † Vt eo magis sortilegia, & præsertim hæreticalia punienda sint ea, quæ fabricantur ad nocendum hominibus, animalibus, & segetibus, de qua re vide Constitutionem Innocentij VIII. editam de anno 1484. incip. *Summis desiderantes affectibus*, vbi propterea Inquisitorum iurisdictioni supponit maleficos, qui huiusmodi sortilegia ad nocendum hominibus, animalibus, & frugibus fabricant, & idem statuitur in alia Constitutione Alexandri VI. relata inter easdem Constitutiones per Franc. Pegnam incip. *Cum acceperimus fol. mihi 109.* Plura ad materiam notabilia explicata per Petr. Gregorium *Syntagma. iuris lib. 34. cap. 9. ad finem, & cap. 11. per totum.* Et vide originaliter Tex. *in l. eorum in principio C. de malefic.* vbi dicitur, *Eorum est scientia punienda, & seuerissimis merito legibus vindicanda, qui magicis accincti artibus, aut contra salutem hominum moliti*, & quæ sequuntur, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 17. vers. 36.* vbi generaliter dixit hæreticum esse, qui dæmones inuocat ad nocendum alicui, & *versic. Item qui credunt dæmones ex sua potentia*, vbi dixit, hæreticos esse illos, qui credunt, dæmones ex sua potentia posse nobis mala, & nocumenta inferre præter tentationem sine permissione Dei.

Ad quam materiam quod scilicet, & quotuplex sit maleficium, & quot modis maleficia huiusmodi, quæ nos *Facturas* vulgo appellamus, fieri contingant, præsertim ad nocendum hominibus illisq; grauissima damna inferenda, vide late explicantem Martin. del Rio Iesuitam *de Disquisitionibus magic. lib. 3. par. 1. quæst. 1. & quæst. 2.* vbi de maleficio somnifero, & *quæst. 4.* vbi de maleficio hostili, & *d. qu. 4. sect. 1.* vbi de fascinatione, & *sect. 2.* vbi de maleficijs venenariis, & *sect. 3.* vbi de maleficio ad abortum, & difficillime partum faciendum, & lac exsiccandum, & *sect. 5.* vbi de variis morbis hominibus illatis opera dæmonis, cum istis maleficiis, & *sect. 7.* vbi de maleficio seu factura per quam immittuntur dæmones in corpora humana illa affligentes & vexantes, & *sect. 10.* vbi de maleficio incendiario, & *lib. 5. sect. 16. versic. De grandine*, vbi de maleficio ad excitandam grandinem, & tempestatem. Et ante eum Petrum Binsfeldium *de confess. malefic. post præludia conclus. 7.* vbi probat, posse maleficos auxilio dæmonum morbos inferre, homines, & pecora interficere, & *conclus. 10.* vbi pariter quod possunt tempestates mouere, pluuias, tonitrua, grandinem, & pruinam producere. & *conclus. 11.* vbi & per consequens, quod possunt efficere sterilitatem, rerumque necessariarum ad conseruationem vitæ humanæ inopiam. & *in Comment. l. 1. C. de malefic. & mathem. vbi plura de venefico maleficio, & ad l. eorum Cod. eodem quæst. 4. per totam*, vbi latissime, An Malefici possint inducere pluuias, grandines, & similia, fructibus, aut seminibus nociua, & facit conclusionem affirmatiuam. & *quæst. 9. per totam*, vbi etiam late, An Malefici possint seminibus, & arborum floribus nocumenta inferre, producendo Ranas, Mures, Erucas, Locustas, & similes bestiolas, & *ad l. multi Cod. eod in princip. vbi plura de maleficiis ad nocendum fabricatis, & ibidem quæst. 2.* vbi præsertim de maleficiis ad occidendum infantes. Ioann. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium par. 1. lib. 9. cap. 25. quæst. 1.* vbi de maleficio fascinationis cum oculis virulentis in pueros iniectis. Toletum *de Institutione sacerdotum lib. 4. cap. 16. nu. 3. & seqq.*

Nunquid † autem licitum sit incantationes facere ad vtilitatem fructuum colligendorum, puta ad euitandum grandinem, ad text. *in l. eorum §. nullis vero Cod. de malefic. & mathemat.* & ibi Bald. & Salic. quos refert Felin. *in rub. extra de hæreticis in fine*, conclude, quod sic: dummodo omnia fiant cum auxilio Diuino; vel dicas de iure ciuili huiusmodi sortilegia non esse punibilia, per tex. *in d. l. eorum §. nullis*, & voluit Alber. *in rubr. C. de hæreticis nu. 15. in fine, versic. Remedia contra grandines*, secus de Iure Canonico, secundum quod incantationes etiam factæ ad bonum finem prohibitæ sunt, vt in cap. *illos, 2. qu.* & in cap. *ex tuarum.* & in cap. *fin. extra de Sortilegiis.* Nicol. Arelaten. *notab. 50. num. 1.* vbi hanc eandem affert distinctionem. Petr. Binsfeld. *in Comment. ad l. eorum C. de Malefic. & mathemat. in princ. versic. Præterea circa illa verba*, vbi secundum Ang. ibi dixit, de iure Ciuili posse incantare grandines, vt non noceant, intellige in virtute Diuina, non per incantationem dæmonum, quæ omni iure prohibita est, & *quæst. 5. in princ. in prima, 2. & 3. conclusione*, vbi concludit, quod de iure Ciuili non puniuntur incantationes, quæ fiunt ad repellendum tempestates, & quod hoc est communissima iuris peritorum sententia, secus autem in foro conscientiæ secundum legem diuinam, & Canonicam, Io. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium, p. 1. lib. 9. cap. 26. quæst. 3. in fine principij*, vbi quicquid sit de iure Ciuili, de iure Canonico per tex *in cap. Illos, 26. quæst. 3.* & in cap. *ex tuarum*, & in cap. *final. de Sortilegiis* dixit, generaliter damnari & prohiberi omnia maleficia, & sortilegia etiam ad bonum finem, & demum ad hanc eandem materiam, vide late pertractantem Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 41. per totum.* 32

Amplia XIV. † Vt etiam damnata, & prohibita sint sortilegia ad curandum morbos, quæ ægrotis applicantur ab his, qui quæstum faciunt ex ipsis, dicentibus se Deum inuocare, & tamen idololatriam sapiunt, de quibus per Simanch. *Catholicar. Institution. tit. 63. rubr. de superstitionibus, num. 19. & seqq.* & per Petr. Greg. *Syntagma. iuris lib. 34. cap. 9 num. 9. & seqq. cap. 17. rubr. de Magicis circa morborum curationem, & cap. 18. rubric. de Magicis ad bonum quendam finem, & cap. 20. num. 13.* vbi reddit rationem, quare sit prohibitum curare morbos per maleficia, & *d. cap. 17. & 18.* ponit plura notanda de prohibita sortilegiorum specie ad sanandum morbos, & ad tollendum alia maleficia, & *cap. 22.* vbi ponit plura remedia aduersus maleficia ex antiquorum obseruationibus. Petr. Binsfeld. *de confess. malefic. conclus. 8. post præludia*, vbi quod malefici possunt multos morbos curare, qui nulla medicorum scientia curari valent, & *conclus. 9.* vbi tamen quod grauissime peccant, qui maleficiorum opera vtuntur ad dissoluenda maleficia, & *in Commentar. ad l. eorum Cod. de malefic. & mathemat. quæst. 5. in prima, secunda, & tertia conclusione*, vbi quod de iure Ciuili non sunt prohibitæ incantationes, quæ fiunt ad bonum finem, vt ad sanandum infirmum, secus autem in foro conscientiæ de iure Canonico; & secundum l. diuinam, & *in 4. conclusione* vbi declarat non esse illicitum, petere dissolutionem maleficij à malefico sed incantatore, quando adhibitum maleficium est tale, quod naturali aliqua virtute aut actione sine vlla dæmonis inuocatione aut auxilio dissolui possit, & *qu. 6. conclus. 1. & sequentibus*, vbi late declarat, An, & quando 33

malefici, incantatores, & magi valeant curare morbos seu maleficia à se vel ab aliis illata, Tolet. *de Instructione sacerdotum, lib. 4. cap. 16. numer. 7. versic. Est autem Quinto aduertendum*, vbi pariter dixit, peccatum esse, quando malefici voluut eodem modo nempe cum dæmonis inuocatione damnum, quod intulerunt, auferre, & propterea vtroque casu huiusmodi maleficia illicita, & damnata esse, & ante istos Nicol. Arelatan. *notab.* 50. vbi loquitur, siue maleficium sit, vt dissoluat facturas maleficij siue ægrotum, vt maleficiatum, & à maleficio liberet, concluditque hoc non posse fieri de iure Canonico, licet secus de iure Ciuili. Petr. Binsfeld. *de confess. maleficiorum præludio 12. in 3. dubio conclus. 10.* vbi probat, Magos virtute diabolica posse aliquando dæmones cogere, & è suis sedibus expellere, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum par. 2. quæst. 43. versic. Articulus quintus, fol. mihi 370. colu. 1.* vbi quod hæreticum est credere, licitum esse vti Magicis artibus, vel aliis quibuscumque superstitionibus, à Deo & Ecclesia prohibitis, ad bonum finem, *& infra in articul. 6.* vbi idem de credente licitum esse, maleficia maleficiis repellere. Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide, capitulo 23. rubric. de Remediis maleficiorum*, vbi bene declarat, quibus modis maleficia tollere liceat, prout etiam declarat Leonard. Lessius Iesuita *de Iustitia, & iure, lib. 2. cap. 44. dubitat. 5. & 6.* Martin. del Rio *de Disquisitionibus Magicis, lib. 3. par. 2. quæst. 4. sect. 7. 8. & 9.* vbi de pluribus vanis obseruationibus, & superstitionibus in sanandis morbis, & latius *lib. 6. cap. 2. sect. 1.* vbi ponit plura exempla superstitiosarum curationum, siue magicorum remediorum, *& quæst. 2.* vbi latè, an liceat remedium petere à maleficis, *& sect. 2. & 3.* & *cap. 3.* vbi latissime de remediis diuersi generis aduersus maleficia, Franc. Suarez *de statu Religionis, lib. 2. c. 17.* vbi quibus remediis vti liceat ad tollenda maleficia, *& cap. 18.* vbi an, & quando liceat maleficium maleficio tollere, Ioan. Azzor. Iesuita *Instit. Moral. par. 2. lib. 12. cap. 17. quæst. 9.* vbi per totum Angelic. Syluestrin. Tab. & Nauar. *in locis per eum relatis* testatur, Communem esse omnium sententiam, ad maleficium soluendum non esse petendum remedium à malefico, *& par. 1. lib. 9. cap. 25. quæst. 2.* vbi an in hominibus insit vis aliqua, qua solo contactu, aut sermone, sanent alios aut certis morborum generibus medeantur. Vide ad materiam fabricantis sortilegia sine dolo malo, & bono zelo ad sanandum ægrotos maleficiatos, & similes, quæ dixi supra *in tit. de delict. & pœnis, quæst. 20. nu. 91. & seq.*

De iure autem Ciuili non puniuntur maleficia arte malefica confecta ad effectum tollendi maleficium, & liberandi maleficiatum, *l. eorum, §. final. C. de malefic.* puniuntur tamen de iure Canonico, *cap. admoneant 26. qu. vltima*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo, Remedia, num. 1.* plures alios concordantes refert Martin. del Rio Iesuita *de Disquisition. Magicis, lib. 6. c. 2. sect. 1. quæstio. 2.* vbi *in vers. Dico primo*, improbat hanc iustitatum conclusionem, docetque non esse verum, quod de iure Ciuili liceat maleficia maleficiis tollere, de quo vide etiam declarantem Francisc. Suarez *de statu Religionum, lib 2. cap. 19. rubr. de superstitione, nu. 141.*

34 AMPLIA XV. † Vt hæreticale sit pacta aliqua facere cum Dæmone, imo & hoc sapere manifestam hæresim probatur in Extrauaganti Ioannis XXII. Incipien. *Super illius specula*, registrata *in Direct. Inquisit. p. 2. quæst. 43. num. 9. fol. mihi 364.* Simanch. *Catholic. Instit. tit. 30. rub. de hæresi, nu. 13.* & latius *tit. 63. rubr. de superstition. n. 11.* vbi dixit, quod ex pactis cum Dæmonibus, omnes fere superstitiones inde nascuntur, vel eodem redeunt; pactumque cum Dæmone facere species Idololatriæ atque Apostasiæ, *& 12.* vbi quod pactum cum dæmone quandoque fit tacite, & quandoque expresse, & ibi ponit exempla *& num. 13. & seqq.* vbi plura de materia pacti facti cum Dæmonibus, *& nu. 14.* vbi quod Magicæ artes ex pactis Dæmonum proueniunt, *& num. 33.* facit generalem conclusionem, quod omnis obseruatio, cuius effectus expectatur aliunde quam ex naturali ratione, vel miraculo vero, vel voluntate diuina, vehementer suspecta est de pacto expresso vel occulto cum Dæmone, & generaliter concludit, Inquisitores Apostolicos posse procedere in omnibus sortilegiis continentibus pactum cum dæmone factum, tacite vel expresse, quia sapiunt hæresim manifestam, & sunt species infidelitatis, & Idololatriæ, *& in Enchiridio Violat. Religion. tit. 8. nu. 9.* ad quam materiam vide etiam Campeg. *in additionibus ad Zanch. in tractat. de hæreticis, cap. 22. litera C. in verbo Inquisitor, sub vers. facit etiam, & seqq. in discursu*, Squillac. *in tract. de fide Catholica, cap. 7. nu. 4. & cap. 13. n. 1. & cap. 21. num. 2. in fine*, vbi quod per pacta fœderata, & expressa cum dæmone quis dicitur hæreticus stricto modo, Eymeric. *in Director. Inquisit. par. 2. quæst. 43. nu. 7.* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus, Comment. 68. fol. mihi 369. col. 2. vers. Articulus tertius*, & ad materiam, vide quæ dixi supra *in tit. de delict. & pœnis, quæst. 20. num. 77. & seqq. & num. 81.* vbi præsertim probaui, quod omnia sortilegia facta à sortilegis expresse professis dicuntur hæreticalia. Et omnino vide etiam Petrum Binsfeldum *de Confession. maleficor. prælud. 6. per totum*, vbi late ponit materiam pacti expressi, vel taciti cũ dæmone initi. Tolet. *de instructione Sacerdotum, lib. 4. cap. 14. num. 5.* vbi magistraliter docet, quid sit pactum seu promissio facta cum dæmone, & quot modis fiat. Martin. del Rio Iesuita *in tract. de Disquisition. Magicis, lib. 2. qu. 4.* vbi latissime ponit materiam pactorum initorum cum dæmone expresse, tacite, aut implicite, quibus modis huiusmodi pacta ineantur, & quam graue crimen & peccatum sit sic pacisci, *& quæst. 5.* declarat, quibus indiciis probetur effectum Magiæ, & sortilegij, prouenire ex pacto conuento cum dæmone, potius quam ex naturali miraculo, seu artificiosa causa, *& lib. 5. sect. 15. in 2. Axiomat.* vbi facit conclusionem generalem, quod omnia sortilegia facta ab habentibus pactum expressum cum dæmone sapiunt hæresim, Franc. Suarez Iesuita *de statu Religionis, lib. 2. cap. 19 rubr. de superstit. nu. 10. in fin.* vbi dixit, quod pactum cum dæmone non expressum, sed implicitum, alio hæreticali actu non interueniente, non inducit hæresis suspicionem, *& c. 9.* vbi quomodo, & quibus modis fiat pactum implicitum cum dæmone in diuinatiua superstitione, *& cap. 14.* vbi præsertim de pacto cum dæmone in operibus Magicis, Thom. Sanch. *in præceptis decalogi, lib. 2. cap. 38. num. 1. & seqq.* vbi præsertim de diuinatione quæ fit ex pacto, cum dæmone inito, expresso vel tacito, quibus modis huiusmodi pacta fieri contingat, & alia ad materiam.

AMPLIA XVI. † Vt hæreticale sortilegium sit omne illud, in quo aliquis hæreticus interuenit, secundum Glossam *in cap. Accusatus, §. Sane, in verbo, Saperet, versic. Vel associant sibi de hæreticis in 6.* summa Rosella *in verbo, hæreticus, nu. 3. vers. Vel prædicta faciunt*, Syluestrin *in summa, in verbo, hæreticus, §. 2. nu. 4. in fine, vers. Sicut inquit*, Repert. Inquisit. *in verbo, hæresis, §. 4. rubric. sapere hæresim manifeste, vers. Item est notandum*, & *sub vers. Secundum Doctores*, Vmbert. Locat. *in Iudicial. inquisitor. in verbo, Diuinationes, nu. 4.* Squillacen. *de Fide Cathol. cap. 8. nu. 2. in fine, & num. 4 & cap. 12. nu. 1.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 17. vers. Item si in ipsis sortilegiis, fol. mihi 242. colum. 2.* Iacob. de Grassis *lib. 2. suarum decisionum, cap. 5 nu. 14.* & dixi hac de re iterum *supra in tit. de delict. & pœnis, quæst. 20. nu. 2.* 35

AMPLIA XVII. † Vt nedum hæreticales sortilegi reputandi sint, sed etiam vt hæretici habendi magicam artem exercentes, vt in Repertor. Inquisit. *in verbo, hæresis, rubric. sapere hæresim manifeste, versic. Ex prædictis* 36

apparet,

apparet, in verbo, Magica, versic. Primo, & sequent. vbi alia ad materiam, & ibi Petr. Vendramen. *in additionibus, litera A*, vbi bene declarat, qui dicantur Magi, Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo, Apostata, num.5. versic. Et similiter etiam ab aliis operibus magicis, & num.7. vers. Ex his apparet, quod Magicam artem sectantes vt hæretici sunt habendi*, Simanch. *Catholic. Institution. tit.63. rubr. de superstitionibus, nu.14.* vbi dixit Magicas artes ex pactis dæmonum prouenire, & in Enchiridio *Viol. Relig. tit.8. num.11.* Eymeric. *in Director. Inquisit. par.3. tit. de Signis exterioribus per quæ Necromantici dignoscuntur, nu.115.* & ibi Franciscus Pegna, *in additionibus, Comment. 26. fol. mihi 475. & seqq.* vbi plura de materia Magorum, & præsertim, quod non omnes Magi sunt hæretici & mali homines, quia datur Magia ars naturalis, Mathematica, siue Elementaria, quæ sine dæmonum præstigiis exerceri potest, beneq; declarat, quæ nam sit ista Magia ars Mathematica, & quæ Elementaria; Quod si magi immundorum spirituum incantationibus, & inuocationibus coinquinantur, & tunc hæretici reputantur, Petr. Gregor. *Syntag. iuris, lib.34. c.1. & seq.* vbi plura in discursu de Magorum materia. Ad quam vide etiam Læl. Zecch. *in summa par.1. tit. de fide, cap.17. rubr. de Magia, num.2.* vbi pariter dixi, Magiam distingui in duas species, vnam scilicet veram, & naturalem, ex occultis rerum naturis & virtutibus perfectam, ab omni superstitione & hæresi alienam, paucis tamen perspectam; alteram ab omni ratione, & veritate vacuam, fallacem, & noxiam dæmonum fraudibus, & maleficiis implicatam, & ob id abominabilem, & damnatam; & ibi bene declarat, & exemplificat vnam, & alteram speciem dictæ magiæ, *& num.3. & sequentibus per totum illud cap.17. & c.18. & c.22.* late hanc materiam Magię, & Magorum exponit etiam Toleto *de Institutione Sacerdotum, lib.4. cap.14. nu.3. & n.4.* Iacob. de Graffijs, *lib.1. suarum Decisionum, cap.6. rubr. de Magis per totum*, & latius Benedict. Perer. Iesuita *in tractatu de Magia, c.1. & omnibus sequentibus*, (sic enim in hac materia lectorem remittere ad Doctores, eam tractantes, bene facere visum fuit, nam si eam singulariter pertractare voluissem magno fuisset opus libello, sat est in præsenti materia firmare conclusionem, quod Magia, quæ naturalis non est, hæresim in se contineat, cum non nisi dæmonum auxilio, & cum eis in illo pacto exerceri valeat) addo ad eandem materiam late etiam differentem Leonardum Lessium Iesuitam, *lib.2. c.44. dubitat.1. & seq.* & latius eruditissimum Martin. del Rio Iesuitam *in suo tractatu de Disquisitionibus Magicis, per totum, in discursu*, & latissime etiam Franciscum Suarez *de statu Religionis, lib.2. d. rub. de superstitionibus, c.14.* vbi præsertim, an operibus Magiæ interueniat pactum cum dæmone, *& cap.15.* vbi quot sint species, seu modi magicæ superstitionis, *& cap.21.* vbi an omnia opera Magiæ sint superstitiosa, & illusoria, solida, & vera, & ante istos de eadem materia vide tractantem Petrum Binsfeld. *in rubr. C. de malefic. & Mathematic. in 3. notab.* vbi de inuentore Magicarum, & diabolicarum artium, *& in 11. notab. & in l. eorum C. eod. in princ. vers. Magicis artibus & sequen.* vbi de eadem materia, de qua etiam *in l. Nemo, in princ. C. eodem.* Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium par.1. lib.9. c.23. rubr. de diuinatione & inuocatione dæmonum*, vbi dixit Magiam duplicem esse, alteram Mathematicam, quæ naturalis est, & quæ nec iure Canonico, nec ciuili damnata est. Altera vero est Magia dæmonis, quæ etiam in quatuor species diuiditur; videlicet Præstigiatoriam, Veneficam, Caballisticam, & Pythagoricam, quæ omnes species prorsus damnatæ, & improbatæ sunt, ibique bene declarat singulas harum magicarum species.

37 AMPLIA XVIII. † Vt etiam inter hæreticalia sortilegia superstitio quoque annumerari possit, quodan verum sit, & quando, proponenda in primis est superstitionis diffinitio; est enim superstitio *Sententia contra fidem ratione adinuentionis quasi superflua institutio.* Et hæc potest dici hæresis ratione adhæsionis, & etiam secta ratione defensionis, secundum Arnald. Albert. *in rubr. de hæretic. in 6. quæst.11. num.1. versic. Superstitio, & num.3. eodem versic. Superstitio*, vbi dixit, superstitionem dici à superstitibus, id est à senibus, qui multis annis superstites per ætatem declinant, & errant quadam superstitione nescientes. Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo, hæresis, & sub num.5.* vbi dixit, superstitionem esse *superfluam superstitionem*, diciturque *à superstando*, & differt ab hæresi, & secta, quia hæresis inducit præsumptionem, & deliberationem, falsique adinuentionem, secta superaddit imitationem, superstitio diuturnitatis inueterationem; & sicut senes superstites delirare dicuntur, sic & hæretici, & ideo hæresis dicitur superstitio, quia vetustati, & superstiti concordat; Proprie autem superstitio, vt dixi, *à superstando*, dicitur, sicut enim in fide intellectus captiuatur, ita etiam errore inflatur & eleuatur, vt ibi per eum ex sancto Bonauentura *in loco per eum relato*; ad quam materiam, quid scilicet sit superstitio, & quid scilicet sit superstitiosum, & de etymologia superstitionis, vide etiam in Repertor. Inquisitor. *in verbo*, Superstitiosum, *nu.1. & seq. in discursu; & ibi in additionibus litera A, & litera B.* Simanch. *Catholic. Institut. tit.63. rubr. de superstitionibus, nu.1.* vbi relatis aliis diffinitionibus secundum Theologos dixit, superstitionem esse *Vitium Religioni oppositum exhibens cultum diuinum, cui non debet, vel eo modo quo non debet*, & idem in substantia dixit Eymeric *in Director. Inquisit. par. secunda, quæst.43. numer.5. in fine, versic. Superstitio etiam est*, & Franciscus Pegna *in additionibus Commentar. 68. litera L. fol. mihi 367. colum.2.* & Bartholom. Vgolin. *in tract. de Censuris Pontifici reseruatis, par.2. §.2. num.1. fol. mihi 46.* Tolet. *de Instructione Sacerdotum, lib.4. cap.14. num.1.* vbi dixit superstitionem esse *vanam, seu falsam Religionem.* Quibus adde Læl. Zecch. *in summa, par. prima, tit. de fide, c.12. rub. de superstitione, nu.1. & 2.* vbi & ipse declarat, quid sit superstitio, & vnde dicatur. Leonar. Lessium Iesuit. *de iustit. & iure, lib.2. cap.43. dubitatio prima:* vbi & ipse declarat, quid sit superstitio, de quo etiam per Martin. del Rio Iesuitam *Magic. Disquisition. lib.1. c.1.* & ante istos per D. Tho. *2.2. quæst.92. art.1.* vbi præcipue discutit, & declarat, an, & quomodo superstitio sit vitium Religioni contrarium, & ibi omnino vide Greg. de Valen. *in Commentar.* Ioan. Azzor. Iesuit. *institutionum Moralium par. prima, lib.9. cap.11. quæst.1.* vbi dixit, superstitionem esse *vanam, & inanem Religionem, quæ Deo venerationem, & cultum indebitum defert, aut debitum denegat, & detrahit.* Thom. Sanchez *in præceptu decalogi, lib.2. cap.37. num.1.* vbi etiam & ipse ponit superstitionis diffinitionem.

Superstitionis † autem crimen pluribus modis committitur, nempe per obseruationem, seu culturam idolorum, per obseruationem temporum in agendis ædificiis, aliisve negociis, pacta ineundo cum dæmonibus, vel strictius viuendo, quam sint mores eorum cum quibus quis inhabitat, & alias, vt per Arnald. Alb. cum allegatis per eum *in rubric. de hæreticis in 6. quæst.11. post nu.3.* 38
Ad quā materiam quot modis scilic. superstitionis crimen incurratur, & quot sint superstitionis species, vide S. Thom. *2.2. quæst.92. & sequentibus.* S. Augustin. *lib.2. de Doctrin. Christian. cap.20. & sequentibus.* Syluestrin. *in summa in verbo, Superstitio, in verbo, Incantatio, & in verbo, Maleficum.* Mart. Arles *in tract. de superstitionibus.* Nauar. *in Manual. confessor. cap.11. num.22. & sequentibus.* Gregor. de Valent. *in Commentar. ad D. Thom. d. quæst.92. & seqq.* Tolet. *de Instructione Sacerdotum, lib.4. cap.14. rub. de superstitione*, Repert. Inquisit. *in verbo, Superstitiosum, in discursu, & præsertim in versic. Superstitionibus, num.1. & omnibus*

sequentibus in discursu, vbi præsertim *n.2.* dixit, omnes superstitionum species secundum diuersos fines cultui diuino aduersari: aliæ enim aduersantur reuerētiæ Dei, prout est idololatria, aliæ autem aduersantur, vt homo instruatur à Deo, prout est superstitio diuinationum, & consultationum à dæmonibus, & aliæ demum aduersantur directioni humanorum actuum secundum præcepta Dei, prout est superstitio obseruationum, quibus facta superstitiosorum perperam diriguntur, & de quibus dixi infra *num.41.* Barthol. Vgol. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis, par.2.§.2.nu.2. & sequentibus*, vbi dixit; quod duplex est superstitio: Vna, qua exhibetur diuinus cultus vero Deo, sed modo indebito, quod contingit, vel vbi perniciosus cultus adhibetur, vel vbi adhibetur superfluus diuini cultus fini non respondens; altera est superstitionis species, qua cui non debetur diuinus cultus exhibetur, & ibi vtramq; superstitionis speciem bene declarat, & exemplificat, quibus adde Petrum Binsfeldium *de confess. malefic. prælūdio vltimo, in 3. causa per totam*, vbi bene materiam declarat, & præcipue ponit 16. casus, in quibus superstitionis crimen incurritur, & quinque regulas, quibus recognoscuntur superstitiosa à non superstitiosis. Iacob. de Graffijs *lib.2. cap.3. rubr. de superstitionibus, &c. nu.1. & sequent.* Læl. Zecch. *in summa, par.1. tit. de fide, cap.12. rubr. de superstitione, nu.3.* vbi declarat, quod superstitionis species sunt diuinatio, cultus Dei indebitus, Idololatria, & vana obseruatio, & *cap.12.* ponit, & declarat, quomodo committatur superstitio indebiti cultus diuini. De superstitione autem diuina dixi *num.8.* & de superstitione per Idololatriam dixi *infra num.69.* Et vide versus eundem Læl. Zecch. *vbi supra cap.15. rubr. de superstitione diuina*, vbi quod diuinatiuæ superstitionis species sunt necromantia, augurium, & sortilegium, de quibus pariter *hac eadem quæstione suo loco* dixi. Leonard. Lessius *de Iustit. & iure, lib.2. cap.43. dubitatio.1.* vbi & ipse declarat, quot sint superstitionis species, Mart. del Rio Iesuita *de Magicis Disquisitionibus, lib.1. cap.1.* vbi & ipse superstitionum species explicat & Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium, par. prima, lib.9. cap.11. quæstio 1.* vbi dixit duo esse genera superstitionum, vnum est quo Deo honor, & cultus indebitus datur; alterum quo cultus Deo debitus denegatur, & rei creatæ tribuitur. Benèque exemplificat, & declarat, quot modis superstitionis crimen committatur, tam in primo, quam in secundo genere, ad quæ, & ad totam superstitionis materiam, vide Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi, lib.2. cap.37. & 38.*

39 Quando † autem in superstitione insit peccatū mortale, & quando non, vide in Repert. Inquisitor. *in verbo, Superstitiosum, vers. Superstitiosum est, quando, & sub vers. Superstitionis sunt plures species ad finem.* Leonard. Lessium Iesuitam *de Iust. & iure, lib.2. cap.43. dubitat.1. num.5.* vide de grauitate peccati superstitionis, Doctores allegatos *supra nu.38.* & etiam Francisc. Suarez Iesuit. *de statu Religionis, lib.2. rubr. de superstitione.*

40 Superstitiosum † & impium est somniis credere, quia aut ex repletione, aut vacuitate, aut ægritudine, aut illusione dæmonum, aut ex causis naturalibus eorum imagines, & phantasmata prouenire solent, tradit Simanch. *Catholic. Institution. tit.63. rubr. de superstitionibus, nu.5.* Læl. Zecch. *in summa, par. prima, tit. de fide, cap.15. rub. de superstitione diuinatiua, nu.7.* vbi alia ad hanc materiam explicat, causas scilicet, ex quibus somnia oriuntur, & An quandoq; sit eis credendum, concluditque, vt plurimum vana esse, & latius de hac somniorum materia vide pertractantem Benedictum Pererium Iesuitam *in tractat. de Magia, lib.2. cap.1. & omnibus sequentibus, per totum*, Leonardum Lessium *de iust. & iur. lib.2. cap.43. dubit.8.* Martin. del Rio etiam Iesuitam *de Disquisitionibus Magicis, lib.4. cap.3. quæstio.6. rubr. de coniectione ex somniis.* Francisc. Suarez Iesuitam *de statu Religionis, lib.2. rubr. de superstitione, cap.13.* vbi late ponit, quando diuinatio per somnia superstitiosa sit; de quo etiam late per Petrum Binsfeld *in Commentar. ad l.3. Cod. de malefic. & Mathemat. quæst.2. per totam.* & ante istos D. Thom. *2.2. qu.95. art.6.* vbi præsertim quærit, nunquid diuinatio, quæ fit per somnia, sit illicita, & ibi Greg. de Valent. *quæst.12. disputat.6. puncto 3. versic. Tertio quoad somnia, & sequentib.* Ioan. Azzor. Iesuita *Institut. Moral. par.1. lib.9. cap.17. per totam.* vbi & ipse late materiam somniorum pertractat, Tho. Sanchez *in præceptis decalogi, lib.2. c.38. nu.49. & sequentib.* Iacob. de Graffijs *lib.2. decisionum, cap.3. rub. de superstition. &c. nu.16.*

Sic † & superstitiosum est credere, alios dies fortunatos, aliquos autem infelices esse; Deus etenim eodem modo fecit omnes dies, virtutes bonos dies viuenti faciunt, vitia malos, stultumque est res ferre ad tempora, cum in nostra sit potestate, vel bonum diem nobis facere, vel malum, prout hæc & alia similia traduntur per Simanch. *Catholicar. Institut. tit.63. rubr. de superstitionibus, nu.6.* Martin. del Rio Iesuita *de Disquisition. Magic. lib.3. p.2. & sect.6.* vbi in specie tractat materiam superstitionis ex obseruatione dierum, mensium, & annorum, & ante eum Petr. Binsfeld. *de conf. malef. in 15. prælūdio causa 3. versic. qui obseruant dies, & vers. qui obseruant quosdam dies.* 41

Et † huc spectant, quæ de superstitione vanarum obseruationum generaliter, & latissime scripserunt S. Thom. *2.2. quæst.96. per totam*, & ibi præsertim Gregor. de Valent. *disput.6. quæst.13. pariter per totam*, Simanc. *Catholic. Instit. tit.63. rubr. de superstitionibus, nu.2.* Læl. Zecch. *in sum. par.1. tit. de fide, cap.16.* Leonard. Less. *de Iustit. & iure, lib.2. cap.43. dubitat.10.* Martin. del Rio Iesuita *de Magicis Disquisition. lib.3. par.2. quæst.1. & sequentibus.* Francisc. Suarez Iesuita *de statu Religionis, lib.2. rubr. de superstitione, cap.1. & 2.* Petr. Binsfeld *de confession. malefic. in 15. prælūdio caus.3. versic. vana obseruantia est*, Ioan. Azzor Iesuita *Institut. Moral. par.1. lib.9. cap.18. & cap.22.* Thom. Sanchez *in præcept. decal. lib.2. cap.40. per tot. nu.1. & omnibus sequentibus*, & ante istos Tolet. *de instruct. Sacerdot. lib.4. cap.16. per tot.* Iacob. de Graffijs *lib.2. decisionum, cap.5. rubr. de superstitiosis obseruationibus.* 42

Superstitiones † non omnes sapiunt hæresim, sed illæ dumtaxat, quæ mala intentione creduntur, vt cum creaturæ, puta tempori, numero, loco, personis, ac ceremoniis plus tribuimus, quam Deo, firmiter credentes aliter, quam cum illis superstitionibus, non posse obtinere, quod est in votis, ex allegatis per Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.18. vers.45.* Lel. Zecch. *in summa, par. prima, tit. de fide, cap.15. rubr. de superstitione diuinatiua, nu.9. in fine*, vbi dixit, quod si in superstitione quis exerceat actum, vel dictum hæreticale, tunc superstitio dicitur sapere manifestam hæresim; secus si superstitiones simplices exerceantur absque dæmonum tacita, vel expressa pactione, nec adhibeantur ad Magiam, Necromantiam, Pyromantiam, Astrologiam, & huiusmodi, tunc enim superstitiones nec etiam inquisitionis officio subiacent. 43

AMPLIA XIX. † Vt hæreticus reputetur, & vt hæreticus puniendus sit, impius ille sortilegus, qui corpus Christi sacratissimum in luto conculcare, & deturpare ausus est, Antonina *in summa, par.2. tit.12. cap.5. §.1. in discursu*, vbi declarat hoc procedere, quando quis hoc faciat habens errorem in mente, male sentiens de fide, & de Sacramento Eucharistiæ, aliter secus; vt *ibi* per eum, qui proponit contraria, & illis respondet, & etiam declarat, quod in dubio præsumatur potius male sentire de fide, quam contrarium; de quo etiam vide Syluestrinam *in summa in verbo, hæresis, §.1. nu.4.* Vmbert Locat. *in iudic. Inquisit. in verbo, hæreticus, nu.31.* Afflict. *in Const. regn.* 44

de ha-

de hæreticis & pactarenis, rubr. 1. *num.* 18. vbi quærit de quadam muliere inuocante Dæmonem pro actu luxuriæ, Dæmon venit ad eam, & voluit, quod spueret in Crucem, & ipsa, licet malè cõtenta, timore Diaboli spuit in Crucem, nunquid possit dici Apostata? & concludit negatiue, licet grauissime & mortaliter peccauerit, ex summa Pisanell. *in verbo, Apostasia*, vide ad materiam huius xix. ampliationis, quæ dixi *supra, quæst.* 20. *nu.* 68. & de conculcante Crucem pedibus, opprobrioque super eam perpetrante, quod ab Inquisitoribus puniri possit, statuit Adrianus VI. in sua Extrauaganti, edita de anno 1523. incip. *Dudum*, relata per Franc. Pegnam *post Direct. Inquisitor. inter literas Apostolicas, folio mihi* 135. Adde ad hęc Ludouic. à Paramo *de origine sanctæ Inquisitionis, lib.* 3. *quæst.* 3. *num.* 10. vbi dixit, conculcantem corpus Christi, si credat hoc esse malũ, & si id faciat ad placendum diabolo, non esse hæreticum, Tolet. *de instruct. Sacerdotum, libr.* 4. *cap.* 3. *nu.* 1. *versic. Primum est error*, vbi pariter dixit, conculcãtem Hostiam sacratam sine errore intellectus non esse hæreticum, Iacob. de Graffiis *libr.* 2. *suarum decisionum, cap.* 8. *rubr. de hæreticis, nu.* 2. vbi dixit idem, & *lib.* 4. *cap.* 18. *nu.* 11. & 12. vbi, quod sine errore mentis, nec intrat excommunicatio.

44 Verum † omni casu cum hoc sit grauissimum & horrendum dictum, etsi vt hæreticus non sit tradendus curiæ seculari, mortis tamen pœna omnino eum afficiendum esse, nullus credo dubitationi locus sit ad ea, quæ in fortioribus terminis dixi *in tit. de delictis & pœnis, quæst.* 20. *nu.* 68. & *seqq.*

45 AMPLIA XX. In † lamiis seu strigis, quæ quod hæresis crimen incurrant, post alios scripsit Syluestrina *in summa, in verbo, Hæreticus, nu.* 1. & 5. vbi, quod strigarum sectæ sunt triplicis generis, hæresis scilicet, superstitionis, & illusionis, & *nu.* 10. vbi propterea, quod contra strigas merito procedunt Inquisitores, quia fidem negant, & multa faciunt, quæ hæresim manifestam sapiunt, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitor. in verbo, Lamia*,
46 vbi dixit, quod † lamiæ seu strigæ, vt plurimũ apostatæ sunt à fide Catholica, eo quod coram Diabolo Christũ abnegarunt, Ecclesiæ sacra Sacramenta conculcant, & Diabolo obedientiam promiserunt, Ioan. à Rojas *singular.* 98. *nu.* 6. Simanch. *Catholar. Institut. tit.* 37. *rub. de lamiis*, vbi pariter dixit, quod Inquisitores hæreticæ prauitatis procedunt contra istas lamias, seu strigas, cum in principio suorum scelerum soleant semper fidem Catholicam abnegare, & deinceps Dæmones adorare, cum illis fœdus atque nefanda facere, vnde sequitur; quod apostatæ & hæreticæ sunt, vel certe vehementer suspectæ, Spin. *in tract. de strigibus, cap.* 5. vbi dixit, quod Innocentius VIII. Iulius II. Adrianus VI. & Clemens VII. huiusmodi lamiarum causas Inquisitoribus commiserunt, Malle. *mallefic. par.* 1. *quæst.* 14. Alphons. de Castr. *de iusta hæreticorum punitione, lib.* 1. *cap.* 16. Alciat. *lib.* 8. *parergon. cap.* 22. qui omnes communiter concludunt, Inquisitores posse sic, vt supra, contra lamias procedere, Quod si lamiæ, & strigæ prædictæ, cõfessæ, aut conuictæ de errore, quia puta fidem abnegarunt, pertinaces, & impœnitentes fuerint; Inquisitores prædicti eas tanquam hæreticas curiæ seculari tradunt, vt per eundem Simanch. *vbi supra, nu.* 16. & *in Enchiridio Viol. religion. tit.* 11. *rubr. de lamiis, nu.* 2. Eymeric. *in Director. Inquisit. part.* 2. *quæst.* 43. *num.* 8. *versic. Ex his apparet, il secundo*, Martin. del Rio Iesuita *Disquisition. Magic. libr.* 5. *sect.* 5. *in princ.* vbi dixit, quod lamiæ sunt suspectæ de hæresi, & raro hæc suspicio fallit, cum semper earum facta ferè sapiant hæresim manifestam, & *sect.* 15. *in princip.* vbi dixit, lamiarum seu strigarum crimen semper cum hæresi coniunctum esse, & *sect.* 16. *versic. Primo est Apostasia*, vbi inter crimina, in quæ incidit lamia, primo loco ponit Apostasiam à DEO, & professione Christiana vera & perfecta, Petrus Binsfeld. *de confession. malefic. mem.* 2. *post quintam conclusionem principalem*, §. *hac quæstio, versicul. Secunda conclusio*, vbi, quod omnium iudicio maleficiorum crimen ad hæresim refertur, statutaque in hæresi procedunt etiam in maleficiis, tum quia militat eadem ratio, tum etiam, quia omni crimine atrocius est, & *in Commentar. ad leg. Nemo, C. de malefic. & mathemat. in princip.* vbi ponit omnia scelerata opera, quæ malefici & lamiæ committunt, & inter alia Dei abnegationem: Fidei in baptismo susceptæ abrenunciationem: pactum cum Dæmone, Apostasiam & Idololatriam in congregatione: Abusum sceleratissimi Dæmonis in forma incubi aut succubi, conspirationem ad perpetrandum aliquod malum contra Reipublicæ ac patriæ salutem, homicidium, animalium perditionem, sacrilegium, & abusum Eucharistiæ, & blasphemiam, & *quæst.* 1. *versic. Tertium*, vbi ponit differentiam inter hæresim & crimen maleficiorum, probatque, maleficii crimen esse grauius hæresi, & voluit Adrianus VI. in Extrauaganti, edita de anno 1523 incipient. *Dudum*, relata per Francisc Pegn. *post Director. Inquisitor. inter literas Apostolicas, folio mihi* 135. Iacob. de Graffiis *libr.* 2. *suarum decisionum. cap.* 5. *nu.* 18.

Ad † quam materiam vltra infrascripta plura scire cupientem, remitto lectorem ad Syluestrin. *in summa, in verbo, Hæreticus*, §. 3. *numer.* 1. & *omnibus sequentibus*, vbi plura notanda ponit, Franciscus Ponzinib. *in tractat. de lamiis*, Bartholom. Spin. *in suo tractat. de strigibus*, Malle. *Mallesicar.* Petr. Greg. *Syntagmat. iuris, libr.* 34. *cap.* 20. Eymeric. *in Director. inquisitor. part.* 2. *quæst.* 43. *nu.* 8. *versic. Ex his apparet, il primo, & il secundo*, & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.* 68. *litera R. folio mihi* 368. *col.* 1. *in fine*, Læl. Zech. *in summa, part.* 1. *in tit. de Fide, cap.* 20. *rub. de lamiis & strigibus per totam*, Petr. Binsfeld. *de confession. malefic. post præludia, conclusion.* 5. vbi pluribus probat, & quod malefici vel maleficæ rem veneream habent cum Dæmone, & *in leg. Dubio*, proponit contraria, & illis respondet, & *conclus.* 12. vbi latissime probat, Magos & maleficos sæpe de loco ad locum, & ad suos conuentus vere & corporaliter transferri, & *concl.* 13. declarat, non semper corporaliter transferri, sed quandoque per illusionem in imaginatione & fantasia, & *in* 2. *membro post* 6. *conclusionem in* 2. *dubio, per totum*, & *in fine* 7. *conclusionis*, vbi latissime hanc eandem probat sententiam, proponit contraria, & illis respondet, & *in Commentar. ad leg. eorum, C. de malefic. & mathematic. quæst.* 8. vbi, quomodo strigæ & sagæ, nocte ædes maleficandi ingredi possunt sine strepitu & rumore, ita vt non deprehendantur, Martin. del Rio Iesuit *de Disquisitionibus Magicis, lib.* 2. *quæst.* 15. vbi in specie tractat, an verum sit, Dæmones esse incubos & succubas, & an ex tali congressu proles nasci queat, & *quæst.* 16. vbi etiam in specie tractat de nocturnis lamiarum conuentibus, & an vera sit earum translatio de loco ad locum, (Hæc enim sic remissiue referre placuit, cum non nisi hæresis materiam quoad processum & punitionem pertractare meæ intentionis sit) & latius *libr.* 5. *sect.* 16. *versic. Quintum argumentum, & pluribus sequentibus*, vbi præsertim declarat, an, & quando, & quæ lamiæ possint vere & corporaliter operari, an vero potius per illusionem, & *in versic. de translatione*, vbi communem Theologorum & Iuristarum affirmat esse sententiam, quod istæ lamiæ etiam corporaliter vehantur, & *in versic. Quarta regula, & seqq.* vbi ponit plures circumstantias, quibus dignoscitur, an lamiæ prædictæ per illusionem, an vero cum veritate & cum effectu, sint à Dæmone seductæ, de qua re vide etiam latè disserentem eundem Martin. del Rio *d. lib.* 5. *in* 2. *appendice, quæst.* 8. *per totam*, Francisc. Suarez *de statu Religionis, lib.* 2. *rub. de superstitione, cap.* 21. *nu.* 23. & *sequentibus*, vbi & ipse disputat, an lamiæ & strigæ vere, & cor-

F 4 pora-

poraliter, an vero per illusionem vehantur ad choreas & conuentus, prout fatentur cum Dæmone, Ioan. Azor. Iesuita *Institutionum Moralium parte 1. libr. 9. cap. 25. quæstione tertia*, vbi disputat, an lamiæ verè, & re ipsa, Dæmonum ministerio, & opera, per aëra in loca remotissima deferantur, & concludit pro affirmatiua, quam dicit Theologorum consensu receptam esse: Toledum *de institutione sacerdotum, libr. 4. cap. 16. num. 7. in fine*, vbi in specie dixit, quod quando lamiæ domos reseratas intrant de nocte, ad effectum occidendi pueros, tunc ianuæ à Dæmone aperiuntur, & ab eo obstacula remouentur.

48 Bene † verum est, quod si lamiæ huiusmodi pœnitentes veniam petunt, & ad Ecclesiam ex corde redire volunt, sunt admittendæ ad pœnitentiam, ac etiam reconciliandæ, nec vllo pacto Curiæ seculari tradendæ, etiam quod infantes occiderint, seu alia atrociora, & nefanda crimina perpetrauerint, vt per Simanch. qui de probabiliori veriorique sententia testatur, *Catholicarum Institutionum tit. 37. rubr. de lamiis, nu. 17.* in eadem allegans etiam Arnald. Albertin *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 25. nu. 66.* Bene verum est, quod si lamiæ fuerunt primo loco carceratæ à iudicibus secularibus, & postea Inquisitoribus remissæ, propter incidentem hæresim; Inquisitoresque hæresi non inuenta illas iudicibus secularibus puniendas restituunt; tunc ipsi seculares iudices possunt has maleficas punire etiam de infanticidiis, & aliis criminibus non sapientibus hæresim, non quidem ex processu coram Inquisitoribus fabricato, sed cum eorum proprio processu, vt per eundem Simanch. *vbi supra, num. 18. & 19.* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 22. lit. C. versic. Subdit vlterius*, vbi generaliter de omnibus sortilegis, quod pœnitentes recipiunt, Eymeric. *in Director. inquisitor. part. 2. quæst. 42. nu. 5.* vbi generaliter dixit, sortilegos pœnitentes ab Ecclesia cum abiuratione recipi ad misericordiam. Nec dissentit Martinus del Rio Iesuita *de Disquisitionibus magicis, lib. 5. sect. 16. versic. Qui probent poculum, & versic. Porro si spes affulgeret emendationis, & sect. 12. prin.* vbi propterea dixit, quod etiam lamiæ & sortilegæ abiurant.

49 Amplia XXXI. Vt † hæreticale sit etiam sortilegium, in quo immiscentur verba sancta, aut orationes, vtputa Euangelium, Symbolum Fidei, Pater noster, Aue Maria, Psalmus aliquis Dauidicus, verba sacræ Scripturæ, aut aliæ sanctæ orationes, vt per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, part. 2. quæst. 42. Comment. 67. folio mihi 359. col. 2. in prin. & ad quæst. 43. folio mihi 370. versic. Articulus duodecimus*, Petr. Binsfeld. *de confit. malef. in 15. præludio, causa 3. in 4. regula*, vbi dixit, superstitionem esse, quando quis in rebus vanis, & ad diuinum honorem & cultum non pertinentibus, vtitur verbis sacris, aut etiam orationibus, aliisque piis operibus: callidus enim serpens vanis & malis bona & pia miscet, vt simplices cautius sub specie pietatis decipiat, Iac. de Graffiis *libr. 2. suarum decisionum, cap. 5. nu. 13. in fine*.

50 Amplia XXII. Quia † & sortilegium, in quo homines ligantur, ne valeant vxores cognoscere, de quibus loquitur titulus, *de frigidis & maleficatis*, dubium non est, quod operatione Dæmonum conficitur ad impediendum actum matrimonii, ex diuina permissione, ad text. *in capit. si per sortiarias, 24. quæst. 1.* ea propter hæreticale censendum est, & propterea Inquisitores contra huiusmodi sortilegos posse procedere, statuit Innocentius VIII. in Constitutione, edita de anno 1484. incip. *Summis desiderantes affectibus*, relata per Francisc. Pegnam *post Direct. Inquisit.* inter literas Apostolicas, *folio mihi 106.* Quod declarat Inquisitor *in verbo, Ligare, versic. Secundo*, Squillacens. *in tract. de hæreticis, cap. 2. nu. 2.* vbi, quod permissione Diuina datur potestas diabolo, vt propter aliquod peccatum homines sic vexentur, Petrus Gregor. *Syntagmat. iuris, lib. 34. cap. 9. num. 3. & sequentibus*, vbi plura ad materiam, ad quam vide omnino Martinum del Rio Iesuitam, *de Disquisitionibus Magicis, libro 3. parte 1. quæstione 4. sect. 8. rubric. de maleficio ligaminis*, & ante eum Petrum Binsfeldium, *de confess. malefic. post præludia*, maleficos ope diabolica adiutos posse impedire vim generatiuam inter coniuges, vel alias personas.

51 Limita I. Propositam † huius quæstionis regulam, in qua dixi, sortilegos vt hæreticos puniendos esse, procedere, & habere locum in sortilegis fabricantibus sortilegia hæreticalia: sic enim loquuntur Doctores allegati supra in regula, *nu. 4.* secus autem, si per eos fabricata sortilegia non sint hæreticalia. Nam tunc, quod non nisi pœna hæresis ordinaria, nullus dubitationi locus est; sed quęnam succedat pœna, distinguendum est inter clericos & laicos. Pœna enim clericorum sortilegorum quæ sit, vide Diaz. *in practic. crimin. canon. cap. 101. in verbo, Sortilegi, alias cap. 107. Secundum vltimam impressionem*, vbi, quod de iure Canonico verbaliter degradantur, & in Monasterium detruduntur, reprobato Antonio de Butrio, *in loco ibi per eum relato*, volente, tradendos esse in Curia seculari, vel verius eos arbitraria pœna puniri, modo graui, & modo leui, iuxta facti & personarum qualitatem; licet postea subdat ex Concilio Lateranens. Clericos in sortilegiis culpabiles, arbitrio superiorum infamia notari, & si non destiterint, omnib. beneficiis, & officiis Ecclesiasticis priuatos ad tempus arbitrio eorundem superiorum in Monasterium detrudi, Squillacen. *in tract. de fide Catholica, cap. 1. num. 2.* vbi, quod clerici sortilegi puniuntur pœnitentia quinquennali, suspensione ordinum, & priuatione beneficiorum, per text. quem allegat *in cap. 1. & final. de sortilegiis, in cap. Non licet, cum tribus sequent. 26. qu. 5.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitor. parte 2. quæst. 42. Commen. 67. lit. D. versic. Sed amplius, fol. mihi 359. col. 2.* vbi, quod sortilegi coerceri possunt Anathemate, Dignitatum pensione, Verberibus, Exilio, Carcere Monasterii, aliisque pœnis arbitrariis, spectata personarum qualitate, Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, libr. 5. qu. 16.* vbi distinguit inter sortilegia facta à clerico ex simplicitate cordis, & bono zelo, vt puta pro inueniendis bonis Ecclesię subtractis, & ea, quæ facta sunt dolo malo, vt primo casu clericus suspendatur à diuinis & ministerio Altaris per annum, & vltra iudicis arbitrio secundum facti turpitudinem, & criminis qualitatem. Secundo autem casu deponatur ab ordine sacro, omnibus beneficiis priuetur, & in Monasterio perpetuo claudatur, vltra in formã. Franc. Suarez Iesuit. *de statu Religionis, lib. 2. cap. 19. rub. de superstitione, n. 12.* vbi bene declarat, qualis debeat esse hęc pœna arbitraria clericis sortilegis, maleficis, magis & diuinatoribus imponenda, Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi libr. 2. cap. 38. nu. 90. & seqq.* vbi, quod clerici sortibus diuinatoriis vtentes, non sunt ipso iure excommunicati, sed bene sunt excommunicandi, de quo vide etiam, quæ dixi *infra, quæst. 192. nu. 12.* Iac. de Graffiis *libr. 2. suarum decisionum, cap. 5. nu. 25.* vbi, quod Episcopus clericum ex proposito sortibus vtentem, vel sortilegos consulentem, potest officio & beneficio priuare. Deinde distinguit, *vt supra*, an bono zelo, & ex simplicitate pro furto Ecclesię facto reperiendo sortilegos consuluerit, cum tunc ad tempus suspendi ab Altaris ministerio affirmauerit; & deinceps, *nu. 26.* hanc pœnam arbitrariam concludit, nunquid autem sortilegi siue laici, siue clerici excommunicationis vinculo sint innodati, dixi *in quæst. 192. nu. 12. in 9. ampliatione*, vide, quæ dixi *supra, in tit. de delict. & pœnis, quæst. 20. nu. 91. & seqq. & nu. 94.*

Sorti-

52 Sortilegi † vero, incantatores, diuinatores, & similes sortilegia facientes, non tamen sapientia hæresim manifestam, si laici fuerint, licet non puniantur vt hæretici; impuniti tamen non dimittuntur, quia vltra peccatum, quod committunt mortale, & infamiam, quam incurrunt, si crimen fuerit notorium, priuationemque à conseruatione fidelium, puniri etiam possunt alia pœna arbitraria pro motu Episcopi, vt *in cap. peruenit, in cap. contra idolorum, in cap. Episcopi, in cap. si quis Episcopus, in cap. quicunque, & in cap. nec mirum, 25. quæst. 5.* per quæ iura sic firmatur, in Repertor. inquisit. *in verbo, Pœna, versic. Superius visum est, & seqq. & in verbo, Sortilegia, versic. Sortes enim,* Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap. 22. num. 9. & 10.* vbi amplius, quod de iure Ciuili (de quo particulariter dixi *supra, quæst. 20. num. 88.* vbi vide) pœna vltimi supplicii, & confiscationis bonorum isti sortilegi plectuntur, & *ibi* Campeg. *in additionibus, litera E. in verbo, de pœnis,* vbi, quod de iure Canonico viles personę fustigantur; Nobiles vero perpetuo carceri damnantur; Diaz. *in practic. criminal. Canon. cap. 101. in verbo, Sortilegi,* & secundum vltimam impressionem, *cap. 107.* vbi ex Abbate, quem allegat *in cap. 1. Sortilegiis,* concludere videtur, pœnam hanc esse arbitrariam, quandoque grauem, & quandoq; leuem, iuxta facti & personarum qualitatem, & *ibi* Ignat. Lopez *in additionibus, in verbo, Sortilegi, litera B.* vbi, quod de consuetudine seruatur, vt sortilegi laici publice fustigentur per vias publicas, cum mitra melleque vncti, & plumis circumdati, vel circa Ecclesiam, aut domum Episcopi, in scalis collocentur, vt ab omnibus deludantur, Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap. 1. num. 2.* vbi, quod laici sortilegi excommunicantur, turpiter dehonestati eiiciuntur à suis Parochiis, à testimonio repelluntur, sunt infames, & perpetuo carcere mácipantur, *iuribus ibi per eum allegatis,* Petr. Gregor. *Syntagmat iuris, libr. 34. cap. 14. & 15.* vbi plura de sortilegorum & maleficorum pœnis, iure antiquo statutis & reseruatis, Clar. *in practic. §. Hæresis, num. 23. ad finem,* vbi dixit, quod licet de iure Ciuili, sortilegis diuinatoribus & maleficis sit imposita pœna mortis, & confiscationis bonorum, *ad text. in leg. 5. C. de maleficis & mathematicis,* de consuetudine tamen hæc pœna non seruatur, sed vel imponitur pœna fustigationis, vel mitrati ponuntur in publico, & postea eiiciuntur absq; e bonorum confiscatione, de quo vltimo dixi *hac eadem quæst. nu. 53.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitor. part. 2. quæst. 42. Commentar. 67. litera D. vers. Sed amplius, fol. mihi 359. col. 2.* vbi, quod sortilegi possunt etiam coerceri, vt in publicum infami mitra induti producantur, aut scalis alligati, cum vituperatione prope Ecclesiæ fores constituti, deinceps à Diœcesi expellantur. Idem Eymericus *dicta part. 2. quæst. 43. num. 8. versic. Tertio eadem conclusio,* vbi per text *in d. cap Episcopi, 26. quæst. 5.* dixit, sortilegos turpiter dehonestatos ex Parochiis deiiciendos esse, idē Pegna ad eundem Eymericum, *vbi supra, quæst. 43. lit. K. folio mihi 367. versic. Et per consequens, col. 1.* vbi, quod licet de iure ciuili, sortilegi pœna vltimi supplicii afficiantur; hãc tamen seueritatem Ecclesia benigne molliens, mitiores pœnas in illos statuit, Martin. del Rio Iesuita *de Disquisitionibus Magicis, lib. 5. sect. 16. versic. Quoad peccata sortilegii,* vbi pariter dixit, sortilegii pœnam hodie esse arbitrariam, de qua etiam per Franciscum Suarez Iesuitam *de statu Religionis, lib. 2. cap. 19. rubr. de superstitione, num. 13.* Ioan. Azzor. Iesuitam *Institutionum Moralium parte 1. lib. 9. cap. 26. quæst. 3.* vbi plura recenset iura, quibus diuersæ statutæ sunt pœnę sortilegis, Iacob. de Graffiis *lib. 2. suarum decisionum, cap. 5. num. 27.* vbi de pœna mitræ, & vide, quæ iterum de hac re dixi supra *in titul. de delict. & pœnis, quæst. 20. num. 89. & 94.*

Quod autem sortilegi, diuinatores, Magi & malefici sint excommunicati non ipso iure, sed per sententiam sint excommunicandi, si sortilegium, diuinatio & magia non habeat iunctam hæresim, dixi *infra, in quæst. 192. post num. 12.*

Nunquid † autem bonorum confiscatio locum habet contra sortilegos, vide in Repertor. inquisit. *in verbo, Confiscatio, versic. An autem veniant confiscanda bona,* vbi dixit, quod propter inuocationem Dæmonum, bona non confiscantur, & *versic. Nota, quod incantatores,* vbi etiam dixit, quod quãdo incantatores puniuntur per iudices seculares, secundum ius ciuile, tunc eorum bona omnia confiscantur, per text. quem allegat *in leg. 1. C. de Saracen. & Paganis,* Clar. *in pract. §. Hæresis, num. 23. ad fin.* vbi testatur, apud eum seruatum fuisse in senatu, quod bona non confiscantur sortilegis, Eymeric. *in Director. Inquisit. part. 3. quæst. 43. nu. 9.* vbi refert Extrauagantem Ioannis XXII. in qua sortilegis & Magis Dæmones adorantibus & immolantibus, pœnas omnes & singulas, præter bonorum confiscationem, quas de iure merentur hæretici, infligendas esse statuitur, Petr. Binsfel. *de confession. malef. præludio 14. ad fin. versic. Confiscatio bonorum,* vbi refert & sequitur Clar. *in loco præallegato.* 53

LIMITA II. Vt † dicta hæresis pœna intret in sortilegio, in quo Dæmon concluditur & inuocatur ad sciendum futura, vt pariter dixi *supra, num. 6.* secus si consulatur ad sciendum præterita, licet enim turpe sit hoc à Dæmone perquirere, peccatumque sit mortale, non tamen sapit hæresim, secundum Felyn. *in rubr. extra, de hæreticis, ante finem, versic. Sed inuocare eius auxilium ad præterita,* Carer. *in tract. de hæreticis, num. 23. ad medium, versic. Aliter vero, si ad præterita scienda,* Hippolyt. Riminal. *consil. 414. sub nu. 16. lib. 4.* Barthol Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, part. 2. §. 2. nu. 12. fol. mihi 49.* faciūt scripta per Martin. del Rio Iesuitam, *de Disquisition. Magicis, lib. 4. cap. 2. quæst. 2. versic. Quarto nihil dubitandum, & versic. sequenti,* vbi dixit, dubitandum non esse, Dæmonem omnia præterita & præsentia, ad exteriores actus perducta, memoria tenere, & *in versic. Septimo sciendum,* admittit, Dæmones ea, qua pollent, celeritate posse etiam celeriter denunciare, quæ in remotis longo itinerum interuallo regionibus geruntur, vt diu ante peracta ab ignaris putentur. 54

Contrarium, † quod etiam medio Dæmonis quærere præsentium vel præteritorum occultorum, quæ ab homine naturaliter sciri non possunt, cognitionem, vt puta in his, quæ in longinquis partibus ad præsens geruntur, hæresim sapiat, & quod propterea Inquisitores possint isto casu procedere, voluit Simanch. *Cathol Institut. tit. 21. rub. de diuinitate & reuelatione, nu. 15.* 55

LIMITA III. In † Chiromantia, cum qua ex manus lineamentis Chiromanti indicant de effectibus naturalibus & conditionalibus hominum, quæ omnino prohibita est, talesque Chiromanti cadunt sub titulo *de sortibus, diuinationibus, vel sortilegiis,* non autem sub titulo *de Hæresi,* nisi insimul Dæmonium inuocarent, ex traditis per Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Diuinationes, numer. 2.* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Diuinationes, versic. Et circa prædictam quæstionem,* vbi pariter de prohibita arte Chiromantiæ, Ignat. Lopez *in additionib. ad Diaz. in pract. crimin. can. cap. 107. in verbo, Sortilegi, vers. Primo, in fine,* vbi quod Chiromantia, quæ per manuum lineas diuinat, non caret summa suspicione, ex Paul. Grillan. Alphons. de Castro, Franc. Calon. & Petr. Cirleu. *in locis ibi per eum relatis,* Eymeric. *in Director. Inquisitor. part. 2. quæst. 42. num. 2.* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus Comment. 67. fol. mihi 359. col. 1. liter. A.* vbi in specie, An hæc Chiromantia, quæ per manuum lineas diuinat, superstitione careat; Barth Vgol. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, part. 2. §. 2. nu. 10.* vbi, quod Chiromantici, qui ex manuum inspectione necessa- 56

cessario aliquod futurum significant, hæretici sunt, secus si dicerent, id fieri posse, *folio mihi* 49. Verum de Chiromantia, ac de aliis speciebus diuinationum, quæ ex partibus & membris humani corporis ducuntur, vide quæ iterum dixi *infra, num.* 59. & Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib.* 2. *cap.* 38. *nu.* 44. *& seqq.*

75 Astrologia † autem nunquid sit prohibita, & de materia vide D. Thomam 2. 2. *quæst.* 95. *art.* 5. vbi præsertim quærit, nunquid scilicet diuinatio, quæ fit per astra, illicita sit, arguit pro, & contra, & postea cōcludit, quod ea, quæ ex necessitate eueniunt, per considerationem stellarum cognosci possunt, ea vero, quæ futurum euentum respiciunt, minime præcognosci possunt, cum secundum rationem contingētia variabiliter contingāt, Repertor. Inquisitor. *in verbo, Astronomia, per totam, & ibi in additionibus*, vbi late Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 21. *rubr. de Diuinatione & reuelatione, nu.* 14. vbi, quod Astrologi, qui sydẽrum & natalium dierum inspectione diuinare profitentur, ea, quæ homini cognitu impossibilia, sunt suspectissimi de societate Dæmonum expressa, vel tacita, & quod propterea possunt carcerari & puniri ab Inquisitoribus, ex allegatis *ibi per eum, & num.* 29. *& tit.* 63. *rubr. de superstitionibus, num.* 7. vbi de illis, qui ex syderibus, ex Cometis, & ex facibus cœlestibus futura prædicant, seu alias omnia ab astris pendere, & ab eis largiri putant, quos cōsummatos hæreticos affirmat, Ignatius Lopez *in additionibus ad Diaz. in practic. criminal. canon. cap.* 107. *in verbo, Sortilegi, versic. Nec caret*, vbi de Astrologia iudiciaria illicita, superstitiosa, & prohibita, & etiam hæresim sapiente, quando quis certo aliquid pronunciare audebit ex his rebus, quæ naturaliter sciri minime possunt, Squillacen *in tractat. de hæreticis, cap.* 3. *num.* 3. *in fine, nu.* 4. vbi dixit, Astrologiam ad iudicandum euentus particulares & futuros, vel futuras, aut præteritas hominum operationes, quasi necessario ponat veritatem ad id, quod intendit, habere in se immixtam Dæmonum occultam operationem, illicitam esse; secus, si hanc necessariam veritatem non præsupponat, sed tantum præsumptionem & coniecturam inducat, & postea subdit, illicitam & superstitiosam non esse Astrologiam ad dignoscendum siccitates, pluuias, & similia, & *nu.* 5. dixit, vanam & falsam esse opinionem eorum, qui secundum dispositionem stellarum, futuros euentus cognoscere profitetur, non sine Dæmonum suggestione, & *cap.* 5. Idem repetit Squillacens. *in tractat. de fide Catholica, cap.* 49. *num.* 1. vbi, quod hæreticum est asserere, quod homines viuant, & gubernentur per constellationes superiores, Feder. de Senis *cons.* 252. *col.* 1. *versic. Secunda vero assertio*, vbi dixit idem Iacob. de Graffiis *lib.* 2. *decisionum, cap. de superstitionibus, & c. nu.* 10. *& seqq.* vbi pariter dixit, diuinationem ex motu astrorum ad prædicenda ea, quæ à libero arbitrio dependent, vanam, falsam & semper damnatam esse, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitor. part.* 2. *quæst.* 42. *Comment.* 67. *lit. B. folio mihi* 359. *colum.* 1. vbi pariter dixit, Astrologiam iudiciariam hæresim sapere, quando certe aliquid prænunciatur in his, quæ naturaliter sciri non possunt, Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, libr.* 34. *cap.* 4. vbi, an astrorum obseruantia sit prohibita ad prædicendas tempestates, cometas, aëris immutationes, pro agricultura & nauigatione facienda, de quibus etiam dixi supra, *num.* 8. Decian *in tract. criminal. lib.* 5. *cap.* 17. *versic. Item, qui credunt astra, folio mihi* 242. *col.* 1. vbi dixit, hæreticos esse eos, qui credunt astra cogere, non tamen inclinare, Menoch. *de præsumptionib. lib.* 5. *præsum.* 7. *num.* 21. vbi refert & sequitur dicta per Simanch. *in loco præallegato*, Tolet. *de instruction. sacerdotum, libr.* 4. *cap.* 15. *num.* 2. *versic. Circa Astrologiam*, vbi ...ter declarat, quot modis Astrologia sit peccatum ...ortale, & declarat generaliter, tunc esse peccatum mortale, quando Astrologus iudicat futura tanquam ex certa regula, & quasi certo euentura, secus si iudicet tanquam rem incertam, & tanquam incerte posse euenire, & non euenire, Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, part.* 2. §. 2. *nu.* 10. vbi dixit, hæreticos esse Astrologos, qui astrorum inspectione aliquid de necessitate futurum prædicunt, secus si dicerent, id fieri posse, Lælius Zecchius *in summa, part.* 1. *tit. de fide, cap.* 15. *rubr. de superstitione diuinatiua, num.* 6. vbi bene improbat Astronomiam, seu Astrologiam, ad prædicendum ea, quæ spectant ad mores, vel liberum arbitrium, ad fortunia vel infortunia, sanitatem aut infirmitatem, mortem, dignitatem, vel futura contingentia, licet bene concedat, corpora cœlestia posse operari, & ex illis aliquid prædici ad agriculturam, nauigationem, rem Medicam, & Eclipses. Ad quam materiam, quando scilicet vana, falsa & erronea sit Astrologia, quam improbi & flagitiosi sint Astrologi, quantum etiam Astrologica diuinatio contraria sit Diuinæ Scripturæ, & Ecclesiasticæ disciplinæ, ac Theologicæ doctrinæ, licet quandoque Astrologi vera prædicent, & his similia, vide late docentem Benedict. Pererium Iesuitam *in tract. de Magia, libr.* 3. *cap.* 1. *& omnibus sequentibus*, Leonard. Lessium pariter Iesuitam, *de iustitia & iure, lib.* 2. *cap.* 43. *dubitation.* 6. & Martin. del Rio etiam Iesuitam eruditissimumque Theologum, & vtriusque Iuris consultissimum *de disquisitionib. magicis, lib.* 4. *cap.* 3. *quæst.* 1. vbi iudiciariam ex astris in duas distinguit species. Primam Astronomiam, quam dicit licitam, & est illa, quæ nititur vniuersalibus, veris & incommutabilibus principiis, consequiturque futurorum artis suæ scientiam, veluti reuolutionis annorum, & cursus syderum, distinctionis eorum naturæ, Solis, & Planetarum, Eclipsium stationum, retrogradationum, Aspectuum, Coniunctionum, Oppositionum, & similium. Altera vero iudiciariæ speciem Astrologiam nuncupat illicitam, reprobatam, & variabilem; cum euentus futurorum non necessariorum, sed contingentium, quasi ab astris necessitudine aliqua dependentium prædicet, & rursus eiusdem Astrologiæ partes quattuor esse declarat, & exemplificat, & demum concludit in substantia, quod dicta Astrologia iudiciaria in omnibus suis partibus aliquid, vt certo euenturum, prędicens, est prorsus illicita & superstitiosa, per eam incurri tria peccata mortalia, eandemque non solum ratione, sed etiam authoritatibus sacræ Scripturæ, Conciliorum, Iuris Ciuilis, sanctorum Patrum, & Theologorum, Iuris Consultorum, Philosophorum, Medicorum, Historicorum, & Poëtarum prorsus reprobatam docet, proponit contraria, & illis respondet, secus autem si quis non pro certo aliquid futurorum prædicet, sed tantum cum formidine & dubitatione, tunc enim hanc Astrologiam nō ita damnatam affirmat, vt ibi per eum. Quod & idem affirmauit *libr.* 5. *sect.* 16. *versic. Quoad Astrologos*; Franciscus Suarez Iesuita *de statu religionis, lib.* 2. *rub. de superstitione, cap.* 11. vbi etiam de prohibito Astrologiæ iudicio super rebus occultis & ante istos Petr. Binsfeld. *in leg.* 3. *C. de malefic. & mathematic. quæst.* 1. *& seqq.* vbi latissime, quando corpora cœlestia agant in hæc inferiora, quando Astrologia sit omnino prohibita, & damnabilis, tam ad futurarum diuinationem, quam ad inuestigationem rerum occultarum, furtorum, secretorum thesaurorum, & similia, de pluribus Astrologiæ effectibus, & alia plura notanda in materia Astrologiæ bene explicat & declarat, & præcipue vnde fiat, quod Astrologi quandoque vera prognosticant, Ioann. Azzor. Iesuita *Institutionum Moral. part.* 1. *libr.* 9. *cap.* 14. *rubr. de diuinatione per astra*, vbi inprimis declarat, an, & quod mali insit diuinationi per astra. Deinde declarat, duplicem esse Astrologiam, vnam scilicet naturalem, quæ agriculturæ, Medicinæ, nauiga-

nauigationi plurimum conducit: obseruatis enim siderum & astrorum ortibus, occasibus, motibus, cursibus, accessibus, recessibus, variisq; coniunctionibus, ex eis coniectantur naturaliter in hoc mundo contingentia, Pluuiæ scilicet, Nubes, Niues, Pruinæ, Grandines, Venti, Serenitates temporum, Tempestates, Frigora, Calores, & alia huiusmodi; & hæc Astrologia nec iure Canonico, nec iure Ciuili dānata est. Altera est Astrologia, quæ iudiciaria appellatur, sideribus & astris varios & multiplices influxus adscribens, cæterosque pronuncians fortuitos rerum euētus, qui tamen libera hominis voluntate peragantur, item præterita & præsentia hominibus penitus incognita & occulta, & amplius obseruatis die Natali, horis, temporibus & momentis, prædicit etiam futuros hominum cursus, conditiones, & mutationes; & hanc secundam Astrologiæ speciem non solum Pontificio iure damnatam docet, sed etiam ab Ethnicis scriptoribus pugnatissime cōfutatam, proponit contraria, & illis respondet; & demum ad hanc eandem totam materiam vide doctissimum Sanchez. *in Præceptis Decalogi, lib.2.cap.38.num.27. & seqq.* vbi præsertim declarat, an, & quomodo Astrologia iudiciaria licita sit non certe aliquid prædicens. Vide quæ dixi *supra, quæst.20.nu.11.& seqq.*

58 Sic † & Necromantia est penitus improbata, & contra præceptū de adorando solum Deum, & necromantiæ credens, infidelis est, & peior Pagano, *cap. Episcopi, 26.quæst.5.& cap. Nimirum eadem causa, & quæst. & cap. Non obseruetis, 29.quæst.7.* Per quę iura sic scribitur in Repert. Inquisitor. *in verbo, Necromantia,* Zanch. *in tract. de hæreticis, cap.22.nu.4.in fin.* vbi pariter dixit, quod Necromantia est penitus improbata: & de materia Necromantiæ vide etiam Lælium Zecchium *in summa, parte 1. tit. de fide, cap.19.rubr. de Necromanticis, per totum,* Toletum *de instructione sacerdotum, lib.4.cap.15.nu.2. versic. Aliquando per mortuorum suscitationem,* vbi dixit, quod Necromantia est diuinatio per mortuorum suscitationem, sed quod Dæmon nullam vere animam ad mundum reuocare potest, fingi tamen esse mortuum assumendo corpus, ac si omnia esset, licet aliqui dicant, diuina permissione Dæmonem id facere, sicut fecit de Samuele, & latius Benedictum Pererium Iesuitam *in tractat. de Magia, libr. 1.cap.11. rubric. de Necromantia,* vbi præsertim de Necromanticis profitentibus, se animas mortuorum euocare posse, ex iisq; cognoscere multa occultissima, vel etiam futura, & præcipue eorum mortuorum animas, qui flagitiose vixerunt, aut violenta morte obierunt: Martin. del Rio pariter Iesuit. *Disquisition. Magic. libr. 2. quæst.26.sect.1.& seqq.* vbi late disputat, An ope Dæmonum fieri possit, vt defunctorum animæ, seu spiritus, viuentibus appareant, & *libr.4.cap.2.quæst.6.sect.2.* Petr. Binsfeld. *de confess. malefic. prælud.12. in 1. dubio, conclus.1. & seqq.* vbi plene disputat, an animæ defunctorum appareant, & immisceant se operibus Magorum aut maleficorum, & *in rubr. C. de malefic. & mathematic. in 9. notab. sub versic. Omnis diuinatio,* vbi dixit, Necromantiam exerceri per cadauerum apparitionem, loquutionem, aut responsionem, Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium part.1. libr.9. cap.20. rub. de diuinat. qua dicitur ex mortuorum vmbris & cadaueribus.*

59 Vide † Bullam Sixti V. XXI. in ordine in eius Bullario *part.1. folio mihi 52.* qua expresse damnatur Astrologia iudiciaria, Chiromantia, Necromantia, Gæomantia, Hydromantia, & similes ex eo, quod huiusmodi artes, non nisi cum occulta Dæmonum societate exerceri valeant. Et propterea contra Astrologos & prædictos Necromantes, Chiromantes, Gæomantes, & Hydromantes, & similes, Inquisitores posse procedere, expresse statuit & ordinauit. De qua Bulla fecit etiam mētionem Læl. Zech. *in summa, part.1. tit. de fide, rubr. de superstit. diuinatiua, nu.6. in fin.* referens ad id plures concordantes Doctores; & vide etiam Mart. del Rio Iesuit. *in tract. de Disquisit. Magic. lib.4.cap.2.quæst.6.sect.3.rub. Hydromantia, & sect.4.rubr. de aliis Manganiæ generibus, & libr.4.cap.3. qu.4.* vbi præsertim de coniectatione Physiognomica, & *qu.5.* vbi de Chiromantia Pet. Binsfeld. *in rub. C. de malefic. & mathematic. in 9. notab. vers. Chiromantia est,* vbi dixit, Chiromantiam esse quasi diuinationem manus, & *in vers. Geomantia, &c.* vbi ponit aliquos modos, quibus Geomantia exercetur, & *in l.2.C.eod.* vbi plura de materia Physiognomiæ non iniucunda ponit, & vide rursus ad hanc eandem materiam Ioan. Azzor. Iesuit. *Institutionum Moralium parte 1. libr.9. cap.14.* vbi dixit, quatuor esse species diuinationum, quæ ex elementorum obseruatione ducuntur, Geomantiam scilicet, Hydromātiam, Aëromantiam, & Pyromantiam, & ibi bene declarat, quid sit vnaquæq; harum diuinationum obseruatio, omnesq; species prædictas Canonibus, & Pontificiis iuribus damnatas docet, eam solū admittit, quæ sub specie naturalis Astrologiæ continetur, & de qua supra dixi, & *cap.16.* vbi late explicat species diuinationis, quę ex corporis humani membris & partibus ducitur, easque in quatuor diuidit, nempe Chiromantiam, Pedomantiam, Metoposcopiam & Enycomantiam, ibiq; bene declarat singulas huius diuinationis species, quæ sit, omnesq; prædictas species damnatas & reprobatas esse docet, subdit postea, Physiognomiæ speciem duplicem esse, vnam naturalem, & alteram Astrologicam, vtramq; bene explicat, & primam non damnatam, secundam autem damnatam probat.

Et quod attinet ad Bullam Sixti V. aduertēdum puto, quod licet ex præallegatis Doctoribus communiter receptum videatur, non esse prohibitam Astrologiam iudiciariam, quando quid prædicitur non de necessitate euenturum, sed per possibile, per coniecturas, & per inclinationem, eadem tamen Bulla expresse etiam loquitur contra facientes iudicia & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid affirmare audeant, *Etiamsi id se non certo affirmare asserant.* Et sic omnes casus Astrologiæ iudiciariæ comprehendere videtur, *Præter quam circa agriculturam, nauigationem, & rem medicam.* Qua in re Suarez *tom.1. de Religione, libr.2. de superstitione, cap.11. num. 10.* Valent. *in 2. disputat.6. quæst.12. punct.3. colum.3. versic. Si autem,* & Martin. del Rio *Disquisition. Magic. lib.4. cap. 2. quæst.3.* declarare videntur, hanc Sixti V. Bullam sic prohibere iudiciariam Astrologiam, etiam quod quid pro certo non affirmetur in foro exteriori, non autem in foro conscientiæ interiori. Sed horum opinionem impugnat Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, cap.38. num.34.* qui propterea dixit, prohibitionem eiusdem Bullæ locum habere in vtroque foro, & sic etiam in foro conscientiæ. In quo cōtrauenientem lethaliter peccare affirmat ex Salas, quem allegat *in 12. quæst.9. artic.5. tract.5. disput.2. sect.3. nu.36.* Iacob. de Graffiis *lib.2. suarum decis. cap.5. nu.19.* vbi & ipse etiam dixit simpliciter, Bullam prædictam locum etiam habere contra non certo affirmantes. Et vide etiam quæ dixi *supra, in tit. de delic. & pœn. quæst.20. num.111. & seqq.*

LIMITA IV. In † auguribus. qui etsi sortilegorum nomine veniant, non tamen proprie & directe, sed largo modo, & indirectè reputantur hæretici, vt in Repertorio Inquisitor. *in verbo, Hæreticus, versic. An intendens auguriis, & in verbo, Augurium,* & ibi in additionibus Pet. Vendramen. vbi bene auguriorum materiam explicat, de qua etiam vide D. Thom. *2.2. quæst.95. art.7.* Squill. *in tract. de fide Cathol. cap.8. nu.2. & 3.* vbi pariter sentire videtur, quod augures largo modo hæretici dici possunt, ex quo videntur cum Dæmone expresse aut tacite pa- 60

cisci, & *cap.21.nu.2.in fin.* vbi, quod auguribus vacans, & characteribus, largo modo dicitur hæreticus, Pet.Gregor.*Syntagm.iuris, libr.34.cap.3.nu.7.* vbi plura ad materiam, de qua etiam vide Læl.Zech.*in sum.part.1.tit.de Fide, c.15.rubr.de superstit. diuinatiua, nu.8.* Leonar.Lessium Iesuitam *de iustit.& iur.lib.2.cap.43.dubitat.7.* Martin.del Rio etiam Iesuitam *in tract.de Disquisit.Magic.lib.4.cap.2. quæst.7.sect.1.& 2.* & ante istos Petr.Binsfeld.*in Commen. l.3.C.de malef.& mathemat.in prin.& quæst.1.per tot.* Tolet. *de instruct.sacerd.lib.4.cap.15.nu.3. versic. Circa argumentum & auspicium,* Decian *in tract.crim.libr.5.cap.17.versic.Item obseruantes auguria, fol.mihi 239.col.2.* vbi simpliciter dixit, hæreticum esse illum, qui auguria superstitiosasque diuinationes obseruat, Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.2.c.38.nu.38.& seqq.* vbi de materia, de qua etiam per Iac.de Graffis *lib.2.suarum decis.cap.5.nu.20.*

61 LIMITA V. In † diuinationibus, licet enim diuinandi ars improbata sit, nunquid tamen Inquisitores possint contra diuinatores hos procedere, & an hæretici reputentur regulariter, dixi *infra hac eadem quæst.91.* Vide tamen in Repert.Inquisit. *in verbo, Hæreticus, versic. Item si quis dicat,* vbi concludit, hæreticum esse eum, qui diuinandi vsum non esse ab Ecclesia improbatum pertinaciter asserit, Squillacen *in tract. de fide Catholica, cap. 18.nu.1.* vbi idem dixit Vmbert. Locat. *in iudicial.inquisit. in verbo, Diuinationes, nu.1.* vbi, quod diuinatores à diuinitate dicuntur, quia diuinitate plenos se fingunt, diuinatorumque tres species esse affirmat, & eas bene declarat, & exemplificat idem Squillacens. *vbi supr. in tract. de fide Catholica, cap.6.num.1.* vbi pariter dixit, triplex esse genus diuinationis; Primum per manifestam Dæmonum inuocationem, quod ad Necromantiam pertinet, de quo dixi supra *hac eadem quæst.nu.58.* Secundum per solam considerationem depositionis, vel motus alterius rei, quod pertinet ad augures. Tertium, cum facimus aliquid, vt nobis manifestetur, quod occultũ est, & hoc pertinet ad sortes, & *sub nu.2.& 3.* dixit, diuinatores largo modo hæreticos reputari, ex quo expressè aut tacitè videtur cum Dæmone pacisci; ad quam materiam superstitionis, scilicet diuinatiuæ, quotuplex sit, quando sit prohibita, quando hæreticalis, & de eius pœna, vide Petr.Gregor.*Syntagm.iuris, lib.34.cap.3.rubr. de diuinatione, & cap.7.rubr.de generali diuinationis prohibitione, & cap.15.* vbi de pœna diuinatorum seu mathematicorum, Petr.Binsfeld *de confession. malefic. in 15.prælud. causa 3.versic. Diuinatio,* vbi ponit diffinitionem diuinationis, & in quot species diuidatur, & *in rubr.C.de malef. & mathemat. in 9.not.ab.* vbi multas dixit diuinationum species, secũdum diuinationes mediorum, & obiectorum, circa quæ diuinatores versantur, & quod omnis diuinatio, aut fit cum consilio & auxilio Dæmonũ, aut sine eo, beneq; declarat, quando & quot modis vtroq; casu diuinatio exerceatur, Tolet. *de instructione sacerdotum, lib.4.cap.15.rub.de diuinatione, per totam.* Iac.de Graffis *libr.2.cap.3.rubric.de superstitionibus, diuinationibus, &c. nu.6.& sequentibus.* Adde ad eandem materiam diuinationis late etiam asserentem Ioan. Azzor. Iesuitam, *Institution.Moralium part.1.lib.9.cap.24.* vide etiam ad eandem materiam late disserentem Lælium Zecchium *in summa, par.1.tit.de fide, cap.15.rub. de superstitione diuinatiua, per totam, & cap.21.rubr. de diuinationibus,* & Leonardum Lessium Iesuitam *in tractatu de iustitia & iure, lib.2.cap.43. dubitat.5.* vbi & ipse declarat, quid sit diuinatio, quæ & quot sint diuinationis species, quando per Dæmonum inuocationem exerceatur, quale, & quantum sit peccatum; de qua re vide etiam bene declarantem Martinum del Rio pariter Iesuitam, *in tractat.de Disquisitionibus Magicis, libr.4.cap.2.quæst.1.4.5.& 6.* & Francisc.Suarez etiam Iesuitam *de statu Religionis, lib.2. rub. de superstitione, cap.7.8.& 10.* Ioan.Azzor.Iesuit.*Institut.moralium part.1.lib.9.cap.12.quæst.1.2.& 3.* vbi præsertim declarat, quid, & quotuplex sit diuinatio, Tho.Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.2.capit.38.* & ante istos vide etiam late disserentem D.Thom.*2.2.quæstion.95.* & ibi præsertim Greg.de Valent.*disputat.6.quæst.12.per totam.*

LIMITA VI. In † diuinationibus per sortes, licet enim sortilegi dicantur, qui sortibus diuinare profitentur, 62 nunquid tamen contra istos Inquisitores procedere possint, & nunquid hæretici reputentur, vide Squillacen. *in tract.de fide Catholica, cap.3.num.1.& 2.* vbi dixit, quod sortes de sui natura non sunt malæ, sed prohibentur ab Ecclesia, ne propter assiduitatem labatur quis ad idololatriam, & propterea quod sortes, quæ fiunt, non ad diuinandum, sed circa temporalia ad subiiciendum se iudicio fortunæ, non sunt illicitæ, vtputa quod eligantur officiales seculares per sortem, vel per taxillos, & *num.5.* dixit, sortium esse tres species, vnam scilicet diuisoriam, & aliam consultoriam, & aliam diuinatoriam, & *cap.8.num.1.* ponit plures modos, quibus quis per figuras, per signa & sortes aliquid prænoscere profitetur, in quibus sic delinquentes contra primum fidei articulum sentire videntur, vt *ibi* per eum, & *numer.2.& 3.* loquens in sortilegis dixit, eos largo modo hæreticos reputari, cum talia exercere videantur ex pacto inito cum Dæmone expresso aut tacito, Petr.Gregor. *Syntagmat.iuris, libr.34.capit.5.* vbi plura ad materiam, de qua vide etiam Lælium Zech *in summa, part.1. tit.de fide, cap.15.rub.de superstitione diuinatiua, nu.9.* vbi etiam declarat, quotuplex sit diuinatio per sortes, quot modis fieri contingat, quando illicita, & quando hæreticalis sit; Prout etiam hæc omnia declarat & explicat Toletus *de instructione sacerdotum, libr.4.cap.15.nu.3. versic. Genus alterum diuinationis, & nu.4.* Leonardus Lessius *in tract.de iustitia & iure, libr.2.cap.43.dubitat.9.* Martin.del Rio pariter Iesuita *in tract.de Disquisitionibus magicis, lib.4.c.2.quæst.7.sect.3.rub.de sortibus illicitis, & sect.4. & latius d.lib.4.c.4.quæst.1 & seqq.* Franc.Suarez Iesuita *de statu Religionis, lib.2.cap.12.* vbi late disputat, An sortium vsus sit superstitiosus, & ante istos Pet.Binsfeld.*in Commentar.ad leg.3. C.de malefic.& mathematic. quæst.3.per totam,* D.Thom.*2.2.quæst.95.art.8.* Iacob.de Graffiis *lib.2. decisionum, cap.4.rub.de sortilegis, nu.1.& omnibus seqq.per totum, & cap.5.nu.24.& n.28.& seqq.* Decian.*in tract.crim. lib.5.cap.17.versic.Item, qui credit sortibus, credit, quod per Dæmones sciri possunt futura & occulta, & folio 242.col.2.versic. Item qui credunt aliquid boni,* vbi idem dixit, addo ad eandem materiam diuinationum per sortes, Ioan.Azzor. Iesuit.*Institut.moralium parte 1.lib.9.cap.21.rubric. de diuinatione, quæ sumitur ex sortibus,* Thom.Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib.2.cap.38.nu.56.& seqq.*

LIMITA VII. In † illis diuinatoribus, qui ex qualitate festucarum aliquid præsens vel absconditum in 63 diuinando indicant; isti enim cadunt sub titulo *de sortibus & diuinationibus,* non autem sub titulo *de hæresi,* nisi insimul Dæmonium inuocarent, secundum Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Diuinatores, nu.2.* Repert.Inquisit. *in verbo, Diuinatores, versic. Et circa prædictam quæstionem,* Eymeric *in Director.inquisit.parte 2.quæst. 42.nu.2.* vbi, quod de illis sortilegis Inquisitor se intromittere non debet, Petr.Binsfeld *in rubr.C.de malefic.& mathemat.in 9.notab.in fine,* vbi dixit, hoc diuinandi genus ad Geometriam spectare, & propterea addo ego illius contingentiam ad Inquisitores pertinere, ex Bulla Sixti V. de qua dixi supra, *nu.59.*

LIMITA VIII. In † sortilegiis, seu incantationib. 64 quæ fiunt in herbarum collectionibus, vt per Simanch. cum allegatis per eum, *Catholicarum institut.tit.63.rub.de superstitionibus, nu.23.* Squillacen. *in tract.de fide Catholica, cap.7.num.1.* Decian. *in tract.crimin.libr.5.cap.18.versic.43.* vbi dixit, quod colligens herbas cum abiurationibus ad

ad aliquid, non est hæreticus, modo non credat, herbas illas habere potestatem & virtutem operãdi actum in Dæmonis facultate non existentem, Petr. Binsfeld. *de confession. malef. in vltimo præludio causa 3. versic. Qui colligunt*, vbi dixit, superstitiosum esse colligere herbas in die sancti Ioannis Baptistæ ad singulares quosdam effectus credendo, tunc eas esse maioris virtutis, idem in illis, qui interunt arbores in die Annunciationis Mariæ, & idem etiam de diminuentibus sanguinem equorum in festo sancti Stephani. Quibus addo Toletum *de instructione Sacerdotum, lib. 4. cap. 16. num. 1. in fine, versic. Ad hanc speciem*, vide ad hanc materiam, quæ generaliter de superstitiosa & vana obseruatione remissiue dixi *supra, num. 41.* & Iacob. de Graffiis *libr. 2. suarum decisionum, cap. 5. nu. 33.* vbi dixit, superstitiosam esse obseruationem, herbas colligere in die puta S. Ioannis Baptistæ, aut alio, credendo, tunc eas maiori virtute pollere, quam alio, quia tunc sic colligens peccat mortaliter, nisi simplicitas vel ignorantia aliquam excusationis causam præbuisset.

65 Et † ex his sortilegiorum materiam saltim in magis substantialibus, & necessariis, pertractatam credimus, ad quam vltra supra allegatos, & vltra Summistas, *in verbo, Sortilegium*, & ea, quæ iterum dixi *supra, in tit. de delict. & pœn. quæst. 20. num. 73. & plurib. seqq.* vide *in 24. quæst. 5. per tot. & in cap. admoneant, & in cap. non obseruatis, 26. quæst. 7.* & ibi Archidiacon. Turrecremat. & alios Canonicos, item & Canonistas *in rubric. & tit. de sortilegiis*, & Iuris Ciuilis interpretes *in rubric. titul. de maleficis & mathematicis, & in leg. item apud Labeonem, §. Si quis Astrologus, ff. de iniuriis*, Speculator. *in titul. de sortilegiis*, & *ibi* Ioan. Andr. *in additionibus*, Tabien. *in summa, in versic. Sors*, Syluestrin. *in verbo, Diuinatio, in verbo, Maleficium, in verbo, Superstitio*, Diaz. *in practic. criminal. Canon. capit. 100. num. 101. alias 107. 108.* secundum vltimam impressionem, *in verbo, Sortilegi*, Alphonſ. de Castro *de iusta hæreticorum punitione, libr. 1. capit. 13.* Paul. Grilland. *in tractat. de sortilegiis*, Bernard. Comen. *in lucerna Inquisitorum, in verbo, Sortilegi, & in verbo, Dæmones*, Alexan. de Ales *2. part. quæst. 108.* Sanctum Thom. *2. 2. quæst. 95.* Albert. Pich. *de libero hominis arbitrio, lib. 8. cap. 4.* Antonin. *in summa, part. 2. titul. 12. cap. 5. §. 1.* Ægid. Roman. *libr. 2. sententiarum, distinct. 7.* & omnium latissime vide Petrum Gregor. *Syntagmat. iuris, libr. 34. cap. 1. & omnibus seqq.* vbi ad saturitatem de sortilegis, Maleficis, Mathematicis, Magis, Incantatoribus, Diuinatoribus, & aliis huiusmodi, Martin. del Rio Iesuitam *de Disquisitionibus Magicis, lib. 3. part. 1. quæst. 1. & omnibus seqq. per totam illam partem.*

66 Et † de euomentibus acus, clauos, gladios, pilos, ossa, & plumas artificiosissime contextas, quod non secundum veritatem, sed secundum apparentiam à Dæmone hæc perficiantur, videas per Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tractat. de hæreticis, cap. 22. litera D. in verbo, Dæmonis potestate*, & omnino Martinum del Rio Iesuitam *de Disquisitionibus magicis, libro 3. part. 1. quæst. 4. sect. 6.* & ante eum Petr. Binsfeld. *in Commentar. ad leg. eorum, C. de maleficis & mathematicis, quæst. 7. per totam, vbi latissime.*

ARGVMENTVM.

Adorare & inuocare Dæmones, an & quando hæreticale sit, ac de pœna & materia adorationis & inuocationis Dæmonum.

SVMMARIA.

Sortilegia omnia hæreticalia sunt, quando in illis quoquo modo Dæmones adorantur, nu. 67.

Dæmones adorantur, aut per honorem latriæ, aut per honorem duliæ, & quid sit adorare Dæmones per honorem duliæ, & quid per honorem latriæ, & de pluribus modis, quibus Dæmones sic adorantur per honorem duliæ & latriæ, num. 68.

Idololatra est hæreticus, & de materia offerentium sacrificium idolis, & idololatriæ, nu. 69.

Circulos facere in terra, illosque signis munire, puerum in medio ponere, aut quid simile facere, & Dæmonem inuocare, hæreticale est, nu. 70.

Dæmoni obedientes hæretici sunt, nu. 71.

Sortilegium hæreticale est, in quo à Dæmone aliquod suffragium vel auxilium imploratur, nu. 72.

Dæmones inuocare & consulere, eorumque responsa petere, sortilegium hæreticale est, etiam quod non interuenit adoratio, nu. 73. & 74. Vbi propterea, quod Inquisitores isto casu procedere possunt sicut in crimine hæresis. Contrarium, quod sine adoratione inuocare Dæmones, & eos consulere, non sit hæreticale, nu. 75.

Distingue, vt prima opinio procedat, quando inuocatur Dæmon, illeque consulitur super his, quæ eius potestati tributa non sunt; Secunda autem opinio procedat, quando Dæmon inuocatur in his, quæ subsunt eius potestati, nu. 76.

Adorare Dæmones, illisque sacrificia offerre, tunc demum hæreticale est, quando sic adorantes & sacrificantes malè sentiunt de fide, secus, si non sic male sentiens hoc faceret alicuius commodi consequendi causa, num. 77. & 78. Bene verum est, quod in dubio sic adorantes & sacrificantes Dæmonibus, præsumerentur male sentire de fide, & de sacramentis, nisi contrarium probarent, nu. 79. & 80.

QVÆST. CLXXXI. §. II.

REGVLA † sit, quod sortilegia, in quibus Dæmonis adoratio interuenit, aut per modum sacrificii oblati, aut per modum precum & Missarum, per honorem latriæ, vel duliæ, aut alias quoquo modo, sapiunt hæresim manifestam, & propterea huiusmodi sortilegos obedientiam & reuerentiam exhibẽtes Dæmonibus, vt hæreticos puniendos esse ab Inquisitoribus, statuit Adrianus VI. in sua Extrauaganti, edita de anno 1573. incip. *Dudum*, relata per Francisc. Pegnam *post Director. Inquisitorum* inter literas Apostolicas, *folio mihi 135.* Albert. *in rubr. C. de hæreticis, num. 12.* Dæmones enim inuocare, eisque nefarias preces emittere, funesta sacrificia offerre, hisque celebrationibus eorum responsa poscere, manifestam hæresim sapere videntur, *cap. Igitur diuinationes, 26. quæst. 4. in versic. Arioli vocati sunt*, Ioan. de Anania *in rubr. extra de hæreticis, num. 5. in fine, & nu. 7. etiam in fine*, est Gloss. *in cap. Accusatus, §. sane, in figuratione casus, versic. Sicut est emittere nefarias preces, in verbo, Saperent*, vbi alia concordantia iura adducuntur, *de hæreticis, in 6.* & ibi etiam Ioan. Monach. *nu. 7. in eodem verbo, Saperent*, Prob. *num. 11 versic. Alia est inuocatio*, Ioan. Andr. *num. 10. versic. in Glossa sic est*, Geminian. *num. 5. versic. Glossa, in verbo, Saperent, & in §. Sacerdotes, nu. 6. in fine, versic. Sed si faceret, vt ipsum adoraret*, & Franch. *num. 2.* Summa Rosella *in verbo, Hæreticus, num. 3. versic. & Glossa, in verbo, Saperent, & versic. Vide etiam Panormitanum*, Syluestrina *in summa, in verbo, Hæreticus, §. 2. nu. 4. ad finem, versic. Sicut inquit, & num. 5. versic. Quod quantum ad inuocationem Dæmonum*, Repertor. Inquisitor. *in verbo, Apostasia, versic. Sed an sit Apostasia, in verbo, Hæresis, rubr. sapere hæresim manifeste, versic. Secundum Doctores, in verbo, Adorare, vers. Primo, in verbo, Dæmon, versic. Interdum etiam damnanda, & in versic. Vtrum Dæmones inuocantes, & seqq.* vbi latissime ponit plures modos, quibus Dæmones ab hæreticis adorantur, & latissime etiam probat, hanc hæresim, & huiusmodi sortilegos, vt hæreticos, nisi resipiscant, omnino tradendos esse curiæ seculari. & *in verbo, Diuinatores, sub versicul. Et circa prædictam quæstionem, post medium*, Vmber. Locat. *in iudic. inquisitorum, in verbo, Apostata, num. 5. & omnibus sequentibus, in discursu*, vbi dixit;

vti hæreticos puniendos esse, non solum eos, qui Dæmonibus honorem latriæ vel duliæ præstant, sed etiam qui eos inuocant, iuxta ea, quæ dixi *infra hac eadem quæstione, num.*73. & hanc conclusionem pluribus authoritatibus & argumentis comprobat & cõfirmat, *& in verbo, Diuinationes, num.*3. Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.*21. *rubr. de diuinatione & reuelatione, num.*11. *tit.*30. *rubr. de hæreticis, num.*15. *versic. Similiter circa ars idolorum, & num.*16. *& in Enchiridio violat. Religion. tit.*8. *nu.*9. Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap.*22. *num.*3. *in fin. & post nu.*7. *& ibi* Campeg. *in additionibus, litera C. in verbo, Inquisitor autem, in* 1. *&* 2. *conclusione,* vbi latissime de materia, *& in tertia conclusione, versic. Confirmat hæc,* vbi pariter ponit plures modos, quibus Dæmon adoratur, Squillacens. *de fide Catholica, cap.*9. *num.*1. Oldrad *consil.*210. *nu.*2. *in fine,* Caret. *in tract. de hæreticis, post num.* 23. Eymeric. *in Director. Inquisitor. part.*2. *quæst.*42. *num.*3. *& ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.*67. *litera C. in fine, versic. Postremo generaliter, folio mihi* 359. *col.*2. idem Eymeric. *vbi supra, quæst.*43. *nu.*5. *& seqq. vsque ad nu.*14. vbi latissime probat hanc eandem sententiam, quod inuocare Dæmones, cum exhibitione honoris duliæ aut latriæ, hæreticale est, tum ex dictis Sanctorum & Theologorum, tum ex dictis Canonistarum, tum etiam ex determinationibus Ecclesiæ, *& ibi* Pegna *in additionibus, Comment.*68. *lit.*1. *versic. Primus casus, folio mihi* 367. *colum.*1. *& folio* 370. *col.*1. *versic. Articulus decimus, & seqq.* idem Pegna *in additionibus, ad eundem Eymeric. vbi supra, ead. part.*2. *qu.*10. *Commentar.*35. *litera D. & lit. E. & lit. F. fol. mihi* 381. *colum.*2. Decian. *in tract. crim. lib.*5. *cap.*17. *versic. Item hæresim sapiunt sortilegia,* Hippolyt. Riminald. *consil.*414. *num.*3. *lib.*4. Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, part.*2. §.2. *num.*4. *& seqq. folio mihi* 47. & 48. Franc̄isc. Suarez Iesuita *de statu Religionis, libr.*2. *cap.*19. *rubr. de superstitione, nu.*10. vbi de adoratione Dæmonum, tam per latriam, quam per duliam, Iacob. de Graffiis *libr.*2. *suarum decisionum, cap.*5. *nu.*13.

68 Dæmones † enim, vt ex præallegatis apparet, adorantur, aut per honorem latriæ, aut per honorem duliæ, & quid sit adorare Dæmones per honorem duliæ, & quid per honorem latriæ, & de pluribus modis, quibus Dæmones sic adorantur per honorem duliæ & latriæ, vide omnes præallegatos, & in specie Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Apostata, num.*8. *versic. Hæc conclusio, num.* 9. vbi dixit, honorem duliæ exhiberi duplici de causa; Primo, in signum sanctitatis. Secundo, in signum regiminis iurisdictionis, vel potestatis, & ibi vtramque causam & vtrumque modum bene explicat, & latius in Repertor. inquisitor. *in verbo, Dæmon, versic. Vtrum Dæmones inuocantes, & sequentib. pluribus,* vbi plene ponit omnes modos, quibus Dæmoni exhibetur honor latriæ, & honor duliæ, & generaliter hanc inter honorem latriæ & duliæ differentiam constituit, vt honor latriæ sit ille, qui DEO debetur, honor vero duliæ, qui Sanctis & beatis Spiritibus exhibetur, *& in verbo, Latria, vers. Primo & secundo,* Simanc. *Catholicarum institutionum tit.*32. *rubric. de Idololatria, numer.*4. vbi latius triplex adorationis genus distinguit, latriæ scilicet, duliæ, & hyperduliæ. Latria est *Cultus* DEO *debitus,* vel, *summa venerationis cultus soli* DEO *exhibendus,* vel, *est voluntaria professio Diuinæ Maiestatis.* Dulia est *honor, vel cultus, qui exhibetur creaturæ ratione excellentiæ singularis communicatæ à* DEO; & hac adoramus sanctissimam Virginem veri DEI matrem, cui non qualiscunque dulia debetur, sed illa, quæ per duliam, quasi ad latriam accedit; Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.*22. *litera C. in verbo, Inquisitor, in prima & secunda conclusione,* vbi pariter ponit exempla cultus latriæ & duliæ, Eymeric. *in Director. Inquisitor. parte* 2. *quæst.*43. *num.*2. *& sequentibus,* vbi & ipse explicat modos, quib. Dæmoni exhibetur in illius inuocatione honor latriæ, duliæ, vel hyperduliæ: differentiamque inter istos honores bene declarat & exemplificat. Quibus addo etiam Læl. Zech. *in summa, part.*1. *tit. de fide, cap.*15. *rubr. de superstitione diuinatiua, nu.*5. vbi pariter declarat, hanc Dæmonum adorationem per cultum latriæ, seu duliæ, esse hæreticalem, Iacob. de Graffiis *libr.*2. *cap.*2. *rubric. de latria, num.*1. *& seqq.* vbi pariter declarat, quibus, & quot modis fiat adoratio latriæ, vel duliæ.

AMPLIA I. Propositam † regulam, & generaliter in omni offerente sacrificia idolis, aut illis honorem diuinum tribuente, qui propterea ipso facto hæreticus censetur, vt per Simanch. *Catholicarum institutionum tit.*32. *rubr. de idololatria, num.*1. *& num.*7. *& omnibus sequentibus, ponit pœnam & omnem materiam idololatriæ,* de qua vide etiam Toletum *de instructione sacerdotum, libro* 4. *cap.*14. *rubr. de superstitione, nu.*2. *versic. Est igitur idololatria,* Læl. Zecchium *in summa, parte* 1. *tit. de fide, cap.*14. *rubric. de idololatr. per totum,* Leonardum Lessium Iesuitam *de iustitia & iure, libr.*2. *cap.*43. *dubitat.*2.3.4. vbi latissime idololatriæ materiam explicat, prout etiam de ea vide late tractantem Francisc. Suarez Iesuitam, *de statu Religionis, lib.*2. *rubr. de superstitione, cap.*3. vbi, quid sit idololatria, *& cap.*4. vbi quotuplex sit idololatria, *& cap.*4. vbi de origine Idololatriæ, *& cap.* 6. vbi de grauitate Idololatriæ, & illius pœna, Petr. Binsfeld *de confess. malefic. in* 15. *præludio, in* 3. *casu, versic. Idololatria est,* vbi ponit diffinitionem Idololatriæ, & ante istos D. Thom. 2.2. *quæst.*94. *artic.*1. *& seqq.* vbi & ipse latissime Idololatriæ materiam explicat, & ibi omnino vide Gregorium de Valent. qui latius Idololatiæ materiam explicat, Ioan. Azzor. Iesuita *institutionum Moralium parte* 1. *libr.* 9. *cap.* 11. *& seqq.* vbi præsertim, quid sit Idololatria, & quod Idololatriæ crimen ex ignorantia non excusatur, & alia nonnulla ad materiam, Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib.*2. *cap.*37. Ludouic. à Paramo *de origine sanctæ Inquisitionis, lib.*1. *tit.*3. *cap.*2. *per totum, in discursu,* vbi curiose recenset eos omnes, qui Idololatriæ crimen in mundo commiserunt. 69

AMPLIA II. Quia † circulos in terra facere, illosque aliquibus signis munire, puerum in medio ponere, aut quid simile facere, & Dæmonem inuocare, hæreticale est, etiam quod in hoc actu non appareat, quod Dæmoni aliquis honor latriæ vel duliæ exhibeatur, vt per Campeg *in additionibus ad Zanch. in tract. de hæreticis, cap.*27. *litera C. in verbo, Inquisitor, versic. Tertiam conclusionem.* Cuius contrarium videtur voluisse Læl. Zech. *in summa, part.*1. *tit. de fide, cap.*15. *rubr. de superstitione diuinatiua, num.*5. *versic. Tertius modus,* vbi dixit, quod prædicta faciens cadit in hæresis suspicionem, non tamen iudicari debet hæreticus, maxime si id faciat semel, vel bis, ex curiositate, nec Dæmoni se subiiciat, etsi grauiter peccet, & vigore Bullæ Sixti V. officio sanctissimæ Inquisitionis subiiciatur. 70

AMPLIA III. Et † generaliter vt hæretici reputentur omnes illi, qui Dæmoni obediunt in his, quæ in fidei Christianæ opprobrium redūdant, Decian. *in tractat. crimin. libr.*5. *cap.*17. *versic. LI. folio mihi* 235. *col.*1. post Innocentium, quem allegat *in cap.*1. *in princip. extra, de Apostasia.* 71

AMPLIA IV. Vt † & sortilegium hæreticale dicatur, in quo Dæmones inuocantur, & postulantur ad aliquod suffragium, & auxilium; Imo & tunc tale sortilegium sapit hæresim manifestam, vt in Extrauaganti Ioannis XXII. incip. *Super illius specula,* registrata in Director. Inquisit. *part.*2. *quæst.*43. *num.*9. *folio mihi* 364. in illis verbis; *Et pro implendis suis prauis desideriis auxilia postulant,* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Hæresis, rub. sapere hæresim manifeste, sub versic. Item est notandum.* Nec dissenti- 72

Vmbert.

Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Apostata, numer. 5. in principio, & in verbo, Diuinationes, num. 4. versicul. Nam per talem conuersationem*, Squillacens. *in tractat. de Fide Catholica, capit. 12. num. 1. & cap. 13. num. 1.* Eymericus *in Directorio inquisitorum, part. 2. quæst. 43. num. 9.* vbi refert Extrauagantem Ioannis XXII. contra postulantes auxilium à Dæmonibus, pro adimplendis eorum prauis desideriis, & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 68. versic. Est autem primus articulus, fol. mihi 369. column. 2.* vbi dixit, Idololatram esse eum, qui per artes magicas, & maleficia, & nefarias inuocationes, Dæmonum familiaritatem, amicitiam, & auxilium requirit.

73 AMPLIA V. Vt † hæreticale sortilegium sit non solum illud, in quo Dæmones adorantur, sed etiam in quo inuocantur, consuluntur, eorum responsa petuntur etiam sine adoratione, ad tex. *in cap. hi qui, 26. quæst. 2.* in illis verbis, *quam ad Dæmonia consulenda*, Glossa *in capit. accusatus, §. sane, in verbo, Saperet, de hæreticis, in 6.* (quæ tamen videtur loqui, quando Dæmones sic consuluntur vnà cum adoratione, prout loqui videtur text. per ipsam allegatus *in capit. igitur, versic. Arioli vocati sunt, 26. quæst. 4.*) Et Gloss. sic dicentem refert Rosella *in verbo, Hæreticus, nu. 3. versic. & Glossa, in verbo, Saperent, & in versic. Vide etiam Panormitanum.*

Verum, quod inuocare Dæmones, & eos consulere etiam sine adoratione & exhibitione honoris duliæ, vel latriæ, hæreticale sit, plene consuluit Barbat. *in consil. 55. libr. 1.* pluribus & iuribus & Doctorum auctoritatibus comprobat Vmbert. Locat. videndus *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Apostata, num. 5. & omnibus sequentibus, & in verbo, Diuinationes, num. 2.* & latius in Repert. Inquisit. *in verbo, Dæmon, versic. Tertius casus, & sequentibus,* vbi amplius, quod inuocantes Dæmones, etiam quod in tali inuocatione non appareat manifeste exhibitio honoris latriæ, vel duliæ, tacite tamen in ea inest latriæ actus, Simanch. *Catholicarum Institutionum titul. 63. rubric. de superstitionibus, num. 12.* vbi propterea dixit, quod qui Dæmonem inuocat, vel aliis modis ei communicat, pactum cum eo fecisse videtur, Zanch. *in tractat. de hæreticis, cap. 22. num. 3. in fine, & ibi* Campeg. *in additionibus, litera C. in 1. & 3. conclusione, per totam,* vbi latissime probat, solam inuocationem Dæmonum, eos consulere, & ab eis responsa petere, etiam sine cultu latriæ vel duliæ, hæresim sapere manifestam, Squillacens. *in tractat. de fide Catholica, capit. 10. numer. 1. & cap. 13. numer. 2.* vbi propterea dixit, quod inuocans Dæmonem, præsumitur credere, eum posse præstare illud, ad quod inuocatur; Eymericus *in Directorio Inquisitorum, parte secunda, quæstione 43. num. 4. iuncto numer. 14.* vbi & ipse hanc eandem substinet sententiam, quod scilicet inuocate Dæmones absque honoris latriæ vel duliæ exhibitione hæreticum esset. Addo ad præmissa Martin. del Rio Iesuitam *de disquisitionibus magicis, libr. 5. sect. 15. in fine, versic. Dico sexto,* vbi ponit plures casus, in quibus inuocatio Dæmonum sapit hæresim manifestam, etiam quod non per modum adorationis vel sacrificii inuocentur; & quod inuocatio Dæmonum ad effectum diuinandi sit prorsus illicita, & hæresim sapiat, duplici ratione, tum scilicet, quia per hanc inuocationem colligitur pactum expressum cum Dæmone, tum etiam, quia vt plurimum talis inuocatio ad futura præsciendum exercetur, magistraliter docet Diuus Thomas *2. 2. quæst. 95. artic. 4.* & ibi præsertim Gregorius de Valent. docet, quot modis inuocati Dæmones ad diuinandum operentur, Ioan. Azzor. Iesuit. *Institutionum moralium parte 1. lib. 9. cap. 23. rubric. de diuinatione, quæ ex inuocatione Dæmonum petitur, in princ.* vbi propterea dixit, Dæmones inuocari, aut ex pacto expresse cum illis inito, aut tacite.

Et † pro hac ampliatione vide in proposito Bullam Sixti V. in ordine 21. in eius Bullario, *parte 1. fol. mihi 52.* in qua datur potestas Inquisitoribus procedendi contra inuocantes Dæmones, aut eos consulentes, & responsa petentes, prout sic etiam antea statutum fuerat in Extrauaganti Sixti IV. relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas *post Directorium Inquisitorum, folio mihi 106.* vbi propterea dicitur, multa generaliter fuisse scandala ex assertione eorum, qui affirmabant, non esse hæreticum, à Dæmonibus responsa petere. 74

Contrarium, † quod simplex Dæmonum inuocatio absque alicuius honoris exhibitione manifestam hæresim non sapiat, suaderi videtur ex Constitutione Sixti IV. de anno 1473. incipiente, *Nuntiatum est*, relata per Franciscum Pegnam post Director. Inquisitor. inter literas Apostolicas, *folio mihi 106.* vbi Pontifex dixit, quod inuocare Dæmones, & ab eis responsa petere, multa generauit scandala, & sic non dicit, talem inuocationem sapere hæresim, voluit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, vbi supra, dicta quæstione 43. litera O. in fine, versic. Bartholomæus Spineus, fol. mihi 368. column. 1. & clarius litera Z. versic. Tertius casus, & versic sequenti, folio mihi 369. colum. 1. in fine, & column. 2. in principio,* vbi firmat, Dæmonum inuocationem posse quandoque fieri absque eorum cultu, nec verum esse, quod inuocandi vsus semper actum latriæ significet, & deinde concludit, quod licet Dæmones sic inuocans sine honoris exhibitione, possit dici suspectus de hęresi, (quod tamen nec etiam firmat,) non per hoc hæreticus reputandus est, præsertim is, qui solum curiositate ductus, vel alio prauo affectu, semel, vel bis, non autem ex professo pluries Dæmones inuocaret, & ita Eymericum contrarium, vt supra, dicentem declarat loqui in eo, qui inuocandi Dæmones artem profitetur, non autem in eo, qui non sic artem prædictam profiteretur. 75

In † hac contrarietate vide Ioannem de Anania, *in rubric. extra, de hæreticis, num. 8.* vbi distinguit, quod si inuocans Dæmones credit, eos posse facere illud, ad quod inuocat, ex potestate eorum actiua, & tunc talis inuocator est hæreticus, quia tribuit Dæmoni, quod DEI est, secus, si non credit, eos posse facere ex sua potestate actiua totaliter, Rosella *in summa, in verbo, Hæreticus,* vbi ponit eandem distinctionem ex Geminian. quem allegat *in capit. Accusatus, §. sane, de hæreticis, in 6.* summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §. 2. numer. 5. in principio, & in versic. Tertio, si nullius honor,* vbi de inuocante Dæmones ad sciendum occulta cordis, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Relapsus, versic. Quid si inuocator Dæmonum*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Inuocare, nu. 2.* vbi, quod Inquisitor non potest punire inuocantes Dæmones, nisi quando directe contra professionem Christianam agunt, & *in verbo, Sacerdotes, num. 4. in fine,* vbi idem, quando auxilium Dæmonis imploratur ad ea, quæ de sui natura facere non potest; Idem Repertor. Inquisitorum *in verbo, Dæmon, versic. final. incipien. Ad euidentiam,* vbi ponit eandem distinctionem, Afflict. *in Constitution. Regni, de hæreticis & Pacterenis, rubr. 1. post num. 17. versic. Et in hoc sic distinguunt Doctores,* Simanch. *Catholicarum Institution. tit. 30. rubr. de hæresi, num. 16.* Squillacens. *de fide Catholica, cap. 10. num. 1. & 2.* Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, quæst. 9. num. 16.* Clarus *in pract. §. Hæresis, num. 23.* vbi alios refert, Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, parte secunda, quæstion. 43. num. 14. in fine,* vbi & ipse cum hac distinctione consentire videtur, Decian. *in tractat. crimin. libr. 5. cap. 17. versic. Item quando istis vteretur sortilegiis;* vbi ponit exemplum in inuocante Dæmones ad creandum homines, ad suscitandum mortuos, ad coeli motum sisten- 76

sistendum, vel mutandum, *folio mihi* 242. *colum.* 2. *& folio* 243. *colum.* 1. *versic.* 142. vbi generaliter de inuocante Dæmones circa ea, in quibus non est à DEO sibi data potestas, Hippolyt. *consil.* 414. *num.* 9. *& sequentib. libr.* 4. Bartholom. Vgolin. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis, parte* 2. *num.* 8. Quibus adde Lælium Zecchium *in summa, part.* 1. *tit. de fide, cap.* 15. *rubr. de superstitione diuinatiua, num.* 4. vbi propterea facit conclusionem, quod diuinatio, quæ fit per inuocationem Dæmonum, in qua adest pactum cum ipso Dæmone, illicita & hæreticalis est, Martin. del Rio Iesuita *de Disquisitionib. Magicis, lib.* 5. *sect.* 15. *versic. Axioma primum*, vbi pariter dixit, hæretica sortilegia esse omnia ea, in quibus Dæmon inuocatur ad faciendum, vel indicandum, quæ facere vel scire non posset, Franciscus Suarez Iesuita *de statu Religionis, libr.* 2. *cap.* 19. *rubr. de superstitione, num.* 10. vbi pariter distinguit inter inuocationem Dæmonum ad id, quod à solo Deo recognosci, reuelari, aut fieri potest, secus, si ad id, quod naturales vires Angeli non excedat, Petrum Binsfeldium *in Commentar. ad leg. eorum, C. de maleficis & mathematicis, quæst.* 2. *conclus.* 2. vbi distinguit eodem modo, Iacob. de Graffiis *lib.* 4. *suarum Decisionum, cap.* 5. *rubr. de superstitionibus, num.* 8. vbi & ipse præmissam distinctionem approbat.

Vide, quæ dixi *supra hac eadem quæstione, nu.* 5. Toled. *de instructione sacerdotum, libr.* 4. *cap.* 14. *num.* 6. vbi bene docet, inuocationem Dæmonum posse dupliciter fieri, expresse scilicet & tacite, tacite autem Dæmones inuocari quinque modis, de quibus ibi per eum.

77 LIMITA, Propositam † regulam procedere in adorantibus Dæmonem, & ei sacrificantibus, malè tamen sentientibus de fide, vt puta credentibus, quod cultus latriæ seu duliæ sit ei exhibendus, vel quod omnino in tali adoratione & cultu consequantur, quod à Dæmone petunt, non obstante DEI prohibitione; hoc enim casu sic adorantes hæretici reputantur, & vt hæretici puniuntur, secus, si hoc faciant non malè sentientes de fide, nec sic vt supra credentes de Dæmone, sed vt aliquo pacto inito cum Dæmone, facilius assequantur, quod intendunt; tunc enim non sunt hæretici, licet grauissime peccent, vt per Antonin. *in summa, parte* 2. *titul.* 12. *capit.* 5. §. *primo*, vbi proponit contraria, & illis respondet: concordat Syluestrina *in summa, in verbo, Hæresis*, §. 1. *numer.* 4. *in* 1. *requisito*, vbi etiam respondet contrariis, *& numer.* 8. *&* §. 2. *numer.* 5. *in principio, versic. Pro his sciendum est*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Hæreticus, numer.* 32. Decian. *in tractat. criminal. libr.* 5. *cap.* 37. *num.* 35. vbi generaliter dixit, animum & mentem adorantis in hoc esse præcipue attendendam, an scilicet quis Dæmonem adoret, non vt contemnat, vel contraueniat Ecclesiæ, sed vt euitet aliquod damnum, vel lucrum faciat, ex summa Antonin. *in loco præallegato*, subdens contrariæ sententiæ Campegii *in loco infra allegando* se non adhærere, Iacob. de Graffiis *libr.* 2. *suarum decisionum, capit.* 8. *rubric. de hæreticis, num.* 2. Bartholom. Vgolin. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis, part.* 2. §. 2. *num.* 7. *versic. Ego tamen excipio*, vbi pariter dixit, hæreticum esse Dæmonem adorare & colere, quando sic colens & adorans Dæmonem, tali honore dignum censeret, sanctumque esse illum existimaret; secus, si non credens hæc, sic faceret, passione aliqua ductus, vt puta amore, aliaue ratione, qua ei præsto esset, vt puta ad impellendum suis tentationibus mulierem, virumve ad se amandum, aut quid simile.

78 Vide † tamen Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.* 22. *liter. C. in verbo, Inquisitor, versic. Verum prædicta, iuncto versic. Procedat itaque inquisitor, ibi, Non video tamen*, vbi de hac declaratione sancti Antonini dubitare videtur.

SVBLIMITA † præcedentem limitationem, quia licet summa Antonin. *in loco præallegato* asserere videatur, quod ex natura rei sic adorantes & sacrificantes Dæmoni, non sint iudicandi hæretici, sed vlterius inquirendum sit de causa, qua isti mouentur ad Dæmonem adorandum, non tamen negat, quod secundum Glossatores, & iuris præsumptione, hæretici iudicentur; ad quod faciunt, quæ dixi *supra, quæst.* 179. *nu.* 51. *& sequ.* vbi præsertim ex Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis, part.* 1. *num.* 304. *& seqq. & num.* 309. *& seqq. & num.* 356. *& seqq.* cum allegatis per eum plene probaui, ex huiusmodi factis hæreticalibus in dubio præsumi errorem in mente, nisi contrarium fuerit probatum, & in specie voluit etiam Syluestrina, *in verbo, Hæresis*, §. 1. *num.* 8. *in princip. versic. Et dicit Archidiaconus, & dicto num.* 8. *in fine, versic. Ex causa tamen adorationis, &* §. 2. *post nu.* 5. *vers. Propter talia*, tamen aliquando est quis hæreticus præsumptiue, vbi, quod ita tenent omnes Doctores, & cõsuetudine seruatur; Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Hæreticus, num.* 32. vbi propterea videtur, quod talis præsumptio sufficiat ad puniendum hæreticum, modo grauius, & modo leuius, Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 31. *rubr. de hæreticis, num.* 8. vbi dixit, quod licet quoduis opus exterius impium & horrendum, possit esse sine errore intellectus, inde tamen oritur vehemens aut violenta suspicio de hæresi, & ita testatur esse constantem Theologorum & Iurisperitorum sententiam, ex Antonina, Syluestrina, Ioan. Lupo, Albertino, & Alphonso de Castro, cum aliis ibi per eum allegatis, Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tractat. de hæreticis, cap.* 22. *litera C. in verbo, Inquisitor, versic. Pro his intelligendis*, vbi pariter dixit, ex hac præsumptione, seu iuris fictione, sic Dæmones adorantes, hæreticos ab Ecclesia reputandos & iudicandos esse, *& in versic. Quod si quis dicat*, vbi, quod hæc est iuris præsumptio, *& versic. sequ.* & hoc credo voluisse Francisc. Suarez Iesuit. *de statu Religionis, libr.* 2. *cap.* 19. *rubr. de superstitione, num.* 10. dum dixit, adorantes Dæmones per latriam, vel duliam, seu illos inuocantes ad id, quod à solo Deo cognosci, reuelari, aut fieri potest, reputandos esse vehementer de hæresi suspectos, Iac. de Graffiis *libr.* 2. *suarum decisionum, cap.* 15. *num.* 15. 79

LIMITA † rursus præcedentem sublimitationem; nam hæc iuris præsumptio, quod scilicet in dubio in adorante Dæmones præsumatur error, admittit probationem in contrarium, vt per Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tractat. de hæreticis, cap.* 22. *liter. C. in verbo, Inquisitor, versic. Quod si quis dicat, & vers. seq.* Iacob. de Graffiis *lib.* 2. *suarum decisionum, cap.* 5. *num.* 15. 80

ARGVMENTVM.

Sortilegia ad tentandum alicuius pudicitiam fabricata, an sint hæreticalia, & de eorum pœnis.

SVMMARIA.

Sortilegia ad tentandum alicuius pudicitiam fabricata, regulariter sunt hæreticalia, nu. 81.

Amatoria pocula præbens, hæreticus non reputatur, nu. 82.

Imagines cereas facere ad mortem, nunquid sit sortilegium hæreticale, nu. 83.

Sortilegia ad tentandum alienam pudicitiam, sunt prohibita etiam de iure ciuili, nu. 84.

Sortilegi sunt suspecti de hæresi, etiam quod eorum sacrilegia sint facta ad amorem, & ad tentandum alienam pudicitiam, num. 85.

Dæmonem inuocantes in sortilegiis ad amorem, reputantur hæretici, quando credunt, Dæmonem posse facere ea, ad quæ inuocatur de eius propria authoritate, nu. 86.

Sortilegia ad alienam pudicitiam tentandam fabricata, nõ sunt hære-

hæreticalia, quando Dæmon inuocatur in illis per viam imperij & præcepti, secus si per adorationem, nu.87. vbi, quod Dæmones isto casu fingunt se cogi & imperari.

Sortilegia etiam amatoria sunt hæreticalia, in quibus sortilegus suadetur à Diabolo, ad spuendum in crucem, nu.89.

Sortilegia etiam amatoria dicuntur hæreticalia, quando in illis abnegatur fides, num.90.

QVÆST. CLXXXI. §. III.

81 Regvla † sit, quod sortilegium non sit hæreticale, quando exquiritur à Dæmone, vt alicuius mulieris pudicitiam tentet, licet turpe & peccatum mortale sit; non enim tunc aliquid requiri dicitur, de quo potestatem non habeat, immo eius proprium sit alienas pudicitias tentare, secundum Alberic. *in rubric. C. de hæreticis, post num.*2. Ioan. de Anania *in rubric. extra, de hæreticis, numer.* 6. *versic. Aut inuocantur Dæmones ad tentandum animos pudicos, & post num.* 8. & *ibi* etiam Felyn. *ante finem, versic. Sed inuocare eius auxilium,* Prob. ad Ioannem Monach. *in cap. Accusatus, num.*11. *versic. Quando vero, de hæreticis, in* 6. & *ibi* etiam Geminian. *in* §. *sanè, nu.*6. *versic. Aut inuocat Dæmones, & in* §. *Sacerdotes, num.*6. *ad finem, versic. Aut inuocat ad tentandum pudicitiam,* & Franch. *in* §. *sanè, num.*2. *versic. Si vero inuocat,* Summa Rosella *in verbo, Hæreticus, num.*3. *versic. Secus autem vbi ista vel similia,* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Hæresis,* §.4. *rubr. Sapere hæresim manifeste, versic. Primo, & sub versic. Secundo, incip. Nota, quod Inquisitores, & in versic. Secundum Doctores, in fine, & in verbo, Dæmon, versic. Si enim Dæmones,* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Apostata, nu.*7. *& in verbo, Diuinationes, nu.*3. *in fin.* Afflict. *in Constit. Regni de hæreticis & Pactarenis, rub.*1. *post nu.*17. Simanch. cum allegatis per eum, *Catholicarum institutionum tit.*30. *rub. de hæresi, nu.*13. vbi alij plures referuntur concordantes, Squillacens. *in tractat. de fide Catholica, cap.*7. *num.*4. *& cap.*8. *nu.*2. *cap.*10. *num.*2. *& cap.*11. *nu.*2. vbi, quod isto casu, licet sortilegus non reputetur hæreticus, ab Inquisitore tamẽ puniendus est pœna arbitraria, vel pecuniaria; Et de iure Ciuili seuerissime puniendus, *per leg.*4. *C. de malefic. & mathemat.* Oldrad. *consil.*210. *nu.*3. *versic. An vero Dæmones inuocentur ad tentandum pudicitiam mulieris,* Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, lib.*34. *cap.*15. *sub num.*7. *& cap.*16. vbi plura ad materiam, Carer. *in tract. de hæreticis, num.*23. *ad medium, vers. Aliter,* Clar. *in pract.* §. *hæresis, nu.*23. Eymeric. *in Director. inquisitor. part.*2. *quæst.*45. *num.*8. *sub versic. & idem Oldradus, ante finem,* & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.* 68. *litera O. folio mihi* 367. *col.* 2. vbi testatur de communi opinione, & *folio* 368. *versic. Simanchas, &c.* vbi non consentit opinioni Simanch. *Catholicarum institution. tit.*21. *num.*13. dicentis, Inquisitores posse etiam procedere contra inuocantes Dæmones, ad tentandum pudicitiam mulieris, ex quo sic inuocantes reputentur de hæresi vehementer suspecti; Hanc enim sententiam, quando inuocatio fit verbis imperatiuis, nimis sæuam existimat, cum præsertim amantes impetu amoris, & sæpissime absque vllo intellectus errore hæc faciunt, Decian. *in tractat. criminal. libr.*5. *cap.*18. *versic.*31. Hippolyt. Riminald. *consil.*314. *nu.*17. *libr.*4. Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, part.*2. §.2. *folio mihi* 94.

Ad quam materiam amatorii sortilegii, & maleficii, facti scilicet intra corpus, vel extra corpus, seu alio modo, vide omnino Martin. del Rio Iesuitam *de Disquisitionibus Magicis, libr.*3. *part.*1. *quæst.*3. *sect.* 1. *& quæst.*4. *sect.*9. vbi econtra de sortilegio seu maleficio odii, & ante eum Petrum Binsfeld. *in Commentar. ad leg. eorum, C. de maleficis & mathematicis, quæstion.*1. *per totam,* vbi firmat conclusionem, magos & maleficos posse, prout annuit Imperator *in dicta lege, eorum,* animos pudicos ad libidinem & amorem flectere, & ita communi Theologorum & Iurisperitorum doctrina receptum esse testatur, (De qua re vide quæ dixi *infra, num.* 86.) *& quæstione* 2. *conclus.*3. vbi firmat, quod si inuocetur simpliciter Dæmon, ad tentandum pudicitiam hominis, licet grauissimum sit peccatum superstitionis, non tamen sapit hæresim.

Amplia I. Et † generaliter, vt præbens pocula amatoria non sit hæreticus: est enim hoc crimen de per se, & non punitur pœna hæresis, *l. si quis aliquid,* §. *abortionis, ff. de pœnis,* Alberic. *in rub. C. de hæreticis, num.*11. Ideo Inquisitores non possunt se in tali causa intromittere, Ioan. de Anan. *in rubr. extra, de hæreticis, nu.*5. vbi loquitur generaliter de omnibus sortilegiis amatoriis, & ibi etiam Felyn. *post med.* Geminian. *in cap. accusatus,* §. *sacerdotes, nu.*5. *de hæreticis, in* 6. & *ibi* etiam Felyn. Franch *in* §. *sane, nu.*3. Repertor. Inquisitor *in verbo, hæresis,* §.4. *rub. sapere hæreticos manifeste, vers.*1. *& sub vers. Secundum dolores, ante fin.* Vmber. Locat. *in iudic. inquisit. in verbo, Apostata, n.*6. *& in verbo, Diuinationes, n.*3. *ad med. & in verbo, Pocula, nu.*1. vbi, quod præbens hæc pocula amatoria mulieri, nõ est hæreticus, nec hoc præbere amatoria pocula sapit manifestam hæresim, sed bene facit sic præbentem suspectum de hæresi; An vero ista suspicio sit vehemens, vel non vehemens, vide ibi pro & contra Oldrad. *cons.*210. *num.*2. Carer. *in tractat. de hæreticis, nu.*23. *ad medium, versic. Aliter vero, & iterum infra, versic. Et dans pocula amatoria,* Eymericus *in Directorio Inquisitorum, parte* 2. *quæst.*43. *num.*8. *versic. Et idem Oldradus,* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, litera N. folio mihi* 367. *colum.* 2. vbi amplius dixit, quod ista prætensa pocula amatoria sunt potius apta ad inducendum furorem, quam amorem. Et de materia incantationum seu sortilegiorum, ad amorem factorum, vide late differentem Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, lib.*34. *cap.*12. & de pœna præbentis poculum amatorium dixi *supr. in tit. de homicidio, quæst.*122. *& seqq.* Petr. Binsfeld. *in Comment. ad l. eorum, C. de malefic. & mathem. qu.*2. *conclus.*1. *& seqq.* vbi bene declarat, quando pocula amatoria sapiant vel non sapiant hæresim. 82

Amplia II. Quia † imagines facere ad amorem prouocandum, magis videtur superstitiosum, quam hæreticum, licet indubitanter hoc ad Dæmones ludificatores animarũ pertineat, secundum Alberic. *in rub. C. de hæreticis, num.*11. post Diuum Augustinum & Diuum Thomam *in locis per eum relatis,* Felyn. *in rubr. extra, de hæreticis, ad finem, versic. Idem dicit de imaginibus, quæ fiunt ad amorem,* vbi dixit, turpe esse hoc facere, & peccatũ mortale, licet hæresim non sapiat, Geminian. *in cap. accusatus,* §. *Sacerdotes, post num.*6. *versic. Et idem dicit de hæreticis, in* 6. & *ibi* etiam Franch. *num.*3. Vmbert, Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Apostata num.*6. *versic. Imagines vero facere, in verbo, Diuinationes, num.*3. *in fine, versic. Similiter imagines facere, in verbo, imagines, nu.*3. *& nu.*4. Repertor. Inquisitor. *in verbo, Magica, versic.*2. vbi de facientibus has cereas imagines, ad flectendam voluntatem alicuius turpiter, vel ad alterius corpus torquendum & cruciandum, Simanch. *Catholicarum institution. tit.*30. *rubr. de hæresi, num.*18. vbi etiam reddit rationem, quia facientes huiusmodi imagines cereas ad prouocandum & alliciendum animum alicuius ad amorem, amoris insania obcœcati perpetuare solcant, non quod errent in fide, vel quod ea ipsis licere credant; Squillacens. *in tractat. de fide Catholica, cap.*2. *num.*1. vbi de conficientibus imagines cereas, eas pungendo, vt vitas hominum ac inimicorum suorum labi faciant, vel ad prouocandum mulieres ad libidinem, conuocatis Dæmonibus, ob quod seuerissimè puniuntur à iure Ciuili, & *cap.*8. *numer.* 2. vbi, quod imagines facere ad amorem mulierum prouocandum, magis est superstitiosum quam hæreticum, licet sit fœtidum, & mortale peccatum, Oldradus *consil.*210. *numer.*2. *versic. Imagines vero facere ad* 83

amorem, Petrus Gregorius *Syntagm. iuris, libr.* 34. *cap.* 15. *sub num.* 7. Eymeric. *in Director. inquisitor. part.* 2. *quæst.* 43. *num.* 8. *versic. & idem Oldradus.*

84 LIMITA I. Propositam † regulam, vt licet huiusmodi sortilegia propter amorem facta, & ad tentandum alienam pudicitiam fabricata, non sint hæreticalia, sint tamen prohibita, non solum de iure Canonico, sed etiam de iure Ciuili, *l. eorum, in princ. in illis verbis, Aut pudicos animos ad libidinem deflexisse detegentur, C. de malefic. & mathemat.* vbi propterea Imperator seuerissime hoc sortilegii genus vindicari mandat.

85 LIMITA II. Quod † licet sortilegia & inuocationes Dæmonum ad tentandum pudicitiam alicuius, nõ dicantur hæreticalia, huiusmodi tamen sortilegi & inuocantes sunt vehementer de hæresi suspecti, & propterea contra eos Inquisitores procedere poterunt, ex allegatis per Simanch. *Cathol. Instit. tit.* 21. *rubr. de diuinatione & reuelatione, n.* 13. Menoch *de præsump. l.* 5. *præsum.* 7. *num.* 20. vbi pariter dixit, hos inuocantes Dæmones ad tentandum pudicitiam, de hæresi esse vehementer suspectos, aliosque in idem refert concordantes Doctores. Quæ omnia bene intelligas procedere, quando, vt præfertur, in sortilegio ad tentandum pudicitiam fabricato inuocatur Dæmon, aut aliquid simile fit, quod hæresim sapit, aut aliquam hæresis suspicionem inducit: secus si aliter, prout quandoq; faciunt leues & stultæ mulierculæ, quæ credunt hominum amorem prouocare cum quibusdam insipidis actionibus, aut verbis, non tamen hæreticalibus, aut hæresim sapientibus.

86 LIMITA III. Quando † sic sortilegia amatoria fabricantes, & ob id Dæmonem inuocantes, crederent ipsum Dæmonem propria authoritate posse facere id, ad quod imploratur, vt per Petrum Gregor. *vbi supra, lib.* 34. *cap.* 15. *nu.* 7. *in fine*, vbi dixit, quod si ad hunc effectum inuocetur Dæmon à credente, quod possit hæc propria authoritate facere, certe tunc est magna impietas, detrahiturque Dei potestati, & est hæresis, manifestamque iurisdictionem tribuit spiritualibus iudicibus. Qua in re vide Martin. del Rio Iesuitam *de Disquisitionibus Magicis, libr.* 3 *part.* 1. *quæst.* 3. *sect.* 5. vbi in proposito facit conclusionem, quod cum huiusmodi sortilegiis amatoriis nullius voluntas cogi potest ad amãdum illum, quem amare non vult: sed bene ex illis potest imaginatio perturbari, humores concitari, & totum corpus interius quasi accendi, adeo vt quis, Dæmone tunc variis tentationum illecebris interius certante, impetu quodam libidinis vexetur, vehementerq; trahatur ad desiderium carnalis copulæ: non cum vno potius, quam cum altero, sed cum aliquo in genere, adeo, quod si eo tempore maleficus amator ad maleficiatam accedat, instanterque eam vrgeat, facile est, vt eius voluntati pareat, & hanc esse communem Iuris-Consultorum & Theologorum sententiam, testatur: De qua vide omnino, quæ scripsit Ioann. Azzor. Iesuita, *Institutionum Moralium parte* 1. *libr.* 9. *cap.* 26. vbi plene disputat, an pocula amatoria vim aliquam habeant naturalem alliciendi ad amandum hunc vel illum hominem, & ante istos vide Petrum Binsfeld. *in loco per me relato supra, numer.* 81. & Toledum *de instructione Sacerdotum, libr.* 4. *cap.* 16. *num.* 3. *in fine, & num.* 4. vbi dixit, quod Dæmones nullius hominis volũtatem ad amandum cogere possunt, solũ persuadent mouendo phantasmata in hominis imaginationem, quibus voluntas alliciatur, & rem amandam faciendo apparere amabiliorem, rursusque incitant carnis appetitum, semper tamen remanet libera voluntas; & vide etiam eundem Martinum del Rio *libr.* 5. *sect.* 15. *in* 1. *axiomate, ad medium*, vbi facta conclusione, quod Inquisitores habeant cognitionem huiusmodi sortilegiorum, distinguit postea, an in illis sit inuocatus vel non inuocatus Dæmon, vt primo casu sortilegium sit hæreticum, secundo autem casu non sit hæreticum, nec sapiat manifestam hæresim, sed occultam. Addo & Petr. Binsfeld. *in Commentar. ad l. eorum, C. de malefic. & mathematic. quæst.* 2. *conclus.* 4. vbi pariter dixit, quod amatoria sortilegia conficientes, sunt diligenter interrogandi, an credant, Dæmones posse cogere alicuius viri, vel fœminæ voluntatem, ad amorem inhonestum, & si respondeant, se credere, contra talem tanquam contra hæreticum proceditur regulariter adeo, quod, si moniti ab eorum credulitate recedere noluerint, hæretici habendi sunt, cum credere, hominis voluntatem à Dæmone efficaciter cogi ad amandum aliquem, vel aliquam, hæresis sit aperta, ex quo directe repugnat libertati à Deo nostræ voluntati inditæ.

LIMITA IV. Vt † huiusmodi amatoria sortilegia non sint hæreticalia, saltim manifeste, vbi Dæmon inuocatur ad prouocandum tentationem carnis, quando inuocatio fiat per modum Imperii, vt videlicet sibi præcipiatur, secus si fiat per adorationem, quia tunc talis inuocatio videtur hæreticalis, prout declarat Alberic. *in fine*, Repertor. Inquisit. *in verbo, Hæresis*, §. 4. *rubr. sapere hæresim manifeste, sub versic.* 2. *in fin. in rubr. C. de hæreticis, post nu. vndecim. secund.* Rosella *in verbo, Hæreticus, nu.* 3. *& in verbo, Dæmon, versic. Si enim Dæmones*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Apostata, num.* 7. Afflict. *in Constitut. Regni, de hæreticis & Patcerenis, rub.* 1. *post nu.* 17. Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 30. *rubr. de hæresi, num.* 16. Squillacen. *in tract. de fide Catholica, cap.* 17. *nu.* 4. *& cap.* 8. *nu.* 3. *ad finem*, Oldrad. *consil.* 210. *nu.* 3. *versic. Et hæc dubitatio procedit*, Eymeric. *in Director. inquisitorum part.* 2. *quæst.* 43. *nu.* 8. *sub versic. Et idem Oldradus, in fine versiculi*, & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Comment.* 68. *litera O. versic. Verum plurimum refert, col.* 2. *in fine*, Petr. Binsfeld. *in Commentar. ad leg. eorum, C. de malefic. & mathemat. quæst.* 2. *conclus.* 1. 87

Verum † hæc limitatio, vt bene aduertit idem Simanch. *vbi supra, Catholicarum institutionum tit.* 30. *rub. de hæresi, numer.* 17. ex Diuo Augustino per eum allegato, *libr.* 10. *de ciuitate Dei, cap.* 11. Iob. *cap.* 41. erronea prorsus & inepta videtur, cum ridiculum sit dicere, quod Dæmones inuocentur per modum imperii, *ex quo non est super terram potestas aliqua* (sicuti Iob. *cap.* 41. inquit) *quæ potestati Dæmonum comparetur*, Dæmonesque, vt fatuos irrideant, atque decipiant, fingunt se cogi atque timere, sicuti multis Parisiensium decretis declaratum est, Gersonque *in tract. de erroribus circa artem magicam, dicto* 3. *& in fine, & in sermone primo de S. Antonio, veritate tertia* dixit, sub his verbis, videlicet, *Dare, offerre, vel promittere Dæmonibus qualemcunque rem, vt adimpleant hominis desiderium, aut in honorem eorum aliquid osculari, vel portare, quod non sit Idololatria, error est*; Ex quibus quidem facile infertur, nõ esse veram supra firmatam conclusionem, licet à Doctoribus communiter recipiatur, quod hæreticale non sit, à Dæmone in modum imperii petere, vt alienam tentet pudicitiam, cum huiusmodi instantia & petitio fieri non possit per modum imperii, prout Doctores præallegati requirunt, ad hoc vt cesset hæreticalis qualitas. 88

LIMITA V. Secundum Carer. *in tractat. de hæreticis, num.* 50. vbi dixit, quod si quis inuocasset Dæmonem ad actum luxuriæ, & adueniens Dæmon dixisset inuocanti, quod spueret in Crucem, & inuocans Dæmoni obediens in Crucem spuerit absque pœnitentia cordis, iste talis tunc hæreticus esset, licet secus, si timore Dæmonis hoc fecisset, non totaliter à fide recedendo, & male contentus, & cum dolore cordis, quia tunc non esset hæreticus; licet grauiter peccaret, vt ibi per eum post Innocentium & alios, quos allegat Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 17. *versic. Item si in ipsis sortilegiis*, 89

folio

fol. mihi 242. colum. 2. in fine, vbi & hunc talem hæreticum affirmat, & vt hæreticum puniri posse credit, si in Crucem expuisset, vt rem gratam Dæmoni faceret, secus si metu, aut inuitus, *& cap. 37. num. 14. in principio*, vbi quod quando quis hoc faceret metu, non animo recedendi à fide, sed ne aliquod damnum à Dæmone pateretur; tunc pœna extraordinaria puniendus esset.

90 Limita VI. † Quando in huiusmodi amatoriis sortilegiis quis fidem abnegaret; tunc enim eo magis hæreticus reputandus est, vt per Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. 2. qu. 42. Commentar. 67. fol. mihi 359. litera C. versic. Primum ergo*, Martin. del Rio *de Disquisition. Magic. libr. 5. sect. 15. versic. Dico tertio*, Franc. Suarez Iesuita *de statu Religionis, libro 2. capite 19. rubric. de superstitione, numer. 10. versic. Item crescit hæc suspicio.*

Argumentum.

Sortilegiorum Iudex quis sit; An Inquisitor, An vero Ordinarius Iudex Ecclesiasticus.

Summaria.

Inquisitores non cognoscunt de sortilegiis, & diuinationibus, numero 91.

Sortilegia, & diuinationes in dubio non præsumuntur hæreticalia; Et ideo eorum cognitio ad Inquisitores non spectat, num. 91.

Inquisitores non cognoscunt de sortilegiis, & diuinationibus etiam publicis, num. 92.

Inquisitores cognoscunt de sortilegiis, & diuinationibus, quæ sapiant manifestam hæresim, nu. 93. Vbi tamen, quod isto casu, vt sortilegiorum cognitio spectet ad Inquisitores, non sufficit sortilegium sapere hæresim, nisi etiam sapiat manifestam hæresim.

Sortilegia manifestam hæresim sapientia, quæ sint, numero 94.

Inquisitor non cognoscit de sua iurisdictione in crimine sortilegij, An scilicet in eo sit Iudex competens, nec ne, num. 95. contra num. 96.

Inquisitor quando constat, quod sortilegium est hæreticale, potest cognoscere, An sapiat manifestam heresim, nec ne, & sic an eius cognitio ad ipsum spectet, numero 97. contra numero 98.

Inquisitor potest cognoscere in crimine sortilegij, An illud fabricatum fuerit, licet non posit cognoscere, An illud sit hæreticale, nu. 99. contra, nu. 100.

Sortilegij & maleficij crimen mixti fori est, potestque puniri etiam à Iudice sæculari, & quando sub nu. 91.

Inquisitores non possunt cognoscere, An sortilegium commissum fuerit hæreticale, & an sapiat manifestam heresim; sed si notorie constat, quod fuerit commissum, & quod notorie sapiat manifestam hæresim, & hoc non reuocatur in dubium, tunc poterit Inquisitor pronunciare se Iudicem competentem, & vlterius in causa procedere. Et sic erit differentia, An dubium sit in iure, vel in facto, vt primo casu Inquisitor non cognoscat; secundo autem casu sic, nu. 100.

Inquisitores hodie vigore Bulla Sixti V. indistincte procedunt contra sortilegos, nu. 101.

QVÆST. CLXXXI. §. 4.

91 Regula † sit, quod Inquisitores non cognoscunt, de Sortilegijs, & diuinationibus, quia in dubio Diuinationes, & Sortilegia non præsumuntur hæreticalia, Tex. est in cap. *accusatus* §. *sane, de hæreticis in 6.* vbi firmatur Regula, quod Inquisitores non se intromittunt de diuinationibus, aut Sortilegiis, & *ibi* Glossa, & communiter omnes Canonistæ, & voluit Alexander IV. in sua constitutione edita de anno 1258. incip. *Quod super versic. Ad illud autem*, relata per Franc. Pegn. inter literas apostolicas *fol. mihi 30.* Ioann. Calderin. *in tract. de hæreticis rubr. 2. de auctoritate Inquisitorum num. 9.* Sylvestrina *in summa, in verbo hæreticus* §. *2. num. 4. versic. Non potest tamen Inquisitor*, Repert. Inquisit. *in verbo, hæresim*, §. *4. rubr. sapere hæresim vers. Secundo; Incip. Nota quod Inquisitores, & sub vers. Item est notandum, & in verbo, Diuinatores, vers. Vtrum Inquisitores, & in verbo, Episcopus, vers. Nota quod solus Episcopus*, vbi facit generalem conclusionem, quod solus Episcopus potest procedere contra Diuinatores, Incantatores, Sortilegos, Idololatras, Magos, & inuocantes Dæmones, nisi in casu, in quo huiusmodi Sortilegia saperent hæresim manifestam, & *in verbo pœna, versic. Superius visum est.* Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo Diuinationes, num. 1. in principio, & num. 4. vers. Non autem dicitur talis vsus*, vbi idem dicit, Afflict. *in Constitut. Regni de hæreticis, & Patterenis rubr. 1. nu. 17.* Simanch. *Catholic. Instit. tit. 21. rubr. de diuinatione & reuelatione, nu. 10. & in Enchiridio tit. 8. num. 7. 8. & 9.* Zanchin. *in tractat de hæreticis cap. 22. nu. 6. & 7. & cap. 35. num. primo vers. Hinc est, quod de Incantatoribus non intromittunt se*, Squillacen. *in tract. de fide Catholica cap. 8. nu. 1.* Oldrad. *cons. 210. num. 2.* Gundisalu. *in tract. de hæreticis qu. 9. nu. 6.* Eymeric. *in Director. Inquisit. par. 2. qu. 42. nu. 7.* vbi in specie dixit, quod quando est dubium, an Sortilegia habeant admixtam hæresim, tunc inquisitores non se intromittunt, & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Comment. 67. fol. mihi 359. in fine. & 360. in principio*, testatur de vera, & communi sententia, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, p. 2. nu. 167. in princip.* Martin. del Rio Iesuita *de Disquisition. Magic. lib. 5. sect. 2. sub vers. Septimo requiritur.*

Numquid autem, quando sortilegus, seu maleficus, non subest iurisdictioni Inquisitorum, possit à Iudice sæculari puniri, vide Petr. Binsfeld. *de confession. malefic. prælud. 14.* vbi dixit, à Iudicibus sæcularibus puniendos esse sortilegos, quatenus ex illis prouenerint homicidia, cædes animalium, & alia damna in præiudicium iustitiæ & Reipublicæ, & quod ita seruet consuetudo, & idem repetiit *in 2. membro post 6. conclusionem principalem in 2. dubio versic. Tertium, siue hoc crimen consideremus*, Martin. del Rio *de Disquisitionibus Magic. lib. 5. sect. 14. in fine, vers. Et quia crimen*, vbi dixit, crimen maleficij, & sortilegij esse mixti fori, & quod propterea, si absolutus in Curia seculari non fuit sufficienter punitus, poterit iudex Ecclesiasticus maiorem quam meretur pœnam infligere, & è contra si maleficus & sortilegus fuerit leuiter castigatus à Curia Ecclesiastica, poterit tunc iudex secularis seuerius punire, & damnare etiam ad mortem, neque tunc censetur quis pro eodem crimine bis punitus, quia vtraque punitio pro eadem continuata habetur, & *ibidem sect. 12.* §. *Porro* dixit, quod maleficus, seu lamia, receptus ad pœnitentiam à iudice Ecclesiastico, potest capi à iudice seculari propter damna temporalia varijs illata, & ab eodem Iudice seculari condigno supplicio puniri. 92

Amplia I. † Vt regula prædicta locum habeat etiam in publico sortilego, seu Diuinatore, qui nec etiam iudicari potest ab Inquisitore, nisi sit etiam publice diffamatus pro hæretico, vt Repert. Inquisit. *in verbo, hæresis*, §. *4. rubr. sapere hæresim sub vers. Item est notandum*, Squillacen *in tract. de fide Catholica, cap. 12. nu. 1. in fine.* 93

Limita † eandem propositam regulam in sortilegijs, seu diuinationibus sapientibus manifestam hæresim, in quibus inquisitores possunt procedere, & sic videtur ad hoc, vt isto casu possint inquisitores procedere, non sufficere, sortilegium sapere hæresim, nisi etiam manifeste hæresim saperent, text. *est in cap. Accusatus*, §. *sane, de hæreticis in 6.* vbi dicit, *Pestis Inquisitores hæreticæ à Sede Apostolica deputati de diuinationibus aut Sortilegiis, nisi hæresim saperent manifeste, intromittere se non debent nec punire talia exercentes, sed eos relinquere suis iudicibus pu-* 94

niendos; Et ibi hoc adnotarunt *Glossa in figuratione casus, vers. Sed si sanctissime Pater*; Geminian. *in summario, & in §. sacerdotes, nu. 4. in fine*, & Franc. *in summario, & nu. 1. in primo notab.* Extat etiam Constitutio Innocentij VIII. edita de anno 1484. Incipien. *Summis desiderantes affectibus*, relata per Franc. Pegnam inter literas Apostolicas, post Director. Inquisitorum, *fol. mihi 16.* vbi præsertim de maleficis fidem abnegantibus à fide Catholica deuiantibus, multaq; mala, & sortilegia ad nocendum hominibus, animalibus, & frugibus fabricantibus, item & alia Constitutio Leonis X. Incip. *Honestis potentium votis*, edita de anno 1521. & relata per Pegnam, *vbi supra fol. mihi 117.* quæ loquitur contra maleficos, & sortilegos, ac à fide Apostatantes. Item & alia Constitutio Alexandri VI. edita de anno 1523 incip. *Dudum vti nobis*, quæ loquitur contra fidem abnegantes, sanctam crucem pedibus conculcantes, sacramentis, & præsertim Eucharistia abutentes, Diabolum in suum Dominum, & patronum assumentes, eique obedientiam, & reuerentiam exhibentes, relata per eundem Pegnam *vbi supra fol. 135.* item & alia Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1258. incip. *Quod super, vers. Ad illud autem relata, vbi supra, fol. 30.* Summa Rosell. *in verbo hæreticus, num. 3. in principio, vers. Item non possunt se intromittere, & in vers. Nec potest Inquisitor se impedire*; Syluestrina *in summa in verbo, hæreticus, §. 2. nu. 4. vers. Non potest tamen Inquisitor, & nu. 5. vers. Quintum non possunt*, Repert. Inquisit. *in verbo, hæresis, §. 4. rubr. sapere hæresim, vers. secundo; incipien. Nota quod inquisitores, & vers. Vlterius procedendo, & in verbo, Diuinatores, vers. Vtrum inquisitores, & in verbo, Pœna, versic. Superius visum est*, Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Diuinationes, nu. 1. in principio* Simanch. *Catholica. Inst. tit. 21. rub. de Diuinatione & reuelatione, n. 10. & tit. 62. rub. de Sortilegis n. 2. & in Enchiridio Viol. Religion. tit. 8. n. 7. 8. & 9.* Zanchin. *in tract. de hæreticis cap. 22. nu. 7.* Squillacen. *de fide Catholic. cap. 8. num. 1. & cap. 56. num. 1.* Calder. *rubr. de hæreticis, cons. 5. col. 2. post medium, vers. Et si omnes essemus hæretici*, Petr. Gregor. *Syntagma. iuris lib. 34. cap. 16. sub nu. 6.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 53. num. 4.* Ioann. à Rojas *in tractat. de hæreticis par. 2. nu. 167.* Hyppol. Riminald. *cons. 414. nu. 2. lib. 4.* Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus Magicis lib. 5. sect. 2. sub versic. Septimo requiritur.* vbi propterea dixit vix vnquam incidere casum, in quo Inquisitores procedere nequeant contra Sortilegos, & maleficos, cum vix etiam fiat, vt huiusmodi Sortilegi, diuinatores, & malefici, quid hæreticum non credant, vel quod hæresim sapiat, Ioan. Azzor. Iesuita *institut. moralium par. 1. l. 9. cap. 26. qu. 4.*

94 In † proposito autem quæ dicantur Sortilegia, sapientia manifestam hæresim, & quæ non, vltra ea, quæ scripsi *infra quæst. 285. nu. 90. seq.* vide Simanch. *Catholic. institution. tit. 62. rub. de Sortilegis nu. 3.* vbi dixit, Sortilegia illa sapere manifestam hæresim, quæ sine aliqua hæresi exerceri nequeunt, item illa, quæ prima fronte præ se ferunt odorem, & saporem hæresis, *Et in Enchiridio Violat. Religion. tit. 24. rubric. De propositionum qualitate num. 4.* Zanchin. *in tract. de hæreticis cap. 22. num. 10.* vbi ad hunc effectum bene explicat Sortilegia, sapientia hæresim manifestam. Lælius Zecchius *in summa par. 1. tit. de Fide, rubric. de hæresi cap. 11. num. 3. vers. Sapiens hæresim*, vbi bene declarat in proposito, quando propositio dicatur sapere hæresim, quando manifestam, & quando occulte, & dixit, quod propositio sapiens hæresim est illa, quæ ex prima verborum apparentia & significatione habet sensum hæreticum, licet pie intellecta possit habere sensum catholicum; Propositio autem sapiens hæresim manifestam erit illa, quæ resonat contra fidei articulos; Sapiens vero hæresim non manifestam est illa, in qua asseritur aliquid contra dogmata fidei solum viris doctis perspecta, & ibi ponit exempla Ioan. Azzor. Iesuita *Institution. Moralium par. 1. lib. 9. cap. 26. quæst. 4.* vbi ponit plura exempla Sortilegiorum manifestam hæresim sapientium.

Sublimita † præcedentem limitationem, vt licet alias Iudex ordinarius cognoscat, An sua sit Iurisdictio, necne, Inquisitor tamen, qui est Iudex delegatus, non potest cognoscere ad effectum, vt contra sortilegos procedat, An Sortilegium sapiat hæresim manifeste, secundum Gloss. *in dicto Cap. Accusatus §. si sane, in verbo Manifeste, de hæreticis in 6.* & ibi Ioann. Monach. Archid. & alii, Summa Rosella *in verbo, hæreticus num. 3. vers. Nec potest Inquisitor se impedire*; Syluestrina *in Summa in verbo, hæreticus §. secundo, numero quinto. vers. Quintum nec possunt ipsi inquisitores*, vbi propterea respondet Glossæ *in cap. 1. de offic. delegat. in sexto*, contrarium affirmanti, vt scilicet procedat in aliis Iudicibus, non autem in Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, quos nullo pacto cognoscere posse ad eorum fundandam intentionem, an Sortilegium manifestam hæresim sapiat, affirmauit Squillac. *in tractat. de fide Catholica cap. 56. num. 1.* Franc isc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. p. 2. quæst. 42. Commentar. 67. fol. mihi 359. colum. 2. in fine litera E.* Ioan. à Rojas *singular. 110. nu. 1. & 2.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 23. num. 9.* 95

Contrarium † vsu receptum esse testatur Simanch. *Catholic. Institut. tit. 30. rubr. de hæresi num. 21.* apertis verbis scribens, quod quando reuocatur in dubium, an sortilegium sapiat hæresim manifestam, Inquisitores de hoc cognoscunt, & contra sortilegos procedunt. 96

In † hac contrarietate aliqui declarant, præmissam sublimitationem procedere, quando non constat, sortilegium non esse hæreticale; Tunc enim, dicunt, non potest Inquisitor cognoscere, an sit hæreticale necne, secus vbi constat sortilegium esse hæreticale, quia tunc potest Inquisitor cognoscere, an sapiat hæresim manifeste, secundum Rosell. *in summa in verbo, hæreticus nu. 3. vers. Nec potest Inquisitor se impedire*, vbi sic distinguendo concordat Gloss. *in cap. 1. de offic. delegat. in 6.* quæ est contraria Glossæ *in d. §. sane*, & idem etiam concluditur in Repertor. Inquisitor. *in verbo, hæresis §. 4. rub. sapere hæresim sub 2. vers. incipien. Nota quod Inquisitores*, & hanc esse veram & communem sententiam aliis relatis testatur Francisc. Pegna. *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. secunda, quæst. 42. Commentar. 67. fol. mihi 359. colum. 2. in fine litera E. & fol. 360. col. 1. vers. Cæterum in hac causa.* Et pro hac distinctione faciunt omnes fere Doctores allegati supra hac eadem quæstione *num. 91.* dicentes, quod quando est dubium, An sortilegium sit hæreticale, nec ne, Inquisitores non possunt se intromittere. Et pro hac distinctione vide idem tenentem Martin. del Rio Iesuitam *de Disquisit. Magic. lib. 5. sect. 5. in 1. Axiomate in fine, vers. Quando autem dubium est.* 97

Sed † hęc distinctio non videtur placere Syluestrinæ *in summa in verbo, hæreticus §. secundo n. 5. vers. Quintum nec possunt ipsi inquisitores.* vbi alio modo respondet Glossæ *in dicto capite primo, de officio deleg. in 6.* 98

Alij † dixerunt, quod Inquisitor cognoscit, an sortilegium sit commissum nec ne, licet non cognoscat, an illud sortilegium sit hæreticale. 99

Aliqui † alij dixerunt, Inquisitorem nullo pacto posse cognoscere, an sortilegium fuerit commissum nec ne; Et si commissum fuerit, minus etiam posse cognoscere, an illud sit hæreticale, & an sapiat manifeste hæresim, sed si notorie constat, quod sortilegium sit commissum, & quod notorie sapiat manifestam hæresim, nec quod sit manifesta hæresis reuocatur in dubium, tunc poterit inquisitor pronunciare se iudicem competentem, & vlterius in causa procedere & sic differentia sit, an dubium sit in iure, an in facto; Vt primo casu Inquisitor non possit cognoscere; Secundo autem casu 100

sic,

sic, (Quæ vltima illatio quantum faciat ad propositum præmissæ distinctionis quisque consideret) ita concluditur in eodem Repertor. Inquisitor. *in verbo, hæresis, §. 4. rubr. Sapere hæresim, sub vers. Vlterius procedendo*, sequitur Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo, Diuinationes, num. 4. vers. Et aduerte quod ante omnia*, faciunt scripta per Simanch. *Catholicar. Institution. tit. 30. rubr. de hæresi num. 21.* vbi dixit, quod Inquisitores possunt cognoscere de quæstione facti, ex qua constare queat, vtrum eorum sit iurisdictio, Squillacen. *in tract. de Fide Catholica cap. 56. nu. 1. & 2. vers. Quæritur*, vbi dixit, quod si inquisitori constat per testes, quod quis manifestam hæresim commisit, & quod hoc sit notorium, vel per confessionem, vel per notorietatem, potest tunc se Iudicem competentem declarare.

101 Hodie † autem cessant hæc omnia ex constitutione Innocentij VIII. Incipien. *Summis desiderantes affectibus*, edita de anno 1484. & relata per Franc. Pegnam post Director. Inquisitorum inter literas Apostolicas *fol. mihi 106.* vbi inquisitoribus tribuitur potestas procedendi contra maleficos, non solum à fide Catholica deuiantes, abutentesque cum Dæmonibus incubis, & succubis, fidemque in sacri Baptismi susceptione habitam abnegantibus, sed etiam contra eos, qui suis incantationibus, carminibus, & coniurationibus aliisque nefandis superstitijs, & sortilegis excessibus mulierum partus, animalium fœtus, terræ fruges, vinearum vuas, & arborum fructus, nec non homines, mulieres, pecora, pecudes, aliaque animalia, vineas, pomeria, prata, pascua, bladas, frumenta, aliaque terræ legumina perire, suffocari, & extingui faciunt, eosdemque homines doloribus, & tormentis excruciare, ac ne gignere, & mulieres ne concipere, virosq; ne vxoribus, & mulieres ne viris actus coniugales reddere valeant, procurant. Et magis clare, idem etiam statuitur contra facientes maleficia ad nocendum hominibus, animalibus, & frugibus, in alia Constitutione Alexandri VI. Incip. *Cum acceperimus*, relata per Francisc. Pegnam *vbi supra fol. mihi 109.* & in alia Adriani VI. Incip. *Dudum edita* de anno 1523. relata *vt supra per Pegnam fol. 135.* & ex Bulla Sixti V. in ordine XXI. *in prima par. eius Bullarij fol. mihi 52.* in qua omnia sortilegia, incantationes, & diuinationes, in quibus præsertim responsa Dæmonum expectantur ad aliquid præsciendum, improbantur, cum non nisi ex occulta societate cum Dæmone tacite, vel expresse fabricari soleant. Et propterea contra hos Sortilegos, Incantatores, & diuinatores posse ab Inquisitoribus procedi statuit, & ordinauit. Et Simanch. *Catholicar. Institut. tit. 3. rub. de hæretic. num. 21.* apertis verbis scripsit, Inquisitores posse procedere contra Sortilegos tanquam de hæresi suspectos, & quod ita vsu receptum est, & quod contraria opinio nullo iure, aut euidenti ratione probatur, Mont. Maran. *in pract. Archiepiscopum capite 84. nu. 13.* vbi testatur, curiam Archiepiscopalem Neapolitanam vigore literarum Sancti Officij esse in possessione procedendi contra laicos committentes Sortilegia simplicia. Et licet Gregor. de Valentia *in Comment. ad D. Thom. disputat. 6. quæst. 13. puncto 4. in princ. vers. Et quidem*: testetur post Malleum maleficarum *in 3. par. in princ.* Iudices laicos posse cognoscere de crimine Sortilegij, etiam quando hæresim continet, & quod ita cõsuetudine, & vsu forensi receptum est, verius tamen est, & magis receptũ, seculares iudices nunquam se intromittere in cognitione causarum Sortilegij, & maleficij hæresim continentis, imo quod hodie, vt prædixi, vigore Apostolicarum constitutionum, & præsertim ex constitutione Sixti V. supra relata, indistinctè Inquisitores procedant contra Sortilegos, bene docet, & concludit Ioann. Azzor. Iesuita *Institut. moral. par. 1. l. 9. c. 26. qu. 4.* Ne dissentit Thom. Sanch. *in præceptis Decalogi lib. 2. cap. 38. num. 92.* Solet tamen sanctum Officium in simplicibus superstitionibus non se intromittere.

ARGVMENTVM.

De fautoribus hæreticorum, & qui dicantur.

SVMMARIA.

Fautores hæreticorum dicuntur tribus modis, & omißione, vel negligentia, ex cooperatione, & facto. Item & ex consilio, & verbis, nu. 1.

Fautores hæreticorum qui dicantur, & an hæreticorum fautores dicantur eorum defensores, & an statuta de defensoribus habeant etiam locum in fautoribus, & an hæreticis fauere dicatur, qui eos defendit, num. 2.

Consilium, & auxilium dantes hæreticis dicuntur fautores hæreticorum, num. 3.

Laudantes hæreticos dicuntur fautores hæreticorum, num. 4.

Excusantes hæreticos aliquo modo, dicuntur fautores hæreticorum, num. 5.

Alimenta præstans hæreticis, vel hæreticis pecuniam mutuans dicitur fautor hæreticorum num. 6. & 7. Vbi tamen quod non ex hoc dicitur hæreticus, licet vehemens oriatur suspicio hæresis.

Instruentes hæreticos ad celandam veritatem, quando fuerint examinati, & ad negandam hæresim, quam tenent, persuadentes dicuntur fautores hæreticorum, num. 8.

Apostatarum fautores, reputantur fautores hæreticorum, numero 9.

Indicia, seu signa, quibus cognoscitur, quem esse fautorem hæreticorum, nu. 10.

Fautores, Defensores, & Receptatores hæreticorum, non tenentur aliqua pœna propter prætensam fautoriam, defensionem, & receptationem, nisi constet de hæresi illius, de cuius fauore, defensione, seu receptatione agitur, nu. 11.

Fautores, & defensores hæreticorum, non tenentur, si eos faueant, defendant ex alia causa, quam ex causa hæresis, vt puta ne à priuato offendantur, nu. 12.

Alimenta præstare hæreticis ne fame pereant & in maxima necessitate constitutis, non est punibile; Quid si hæreticus, cui subuenitur, sit pater, frater, aut consanguineus; An in vltima voluntate isto casu aliquid hæreticis relinqui poßit; Quid si necessitas non sit magna; Quid si talis subuentio tendat in subuersionem fidei, & alia ad materiam, nu. 13. & 14.

QVÆST. CLXXXII. §. I.

HÆRETICIS † fauere quot modis quis dicatur, dic tribus modis, videlic. ex omissione, vel negligentia, ex cooperatione, ex facto, item ex consilio, & ex verbis, de quibus vide bene exempla ponentem Repert. Inquisit. *in verbo, Fautores, vers. Et sic concluditur*, & ibi Mandos. *in additionibus litera A.* Simanch. *Catholic. Instit. tit. 15. rub. De credentibus &c.* vbi quod quis dicitur fauere hæreticis, aut verbis, aut facto. Zanch. *in tract. de hæreticis cap. 5. nu. 1. & 2.* Menoch. *de arbitr. qu. lib. 2. cas. 548. nu. 3.* vbi pariter dixit, fautores hæreticorum dici tribus modis, omissione, negligentia, cooperatione, seu facto, consilio, seu verborum prolatione, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisit. par. 2. qu. 53. Comment. 78. vers. Trifariam autem fol. mihi 397. col. 1. in fine, & fol. 399. vers. Iam si nosse cupis, & sequentib. colu. 1.* vbi ponit nouem modos, quibus quis hæreticis fautoriam præstat. Decian. *in tract. crim. lib. 5. c. 51. n. 32. & sequentibus pluribus*, vbi præsertim, *n. 34.* dicit fauere dici quem verbis, factis, consilio, & pecunia, Barthol. Vgolin. *in tractat. de censuris*, &c. in Glossa *Fautores, in princip. num. 1. & omnibus seqq. fol. mihi 76. & seqq.* Io. Azzor. Iesuita *Inst. Mor. par. 1. lib. 8. c. 15. rubr. de Credentibus Receptatoribus, &c. q. 7.* Thom. Sanchez *in præcep. Decalogi lib. 2. c. 10. n. 11. & nu. 16. & 18.* 1

Regvla

2 REGVLA † sit, quod fautores hæreticorum dicuntur omnes illi, qui hæreticos defendunt. Ioan. de Anan. *in cap. Excommunicamus il primo §. credentes nu. 5. extra eodem*, Simanch. *Cathol. Institut. tit. 15. rub. de credentibus, &c. nu. 11.* vbi dixit, quod fautores hæreticorum dicuntur eorum defensores, & omnia statuta in defensoribus procedunt etiam in fautoribus, quia qui defendit hæreticos, eis fauere dicitur; nec vllus dicitur hæreticis fauere, qui etiam eos non defendat, & propterea eos dici fautores, qui quolibet modo hæreticis fauent, & *in Enchiridio Viol. Relig. tit. 15. rubr. de fautoribus nu. 2.* vbi idem repetiit; Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. 2. quæst. 53. Commentar. 78. versic. Primo, & secundo, fol. mihi 397.* vbi pariter dixi, fautores dici eos, qui hæreticis fauorem præstant, & in omnibus, & per omnia defensoribus æquiparantur; Qui enim hæreticis fauent, re vera, & eos defendunt, & propterea omnia statuta in defensoribus, procedunt etiam in fautoribus. Bartholom. Vgolin. *in tractatu de censuris Pontifici reseruatis*, in Glossa *Fautores, in princip. num.* . vbi dixit, fautorem esse illum, *Qui vel ne ob illud crimen oppugnentur, ipsis opem fert, vel animum dat, quod in illo crimine perseuerent, vel vbi eos ab hæresi auocare, castigare ve potest, ipsos tolerat, aut alimenta, sumptusve præstat, vel de habitatione eos accommodat. fol. mihi 76. colum. 1.* Et in Glossa *Et generaliter quoslibet defensores num. 1.* vbi dixit, defensorem à fautore differre, sicut species à genere; Nam omnis defensor est fautor, & non omnis fautor est defensor *fol. mihi 83. colum. 2.* Iacob. de Graffijs *lib. 4. suarum decisionum cap. 18. nu. 20.* vbi dixit fautores hæreticorum dici eos, qui subleuant hæreticos fauore vel pecunia, vel qui procurant aliqua vel subministrant per quæ liberentur.

3 AMPLIA I. † Vt fautores hæreticorum dicantur, qui illis dant consilium, vel auxilium, vt in Consilio Tarraconensi registrato per Pegnam *in Direct. Inquisit. par. 2. fol. mih. 234. in princ. Concilij. Vers. Fautores.* Et extat Constitutio Innocentij IV. edita de anno 1252. incip. *Ad extirpanda, in versicul. Quicunque vero*, relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, *fol. mihi 10.* Et Clementis IV. edita de anno 1265. etiam incip. *Ad extirpanda, versic. Quicunque vero*, relata *vt supra fol. 61.* Hostien. *in summa de hæreticis, §. Qua pœna feriatur, nu. 10. vers. Nec talibus dandum est consilium, vel auxilium, & §. Quæ pœna imponatur, num. 3.* vbi propterea, quod sic consulentes & auxiliantes sunt ipso iure excommunicati, & sepultura carent. Calderin. *in tract. de hæreticis rubr. de pœnis receptatorum nu. 2.* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Fautores, versic. Verbis autem*, vbi de dantibus consilium hæreticis, vt euadant manus Inquisitorum, Zanchin. *in tract. de hæreticis cap. 5. n. 5. & 6.* vbi de præstante consilium, seu auxilium hæretico, vt fugiat, Decian. *in tract. crim. l. 5. cap. 51. num. 46.*

4 AMPLIA II. † Vt & laudantes hæreticos dicantur eorum fautores, & defensores, summa Angelic. *in verbo, hæreticus, nu. 24. ante finem, versic. Ex commissione vero omnes dicuntur fautores*, Syluestr. *in summa in verbo, hæresis, nu. 10. vers. Ex commissione*, Decian. *in tract. crim. lib. 5. c. 35. nu. 48.* Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis par. 2.* in Glossa *Fautores, in princip. nu. 10. fol. mihi 79. col. 1.* vbi loquitur ad effectum incurrendi excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, talesque sic laudantes hæreticos, hæreticorum fautores esse affirmat, dummodo sic eos laudent serio, secus si non serio, & ex simplicitate, credentes eos non esse hæreticos, sed bonos Christianos, Iacobus de Graffijs *lib. 2. suarum decisionum cap. 9. rubr. de pœnis hæreticorum nu. 11.* vbi dixit idem.

5 AMPLIA III. † Vt excusantes aliquo modo hæreticos dicantur eorum defensores, & fautores, si tamen hoc faciunt appensate, & dolose, secus si lubrico linguæ vel ex ioco, secundum Archidiacon. *in cap. Quicumque, num. 6. vers. Si quis enim excusat, de hæreticis in 6.* vbi ponit exemplum de eis, qui in conuenticula gentium dicunt; *Isti homines non sunt tales, quales dicuntur, nec negant ista vel illa*; Et etiam in Aduocatis, qui defendendo hæreticos excusant ipsorum excessus; Hos enim Archidiaconus ibi fautores hæreticorum existimat; habita tamen consideratione personarum, temporis, & locorum, vt ibi per eum, qui bene hæc omnia & iuribus comprobat, explicat, & declarat, & sic dicentem referendo sequuti sunt ibidem Ioann. Andr. *nu. 5. col. penultima*, & Geminian. *n. 10. vers. Item posset quis fauere, & n. 11.* Ioan. Calderin. *in tractat. de hæreticis rubric. de hæreticis credentibus, &c. num. 17.* summa Angelic. *in verbo, hæreticus, num. 24. ante finem vers. Ex Commissione vero omnes dicuntur fautores, & ibi in additionibus, litera B. in verbo, excusant*, vbi ponit exemplum, quando quis diceret, *Isti homines non sunt, vt dicuntur.* Syluestrin. *in summa in verbo, hæresis, §. primo, nu. 10. post medium vers. Ex commissione vero*; Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Fautores, vers. Secundo, incipien. item posset quis fauere, & vers. Verbis autem*, & ibi Quintilian. Mandos. *in additionibus litera F.* Menoch. *de arbitrar. quæst. lib. secundo, cas. 548. sub num. 3.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 51. nu. 44.* vbi de eo qui dicit, *hæreticos non esse tam malos homines, quales prædicantur; & quod non deberent ita atrociter puniri*, aut quouis alio modo populum ad eorum amorem, vel pietatem prouocat.

AMPLIA IV. † Vt & fautores hæreticorum dicantur, qui hæreticis alimenta præstant, vel pecuniam, Io. de Anania *in cap. Excommunicamus, il primo, §. credentes, num. 11. vers. Ex quo infert; extra de hæreticis*, Archidiacon. *in cap. Quicunque post num. 2. & num. 6. ante finem de hæreticis in sexto, & ibi* etiam Ioan. Andr. *post. nu. 3. vers. Visitans ergo*, & Gemin. *n. 6. vers. Ex quo infertur, & vers. Vnde isti, & n. 12.* qui loquuntur non solum in procurante seu præstante alimoniam hæretico, vel illi ducatum vnum dante, vel etiam si aliquid simile fecerit, vel subministrauerit, per quæ euaserit, & se liberauerit à Curia; summa Angelica *in verbo, hæreticus. nu. 24. ad finem*; Syluestrina *in summa in verbo, hæresis, §. 1. num. 10. post principium, & in vers. Et si quis eos visitauit, &c. & iterum infra ad finem, vers. Et multo magis fautores sunt*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo Suspicio*, vbi generaliter de mutuante pecuniam hæretico; Repertor. Inquisitorum *in verbo, Fautores, vers. Quid autem de agente in facto, & in vers. facto seu cooperatione*; Simanch. *Catholicar. Institution. tit. 15. rub. De credentibus, &c. num. 11.* Menoch. *de arbitrar. quæstion. lib. 2. cas. 548. num. 3.* Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, par. 2.* in Glossa *Fautores, in principio, nu. 14. fol. mihi 80. col. secunda*, vbi loquitur ad effectum incurrendi excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini. 6

LIMITA Præcedentem IV. † Ampliationem, vt præstantes alimoniam hæreticis, eosque visitantes non dicantur hæreticorum credentes, sed eorum fautores, licet ex hoc fauore contra sic alimenta præstantes, & pecuniam mutuantes non leuis oriatur suspicio ad indicendam purgationem sufficiens, secundum Io. Cald. *in tract. de hæreticis rubr. de hæreticis credentibus, &c. num. 11. iuncto nu. 13. vers. sane eos, quos supra dixi*, summa Angelica *in verbo, hæreticis, n. 22. in fine*; Syluestrina. *in summa in verbo, hæresis, §. primo, num. 10. post principium & in vers. Si quis eos visitauit, &c.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo, Credentes, sub num. 2. vers. Tales enim*: Repert. Inquis. *in verbo, Credentes, vers. Sed circa prædicta*, & in proposito vide Iacob. de Graffijs, *libro secundo suarum decisionum capite nono rubr. De pœnis hæreticorum, num. 10.* vbi tenet, non incidere in censuras præstantes alimoniam, cibum scilicet, & potum, hæreticis. 7

AMPLIA V. † Vt instruentes hæreticos ad celandum veritatem, quando fuerint examinati, & ad negandam hæresim, quam tenent, dicantur eorum fautores, 8

tores, & pœna arbitraria puniuntur; tex. est in cap. *Accusatus*, §. *Sacerdotes, de hæreticis in sexto* cuius verba sunt hæc: *Sacerdotes insuper, & alij Clerici, qui negotium Inquisitionis instruendo citatos hæreticos, vel eorum credentes de celanda veritate vel dicenda falsitate, vel eos indebite liberando inuenti fuerint impedire, cum non sit dubium eos ipsa facere in fauorem hæreticæ prauitatis, per Inquisitores à talibus compesci possunt & pœna debita castigari tam per captionem personarum, quam alias, prout culpa exegerit delinquentis.* Et ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, & in §. Porro, versic. Postea, in fine capituli dicitur* Ioann. Monach. *numero 12. in verbo, Impedire, & in verbo, Castigari, & num. 13. in verbo, Vt culpa*, Geminian. *in summario*, & Franch. *in §. eo vero etiam, in summario*, Ioann. Calderin. *in tractat. de hæreticis rubr. de pœnis hæreticorum n. 5. in fine, & in rubr. de his quæ pertinent ad exequutionem officij num. 7.* summa Rosella *in verbo, hæreticus, num. 38.* Syluestrin. *in summa, in verbo hæreticus, §. 2. nu. 16. vers. Tertium Sacerdotes*, Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Clericus. num. 9. & in verbo, Fautores, nu. 7. & in verbo, Suspicio, nu. 13.* Repert. Inquisitor. *in verbo, Impediens, vers. Item quoniam, & in verbo, Pœna, versic. Item nota quod Sacerdotes*, Campeg. *in additionibus ad Zanch. in tract. de hæreticis cap. 20. litera A. in verbo, Suspecti, in 4. casu*, vbi quod sic instruentes hæreticos sunt de hæresi suspecti, Eymeric. *in Director. Inquisitor. par. 2. qu. 56. nu. 4.* vbi quod isti sic instruentes hæreticos ad celandum veritatem sunt vehementer de hæresi suspecti, & *ibi* Franscisc. Pegna *in additionibus Commentar. 81. litera A. in fine, versic. In quarto casu fol. mihi 408. colum. prima.* vbi quod in hoc casu nulla occurrit difficultas; Decian. *in tractat. crimin. lib. 4. capite 51. num. 56.*

9 AMPLIA VI. † In defensoribus Apostatarum, de quibus dixi supra *quæst. 18. num. 174.* hic repetere non est necesse.

10 AMPLIA VII. † Alijs modis, quibus deprehenditur, quem esse fautorem hæreticorum, indicia enim, seu signa, quibus cognoscitur, quem esse fautorem hæreticorum, vltra infra scripta sunt quinque; Primum, quando quis captiuum hæreticum visitat, susurrat cum eo, & victualia administrat; Secundum quando quis lamentatur de hæretici captura, vel morte; Tertium, quando quis dicit, hæreticum fuisse iniuste condemnatum; Quartum, quando quis amaro vultu, toruisque oculis aspicit persequutores hæreticorum; Quintum si hæreticorum combustorum ossa, seu cineres, furtiue de nocte subripere inuentus fuerit; Et ex his inquam quinque indicijs vehementem oriri præsumptionem hæresis, ex libro Bibliothecæ Vaticanæ sub inscriptione summæ fratris Iuoneti, sub tit. *Quomodo deprehendantur fautores hæreticorum*, testatur Franscisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. 2. quæstione 53. Commentar. 78. fol. mihi 399. colum. 2. versic. Secundo, & omnibus sequentib.*

11 LIMITA I. † Propositam regulam, & generaliter, vt fautores, defensores, & receptatores hæreticorum non teneantur aliqua pœna propter prætensum fauorem, defensionem, seu receptationem, nisi constet de hæresi illius, de cuius fauore, defensione, seu receptatione agitur, iuxta doctrinam Bart. *in l. is qui ff. de furt.* & in specie voluit Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisit. in verbo, Fautores, nu. 3. vers. Vnum iuxta prædicta scias, & in verbo, Procedere num. 1.* vbi quod non potest procedere iudex contra præstantem opem, vel auxilium hæretico, nisi prius constet, quod principalis, cui prætenditur præstitum auxilium, fuerit hæreticus, Quintilian. Mandos. *in additionibus ad Repertor. Inquisitor. in verbo, Fautores, litera H.* vbi de communi & seruata opinione, & faciunt quæ de receptante bannitum dixi *supra quæst. 133. num. 74.*

12 LIMITA II. † Quia fauens hæretico, siue illum defendens, non ex causa hæresis, sed ex alia causa, ne puta à priuato offendatur, non dicitur illius fautor, nec defensor, summa Angelica *in verbo, hæreticus, num. 25. in fine*, Syluestrin. *in summa, in verbo hæreticus, §. 1. num. 10. in fine, versic. Notandum est tamen*, Nicol. Arelatan. *notab. 45. in principio*, Nauar. *in 2. partem Decreti, tit. de censuris Eccles. cap. 27. num. 55. versic. Quarta quod fautores fol. mihi 204. col. 2.* vbi generaliter dixit, fautores hæreticorum tunc demum incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, quando sic eis fauent eo respectu, quo sunt hæretici, & idem dicit de defensoribus; Toledo *in instructione Sacerdotum lib. 1. capitulo 19. num. 8.* quem omnino bene declarantem videas, an, & quando quis dicatur fauere hæretico, seu illum defendere, quia hæreticus sit, an vero ex alia causa; Barthol. Vgolin. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis, par. 2.* in Glossa *Fautores, in principio, num. 115.* vbi dixit, non incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini fautorem hæreticorum, nisi ob hæresim hæreticum faueat, vel fauor in hæresis fauorem redundet, & ibi remissiue ponit, quando fauor dicatur hæretico præstitus ob aliam causam, quam ex causa hæresis, & in Glossa, *Et generaliter quoslibet illorum defensores, num. 2. vers. Excipiatur tamen primo*, vbi loquitur de defensoribus hæreticorum, & ponit exemplum, quando quis hæreticum defendit, ne occidatur, seu offendatur, *& in vers. Postremo excipitur. fol. mihi 84.* Alios in idem refert concordantes. Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium, par. 1. lib. 8. cap. 15. rubr. De credentibus, receptatoribus, &c. qu. 6.* Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib. 2. cap. 10. nu. 4. & 5.* vbi pluribus comprobat, non incurri excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini ab eo, qui sit hæreticorum fautor alia intentione, quam quia hæreticus sit, etiam quod fauor, seu defensio, in hæretici fauorem resultet; relatis, & reprobatis contrarium tenentibus, *& num. 19.* vbi secus in eo, qui defendit hæreticum, ne à priuato illi vis inferatur animo fauendi hæresi, Iacob. de Graffijs, *libro 4. suarum decisionum, cap. 18. num. 23.* vbi de fauente hæreticis ob causam miserationis, paupertatis, cognationis vel amicitiæ, quod in foro conscientiæ non videtur incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini. Vide in simili, quæ de credente hæreticis dixi *infra hac eadem quæstione, nu. 127. & de receptante, nu. 159.*

LIMITA III. † (Et hæc limitatio venit declaratiue ad præcedentem IV. ampliationem) quia possunt Catholici hæretico in extrema necessitate constituto, ne fame pereat, aliquid dare, vel relinquere; Possibile enim est, quod hæreticus viuens ad fidem reuertatur, nec de aliquo desperandum est, Heinrich. Boich. *in cap. si quis Episcopus, numero primo, vers. Aut causa Pietatis, extra de hæreticis*, & *ibi* Abb. *nu. 2. vers. Et post adduci*, vbi quod potius est subueniendum fratri carnali hæretico, quam extraneo Catholico, & testatur de communi, & voluit Glossa, quæ tamen loquitur per verbum *Forte*, in cap. *in eos*, in verbo, *Nihil conferant*, extra *eodem*, & ibi etiam Hostiens. *numero 1.* vbi videtur hanc conclusionem, declarare, vt ex causa pietatis possit dari hæretico, ne fame pereat, inter viuos, non autem in vltima voluntate, Anton. de Butrio, *num. 2. versic. Dicit tamen Glossa*, Abb. *num. 1. versic. In Glossa in verbo, Nihil conferant*, vbi sic necessitate vrgente, ne quis fame pereat, & non alias, dixit intelligendam esse illam communem conclusionem, quod scilicet sit potius subueniendum fratri hæretico, quam extraneo Catholico, Marian. Socc. *nu. 4. vers. in eadem, & num. 5.* Et est Glossa *in cap. Accusatus, §. ille quoque, in verbo, Non possit, per illum tex. de hæreticis in 6.* Et *ibi* etiam Ioan. Monach *num. 6. in verbo, Qui excusari non possit.* & Archidiacon *num. 3. in verbo, Non possit*, Vmbert. Locat *in iudicial. inquisitorum in verbo, Pater, n. 3. & sequentibus*, vbi quod Patri, & Fratri, hæreticis in necessitate conti-

constitutis, filius, seu frater, magis tenetur bene facere, quam alij Catholico ceteris paribus, dummodo talis subuentio non sit in damnum, & subuersionem fidei, & Ecclesiæ, vel quod ipse Pater, aut frater, ex hoc quoad Deum non fiant deteriores, & *in verbo, Receptatio, sub nu.7.* Repert. Inquisit. *in verbo, Filij, vers. Filius habens Patrem,* vbi facit generalem conclusionem, quod Patrem qualiscunque sit debemus præponere extraneo, Carer. *in tract. de hæreticis, nu.167.* Nauar. *in secundam partem Decreti, tit. de censuris Eccles. cap.27. vers. Quarta quod fautores, &c. fol. mihi 204. col. secunda,* vbi generaliter dixit, quod hæretico extreme egenti tenetur quis subuenire, non extreme autem egenti non tenetur quis subuenire, potest tamen subuenire si vult, Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.51. nu.39.* vbi ponit illam conclusionem, quod fratri hæretico in maxima necessitate constituto potius subueniri debet, quam alteri non hæretico in eadem necessitate consistenti, *& nu.68. vers. Fallit tamen in casu necessitatis,* vbi firmat eandem conclusionem, *& cap.44. nu.28. vers. Nota, quod filius,* vbi dixit, quod licet filius sit liberatus à patria potestate hæretici Patris, tenetur tamen subuenire Patri hæretico indigenti, ne fame pereat; Quibus nouissime addo Barthol. Vgolin. *in tract. de Censuris Pontifici reseruatis par.2.* in Glossa *Receptatores.* §.2. *num.8. fol. mihi 73.* vbi in terminis excommunicationis Bullæ Cœnæ Domini pluribus comprobat, hæretico fame laboranti victum subministrari posse, magisque Patri hæretico subueniendum, quam alteri non hæretico, testatur de Communi, *& nu.9.* ex hoc infert, hæretico grauiter infirmo posse etiam medicinas subministrari, Addo & Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi libro secundo, cap.24. num.7.* vbi facit conclusionem, quod licet filius alere non teneatur Patrem hæreticum, hoc tamen fallit, quando Pater extreme indigeret, ex Surdo, quem allegat *in tract. de Alimentis tit.7. qu.14. nu.29. & seqq.*

14 Quamuis † contrarium suaderi videatur ex traditis per Ioan. de Anania *in cap. excommunicamus, il primo, §. credentes, num.11. vers. Ex quo infertur, & num.15. vers. Quid de fauente in factis,* vbi dixit ministrantem Eleemosynam hæreticis; vel procurantes ab alijs ministrari, reputari eorum fautores.

ARGVMENTVM.

De negligentibus in persecutione, correctione, seu punitione hæreticorum, & eorum pœnis.

SVMMARIA.

Domini temporales si ab Ecclesia moniti negligentes fuerint in extirpandis hæreticis priuantur eorum feudis & Ciuitatibus, saluo iure directi Dominij, nu.15.

Principes, & Domini temporales negligentes in extirpatione hæreticorum in eorum statu dicuntur fautores & defensores hæreticorum, & præsumuntur hæretici, & vt hæretici puniuntur, nu.16. licet alij contra, num.17.

Principes, & Domini temporales, qui requisiti recusant hæreticos persequi, sunt suspecti de hæresi, imo & hæretici præsumuntur, & vt hæretici puniuntur, num.18.

Gubernatores Prouinciarum, & Ciuitatum, Magistratus, aliïve officiales negligentes punire hæreticos puniuntur de iure ciuili ob eorum negligentiam, num.19.

Gubernatores Prouinciarum, & Ciuitatum, aliïve publici officiales, quid facere debeant, & quid procurare ad hoc, vt excusentur à negligentia in profligandis hæreticis, nu.20.

Gubernatores, & Rectores Prouinciarum & Ciuitatum, negligentes in punitione hæreticorum sunt suspecti de hæresi, præsumuntur hæretici, & vt hæretici puniuntur, nu.21.

Principes, Domini tẽporales, Gubernatores, & Rectores Ciuitatum, & Prouinciarum debent iurare, quod Ecclesiam contra hæreticos adiuuabunt, & si iurare recusauerint, omni officio & honore priuantur, inhabilesq; sunt ad alia obtinenda vltra pœnam excommunicationis, quam incurrunt, num.22. Vbi etiam an hodie hoc iuramentum de consuetudine seruetur, & an pœna priuationis incurratur ipso iure.

Ciuitates negligentes in extirpandis hæreticis priuantur Episcopali dignitate, nu.23.

Episcopi negligentes in puniendis hæreticis deponuntur, num.24. licet alij contra, nu.25.

Prælati non corrigentes, & non punientes hæreticos, non possunt dici eorum defensores, num.25.

Episcopi, & iudices in puniendis hæreticis negligentes, sunt suspecti de hæresi, nu.26. & etiam excommunicati.

Priuatæ personæ negligentes in fugandis, capiendis, & puniendis hæreticis, non dicuntur hæreticorum fautores, nu.27. Amplia etiam quod fuerint requisitæ, nu.28. contra, nu.29.

Prælati tenentur iudicialiter corrigere hæreticos, nu.30.

Hæreticos ab errore non reuocans, se ipsum errare demonstrat, num.31.

Fautor hæreticorum dicitur, qui hæreticos ab errore non reuocat, neque corrigit cum corrigere potest, nu.32.

Hæreticos corrigere, & ab errore reuocare, quis debet, non solum à delicto committendo, sed etiam à delicto commisso, nu.33. licet alij contra, num.34.

Hæreticos corrigere, & ab errore reuocare quis debet, quando potest, secus si non potest, nu.35.

Hæreticos corrigere, eosque ab errore reuocare quisque tenetur, si fuerit persona publica, secus si priuata. 15

QVÆST. CLXXXII. §. 2.

Regula sit, quod Domini temporales, si ab ecclesia moniti neglexerint hæreticos in eorum statu commorantes extirpare, Ciuitates, & loca, in quibus hæretici commorantur, Catholicis occupanda conceduntur post annum à die factæ monitionis, & saluo iure directi dominii, si fuerint feudatarii, text. est *in Authen. si vero, C. de hæreticis,* vbi sic ad literam dicitur: *Si vero Dominus temporalis, requisitus & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate, post annum à tempore monitionis elapsum, terram ipsius exponimus Catholicis occupandam, qui exterminatis hæreticis absque vlla contradictione possideant, & in fidei puritate cõseruent saluo iure Domini Principalis, dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat.* Et de iure Canonico est tex. *in c. excommunicamus, §. Moneantur, extra eodem,* vbi ad literam dicitur; *Si vero Dominus temporalis requisitus, & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica fœditate, excommunicationis vinculo innodetur, & si satisfacere contempserit, infra annum, hoc significetur summo Pontifici, vt ex tunc ipse vasallos ab eius fidelitate denunciet absolutos & terram exponat Catholicis occupandam,* & quæ sequuntur, & ibi hoc adnotarũt Innoc. *n.1. in fine, in verbo, Si vero,* Ioan. Andr. *num.8. & nu.10.* Marian. Socc. *nu.29. vers. Vndecimo nota,* Ioan. de Anania *in §. credentes, nu.14.* vbi dixit, quod Principes negligentes prosequi, & punire hæreticos, dicuntur eorum defensores. Hostiens. *in summa de hæreticis, §. Qualiter deuitetur, n.6. ad medium, vers. Sed si Dominus temporalis, & §. Qua pœna feriatur, nu.11.* Goffred. *in summa de hæreticis, nu.12.* Extat Constitutio Federici Imperatoris, *Incip. Catharos, in vers. Si vero Dominus temporalis* relata per Francisc. Pegn. inter literas Apostolicas, *fol. mihi 19.* Et extat etiam Constitutio Martini V. edita de anno 1418. *Incip. Inter cunctas, versic. Et nihilominus,* relata vbi supra per Francisc. Pegn. *fol.88.* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis rubr. de potestate, & officio cuiuslibet Rectoris, nu.7. & nu.19. vers. Supradicta autem, & in rubr. de hæreticis credentibus, &c. nu.18. ad mediam, vers. Cuius opinionis reus,* vbi inuehit contra Dominos temporales negligentes in persequutione hæreticorum, summa Rosella *in verbo, hæreticus, num.11.* Angelica *in summa, in verbo hæreticus, §.1. nu.11. vers. Imo sæculares Potestates, & §.2. nu.8. vers. Sextum*

omnes

omnes seculi Potestates; Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisit. in verbo, Domini temporales, num.1. & 2. & in verbo, Fautores, nu.1.* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Dominus Castri, versic. Primo, & sequentibus*, Simanch. *Catholic. Inst. tit. 23. rubr. de Dominis temporalibus, n.1. & pluribus sequentibus*, vbi etiam loquitur de Imperatore, Regibus, Ducibus, Comitibus, alijsque Principibus negligentibus in persequutione hæreticorum, ibique etiam refert duas apud eum statutas Constitutiones Regias: *& in Enchiridio, violat. Religion. tit. 21. rub. de Principibus, n.4. & 5.* Carer. *in tract. de hæreticis, nu.175. vers. Item punitur Dominus temporalis*, Petr. Gregor. *syntagma. iuris lib. 33. cap. 9. n.2.* Eymeric *in Direct. Inquisitor. par. 2. quæst. 53. nu.1.* & ibi Franc. Pegna *in addit. Comment. 78. litera A. vers. Primo, & seqq. fol. mihi 397. col. 2.* vbi bene explicat magnam curam, quam debent habere Principes in expellendis hæreticis, *& litera E. fol. 398. col. 1. vers. Prim. & seqq.* vbi ex Concilio Tholosano ponit pœnas, quas incurrunt Domini temporales, hæreticorum fautores, qui in suis terris illos morari passi fuisse conuincuntur, aut diffamati reperiuntur, *& fol. 399. col. 1. vers. Cuius criminis reus, & par. 3. quæst. 35.* vbi de materia inquisitoris procedentis contra Dominos temporales negantes ei debitum auxilium præstare, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 51. nu. 11.* Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi, libro secundo, cap. 10. nu. 10. vers. Nec solum*, vbi propterea, quod Princeps recipiens in suo Principatu, & statu hæreticos, incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini.

16 Amplia I. † Hanc regulam, vt Principes, & Domini temporales, sic vt supra negligentes in eorum statu commorantes hæreticos extirpare, dicantur hæreticorum fautores & defensores, communiter est de mente omnium præallegatorum Doctorum; Imo quod isti Domini temporales negligentes eorum statum ab hæresi purgare non solum dicantur fautores hæreticorum, sed etiam quod præsumantur hæretici, & quod plus puniri debeant, quam ipsi hæretici, suadetur ex textu *in cap. 2. extra de hæreticis*, & per notata ad illum textum per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisitorum par. 2. Comment. 2. vers. Si de Episcopis, & seqq. fol. mihi 91. & seq.* Iacob. de Graffijs *lib. 4. suarum Decisio. cap. 18. nu. 20. vers. Qui habent iurisdictionem.*

17 Quamuis † contrarium, quod Principes non corrigentes, & non punientes hæreticos, non dicantur eorum defensores, voluerint *in cap. Quicumque, de hæreticis in 6.* Archidiac. *nu. 4. in fine, & nu. 5.* Ioan. Andr. *etiam n. 4. in fine, & num. 5.* & Gemin. *nu. 9. vers. Dicit etiam.*

18 Amplia II. † Et hæc ampliatio videtur eadem cum præcedenti, quod si Domini temporales requisiti recusant hæreticos apprehendere sunt suspecti de hæresi, vt per Menoch. *de præsumptionibus lib. 5. præsumpt. 6. nu. 31.* post Carer. *in loco per eum relato*; imo quod isti Domini temporales sic negligentes purgare ciuitates ab hæreticis, non solum sint suspecti, sed etiam quod præsumantur hæretici, suadetur ex textu in *cap. 2. extra de hæreticis*, & per notata ad illum textum per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum par. 2. Comment. 2. vers. Si de Episcopis, & seqq. fol. mihi 91. & seq. & dixi sup. nu. 16.*

19 Amplia III. † Vt & Rectores, & Moderatores Prouinciarum, & Ciuitatum, de iure Ciuili negligentes in imponendo pœnas statutas hæreticis, denarũ librarum auri pœna mulctentur, & insuper etiam existimationis suæ periculum substinebunt. Text. expressus *in l. Quicumque, in fine, versic. Scientibus, Cod. de hæreticis* & ibi Azzo. *nu. 17. in verbo, Aut neglexerint.* De iure autem Canonico, quæ sit eorum pœna, vide Ioan. de Anan. *in cap. Excommunicamus il primo, §. credentes, & num. 15. extra eod.* vbi dixit, quod publici officiales, & Potestates Terrarum non fugando, & non capiendo hæreticos dicuntur eorum defensores. Ioann. Andr. *in cap. Quicumque num. 5. in verbo, Fautores*, & ibi etiam Geminian. *num. 10. de hæreticis in 6.* vbi dixerunt, quod Officiales, & aliæ publicæ personæ, non persequendo hæreticos, dicuntur eorum defensores. Summa Angelica *in verbo, hæreticus num. 24.* Syluestrina *in summa, in verbo hæresis. §. 1. num. 10. vers. Fautores vero*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Fautores, nu. 1. & in verbo, Magistratus*, Repert. Inquisitorum *in verbo, Iuramentum, vers. Item omnes Rectores.* Simanch. *Catholicar. Institution. tit. 15. rubric. de credentib. num. 13.* vbi generaliter dixit, Magistratus ex sola omissione, & negligentia non comprehendendi hæreticos censeri eorum fautores. Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis num. 16.* Eymeric. *in Directorio inquisitorum par. 2. qu. 53. num. 1.* & ibi Franciscus Pegna *in additionibus Commentar. 78. litera E. versic. Quæ vero pœna, & seq. fol. mihi 398. colum. 1.* vbi ponit pœnam contra Magistratus negligentes procedere contra hæreticos, ex Concilio Tholosano, quod scilicet priuentur Magistratu, fiant in posterum inhabiles ad obtinendos Magistratus, & eius bona confiscentur; ac deinde explicat, quidnam obseruandum sit ab Inquisitoribus in puniendis Magistratibus negligentibus capere hæreticos; Vide omnino ad hanc materiam eundem Eymericum *in Directorio Inquisitorum par. 3. n. 7. & 8.* vbi ponit formam literarum vocandi officiales temporales ad comparendum coram Inquisitore, & ipsis comparentibus, quid Inquisitor iniungere debeat, Decian *in tract. crim. lib. 5. cap. 51. num. 33.* vbi quod Magistratus non infestantes, & non persequentes hæreticos, puniuntur, vt fautores: Thom. Sanchez *in præceptis decalogi lib. 2. cap. 10. nu. 12. & seqq.* vbi de Inquisitoribus, & alijs Ministris Sancti Officij, necnon etiam Terrarum Gubernatoribus negligentibus capere hæreticos, & eos respectiue punire, an, & quando sint excommunicati.

20 Quæ † autem obseruare, & facere debeant Rectores, & officiales publici, ad hoc, vt non reputentur negligentes in persequutione hæreticorum, vide Constitutionem Innocentij IV. editam de anno 1252 *incip. Ad extirpanda*, registratam per Pegnam inter literas apostolicas *fol. mihi 7.* & Alexandri IV. editam de anno 1259. *etiam incip. Ad extirpanda*, registratum vt supra, *fol. 38.* & Clementis IV. editam de anno 1265. *pariter incip. Ad extirpanda*, registratam vt supra *fol. 60. & seq.* late per Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis rubr. De officio, & potestate cuiuslibet Rectoris, per totum, & in rub. de his quæ pertinent ad executionem officij nu. 4. vers. Secundo occasione Rectorum, & n. 5.* Franc. Pegn. *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisit. par. 2. q. 63. comment. 78. litera D. fol. mihi 397. col. 2. in fine.* Toledo *de instructione sacerdotum lib. 4. cap. 5. num. 3.*

21 Amplia † Rursus præcedentem tertiam ampliationem, quia officiales, & Magistratus negligentes in puniendis, extirpandis, & fugandis hæreticis, dicuntur eorum fautores, & etiam de hæresi suspecti, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 6. n. 31.* post Carer. *in loco per eum relato*, imo quod isti Rectores, & magistratus sic negligentes purgare ciuitates quas gubernant ab hæreticis, non solum sint suspecti, sed etiam, quod præsumantur hæretici, & quod plus puniri debeant, quam ipsi hæretici, suadetur ex tex. in *cap. 2. extra de hæreticis, &* per notata ad illum textum per Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymericum in Director. Inquisitor. par. 2. Commentar. 2. versic. Si de Episcopis, & sequentibus fol. mihi 91. & sequenti.*

22 Amplia IV. † Vt tam Domini temporales, quam etiam Rectores, & consules ciuitatum, debeãt iurare, quod Ecclesiam contra hæreticos adiuuabunt, quod si recusauerint, omni officio, & honore priuantur, inhabilesque sunt ad alia obtinenda, vltra excommunicationis pœnam quam incurrunt, tex. est *in cap. ad Abolen-*

lendam §. *statuimus, extra de hæreticis*, vbi ad literam dicitur, *Statuimus insuper, vt Comites, Barones, Rectores, & Consules Ciuitatum, & aliorum locorũ iuxta commonitionem Episcoporum præstito corporaliter iuramento promittant, quod fideliter, & efficaciter cum ab eis fuerint requisiti, Ecclesiam contra hæreticos, & eorum complices adiuuabunt bona fide iuxta officium, & posse suum; si vero id obseruare noluerint, honore, quem obtinet spolientur, & ad alios nullatenus assumantur, eis nihilominus excommunicatione ligandis, & Terris ipsorum interdicto Ecclesiæ supponendis*, Et ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, vers. Quarto statuit, & in verbo, Iuramento, & in verbo Honore*, Abb. antiq *num*. 4. Hostiens. *nu*. 11. *in verbo, Iuramento. & in verbo, si vero, & in verbo, Honore*, Ioan. And. *in summario*, Ancharan. *etiam in summario*, Ant. de Butrio *num*. 1. *vers. Seculares Principes, & nu*. 10. *vers. Nota quod principes*, Abb. *n*. 1. *in principio, & in figuratione casus, vers. Quarto statuit*, Marian. Soc. *in summario*; Felyn. *ante num*. 1. *vers. Excommunicamus Principes*, Card. Zabar. *in* §. *statuimus*, & Ioan. de Anania *in* 1. & 2. *summario*, Est etiam ad hoc textus *in cap. Excommunicamus il primo* §. *moneantur, extra de hæreticis*, vbi ad literam dicitur, *Potestates quibuscunque fungantur officijs, præstent publice iuramentum, quod de Terris suæ iurisdictioni subiectis vniuersos hæreticos pro viribus exterminare studebunt, ita quodammodo quis fuerit in potestatem siue perpetuam siue temporalem assumptus hoc teneatur capitulum iuramento firmare*, & ibi hoc adnotarunt Glossa *in verbo, Iuramento* Hostiens. *num*. 10. *in verbo, Sacramentum*, vbi dixit, hodie de consuetudine hoc iuramentum non præstari, vel negligentia Episcoporum, vel, & verius, quod hoc iuramentum non sit præstandum, nisi in Terris, siue Prouinciis, in quibus fama est hæreticos habitare, non autem in alijs, & Hostiensem sic dicentem, & declarantem ibidem sequuti sunt Ioan. Andr. *num*. 7. Ancharan. *ante num*. 1. Anton. de Butrio *etiam ante num*. 1. *in figuratione casus, vers. Secundo principaliter mandat*, Abb. *in summario, vers. Potestates seculares*, Marian. Socc. *ante n*. 1. *vers. Quarto ibi moneantur*, & Cardin. Zabarell. *in dicto* §. *moneantur ante nu*. 1. vbi tenet contra præallegatos Doctores, hoc iuramentum esse præstandum in quibuscunque Terris, etiam non suspectis de hæresi, cum textus generaliter loquatur & *in* §. *si vero, in princip. & num*. 1. & *sequentibus*, vbi late de materia. Ad idem est tex. *in cap. officium* §. *statuimus, eodem tit. de hæreticis in* 6. cuius verba sunt hæc in substantia, *Statuimus, vt Potestas, Capitaneus, seu Rector, vel Consules, seu quiuis alij qui Ciuitati præsunt, iurent præcise attendere inuiolabiliter, & obseruare, ac facere à suis subditis obseruari constitutiones contra hæreticos &c. à sede Apostolica promulgatas, quas qui iurare noluerit & seruare, vt infamis, & tanquam hæreticorum fautor, ac de fide suspectus, officio & honore sui regiminis spolietur, nec vlterius in aliquam dignitatem, vel officium publicum assumatur*. Et ibi hoc adnotarunt Glossa *in verbo, Compescendi, versic. Dicens vlterius & versic. sed qui si ipsi potestates & versic. Nota quod si iudices seculares*, Ioan. Monach. *num*. 3. *in verbo, Suspectus, & num*. 5. *in verbo, Spoliari*, Prob. *num*. 7. & 8. Archidiacon. *num*. 9. *in fine, & in verbo, Spolietur*, Ioan. Andr. *in principio, & ante nu*. 1. & *post num*. 4. *in verbo, Spolietur*, Geminian *in principio n*. 2. & *in* §. *statuimus, vers. Quaro an isti debeant spoliari*, & Franch. *in* §. *denique nu*. 3. Apud quos reperies etiam, quod contra istos sic iurare recusantes, & de hæresi suspectos poterit inquiri, & procedi de hæresi, & quod talis pœna infamiæ, & priuationis, non imponitur ipso iure, sed per sententiam, imo istos sic recusantes iurare posse dici hæreticos manifestos videntur admittere Canonistæ *in cap. super quibusdam de verbor. significat*. vt videre est *ibidem* apud Hostiens. *ante numer*. 1. *in verbo, Profitentur*, Ioan. Andr. *numer*. 3. *in eodem verbo, Profitetur*, & Cardin. Zabarell. *nu*. 1. *in fine, vers. Nota quod paria sunt*, ad quæ vide constitutionem Innocentij IV. editam de anno 1253. *Incip. Ad aures nostras*, relatam per Pegn. inter literas Apostolicas *fol*. 14. vbi quod magistratus cogi possunt per censuras Ecclesiasticas iurare de seruando constitutiones contra hæreticos editas, item vide constitutionem Frederici Imperatoris *incip. Catharos versic. statuimus &c*. relatam per Francisc. Pegnam inter literas Apostolicas *fol. mihi* 19. vbi statuitur, quod Rectores Ciuitatum, & Magistratus debent iurare de persequendis & exterminandis hæreticis, & aliam constitutionem eiusdem Innocentij IV. de anno 1252. *incipien. ad extirpanda*, relatam per Pegnam *vbi supra num*. 7. vbi pariter ponitur forma iuramenti præstandi per Rectores ciuitatum de seruando inuiolabiliter, & seruari faciendo, constitutiones contra hæreticos latas, Hostiens. *in summa rubric. de hæreticis* §. *qualiter deuitetur n*. 6. *vers. Et ideo seculares tanquam inferiores & vers. Debent etiam iurare* Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de potestate, & officio cuiuslibet Rectoris nu*. 2. & *n*. 22. Summa Rosella *in verbo, hæreticus, nu*. 11. & *nu*. 43. Syluestr. *in summa, in verbo hæreticus*, §. 1. *nu*. 11. *vers. Imo seculares potestates*, & §. 2. *num*. 8. *vers. Quintum omnes etiam locorum Rectores*. Vmbert. Locat *in iudicial. Inquis. in verbo, Magistratus*, Repert. Inquisit. *in verbo, Dominus Castri, versic. Item Domini temporales, & in verbo Iuramentum, vers. omnes potestates, & in versic. Viso de aliquibus*, vbi ponit formam huius iuramenti, Simanch. *in Enchiridion Violat. Religion. tit*. 21. *rubr. de Principibus nu*. 7. & 8. Campeg. *in additionibus ad Zanch. in tract. de hæreticis cap*. 31. *in vers. Cessat præterea tertium fundamentum*, idem Zanchin. *vbi supra cap*. 37. & *ibi pariter* Campeg. *in additionibus litera A. in verbo, extire Fundamentum*, Eymeric. *in Director. Inquisit. par*. 3. *nu*. 7. & *sequentibus pluribus vsq. ad n*. 37. vbi de forma procedendi contra officiales temporales, & Magistratus, eosque compellendi ad præstandum iuramentum, ac etiam de modo illos puniendi, in casu quod recusent iuramentum præstare, & *eadem par*. 3. *qu*. 32. vbi an Inquisitor possit cogere ciuitatum Rectores ad iurandum de defendenda Ecclesia contra hæreticos, & *q*. 13. vbi de iuramento à Dominis Temporalibus præstando in initio officij de extirpandis hæreticis. Decian. *in tract. crim. lib*. 5. *cap*. 51. *n*. 11. vbi quod dicuntur defensores hæreticorum Magistratus, qui recusant iurare, *vt supra*.

AMPLIA V. † Vt & Ciuitates negligentes in puniendo hæreticos priuentur Episcopali dignitate, Text. 23
est *in c. ad abolendam*, §. *Ciuitas, extra de hæreticis*, vbi ad literam dicitur: *Ciuitas autem, quæ his institutis duxerit resistendum, vel contra commonitionem Episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum careat commercio ciuitatum, & Episcopali se nouerit dignitate priuandam*; Et ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, vers. Et ciuitas*. Hostiens. *num*. 11. *in verbo, Ciuitas*, Ioan. Andr. *in summario*, Anchar. *etiam in summario, & num*. 8. Anton. de Butrio *nu*. 1. *vers. Ciuitates vero, & nu*. 12. *vers. Nota primo, pœnam ciuitatis*, Abb. *post nu*. 1. & *in figuratione casus, vers. Et ciuitates*. Marian. *in Summario, & nu*. 13. *in* 12. *Notab*. Cardin. Zabarell. *in* §. *Ciuitas, nu*. 1. *vers. Nota casum*, & Anan. *in* 1. & 2. *Summario, & nu*. 9. *vers. Nota quod delictum negligentiæ*. Hostiens. *in summa*, §. *Qualiter deuitetur, nu*. 6. *vers. Ciuitas autem*.

AMPLIA VI. † Vt Episcopus negligens in puniendo hæreticos deponatur, ex allegatis per Ioan. And. *in c. ad abolendam num*. 3. *extra de hæreticis, & ibi etiam* Anchar. 24
nu. 2. Anton. de Butrio *num*. 13. *versic. Imo essent negligentes*. Card. Zabar. *nu*. 2. & Ioan. de Anania *nu*. 5. *versic. Et si super hoc fuerint negligentes*, & est Tex. *in cap. Excommunicamus il primo*, §. *volumus, extra eodem*, vbi ad literam dicitur: *Si quis enim Episcopus super expurgando de sua Diœcesi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit, vel remissus, cum id certis iudicijs apparuerit, ab Episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alter substituatur idoneus, qui velit, & possit hæreticam confundere prauitatem*. & ibi hoc adnotarunt Glossa *in verbo, Indicijs*, Abb. antiq. *nu*. 3. *in fine, vers. Volumus*. Hostiens.

nu. 28

nu.28.in fine,& nu.29. Ioan. Andr. *nu.24.* Ant. de Butrio, *num.44.* Panorm. *in Summario, vers. Episcopus negligens,& n.13.* Marian. Soc. *ante nu.1.vers. Nono, & vltimo, & nu.67.* Ioan. de Anania *in Summario,& n.5.* Felin. *etiam in Summario*, & Cardin. Zabar. *in dicto §. vltimus, nu.1.& 2.* quorum plerique etiam aduerterunt, Episcopos non posse deponi, nisi à Pontifice, & debere esse diligentes in expurgando hæreticos in sua Diœcesi, etiam quod in ea reperiantur Inquisitores, Hostiens. *in summa, de hæreticis, §. Qualiter deuitetur, nu.7.vers. Si quis etiam Episcopus*, Summa Rosella *in verbo, hæreticus, nu.12.* Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de his quæ pertinent ad exequutionem officij, nu.6.* Addentes ad Angelic. in Summa *in verbo, hæreticus, nu.25. litera C. in verbo, hæresiarchæ, in fine*, vbi dixit, Prælatos negligentes punire hæreticos dici posse eorum defensores, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisit. in verbo, Episcopus, nu.4. vers. Episcopus negligens.* Repert. Inquisit. *in verbo, Degradatio, in fine, vers. Item nota quod Episcopus negligens, & in verbo Episcopus, vers. Episcopus negligens*, Simanch. *in Enchiridio violat. Religion. tit. 6. rubr. de Episcopis nu.3.* Gundis. *in tract. de hæreticis quæst.7. nu.19.* Decian. *in tractat. crimin. lib.5. cap.21. nu.8.& cap.24. num.11.* Francisc. Pegn. *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisit. par.2. Commentar.2. ad cap. Qui alios, extra de hæreticis, vers. Episcopi ergo fol. mihi 92 colum.1.* vbi dixit, Episcopos negligentes Diœcesim suam ab hæresibus expurgare, non solum seuere puniendos, sed etiam ab Episcopali dignitate remouendos, per Tex. *in dicto cap. excommunicamus*, Iacob. de Graffijs *lib.4. suarum decisionum cap.18. nu.21.*

25 Quamuis, † quod Prælati non corrigentes nec punientes hæreticos non possint dici eorum defensores, voluerit Archid. in cap. *Quicumque n.4. in fine, vers. Et scias, & nu.5. de hæreticis in 6.* & ibi etiam Ioan. Andr. *n.4. etiam in fine, & num.5.* & Gemin. *num.9. vers. Dicit etiam.*

26 Amplia † rursus præcedentem VI. Ampliationem, vt Iudices negligentes in puniendis hæreticis sint etiam suspecti de hæresi, ex allegatis in Repert. Inquisitor *in verbo, Fautores, vers. & sic concluditur*, Zanch. *in tract. de hæreticis cap.11. num.3. in fine*, imo, quod Episcopi & Ecclesiarum Prælati negligentes in purganda Diœcesi ab hæresibus, non solum sint suspecti de hæresi, sed etiam præsumantur hæretici, & quod plus puniri debeant, quam ipsi hæretici, pluribus comprobat, respondet contrarijs, & testatur de communi Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. 2. Commentar.2. ad cap. Qui alios extra de hæreticis, vers. Si de Episcopis fol. mihi 91. col.2. in fine, & seq.* Læl. Zech. *in summa par.1. tit. de fide cap.11. rubr. de hæresi nu.13. vers. Sexta conclusio*, vbi amplius, quod vt fautores hæreticorum incurrunt excommunicationem.

Reliqua ad materiam Episcopi negligentis in procedendo contra hæreticos, & illos puniendo, vide infra, *quæstione 186. nu.145. & seqq.*

27 Limita † Propositam regulam procedere, prout loquitur in publicis personis, vt puta Dominis temporalibus, & Rectoribus ciuitatum, alijsq; officialibus negligentibus persequi & punire hæreticos, secus in priuatis personis, quæ negligentes in fugando, capiendo, & puniendo hæreticos, non dicuntur eorum fautores; quia hoc facere spectat ad iudices & officiales publicos, non autem ad ipsos; Ioan. de Anania *in c. Excommunicamus il primo, §. credentes, num.15. vers. Sed priuatæ personæ extra de hæreticis*, Archidiacon. *in cap. Quicumque num.6. vers. Priuatæ vero personæ, & ibi etiam* Ioan. Andr. *num.5. eodem versic.* & Geminian. *num.10. vers. Sed priuatæ personæ de hæreticis in 6.* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis; rubr. De hæreticis, credentibus &c. num.16.* summa Angelica *in verbo, hæreticus, num.24. versic. si sunt priuatæ personæ*, vbi declarat, nisi dolose essent negligentes, Syluestrina *in summa, in verbo hæresis, §.1. nu.10. vers. Persona vero priuata*, Vmbert. Locat *in Iudicial. Inquisitor. in verbo, Fautores, vers. Primo*, Simanch. *Cathol. Inst. tit.15. rubr. de credentibus &c. nu.13. vers. Priuati vero, Et in Enchiridio tit.15. rubric. de fautoribus num.3.* Eymeric. *in Director. Inquisit. par.2. qu.53. nu.3.* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Commentar.78. litera F. fol. mihi 398. col.2. vers. Primo, & sequentibus*: vbi bene comprobat hanc conclusionem Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib.2. cap.10. n.15.* vbi facta conclusione, quod priuatæ personæ non dicuntur fautores hæreticorum ex sola omissione capiendi hæreticos, declarat eandem conclusionem non procedere in quinque casibus, quos ibi per eum bene declarantem videas.

Amplia † præcedentem limitationem, vt priuatæ personæ non teneantur ex negligentia in capiendo hæreticos, etiam quod ad id fuerint requisiti, & non faciant, sic enim expresse dixit Eymeric. *in Director. Inquisitor. par.2. quæst.53. nu.3. & ibi* Francisc. Pegna *in additionibus Commentar.78. litera, E. vers. Priuati autem Homine: fol. mihi 398. col.2.* 28

Contrarium, † quod, si priuatæ personæ fuerint requisitæ, teneantur hæreticos capere, statutum videtur in Concilio Narbonensi relato per Francisc. Pegnam *in additionibus ad eundem Eymeric. vbi supra qu.53. Comment. 78. versic. Sed nec ille fol. mihi 399. col.1. ad finem*, cuius quidem Concilij verba sunt hæc: *Sed nec illi sunt immunes à crimine, qui cum se illis offert opportunitas loci, & temporis, ac facultas hæreticos, seu prænominatos rebelles capere, capientesq; iuuare nequiter prætermittunt, maxime si de hoc fuerint à capientibus, seu capere volentibus requisiti*, & faciunt quæ dixit Angelica *vbi supra* allegata in Summa *in verbo, hæresis, nu.24. vers. Si sunt priuatæ personæ*, vbi dixit, quod priuatæ personæ non excusantur ex dolosa negligentia. 29

Sublimita † propositam limitationem, vt procedat prout loquitur in correctione iudiciaria, quæ ad solum prælatum pertinet, & non ad priuatam personam, vt per Hostiens. *in cap.2. num.2. extra de hæreticis*; & ibid. Ioan. Andr. *num.2. in fine, versic. Hostiens.* & dicit Henric. Boich. *nu.1.* Ancharan. *nu.3.* Anton. de Butrio *nu.4. in fine*, Panormitan. *n.1. col.2. vers. Vnde dicebat Hostiensis*, Cardin. Zabarell. *colum.2. in fine, vers. vel secundum Hostiensem*, Marian. Soccin. *num.5.* Ioan. de Anania *num.6.* 30

Secus † in correctione extraiudiciaria, quisque enim extraiudicialiter hæreticos à suo errore corrigere tenetur; *Qui enim alios cum potest ab errore non reuocat, se ipsum errare demonstrat*, verba sunt præcisa Textus *in cap.2. extra de hæreticis*, ex quo textu Communiter notatur, hæreticum reputari eum, qui negligens est in reuocando hæreticum à sua falsa opinione, vt ibidem videre est in Glossa *in figuratione casus, & in verbo, Non reuocat*, Abb. antiq. *in princip.* vbi dixit, hoc esse speciale in hæresi, vt ab ea quilibet teneatur proximum reuocare. Hostiens. *in principio in verbo, Non reuocat*, Ancharan. *n.1. ad medium, & n.2.* Anton. de Butrio, *n.1.2. & 3.* Panormitan. *in princ. & num.1.* Felin. *in princip. versic. Nota casum, & iterum infra versic. Item fallit.* Cardinal. Zabarell. *num.1. in Summario.* Marian. Socin. *nu.1. & 2.* & Ioan. de Anan *nu.1. & nu.4.* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Consentiens, vers. primo*, vbi quod non corrigens hæreticum cum corrigere potest, videtur tacite illius errorem probare; *& in verbo, Error, versic. Qui errantem non corripit, & duobus sequentibus.* Ioan. à Rojas *singulat. 52.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Director. Inquisitorum par.2. Comment.2. vers. Primo, & seqq. fol. mihi 91. colum.1. & 2.* vbi pluribus hanc Conclusionem exornat, & comprobat, proponit contraria, & illis respondet, facitque generalem conclusionem, quod habens potestatem corrigendi hæreticos, & non corrigens, præsumitur hæreticus, & quod propterea magis puniri debet, quam hæreticus, testatur de Communi, & alios refert concordantes. 31

Et † quod is, qui hæreticum ab hæresi auocare potest, 32

test, & non auocat, quod dicatur hæretici fautor, probat text. *in cap. Qui potest obuiare, 23. quæst. 3.* vbi probatur, quod qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit, aliud non est, quam eorum impietati fauere.

33 AMPLIA † hanc sublimitationem, vt in hoc crimine speciale sit, vt quis teneatur corrigere hæreticum, non solum à delicto committendo, sed etiam à iam commisso; Qui enim in hæresim lapsus est, nisi resipiscat, continuo hæreticus est, & sic agitur de delicto non momentaneo, sed successiuo; Ita quod semper dici potest hæreticum corrigi à delicto committendo. Ioan. Andr. *in cap. 2. nu. 2. extra de hæreticis*, & *ibi* etiam Anchar. *num. 2.* Anton. de Butrio *num. 4.* Panormitan. *nu. 1. vers. In Glossa, ibi, à peccato*, Felin. *colu. 1. in fine, vers. in Glossa prima.* Cardin. Zabarell. *in secunda oppositione*, Marian. Socin. *num. 4.* & Ioan. de Anania *nu. 5. ad finem, vers. Vel dic*, Ioan. à Rojas *singular. 52. num. 3.*

34 Quamuis † non à crimine iam commisso, quod soli Prælati corripere teneantur, sed solum à iam committendo, quem occulte corripere teneri, voluisse videatur Glossa *in dicto cap. 2. in verbo, Non reuocat*, ad id plura adducens iura, & ab ista Glossa in correctione extraiudiciaria dissentire non videtur Hostien. *ibid. num. 2.* & Henrich. Boich. *nu. 1. & 2.*

35 LIMITA † eandem sublimitationem, vt hæreticum ab errore reuocare & corrigere quis teneatur, quando sic reuocare, & corrigere potest, aliter secus, ponderando verbum *Potest*, positum *in cap. 2. extra de hæreticis*, vbi præsertim Felin. *col. 1. ante finem, vers. Quod intellige*; sic declarat posse tunc quem dici, quando potest sine peccato, vel sine rubore, & commode reuocare, & corrigere, & nisi reuocatio & correctio repugnaret bonis moribus, vt in exemplo ibi per eum posito, aliter secus. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisit. pa. 2. Commentar. 2. vers. Atque hæc dicta esse volumus fol. mihi 92. col. 1. in fin.* vbi ponit causas, & casus, in quibus quis non potest prohibere errores hæreticorum, & in quibus non propterea præsumitur hæreticus.

36 LIMITA † rursus eandem sublimitationem (& hæc limitatio dictam sublimitationem, quatenus eam intelligere velimus de priuata persona, in totum destruit) vt procedat in personis publicis, vt puta Magistratibus, Prælatis, & Episcopis, secus in priuatis personis, prout de correctione iudiciari dixi *supra nu. 27. hac eadem quæstione*. Quæ quidem priuatæ personæ, non tenentur hæreticorum delictis obuiare, sed tãtum, vt suo loco dixi, sub pœna excommunicationis hæreticos reuelare; & in his terminis sic expresse declarat Pegna *in addit. ad Eymer. in Director. Inquis. par. 2. Commentar. 2. vers. Si de Episcopis, fol. mihi 91. colu. 2. in fine, & fol. 92. col. 2. vers. Diximus breuiter.*

ARGVMENTVM.

De pœnis fautorum hæreticorum, eorumq; Defensorum, credentium, & receptatorum.

SVMMARIA.

Pœnæ plures fautorum hæreticorum, defensorum, credentium, & receptantium eorundem, nu. 37.
Fautores hæreticorum sunt excommunicati, nu. 38.
Fautores hæreticorum, si in excommunicatione per annum insorduerint, ipso iure sunt infames, nec ad publica officia admittuntur, num. 39. Quamuis quod possint sic insordescentes vt hæretici condemnari voluerint relati nu. 40.
Clerici fautores hæreticorum in excommunicatione insordescentes per annum, quomodo puniantur, nu. 41.
Apostatarum fautores sunt excommunicati num. 42.
Fautores hæreticorum, eorumque defensores, credentes, & receptatores sunt infames, nu. 43.
Fautores, defensores, credentes, & receptatores hæreticorum priuantur publicis officijs, nu. 44.
Fautores, defensores, credentes, & receptatores hæreticorum testari non possunt, num. 45.
Fautores, defensores, credentes, & receptatores hæreticorum sunt incapaces successionis, tam ex testamento, quam ab intestato, num. 46.
Fautores, defensores, credentes, & receptatores hæreticorum, Testes esse nõ possunt, & ad Testimoniũ non admittuntur, n. 47.
Fautores, defensores, & receptatores hæreticorum sunt priuati ab omni actu legitimo, nu. 48.
Fautores, defensores, & receptatores hæreticorum sepultura carere debent, nu. 49. & 50. Vbi etiam, quod sic puniuntur sepelientes huiusmodi hæreticorum fautores, defensores, & receptatores, ac si sepelirent hæreticum.
Pœna confiscationis bonorum habet etiam locum contra credentes, fautores, & defensores hæreticorum, nu. 51. Contra nu. 52.
Fautores, defensores, & receptatores hæreticorum de iure ciuili perpetuo banniendi, & relegandi sunt cum publicatione bonorum, num. 53.
Fautores, & defensores hæreticorum, puniuntur etiam pœna arbitraria, nu. 54.
Fautores & credentes, & defensores hæreticorum sunt suspecti de hæresi, nu. 55.

QVÆST. CLXXXII. §. 3.

FAutorũ hæreticorum pœnæ plures sunt, sicut & defensorum, credentium, & receptantium, quæ singulariter enumerantur à Canonistis *in cap. Excommunicamus il primo, §. credentes*, per illum text. *extra de hæreticis*, vt videre est apud Hostiensem *nu. 19.* Ioan. Andr. *nu. 14. ad finem, & num. 15.* Anton. de Butrio *ante num. 1. in figuratione casus vers. Quarto duodecim pœnas, & num. 27.* Marian. Socin. *numer. 33. & seqq.* & Ioan. de Anan. *num. 3. & seqq.* Carer. *in tract. de hæreticis num. 175.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 51. nu. 79.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Directorio Inquisitor. par. 2. quæst. 51. Comment. 76. litera C. vers. Receptatores vero hæreticorum fol. mihi 394. colum. 2.* Idem Eymeric. *dicta par. 2. qu. 53 num. 5.* vbi & ipse remissiue ponit duodecim pœnas fautorum hæreticorum, & ibi etiam Pegna *in additionibus litera G. fol. mihi 399. col. 1. in fine, Commentar. 78.* 37

Regula † sit, quod præcipua pœna fautorum hæreticorum est excommunicatio, ex allegatis per Eymeric. *in Director. Inquisitorum par. 3. quæst. 122.* ibi Franciscus Pegna *in additionibus Comment. 171.* qui in specie & simpliciter hanc firmat conclusionem, & vigore Bullæ Cœnæ Domini, Fautores Hæreticorum sunt ipso iure excommunicati, sicut nouissime post alios tradit Bartholom. Vgol. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis par. 2. in Glossa Fautores, §. 1. per totum*, vbi ponit ampliationes, & limitationes. Et sic statuerunt plures Apostolicæ Constitutiones quas infra retuli *num. seq.* Quibus addo etiam Constitutionem Martini V. etiam de anno 1418. *Incip. Inter cunctas vers. Nec non præsentes*, relatam per Francisc. Pegnam post Director. Inquisit. inter literas Apostolicas *fol. mihi 97.* & aliam Pauli IV. editam de anno 1558. *incip. Cum ex Apostolatus officio*, relatam per Pegnam *vbi supra fol. 157. & seqq. vers. & insuper.* 38

Et † si sic excommunicati in excommunicatione per annum insorduerint, ipso iure sunt facti infames, nec ad publica officia admittuntur, Text. expressus in authen. *Credentes C. de hæreticis*; facit tex. *in cap. sicut, in verbo, vel fauore, ibi, hæreticorum fautores excommunicantur, extra de hæreticis*, & *ibi* Anton. de Butrio *numero 1.* Abb. *in summario*, Cardin. Zabarell. *in principio* Marian. Socin. *ante numer. 1.* & Ioann. de Anania *colum. 1. in principio versic. Hæretici, receptatores, & fautores.* item est alius tex. expressus *in cap. excommunicamus il primo §. credentes extra de hæreticis*, vbi sic adnotarunt Innocent. *num. 1. in fine in* 39

verbo, Credentes, Hostiens. n. 19. in principio, vers. Pœnæ enim, Ancharan. num. 1. & num. 3. Henric. Boich. ante num. 11. vide Constitutionem Frederici Imperatoris incip. Catharos, in vers. Statuentes, relatam per Franc. Pegnam inter literas Apostolicas fol. mihi 19. vbi quod fautores hæreticorum, si in excommunicatione per annum perstiterint, efficiantur infames, & ad publica officia, ac ad testimonium non admittantur. Quod & idem statuit Innoc. IV. in Constitutione edita de anno 1254. incip. Nouerit vniuersitas, vers. item receptatores, relata per Pegn. vbi sup. fol. 21. & Nicolaus III. in alia Constitutione edita de anno 1581. etiam incip. Nouerit vniuersitas, vers. item receptatores, & vers. similiter statuentes, relata vbi supra fol. 67. Host. in summa, de hæreticis, §. quæ pœna imponatur, n. 13. vers. sin autem receptator, vbi quod fautor lapso anno, non tanquam hæreticus, sed tanquam rebellis, & inobediens pœnis prædictis puniatur, Ioan. Calder. in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum, & similium nu. 1. in fine; Paul. Ghirl. in tract. de hæreticis quæst. 9. nu. 1. Gundisalu. in tract. de hæreticis qu. 16. nu. 1. in principio, Bonifac. de Vitall. in rub. de crimine hæresis nu. 9. Carer. in tract. de hæreticis sub nu. 163. vers. Federicus vero primus, & vers. Iure autem canonum, Zanchin. in tract. de hæreticis c. 17. nu. 2. Summa Rosella in verbo, hæreticus, n. 16. Angelica in summa, in verbo hæreticus, n. 4. & nu. 21. Syluestrina in verbo, hæreticus, §. 1. nu. 16. Tabien. in verbo, hæreticus, n. 21. Vmbert. Locat. in Iudicial. Inquisit. in verbo, Excommunicati, num. 3. & in verbo, Pœna, num. 11. & in verbo, Suspicio, num. 14. Repertor. Inquisitor. in verbo, Credentes, versic. Quæ pœna, Hyppol. Riminald. cons. 414. n. 29. lib. 4. Eymeric. in Direct. inquisit. par. 3. quæst. 123. nu. 2. & ibi Francisc. Pegna in additionibus Commentar. 172. qui loquuntur, quando ex fautoria sanctum inquisitionis officium non fuit impeditum, testaturque idem Pegna de benigniori sententia, quicquid secus idem Eymeric. sibi contrarius dixerit, par. 2. quæst. 47. nu. 3. (prout mox illum allegabo) & idem affirmauit idem Eymeric. dicta par. 3. qu. 124. num. 4. Decian. in tract. crim. libro 5. cap. 51. nu. 45. vers. Item efficiuntur infames.

40 Quod † si fautores hæreticorum fuerint Clerici, & per annum in excommunicatione perstiterint, tunc post annum omni officio & beneficio Ecclesiastico priuandi sunt, vt per Paul. Ghirland. in tract. de hæreticis q. 9. num. 1. & dixi iterum infra quæstione 189. num. 73.

41 Et † si fautores hæreticorum pro fautoria fuerint ab inquisitore vel Episcopo excommunicati, & per annum in excommunicatione perstiterint, hæretici reputantur, & tanquam hæretici condemnantur, per text. in d. cap. excommunicamus il primo §. credentes, extra de hæreticis, & per tex. in cap. Vt inquisitionis §. Prohibemus de hæreticis in 6. dixit idem Hostiens. in summa de hæreticis §. Qualiter deprehendatur, numero primo, versic. idem de fautoribus. Repert. inquis. in verbo, Excommunicare, vers. item Fautores, Eymeric. in Direct. inquisit. par. 2. qu. 47. nu. 3. & qu. 53. nu. 5. & extare videtur etiam Constitutio Iulij III. edita de anno 1551. incip. Licet à diuersis, relata per Francisc. Pegn. post direct. inquis. inter literas Apostolicas fol. mihi 152. quæ loquitur non solum in impedientibus sanctum inquisitionis officium, sed etiam in præstantibus consilium, auxilium, & fauorem hæreticis, & hoc non habet difficultatem, quia omnes excommunicati ex causa fidei si per annum in excommunicatione insorduerint, possunt vt hæretici condemnari, vt dixi infra quæst. 192. nu. 14. & seqq.

Verum ad hanc excommunicationis materiam vide quæ in simili de defensore dixi infra hac eadem quæstione num. 58. & sequentibus, & de impediente sanctum inquisitionis officium num. 71. & seqq. & de credentibus hæreticorum num. 105. & seqq. & de receptantibus hæreticos nu. 134. & seqq.

42 Et † de fautoribus apostatarum à fide, vt puta Christianorum ad Iudaismum transeuntium, vel redeuntium, quod sint excommunicati, voluit Ioan. Monach. in cap. contra Christianos num. 3. in fine, in verbo Procedendum, de hæreticis in 6. & ibi etiam Ioan. Andr. num. 1. in eodem verbo, Procedendum, de hæreticis in 6. & Geminian. nu. 5. vers. An isti fautores.

Amplia I. † Propositam regulam, vt fautores hæreticorum, item & defensores eorum, credentes, & receptatores sint omnes infames, sic enim expresse statuitur in Constitutione Innocentij IV. edita de anno 1252. incip. Ad extirpanda, in versiculo, Quicunque vero fuerit deprehensus, relata per Franc. Pegnam inter literas Apostolicas fol. mihi 19. & Clementis IV. edita de anno 1265. pariter incip. Ad extirpanda, eodem vers. Quicunque vero, & relata, vt supra fol. 61. & Alexandri IV. edita de anno 1258. incip. Quod super, versic. Frequentes, etiam relata, vbi supra fol. mihi 30. & Pauli IV. edita de anno 1558. Incip. Licet ex Apostolatus officio versic. Et insuper, relata per Franc. Pegn, vbi supra, fol. 157. & seqq. expresse tradiderunt Doctores allegati supra hac eadem quæstione, num. 15. & infra num. 59. & iterum infra num. 106. & num. 135. quos hic repetere non est necesse, & post alios Communiter omnes, tradidit Ioan. de Anania in cap. Excommunicamus il primo, §. Credentes, nu. 5. vers. Secunda pœna est, extra de hæreticis, Ioan. Calderin. in tract. de hæreticis, rubr. De pœnis hæreticorum, & similium, sub numero primo, & in rubric. De pœnis receptatorum, numero primo, ad medium; Vmbert. Locat. in iudicial. inquisitorum, in verbo Pœna, nu. 11. Afflict. in Constit. Regni de hæreticis & Pacterenis, rubr. 2. nu. 37. & 39. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 51. nu. 45. 43

Amplia II. † Vt propterea fautores hæreticorum, eorumque defensores, credentes, & receptatores priuentur omnibus officijs publicis; per ea, quæ in simili dixi infra de pœnis hæreticorum quæstione 189. num. 44. vbi Doctores omnes allegati hoc idem expresse tenent, & in specie est text. in cap. Excommunicamus, il primo, §. credentes versic. Si vero clericus, extra de hæreticis, est etiam tex. expressus, & ibi Communiter notant omnes Canonistæ in cap. Quicumque §. hæretici, de hæreticis in sexto; vbi clare disponitur, hæreticorum credentes, receptatores, defensores, & fautores non esse admittendos ad aliquod publicum officium; alius text. in cap. vt commissi, vers. Priuandi, de hæreticis in sexto; vbi pariter statuitur, credentes, receptatores, & defensores hæreticorum priuandos esse officijs publicis, ac honoribus quibuscumque; Et expresse etiam sic statuerunt summi Pontifices in pluribus Constitutionibus, vt videre est in Constitutione Innocentij IV. edita de anno 1252. Incip. Ad extirpanda, in vers. Quicunque vero fuerit deprehensus, relata per Francisc. Pegnam inter literas Apostolicas, fol. mihi 16. & Clementis IV. edita de anno 1265. etiam incipien. Ad extirpanda, relata, vt supra fol. 61. & Honorij IV. edita de anno 1418. Incip. Exhibita, relata, vt supra fol. 71. & Martini V. edita de anno 1418. Incip. Inter cunctas, versic. Nec non præsentes, relata vbi supra, fol. 97. & Pauli IV. edita de anno 1558. Incip. Cum ex Apostolatus officio, versic. Et insuper qui ipsos, relata per Pegnam, vbi supra fol. 157. & sequentibus, Hostiens. in summa de hæreticis, §. quæ pœna imponatur, num. 13. versic. Sin autem receptator, Summa Armilla in verbo, hæresis, num. 7. Ioan. Calderin. in tractat. de hæreticis, rubric. de pœnis hæreticorum & similium, numer. 1, & in rubric. de pœnis receptatorum, nu. 1. ad medium, & nu. 2. summa Angelica in verbo hæreticus, numer. 8. Syluestrin. in summa in verbo, hæreticus, §. 1. num. 16. & §. 2. num. 12. vers. Priuandi, vel priuatos nunciandi, Vmbert. Locat. in iudicial. inquisitor. in verbo, Pœna, num. 11. Repertor. Inquisitor in verbo, Credentes; vers. Quæ pœna, & in vers. Item tales credentes, Afflict. in Constit. Regni de hæreticis & Pacterenis, rub. 2. nu. 37. & nu. 39. 44

Amplia III. † Vt fautores, defensores, credentes, & re- 45

& receptatores hæreticorum sint intestabiles; sic enim probat textus *in Auth. credentes, C. de hæreticis in illis verbis, Sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem*, Alber. *in l. Cognouimus, sub numero primo, C. eodem*, & *de iure Canonico* est tex. in cap. *Excommunicamus, il primo, §. Credentes, extra de hæreticis*, in illis verbis, *Sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem*, & ibi hoc adnotarunt Abb. antiq. *num. 2. in verbo, Intestabilis*, Glossa *in verbo, Sit etiam intestabilis*, Ioan. Andr. *nu. 15. in verbo, Intestabilis*, Henrich. Boich. *ante num.* 11. Anchar. *num.* 3. Ioan. de Anania *num. 6. versiculo Septima pœna est*; Extat Constitutio Innoc. IV. edita de anno 1252. *Inc. Ad extirpanda, in versic. Quicunque vero fuerit deprehensus*, relata per Pegn. inter literas Apostolicas, *fol. mihi* 10. & eiusdem Innoc. alia Constit. edita de anno 1254. *Incip. Nouerit vniuersitas, in versic. Item Receptatores*, relata vt supra *fol.* 21. & Clementis IV. *etiam incip. Ad extirpanda, versic. Quicunq; vero*, edita de anno 1265. relata, vt supra *fol.* 61. Extat etiam Constitutio Frederici Imperatoris, *Incip. Catharos, in versic. Credentes, &c.* relata vbi supra, *fol.* 19. Item & extat alia Constitutio Nicolai III. de anno 1281. *Incip. Nouerit vniuersitas, vers. Similiter statuentes*, relata vbi supra *fol.* 67. Cald. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum, & similium, num. 2. & in rubric. de pœnis receptatorum, num. 1. post medium*, Gundis. *in tract. de hæreticis, quæst. 15. sub num.* 1. Bonifac. de Vitalinis *in rubric. de crimine hæresis. sub num.* 9. Zanchin *in tract. de hæreticis, cap. 17. num. 2. in fine*; summa Rosella *in verbo, hæreticus, num.* 16. Syluestrin. *in summa in verbo, hæreticus, §. primo, numer.* 16. Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo, Pœna, nu.* 11. Repert. Inquisit. *in verbo, Credentes, vers. Quæ pœnæ, & in verbo, Infamia, versic. Infamis regulariter*; Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 51. sub num.* 79.

46 Amplia IV. † vt fautores, defensores, credentes, & receptatores hæreticorum nec etiam sint capaces successionis hæreditatis tam ex testamento, quam ab intestato, probat tex. *in Authent. credentes, ibi, Nec ad hæreditatis successionē accedat, C. de hæreticis*, & *de iure Canonico* est tex. in cap. *Excommunicamus il primo, §. credentes, extra de hæreticis, in illis verbis, Nec ad hæreditatis successionem accedat*; & ibi hoc adnotarunt, Abb. antiq. *num. 2. in verbo, Accedat*, Hostiens. *numer. 19. in verbo, Nec ad hæreditatis*, Ioan. Andr. *in verbo, hæreditatis, & in verbo, Accedat*, Anchar. *num.* 3. Anton. de Butrio *num.* 33. Marian. Soccin *num. 39. vers. Octaua pœna est*, Ioan. de Anania, *nu. 6. vers. Nec etiam possunt succedere*. Extat Constitutio Innocentij IV. edita de anno 1252 *Incip. Ad extirpanda in versic. Quicunque vero fuerit deprehensus*, relata per Francisc. Pegn. inter literas Apostolicas. *fol. mihi* 10. & alia eiusdem Innocentij IV. edita de anno 1254. *Incip. Nouerit vniuersitas, vers. item receptantes*, relata vbi supra *fol.* 21. & Clementis IV. edita de anno 1265. *etiam Incip. Ad extirpanda, eodem, vers. Quicunque vero*, relata vbi supra *fol.* 61. Extat etiam Constitutio Frederici Imperatoris *Incip. Catharos, in versic. Credentes, &c.* relata, vbi supra *fol.* 19. Necnon Constitutio Nicolai III. edita de anno 1281. *Incip. Nouerit vniuersitas, vers. similiter statuentes*, relata vbi supra *fol.* 67. Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis; rubr. de pœnis receptatorum, num. 1. post medium*; Gundis. *in tract. de hæreticis quæst. 16. sub nu.* 1. Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis, n.* 9. Zanch. *in tract. de hæreticis, cap. 17. num. 2. in fine*, Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 51. sub nu.* 79.

47 Amplia V. † vt fautores, defensores, credentes & receptatores hæreticorum, nec etiam ad testimonium admittantur, tex. est apertus *in authen. credentes, in principio* ibi: *Neque ad testimonium admittatur*; Et extat Constitutio Innocentij edita de anno 1252. *Incip. ad extirpanda, vers. Quicunque vero fuerit deprehensus*; relata per Francisc. Pegn. inter literas Apostolicas, *fol. mihi* 10. & Clementis IV. edita de anno 1265. *etiam incip. Ad extirpanda, in eodem vers. Quicunque vero*, relata vt supra *fol. mihi* 61. & Nicolai III. *incip. Nouerit vniuersitas, vers. similiter statuentes*, relata vbi supra *fol.* 67. Alberic. *in l. Quoniam, nu. 2. C. eodem*. Et *de iure canonico* est tex. in cap. *excommunicamus, §. credentes*, in illis verbis; *Nec ad testimonium admittatur, extra eodem*, & ibi hoc adnotarunt Hostiens. *n. 19. in verbo, Nec ad testimonium*, Ioan. Andr. *nu. 15. in verbo, Ad testimonium*, Marian. Soc. *nu. 39. vers. Sexta pœna*, Io. de Anan. *nu. 6. eodem vers. Sexta pœna est*, Calder. *in tract. de hæreticis, rub. De Pœnis receptatorum, &c. n. 1. post medium*, Hostiens. *in summa de hæreticis §. qua pœna imponatur, nu. 13. vers. Sin autem receptator, vel fautor*, summa Angelica *in verbo hæreticus*, Syluestrina *in summa in verbo hæreticus, §. 1. nu.* 16. Repert. Inquisit. *in verbo Credentes, vers. Quæ pœnæ*: Afflict. *in Constitut. Regni de hæreticis & Pacterenis, rub. 2. nu. 41. & 50.* Gundis. *in tractatu de hæreticis, quæst. 16. sub num.* 1. Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 51. sub num,* 79.

Amplia VI. † Vt hæreticorum fautores, defensores, & receptatores sint etiam priuati ab omni actu legitimo; Adden. ad Azzon. *in rubric. de hæreticis, litera C. versic. hæreticorum fautores*, Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap. 17. num. 2. in fine*, Vide quæ in simili de hæreticis dixi *infra quæst. 189. & nu.* 46. 48

Amplia VII. † Vt fautores hæreticorum, eorumque defensores, receptatores, & credentes, sepultura carere debeant, nec pro eis orari, tex. expressus *in ca. sicut extra de hæreticis, ibi, Et defensores, & receptatores eorum, & iterum infra, Aut inter Christianos accipiat sepulturam*; & ibi etiam Glossa *in figuratione casus in vers. Nec inter Christianos, & in vers. Nota quod fautores hæreticorum*, Hostiens. *n. 2. in verbo Decesserit*; Anchar. *in summario, & in 3. notab.* Anton. de Butrio, *num. 1.* Abb. *in summario, & in vltimo notab.* Felin. *in principio*, Card. Zabar. *in principio*, Marian. Socc. *ante numerum* 1. & Ioan. de Anania *ante numerum 1. colu. prima in principio, versic. hæretici, &c.* est etiam text. in cap. *Excommunicamus il primo, §. credentes, vers. sane clerici, extra de hæreticis*, vbi ad literam dicitur; *Sane clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus Ecclesiastica Sacramenta, nec eos Christianæ præsumant tradere sepulturæ.* & ibi hoc adnotarunt Anton. de Butrio, *num. 38. vers. Quarto nota*; Ioan. de Anania *post nu. 10. vers. Priuantur etiam isti Ecclesiastica sepultura*, & Cardinal. Zabar. *num.* 6. Hostiens. *in summa de hæreticis, §. Quæ pœna imponatur, nu.* 13. Vmbert. Loc. *in iudicial. Inquisit. in verbo Clericus nu.* 8. Io. Calder. *in tract. de hæreticis rubr. de pœnis hæreticorum post mortem, nu.* 1. Zanch. *in tract. de hæreticis cap. 17. num.* 3. Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 175. vers. Punitur etiam receptator*, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 51. nu.* 79. Franc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Direct. Inquisit. par. 3. qu. 40. Comment. 89. vers. Item non modo hæretici formales, fol. mihi 612. col.* 1. 49

Et † propterea non solum sepelientes hæreticos, sed etiam pari pœna puniuntur sepelientes eorum credentes, receptatores, defensores, vel fautores; prout aperte cantat tex. *in dicto cap. 2. de hæreticis in 6.* & ibi præsertim Glossa *in figuratione casus, versic. Ideo dicendum est de fautoribus*, &c. & extat Constitutio Innocentij IV. edita de anno 1254. *incip. Nouerit Vniuersitas, versic. Item quicumque*, relata per Pegn. in Direct. Inquis. inter literas Apostolicas *fol. mihi* 21. 50

Amplia VIII. † Vt bona fautorum hæreticorum, eorumque defensorum, credentium, & receptatorum sint ipso iure confiscata sicut bona hæreticorum, secundum glossam *in cap. Si aduersus, in verbo Auxilium, vers. Cum ipsorum bona debeant confiscari, sicut aliorum hæreticorum, extra de hæreticis*; & ibi etiam Hostiens. *nu. 1. in eodem verbo Auxilium, vers. Vnde non admittuntur*: & extat Constitutio Frederici Imperatoris, *incip. Patarenorum*, relata per Pegn. inter literas Apostolicas *fol.* 18. vbi receptatoribus & fautoribus hæreticorum imponitur pœna publicationis bonorum cum perpetua relegatione, 51

Afflict.

Afflict. *in Constitution. Regni, de hæreticis & Patterenis, rubr.* 2. *nu.* 25. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 51. *nu.* 79. *in fine*. Et hæc opinio sustineri potest de iure ciuili, iuxta ea, quæ dixi *infra hac eadem quæst. nu.* 53.

52 Contrarium, † quod imo bona receptatorum, fautorum, & defensorum hæreticorum, non sint ipso iure confiscata: faciunt quæ scripsi *infra, quæstione* 190. *nu.* 26. vbi dixi, bona hæreticorum non confiscari, nisi plene & concludenter probata Hæresi, aut per testes idoneos, aut per eorum confessionem, secus si ex sola suspicione, prout huiusmodi receptatores & fautores suspecti videntur, sic voluisse videtur Repertor. Inquisit. *in verbo, Confiscatio, versic. Item sciendum, quod ista pœna*, vbi tamen hoc procedere intelligit de iure Canonico, secus autem de iure ciuili, & clarius hoc affirmat *in vers. An bona credentium, & in verbo, Accusatio, versic. Sed an excusatio, & in verbo, Credentes, versic. An bona credentium*, vbi dixit, bona credentium non esse ipso iure confiscata, sicut bona hæreticorum, Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *nu.* 67. Didac. Cantera *in quæst. crim. rubr. de hæreticis, &c. cap.* 1. *nu.* 55. *in fine*, vbi hanc eandem contrariam sententiam amplectitur in defensoribus & receptatoribus hæreticorum, ac etiam in credentibus, eos esse bonos viros, quia si crederent eorum erroribus, eorum bona sine dubio confiscarentur, *vt ibi per eum*.

53 AMPLIA IX. Quia † de iure ciuili fautores, defensores, & receptatores hæreticorum sunt banniendi, & perpetuum relegandi cum publicatione bonorum, iuxta Constitutionem Friderici Imperatoris, *incip. Patarenorum*, de qua supra, & relatam per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, *folio mihi* 18. Carer. *in tract. de hæreticis, nu.* 163. *versic. Nouissime vero*, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.* 17. *nu.* 4. Franclsc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. part.* 2. *quæst.* 51. *Commentar.* 76. *litera C. versic. Ac præter cæteras quidem pœnas, folio mihi* 394. *col.* 2. *& ad quæst.* 52. *Commen.* 77. *litera D. folio mihi* 396. *col.* 1. *in fine.* vbi dixit, hanc relegationis pœnam, vna cum confiscatione bonorum, receptatoribus hæreticorum imponi, postquam fuerunt excommunicatione notati, & in excommunicatione perstiterint, eandemque pœnam Constitutionis Innocentii IV. & Clementis IV. confirmatam esse docet, Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 51. *nu.* 64. *in fine.*

54 AMPLIA X. Vt hæreticorũ † fautores & defensores arbitraria pœna puniantur, ex allegatis per Menoch. *de arbitr. quæst. libr.* 2. *casu* 548. *nu.* 1. *&* 2. *& nu.* 4. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 52. *nu.* 4H. Vide quæ in simili de receptatore dixi *infra hac eadem quæst. nu.* 140.

55 AMPLIA XI. Vt † hæreticorum fautores & defensores, dummodo non defendant, seu faueant eorũ errores, sint suspecti de hæresi. Ideo illis potest indici purgatio, secundum Canonistas *in cap. Quicumque, de hæreticis, in* 6. vt ibidem videre est apud Archidiac. *num.* 4. *in fine, versic. Et credo*, Ioan. And. *etiam nu.* 4. *in fine, versic. Et putat Archidiaconus*, & Geminian. *post nu.* 9. *eodem versic. Et putat Archidiaconus*, Io. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis credentibus, &c. sub nu.* 2. Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisit. in verbo, Credentes, sub nu.* 2. vbi, quod defensores hæreticorum non carent suspicione hæresis vehementi, vel leui, secundum quod in illis maiora vel minora apparent indicia, *& in verbo, Defensores, sub num.* 1. *& in verbo, Excommunicati, nu.* 3. *& in verbo, Pœna, num.* 11. vbi etiam de credentibus, & de fautoribus *& in verbo, Suspicio, nu.* 3. *& nu.* 14. Repert. Inquisit. *in verbo, Fautores, versic. Nota, quod fautores*, vbi propterea, quod ex hac suspicione poterit fautori indici purgatio, in qua si defecerit, vt hæreticus condemnatur, Simanch. *in Enchirid. violat. Relig. tit.* 13. *rubr. de credentibus, nu.* 2. *& tit.* 14. *rub. de defensorib. nu.* 3. vbi, quod sunt suspectissimi, Zanch. *in trac. de hæreticis, cap.* 17. *n.* 1. vbi, quod sunt vehementer suspecti, & quod propter hanc suspicionem poterit ei indici purgatio; Campeg. *in additionibus ad eundem Zanchin. vbi supra, cap.* 20. *lit. A. in verbo, Suspecti, in* 6. 7. *&* 8. *casu*, Eymeric. *in Direct. Inquisit. part.* 2. *quæst.* 50. *nu.* 4. *&* 5. vbi de credentibus hæreticorum, sed nõ eorum erroribus, quod licet non sint hæretici, non carent tamen suspicione hæresis vehementi, vel leui, secundum quod maiora vel minora in eis indicia apparebunt, & consequenter est eis abiuratio, seu purgatio indicenda, & *ibi* Francisc. Pegna *in additionibus, Comment.* 75. *lit. E. fol. mihi* 391. *col.* 1. *in fine*, vbi dixit, quod isti credentes ad excludendam suspicionem hæresis compelluntur, vel abiurare, vel se purgare, aut tormentis subiiciuntur, idem Eymeric. *vbi supra, quæst.* 52. *nu.* 3. vbi idem dicit de defensoribus hæreticorum, & *ibi* Pegna *in additionibus, Comment.* 77. *liter. C. & litera D. folio mihi* 396. *col.* 1. *in fine*, vbi alii referuntur concordantes; idem Eymeric. *dicta part.* 2. *quæst.* 54. *nu.* 2. & *ibi* Pegna *in additionibus, Comment.* 79. *lit. B. & C. versic. Primo, & seqq. folio mihi* 401. *col.* 1. vbi pariter dixit, ex impedimento & fautoria oriri suspicionem hęresis ad abiurandum sufficientem, & quomodo isto casu abiuratio debeat fieri, & quomodo interrogandus reus. Idem Eymeric. *vbi supra, dicta part.* 2. *quæst.* 56. *num.* 6. vbi de eadem suspicione resultante ex defensione & receptatione hæreticorum, Mart. del Rio Iesuita *de Disquisitionib. magic. lib.* 5. *sect.* 4. *versic. Tertium est*, Iacob. de Graffiis *lib.* 4. *suarum decisionum, cap.* 18. *num.* 38. faciunt quæ in simili de impediente sanctum Inquisitionis officium dixi *infra hac eadem quæst. num.* 70. & de receptatoribus hæreticorum pariter *infra, nu.* 133.

ARGVMENTVM.

De defensoribus hæreticorum, & eorum pœnis.

SVMMARIA.

Defensores hæreticorum qui dicantur, nu. 56. *&* 57. *vbi etiam de materia generaliter, & remissiue.*

Defensores hæreticorum sunt excommunicati, num. 58. *Et si per annum in excommunicatione perstiterint, ipso iure sunt infames, nec ad publica officia admittuntur, nu.* 59. *Quamuis, quod si defensores hæreticorum per annum in excommunicatione perstiterint, possint vt hæretici condemnari, voluerint Doctores relati, nu.* 60.

Defensores hæreticorum puniuntur etiam pluribus aliis pœnis, de quibus remissiue, nu. 61.

Defensores hæreticorum dicuntur duplici modo; Vno modo, quando defendunt eorum errores; Secundo, quando non errores sed personas defendunt, nu. 63.

Defensor errorum hæreticorum punitur vt hæreticus, nu. 62.

Defensor non errorum hæreticorum sed personarum, non reputatur hæreticus, nec vt hæreticus punitur, nu. 64.

Defendentes hæreticum antequam crimen hæresis committat à volentibus eum impedire, ne illud committat; dicuntur defensores hæreticorum, nu. 65.

Iudæi aliique infideles quicunque, fautores, & defensores hæreticorum, eorumque receptatores ab Inquisitoribus puniuntur, num. 66.

Defensores Apostatarum puniuntur, sicut puniuntur defensores hæreticorum, nu. 67.

Defensores hæreticorum non ex causa hæresis, sed ex alia causa; vt puta ne offendantur à priuato, non puniuntur, nu. 68.

QVÆST. CLXXXII. § IV.

Defensorum † hæreticorum materiam tractaturus, præmittendum est, qui dicantur hæreticorum defensores; Qua in re vide Concil. Tarraconen. registratum per Pegnam *in Director. Inquisit. fol. mihi* 234. *in princ. versic. Defensores*, Ioan. de Anania *in cap. Excommunicamus, il primo*, §. *credentes, extra, de hæreticis*, & nouissime Bartholom. Vgol. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, part.* 2. *in glos-* 56

in glossa, Et generaliter quoslibet illorum defensores, num. 1. vbi dixit, quod defensor proprie is dicitur, *Qui aliquem aut ab aliquo oppugnatum defendit, aut ne oppugnetur præsto illi est, ne aut re, aut verbis, personæ, rei, famæve damna patiatur.*

57 Et † ad materiam defensorum hæreticorum, &c. vide Simanch. *Catholicarum Institutionum tit. 15. rubr. de credentibus defensoribus, &c. nu. 8. & seqq.* Bernard. Comens. *in sua lucerna Inquisitor. in verbo, Defensor.*

58 Regula † sit, quod defensores hæreticorum incurrunt excommunicationem, est text. expressus *in cap. Sicut, extra, de hæreticis,* & ibi notatur per Gloss. *in figuratione casus, versic. Et omnes defensores,* Hostiens. *ante num. 1. in verbo, Et defensores,* est etiam textus desumptus ex Auth. *Credentes, C. de hæreticis, in cap. Excommunicamus, il primo, §. Credentes, extra eodem,* & ibi hoc adnotarunt Innocen. *nu. 1. in fine, in verbo, Credentes,* Hostiens. *nu. 19. in princ. versic. Pœnæ enim,* Ancharan. *num. 1. & nu. 3.* Henric. Boich. *ante num. 11.* Archidiacon. *in cap. Quicunque, num. 4. versic. Et cōtra eius defensores, de hæreticis, in 6.* & ibi etiam Ioan. And. *nu. 4. in fine, versic. Et tales excommunicari possunt,* Ioan. Monach *in cap. Contra Christianos, nu. 3. in fine, in verbo, Procedendum, de hæreticis, in 6.* & ibi etiam Ioan. Andr. *num. 1. in eodem verbo, Procedendum,* & Geminian. *nu. 5. versic. An isti fautores,* & est etiam Glossa *in cap. Super quibusdam, in verbo, Defendunt, de verborum significat.* & ibi etiam Hostiens. *ante num. 1. versic. Et isti defensores excommunicati sunt,* & vltra Constitutiones Apostolicas relatas *infra in sequenti numero,* vide Constitutionem Nicolai III. *incipien. Nouerit vniuersitas,* editā de anno 1581. *versic. Item receptatores,* relatam per Franciscum Pegnam post Director. Inquisitor. inter literas Apostolicas *folio mihi 67.* & aliam Martini V. editam de anno 1418. *incip. Inter cunctas, versic. Necnon præsentes,* relatam per Pegnam *vbi supra, fol. 97.* & aliam Pauli IV. editam de anno 1558. *incip. Cum ex Apostolatus officio, versic. Et insuper,* relatam per Pegnam *vbi supra, fol. 157. & seqq.* summa Angelica *in verbo, Hæreticus, nu. 4.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Pœna, nu. 11.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 17. nu. 2.* Eymeric. *in Direct. inquisitorum, part. 3. quæst. 122. nu. 1. & 2.* & ibi Pegn. *in additionibus, Comment. 171.*

59 Et si † per annum in excommunicatione perstiterint, ipso iure sunt infames, nec ad publica officia admittuntur; Textus apertus in Authent. *Credentes, C. de hæreticis,* & voluit Fridericus Imperator in Constitutione, *incip. Catharos, vers. Statuentes,* relata per Franciscum Pegnam inter Constitutiones Apostolicas, *folio mihi 19.* & Innocentius IV. in Constitutione, *incip. Nouerit vniuersitas, versic. Item receptatores,* edita de anno 1254. relata *vt supra, folio 21.* & Nicolai III. edita de anno 1281. *etiam incipien. Nouerit vniuersitas, versic. Similiter statuentes,* relata *vbi supra, fol. 67.* Calderin *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum, & similium, nu. 1. in fine,* summa Rosella *in verbo, Hæreticus, num. 16.* Angelica *in summa, in verbo, Hæreticus, num. 21.* summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §. 1. nu. 16.* & summa Tabien. *in eodem verbo, Hæreticus, num. 21.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Excommunicati, nu. 3. & in verbo, Pœna, nu. 11. & in verbo, Suspicio, nu. 14.* Bonifac. de Vitalin. *in rub. de crimine hæresis, num. 9.* Eymeric. *in Direct. inquisit. part. 3. quæst. 223. num. 2.* qui loquitur, quando ex defensione hęreticorum nō fuit impeditum Inquisitoris iudicium, processus, vel sententia, & ibi Franc. Pegna *in additionibus, Comment. 172.* testatur de benigniori sententia; Quicquid secus affirmauerit idem Eymericus sibi contrarius, *part. 2. quæst. 47. nu. 3.* (prout mox eum allegabo.) Et ita etiam idem repetit idem Eymeric *dicta part. 3. qu. 124. nu. 4.*

60 Bene † verum est, quod si defensores hæreticorum contumaces & citati non comparentes fuerint ab Inquisitore vel Episcopo excommunicati, & per annum in excommunicatione persisterint, tunc reputantur hæretici, & vt hæretici possunt condemnari, per text. *in d. cap. excommunicamus, il primo, §. credentes, extr. de hæreticis,* (qui tamen hoc non dicit) & per tex. *in c. Vt inquisitionis, §. prohibemus, de hæreticis, in 6.* (qui non loquitur de defensoribus hæreticorum, sed de impedientibus sanctū inquisitionis officium) voluit Hostiens. *in summa, de hæreticis, §. Qualiter deprehendatur, versic. idem de fautoribus & defensoribus, nu. 4.* Repertor. Inquisit. *in verbo, Excommunicamus. versic. Item fautores,* Zanch. *in tract. de hæreticis, cap. 17. nu. 2.* Eymeric. *in Direct. inquis. part. 2. quæst. 47. n. 2. & 3.*

Verum ad hanc materiam excommunicationis vide, quæ in simili de fautoribus hæreticorum dixi *supra hac eadem quæst. nu. 37. & seqq.* & de impedientibus sanctum inquisitionis officium, *infra, num. 71. & seqq.* & de credentibus hæreticorum, *num. 105. & seqq.* & de receptantibus hæreticos, *nu. 134. & seqq.*

Amplia I. Propositam † regulam, vt hæreticorum defensores puniantur etiam pluribus aliis pœnis, 61
quas remissiue posui *supra hac eadem quæst. num. 37.* & hic repetere non est necesse.

Amplia II. Vt † defensor errorum hæretici puniatur vt hæreticus, quia magis delinquit quā ipse hæreticus, text. est *in cap. Qui aliorum, 24. quæst. 3.* vbi ad literam dicitur: *Qui aliorum defendit errorem, multo amplius damnabilior est illis, qui errant, quia non solum errat, sed etiam aliis offendicula erroris præparat & confirmat, vnde, quia magister erroris est, non tantum hæreticus, sed etiam hæresiarcha dicendus est,* & ibi Gloss. & alii Canonistæ, Ioan. Andr. *in cap. 2. in princip. in verbo, Non reuocat, extra, de hæreticis,* & ibi Cardin. Zabarel. *in 1. oppositione,* Marian. Socin. *num. 2.* & Ioan. de Anania *post nu. 5.* vbi, quod defendens errorem hæreticorum, non solum dicitur hæreticus, sed hæresiarcha, id est, Princeps hæreticorum, Hostiens. *in cap. si aduersus, nu. 1. in verbo, Defensoribus, extra, de hæreticis,* & ibi Ioan. Andr. *nu. 2. in eodem verbo, Defensoribus,* Ancharan. *nu. 1.* & Cardin. Zabarel *nu. 2.* Est etiam Glossa *in capit. Excommunicamus, il 1. §. Credentes, in verbo, Receptatores, extra eodem,* & ibi Hostiens. *nu. 18. in eodem verbo, Receptatores,* Anton. de Butrio *nu. 34.* & Ioan. de Anania *num. 14.* Quod & idem voluit Archidiacon. *in cap. 2. num. 4. de hæreticis, in 6.* & ibi etiam Ioan. Andr. *num. 4. ad medium, versic. Et vt dicit Archidiaconus,* & Geminian. *num. 9.* addo Gloss. *in cap. super quibusdam, in verbo, Defendunt, de verbor. signific.* & ibi Hostiens. *ante nu. 1. vers. Et damnabiliores,* Calderin. *in tract. de hæreticis, rub. de hæreticis credentibus, &c. nu. 15.* summa Angelica *in verbo, hæreticus, nu. 25. & ibi in addition. lit. C. in verbo, Hæresiarchæ,* Syluestr. *in summa, in verbo, hæreticus, §. 1. nu. 10. in fin. versic. Qui vero non defendunt personam, sed errorem,* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisit. in verbo, Defensores, nu. 1. & in verbo, hæret. post nu. 23.* Repert. Inquisit *in verbo, Defensores, vers. primo, & vers. Qui aliorum defendit errores,* Conrad. Brun. *in tract. de hæreticis, lib. 1. cap. 4. ad fin.* Simanch *Catholicarum institut. tit. 15. rubr. de credentibus, defensoribus, &c. nu. 8. & in Enchirid. tit. 14. rubr. de defensorib. nu. 1.* Eymeric. *in Director. Inquisit. part. 2. quæst. 52. numer. 1.* & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 77. lit. A. folio mihi 395. col. 2.* idem Pegna *in additionibus ad eundem Eymer. vbi supra, dict. part. 2. quæst. 33. commentar. 58. versic. Tertio vocatur hæreticus, folio mihi 342. colum. 2.* vbi dixit, defendentem errorem hæreticorum reputari hæreticum manifestum, Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 17. versic. 32.* & magis clarè *in cap. 51. num. 9.* Iacob. de Graffiis *libr. 4. suarum decisionum, cap. 18. nu. 37. & 38.* Vide, quę in simili de credentibus erroribus hęreticorum dixi *infra hac eadem quæst. nu. 121.*

Defensor † enim hæreticorum dicitur duplici modo, quandoque enim quis defendit hæreticorum personas, quandoque autem eorum errores, Ioan. de Anania *in cap. Excommunicamus, il primo, § credentes, nu. 14. extr. de hæreticis,* Archidiacon. *in cap. Quicunque, num. 4.* & ibi 63

etiam

etiam Ioan. Andr. *nu.4. versic. Et vt dicit Archidiaconus*, & Geminian. *nu.9. de hæreticis, in 6.* Reper. Inquisit. *in verbo, Defensores, versic. Primo, in princip.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit.15. rub. de credentibus, defensoribus, &c. nu.8. & 9.* Eymeric. qui bene declarat *in Direct. inquisit. part.2. quæst.52. nu.1. & 2.* & *ibi* Franc. Pegna *in additionibus, Comment.77. lit. A. in princ. fol. mihi 395. col.2. & lit. B.* vbi, quod pluribus modis potest contingere, quod quis defendat personam hæreticorum, Decian. *in tractat. crimin. libr.5. cap.51. nu.6.* Iacob. de Graffiis *lib.4. suarum decisionum, capit.18. nu.37.* Et vide, quæ in simili de credentibus hæreticorum dixi *infra hac eadem quæst. nu.123.*

64 Quare † defensor errorum hæreticorum punitur vt hæreticus, vt modo dixi; Defensor autem non errorum sed personarum non punitur vt hæreticus, nec hæreticus reputatur, secundum Ioan. Monach. *in c. Accusatus, §. Sacerdos, nu.12. versic. Vel dic, de hæreticis, in 6.* & *ibi* etiam Archidiacon. *num.6. post medium, in verbo, Hæreticus,* Ioan. And. *num.5. in verbo, Crimine,* Geminian. *in §. Si vero, nu.1. versic. Nota, quod Inquisitores, & numer.5. in 2. oppositione,* & Franch. *in eodem §. si vero, numer.2. versic. In glossa, in verbo, Hæreticus,* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Defensores, sub num.1.* Repertor. Inquisit. *in verbo, Defensores, sub versic. Primo,* vbi, quod defensor personę hæretici non damnatur vt hæreticus, sed contra eum insurgit insignis suspicio, sufficiens ad indicendam purgationem, de quo dixi *supra hac eadem quæstione, num.55.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit.15. rubr. de credentibus defensoribus, &c. num.9.* vbi, quod isti defensores puniuntur pœnis credētium, quandoq; grauius, & quandoque leuius, iuxta qualitatem defensionis; An scilicet defensio facta fuerit verbis, an factis; an in iudicio, vel extra; an armis, vel sine armis, Eymeric. *in Direct. inquisitor. part.2. qu.52. nu.3. vers. Et tales hæretici non sunt,* Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.18. versic. Quarto eadem ratione,* Bartholom. Vgolin. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis, part.2.* in Glossa, *Et generaliter quoslibet illorum defensores, num.3. folio mihi 84. colum.2.* post Alphons. de Castro *in loco per eum relato,* Iacob. de Graffiis *libr.4. suarum decisionum, cap.18. num.37.*

65 Amplia III. In † defendentibus delinquentem antequam delictum committat à volentibus eum impedire, vel impedientibus, vt puta, quando quis aliquem actum hæreticum committere vult, & impeditur ab aliis, ne illud committat; tunc si quis se obiiciat illis impedientibus; remoueatque impedimentum, & sit causa, quod quis hæresim committat, hęreticumque defendat ab huiusmodi impedientibus, ne hæresim committat, tunc inquam iste talis defensor dicitur defendere non modo delinquentem, sed etiam delictum, quod commissum non fuisset absque illius defensione, & propterea æquiparatur defendenti errorem hæreticorum, vt per Decian. *in tract. crimin. libr.5. cap.51. num.9. versic. Ego vero puto.*

66 Amplia IV. In † Iudæis, aliisque infidelibus quibuscumque receptantibus hæreticos, eorumque defensoribus, & fautoribus, quos etiam ab Inquisitoribus puniri posse, scripsit Simanch. *Catholicarum institution. tit.35. rubr. de Iudæis, n.11.* vbi ampliat etiam in Iudæis impedientibus quoquo modo sanctum Inquisitionis officium, Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap.46. nu.1. & 2.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. Inquisitor. part.2. quæst.51. Commentar.76. lit. C. versic. Iudæi vero, folio mihi 395. colum.1.* vbi, quod Iudæi, aliique infideles receptantes, aut quomodolibet defendentes apostatas, aut hæreticos, puniendi sunt per Inquisitores ex Cōstitutione Gregorii XIII. edita de anno 1581. *incip. Antiqua Iudæorum, §. si quis Apostatas;* & dictæ Constitutionis verba refert Decian. *in tractat. criminal. libro 5. cap.51. numer.83.* Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium parte 1. lib.8. cap.22. de obstinata Iudæorum perfidia, qu.12. versic. Si quis Apostatas.* Dixi de hac re iterum *supr. quæstione 178. nu.143.*

Amplia V. In † defensoribus Apostatarum, de quibus dixi *quæstione 178. nu.144.* Hic repetere non est necesse. 67

Limita, † Eandem † propositam regulam procedere in defensoribus hæreticorum ex causa hæresis, secus in defendentibus hæreticum ex alia causa, ne puta à priuato offendatur, tunc enim hi non dicuntur hæreticorum defensores, prout necesse. Addo Toledum *de instructione sacerdotum, libr.1. cap.19. num.6. in fine,* dixi *supra hac eadem quæst. num.12. & infra num.159.* Hic repetere non est, & *num.7. etiam in fine,* vbi de defendente hæreticum, ne offendatur à latrone, vel ab alia priuata persona, volente ei iniuste nocere, & *num.8.* bene declarat, an, & quando quis dicatur defendere hæreticum, quia hæreticus sit, vel ex alia causa, Læl. Zech. *in summa, part.1. tit. de fide, rubric. de hæresi, cap.11. num.13. versic. Quinta conclusio,* vbi de eadem re. 68

ARGVMENTVM.

De impedientibus hæreticorum punitionem, ac de eorum pœna & materia.

SVMMARIA.

Impedientes sanctum Inquisitionis officium in punitione hæreticorum, dicuntur fautores hæreticorum, nu.69.

Impedientes sanctum Inquisitionis officium in punitione hæreticorum, reputantur suspecti de hæresi, nu.70.

Impedientes sanctum Inquisitionis officium in punitione hæretirum, sunt excommunicati, nu.71. Et si in excommunicat. one per annū perstiterint, velut hæretici condemnantur, nu.72.

Impedientes sanctum Inquisitionis officium in puniti ne hæreticorum, arbitraria pœna puniri possunt, nu.73.

Impedientes sanctum Inquisitionis officium puniuntur, siue directe, siue etiam indirecte illud impediant, nu.74. Quando autem sanctum Inquisitionis officium dicatur directe, seu indirecte impediri, nu.75.

Statuta impedientia officium sanctæ Inquisitionis directe vel indirecte, non valent, statuentesque compelluntur per censuras Ecclesiasticas illa reuocare, nu.76.

Impedientes sanctum Inquisitionis officium, puniuntur ab Inquisitoribus, nu.77. nisi impedientes fuerint superiores Religionis, vel subdelegatus ab Episcopo, vel à Delegato, vel Subdelegato Papæ, quia tunc pro huiusmodi impedimento Inquisitores non procedunt, nu.78.

Iniuriam inferentes, seu aliquo modo offendentes Inquisitores, seu Inquisitores familiares, puniuntur ab ipsis Inquisitoribus, num.79. & 80.

Impedientes sanctum Inquisitionis officium, compescendi sunt ad desistendum ab impedimento per censuras Ecclesiasticas, n.81.

Delegatus, an, & quando posit inuocare brachium seculare absque eo, quod in delegatione data sit facultas inuocandi dictum Brachium seculare, ibid.

Impedire non possunt sanctum Inquisitionis officium, nec vllo pacto in huiusmodi processu se intromittere queunt Delegatus, vel Subdelegatus Papæ, Magister Ordinis Prædicatorū, Prior Prouincialis, vel Conuentualis, vel etiam Episcopus, aut eius Vicarius, num.82.

Auxilium, vel consilium dantes impedientibus sanctum Inquisitionis officium, sunt excommunicati, nu.83.

Impedire sanctum Inquisitionis officium dicitur quis non solum factis, sed etiam verbis minatoriis & terroribus, nu.84.

Impedientes sanctum Inquisitionis officium, diligenter sunt interrogandi, ac etiam torquendi super causa, qua moti sunt ad sic illud impediendum, nu.85.

Impedientes sanctum Inquisitionis officium, cum, vt dixi, sint suspecti de hæresi, hoc ideo abiurare tenentur, nu.86.

Impedient. s sanctum Inquisitionis officium ex carnali amore, vel

vel ex precio, aut aliqua alia causa non sunt suspecti de hæresi, nu. 87.

Impedientes sanctum Inquisitionis officium, licet sint suspecti de hæresi, non tamen reputantur hæretici, nu. 88.

QVÆST. CLXXXII. §. V.

69 REGVLA † sit, quod impedientes sanctum Inquisitionis officium in punitione hæreticorum, dicũtur eorundem hæreticorum fautores, text. est *in cap. Accusatus, §. Sacerdotes,* & ibi Geminian. *in summar. de hæretic. in 6.* Bonifac. de Vitalinis *in Clement. 1. nu. 160. de hæreticis,* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum, nu. 9.* & extat Constitutio Innocent. IV. edita de anno 1254. *incip. Malitia huius temporis,* relata per Franc. Pegn. inter literas Apostolicas, *folio mihi* 21. & alia Vrbani IV. edita de anno 1261. *incip. Licet ex omnibus, versic. Cæterum si forte,* relata vt *supra, folio* 52. *& seqq.* & alia Calisti III. edita de anno 1458. *incip. Iniunctum nobis,* relata per Pegnam vbi *supra, folio* 99. Vmber. Locat. *in iudic. inquisitorum, in verbo, Fautores, nu. 2.* idem Calderin. vbi *supra, in eodem tract. de hæreticis, rubr. de hæretic. credentib. &c. nu. 18.* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Impediens, versic. Item impedientes,* Eymeric. *in Director. inquisitor. part. 1. quæst. 54. nu. 5.* vbi refert Constitutiones Vrbani IV. & Clementis IV. & aliorum Pontificum, quibus cauetur, Inquisitores posse procedere contra impedientes sanctum inquisitionis officium, tanquam contra fautores & defensores hæreticorum, & ampliat etiam, quod non steterint per annum in excommunicatione, *& quæst. 56. nu. 2. in fine,* Barthol. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, part. 2.* in gloss. *fautores, in princ. nu. 5. folio mihi* 77. Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium parte 1. lib. 8. cap. 15. rub. de credentibus, receptatoribus, quæst. 6.*

70 AMPLIA I. Propositam † regulam, vt impedientes sanctum Inquisitionis officium, dum de hæresi suspectos punire intendit, & contra eos procedere, sint etiam & ipsi de hæresi suspecti, ex allegatis per Bonifac. de Vitalinis *in Clem. 1. nu. 160. de hæreticis,* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo, Suspitio, nu. 11. & 12.* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Fautores, vers. An impedientes,* Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 20. lit. A. in verbo, Suspecti, in secundo casu,* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymer. in Directorio inquisitorum, part. 2. quæst. 54. Comment. 79. lit. B. folio mihi 401. col. 1.* vbi etiam, An hæc suspicio sit vehemens, vel leuis, ex qualitate personarum, & modo impediendi, dignoscitur, idem Eymeric. *vbi supra, quæst. 56. nu. 2. & 3.* vbi, quod impedientes sanctum inquisitionis officium, seu impedientibus auxilium, consilium, vel fauorẽ præstantes, sunt vehementer de hæresi suspecti & *ibi* Francisc. Pegna *in additionibus, Commentar. 81. litera A. versic. Primo, & sequ. folio mihi 408. col. 1.* vbi declarat, hanc vehementem suspicionem procedere in illis, qui indirecte impediunt sanctum inquisitionis officium, & qui non ratione odii, quod habeant contra fidem, sed propter affectionem erga consanguineum vel amicum, inquisitores impedimerint, & propterea in hoc concludit maxime attendendam esse qualitatem personarum impedientium, de quo etiam dixi *infra hac eadem quæst. nu.* 87. Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 51. nu. 57.* & propterea sic impedientes sanctum inquisitionis officium, cum sint de hæresi suspecti, posse eos interrogari & torqueri super causa, qua moti sunt ad illud impediendum, dixi *infra, nu.* 85. faciunt, quæ in simili de defensoribus, fautoribus, & credentibus hæreticorum dixi *supra hac eadem quæst. nu.* 55. & de receptatoribus dixi *infra, nu.* 153.

71 AMPLIA II. Vt † impedientes sanctum inquisitionis officium quoquo modo, excommunicationis pœnam ipso iure incurrant, textus est *in cap. Vt inquisitionis officium, §. final. de hæreticis, in 6.* dum ibi in substantia dicitur, *Quod si quis in fidei negotio Episcopo vel Inquisitoribus se opponere, vel aliquatenus impedire præsumpserit, seu auxilium, consilium, vel fautorem dederit, excommunicationis se nouerit mucrone percussum,* & ibi Gloss. *in verbo, Percussum,* Ioan. Monach. *ante nu. 1. in verbo, Prohibemus, & in verbo, Si quis,* Ioan. Andr. *nu. 1. ante fin. col. 2. in verbo, Opponere,* Geminian. *in summario, & in §. si quis vero, num. 1. versic. Nota, quod alia est, & nu. 2. vers. Nota, quod per hæc verba, & num. 3. versic. Quæro, an iste textus,* vbi ampliat non solum quoad iudices & Dominos tẽporales impedientes, sed etiam quoad omnes alios, extat de hoc Constitutio Pauli III. edita de anno 1542. *incip. Apostolici culminis,* registrata per Franc. Pegn. post Direct. inquisit. inter literas Apostolicas, *folio mihi* 140. Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rub. de iis, qui condemnantur vt hæretici, nu. 2. in fin.* Syluestrina *in summa, in verbo, Hæreticus, §. 2. nu. 8. in fine, versic. Si quis autem prædictorum,* Eymeric. *in Direct. inquisit. par. 2. quæst. 54. nu. 2. vers. Sunt tamen ipso iure excomunicationis mucrone percussi, & nu. 3. vers. Nec sunt hæretici, sed sunt excommunicati.*

Et si † in excommunicatione per annum perstiterint, velut hæretici condemnantur, text. est *in cap. Vt inquisitionis officium, in fine, de hæreticis, in 6.* in illis verbis: 72
Quam si per annum animo substinuerit pertinaci, ex tunc velut hæreticus condemnetur, & ibi Gloss. *in figuratione casus, versic. Nota vlterius, quod iudex, & in verbo, vt inquisitionis, vers. contrafacientes,* Ioan. Monach. *ante num. 1. in verbo, Si quis,* Geminian. *in §. si vero, nu. 3.* & extat Constitutio Iulii III. edita de anno 1551. *incip. Licet a diuersis,* relata per Francisc. Pegn. post Direct. Inquisit. inter literas Apostolicas, *fol. mihi* 152. Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo, Fautores, nu. 2. & in verbo, Suspicio, num. 11.* Repert. Inquisit. *in verbo, Excommunicare, versic. Omnes domini, & in verbo, Impediens, versic. Primo,* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubric. de officio & potestate cuiuslibet Rectoris, nu. 22. in fine, & in rubric. de his, quæ pertinent ad exequutionem officij, num. 5.* Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap. 38. nu. 1.* Eymeric. *in Director. inquisitor. part. 2. quæst. 47. num. 2. & nu. 3. & quæst. 53. nu. 2. & quæst. 54. nu. 2. & num. 3.* vbi ampliat etiam in impedientibus sanctum inquisitionis officium indirecte, *& quæst. 56. nu. 2. & part. 3. nu. 212. rubr. de 13. modo terminandi processum, &c. versic. Tertius casus est, & versic. In secundo casu & tertio, & dict. part. 3. quæst. 123. num. 1.* & *ibi* Franc. Pegna *in addition. Commen. 172. & quæst. 124. nu. 2.*

Verum ad hanc materiam vide, quæ in simili dixi *supra hac eadem quæstione,* de fautoribus hæreticorum, *num. 37. & sequentibus,* & de defensoribus hæreticorum, *nu. 58. & seqq.* & de credentibus hæreticorum, *infra, nu. 105. & seqq.* & de receptantibus hæreticorum, *nu. 134. & seqq.*

AMPLIA III. Vt † impedientes sanctum inquisitionis officium, adhuc possint puniri pœna arbitraria pro motu inquisitorum, considerata qualitate facti, & personarum, vt in Repert. Inquisitor. *in verbo, Impediens, versic. Nota, quod ista pœna, & in verbo, Pœna, versic. Nota, quod pœna impedientium,* Simanch. *Catholicarum institut. tit. 15. rubr. de credentibus, &c. nu. 10.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 31. nu. 7.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Director. inquisitor. part. 2. quæst. 54. Comment. 79. liter. E. versic. At dubium est, & sequ. folio mihi* 401. *col. 2.* vbi etiam in hoc refert pœnas impositas à Pio V. 73

AMPLIA IV. Vt † impedientes sanctum inquisitionis officium puniantur, non solum si directe impediant, sed etiam si indirecte, text. *in capit. Vt inquisitionis officium, §. prohibemus, in fine, de hæreticis, in 6.* in illis verbis: *Vel alias Diœcesanorum aut Inquisitorum iudicium, sententiam, seu processum, directe vel indirecte impedire præsumat,* & *ibi* Glossa *in verbo, indirecte,* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Fautores, nu. 2. & in verbo, Suspicio, numer. 11.* Squillacens. *in tractat. de fide Catholica, cap. 38. sub num. 1.* Eymeric. *in Director. inquisitor. part. 2. quæst. 54. nu. 1. & seqq.* 74

Sanctum

75 Sanctum † inquisitionis officium directe impedire dicitur, quando statutum mandat, ne aliquis ciuis accusari aut inquiri possit in crimine hæresis, item quando mandaret, quod nullus cõtra alium de crimine hæresis testificari audeat, secundum Gloss. *in cap. Statutum, il 1. in verbo, Directe, extra, de hæreticis, & in verbo, Indirecte*, vbi pariter ponit duo exempla indirecti impedimenti, vnum, quod statuto cauetur, vt nullus possit de aliquo crimine puniri ab aliquo, præterquam à potestate, vel quod nullus alius, quam Potestas, possit aliquem capere, vel capi facere; alterum, quando statuto cauetur, vt nullus alius, nisi sit de familia Potestatis, possit arma portare, & ibi Communiter notant omnes Canonistæ, Eymeric *in Director. Inquisit. part. 2. quæst. 54. nu. 1. & nu. 3.* vbi vltra exempla prædicta directi impedimenti, ponit exempla in iis, qui captos pro hæresi ex carceribus eximunt, vel processus Inquisitionis lacerant, vel textus examinatos vulnerant, & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Comment. 79. liter. A. folio mihi 40. col. 1. versic. Primo*, facit generalem conclusionem, quod directe impedire dicitur is, qui non circuitu, vel per aliud medium, sed principaliter impedimentum præstat, indirecte autem impedire dicitur is, qui non immediate, sed aliquo vtitur medio, ex quo impedimentum resultat; Quando autem statuta dicantur impedire sanctum Inquisitionis officium directe aut indirecte, dixi *infra in sequenti ampliatione*.

76 AMPLIA V. Vt † statuta, per quæ directe aut indirecte Inquisitoris hæresis officium impeditur, vel retardatur, non valeant, statuentesque compellantur per censuram Ecclesiasticam ad tollendum talia statuta, textus expressus *in cap. Statutum, il primo, de hæreticis, in 6.* & *ibi* Glossa *in verbo, Directe, & in verbo, Indirecte*, & Communiter Canonistæ omnes. Extat Constitutio Innocentii IV. edita de anno 1252. *incip. Ad extirpanda, versic. Cæterum teneantur*, relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, *folio mihi 11.* item & alia Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1257. *incip. Implacida relatio*, relata per Franc. Pegn. *vbi supra, folio 26.* summa Rosella *in verbo, Hæreticus, nu. 39.* Syluestrina *in summa, in verbo, Hæreticus, §. 2. nu. 8. versic. Quartum Domini quorumcunq; locorum*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisit. in verbo, Domini temporales, nu. 3. & in verbo, Ordinatio, nu. 1.* allegat Bullã Iulii III. *incip. Ad perpetuam rei memoriam*, Repertor. Inquisit. *in verbo, Statutum, versic. Nota, quod nullum statutum*, Zanch. *in tract. de hæreticis, cap. 31. num. 6.* & *ibi* Campeg. *in additionibus, vers. Cessat præterea tertium impedimentum, ante finem*, Eymeric. *in Director. Inquisit. part. 3. quæst. 34.* & *ibi* Francisc. Pegna *in additionibus, Comment. 83. fol. mihi 605. & sequent.*, vbi, quod omnia huiusmodi statuta, seu leges, directe, vel indirecte, officium Inquisitionis impedientia sunt ipso iure nulla, & ibi recensentur summorum Pontificum rescripta, super hoc expresse disponẽtia, Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 26. nu. 4.* vbi pluribus probat, laicorum statuta super spectãtibus ad Ecclesiastica crimina, & præsertim in crimine hæresis, & concernentia iurisdictionem Ecclesiasticorum, minime valere. Quando autem statuta dicantur impedire sanctum Inquisitionis officium directe, aut indirecte, dixi *in præcedenti ampliatione*.

77 AMPLIA VI. Vt † impedientes sanctum Inquisitionis officium puniantur ab Inquisitoribus, textus est *in cap. Statutum*, & ibi Communiter notant omnes Canonistæ, *de hæreticis, in 6. & in c. vt officium, §. compescendi*, & *ibi* etiam Communiter omnes Canonistæ, *eod. tit. de hæreticis in 6.* & extat Cõstitutio Alexãdri IV. edita de anno 1258. *incip. Quod super, vers. Nonnulli quoq; clerici*, relata per Francisc. Pegn. inter literas Apostolicas, *folio mihi 30.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisit. in verbo, Impedientes, vers. Primo, & seqq.* vbi ponit quatuor rationes præmissæ conclusionis, Repertor. Inquisit. *in verbo, Impediens, versic. Sed nunc quæritur*, vbi ponit easdem rationes, & *ibi* Quintilian. Mandos. *in additionib. litera C.* Simanch. *in Enchirid. violatæ religion. tit. 7. rub. de Inquisitor. nu. 13.* Zanch. *in tract. de hæreticis, cap. 31. nu. 1. & seqq.* vbi pariter huius conclusionis plures adducit rationes, Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 93. versic. Et potest punire*, Eymeric. *in Direct. inquis. part. 2. quæst. 64. nu. 5.* vbi in hoc refert Constitutiones Vrbani IV. Clementis IV. & aliorum Pontificum, & *ibi* Franc. Pegna *in additionibus, Commentar. 79. versic. Docuit autem, fol. mihi 400. col. 2. & fol. 401. liter. D. & lit. E. col. 2.* vbi pluribus rationibus hanc probat conclusionẽ; idem Eymeric. *vbi supra, quæst. 56. nu. 2. in fine, & part. 3. quæst. 36.* & *ibi* Pegna *in additionibus, Comment. 85. folio mihi 607. & sequ.* vbi late Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 51. nu. 57.*

LIMITA hanc † sextam ampliationem, quia si Inquisitores fuerint impediti in eorum officio ab eorum 78
Superioribus religionis, ab Episcopo, seu Delegato, vel Subdelegato Papæ, non possunt pro impedimento illato contra eos procedere, sed debent summo Pontifici notificare, secundum Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de his, quæ pertinent ad exequutionem officij, nu. 8.*

AMPLIA VII. Vt † iniuriantes & offendentes Inquisitores possint ab eisdem Inquisitorib. puniri, quia 79
talis iniuria dicitur facta Ecclesiæ, ex allegatis in Repertor. Inquisit. *in verbo, Iniuria, vers. Primo*, Simanch. *Catholicarum Institut. tit. 34. rubr. de Inquisitorib. Apostolicis, nu. 28. & in Enchirid. violatæ Religion. tit. 7. rub. de Inquisitoribus, nu. 13.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 32. nu. 1. & seqq.* vbi proponit contraria, & illis respondet, & *ibi* Campeg. *in additionibus* pluribus hanc probat conclusionem, & inde sumpta occasione, late discutit, an, & quando iudex illatam sibi iniuriam vindicare potest.

Sic † offendens familiares seu officiales Inquisitionis, quod possit ab Inquisitoribus puniri, vide in Re- 80
pert. Inquisit. *in verbo, Inquisitio. vers. An inquisitio posit institui, vbi declaratur*, Simanch. *Catholicarum institution. tit. 41. rub. de ministris, nu. 41.* vbi de vulnerantibus, seu occidentibus officialem Inquisitoris, quod puniri debeant ab eodem Inquisitore; & curiæ seculari relinqui, si crimen fuerit morte dignum, ex Constitutione Leonis X. & *in Enchirid. tit. 16. rub. de ministris Inquisitorum*, vbi idem repetiit. Et extat in hac materia Constitutio Pii V. edita de anno 1569. *incip. Si de protegendis*, relata per Francisc. Pegn. post Direct. Inquisit. inter literas Apostolicas, *fol. mihi 174.* Qua cauetur, verberãtes, deiicientes, seu perterrefacientes Aduocatos, Procuratores, Notarios, aliosque ministros sancti officii, puniendos esse pœna mortis, & confiscationis bonorum, omnibusque aliis pœnis, quibus puniuntur rei criminis læsæ Maiestatis; quæ quidem Bulla si bene consideretur, & eius verba bene ponderentur, *in vers. Nemo autem*, recipere videtur declarationẽ, vt procedat contra eũ, *Qui tantum nefas in contemptum & odium S. officij admiserit*, secus, si ex alia causa, ex qua *per claras probationes se fecisse docuerit*, iuxta tradita hac eadem quæstione, *nu. 12. & nu. 68. & nu. 159.* 81

AMPLIA VIII. Vt † impedientes quomodolibet sanctum Inquisitionis officium compescẽdi sint ad desistendum à præstito impedimento per censuras Ecclesiasticas, etiam inuocato brachio seculari, tex. expressus *in cap. Vt officium, §. compescendi, de hæretic. in 6.* & *ibi* Gloss. *in verbo, Compescendi, versic. Respondit Rom. Pontifex, & vers. Nota, quod Inquisitor*, Archidiac. *nu. 9. in verbo, Compescendi, in verbo, Censuram, & in verbo, Denique*, Ioan. Andr. *nu. 3. in verbo, Compescen. in verbo, Cens. & in verbo, Inuocato*, & Fran *in §. Denique, num. 1.* apud quos reperies etiam tractatam materiam, an scilicet, & quando delegatus possit inuocare brachium seculare, absq; eo quod in Delegatione facultas inuocandi brachium seculare specialiter data fuerit, summa Rosella *in verbo, Hæret. nu. 42.*

AMPLIA

82 AMPLIA IX. Vt † sanctum Inquisitionis officium impedire nequeant, nec in eius processu se vllo pacto intromittere possint Delegatus, vel Subdelegatus Papæ, Magister ordinis Prædicatorum, Prior Prouincialis, vel Conuentualis, nec etiam Episcopus, aut eius Vicarius, vt bene probat Calderin. *in rubr. de hæreticis, rubr. de his,, quæ pertinent ad exequutionem officij, nu.1. & sequ.* Et quoad Prelatos, quod non possint impedire Inquisitores in eorum officio, dixi *infra, quæst.186.nu.128.*

83 AMPLIA X. Vt † excommunicati sint, non solum impedientes sanctum Inquisitionis officium, sed etiam dantes illis auxilium, consilium, vel fauorem, Ioan. Calderin. *in tractat. de hæreticis, rubr. de his, quæ pertinent ad exequutionem officii, num.5.* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tractat. de hæreticis, cap.20. litera A. in verbo, Suspecti, in tertio casu,* Eymeric. *in Director. Inquisitor. parte 2. quæst.47. num.2. versic. Vel quia impedierunt, & quæst.54. nu.1.*

84 AMPLIA XI. Vt † impedire sanctum Inquisitionis officium dicatur quis non solum factis, sed etiam verbis minatoriis, & terroribus, argumento text. *in capit.1. in principio, extra, de officio delegat.* Bernard. Comen. *in lucerna Inquisitorum, in verbo, Impedientes, versic. Secundo,* refert eum & sequitur Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. Inquisitorum, part.2. quæst.54. Commentar.79. lit. A. versic. His autem modis, folio mihi 401. colum.1.*

85 AMPLIA XII. Vt † impedientes sanctum Inquisitionis officium, diligenter etiam interrogandi & torquendi sint, si eorum causa & conditio postulauerit, vnde moti sint ad sic impediendum inquisitionem, & an cum eo, ad cuius fauorem impedimentum præstiterunt, aliquam habeant familiaritatem, & quam, & hoc ad videndum, an fuerint fautores personæ, an vero errorum, vt bene aduertit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, part.2. quæst.54. Commentar.79. litera C. versic. In hac tamen difficultate, folio mihi 401. col.1. in fine.*

86 AMPLIA XIII. Vt † impedientes sanctum Inquisitionis officium, cum dicantur suspecti de hæresi, prout dixi *supra hac eadem quæst. num.70.* hoc ideo abiurare teneantur, vt in Repert. Inquisit. *in verbo, Abiuratio, versic. Sed an impedientes sanctum officium,* Eymeric. *in Direct. Inquisitor. parte 2. quæst.54. num.4. & ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Comment.79. litera C. folio mihi 401. colum.1.* vbi ponit formam huius abiurationis.

87 LIMITA I. Propositam † regulam, vt impediens sanctum Inquisitionis officium, dum contra de hæresi suspectum procedit, tunc demum de hæresi suspectus reddatur, quando hoc facit, quia particeps criminis, licet non sit inculpatus, secus, si hoc faceret amore carnali, vel precio, quia tunc contra eum potest procedi, non tanquam suspectum de hæresi, seu tanquam fautorem hæreticorum, sed tanquam contra turbantem iurisdictionem sancti officii, secundum Bonifac. de Vitalinis *in Clementin.1. num.160. de hæreticis, & ibi* Cardin. Zabarel *in §. Verum, il secundo, num.7. versic. Quarto quæro,* vbi de offendente familiam Inquisitoris, vel Episcopi, quę venerat ad capiendum hęreticū, propter particularem inimicitiam, non animo impediendi sanctum Inquisitionis officium: faciunt scripta per Francisc. Pegn. *in additionibus ad Eymericum, in Direct. Inquisitor. part.2. qu.56. Comment.81. lit. A. versic. Et quanquam hæc sententia, & sequ. folio mihi 408. col.1.* vbi dixit, quod licet impedientes sanctum Inquisitionis officium, vel impedientibus auxilium, consilium, seu fauorem præstantes, sint de hæresi vehementer suspecti, prout dixi *supra hac eadem quæst. num.70.* hoc tamen non habebit locum in impediente, non ratione odii, quod habeat cōtra fidem, aut sanctum Inquisitionis officium, sed affectione, & amore, quo prosequatur consanguineum, seu amicum inquisitum, Læl. Zecchius *in summa, part.1. tit. de fide, rubric. de hæreticis, nu.5. versic. Tertia suspicio,* vbi dixit idem.

LIMITA II. Vt † licet impedientes sanctum Inquisitionis officium sint suspecti de hæresi, non tamen hæretici reputantur, nisi aliter apparet, quod habeant errorem in mente, & pertinaciam in voluntate, vt per Eymeric. *in Director. inquisitorum part.2. quæst.54. nu.2. & nu.3. versic. Nec sunt hæretici.*

ARGVMENTVM.

De impedientibus familiares Inquisitorum, armorum vsu, & de eorum pœna, & materia.

SVMMARIA.

Domini temporales impedientes Inquisitoris familiam pro delatione armorum, puniuntur tanquam turbatores sancti officij, nu.89.

Inquisitores possunt tenere familiam armatam, pro defensione eorum iurisdictionis, nu.90.

Arma deferendi licentiam possunt Inquisitores concedere suis familiaribus, nu.91.

Armorum vsu Inquisitores abuti non debent, nu.92. Abuti autem dicuntur Inquisitores concessione licentiæ deferendi arma, quando illam concedunt officialibus non necessariis, numer.93. Idem quando concedunt dictam licentiam officialibus actu non seruientibus, nu.94.

QVÆST. CLXXXII. §. VI.

REGVLA † sit, quod Domini temporales impedientes familiam Inquisitoris, pro delatione armorum, possunt puniri ab Inquisitoribus, tanquam turbatores Inquisitionis, secundum Cardinal. Zabarel. *in Clementin.2. §. porro, num.2. versic. Secundo quæro, de hæreticis,* Gloss. *in cap. Statutum, in verbo, Indirecte, de hæreticis, in 6.* vbi dixit, per indirectum impediri officium sanctæ Inquisitionis, quando potestas secularis facit edictum seu statutum, vt nullus, nisi sit de familia potestatis, possit arma portare, & ibi Communiter notant omnes Canonistæ, Syluestrina *in summa, in verbo, Hæreticus, §.2. nu.13. versic. Item ne abutantur,* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Direct. inquisit. part.3. quæst.56. Comment.105. versic. Iam hoc priuilegium, folio mihi 631. col.1.* vbi dixit, doctrinam Glossę *in dict. cap. Statutum,* esse Communiter receptam. 89

Ratio † huius regulæ est, quia possunt Inquisitores tenere armatam familiam pro defensione suæ personę, vel familiæ suæ, & ad capiendum hæreticos, nulla est dubitatio, per text. *in Clementin. Nolentes, §. Porro, de hæreticis,* & voluit Eymeric. *in Director. inquisitor. part.3. quæst.56. & ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Comment.105. versic. Primo, & sequentibus, fol. mihi 631. col.1. in fin. & col.2.* post Gundisalu. Repertor. Inquisit. Bernard. Comens. & Ioan. à Rojas *in locis per eum relatis,* dicitque hoc priuilegium habendi familiam armatam Inquisitoribus concessum esse à Clemente V. & Ioanne XXII. & *folio 632. versic. Postremo in hac quæstione, colum.1.* ampliat, hoc idem priuilegium habendi familiam armatam etiam Episcopis competere, testaturque de vera & communi opinione post alios, quos refert pariter concordantes. 90

Alia † est ratio, quia licet armorum vsus iure communi interdictus sit, vt *suo loco* dixi, possunt tamen officiales Inquisitorum impune arma portare, præsertim de licentia ipsorum Inquisitorum, prout est textus expressus *in Clementin. 2. § final. de hæreticis, & ibi* Glossa *in verbo, Concessione,* vbi, quod Inquisitores possunt habere officiales armatos ex priuilegiis ipsis concessis, & *ibi* Ancharan *nu.11.* Cardin. Zabarel. *in §. porro, nu.1. In secundo notabil.* Imol *nu.9. in fine, versic. Glossa concessione, & nu.10.* 91

nu.10.*versic. Sed quærit hic Paulus*, & Bonifac. de Vitalinis, *n.*124 Marsil. *in pract. crim. in* §. *Pro complemento, n.*5. Gundisaluu. de Villadiego *in tract. de Haeret. q.*11.*n.*16. Siman. *Catholicar. Institut. cap.*34.*n.*23.*& c.*41.*per totum*, vbi ponit sigillatim omnes officiales, & ministros sancti officii, quos & alios refert, & sequitur: *In Enchiridio violat. Religion. tit.*7.*rubric. de Inquisitoribus n.*9. Reper. Inquis. *in verbo, Arma, vers. Sed vtrum inquisitores*, Campeg. *in addit. ad Zanch. in tract. de Haereticis, c.*9. *litera A. vers. Item quia iura Ciuilia, in fine versiculi:* Ioan. à Rojas *singul.*21.*nu.*8. vbi quod non obstante quacunque legis ciuilis, municipalis aut alia, delationis armorum prohibitione, possunt officiales, & familiares Inquisitorum hæreticæ prauitatis, quocunque tempore, diu, noctuque arma prohibita deferre; Francisc. Pegna *in additio. ad Eymeric. in Direct. Inquis. part.*3.*q.*56.*Commenta.*165.*fol. mihi* 631.*col.*2. *versic. Rursus arma deferre, & sequentibus*, vbi dixit, hanc armorum licentiam, non solum dādam esse officialibus destinatis ad denunciandos hæreticos, ad comitandum Inquisitores, vel ad capiendum hæreticos, sed etiam cæteris Ministris, qui quauis alia ratione sancto officio inseruiunt, veluti Aduocatis, Notariis, Consultoribus, Custodibus, aut illis qui aduersus hæreticos publice scribunt, dummodo non sint personæ scelestæ, & Alienigenæ, nec Iudæis, aut aliis infidelibus conuersis; Tales enim non facile, & non nisi ex magna causa creandi sunt familiares sancti officii.

92 LIMITA Propositam regulam cum rationibus præallegatis, in qua dixi, quod officiales Inquisitorum possunt deferre arma, & quod Inquisitores possunt suis officialibus dare licentiam portationis amorum, vt procedat, dummodo dicti officiales armorum delatione, & Inquisitores licentiarum concessione non abutantur; Tex. est *in dicta Clementin. secunda in fine, de Haereticis*, vbi dicitur: *Porro Inquisitoribus ipsis districtius inhibemus, vt nec abutantur quomodolibet Concessione portationis armorum*; Et *ibi* Cardinal. Zabarel. *in* §. *Porro, in summario, & in primo notab.* vbi etiam subdit, quod abusus considerari potest, tam ex qualitate personarum; & ex eo quod licet regulariter abutens priuilegio sibi dato, priuilegium amittat; non per hoc tamen inquisitor abutendo priuilegio concedendi licentias armorum, illud perdit, & Bonifac. de Vitalinis, *ante num.*1. *in summario, & num.*125. *& seq.* Et quod Inquisitores non debeant abuti Concessione portationis armorum; Vide Adden. ad Gloss. *in capitulo statutum, in verbo, Tale, de Haereticis in* 6. & ibi etiam Ioan. Andr. *n.*2. *in fine, vers. in Glossa penultima:* Syluestrina *in summa, in verbo, Haereticus*, §.2. *num.*13. *vers. Item ne abutantur.*

93 Dicuntur † autem inquisitores abuti concessione portationis armorum, quando licentiam concedunt officialibus non necessariis, *dicta Clement. in fine de haereticis, in illis verbis, Nec officialis*, nisi sibi necessarios habeat tales, & ibi Cardinal. Zabarell. *in* §. *Porro in summario*; Imol. *num.*1. *in fine*, vbi pariter de concedentibus licentiam armorum non necessariorum, & Bonifac. de Vitalinis *ante num.*1. *in summario, & num.*126. *in fine, & nu.*130. Syluestrina *in summa, in verbo, Haereticus*, §. 2. *num.*13. *vers. Item ne abutantur.*

94 Et pariter † inquisitores dicuntur abuti concessione portationis armorum, quando licentiam concedūt aliquibus, qui actu non inseruiunt sancto inquisitionis officio, sic enim probare videtur tex. *in dicta clementin.*2. *in fine de Haereticis*; in illis verbis: *Tales qui se conferant ad sua cum Inquisitoribus ipsis officia exequenda*, sumpto ex dictis verbis argumento à contrario sensu, & ibi etiam Glossa *in verbo, Exequenda*, Imol. *num.*9. *in fine, versic. Glossa concessione.* Et extat extrauagans Ioannis XXII. edita de anno 1321. incipien. *Exigit vestri ordinis Religio*, in illis verbis: *Nec aliquibus de cætero extra familiam vestram quam vobiscum habetis continue, nisi forsan illis qui eundo de terra ad terram, vel etiam redeundo vobiscum, & in casibus aliis in quibus vobis pro securitate vestra forsitan expediret, deferendi arma per dictam ciuitatem, & districtum licentiam concedatis*; Quæ quidem extrauagans fuit relata per Francisc. Pegnam inter literas Apostolicas post Director. Inquisitorum, *fol. mihi* 80.

ARGUMENTUM.

De impedientibus Sanctum Inquisitionis officium in captura hæreticorum, & de eorum pœna, & materia.

SUMMARIA.

*Occultans, & celans haereticum, illum domi suæ receptans, ne ad manus Curiæ deueniat, dicitur fautor & defensor haereticorum, num.*95.

*Eximens ex manibus Curiæ Haereticum captum multo magis punitur vt fautor haereticorum, n.*96.

*Liberans precibus, aut pecunia haereticum iam captum, punitur, & dicitur fautor haereticorum, n.*97.

*Supponens se in manibus Curiæ loco haeretici, quem ipsa Curia quærit capere, liberando verum haereticum dicitur fautor haereticorum, n.*98.

*Receptans haereticum publice, & palam, & non animo ipsum occultandi, non dicitur fautor haereticorum, num.*99. *Contra num.*100.

*Occultans, seu receptans haereticum, vt ille euadat à manibus Curiæ, licet sit suspectus de haeresi, non tamen reputatur haereticus, n.*101. *Contra, n.*102.

*Occultans ne capiatur haereticus eo capto excommunicationem non incurrit, n.*102. *in fine.*

QUÆST. CLXXXII. § VII.

REGULA sit, quod † celans & occultans hæreticum ad effectum, ne ad manus Curiæ deueniat, dicitur hæreticorum fautor, & defensor, secundum Ioan. de Anania post Bald quem allegat *in cap. Ad abolendam, n.*12. *extra de haereticis, & in cap. Excommunicamus il primo* §. *credentes, n.*13. *in fine, & num.*14. *versic. Secundus est extra eodem.* Archidiac. *in cap. Quicunque, num.*3. *versic. Hoc sane notandum videtur, & num.*4. *versicul. Aliquando quis defendit personam de haereticis, in* 6. & ibi etiam Ioan. Andr. *num.*9. *versic. Secundus autem:* Ioan. Calderin. *in tract. de haereticis, rub. de haereticis credentibus, &c. nu.*14. *in fine, & nu.*18. Summa Angelica *in verbo, Haereticus, nu.*23. *& nu.*25. Syluestrina *in summa, in verbo, Haeresis*, §.1. *n.*10. *versic. Receptator vero, & iterum dicto nu.*10. *ante finem, versic. Defensores autem*, Repert. Inquisitor. *in verbo, Fautores, versic. Facto, seu cooperatione*, vbi de eo, qui ministrauit hæretico necessaria ad fugiendum, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitor. in verbo, Fautores, num.*3. *versic. Dicuntur autem tales fautores; & num.*5. *& in verbo, Occultans, num.*1. vbi etiam, quid de eo, qui sciens, iudicem velle capere hæreticum sibi amicum, vel consanguineum, ipsum monuit, vt fugiat, & aufugiat, *& in verbo, Receptatio, num.*4. Simanch. *in Enchirid. violatæ Religion. tit.*16. *rub. de receptatoribus, n.*1. Zanchin. *in tract. de haereticis, cap.*4. *num.*1. *& cap.*5. *num.*5. vbi de præstante hæretico auxilium, vel fauorem, per quæ tute fugiat, & *num.*6. vbi de præstante consilium hæretico, vt euadat. Nicol. Arelatan. *notab.*29. vbi de admonente hæreticum, vt fugiat, quia iudex vult eum capi facere, Menoch. *de arbitrar. quæstion. libr.*2. *casu* 548. *nu.*3. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymer. in Directorio inquisitorum, part.*2. *quæst.*52. *Comment.*77. *litera B. folio mihi* 395. *colum.*2. vbi refert Constitutionem Innocentii IV. per ipsum relatam inter literas Apostolicas, *folio mihi* 9. *incip. Ad extirpanda*, editam de anno 1252 *versic. Quicunque autem*; & Constitutionem Clementis IV. editam 95

editam de anno 1265. *incip. etiam, Ad extirpanda, versicul. Quicumque autem hæreticum*, & pariter relatam *vt supra, fol. 61.* imponentes pœnam perpetuæ relegationis, cum publicatione bonorum iis, qui hæreticum captum de manibus capientium auferre ausi fuerint, vel defendere ne capiatur, *& folio 396. colum. 1. versic. Primo*, ampliat dictas Constitutiones, siue hæc fiant cum armis, siue etiam sine armis, cum clamoribus & monitionibus, vt capiendus hæreticus fugiat, idem Eymeric. *in Direct. inquisitorum, parte 2. quæstione 53. num. 4.* vbi de opponentibus se capientibus hæreticum, quod dicuntur fautores, Decian. *in tractat. criminal. libr. 5. cap. 51. num. 10.* vbi generaliter de defendente hæreticum, ne ad manus iudicis deueniat, & *num. 40.* vbi de eo, qui hæreticum amicum admonet, vt fugiat, quia Magistratus iussit eum capi; dicitque, hunc sic denuntiantem puniri tanquam fautorem, si ille aufugit, si vero non aufugit, punietur alia pœna arbitrio iudicis, & *nu. 41.* vbi, quod occultans hæreticum dolose, sciens, eum esse hæreticum, punitur de hæresi, tanquam si esset hæreticus, (quod tu intellige iuxta ea, quæ dixi *infra hac eadem quæstione num. 159. & sequ.*) *& nu. 66.* vbi, quod occultans & associans hæreticum, maiori pœna puniendus est, quam simplex receptator, & *nu. 76. & 77.* vbi amplius loquitur de receptante hæreticum insequutum à Curia, illumque recepta pecunia dimittente, Bartholom. Vgolin. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis, part. 2. in Glossa, Fautores, in princ. num. 11. folio mihi 79. colum. 2.* vbi loquitur de eo, qui ob amicitiam, & non ex causa hæresis admonuit hæreticos, vt aufugerent, ne caperentur, dicitque, hunc talem vti fautorem incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, & in id concordantes Doctores adducit, *& num. 17. folio mihi 82. colum. 1.* vbi, quod sciens & occultans hæreticum ob hæresim, ne capiatur, dicitur hæretici fautor, & tanquam hæreticus puniri potest, ex Baldo, quem allegat *in leg. prima, C. de his, qui latrones*, Iacob. de Graffiis *libr. 4. suarum decisionum, cap. 18. num. 27.* vbi de eo, qui hæretico modum & viam fugiendi de manibus Curiæ vel carceris docet, Ioan. Azzor. Iesuita *institutionum Moralium parte 1. libr. 8. cap. 15. rubr. de credentibus, receptatoribus, &c. quæst. 2.* vbi dixit, receptatorem seu receptorem appellari eum, qui clam excipit, & cælat aliquem, ne ad manus iudicis deueniat.

96 AMPLIA I. Propositam † regulam multo magis procedere in eo, qui iam captum hæreticum è manibus Curiæ vi exemerit, vt per Ioannem Calderinum *in tractat. de hæreticis, rubric. de receptatorum, &c. numero 8.* Campeg *in additionibus ad Zanchinum, in eodem tractat. de hæreticis, cap. 10. litera A. in verbo, Carcerabitur, versic. Quod si illi*; vbi dixit, quod capiendi ministris resistentes impune occidi possunt, & vide etiam Constitutionem Innocentii IV. editam de anno 1252. *incipien. Ad extirpanda, in versic. Quicumque autem*, registratam per Pegnam inter literas Apostolicas, *folio mihi 9.* & Clementis IV. editam de anno 1265. *incipient. Ad extirpanda, in eodem versic. Quicumque autem hæreticum*, relatam per eundem Pegnam, *vbi supra, folio 61.* Quibus eximentibus hæreticos ex manibus Curiæ imponitur pœna perpetuæ relegationis, cum confiscatione bonorum. Quas quidem Constitutiones refert idem Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, parte 2. quæst. 52. Commentar. 77. litera B. folio mihi 395. colum. 2.* & quoad confiscationem bonorum generaliter, quod vltra excommunicationem incurrant impedientes sanctum officium, vide Constitutionem Pauli III. editam de anno 1542. *incip. In Apostolici culminis*, relatam per Franc. Pegnam *vbi supra*, inter literas Apostolicas, *fol. mihi 140.* Quæ quidem pœnę hodie minime seruantur in practica, quia siue cum armis, siue sine armis quicumq; captum hæreticum è manibus Curiæ exemerint, siue captus sit hæreticus, siue non, vel ne capiatur impedierint, vltimi supplicii pœna cum cõfiscatione bonorum puniuntur, ex Bulla Sixti V. aliarum Constitutionum præcedentium confirmatoria, & de eximente captum ex manibus Curiæ, illumque occultante, seu facultatem effugiendi præbente, taliaque fieri mandante, seu auxilium & consilium præstante, quod puniatur pœna mortis, & confiscationis bonorum omnibus aliis pœnis, quibus rei criminis læsæ Maiestatis puniuntur, statuit Pius V. in sua Constitutione, edita de anno 1569. *incip. Si de protegendis*, & relata per Franciscum Pegnam post Director. Inquisitorum inter literas Apostolicas, *folio mihi 174.* & de eximente hæreticum ex carcere, illique accommodando instrumenta ad effectum frangendi carceres, & inde effugiendi, vel de eximente hęreticum ex manibus Curiæ iam captum, sed non carceratum, quod dicatur hæreticorum fautor, & quod propterea incurrat excommunicationẽ Bullæ Cœnæ Domini, scripsit Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, parte 2. in Glossa, Fautores, in princ. num. 12. & 13. folio mihi 80.*

AMPLIA II. Pariter † & multo magis in eo, qui iam captum hæreticum precibus, aut pecunia liberat, aut alio modo eius liberationem procurat, Angelica *in summa, in verbo, Hæreticus, nu. 4. in fine*, Repert. Inquis. *in verbo, Fautores, versic. Quid autem & de agente*, vbi de liberante hæreticum precibus, & ante istos Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis credentibus, &c. num. 17. in fine, & num. 18.* Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part. 2. quæst. 53. num. 4.* vbi simpliciter dixit, fautores hæreticorum reputari eos, qui captos pro hæresi, propria temeritate à carcere liberant, vel auxilium, consilium, aut fauorem ad liberandum præstant; Qua in re vide Constitutiones Innocentii IV. & Clementis IV. imponentes pœnam relegationis perpetuæ, cum publicatione bonorum illis, qui hæreticum captum de manibus capientium auferre ausi fuerint, quas quidem Constitutiones refert Franciscus Pegna *in additionibus ad eundem Eymericum, vbi supra, dicta parte 2. quæst. 52. Commentar. 77. liter. B. folio mihi 395. col. 2. & folio 396. col. 1. versic. Et sub his*, vbi ampliat, dictas Constitutiones esse intelligendas non solum si captus eripiatur cum armis, sed etiam si sine armis, idem *Eymeric. vbi supra, eadem parte 2. dict. quæst. 53. num. 2.* vbi de Dominis temporalibus, eorumque officialibus liberantibus ex carceribus hæreticos absque licentia Episcopi, vel Inquisitoris, quod sint ipso iure excommunicati, & si per annum in excommunicatione pertinaciter perstiterint, tanquam hæretici condemnantur. 97

AMPLIA III. In † eo, qui fingendo se esse illum hæreticum, quem Curia capere quærit, ponitque se in manibus eiusdem Curiæ, & sic verum hæreticum liberat; hoc enim casu se pro alio submittentes ex Constitutione Innocentii IV. & Clementis IV. perpetuo carceri mancipantur, qui vero hunc dolum commiserint, bonis omnibus publicatis in perpetuum relegantur, quas quidem Constitutiones refert Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 2. quæst. 52. Commentar. 77. fol. mihi 396. colum. 1. versic. Iam vnus est casus*, Constitutionem autem Clemẽtis IV. editam de anno 1265. *incip. Ad extirpanda, in versic. Si quando aliqui*; habes registratam per eundem Pegnam inter literas Apostolicas, *fol. 91.* qua cauetur, quod supponens non hæreticum pro hæretico, vt verum hæreticum saluet, publicatis bonis perpetuo relegatur; suppositus vero, si fuerit in dolo, perpetuo carcere mancipatur. 98

LIMITA I. Quia † vt receptationis hæreticorum pœna locum habeat, & vt receptator hæretici possit puni- 99

puniri tanquam illius fautor, necesse videtur, vt illum recipiens celauerit & occultauerit, vt manus iudicis euaderet, aliter secus, sicut innuere videtur Repertor. Inquisitor *in verbo, Receptatores, versic. Primo,* faciunt scripta per Cardin. Tolet. *in Bulla Cœnæ Domini, in verbo, Excommunicatio, num.* 21. vbi ait, receptatores hæreticorum eos dici, qui in domibus, vel in alio loco eos recipiunt, vt occultent ipsos, ne veniant in manus iudicum; refert eum & sequitur Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, parte 2. in Glossa, Receptatores, in princip. nu. 1. versic. Horum opinio, in fine versic. folio mihi 63. colum. 2.*

100 Cuius † contrarium & melius voluit Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis volentibus, &c. num. 14. in fine,* vbi propterea dixit, magis puniendum esse, qui hæreticum palam receptat; quam qui clam, & est de mente Francisc. Pegn. *in additionibus ad Eymericum, in Director. Inquisito. par. 2. quæst. 51. Commentar. 76. lit. B. fol. mihi 394. colum. 2.*

101 LIMITA II. Quia † recipientes hæreticos, seu eos aliquo modo adiuuãtes, ne ad manus curiæ deueniant, licet reputentur fautores & defensores hæreticorum, & propterea sint excommunicati, non tamen vt hæretici puniuntur, nec hæretici reputantur, sed tantummodo sunt de hæresi suspecti vehementer, & etiam quandoque leuiter, secundum defensionem & auxilium ad hoc præstitum, vt per Vmbert. Locat. *in iudic. inquisitorum, in verbo, Defensores, nu. 1. & in verbo, Suspicio, n. 3.* & ante eum Repertor. Inquisitor. *in eodem verbo, Defensores, sub versic. Primo,* vbi propterea, quod ex hac suspicione potest indici purgatio.

102 Etsi † quod liberans hæreticum, faciensque quod non perueniat ad manus curiæ, hæreticus sit, scripserit Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 19. versic. Aut forte ipsum liberauit,* Ioan. à Rojas *singular. 171. nu. 5.* vbi dixit, quod occultans hæreticum ex certa scientia, potest puniri de hæresi tanquam hæreticus.

LIMITA III. Quia receptantes seu occultãtes hæreticum, ne ad manus curiæ deueniat, effectu non sequuto, & sic ipso iam capto non incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, secundum probabiliorem sententiam, quam testatur Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr. 2. capit. 10. nu. 9.* Cuius contrarium voluit Iacob. de Graffiis *libr. 4. suarum decis. cap. 18. nu. 34.*

ARGVMENTVM.

De credentibus hæreticorum, seu eorum erroribus, ac de eorum pœna, & materia.

SVMMARIA.

Credentium hæreticorum & eorum erroribus materiam remissiue videas, nu. 103.

Credentes hæreticorum qui dicantur, & in quo differant ab hæreticis, nu. 104.

Credentes hæreticorum propriè dicuntur illi, qui sequuntur errores, quos hæretici gignunt, & in hoc differunt ab hæreticis, quia hæretici errores gignunt, credentes vero hæreticorum erroribus adhærent, ibid.

Credentes hæreticorum si in excommunicatione per annũ persistiterint, sunt ipso iure infames, nec ad publica officia admittantur, nu. 106. & nu. 108. vbi tamen, quod breuius & vtilius est, isto casu aduersus credentes hæreticorum sic in excommunicatione persistentes, procedere vti suspectos de hæresi.

Credentes hæreticorum, si fuerint clerici, & in excommunicatione perstiterint per annũ, officiis & beneficiis priuantur, nu. 107.

Credentes hæreticorum sunt suspecti de hæresi, nu. 109.

Credentes hæreticorum sunt in duplici differentia, Aliqui enim credunt ore, & verbis, aliqui enim factis, nu. 110.

Consolationem petentes in eorum infirmitate ab hæreticis, per impositionem manus, dicuntur credentes hæreticorum, ibid.

Consolationem petentes ab hæreticis in eorum infirmitate, non dicuntur credentes hæreticorum, si eo tempore non erant in sana mente, nu. 111.

Consolationem hæreticorum petentes in eorum infirmitate, non admittuntur ad probandum non sanam mentem in tribus casibus. Primo, quando viuentes erant de hæresi suspecti. Secundo, quando erant diffamati. Tertio, quando legitime constat, eos fuisse sanæ mentis, nu. 112. & 113.

Reus excipiendo, an, & quando admittatur ad probandum contrarium eius, quod probauit actor, nu. 113.

Filij & hæredes petentium consolationem ab hæreticis in eorum infirmitate, licet in tribus casibus prædictis non admittantur ad probandam insanam mentem infirmi directè, admittuntur tamen indirecte, probando corruptionem & falsitatem testium examinatorum, num. 114.

Audiens cõciones seu prædicationes hæreticorum semel tantum, non videtur eas approbare, secus si pluries, num. 115. Et pluries dicitur quis audiuisse hæreticorum conciones, si bis tantum audiuit, num. 116.

Conciones & prædicationes hæreticorum audientes, sed non discentes, nec seruantes, quæ hæretici docent, de iure ciuili, puniuntur pœna decem librarum auri Ecclesiæ applicanda, n. 117. vbi etiam quid de interfiente precibus hæreticorum, timore damni, vel spe lucri.

Audiens hæreticorum conciones seu prædicationes, dicensque & seruans eorum documenta, de iure ciuili punitur pœna deportationis, nu. 118. Verius est eum puniri pœna mortis, nu. 119.

Audiens hæreticorum cõciones seu prædicationes semel tantum, suspectus de hæresi, nu. 120.

Credentes erroribus hæreticorum, vt hæretici puniendi sunt, nu. 121. & 122.

Credentes hæreticorum sunt in duplici differentia, Aliqui enim credunt non solum hæreticis, sed eorum erroribus, & isti vt hæretici puniuntur. Quidam vero hæreticis credunt, sed non erroribus, & isti mitius puniuntur, non vt hæretici, nu. 123.

Credentes erroribus hæreticorum dicuntur etiam illi, qui implicite eorum fidem bonam esse credunt, licet eorum errores explicite ignorent, nu. 124.

Credentes hæreticorum dicuntur illi, qui credunt, generaliter hæreticos habere bonam fidem, nu. 125.

Credentes erroribus hæreticorum, propter simplicitatem excusantur, num. 126.

Credentes hæreticis nondum declaratis excusantur, ibid.

Credentes hæreticis in his, quæ sunt extra fidem, vt puta in aliqua propositione Philosophiæ, in danda medicina, aut in contractibus non puniuntur, nu. 127.

Credentes non erroribus hæreticorum, sed puta eos esse bonos viros, non reputantur hæretici, nu. 128.

Credentes hæreticis magistris, & doctis, & ab eo decepti non reputantur hæretici, nisi pertinaces fuerint, nu. 129.

Credentes hæreticis & eorum erroribus in his, quæ quis explicite credere non tenetur, non sunt hæretici, nu. 130.

Credentes hæreticorum non dicuntur, qui eos credunt esse Catholicos, nullum tamen eorũ errorem explicite credunt, n. 131.

QVÆST. CLXXXI. §. VIII.

DE Materia † credentiũ Hæreticorum, vltra infrascripta, si lector plura exoptauerit, illum remitto ad Simanch. *Catholicarum instit. tit. 15. rubr. de credentibus, &c. n. 1. & seqq. in discursu, relatos per Francisc. Pegnam in additionibus ad Emeric. in Director. Inquisitor. par. 2. quæst. 56. Commentar. 75. versic. Primo, fol. mihi 391. col. 2.* 103

Et in † specie si quis scire voluerit, Quinam dicantur credentes hæreticorum, adeat Ioann. de Anania *in cap. Excommunicamus il primo §. credentes, num. 11. & 12. extra de hæreticis,* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Credentes, versi. Secundo;* Vbi dixit, credentem hæreticorum proprie dici illum, qui sequitur errorem, quem aliquis gignit, & propterea quod hæc est differentia inter credentes, & hæreticos, quia hæreticus proprie est ille, qui errorem 104

gignit, & credens est ille, qui adhæret illius errori, illumq; errorem sequitur, & sic hæreticus est principium erroris, credens autem approbat illum errorem, quem alius inuenit, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis credentibus, &c. nu.* 8. vbi dixit, credentes hæreticorum esse eos, qui eorum fidem habent implicitam, licet eorundem vitam siue modum non seruent, Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 13. *rubr. de credentibus, num.* 4. vbi de credentibus hæreticorum putantibus eos Catholicos esse, sed nullum eorum errorem explicite credentes, de quo particulariter dixi *infra hac eadem quæstione, nu.* 124. Zanchin *in tract. de hæreticis, cap.* 7. *nu.* 4. *versic. Et in hoc solo*, vbi pariter ponit differentiam inter hæreticos & credentes, quod scilicet hæretici sint, qui errores gignunt, credentes vero, qui errorem iam natum sequuntur, & sic hæreticus errare incipiat à seipso; credens vero adhæreat errori alterius, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymer. in Directorio inquisitor. part.* 2. *quæst.* 50. *Comment.* 75. *versic. In libro quodam, folio mihi* 391. *col.* 2. vbi testatur, se legisse in quodam libro peruetusto, eos dici credentes hæreticorum, qui eorum tantum fidem habent, non autem vitam, Tolet. *de instructione sacerdotum, lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 5. vbi & ipse dixit, credentes hæreticorum esse eos, qui errorem expresse & explicite non habent, sed implicite, vt in exemplo *ibi per eum relato*, Iacob. de Graffiis *libr.* 4. *suarum decisionum, cap.* 18. *nu.* 30. *versic. Alij vero sunt*, vbi dixit idem Bartholom. Vgolin. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis, part.* 2. *in Glossa, Actorum credentes, nu.* 1. *versic. Ecce hic manifeste apparet, folio mihi* 60. *col.* 1. vbi dixit, quod credentes hæreticorum dicuntur illi, qui eis credunt contra fidem, qui vero in aliis ipsis credunt, non sunt hæreticorum credentes, ex Tabiena, Syluestrina, & Angelica, *in locis per eum relatis*, Ioan. Azzor. Iesuit. *par.* 1. *l.* 8. *c.* 15. *rub. de credentibus, receptatoribus, in princ. & in* 1. *quæst.*

Et ex omnibus prædictis differentiis inter hæreticos & credentes nulla mihi magis placet, quam ea, quam posuit Cardinalis Tolet. *in loco præallegato*: illæ enim aliæ differentiæ, quibus dicitur, hæreticum esse proprie eum, qui errorem gignit, credentem autem, qui eius errorem sequitur, constituunt differentiam potius inter hæresiarcham & credentem, quam inter credentem & hæreticum. Cum hac igitur materia credentium hæreticorum concludendo ita distingue, illum, qui scienter contra Ecclesiam errorem gignit, proprie hæresiarcham esse, qui vero sciens & videns damnatum per Ecclesiam errorem elegerit, propriè hæreticum dici, qui autem etiam scienter damnatum per Ecclesiam errorem tenuerit ea solum ratione, quia alius, cui credit, dixit, & propter illius authoritatem, proprie credentem hæreticorum appellari, & simul hæreticum esse; hæreticum quidem, quia scienter contra Ecclesiam errorem tenet; credentem vero hæreticorum, quia id tenet solum, quia alius, cui credit, dixit. Sed hoc tripliciter fieri contingit; Primò, si explicite aliquem errorem teneat, quia alius, cui credit, dixit. Secundo, implicite, si dicat, se tenere quidquid v.g. Caluinus dixit, vel hæreticus alius. Tertio, si sciens & videns aliquem vt hæreticum, ab Ecclesia damnatum, contendat, illum fuisse vel esse virum bonum, & laudabilem; per hoc enim credit bonam illius fuisse vitam, bonamq; doctrinam, & per consequens credens hæreticorum est, credensque hæreticorum erroribus, licet implicite.

105 Regula † sit, quod credentes hæreticorum vltra pœnas positas *supra hac eadem quæstione, num.* 37. sunt & ipsi excommunicati, vt in Constitutione Martini V. edita de anno 1418. *incip. inter cunctas, versic. Nec non præsentes*, relata per Franciscum Pegnam in Directorio Inquisitorum inter literas Apostolicas, *fol. mihi* 97. & in Constitutione Pauli IV. edita de anno 1558. *incip. Cum ex Apostolatus officio, versic. Et insuper*, relata per Franciscum Pegnam *vbi supra, fol. mihi* 157. *& seqq.* Imo ex Bulla Cœnæ Domini sunt ipso iure excommunicati, & post alios Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, parte* 2. §. 1. *num.* 1. *& per totum, folio mihi* 61. *& sequentib.* vbi huius conclusionis ponit nonnullas declarationes & ampliationes.

106 Et si † in excommunicatione per annum perstiterint, sunt ipso iure infames, nec ad publica officia admittuntur, text est *in authent. Credentes, C. de hæreticis, & in capit. Excommunicamus, il* 1. §. *Credentes, extra eodem, quæ decretalis sumpta est ex dicta authent. Credentes*, vbi dicitur, *Credentes, &c. excommunicationi decernimus subiacere firmiter statuentes, vt postquam quis fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia admittatur*, & *ibi* hoc adnotarunt Innocent. *nu.* 1. *in fine, in verbo, Credentes*, Hostiens. *nu.* 19. *in prin. versic. Pœna enim*, Ancharan. *nu.* 1. *& num.* 3. vbi amplius, quod ipso iure sunt excommunicati, Henric. Boich. *nu.* 11. vbi dixit idem Hostiens. *in summa, eod. tit. de hæreticis*, §. *quis dicatur, num.* 1. *versic. Sed his credentes*, & voluit Fredericus Imperator in sua Constitutione, *incip. Catharos*, relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas *folio mihi* 19. Summa Rosella *in verbo, Hæreticus, nu.* 16. Angelica *in summa, in verbo, Hæreticus, nu.* 4. *& nu.* 21. Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum, & similium, num.* 1. *in fine*, Syluestrina *in summa, in verbo, Hæreticus*, §. 1. *num.* 16. Tabiena *in verbo, Hæreticus, num.* 21. Repertor. Inquisit. *in verbo, Hæreticus, versic. Nota, quod hæreticus ex sola mente, & in verbo, Credentes, vers. Quæ pœna*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Credentes, num.* 1. *& in verbo, Excommunicati, nu.* 3. *& in verbo, Pœna, num.* 11. Simanch. *in Enchiridion violatæ religionis, tit.* 13. *rubr. de credentibus, num.* 2. Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis, quæst.* 9. *nu.* 1. Gundisaluu. *in tract. de hæreticis, quæst.* 16. *nu.* 1. *in princip.* Bonifac. de Vitalinis *in rub. de crimine hæresis, nu.* 9.

107 Et † si in excommunicatione credentes hæreticorum per annum perstiterint, tunc post annum omni officio & beneficio Ecclesiastico sunt priuandi, vt per Paulum Ghirland. *in tract. de hæreticis, quæst.* 9. *num.* 1. *vers. Clerici vero*, de quo dixi *infra, in materia priuationis beneficiorum, quæst.* 189. *num.* 73. quod si credentes hæreticorum ab Inquisitore, seu Episcopo vocati non compatentes, fuerint excommunicati, & in excommunicatione per annum insorduerint, possunt absque dubio iterum vocari, & si non compareant, tanquam hæretici condemnari, per ea, quæ generaliter dixi *infra, qu.* 192. *nu.* 14. *& seqq.*

108 Vide † tamen Simanch. *Catholicarum institution. tit.* 15. *rubr. de credentibus, &c. nu.* 6. vbi tamen dixit vtilius & breuius esse, isto casu aduersus hos sic credentes, tanquam de hæresi suspectos procedere, vt vel abiurent, vel se purgent, vel tormentis subiiciantur.

Et rursus ad hanc excommunicationis materium vide, quæ in simili de fautoribus hæreticorum dixi *supra hac eadem quæst. nu.* 37. *& seqq.* defensoribus hæreticorum, *nu.* 58. *& seqq.* de impedientibus sanctum Inquisitionis officium, *nu.* 71. *& seqq.* & de receptantibus hæreticos, *infra nu.* 134. *& seqq.*

109 Amplia I. Propositam † regulam, vt hæreticorum credentes sint suspecti de hæresi, quando non credunt eorum erroribus, sicut dixi *supra hac eadem quæstione, nu.* 55. hic repetere non est necesse.

110 Amplia II. Vt † eadem regula procedat, non solum in credentibus hæreticorum ore, sed etiam factis, ad ea, quæ generaliter dixi *infra, in probatione hæresis, quæstione* 187. *num.* 16. Et in specie de credentibus hæreticorum factis, vide aliqua exempla per Ioan. de Ana-

nia

nia in cap. Excommunicamus, il primo, §. Credentes, num. 11. in discursu, extra, de hæreticis, & præcipue ponitur exemplũ in cap. filij, de hæreticis, in 6. in infirmis, *Qui dum in ægritudinis lecto decumberent, petierunt hæreticos consolatores, vt ab eis per manus impositionem, consolationem reciperent*, & ibi præsertim Glossa *in verbo, Filij, versicul. Tertio est præsupponendum*, Archidiacon. *in capit. 2. num. 1. ante finem, versic. Credentes illi dicuntur*, & *ibi* etiam Ioan. Andr. *numer. 2. ad finem, versic. Credentes si sunt*, & Geminian. *nu. 6. eodem tit. in 6.* Ioan. Calderin. *in tractat. de hæreticis, rubr. de hæreticis credentibus, &c. sub num.* 8. vbi vltra petitam consolationem ab hæreticis in infirmitate, ponit plura alia exempla, quibus facto quis dicitur hæreticorum credens, & *num.* 10. vbi de eadem materia, & *num.* 12. vbi amplius, quod ex probatione resultante ex facto hæreticali, potest quis condemnari tanquam hæreticorum credens, *& in rubr. de ijs, qui fuerunt consolati ab hæreticis*, vbi refert verba text. *in dicto cap. Filij*, summa Angelica *in verbo, Hæreticus, num. 2.* Sylueſtrina *in verbo, Hæresis, §. 1. nu. 10. versic. Potest similiter, & §. 2. num. 16.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Credentes, num. 2. & in verbo, Hæreticus, sub num. 22. & in verbo, Suspicio, nu. 4.* addo ad præmissa Repertor. inquisitor. *in verbo, Credentes, versic. Item illi dicuntur credentes, & duobus sequ.* vbi ponuntur exempla eorum, qui hæreticorum erroribus credunt, nedum verbis, sed etiam factis, & in specie de hæretico in infirmitate, hæretici consolationem, seu verius desolationem per manus impositionem petente, & *in verbo, Detegitur, versic. Item qui detegitur facto*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 50. rubr. de præsumptionibus, nu. 4. versic. Suspectus & infamatus, & in Enchiridion violatæ Relig. tit. 40. nu. 3.* Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap. 7. num. 4. versic. Item quia recipit consolationem*, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 35. nu. 42.* vbi de infirmo requirente consolationem ab hæreticis tempore mortis, & *cap. 48. nu. 53.* vbi, quod isti tales vt hæretici condemnantur, & *cap. 51. nu. 5. & nu. 59.* vbi, quod tales non solum præsumuntur fautores hæreticorum, sed etiam credere eorum erroribus, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 1. num. 298. & sequ.* vbi de illis credentibus, qui ore proprio dicunt, se credere erroribus hæreticorum, Eymeric. *in Director. Inquisitor. part. 2. quæst. 50. num. 2. & 3.* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 75. litera A. folio mihi 391. col. 2. in fine*, vbi præter receptionem consolationis, iuxta hæreticorum morem, per manus impositionem, recesentur plura singularia exempla, quibus, aut verbis, aut facto deteguntur hæreticorum credentes, idem Eymeric. *vbi supra, part. 3. qu. 121.* & *ibi* etiam Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 170. folio mihi 735. & sequentibus*, vbi, quod sic in infirmitate & articulo mortis hæreticorum consolationem petentes, aut alias cæremonias illius sectæ hæreticorum, quam sequuntur facientes & admittentes, vt hæretici condemnantur, quia ex huiusmodi facto hæreticali oritur præsumptio iuris, & de iure, quæ probationem in contrarium non admittit, Iacob. de Graffiis *libr. 2. suarum decisionum, cap. 18. num. 28.* vbi ponit nonnulla exempla credentium hæreticorum, aut verbis, aut facto.

111 LIMITA, † hanc secundam ampliationẽ non procedere, quando infirmus ab hæreticis consolationem peteret, non existens sanæ mentis, tunc enim nec hæreticus est, nec de hæresi suspectus, secundum Gloss. *in capit. filij, in Glossa prima, in verbo, Filij, in fine, versic. Veruntamen, & in verbo, Non sane, de hæreticis, in 6.* & *ibi* etiam Archidiacon. *numer. 1. in fine, versic. Sed cum probatum fuerit*, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæstione 121. Commentar. 170. versicul. Secundus modus, & sequentibus, folio mihi 736. col. 2.* vbi ampliat non solum, quando infirmus propter infirmitatem non stat in recto sensu, sed etiam quando alias esset furiosus. Declaratque, an, & quando huiusmodi consolationis petitio, aut similia hæreticalia facta, censeantur commissa tempore furoris potius, quàm sanæ mentis, & econtra.

SVBLIMITA † præcedẽtem limitationem, vt probatio non sanæ mentis infirmi sic petentis ab hæreticis 112
consolari, non admittatur in tribus casibus: Primo, quando viuens erat de hæresi suspectus; Secundo, quando erat de hæresi diffamatus; Tertio, quando iam legitime constitit, eum fuisse sanæ mentis, & hoc speciale fauore fidei, cum alias reus admittatur ad probandum contrarium eius, quod probauit fiscus, prout est text. expressus *in dicto cap. Filij, de hæreticis, in 6.* in illis verbis: *Si dum viuebant, diffamati erant de hæresi, vel suspecti, aut legitime constiterit, quod sanæ mentis existentes huiusmodi hæreticos petierunt*, & *ibi* hoc adnotarunt Glossa prima, *in verbo, Filij, versic. Secundo est præsupponendum, & in figuratione casus, versic. Probatum fuit, & versic. Aut pater meus, & vers. Nota primo, & in verbo, Legitime*, Archidiacon *nu. 1. in verbo, Diffamati*, vbi, quod isto casu infamia debet esse publica, & quod rumor non sufficeret, & *in verbo, Suspecti*, vbi, quod isto casu ad inducendam suspicionem sufficit leuis probatio, & *in verbo, Legitime*, vbi, quod sufficit constare de sana mente, vel per claram probationem, vel per competentia indicia, quod & idem *ibi* dixerunt Ioan. Andr. *ante num. 1. colum. 2. in princip. in verbo, Diffamati, & in verbo, Suspecti, & in verbo, Petierit*, Geminian. *ante numer. 1. in summario, & numer. 3. versicul. Pone, quod suspicio, & num. 7. & 8. & num. 10. versic. Sed quæro*, & Franch. *ante num. 1. in summario*. Et quod non admittatur probatio non sanæ mentis, quando constat, infirmum in vita fuisse sanæ mentis, voluit in specie Alexander IV. in sua Constitutione, edita de anno 1258. *incipien. Ex parte*, relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, *folio mihi 32.* Addo ad prædict. Syluestrin. *in summa, in verbo, Hæreticus, §. 2. nu. 16.* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Defunctus, sub vers. final. post princip.* vbi de materia, Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, quæst. 22. numer. 9. versic. Sed ego limitarem*, Eymeric. *in Director. Inquisitorum, parte 3. quæst. 45. & latius quæst. 121.* & *ibi* Francisc. Pegna *in additionibus, Commentar. 170. folio mihi 735. & sequ.*

Apud † quos, & etiam ante eos apud Ioan. Monach. 113
in dict. cap. Filij, plene & per plura distinctionum capita tractatam habebis materiam, An scilicet, & quando reus excipiendo admittatur ad probandum contra actoris intentionem.

LIMITA † rursus præcedentem sublimitationem, 114
in qua dixi, probata sana mente infirmi petentis consolationem ab hæreticis, nõ admitti probationem non sanæ mentis, procedere, quando filii & hæredes vellent directe probare oppositum, videlicet furorem, sed quando vellent probare corruptionem, vel falsitatem illius probationis sanæ mentis, ita quod concludatur, illam non esse legitimam probationem: Talis indirecta probatio non videtur prohibita filiis, secundum Ioannem Andream *in dict. capit. Filij, ante numerum 1. column. 2. in verbo, Legitime, de hæreticis, in 6.* eam reddens rationem, quia alias daretur materia deponendi falsum. Quod & idem ibidem scripserunt Geminian. *numer. 9. & num. 10.* vbi dixit, hoc dictum Ioannis Andreæ esse notandum ad statuta repellentia quem à potestate probandi contrarium eius, quod probatum est, vt non intelligantur repellere à potestate reprobandi probationem iam factam, & Franch. *numer. 3. versic. in Glossa, in verbo, Legitime*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Probationes, versicul. Nota, quod licet*, vbi ponit eandem distinctionem, Gundisaluu. *in tractat. de hæreticis, quæst. 22. num. 10.* Decian. *in tractat. crimin. libr. 5. cap. 57. num. 19.*

115 Amplia III. Propositam regulam in accedente ad audiendum conciones, & prædicationes hæreticorum, qui licet non videatur illas approbare, si semel tantum huiusmodi conciones audiuerit, & sic non reputetur Hæreticus, nec Hæreticorum credens; secus tamen est, si pluries huiusmodi conciones audiuerit, secundum Calderin *in tractatu de hæreticis, rubric. de hæreticis credentibus, &c. num.* 13. Ioann de Anania *in cap. Excommunicamus, il primo, §. Credentes, num.* 12. *extra de hæreticis, & ibi etiam* Felin *num.* 3. *ad finem, versic. Et subdit*; Addentes ad Angelicam *in Summa, in verbo, Hæreticus, num.* 22. *in verbo, Credentes*, Summa Syluestrina, *in verbo, Hæresis*, §. 1. *n.* 10. *versi. secus si sermones eorum audiuerunt semel*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo, Credentes, num.* 2. *& in verbo, Hæreticus sub num.* 22. vbi de eo, qui pluries ad Hæreticorum prædicationes vadit; Repertor. Inquisitor. *in verbo, Audiens, versic. Primo, & in verbo, Credentes, versic. Sed ponamus*; Nicol. Arelaten. *notab.* 16. Eymeric. *in Director. Inquisitor. par.* 2. *quæst.* 50. *num.* 3. & ibi Francisc. Pegna *in additionibus commentar.* 75. *littera B. vbi aliis relatis testatur de Communi*; Decian *in tractat. criminal. lib.* 5. *cap.* 18. *versic.* 16. Iacob. de Graffiis *lib.* 4. *suarum decisionum cap.* 18. *num.* 30. vbi pariter dixit, audientes semel prędicationes hæreticorum, & nunquam amplius ad eas redire volentes non debere iudicari hæreticorum credentes, sed bene eos teneri denunciare Episcopo, aut Inquisitori; alias reddi de hæresi suspectos. Bartholom. Vgolin *in tract. de Censuris Pontifici reseruatis par.* 2. *in Glossa Actorum Credentes in principio num.* 3. *fol. mihi* 60. *colum.* 1. vbi quod frequentantes hæreticorum conciones, dicuntur hæreticorum credentes, ex Geminian. Felin. & aliis locis per eum relatis, Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum moralium par.* 1. *lib.* 3 *cap.* 15. *rubr. de credentibus receptatoribus &c. in* 1. *quæst.* vbi dixit, quod in foro exteriori hæreticorum conciones audientes, verum & frequenter reputandi sunt, & puniendi tanquam credentes hæreticorum, in foro autem interiori non reputandos esse credentes, nisi putent eorum conciones & sermones esse vtiles, & salutares. Et vide Concilium Tarraconense registratum per Pegnam *in Director. Inquisitor. par.* 2. *fol.* 234. *in princip. Concilii versic. Suspectus*, vbi dicitur, semel audientem hæreticorum prædicationes esse vehementer de hæresi suspectum, audientem vero pluries, esse vehementissime suspectum.

116 Amplia I. Præcedentem III. Ampliationem, vt pluries dicatur quis audiuisse conciones hæreticorum, qui bis tantum illas audiuit, nam & is reputandus erit hæreticis credens, & eorum erroribus. Quod an verum sit, vide Eymeric. *in Director. Inquisitor. par.* 2. *quæstion.* 50. *num.* 3. *& ibi* Francisc. Pegna *in additionibus Commentar.* 75. *littera B. & seqq. versiculis*; vbi primo dicitur, Communem esse opinionem Doctorum, quod qui bis hæreticorum conciones audiuerit, & ad eorum Congregationes accesserit, nedum suspectus de hæresi iudicãdus est, sed etiam hæreticorum credẽs, & eorum erroribus; secus si semel tantum, & pro hac Communi plures refert concordantes, deinde secundum opinionem Eymerici ibidem concluditur, non reputari hæreticorum credentem illum, qui semel, aut bis conciones prædictas audiuerit, cum pluries frequentare potuerit, & nõ voluerit, & hanc contrariam opinionem ex Concilio Narbonense, & ex Consilio Peritorum Auenionensium, comprobatam veriorem, & ibi Pegna affirmat, non obstante Communi sententia prædicta, quæ nullo expresso iure nititur. Iacobus de Graffiis *lib.* 4. *suarum decisionum cap.* 18. *num.* 29. vbi & ipse dixit, non videri tutum tantum crimen ex bino actu facere præsumere, præsertim in illis, qui cum potuerint sæpius frequentare non frequentauerint.

117 Amplia II. Eandem III. Ampliationem, vt adeuntes hæreticos discendi causa, sed non discentes, nec seruantes ea, quæ hæretici docent, de Iure Ciuili decem librarum auri fisco, vel verius Ecclesiæ plectantur, *Lege Quicunque, §. eos vero, C. de hæreticis*, vbi dicitur, *Eos vero, qui discendi studio audierint de infausta hæresi disputantes decem librarum auri, quæ nostro Fisco inferendæ sunt, iubemus subire dispendium*, & ibi Glossa *in verbo, Fisco*, dixit, *Forte, hodie Ecclesiæ*, iuribus ibi per eam allegatis, & ibi Azzo *num.* 14. *& sequentibus in verbo, Decem librarum*, Azzo *in summa de hæreticis, num.* 9. Hostiens. *in eadem summa, §. qua pœna feriatur, num.* 8. *versic. Item dicit lex.* Decian. *in tractatu criminal. lib.* 5. *cap.* 18. *versicul. Item qui accessit ad Hæreticum.* Simile est quod scripsit Nauarr. *consil.* 101 *num.* 1. *de Hæreticis, lib.* 5. vbi dixit, quod qui precibus Hæreticorum, & Schismaticorum interfuit, non malo animo, seu intentione, sed timore damni, vel spe lucri, non incidit in censuras ob illos actus exteriores, quia non sunt vere Schismatici, nec Hæretici, & excommunicatio non contrahitur propter solum actum exteriorem Hæreseos, vel Schismatis, vt per eundem Nauarr. *in Manual. Confessor. cap.* 11. *num.* 22. *& cap.* 27. *num.* 55.

Qui † vero Hæresim didicerit, & seruauerit, de Iure Ciuili pœna deportationis videtur puniendus, nisi dictam Hæresim alios docuerit, prout videtur de mente Glossæ, *in l. Quicunque, §. Quod si in his criminibus, in verbo, Damnentur, C. de hæreticis.* 118

Sed † verius credo, qui Hæresim discunt, & eam seruant, vti Hæreticos puniendos, vbi enim euntes ad hæreticos ad effectum discendi eorum falsas opiniones, non didicerunt eas, pœna Hæreticorum non puniuntur, secus si didicerũt, vel discere cœperunt; Quia tunc tanquam veri Hæretici puniendi sunt, Culpa enim similis est tam prohibita discere, quam docere, *l. culpa C. de malefic. & mathemat.* & voluit Glossa *in cap. Excommunicamus il secundo, in verbo, Puniuntur, extra de Hæreticis*, vbi sic dicit intelligendum esse textum *in dicta l. Quicunque, ad finem C. eodem*, & ita etiam *in eodem cap. Excommunicamus*, scripserunt, & declararunt, Hostiens. *num. in eodem verbo, Puniendi*, & Anton. de Butrio *num.* 9. Hostiens. *in summa de Hæreticis, §. Qua pœna feriatur num.* 8. *versic. Item dicit lex.* 119

Limita hanc † tertiam Ampliationem, quia licet, vt dixi, qui semel audiuit Hæreticorum sermones, 120 seu prædicationes, non reputetur Hæreticorum credens, quia non continuando non præsumitur approbare, est tamen de Hæresi suspectus, secundum Archidiacon. *in cap. Quicunque, num.* 2. *ante finem, vers. Quid ergo de hæreticis, in* 6. vbi quod ex hoc oritur maxima suspicio etiam sufficiens ad purgationem indicendam, & ibi hoc adnotarunt Ioann. Andr *num.* 3. *ad finem, versic. Quid de audientibus*, & Geminian. *num.* 7. Ioann. Calderin. *in tractat. de hæreticis, rubr. de hæreticis credentibus, &c. num.* 13. Addentes ad Angelic. *in summa, in verbo, Hæreticus, num.* 22. *in verbo, Credentes, littera C. in fine additionis.* Vmbert. Locat. *in iudic. Inquis. in verbo, Credentes, num.* 2. Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitorum part.* 2. *quæst.* 50. *Commentar.* 75. *littera B. in fine, vers. sed plurimum refert, fol. mihi* 392. *colu.* 2. vbi præsertim de eo, qui in terris Catholicorum accedit ad occultam Hæreticorum conuenticulam, eamque Episcopo, vel Inquisitori non denuntiat, tunc cum valde suspectus reddatur. Decian. *in tractat. criminal. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 6. Ioann. Azzor Iesuita *Institutionum Moralium part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 15. *rubr. de credentibus Receptatoribus, &c. in prima quæstione*, vbi declarat hanc conclusionem, vt procedat, quando quis sic semel tantum hæreticorum conciones audiuisset in Hispania, Italia, Sicilia, Sardinia, & aliis locis, in quibus soli Catholici commorantur, secus si in Prouinciis, & locis, in quibus Catholici vna cum Hæreticis viuunt.

Tunc

Tunc enim non eo ipso, quod semel quis aut iterum hæreticorum conciones audierit, reputandus est hæreticorum credens, nisi etiam sæpius frequentauerit. Qua in re vide Thom. Sanchez in præceptis Decalogi lib. 2. c. 4. nu. 26. vbi bene declarat, An, & quantum peccent Catholici, qui in hæreticorum terris hæreticas conciones audiunt.

121 AMPLIA III. † Vt proposita regula multo magis procedat in credentibus erroribus hæreticorum, qui non solum sunt excommunicati, & suspecti de hæresi vt supra, sed vt hæretici reputantur, & vt hæretici puniuntur; Omnia enim, quæ a Canonibus contra hæreticos statuta sunt, locum etiam habent contra credentes erroribus hæreticorum, vt in Concil. Tarraconen. registrat. per Pegnam in Director. Inquisitor. par. 2. fol. 234. & seq. vers. Credentes, & extat Constitutio Innocentij IV. incip. Ad extirpanda, edita de anno 1252. in versic. Quicunque vero fuerit deprehensus in fine, relata per Francisc. Pegn. inter literas Apostolicas fol. 10. & Clementis IV. edita de anno 1265. etiam incip. Ad extirpanda, eodem vers. Quicunque vero in fine, relata vbi supra fol. 61. & alia eiusdem Innocentij IV. edita de anno 1254. incip. Nouerit Vniuersitas, versic. Credentes, relata vbi supra fol. 21. & alia Nicolai III. edita de anno 1281. incip. Nouerit Vniuersitas, vers. Credentes autem, relata vbi supra per Pegnam fol. 67. Henrich. Boich. in cap. Excommunicamus il 1. num. 11. extra de hæreticis, & ibi etiam Anton. de Butrio num. 29. Abb. num. 12. ante medium, Marian. Soccin. num. 36. & sequenti, Ioan. de Anania in §. credentes num. primo, vers. Nota, quod hic credentes, & num. 11. in principio, & in versic. Ad hoc ergo, quem videas, quia bene loquitur, & Felin. nu. 3. ad finem, versic. vltimo &c. Et est Text. in cap. excommunicamus, il secundo § si qui, in fine extra eodem, dum ibi expresse dicitur: Credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus, & ibi hoc adnotarunt Glossa in verbo, Deprehensi, in fine, Abb. antiq. in principio, Hostiens. num. 2. in verbo, Similiter, Ioann. Andr. num. 3. in verbo, Erroribus, Anton. de Butrio num. 5. & num. 8. versic. Quidam sunt credentes erroribus, Panormitan. in Summario, versic. Et credentibus erroribus hæreticorum, Marian. Soccin. in summario, & nu. 7. Ioann. de Anania etiam in summario, Ioann. Andr. in cap. Quicumque numer. 2. in fine, versic. Et tales iudicantur hæretici, de hæreticis in 6. Item Glossa in cap. filij, in Glossa prima in verbo, Filij, versicul. Tertio est præsupponendum, de hæreticis in 6. voluit Glossa in cap. Accusatus §. si vero, in verbo, hæreticos, & ibi Ioan. Monach. numer. 9. in eodem verbo, hæreticos de hæreticis in 6. Ioann. Calderin. in tractat. de hæreticis rubric. de pœnis hæreticorum, & similium sub nu. 1. Summa Rosella in verbo, hæreticus, num. 16. in fine, Summa Angelica in verbo, hæreticus, numero 22. in fine, Syluestrin. in Summa in verbo, hæresis, §. primo num. 10. post principium, versic. vnde secundum Archidiaconum, Vmbert. Locat. in iudicial. Inquisitor. in verbo, Credentes, versicul. Primo, & Secundo, & in versicul. Non enim refert, in fine, & versic. Credentes hæreticorum, hæretici sunt, & in verbo, Defensores, versic. Sed pœna defensorum. Simanch. Catholicar. Institution. titul. 15. rubric. de credentibus &c. num. 1. & 2. Brun. in tract. de hæreticis lib. 1. cap. 4. Idem Simanch. in Enchirid. violat. Religion. titul. 13. rubr. de credentibus num. 1. Zanchin. in tractat. de hæreticis cap. 16. numer. 1. versic. Et primo de pertinace, & cap. 7. num. 1. Paul. Grilland. in tract. de hæret. quæst. 9. sub num. 3. Gundisaluu. in eodem tractatu de hæreticis quæst. 16. num. 1. in fine, versic. Si tamen crederent eorum erroribus, Diaz. in pract. criminal. Canon. cap. 114. in verbo, hæretici, numer. 4. ad finem, vers. In quantum autem secundum vltimam impressionem. Carer. in tract. de hæreticis nu. 20. & nu. 162. Nauar. in secundam partem Decreti de censuris Ecclesiæ cap. 27. nu. 55. versic. Tertia, quod verbum credentes fol. mihi 204. in principio, Eymeric. in Director. Inquisitor. par. secunda qu. 50. nu. 1. V[illegible] in rubr. de crimine hæresis nu. 5. & nu. 9. versic. Et etiam credentes eorum erroribus, Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 17. vers. 33. & cap. 51. num. 1. & num. 3. Barthol[om]. Vgolin. in tract. de censuris Pontifici reseruatis par. 2. in Gloss. Actorum credentes in principio num. 1. fol. mihi 60. vide quæ in simili de defensoribus errorum hæreticorum dixi supra hac eadem quæstione num. 62.

Et † hinc sequitur, quod dum dixi supra hac eadem quæstione num. 106. quod hæreticorum credentes excommunicantur, & si in excommunicatione per annum perstiterint, sunt ipso iure infames, & ad publica officia non admittuntur, illud vtique intelligendum est, quando sumus in credentibus hæreticorum, non autem in credentibus eorum erroribus; Hoc enim secundo casu, vt modo dixi, vt hæretici puniuntur, & hoc non habet difficultatem, & ita possunt intelligi Doctores dicentes, credentes hæreticorum, si per annum in excommunicatione insorduerunt, posse vt hæreticos condemnari, prout in specie dixit Eymeric. in Direct. Inquisit. par. 2. quæst. 47. num. 2. in fine, & sequenti, & Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 51. num. 3. vbi amplius dixit, quod credens hæreticorum erroribus, tenensque eorum Dogmata contra Catholicam Ecclesiam, sunt vere hæretici, & absque alia excommunicatione, & lapsu anni, possunt, vt hæretici, condemnari. 122

Hæreticorum † enim credentes sunt in duplici differentia; Quidam enim credunt eorum erroribus, quidam vero alij sunt, de quibus non apparet clare, quod credant eorum erroribus, sed quodammodo videntur credere hæreticorum verbis, iussionibus, & operibus, vt puta quia ad eorum dictum vadunt, veniunt, sermones audiunt, licet raro, literas deferunt, libros suscipiunt, alimoniam præstant, pecuniam accommodant, visitant, & alia faciunt, in quibus de ritu hæreticorum nihil ostendunt; Hæc sunt magistralia verba Eymerici in Director. Inquisitor. parte 2. qu. 50. numero 4. & ibi Francisc. Pegna in additionibus litera D. vers. Quidam alij sunt, fol. mihi 393. col. prima, vbi, quod isti sic credentes non reputantur hæretici, quia omnia præmissa facere, & præstare interdum solent ex affectione carnali, interdum precibus amicorum, & interdum pecunia interueniente, & ideo non hæretici, sed de hæresi suspecti iudicantur, prout dixi supra hac eadem quæstione num. 55. Qua in re vide Bartholom. Vgolin. in tract. de censuris Pontifici reseruatis par. 2. in Glossa, Actorum credentes, in principio, numer. 1. versic. Ecce hic fol. mihi 60. colum. 1. vbi dixit, quod qui hæreticorum erroribus credunt, hæreticorum credentes proprie dicuntur; qui vero non erroribus hæreticorum, sed in aliis credunt, hæreticorum credentes non sunt, ex Tabiena, Syluestrina, & Angelica in locis ibi per eum relatis, Thom. Sanchez in præceptis Decalogi lib. 2. cap. 10. num. 2. Et vide quæ in simili de defensoribus hæreticorum dixi supra hac eadem quæstione num. 63. & 64. 123

AMPLIA V. † Vt erroribus hæreticorum credere dicantur non solum illi, qui singulariter & explicite hæreticorum errores scientes credunt, sed etiam, qui implicite eorum fidem esse bonam credunt, licet eorum errores explicite ignorent vt per Petr. de Palude lib. 4. sentent. distinction. 13. qu. 3. conclus. 7. vbi dixit, quod licet credentes, nulli hæresi explicite adhæreant, si tamen hæreticos habere bonam fidem credant, vt hæretici habendi sunt, & credentes hæreticorum dicuntur. Ioan. Calderin. in tractat. de hæreticis, rubr. de hæreticis credentibus &c. num. 8. vbi ampliat etiam, quod sic implicite credentes, hæreticorum vitam, siue modum, non seruant, Simanch. Catholicar. institution. titul. 15. rubric. de Credentibus, num. 3. & 4. vbi quod credentes hæreticorum dicuntur, qui putant eos esse Catholicos, & si explicite nullum eorum errorem credant; Syluestrina in summa in verbo, hæresis, §. primo num. 10. versicul. Petrus 124

etiam de Palude; Nauar. *in 2. partem decretalium, de Censuris Ecclesiæ cap. 27. num. 55. vers. Tertia quod verbum credentes, fol. mihi 204. in principio.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum in Director. Inquisitor. par. 2. Comment. 75. vers. Petrus de Palude, fol. mihi 391. colu. 2.* vbi generaliter dixit, quod credentes hæreticorum sunt, qui eorum perfidiam, non explicitam, sed implicitam habent, Decian. *in tract. crim. lib. 5. c. 51. post nu. 5.* Barthol. Vgolin. *in tract. de Censuris Pontifici reseruatis par. 2. in Glossa, Actorum credentes, in principio nu. 2. fol. mihi 60. col. 2.*

125 Et † propterea, si quis generaliter crederet, hæreticos habere bonam fidem, tunc enim tanquam credens hæreticorum erroribus, vt hæreticus esset puniendus, expresse declarat Simanch *Catholicar. Institution. titul. 15. rubr. de credentibus num. 3.* vbi dixit, quod credentes hæreticos esse bonos viros, & recte de fide sentire, efficiuntur hæretici ex hac generali credulitate, cum satis sit, vt credens hæreticus dicatur, quod generaliter credat vera esse ea, quæ manifestus hæreticus credit, & docet, vt ibi per eum. Nec dissentit Decian *in tract. crimin. lib. 5. cap. 51. post nu. 5.* faciunt scripta per Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitor. par. 2. qu. 50. Commentar. 55. sub litera A. versic. Si crediderunt eos, fol. mihi 392. colum. 1. ad medium,* vbi dixit, hæreticorum credentes reputari eos, qui dicunt, hæreticos in sua secta saluari posse, vel esse bonos, vel sanctos homines, vel Dei amicos, vel Nuntios, vel bonæ conuersationis, & vitæ, vel eorum persecutores peccare, vel si eos taliter laudauerint, aut aliquo qualicumq; signo, seu verbo, in eis fidem & credentiam habuisse profiteantur. Quæ omnia idem Pegna testatur perlegisse in quodam libro peruetusto manuscripto Bibliothecæ Vaticanæ continente Consilium Peritorum Auenionensium factum de anno 1235.

126 LIMITA I. † Propositam regulam non procedere in credentibus erroribus hæreticorum propter simplicitatem, præsertim quando hæretici, quibus creditur, non sunt adhuc declarati, prout dixi *supra, qu. 179. n. 15.* Hic repetere non est necesse.

127 LIMITA II. † in credentibus hæreticorum in his quæ sunt extra fidem, vt puta in danda medicina, in aliqua propositione Philosophiæ, aut in contractibus, huiusmodi excusantur à pœna excommunicationis: Non enim tunc dicuntur hæreticis credere, quatenus hæretici sunt; & ideo non dicuntur credere hæreticorum erroribus, vt per Bartholom. Vgolin. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis par. 2. in Glossa, Actorum credentes, §. 1. versic. Vbi extra fidem, fol. mihi 62. colum. 2.* Faciunt scripta per Siman. *Catholicarum Institutionum tit. 15. rubr. de credentibus, &c. nu. 6.* vbi dixit, quod credentes hæreticis, si nulli eorum errori scienter adhæreant, nec etiam generaliter eorum erroribus credant, non sunt hæretici reputandi, licet excommunicationem incidant, & vide quæ in simili de fautoribus & defensoribus hæreticorum, non ex causa fidei, dixi *supra hac eadem quæstione num. 12.* & de receptantibus hæreticos non ex causa fidei, dicam etiam *infra hac eadem quæst. num. 159.*

128 LIMITA III. † In credentibus non erroribus hæreticorum, sed eos tantum esse bonos viros; qui propterea non reputantur hæretici, secundum Abb. antiq. *in cap. Excommunicamus il secundo, versic. Sed quidam sunt, extra de hæreticis,* & ibi etiam Ioann. Andr. *num. 3. in verbo, Erroribus,* & Anton. de Butrio *num. 8. vers. Quidam sunt credentes hæreticos esse bonos.* Quod & idem *in cap. Excommunicamus, il primo, extra eodem,* voluerunt Abb. *sub num. 12. ante medium.* Marian. Soccin. *sub nu. 36. & sequenti,* & Ioann. de Anania *in §. credentes, num. 1. vers. Nota quod hic credentes,* Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, par. 2. in Glossa Fautores, in principio, nu. 10. fol. mihi 79. col. 1.* vbi de iis, qui ex simplicitate dicunt, hæreticum esse virum bonum, sacrarum literarum studiosum, & verum Christianum, sic credentibus ex eorum simplicitate, Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib. 2. cap. 10. num. 3.* vbi declarat, An sic credentes, licet non sint hæretici, sint tamen excommunicati, & iste casus est diuersus ab iis quæ scripsi *supra nu. 106. in fine in hac materia.*

LIMITA IV. † in illis, qui crediderunt alicui viro docto, ab eoque decepti fuerunt, qui propterea excusantur, nisi admoniti eorum erroribus pertinaciter adhæserint, prout dixi *supra quæstione 179. num. 11.* hic repetere non est necesse. 129

LIMITA V. † in credentibus hæreticis, & eorum erroribus in his, quæ quis explicite credere non tenetur, nam & hi non sunt hæretici reputandi, quia ignorantes decipiuntur, imagine quadam veritatis, iuxta illud Augustini *in exordio libri de vtilitate credendi,* dum dixit, *quod credens hæreticis est homo imagine quadam veritatis ac pietatis illusus;* Si vero crediderint hæreticis, & eorum erroribus in his, quæ quis explicite scire tenetur, & isti procul dubio hæretici sunt censendi, & pœnis hæreticorum coercendi, vt per Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 15. rubric. de credentibus num. 2.* 130

LIMITA VI. † in his, qui credunt, hæreticos esse Catholicos, nullum tamen eorum errorem explicite credentes; Nam & hi, non sunt hæretici, nec pœnam merentur, si sine pertinacia credant, ex traditis per Simanch. *Catholicar. institutionum tit. 15. rubric. de credentibus, num. 4.* 131

ARGVMENTVM.

De Receptantibus hæreticos, & de eorum pœna, & materia.

SVMMARIA.

Receptationis hæreticorum materiam posui remissiue, nu. 132.
Receptatores hæreticorum, qui dicantur, num. 132.
Receptatores hæreticorum sunt suspecti de hæresi, nu. 133.
Receptatores hæreticorum incurrunt plures pœnas, num. 134.
Receptatores hæreticorum sunt excommunicati, nu. 134. Et si in excommunicatione per annum perstiterint, sunt infames, nec ad officia publica admittuntur, nu. 135.
Quamuis alij dixerint, eos posse vt hæreticos condemnari, nu. 136.
Receptatores hæreticorum Clerici beneficiis priuantur, si in excommunicatione per annum perstiterint, num. 137.
Receptatores hæreticorum puniuntur eadem pœna, qua puniuntur hæretici nu. 138. contra nu. 139. verius est, quod puniuntur pœna arbitraria, nu. 140.
Receptantes hæreticum consanguineum propter consanguinitatem, non excusantur à pœna nu. 141. mitius tamen puniuntur num. 144. licet alij contra num. 145.
Receptantes hæreticum consanguineum non excusantur, quando illum receptant, quia hæreticus est, vel in fautorem hæresis eundem occultando, ne ad manus Curiæ deueniat, secus si receptant ex sanguinis affectione, & non ex causa hæresis, numer. 142. Et in dubio receptatio præsumitur potius facta ratione sanguinis, quam ex causa hæresis, nu. 143.
Receptantes hæreticum amicum valde, non excusantur à pœna receptationis hæreticorum, nu. 146.
Pater receptans filium hæreticum, & frater receptans fratrem hæreticum, & vxor receptans maritum hæreticum non excusantur à pœna receptationis hæreticorum, nu. 147. Contra, n. 148. Distingue, vt in totum non excusentur, sed mitius puniantur, nu. 149. Vel etiam distingue quod excusentur, si receptatio fiat ex affectione sanguinis, non propter hæresim, vel ex causa hæresis, num. 150. Et in dubio receptatio præsumitur potius facta ex sanguinis affectione, quam ex causa hæresis, num. 151.
Receptator hæretici punitur etiam quod vnica tantum vice ipsum receptauerit, nu. 152.

Rece-

Receptator hæretici punitur etiam quod post receptationem hæreticus resipiscens, fuerit Ecclesiæ reconciliatus, num.153. Secus si tempore receptationis erat iam reconciliatus Ecclesiæ, num.154.

Receptator hæretici punitur etiam quod receptans illum postea Curiæ indicauerit, nu.155. Contra nu.156.

Iudæi, aliiq; Infideles receptantes hæreticos, puniuntur, ac si essent Catholici, nu.157.

Apostatarum receptatores puniuntur pœna arbitraria vltra excommunicationem, num.158.

Receptans hæreticos, non quia hæretici sint, sed ex alia causa, non punitur pœna receptationis hæreticorum, num.159. Declara vt nu.160.

Caupones receptantes hæreticos non tenentur pœna receptationis hæreticorum, nisi receptatus hæreticus esset iam publice degradatus, vt num.161.

Receptans hæreticum per vim, & coactus non punitur pœna receptationis hæreticorum, nu.162.

Receptans hæreticum ignoranter, non punitur pœna receptationis hæreticorum, nu.16. Et in dubio ignorantia potius præsumitur, quam scientia in receptatione hæretici, nu.164.

QVÆST. CLXXXII. §. 9.

132 RECEPTATORIS † hæreticorum materiam tractaturus; videndum primo loco est, qui dicantur receptatores hæreticorum; qua in re vide Ioan. de Anan *in ca. Excommunicamus, il primo, §. credentes nu.13. extra de hæreticis,* Anchar. *in cap.2.n.3. vers. Tertio quæro,* & *ibi* etiam Gemin. *nu.8. vers. Sed qui dicantur, de hæreticis in 6.* Qui dixerunt: *Receptatorem hæreticorum eum esse, qui sciens quem hæreticum esse ipsum recipit,* Eymeric. *in Director. Inquisit. par.2. qu.51. per totam,* & ibi Franc. Pegna *in additionibus Comment.76.* Barth. Vgol. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis par.2. in Glossa, Receptatores, in princip. nu.1.* vbi dixit, diffinitionem Geminiani, & Anchar ani *in dicto cap.2.* sibi non satisfacere, tum quia non distinguit causas receptationis, tum quia diffinitio est eadem cum diffinito, & propterea ipse aliam affert receptatoris diffinitionem, seu descriptionem, quod scilicet hæreticorum receptator sit ille, *Qui sciens quem hæreticum esse hæresis gratia, vel quatenus hæreticus est, ipsum recipit,* ex Caietano, Nauarro, Tabiena, & aliis, *in locis ibi per eum relatis.*

133 REGVLA † sit, quod receptatores hæreticorum sunt suspecti de hæresi, ex allegatis per Vmbert. Loc *in iudicial. Inquisit. in verbo, Excommunicati, num.3. & in verbo, Pœna, n.11.* vbi quod inde oritur vehemens suspicio, Repert. Inquisit *in verbo, Fautores, vers. Nota quod fautores,* vbi quod propter hanc suspicionem, potest receptatori indici purgatio, in qua si defecerit, condemnatur vt hæreticus, idem Vmbert. Loc. *in iudicial. inquis. in verbo, Suspicio, nu.3.* vbi quod isto casu oritur vehemens suspicio, *& nu.14.* Menoch. *de arbitr. qu. casu 374. n.13. & de præsumpt. lib.5. præsumpt.6. nu.19.* Eymeric. *in Director. Inquisitorum par.2. quæst.51. nu.3.* vbi quod isto casu receptatores sunt vehementer suspecti de hæresi, & quod propterea abiuratio, & purgatio Canonica indicenda est, & ibi Franc. Pegna *in additionibus Comment.76. litera C.* vbi quod abiuratio indicenda erit, aut de vehementi, aut de leui, secundum qualitatem receptatorum, & modum receptationis, *& quæst.56 num.6.* & ibi etiam Pegna *in additionibus litera C, fol. mihi 409. colu.1.* Allegatur ad præmissa Tex. *in cap. inter sollicitudines, extra de purgatione canonica,* vbi statuitur, habentem familiaritatem cum hæreticis, vltra suspensionem ab officio, donec scandalum sopiatur, debere etiam publice familiaritatem hæreticorum abiurare. Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.51. nu.84. & cap.47. nu.5. in fine,* vbi propterea quod habens familiaritatem cum hæreticis, debet publice illam abiurare de quo particulariter dixi *infra hac eadem quæstione nu.166.* Iacob. de Graffijs *lib.4. suarum decisionum cap.18. num.31. in fine.* Faciunt quæ in simili de defensoribus fautoribus dixi *supra hac eadem quæstione numer.55.* & de impedientibus sanctum Inquisitionis officium, *numero 70.*

AMPLIA I. † Propositam regulam, vt receptatores hæreticorum, vltra alias pœnas positas *supra hac eadem quæstione nu.37. & sequentibus,* vbi videas, sint excommunicati, tex. est expressus *in cap. sicut, extra de hæreticis, in illis verbis: Ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere, vel fouere præsumat.* Et ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, vers. Et omnes defensores, & receptatores.* Ancharan. *in summario,* Anton. de Butrio *nu.1.* Abb. *in summario,* Cardin. Zabarell. *in princip.* Marian. Socc. *ante nu.1.* Io. de Anan. *col.1. in principio, vers. hæretici receptatores,* & extat Constitutio Nicolai III. edita de anno 1281. *Incip. Nouerit vniuersitas, vers. Item receptatores.* & per Franc. Pegnam post Director. Inquisit. inter literas Apostolicas *fol. mihi 67.* & Pauli IV. edita de anno 1558. *incip. Cum ex Apostolatus officiis, vers. Et insuper,* relata per Franciscum Pegnam *vbi supra fol.157. & seqq.* Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis receptatorum &c. num.11.* vbi quod receptatores hæreticorum sunt ipso iure excommunicati. Hostiens. *in summa de hæreticis, §. qua pœna imponatur, nu.13. in princip. & iterum infra versic. Hanc autem pœnam,* Summa Rosella *in verbo, hæreticus, nu.4.* Tabien. *in verbo, hæreticus, num.21.* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit. in verbo. Pœna, num.11.* Zanchin. *in tract. de hæreticis cap.17. nu.2.* Eymeric. *in Director. Inquisitorum par.2. quæst.51. num.3.* Et quod hæreticorum receptatores sint ipso iure excommunicati, extant clara verba Bullæ Cœnæ Domini, & voluit Læl. Zecch. *in summa par.1. tit. de fide cap.11. rubr. de hæresi nu.13. vers. Septima conclusio, & vers. Quinta conclusio,* super qua Bulla post alios, vide ampliantem, & declarantem Bartholom. Vgol *in tract. de censuris Pontifici reseruatis par.2. in Glossa Receptatores, in princip. nu.1. in fine, vers. Receptator igitur, fol. mihi 63. & in §. primo, & secundo, per totum in discursu fol. mihi 64. & seqq.*

Et † si per annum in excommunicationem perstiterint, ipso iure sunt infames, nec ad officia publica admittuntur. Text. expressus *in authen. credentes, in princip. Cod. de hæreticis.* Quæ quidem authentica est canonizata *in cap. Excommunicamus, il primo, §. credentes, extra eodem,* & ibi hoc adnotarunt Innocent. *num.1. in fine in verbo, Credentes,* Hostiens. *nu.19. in princ. vers. Pœna enim.* Anchar. *n.1. & nu.3.* Henric. Boich. *ante nu.11.* Voluit Frederic. Imperator in sua constitutione *incip. Catharos, versic. Statuentes, &c.* relata per Francisc. Pegn. inter literas Apostolicas *fol. mihi 19.* & Innocentius IV. in sua Constitutione *incip. Nouerit vniuersitas, versic. Item receptatores,* edita de anno 1254. relata *vbi supra fol.21.* & Nicolaus III. in sua Constitutione, edita de anno 1581. *incip. Nouerit vniuersitas, versic. Similiter statuentes,* relata *vbi supra fol.67.* Ioan. Cald. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis receptatorum nu.1. ad medium.* Hostiens. *in summa de hæreticis, §. Qua pœna imponatur, n.13. vers. Sin autem receptator,* vbi quod lapso anno non tamquam hæreticus, sed tamquam rebellis pœnis prædictis puniatur, Summa Rosella *in verbo, hæreticus, nu.16.* Angelica *in summa in eodem verbo, hæreticus, num.21.* & Syluestrina etiam *in verbo, hæreticus, §.1. n.16.* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Excommunicati, num.3. & in verbo, Pœna, num.11. & in verbo, Suspicio, nu.14.* & ante eum Repertor. Inquisitor. *in verbo, Credentes, versic. Qua pœna descendant.* Paul. Grilland. *in tract. de hæreticis, quæst.9. nu.1.* Gundisal. *in eod. tract. de hæret. qu.16 num.1.* Bonitac. de Vitalinis *in rubric. de crimine hæresis num.9.* Eymeric. *in Director. Inquisitor. par.3. quæst.123. numer.2.* vbi & hanc admittit sententiam, quando ex receptatione hæretici, Receptans non impediuit Inquisitoris iudicium, processum, seu sententiam, & ibi Franc. Pegna *in additionibus Comment.172.* vbi dixit, hanc sententiam esse benigni-

nigniorem. Quicquid secus dixerit idem Eymericus (quem mox allegabo) *par.2.qu.47.n.3.* & idem affirmauit Eymer. *vbi supra qu.124.n.4.* Decian. *in tract.crim.lib.5. cap.51.nu.64.& nu.79.vers.Item excommunicantur.*

136 Bene † verum est, quod si receptatores hæreticorum pro hac receptatione fuerint ab Inquisitore, vel Episcopo excommunicati, & si per annum in excommunicatione perstiterint, hæretici reputantur, & vt hæretici condemnari possunt, per Text. *in dicto cap. Excommunicamus, §. credentes, extra de haret is,* & per Tex. *in cap. Vt inquisitionis, §. Prohibemus, de hæreticis in 6.* Voluit idem Host. *in summa de hæreticis, §. Qualiter deprehendatur nu.4. vers. Idem de fautoribus, receptatoribus, &c.* Repert Inquisit. *in verbo, Excommunicare, vers. Item fautores.* Zanch. *in tract. de hæreticis cap.17.nu.2.* Eymeric. sibi contrarius *in Direct. Inquisit. par.2.qu.47.nu.3.* Læl. Zecchius *in summa, par.1. tit. de fide, rub. de hæresi cap.11.nu.13.vers. Nisi per annum steterit in excommunicatione.*

136 Quod † si receptatores hæreticorum fuerint clerici, & per annum vt supra in excommunicatione perstiterint; tunc post annũ omni officio, & beneficio Ecclesiastico priuandi sunt, vt per Paul. Grill. *in tract. de hæreticis qu.9.nu.1.vers. Clerici vero,* de quo dixi *infra qu.189.nu.73.*

137 Et † ad hanc excommunicationis materiam, vide quæ in simili de fautoribus hæreticorum dixi *supra hac eadem quæstione, nu.37.& seqq.* de defensoribus hæreticorum *num.58.& seqq.* De impedientibus sanctum Inquisitionis officium *nu.71.& seqq.* Et de credentibus hæreticorum, *num.105.& seqq.*

138 Ampli a II. † Quia imo receptans hæreticos punitur eadem pœna, qua ipse receptatus hæreticus puniendus est, *l. Manichæos §. præterea in fine. C. de hæreticis,* vbi dicitur, *In eos etiam authoritatis nostræ aculei dirigantur, qui eos domibus suis damnanda prouisione defendunt,* & ibi Azzo *post n.11. in verb. Damnosa prouisione.* Hostien. *in c. Excommunicamus, il primo, nu.17. in fine in verbo, Receptatores, extra de hæreticis,* Summa Angelica *in verbo, hæreticus, n.23.& ibi in additionibus litera D, in verbo, Quid scienter,* Carer. *in tractat. de hæreticis num.165. vers. Non iure communi.*

139 Contrarium, † quod receptatores hæreticorum non puniantur eadem pœna, suadetur, quia vt post alios aduertit Decian. *in tract.crim.lib.5.cap.18. vers.19.&c.* receptans hæreticos non reputatur hæreticus, etiam quod sciat receptatos esse hæreticos, nisi eorum erroribus consentiat, si non est hæreticus; ergo non potest puniri eadem pœna, qua puniuntur hæretici, prout voluit idem Decian. *dicto lib 5.cap.51.num.65.* vbi proponit contrarium, & illi respondet.

140 Verius † tamen est, receptatores hæreticorum puniendos esse arbitraria, & extraordinaria pœna, ad ea quæ supra scripsi *hac eadem quæstione num.54.* & bene etiam scripsit Simanch. *Catholicar. Instit. tit.15. rubr. de credentibus num.15.* vbi eam reddit rationem, quia scilicet receptatorum eadem causa esse non potest; *& in Enchiridion tit.16. rubr de receptatoribus nu.2.* Menoch. *de arbitrar. quæstion. lib.2. cas.548. nu.6.*

141 Ampli a III. † In receptante hæreticum consanguineum, quod enim consanguinitas non excuset à pœna receptationis hæretici, voluit Glossa *in c. Excommunicamus, il primo, §. Credentes, in verbo Receptatores, in fine, extra de hæreticis,* & Glossam sic dicentem secuti sunt, Host. *n.29. vers. Et si consanguinei sunt,* vbi dixit, hoc esse speciale in crimine hæresis, Ioann. Andr. *nu.28. in fine,* Marian. Soc. *nu.75. vers. In Glossa in verbo, Receptatores,* & Card. Zabar. *nu.6. versic. Qua ratione,* quod, & idem affirmarunt Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Receptatio, num.7.* vbi licet primo loco asserere videatur, receptantem consanguineum hæreticum, si cum eo de crimine non participet, excusari debere, concludit tamen postea, eum non excusandum, cum hæreticus reputetur hostis totius Ecclesiæ & impune occidi possit, Ioan. à Rojas *singul.171.nu.4.* Decian. *in tract. crimin. lib.5.cap.51.nu.68.* & nouissime Barthol. Vgol. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis par.2. in Glossa Receptatores, §.1.num.3. fol. mihi 66. colum.1.* ex quibus sic Communiter receptum esse à Doctoribus negari non potest, quicquid secus scripsisse videatur idem Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit. in verbo, Abiurare, nu.2.* Et ad materiam vide, quæ generaliter de receptante bannitum dixi *supra in tit. de consultoribus &c. quæst.133. nu.32. & sequentibus.*

Limit a I. † hanc tertiam Ampliationem, vt procedat in consanguineo receptante consanguineum hæreticum, quia hæreticus est, vel in fauorem hæresis, veputa ad eum occultandum, ne ad manus curiæ deueniat, tunc enim non excusatur propter consanguinitatem, & sanguinis affectionem, secus si eum receptet, non quia hæreticus sit, nec in fauorem hæresis, sed solum ex sanguinis affectione, sic enim colligitur, ex traditis per Batth. Vgol. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis par.2. in Glossa Receptatores, in principio n.2. vers. Postremo vbi ob aliam causam fol. mihi 64.col.1.& §. secundo n.1. vers. Quare qui hæreticum, & vers. Hæc tamen vera sunt, fol. mihi 68. col.1.* vbi propterea dixit, primo casu, receptantem consanguineum hæreticum incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, secundo autem casu non. Nec dissentit Læl. Zecch. *in summa par.1. tit. de fide cap.11. rubr. de hæresi n.13. vers. Septima conclusio.* Thom. Sanch. *in præceptis Decalogi lib.2. cap.10. num.4.& 5.* vbi amplius dixit, receptantem hæreticum consanguineum, seu amicum, non quia hæreticus sit, sed propter amicitiam, & consanguinitatem, non incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, etiam quod receptatio cesserit in vtilitatem hæretici, vt qui ex ea hæreticus receptatus Curiæ manus euasit, reprobatis, & relatis ibi Vgolin. Toleto, & aliis ibi per eum relatis. 142

Et † in dubio quis præsumitur receptare consanguineum, potius ex sanguinis affectione, quam quia hæreticus sit, vel in hæresis fauorem; Hæc enim interpretatio, seu præsumptio tanquam benignior in dubio semper capienda est, ex traditis per Petr. Vendramen. *in additionibus ad Repert. Inquisit. in verbo, Defensores, vers. Primo, litera E.* & voluit nouissime post Nouar. *in loco per eum relato,* Bart. Vgol. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis par.2. in Glossa Receptatores, §.2. nu.2. fol. mihi 68. colu.2.* Iacob de Graffijs *lib.4. suarum decisionum cap.18. nu.35.* 143

Limit a II. † Eandem III. Ampliationem, quia receptans consanguineum hæreticum, non excusatur à tota pœna receptationis hæreticorum, sed mitius punitur, vt consanguinitatis affectio aliquid operetur, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit. in verbo, Defensores, nu.2.* Repert. Inquisit *in verbo, Defensores, vers. Primo in fine.* Mandos. *in additionibus ad eundem Repert. Inquisitor. in verbo, Receptatores, litera C.* & ante istos hoc idem voluit Ioan. Calder. *in tractat. de hæreticis, rubr. de hæreticis redeuntibus & conuersis, nu.1. & in rubr. de sententia Inquisitorum sub nu.3.* & post Calderinum, Simanch. *Catholicar. institution. tit.15. rubr. de credentibus &c. nu.20. & in Enchiridion violat. Relig. tit.16. rubr. de receptatoribus n.7. & sequenti.* Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tractat. de hæreticis cap.41. litera A. vers. de pœnitentiæ iniungendæ qualitate, ad finem.* Menoch. *de arbitrar. quæst. lib.2. cas.548. num.8.* Franc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisit. par.2. quæst.56. Comment.81. litera B. vers.1. & seqq. fol. mihi 408. col.1. in fine, & col.2.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.51. nu.68. per totum in discursu,* Iacob. de Graffijs *lib.4. suarum decisionum cap.18. num.35. & seq.* vbi amplius dixit, in impositione huius mitioris pœnæ propter consanguinitatem habendam esse rationem graduum consanguinitatis, qui enim proximiori gradu receptato hæretico coniuncti sunt, mitius puniri debent quam remotiores. 144

Ex qui-

Ex † quibus sic Communiter a Doctoribus receptum esse, negari non potest, & ab hac Communi in iudicando minime recedendum est. Quamuis contrarium, quod imo sanguinis affectio nullo modo pœnam minuere faciat in receptante hæreticum, (sub dubio tamen) affirmauerit Repertor. Inquisitor. *in verbo, Receptatores, versic. Tertio.* Gundisaluu. *in tractat. de hæreticis, qu. 16. num. 3. in fine.* Carer. *in eodem tract. de hæreticis num. 167.* Faciunt scripta per Ioan. Azzor. Iesuitam *Institutionum moralium par. 1. lib. 8. cap. 15. rubr. de credentibus receptatoribus, &c.* vbi dixit, propinquitatem, & coniunctionem sanguinis excusare in foro conscientiæ, non autem in foro exteriori.

146 Amplia IV. † Et multo magis etiam in receptante maximum, & inueteratum amicum; Carer. *in tract. de hæreticis nu. 172.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Direct. Inquisit. par. 2. quæst. 56. Comment. 81. litera B. vers. Numquid autem eadem sententia, & seq. fol. mihi 408. colu. 2.* vbi tamen dixit, quod mitior imponitur pœna, & loquitur non solum in amicissimis extraneis, sed etiam in amore captis, & inuicem receptantibus. Decian *in tract. crim. lib. 5. cap. 51. nu. 74.* vbi dixit, quod maxima amicitia hæretici receptati cum receptante, non excusat in totum à pœna, sed facit pœnam diminuere. Barth. Vgol. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis par. 2. in Glossa Receptatores, in princ. num. 2. versic. Postremo, vbi ob aliam causam fol. mihi 64. colu. 1. & §. 1. num. 3. fol. mihi 66. etiam col. 1. & §. 2. num. 1. & 2. fol. 68. col. 1. & 2.* ex cuius dictis in materia excommunicationis Bullæ Cœnæ Domini colligi videtur, quod licet maxima amicitia non excuset receptantem hæreticum regulariter, excuset tamen quando hæreticus fuit receptatus, nō quia hæreticus, & sic ob causam hæresis, vel in fauorem hęresis, vt puta ad effectum occultandi, ne ad manus Curiæ deueniat, sed ob solam amicitię affectionem, ob quam in dubio hęreticus amicus potius præsumitur receptatus, quam ex causa hæresis, vide quæ generaliter de receptante bannitos in simili dixi *supra in tit. de consultoribus &c. quæst. 133. nu. 33.* & vide etiam Ioan. Azzor. Iesuitam *instit. moral. par. 1. lib. 8. c. 15. rubr. de credentibus, receptatoribus &c. qu. 3.* vbi dixit, in foro conscientiæ excusari receptantem maximum sibi amicum propter amicitiam, & non quia hæreticus, sed in foro exteriori, adhuc tanquam excommunicatus, & in alias iuris pœnas prolapsus iudicandus est.

147 Amplia V. † Etiam in Patre receptante filium hęreticum, & è contra, fratre receptante fratrem, vxore receptante maritum & è contra, qui propterea non excusantur à pœna receptationis hæreticorum, voluit Paul. Ghirland *in tract. de hæreticis quæst. 9. num. 2.* Carer. *in eodem tract. de hæreticis num. 69.* Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, cum allegat. per eum par. 2. in verbo, Receptatores, §. 1. num. 3. fol. mihi 66. col. 1.* vbi præterea dixit, prædictos ratione sanguinis & affectionis non excusari ab excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini. Nec dissentit Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib. 2. cap. 10. nu. 8.* vbi declarat, hanc Ampliationem procedere in foro conscientiæ, in quo consanguinitas, affectus paternus, seu coniugalis, non liberat receptantem ab excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini, secus in foro exteriori.

148 Contrarium, † quod imo parentes receptantes filios hæreticos, & è contra, frater fratrem, & coniux coniugem, nisi in receptatione insit periculum peruersionis, cum aliter boni viri arbitrio commode facere non possint, excusandi videntur à pœna receptationis hæreticorum, summa Angelica *in verbo hæreticus, num. 4. in fine lib. 2. & in verbo, hæreticus, §. 1. num. 12. vers. Et similiter vxor, & filij,* Simanch. *Catholicar. institutionum tit. 15. rubr. de credentibus &c. nu. 25.* Franc. Pegn. *in additionibus ad Eymer. in Direct. Inquisit. par. 3. quæst. 111. Comment. 160. fol. mihi 719. col. 1. vers. Num autem,* vbi dixit ab hac sententia non esse recedendum. Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 51. nu. 79.* & hæc contraria opinio poterit procedere in foro exteriori, non autem in foro interiori, & conscientiæ, vt per Thom. Sanchez. *in loco præallegato,* Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib. 2. cap. 17. num. 24.* vbi dixit, vxorem non amittere dotem ex eo quod virum condemnatum propter hæresim comitetur.

Veritas † est, quod parentes, filij, fratres, & coniuges, se sic vt supra inuicem receptantes, non excusantur ab omni pœna, sed mitius puniuntur, sanguinis enim coniunctio hoc saltim operari debet, vt per Simanch. *Catholicar. institution. tit. 15. rubr. de credentibus &c. num. 21.* vbi propterea dixit, isto casu aut nullam, aut leuissimam pœnam imponendam esse, Franc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. 2. qu. 56. Comment. 81. litera B, vers. Rursus consanguineorum fol. mihi 408. col. 2.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 51. nu. 68.* Ioan. Azzor. Iesuita *institut. moral. par. 1. lib. 8. cap. 15. rubr. de credentibus receptatoribus &c. quæst. 4.* vbi refert, & sequitur dicta per Simanch. *in loco præallegato.* 149

Potest † etiam in hac contrarietate distingui, quod excusatur pater receptans filium hæreticum, vxor maritum, & è contra, & frater fratrem, si sic receptarunt ex sola sanguinis, & coniunctionis affectione, secus si ex causa hæresis, vel in fauorem hæresis, vtputa ad effectum occultandi, ne ad manus Curiæ deueniant; sic enim colligitur ex traditis per Barthol. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, par. 2. in Glossa Receptatores, in principio, vers. Postremo vbi ob aliam causam, fol. mihi 64. colum. 1. & §. 2. nu. 1. vers. Quare qui hæreticum, & vers. Hæc tamen vera sunt, fol. mihi 68. col. 1.* qui propterea dixit, primo casu non incurri excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini; Secundo autem casu sic. 150

Et † in dubio Pater filium, & è contra, frater fratrem, & vxor maritum, & è contra, præsumuntur receptasse potius ratione sanguinis, quam propter hæresim, vt per Simanch. *Cathol. instit. tit. 15. rubr. de credentibus, &c. nu. 21.* & post Nauar. *in loco per eum relato* in materia excommunicationis Bullæ Cœnæ Domini, scripsit nouissime Barthol. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis par. 2. in Glossa Receptatores, §. 2. num. 2. fol. mihi 68. col. 2.* 151

Amplia VI. † etiam in receptante hæreticum vnica vice: licet enim secundum Grammaticos, verbum *Receptare*, significare videatur receptionis iterationem, & frequentiam, veritas tamen est, quod ad effectum puniendi receptantem hæreticum sufficit vnica receptatio, secundum Archidic. *in cap. Quicumque num. 3. de hæreticis in 6.* & ibi etiam Ioan. Andr. *post num. 4. versic. Licet enim.* Geminian. *in §. hæretici num. 8. versic. Nam licet.* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis credentibus &c. nu. 14.* summa Angelica *in verbo, hæreticus, nu. 23.* Syluestrin. *in summa in verbo, hæresis, §. 1. num. 10. vers. Receptator vero,* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit. in verbo, Receptator, num. 3. & num. 5.* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Receptatores, vers. Primo, & vers. 2.* & ibi Mandos *in additionibus litera B,* Afflict. *in constitut. Regni, de hæreticis, & Patterenis rubr. 2. nu. 14.* Eymeric. *in Director. Inquisit. par. 2. quæst. 51. nu. 1. & nu. 5.* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus litera B, Commentar. 76. fol. mihi 394. col. 2.* vbi de vera, & communi Doctorum sententia, Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 51. n. 72.* Tolet. *de instructione sacerdotum lib. 1. c. 16. nu. 6.* Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis par. 2. in Glossa Receptatores, §. 1. nu. 2. fol. mihi 65.* Vide quæ generaliter de receptante bannitos dixi *supra q. 133. num. 21. & sequentibus.* Ioan. Azzor. Iesuita *institut. Moral. par. 1. lib. 8. cap. 25. rubr. de credentibus receptatoribus &c. qu. 2.* Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib. 2. cap. 10. num. 10.* Iacob. de Graffijs *lib. 4. suarum decisionum cap. 28. nu. 31.* etsi in Concilio Tarraconense registrato per Pegnam in 152

Dire-

Director. Inquisit. *par.* 3. *fol.* 234. *in princip. Concilij, versic. Receptatores*, dicatur, Receptatorem dici eum, qui bis vel ter hæreticum recepit.

153 Amplia VII. † Etiam in receptante hæreticum, qui post receptationem fuerit Ecclesiæ reconciliatus, non per hoc receptans euadit pœnam receptationis, vt pluribus probat Afflict. *in constitutione Regni, de hæreticis & Pactereni rubr.* 2. *num.* 18. Carer. *in tract. de hæreticis nu.* 173. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 75. & ad effectum incurrendi pœnam excommunicationis Bullæ Cœnæ Domini, scripsit Barthol. Vgol. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis par.* 2. *in Glossa Receptatores*, §. 1. *nu.* 3. *vers. Septimo in excommunicationem incidit fol. mihi* 66. *col.* 2.

154 Receptans † vero hæreticum, postquam pœnituit, & fuit Ecclesiæ recōciliatus, nulla tenetur pœna, quia tūc ille receptatus non erat hæreticus, *vt suo loco* dictum est, & hoc nō habet difficultatem, & redundat ad effectum euitandi excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, scripsit Barthol. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis par.* 2. *in Glossa Receptatores*, §. 2. *nu.* 4. *in fine, vers. Quarto in excommunicationem non incidit fol. mihi* 71. *col.* 1.

155 Amplia VIII. † in receptante hæreticum scienter, licet postea illum curiæ indicauerit, non enim per hoc excusatur, prout verius credidit Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 78. vbi bene respondet textui *in l.* 1. §. 1. *de seruis fugitiuis*. Nec dissentit Barthol. Vgolin. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis par.* 2. *in Glossa Receptatores*, §. 1. *num.* 1. *vers. Quarto Receptator Hæreticorum in excommunicationem incidit fol. mihi* 65. *col.* 1.

156 Contrarium † voluit Afflict. *in constitut. Regn. de hæreticis, & Pactereni rubr.* 2. *num* 52. qui tamen loquitur in terminis illius Constitutionis, & vide quæ generaliter dixi supra de receptatione bannitorum *quæst.* 133. *nu.* 14.

157 Amplia IX. † Etiam in Iudæis, alijsq; infidelibus receptantibus hæreticos, dixi *supra hac eadem quæstione num.* 66. hic repetere non est necesse.

158 Amplia X. † Etiam in receptatoribus Apostatarum, qui & ipsi pœna arbitraria puniuntur, vt dixi *supra qu.* 178. *nu.* 144. & de receptatoribus Apostatarum à fide, quod sint excommunicati, voluit Ioan. Monach. *in cap. contra Christianos n.* 3. *in fine in verbo, Procedendum, de hæreticis in* 6. & ibi etiam Ioan. Andr. *num.* 1. *in eodem verbo, Procedendum*, & Gemin. *nu.* 5. *vers. An isti fauentes.*

159 Limita I. † Propositam regulam in receptante hæreticum, non eo respectu, quod sit hæreticus, sed ex alia causa, propterea excusatur, vt per Martin. V. in sua Constitutione edita de anno 1418. *incip. Inter cunctas*, relata per Francisc. Pegnam post Director. Inquisitor. inter literas Apostolicas *fol. mihi* 88. *versic. Receptatores quoque*, in qua cauetur, quod receptatores, fautores, & defensores hæreticorum ex causa hæresis, vt hæretici puniūtur, Receptatores autem, defensores, & fautores, non fauore, aut contemplatione hæresis, sed carnalis amoris causa, vel alia huiusmodi occasione, non vt hæretici, sed grauiter puniendi sunt. Nauar. *in* 2. *partem decreti tit. de censur. Eccles. cap.* 27. *num.* 55. *versic. Quarta quod fautores &c. fol. mihi* 204. *colum.* 2. vbi etiam ponit causas excusantes receptantem hæreticum, Toleto *de instructione sacerdotum lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 6. vbi de receptante hæreticum, ne occidatur à latrone, vel à iudice procedente cōtra ipsum pro homicidio, vel pro alio crimine quam hæresis, *& num.* 8. quem omnino videas bene declarantem, an, & quando quis dicatur receptare hæreticum vt hæreticum, an vero alio modo, & *lib.* 4. *c.* 4. *num.* 3. vbi de receptante hęreticum, quia infirmus erat: faciunt scripta per Caietanum, Tabienam, & alios relatos per Bartholom. Vgolin. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis par.* 2. *in Glossa Receptatores, in principio post num.* 1. *versic. Horum opinio fol. mihi* 63. *colum.* 1. & 2. dicentes, quod hæreticorum receptator est ille, qui scienter hæreticum recipit ex causa hæresis, & quatenus hæreticus sit, ergo vbi hæreticus non receptatur, quatenus hæreticus, vel gratia hæresis, receptator non dicitur, & voluit idem Vgolin. *vbi supra in dicta Glossa Receptatores.* §. 2. *num.* 1. *fol. mihi* 68. *colu.* 1. vbi generaliter dixit, quod recipiens hæreticos ob aliam causam, quam ex causa hæresis, non incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini: causa enim prohibitionis, ne hæretici receptentur, est fauor hæresis, vbi ergo receptatio non fit ob fauorem hæresis, pœna non incurritur, per regulam, quod cessante causa prohibitionis, cessat etiam prohibitio, & illius pœna, Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 4. *& num.* 5. vbi & ipse pluribus comprobat, receptantem hæreticum non incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, nisi eum receptauerit, quia hæreticus est, etiam quod receptatio in fauorem hæretici resultet. Iacob. de Graffijs *libro quarto suarum decisionum cap.* 18. *num.* 34. vbi de receptante hæreticum, non vt hæreticum; sed vt amicum proximum, aut indigentem, *& num.* 35. vbi amplius, quod ita in dubio præsumendum est ad exclusionem delicti, & vide, quæ in simili de fautore, & defensore hæreticorum, dixi *supra hac eadem quæstione nu.* 12. Et de credentibus hæreticorum *num.* 127.

Sublimita † hanc primam limitationem, nisi receptatio hæretici, licet non sit ex causa hæresis, redundet in fauorem hæretici, quia tunc receptans non excusatur à pœna, sic enim colligitur ex traditis per eundem Bartholom. Vgolin. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis in Glossa Receptatores in principio num.* 2. *vers. Postremo, vbi ob aliam causam, fol. mihi* 64. *colum.* 1. vbi æquiparat receptionem ex causa hæresis, vel eam quæ redundat in fauorem hæresis, & ponit exemplum in receptante hæreticum ne capiatur; & idem dixit *in eadem Glossa Receptatores, num.* 1. *vers. Hæc tamen vera sunt fol. mihi* 68. *colum.* 2. sed contra Bartholomæum Vgolinum vide Thom. Sanchez vbi supra allegatum *dicto cap.* 10. *n.* 4. *&* 5. vbi tenet receptantem hæreticum non incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, nisi eum recepet, quia hæreticus sit, etiam quod talis receptatio in receptati vtilitatem redundet, vt puta ne ad manus Curiæ deueniat. 160

Limita II. † In Cauponibus receptantibus hęreticos, qui non videntur puniendi, dando illis cibum, & potum, Carer. *in tractat. de hæreticis num.* 168. Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisit. par. secunda quæst.* 51. *Commentar.* 76. *litera A. versic. Hinc consequitur fol. mihi* 394. *colum.* 2. *in principio*, vbi hoc declarat non procedere, quando Hospes receptatus esset publice damnatus, & denunciatus, vt hæreticus. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 73. vbi quod Caupones receptantes hæreticum ipsis incognitum, non tenentur de receptatione, quando ignorabant ipsum esse hæreticum, secus si sciebant, Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum moralium par. prima lib.* 8. *cap.* 15. *rubr. de credentibus, Receptatoribus &c. quæstion.* 8. *in fine*. Iacob. de Graffijs *lib.* 5. *suarum decisionum cap.* 18. *num.* 33. vbi pariter de receptante hæreticum publice damnatum, & denuntiatum, & vide quæ generaliter de receptatione bannitorum dixi *supra, quæst.* 133. *nu.* 42. *& seqq.* 161

Limita III. † In receptante hæreticum coacte, & per vim, qui propterea quod ab omni pœna excusetur, Scripsit Simanch. *Catholicar. institut. titul.* 15. *rubr. de credentibus &c. n.* 17. Carer. *in tract. de hæreticis n.* 151. Decian. *in tractat. criminal. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 71. Barthol. Vgolin. *in tractat. de censuris Pontifici reseuatis par.* 2. *in Glossa Receptatores*, §. 2. *num.* 3. *fol. mihi* 69. *colum.* 1. vbi ampliat hanc conclusionem, siue vis fuerit præcisa, siue etiam non præcisa, vt puta per illationem metus mortis, Ioan. Azzor. Iesuita *institutionum moralium par.* 1. *lib.* 8. *c.* 15. *rubr.* 162

de cre-

de credentibus, Receptatoribus, &c. qu. 5. vide tamen Thom. Sanchez. *in præceptis Decalogi lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 8. vbi declarat hanc limitationem posse procedere in foro exteriori, non autem in foro conscientiæ, à quo nec vis, nec metus receptantem excusabit, quin excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini incurrat. Iacob. de Graffijs *lib.* 4. *suarum decisionum capit.* 18. *nu.* 33. & vide quæ generaliter de receptatoribus bannitorum dixi *supra quæst.* 133. *num.* 36. *& sequentibus.*

163 Limita IV. † In receptantibus hæreticos, ignorantibus eos esse hæreticos, ij enim non incurrunt pœnam, secundum Archidiacon. *in cap. Quicumque num.* 3. *de hæreticis in* 6. & *ibi* etiam Ioan. Andr. *post num.* 4. & Geminian. *in* §. *hæretici post num.* 8. Est Glossa *in cap. Accusatus* §. *illi quoq; in verbo, Non possit*, per illum textum, *de hæretic. in* 6. & *ibi* etiam Ioan. Monach. *num.* 6. *vel quia ignoranter.* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis rubr. de hæreticis credentibus &c. num.* 14. *versic. Dico autem*, Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Abiurare, num.* 2. *& in verbo, Receptatio, num.* 1. *& num.* 5. *versic. Et notandum est, & num.* 6. vbi, quid si hæreticus publice damnatus est, aut publice citatus in officio S. Inquisitionis. Repertor. Inquisit. *in verbo, Fautores, versic. Verbis autem.* Simanch. *Catholicar. institution. tit.* 15. *rubr. de credentibus &c. nu.* 17. *& in Enchirid. violat. Religion. titul.* 14. *rubr. de defensoribus num.* 2. *& tit.* 16. *rubric. de receptatoribus num.* 3. Paul. Grilland. *in tractat. de hæreticis quæst.* 9. *sub num.* 3. Carer. *in tract. de hæreticis num.* 170. Eymeric. *in Director. Inquisitor. par.* 2. *quæst.* 51. *num.* 2. & *ibi* Francisc. Pegna *in additionibus commentar.* 76. *litera A. fol. mihi* 394. *colu.* 1. vbi propterea dixit, quod cum receptare hominem in suo genere non sit malum, ideo tota difficultas in hac materia residet in scientia, qua non probata ius commune sequendum est. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 37. *nu.* 23. *& cap.* 51. *nu.* 70. Bartholom. Vgolin. *in tract. de Censuris Pontifici reseruatis par.* 2. *in Glossa Receptatores* §. 2. *nu.* 4. *fol. mihi* 70. *col.* 1. Iacob. de Graffijs *lib.* 4. *suarum decisionum cap.* 18. *nu.* 32. vbi declarat declarationem, ibi videas, & latius materiam huius limitationis explicaui *supra in tit. de receptante bannitum, quæst.* 133. *nu.* 103. *& sequentibus.*

164 Amplia † Præcedentem IV. Limitationem, vt isto casu ignorantia præsumatur, nisi ex coniecturis appareat contrarium, vt puta quia publicum erat, receptatum esse hæreticum, vel quia erat Amicus, Vicinus, vel Consanguineus receptantis, vt bene declarat Simanch. *Catholicar. Institut. titul.* 15. *rubr. de credentibus &c. nu.* 18. *& sequenti, & in Enchiridion violat. Religion. titul.* 16. *rubr. de receptatoribus num.* 4. *&* 5. vbi idem repetijt. Carer. *in tractat. de hæreticis num.* 170. Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par.* 2. *quæst.* 51. *commentar.* 76. *litera A. versic. An autem receptator, & sequen. fol. mihi* 394. *colum.* 1. vbi pariter dixit, ignorantiam præsumi, probarique iuramento inquisiti, nisi constaret receptatum esse publice denunciatum, & notorie hæreticum, & testatur de Communi, de qua etiam Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 7. Barthol. Vgolin. *in tractat. de Censuris Pontifici reseruatis, par.* 2. *in Glossa Receptatores*, §. 2. *nu.* 4. *vers. Et scientia in dubio non præsumitur, fol. mihi* 70. *col.* 2. vbi in terminis excommunicationis Bullæ Cœnæ Domini facta prius conclusione, quod in dubio præsumitur ignorantia, nisi receptatus hæreticus esset notorius, aut denuntiatus in ciuitate, illam declarat non procedere, quando tempore receptationis, receptator erat absens, aut in lecto infirmus, aut rusticus simplex, & idiota, negocia sua agens, aliena non curans, his enim casibus dicit verisimilem esse ignorantiam etiam hæretici denunciati. Adde pro hac eadem ampliatione Ioan. Azzor. Iesuitam *institution. moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 15. *rubric. de credentibus Receptatoribus &c. quæst.* 8.

ARGVMENTVM.

De conuersantibus cum hæreticis, eorumque pœna, & materia.

SVMMARIA.

Conuersatio, familiaritas, & communicatio cum hæreticis prohibita est, nu. 165.

Conuersans, & familiaritatem habens cum hæreticis suspectus est de hæresi, nu. 166.

Torqueri potest conuersans, & familiaritatem habens cum hæreticis propter suspicionem, quæ ex tali conuersatione, & familiaritate oritur, num. 166.

Infamatus de hæresi propter conuersationem & familiaritatem eorũ potest beneficiis priuari, quousq; scandalũ cesset, nu. 166.

Conuersantes, & familiaritatem habentes cum hæreticis, Clerici ab officiis, & beneficiis suspenduntur, illisq; deficiente legitima probatione, arbitraria purgatio indicitur, quam si præstare renuerint, vel in ea præstanda defecerint, pro conuictis habentur, num. 167.

Pœna Clericorum conuersantium, & familiaritatem habentium cum hæreticis, nu. 167.

Alloquens, transmittens, seu recipiens literas, & nuncium ab hæreticis punitur, nu. 168.

Seruientes hæreticis incurrunt pœnas, quibus incurrunt conuersantes cum illis, nu. 169.

Conuersantes cum Incantatoribus, Diuinatoribus, & Sortilegis, puniuntur, sicut conuersantes cum hæreticis, nu. 170.

Negociantes cum hæreticis sunt excommunicati, & alias incurrunt pœnas, vt nu. 171.

Visitantes hæreticos dicuntur fautores hæreticorum num. 172.

Visitantes hæreticos suspecti sunt de hæresi, nu. 173. *Non tamen reputantur hæretici, num.* 174.

Munera mittentes hæreticis suspecti sunt de hæresi, num. 175.

Contrahentes parentelam, seu confœderationem cum hæreticis, suspecti sunt de hæresi, nu. 176.

Conuersantes cum hæreticis per vim, & metum, vt puta in locis, in quibus non nisi hæretici commorantur, an, & quando sint suspecti de hæresi, nu. 177. *&* 178.

Conuersantes cum hæreticis ad bonum finem, & pro salute animæ suspecti non sunt de hæresi, nu. 179.

QVÆST. CLXXXII. §. 10.

Regula † sit, quod conuersatio cum hæreticis, 165 communicatio cum illis, & familiaritas prohibita est, Armilla *in summa in verbo, hæresis, num.* 4. *versic. Cum hæreticis nullus debet commercium habere*, summa Antonini *par.* 2. *titul.* 12. *cap.* 2. §. 3. *rubric. de conuersatione fidelium in principio.* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Communicare, versic. Primo, & sequentibus in discursu*, vbi late, & ibi Petr. Vendramen. *in additionib. litera A.* Simanch. *Catholicar. Institut. titul.* 11. *rubr. de communicatione hæreticorum vitanda*, vbi plura contra communicantes, & familiariter conuersantes cum hæreticis. Petr. Gregor. *Syntagma. iuris lib.* 33. *cap.* 9. *num.* 3. *vers. Prohibentur & colloquia, & consortia cum hæreticis.*

Amplia I. † Propositam regulam, vt conuersans 166 cum hæreticis, & cum illis familiaritatem habens, sit etiam de hæresi suspectus, dicaturque eorum fautor, vt in Concilio Tarraconen. registrato per Pegnam *in Director. Inquisitor. par.* 2. *fol. mihi* 234. *& seqq. versic. Item quæritur*, & ex allegatis per Ioan. à Rojas *singular.* 36. & ante eum in Repertor. Inquisitor. *in verbo, hæreticus, versic. Nota quod conuersatio, & in verbo, Conuersatio, versic. Secundo, & versic. Non est conuersandum*, & ibi Petr. Vendramen. *in additionibus litera A.* & Mandos. *litera E, & in verbo, Detegitur, versic. Item detegitur hæreticus*; & insurgit vehemens suspicio contra aliquem, si cum hæreticis conuersatur, *& in vers. Item si nunquã*, vbi quod hęc vehemẽs suspicio sufficit ad indicendam purgationẽ, *& in verbo* Fau-

Fautores, vers. Facto, seu cooperatione, & in verbo, Præsumptio, vers. Propter conuersationem. Vmbert. Locat *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Credentes, post n.*2. vbi quod hæc suspicio erit vehemens, vel leuis, secundum quod maiora, vel minora apparebunt indicia, *& in verbo suspicio, nu.*15. vbi propterea quod habentes familiaritatem cum hæreticis propter vehementem suspicionem debent abiurare. Simanch. *Cathol. instit. titul.* 11. *rubr. de communicatione hæreticorum prohibita nu.*9. vbi dixit, quod sic cum hæreticis conuersantes sunt de hæresi suspecti, plus, & minus, secundum qualitatem personarum, locique, ac temporis, circumstantias, & quod hæc suspicio sufficit ad indicendam purgationem, *& tit.*15. *rub. de credentibus &c. num.*5. vbi dixit, quod sic cum hæreticis conuersantes, & nimiam familiaritatem habentes cum hæreticis, præsumuntur hæreticorum credentes, Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis cap.*20. *litera A, in verbo, Suspecti in septimo casu*; Idem Ioan. à Rojas supra allegatus; *singular.*175. *nu.*4. *& in tract. de hæreticis par.*2. *nu.*77. *& seqq.* vbi amplius post Baldum, quem allegat *in cons.*79. *lib.*3. dixit, ex hac suspicione oriente contra conuersantem cum hæretico, oriri indicium ad torturam. Eymeric. *in Direct. Inquisit. par. secunda quæst.*56. *nu.*7. vbi amplius, quod infamatus de hæresi propter hæreticorum familiaritatem, & conuersationem, non solum est de hæresi vehementer suspectus, sed etiam propter scandalum potest priuari beneficio, quousq; scandalum cesset, per Tex. quem allegat *in cap. inter sollicitudines, extra de purgatione canonica*; Decian. *in tract. crimin. lib.*5. *cap.*35. *nu.*42. *& nu.*48. *& cap.*47. *n.*5. *in fine*, vbi propterea, quod habens familiaritatem cum hæreticis, debet illam publice abiurare. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.*3. *qu.*9. *nu.*167. *& seqq.*

167 Amplia II. † Vt conuersantes, & familiaritatem habentes cum hæreticis, si clerici sunt, ab officio & beneficio suspendantur, eisque deficiente legitima probatione arbitraria purgatio indicatur, quam si præstare renuerint, vel in ea præstanda defecerint, pro conuictis habentur, secundum Hostiens. *in summa de hæreticis* §. *qualiter deprehendatur nu.*4. *vers. Item si graui infamia*, & est Tex. *in cap. inter sollicitudines, vers. in pœnam autem familiaritatis, extra de purgatione canonica*, vbi dicitur, *In pœnam autem familiaritatis illius, quam cum hæreticis scienter habuisse dignoscitur, eum ab officio volumus manere suspensum donec scandalum sopiatur. Ita tamen vt publice familiaritatem hæreticorum abiuret*; Ioan. à Rojas *singular.*36. vbi quod communicans, & conuersans cum hæretico maiori excommunicatione ligatur, Franc. Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum par.* 2. *Comment.*14. *ad dictum cap. inter sollicitudines litera E, vers. Ita tamen, fol. mihi* 121. *colu.*2. vbi declarat, cur isto casu familiaritatem habenti cum hæreticis, duplex pœna imponatur, suspensionis (scilicet) ab officio, & abiurationis.

168 Amplia III. † Vt non solum cum hæreticis prohibita sit conuersatio, & familiaritas, sed etiam allocutio, trãsmissio, seu receptio literarum, & Nuntij, Antonina *in summa par.* 2. *titul.* 12. *cap.*2. §.3. *rubr. de conuersatione fidelium, in principio*, vbi de prohibita alloquutione cum hæreticis, Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit. in verbo, Credentes, post nu.*2. vbi de recipientibus literas hæreticorum, quod sunt de hæresi suspecti, *& in verbo, Suspicio, num.*25. vbi de mittente Nuncios, vel literas hæreticis. Petr. Gregor. *Syntagma. iuris lib.*33. *cap.*9. *num.*3. *ad finem, vers. Probibentur, & colloquia.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum par.* 2. *quæst.*56. *comment.*81. *litera D. vers. Iam vt vno verbo complectar*, vbi dixit, vehementem oriri hæresis suspicionem contra mittentes literas, aut Nuncios hæreticis. Decian. *in tractat. crimin. lib.*5. *cap.*41. *num.*12. *versic. Sexto ad hæreticos*, vbi dixit, hæreticis non esse scribendum, neque eorum literas recipiendum, ex decreto Concilij Sardicensis, & ex Brunoquem allegat *in tract. de legatis lib.*1. *cap.*6.

Amplia IV. † in seruientibus hæreticis, qui, quod incurrant pœnas, & suspicionem, quam incurrunt conuersantes, & communicantes cum illis, tradit Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitorum in verbo, Credentes, post nu.*2. 169

Amplia V. † Vt idem sit de conuersantibus cum incantatoribus, diuinatoribus, & sortilegis, qui præsumuntur esse tales, quales sunt illi, cum quibus conuersantur. Repertor. Inquisitorum *in verbo, Conuersatio, vers. Secundo, & vers. Non est conuersandum*, & ibi Petr. Vendramen. *in additionibus litera A*, & Mandos. *etiam ibidem in additionibus litera B.* 170

Amplia VI. † in negotiantibus cum hæreticis, qui quod incurrant excommunicationem, & sepulturę denegationem, est Tex. *in c. sicut, extra de hæreticis, in illis verbis; Aut negotiationem cum eis exercere præsumat*, & ibi ẽt adnotarunt Glossa *in figuratione casus, vers. Aut cum eis negotiationem habere.* Host. *n.*1. *in fine in verbo aut negotiationem*, Ant. de Butrio *nu.*6. Abb. *in figuratione casus, & in* 1. *notab.* Cardin. Zabar. *in verbo, Negotiationem*, Marian. Soc. *nu.*4. *in* 4. *notab.* & Ioan. de Anania *post nu.*1. *vers. Nota quod cum hæretico non debet quis aliquam negociationem contrahere.* Hostiens. *in summa de hæreticis*, §. *qua pœna imponatur, n.*13. vbi præterea, quod exercentes negociationem cum hæreticis sunt ipso iure excommunicati, & sepultura carent; summa Angelica *in verbo, hæreticus, nu.*4. Tabien. *in summa in eodem verbo, hæreticus, n.*4. Ioan. à Rojas *sing.*212. vbi quod cum hæreticis neque contrahere, neque negociare licitum est. 171

Amplia VII. † In visitantibus hæreticos, qui quod dicantur eorum fautores est tex. *in ca. accusatus* §. *ille quoque, in verbo, Visitet, de hæreticis in* 6. Ioan. de Anania *in cap. Excommunicamus, il.* 1. §. *credentes nu.*11. *vers. Ex quo infertur, extra de hæreticis.* Archid. *in cap. Quicumque, n.*2. *vers. Verum si quis eos visitauit, de hæreticis in* 6. & ibi etiam Ioan. Andr. *n.*3. *vers. Visitans ergo*, & Gemin. *n.*6. *vers. Ex quo infertur, & vers. Vnde isti*, summa Angelica *in verbo, hæreticus, nu.*22. *in fine.* Syluestr. *in summa, in verbo hæresis*, §.1. *nu.*10. *post principium.* Repert. Inquisitor. *in verbo, Credentes, vers. Sed circumscripta*, Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis credentibus &c. num.*11. Barthol. Vgolin. *in tract. de Censuris Pontifici reseruatis par.*2. *in Glossa Fautores, in principio nu.*15. vbi loquitur ad effectum incurrendi excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, & declarat. 172

Et † propterea, quod visitantes hæreticos non careant suspicione hæresis, vehementi, vel leui, secundum quod maiora, vel minora apparent indicia, voluit Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Credentes post n.*2. *& in verbo, Fautores, num.*5. *& in verbo, Suspicio, num.*3. vbi quod sunt vehementer de hæresi suspecti, Repertor. Inquisitor *in verbo, Credentes, vers. Sed circumscripta*, Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis credentibus &c. n.*11. Campeg. *in additionibus ad Zanch. in tract. de hæreticis cap.*20. *litera A, in verbo, Suspecti, in* 8. *casu*, Eymeric. *in Directorio Inquisitorum par.*2. *qu.*56. *nu.*8. vbi quod sunt vehementer suspecti. 173

Etsi † non per hoc dicantur credentes eorum erroribus, nec hæretici, summa Angelica *in verbo, hæreticus, num.*22. *in fine*, Syluestrina *in summa, in verbo, hæresis*, §.1. *num.*10. *post principium*, Repertor. Inquisit. *in verbo, Credentes, versic. Sed circumscripta.* Ioan. Calderin *in tractat. de hæreticis, rubric. de hæreticis credentibus &c. num.*11. Decian. *in tract. crim. lib.*5. *c.*18. *vers.*19. vbi generaliter de conuersantibus cum hæreticis, quod non reputantur hæretici, etiam si sciant eos esse hæreticos, nisi eorum opinionibus assentiant. 174

Amplia VIII. † in mittentibus munera hæreticis, qui & ipsi dicuntur de hæresi suspecti, vt per Vmbert. 175

Locat.

Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Suspicio, num.* 30. Eymeric. *in Director. Inquisitor. p.2. quæst.* 56. *num.* 8. vbi quod sunt vehementer de hæresi suspecti. Barthol. Vgolin *in tract. de censuris Pontifici reseruatis par.2. in Glossa Fautores, in principio nu.* 15. vbi loquitur ad effectum incurrendi excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini.

176 AMPLIA IX. † Et multo magis in contrahentibus parentelam, seu confœderationem, scienter cum hæreticis, qui etiam reputantur de hæresi suspecti, Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitorum in verbo, Suspicio, num.* 20. Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisit. par.2. quæst.* 56. *Comment.* 81. *litera D, vers. Iam vt vno verbo complectar. fol. mihi* 409. *col.* 2. *in fine*, vbi quod hinc oritur vehemens suspicio hæresis.

177 LIMITA I. † Propositam regulam in conuersantibus cum hæreticis per vim, & metum, iuxta ea, quæ in simili de receptationibus hæreticorum dixi *supra hac eadem quæstione num.* 161. prout contingit in iis, qui in locis hæreticorum commorantur, & viuunt, eorumque communione vtuntur, tunc enim à tali conuersatione excusantur, cum eos expellere nequeant, prout excusantur etiam Principes, qui in eorum Regnis ob bonum pacis, cum eos expellere non possint, tolerant, prout & Iulianum Apostatam Ecclesia tolerauit, quoniam expellere nō poterat, ad Glossam *in capit. Iulianus.* 11. *quæst.* 3. & voluit Sanctus Thom. 2. 2. *qu.* 10. 11. *in fine.* Nauar. *consil.* 1. *qu.* 24. *in fine de constit.* prout sic refert, & sequitur Barthol. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis par.2.* in Glossa *Receptatores*, §. 2. *nu.* 3. *in fine. vers. Quare ob hanc rationem, fol. mihi* 69. *col.* 2. Et de Catholicis viuentibus in terris hæreticorum nunquid excusentur, associantes cadauera hæreticorum ad sepulturam, sic à propinquis defunctorum rogati ad funus comitandum, & an pariter iidem Catholici impune parere debeant hæreticis Magistratibus iubentibus, vt certis diebus, quos ipsi obseruant, suas officinas, seu tabernas claudant, vide late consulentem Nauar. *consil.* 12. *de hæreticis lib.* 5. Thom. Sanchez Iesuita *in præceptis Decalogi lib.* 2. *cap.* 9. *rubr. de excommunicatione, nu.* 5. vbi aliis relatis concordantibus facit generalem conclusionem, quod Catholici habitantes in locis hæreticorum, vt in Anglia, Germania, & Gallia, & cum illis conuersantes non peccant, quia etsi hæretici sint notorij, non tamen sunt denunciati; Et *nu.* 6. & 7. facit aliam conclusionem, licere scilicet Catholicis simul cum hæreticis nondum denunciatis orare, reiq; diuinæ interesse, hæreticorum funus comitari, eosque ad sepulturam deducere, iuxta consil. Nauar. *vbi supra* allegatum. Declarat tamen hanc secundam conclusionem duobus modis. Primo dummodo hæc non fiant animo fauendi hæreticis, prout hæretici sunt. Secundo dummodo non sequatur scandalum, & Catholicorum offensio.

178 Obseruandum † tamen est, quomodo aduenientes ex locis suspectis de hæresi, viuant, sicut ex Synodo Salisburgense, cuius verba refert, bene aduertit Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Direct. Inquisit. par.2. qu.* 57. *Comment.* 82. *vers. Ad hæc ne quid desideretur, fol. mihi* 411. *col.* 1. *in fine*, Verba autem dictæ Synodi sunt hæc: *Eos quoque obseruare debent Parochi, qui ex hæreticorum locis, siue de hæresi suspectis veniunt, singulorumq; dicta, & facta, animaduertant, vt de eorum vita consuetudine, & ratione cognoscant, & si quæ de iis suspicio fuerit ordinarium admoneant.*

179 LIMITA II. † Eandem propositam regulam in conuersante cum hæreticis ad bonum finem, vtpute pro bono animæ suæ, & quando non est periculum alicuius mali. Tabiena *in summa, in verbo hæreticus, nu.* 4.

ARGVMENTVM.

Apostasia quid sit, quotuplex sit, vnde dicatur, quomodo in ea procedatur, quis sit iudex, & alia nonnulla in crimine apostasiæ communia, præmissorum loco explicata.

SVMMARIA.

Apostasiæ materia generaliter, & remissiue, nu. 1.
Apostatæ qui dicantur in genere, nu. 2.
Apostasia est temerarius recessus à statu fidei, vel obedientiæ, vel religionis, quam quis professus est se tenere, num. 3.
Apostata dicitur quasi retro stans, num. 4.
Apostasia triplex est. Prima est Apostasia perfidiæ, seu fidei; Secunda, obedientiæ; Tertia, irregularitatis, seu Religionis, n. 5.
Apostasia publicum crimen est, num. 6.
Apostatæ dicuntur Schismatici, & è contra, nu. 7. *Contra nu.* 8.
Apostasiæ crimen non præscribitur.
Apostasiæ crimen non requirit ordinem iudiciarium, sed in eo proceditur summarie, simpliciter, sine strepitu, & figura iudicij, nu. 10.
Apostasiæ criminis iudex, quis sit, nu. 11. & 12.

QVÆST. CLXXXIII. §. 1.

Apostasiæ † materiam aggredior, ad quam, vltra infrascripta, vide tex. in cap. *Non potest*, 2. *qu.* 7. in cap. *Beatus*, 3. *quæst.* 4. in cap. *Non obseruetis*, 26. *qu.* 7. & in dictis locis Canonistas, & remissiue per Ioan. Andr. *in rubr. de Apostatis, n.* 2. Et *ibidem* per Ancharan. *post principium, vers. Reliqua vero*, & per Anton. de Buttrio, *nu.* 1. *vers. De materia*, Bernard. Comens. *in Lucerna Inquisitorum*, & alios omnes Summistas *in verbo, Apostata.* Alph. de Castro *de iusta hæreticorum punitione lib.* 1. *cap.* 7. & *cap.* 23. Melchior. Can. *de locis Theologicis lib.* 12. *c.* 9. Alexand. de Ales *par.* 2. *qu.* 183. & Diuum Thom. 2. 2. *qu.* 12. & ibi Commentantes, ac præsertim Valentiam, & Pesantium, Fabianum Iustinianum, cum allegatis per eum *in suo Indice generali, in verbo, Apostasia, & in verbo Apostata.* 1

Et † si scire volueris in genere, qui dicantur Apostatæ, vide Bald. *in l. Iubemus, §. seruos, C. de Episcop. & Cler.* & omnino Decian. *in tract. crim. lib.* 5 *cap.* 70. *nu.* 1. vbi quod Apostata dicebatur miles, qui ab Imperatore suo ad hostem deficiebat, & propterea Apostasia dicitur defectio, seu desertio professionis, & consequenter omnis desertor professionis suæ dicitur Apostata; hinc merito veteres Christiani eos, qui ab Euangelica fide, quam semel professi fuerant, ad Paganismum, aut ad Iudaismum defecissent, infami vocabulo Apostatas nominabant, quod scilicet ab Imperatore Christo, cui semel nomen dederant, ad Sathanam, quem in lauacro Baptismi sacrosancti abiurauerant, desciuissent: hinc est verbum *Apostato, Apostatas*, quod significat *deficio, desero.* Ad idem vide Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymericum in Director. Inquisitor. par.* 2. *qu.* 49. *Comment.* 74. *fol. mihi* 389. *col.* 2. *vers. Est autem Apostasia.* Barthol. Vgolin. *in tractat. de Censuris Pontifici reseruatis par.* 2. in Glossa, *Et à Christiana fide Apostatas, num.* 1. *in principio, & nu.* 1. & 2. *fol. mihi* 56. *col.* 2. vbi propterea ex D. Thoma, quem allegat 2. 2. *qu.* 12 *articulo primo, & secundo*, dixit, Apostasiam nihil aliud esse, quam defectionem à Deo factam ab eo qui Christianus est, & consequenter, quod Apostata est Christianus, qui à Deo recessit. 2

Et † vt Apostasiæ exactam habeamus cognitionem, nonnulla præmittenda censui, & Primò, quid sit Apostasia, qua in re dicas, quod Apostasia est: *Temerarius recessus à statu fidei, vel obedientiæ, vel Religionis, quam quis professus est se tenere.* secundum Goffr. & Hostiens. relatos per Henric. Boich. *in c.* 1. *nu.* 1. *extra de Apostatis*, Marian. Socc. *in rubr. extra eodem num.* 1. vbi addit verbum *Legitima*, ad differentiam eorum, qui non à legitima, sed à falsa religione, & professione recedunt, Ioan. de Anania *in eadem rubr. num.* 1. *vers. Est autem Apostasia*, Arnald. Albertin. *in rubr. de hæret. in* 6. *qu.* 11. *nu.* 4. Hostiens. *in summa rubric. de Apostatis, §. quid sit Apostasia nu.* 1. & *ibi in additionibus litera* 3

tera A, Goffred. *in summa de Apostatis nu.* 1. summa Armilla *in verbo, Apostasia, nu.* 1. summa Antonin. *p.* 2. *tit.* 12. *c.* 6. *in princip.* Rosella *in summa in verbo, Apostasia, in principio.* Syluestrina *in eodem verbo, apostasia, numero* 1. *versicul. vnde secundum Reynerium*; Repert. Inquisit. *in verbo, Apostasia, in principio.* Addo ad præmissa Paul. Grill. *in tract. de hæreticis qu.* 2. *num.* 8. *in primis verbis*, Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz. in pract. crim. canon. in verbo, Apostatæ, c.* 111. *in principio additionis*, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par.* 1. *nu.* 485. *& num.* 490. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 70. *nu.* 2. Menoch. *de arbitr. qu. lib.* 2. *centur.* 6. *cas.* 546. *nu.* 1. Domin. Bannes *in commentar. ad D. Thom.* 2. 2. *q.* 12. *vers.* 1. vbi dixit, Apostasiam à Theologis diffiniri, vt sit *Retrocessio ab aliquo bono, in quo homo perseuerare tenebatur ex præcepto, vel ex solemni voto, & professione.*

4 PRÆMITTO II. † Apostasiæ etymologiam, qua in re dicas, quod apostata dicitur quasi retro stans, cap. *non obseruetis* 26. *qu. final.* Host. *in c.* 1. *nu.* 1. *in fine, vers. vnde dicitur Apostata, extra de hæreticis*, & ibi Ant. de Buttio *num.* 6. Marian. Soc. *in rubr. extra eodem n.* 2. vbi huius etymologiæ rationem reddit, quia scilicet apostatæ dicuntur mittere manum ad aratrum, & retrospicere; Ioan. de Anania *in eadem rubr. post nu.* 1. vbi pluribus hanc eandem etymologiam exornant, Arnald. *in rubric. de hæreticis in* 6. *qu.* 11. *nu.* 4. Host. *in summa de Apostatis* §. *Quid sit Apostasia, nu.* 1. *vers. Et dicitur Apostasia*, Goffred. *in summa de Apostatis nu.* 1. summa Antonin. *par.* 2. *tit.* 12. *cap.* 6. *in principio*, addentes ad Angelicam in summa *in verbo, apostasia, in principio litera B, in verbo, apostasia*, Syluestrina *in eodem verbo, apostasia, nu.* 1. Repert. Inquisit. *in verbo, apostasia, in principio, & vers. Sed vnde dicatur apostata*, Afflict. *in const. Regn. cap.* 1. *nu.* 4. *in fine de hæreticis & Pucterenis, rubr.* 3. Paul. Grilland. *in tract. de hæreticis qu.* 2. *num.* 8. *vers. Et dicitur apostata.* Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 70. *nu.* 1. *vers. Augustinus autem*, Toleto *de instructione sacerdot. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 1. *post med. vers. ex his igitur apparet.*

5 PRÆMITTO III. † Quod apostasiæ triplex est species; Prima est apostasia perfidiæ, seu fidei; Secunda obedientiæ; Tertia irregularitatis, seu Religionis, de quibus infra suo loco subiiciam exempla, & hanc Apostasiæ distinctionem *in c.* 1. *extra de Apostatis*, post Gloss. *in verbo, Apostasia*, tradiderunt Innoc. *nu.* 1. Host *n.* 1. *in verbo, Apostasia*, Henrich. Boich. *num.* 2. Ant. de Butrio *nu.* 4. & Cardin. Zabar. *nu.* 2. Marian. Soc. *in rubr. extra eodem nu.* 3. vbi bene hanc etymologiam comprobat, & exornat Arnald. Albert. *in rubr. de hæreticis in* 6. *qu.* 11. *nu.* 4. Host. *in summa rubr. de Apostatis* §. *quot species num.* 2. Goffred. *in summa de Apostatis n.* 2. *vers. Est tamen triplex Apostasia*, summa Armilla *in verbo, Apostasia, num.* 1. Rosella *in summa in verbo, Apostasia, in principio*, summa Angelica *in eodem verbo, Apostasia, etiam in principio, versic. Et sic collige triplicem Apostasiam*, Syluestr. *in verbo, Apostasia, nu.* 1. *vers. Apostasia importat, vers. Et sic triplicem.* Repert. Inquisit. *in verbo, apostasia, vers. Sed Apostasia triplex est*; Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit. in verbo, Apostata, nu.* 1. (vbi tamen inter Apostasię species non ponit apostasiam obedientiæ, sed vnam dicit esse ab ordine, aliam à statu regulari, & aliam à veritate fidei) Afflict. *in const. Regn. in cap.* 1. *nu.* 1. *de Hæreticis, & Pacterenis, rubr.* 3. *de apostatis.* Paul. Grill. *in tract. de hæreticis qu.* 2. *nu.* 8. Diaz *in pract. crimin. canon. in verbo, Apostatæ, cap. mihi* 111. *nu.* 1. Clar. *in pract.* §. *final. qu.* 78. *nu.* 4. *sub vers. Apostata*, &c. Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par.* 1. *n.* 488. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 71. *num.* 3. Eymeric. *in Directorio Inquisit. par.* 2. *qu.* 49. *nu.* 1. Mascard. *de probat. lib.* 1. *conclus.* 112. *nu.* 20. *& sequentibus.* Cardinal. Tuschus *pract. concl. litera A, concl.* 424. *nu.* 1. Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 2. *centur.* 6. *cas.* 546. *nu.* 2. Barthol. Vgol. *in tract. de Censuris Pontifici reseruatis par.* 2. *in Glossa, Et à Christiana fide apostatas in principio nu.* 3. *fol. mihi* 56. *col.* 2. *in fine*, & ante istos vide bene declarantem D. Thom. 2. 2. *quæst.* 12. *art.* 1. vbi in substantia dixit, quod cum apostasia aliud non sit nisi recessus à Deo, ideo sicut quadrupliciter homo cum Deo coniungitur, videl. per Fidem, per obedientiam, per Religionem, vel per Clericatum, ita pariter iisdem modis ab eo recedit Apostasiamq; committit, & propterea Apostasiæ species sunt quatuor, prima à Fide, secunda ab Obedientia, tertia à Religione, & quarta ab Ordine, seu Clericatu; Quarum prima simpliciter & proprie apostasia dicitur, quia per eam à Deo in totum receditur: Non sic est in aliis apostasiarum speciebus, in quibus adhuc potest homo cum Deo coniunctus manere, vt ibi præsertim bene explicant, & declarant Greg. de Valen. & Alex. Pesan. & dixi *infra hac eadem quæst. n.* 4.

PRÆMITTO IV. † Quod Apostasia publicum crimen est, & ideo cuilibet de populo competit accusatio, Tex. est *in l. Apostatarum in principio C. de apostatis*, & ibi Iacob. Butrigar. *in Summario*, & Salyc. *in Summario*, Ioan. de Anania *in cap.* 1. *post num.* 4. *extra de apostatis.* Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 72. *nu.* 2. *& cap.* 76. *num.* 1. 6

PRÆMITTO V. † Quod Apostatæ dicuntur etiam Schismatici, secundum Hostiens. *in cap.* 1. *num.* 1. *post medium, vers. Sed dum isti, extra de Schismaticis.* Qui tamen loquitur in Octauiano, & Guidone, qui se per schisma intruserant in Papatu, & ibi hoc idem adnotarunt Ioan. Andr. *nu.* 1. *in verbo, Guidone.* Anton. de Butrio *num.* 4. *post medium, versic. Et dicitur Schismaticus talis etiam Apostata.* Ioan. Andr. Anchar. Butr. & alij *in rubr. de Apostatis.* 7

Contrarium, † quod apostata Fidei non sit Schismaticus, & quod apostasia fidei, & schisma inter se differant, ex eo, quod apostata discedat omnino ab Ecclesia Christi, & ad aliam Religionem se transferat; Schismaticus vero, licet separet se ab vnitate Ecclesiæ, non tamen intendit ad aliam Religionem se transferre, aut nouam Christi Ecclesiam, vel nouum caput constituere, scripsit Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis par.* 2. *in Glossa, Nec non Schismaticos, in principio nu.* 8. Hæc tamen opinio mihi non placet, sed standum est primæ sententiæ. 8

PRÆMITTO VI. † Quod apostasiæ crimen non præscribitur, Glos. *in l. si quis defuncto*, in Glossa 1. *C. de apostatis*, & est tex *in l. apostatarum, in principio, ibi, Et nullis finita temporibus C. eodem*, & ibi Glossa *in verbo, Perpetuari*, Azzo. *in verbo, Perpetuari*, & Saly cet. *in* 1. *&* 2. *oppositione.* Azzo *in summa de apostatis num.* 2. Hostiens. *in eadem summa de apostatis* §. *Qualiter puniantur nu.* 3. *vers. Et accusari possunt perpetuo*, Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 76. *nu.* 2. 9

PRÆMITTO VII. † Quod in crimine apostasiæ, sicut in crimine hæresis, proceditur summarie, simpliciter, & sine figura iudicij, Alber. *in l. apostatarum in fine, C. de apostatis*; verum de modo procedendi contra apostatas, vide generaliter scripta per incertum authorem *in eadem rubr. de modo procedendi contra apostatas*, positum inter tractatus criminales diuersorum, à Zileto collect. *fol. mihi* 196. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 76 *num.* 3. vbi quod in hoc crimine proceditur summarie, &c. *& nu.* 4. vbi quot vicibus citandus sit apostata, *& num.* 6. vbi de forma sententiæ proferendæ contra apostatas. 10

PRÆMITTO VIII. † Quod contra apostatas fidei procedere potest non solum Iudex ordinarius Ecclesiasticus, sed etiam Inquisitor, Oldrad *cons.* 36. *col.* 1. *vers. Ad primum articulum*, Card. Zab. *in Clement.* 2. *in verbo, Inquisitoribus, extra de heret.* Felin. *in cap. Postulasti nu.* 5. *de Iudæis*, Paris *cons.* 2. *nu.* 48. *lib.* 4. Carer. *in tract. de heret. n.* 89. Qui præcipue loquuntur in Iudęo facto Christiano, & deinceps ad Iudaismum relabente, retulitq; eos, & sequutus est Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 15. *n.* 1. & etiam Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 2. *Centur.* 6. *cas.* 546. *nu.* 4. Franc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisit. par.* 2. *qu.* 44. *Comment.* 69. *vers. Ac de his, fol. mihi* 372. *col.* 2. *in fine, & vers. seq.* vbi dixit, nullam esse dubitationem, quin isti Iudæi 11

cede-

redeuntes ad Iudaismum, sint inquisitorum iurisdi-dictioni subiecti.

12 Contra † Apostatam vero non fidei, sed Religionis, non Inquisitor procedere solet ex eo, quod suæ Religionis habitum etiam vltra annum dimiserint, nisi quid aliud admisceant, prout testatur Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisit. par. 2. quæst. 49. comment. 74. fol. mihi 390. col. 1. vers. verumtamen.*

ARGVMENTVM.

De Apostasia, Fidei quis dicatur Apostata.

SVMMARIA.

Apostata fidei est ille, qui in totum recedit à Fide, num. 13. vbi etiam ponuntur alia diffinitiones, seu descriptiones Apostatarum à Fide.

Apostata Fidei, proprie Apostata est, nu. 14.

Apostata est species infidelitatis, & vt hæreticus punitur, omniaque iura de hæreticis loquentia, procedunt etiam in Apostatis, num. 15.

Apostata differt ab hæretico, quia Apostata discedit in totum à Fide, hæreticus vero non in totum, sed in aliquo articulo à Fide recedit, nec propterea se Christianum negat, nu. 16.

Apostata Fidei dicitur is, qui Dæmoni, vel Idolis sacrificia facit, num. 17.

Reiterans Baptismum est Apostata nu. 18.

Christianus transiens ad ritus Iudæorum, Apostata est, hæreticus reputatur, & contra eum vt hæreticum proceditur, num. 19.

Fautores Apostatarum puniuntur, remissiue num. 20.

Persuadentes Apostatam ad Apostatandum à Fide, capite & confiscatione bonorum punitur, nu. 21.

Christiani proficiscentes ad Sarracenos ex desperatione, vel libidine, & ibi seruantes ritus Sarracenorum, Apostatæ reputantur, nu. 22.

QVÆST. CLXXXIII. §. 2.

13 REGVLA † sit, quod Apostata Fidei est ille, qui in totum recedit à Fide Christi, vt si Christianus efficiatur Iudæus, vel Turca, iuxta tex. *in l. prima, C. de Apostatis, in illis verbis, Et ex Christiano Iudæus effectus, & in l. secunda C. eodem, ibi, vel ad ritus Iudaicos, &c. in l. hi qui C. eodē,* vbi, *de his qui Sanctam Fidem perdiderunt, & Sanctum Baptisma hæretica superstitione profanarunt*; & ibi Glossa ponit exemplum in Christiano patiēte se baptizari more hæreticorum; Odofr. *in rubr. C. de Apostatis num. 1.* vbi quod Apostata dicitur, qui antea fuit Christianus, & recessit à fide; Bart. *in eadem rubr.* vbi quod Apostatæ dicuntur, qui fidem relinquunt; & idem dixit Alb. *in eadem rubr. in principio, & in l. si quis de facto nu. 2.* vbi quod Apostasia est totalis recessus à Fide, C. *eodem*, & quod Apostata fidei, seu perfidiæ, dicatur is, qui à fide recedit, scripserunt Communiter Canonistæ *in cap. primo, post Gloss. ibi in verbo, Apostasia, extra de Apostatis,* vt videre est apud Innoc. *nu. primo, vers. Prima perfidia,* Host. *vers. Prima est,* Henric. Boich. *nu. 2. vers. Perfidiæ scilicet,* Ant. de Butrio *nu. 4. vers. Quidam est Apostata fidei; & in rubric. extra eodem*; Marian. Socc. *nu. 3. in fine, vers. Tertio apostatat per discessum à Deo*; & Ioan. de Anania *ante nu. 1. vers. Dicit tamen Bartolus*; Arn. Albert. *in rubr. de hæreticis in 6. quæst. 11. nu. 5. vers. Et sic patet differentia, & nu. 6.* Azzo *in summa rubr. de Apostatis num. 1.* vbi quod Apostatæ sunt, *Qui nomine Christianitatis induti sacrificia postea fecerint, vel facienda mandauerint fidem polluendo, quam Deo dedicauerant, & per proditionem diuini Mysterij in profana migrando.* Hostiens. *in summa de Apostatis, §. quot species nu. 2.* vbi quod Apostasia perfidiæ dicitur illa, *Qua quis peruertitur, & recedit à fide.* Goffr. *in summa de Apostatis nu. 2.* summa Antonin. *par. secunda tit. 12. cap. 6. rub. de Apostasia, vers. Tertio recedere potest quis à Deo, dimittendo fidem,* Rosella *in summa in verbo, Apostasia, in principio, versic. & quicumq; recedit à fide,* Syluestrina *in verbo, Apostasia n. 1. in fine, vers. Prima est, & nu. 4.* Repertor. Inquisit. *in verbo, Apostasia, vers. Sed Apostasia triplex est,* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit. in verbo, Apostata, num. 4.* vbi de Christianis transeuntibus ad ritum Sarracenorum; Afflict. *in constit. Regn. in cap. primo num. primo de hæreticis & Pactarenis, rub. 3.* Simanch. *Cathol. instit. tit. 39. rubric. de Mahumetanis, nu. 6.* vbi de Christiano ad Mahumetanam sectam se transferente, *& in Enchirid. Violat. religion. tit. 18. rubr. de Mahumetanis nu. 1.* vbi idem repetiit; Paul. Grilland. *in tract. de hæreticis quæst. 2. num. 8.* Clar. *in pract. § final. qu. 78. nu. 4. sub vers. Apostata punitur*; Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis parte 1. num. 448.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 71. nu. 4. & cap. 72. num. 1.* Cardin. Tusch. *practicar. conclus. litera A. conclus. 424. nu. 2.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. centur. 6. cas. 546. nu. 3.* Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis par. secunda, in Glossa, Et à Christiana fide Apostatas, in principio n. 3. vers. Nam qui Christi domini fidem relinquit, hic Apostata à fide dicitur, & nu. 4.* vbi dixit, Apostatam à fide esse eum, qui relicta Christi Religione, ad aliam Religionem, vel sectam, se transfert, *fol. mihi 57. col. 2. vide infra nu. 19.* vbi in hac specie de Christiano transeunte ad Iudaismum; diffinitionem autem Apostasiæ videas per Toletum *de instructione sacerdotum lib. 4. cap. 6. num. 1.* vbi dixit, Apostasiam esse *Errorem hominis baptizandi fidei Catholicæ ex toto contrarium*, & ibidem singula huius diffinitionis verba explicat & declarat.

AMPLIA I. † Propositam regulam, vt Apostata fidei dicatur proprie Apostata, vide Addētes ad Iacob. Butr. *in l. si quis defuncto, C. de Apostatis.* Ioan. de Anania *in rubr. extra de Apostatis, ante nu. primum. vers. Dicit tamen Bartolus,* & ita concludunt omnes præallegati doctores, quod Apostata fidei dicatur proprie Apostata, licet Nos monachos ex religione egredientes Apostatas nuncupemus, quod & idem voluit Arnald. Alb. *cum allegat. per eum in rubr. de hæreticis in 6. qu. 11. nu. 5.* Afflict. *in const. Regn. de hæreticis & Pactarenis, rubr. 3. de Apostatis cap. 1. num. 1.* 14

AMPLIA II. † Quia Apostasia est species infidelitatis, & vt hæreticus punitur, quia peior est quam hæreticus, & sic omnia iura de hæreticis loquentia procedunt etiam in Apostatis; Odofred. *in rubr. C. de Apostatis nu. 1.* Innocent. *in cap. 1. num. 2. extra de Apostatis* & ibi etiam Hostiens. *num. 2.* Ioan. Andr. *num. 4. vers. Sed primus Apostata,* Henric. Boich. *num. 3. vers. Aut quæris de Secundo;* Anton. de Butrio *num. 7. in fine. vers. Sed prima Apostasiæ.* Abb. *num. 3.* Marian. Soccin *num. 3.* Ioan. de Anania *num. 4. &* Cardinal. Zabar. *num. 3. versic. Quæro, de pœna Apostasiæ perfidiæ*; Innoc. *in cap. à nobis, vers. Si autem apostataret deuiando à fide, extra eodem,* Arnald. Albertin. *in rubric. de hæreticis in 6. quæst. 11 num. 5. versic. Et talis Apostata;* Azzo *in summa de Apostatis nu. 1.* vbi quod Apostatæ sunt plusquam hæretici, Host. *in eadem summa de Apostatis §. qualiter puniantur nu. 3. versic. Et breuiter cum tales hæretici sint,* Goffred. *in summa de Apostatis nu. 3.* summa Antonina *par. 2. tit. 12. cap. 5. §. 1. vers. Quartum quod requiritur,* vbi dixit, quod licet Apostata fidei large hæreticus dici possit, grauius tamen peccat, & grauius punitur, quam hæreticus; *& cap. 6. vers. Talis cum sit hæreticus;* Rosella *in summa in verbo, Apostasia, in principio, vers. Et isti, secundum Hostiensem sunt* vere hæretici. Angelica *in eodem verbo, Apostasia in principio, vers. Et isti;* summa Syluestrina etiam *in eodem verbo, Apostasia, n. 2.* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquis. in verbo Apostata, nu. 2. versic. Qui vero tertio modo Apostatæ sunt.* Hyppol. Riminald. *cons. crimin. diuersorum 83. num. 7. & seqq. lib. 2.* Repertor. Inquisit. *in verbo, Pœna, vers. Nunc videndum est.* Afflict. *in constitut. Regn. de hæreticis & Pactarenis rubric. 3. de Apostatis nu. 1.* vbi quod Apostatæ à fide Catholica sunt plusquam hæretici, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 7. rub. de Apostatis n. 2. & n. 5. & n. 6.* vbi dixit, quod licet Apostata differat ab hæretico, & sic Apostata non dicatur proprie hæreticus, deterior tamē est omni hæretico; 15

& propterea omnia statuta cõtra hæreticos, procedunt etiam contra Apostatas, & *tit.31.rubr. de hæreticis, nu.13.* vbi quod nemo fere Doctorum negat, Apostatam fidei esse hæreticum, cum apostasia sit circumstantia hæresis eam aggrauans, Paul. Grilland. *in tractat. de hæreticis quæstione 2. nu.8. in fine, vers. Sed quando recedunt à Fide Christi, & n.9.* vbi amplius, quod Apostatæ fidei sunt deteriotis conditionis quam hæretici, Nicol. Arelat. *notab.44.n.1.* vbi idem dixit, Gundisal. *in tract. de hæreticis quæst.5.n.5.in principio,* Clar. *in pract.* §. *final. quæst.78.nu.4.sub vers. Apostata punitur, ibi, scias autem, &c.* Ioan. à Roja *in tract. de hæreticis par.1.nu.489.* vbi propterea quod contra Apostatas fidei Inquisitores hæreticæ prauitatis procedunt tãquam contra veros, & formatos hæreticos. Decian. *in tract. crim. lib.5.cap.70.nu.3.* Eymeric. *in Director. Inquisit. par.2.qu.49.nu.4.* & *ibi* Franc. Pegna *in additionibus Comment.74.vers.1.fol. mihi 389.col.2. & fol.390.col.1. litera B. vers. Qui vero tertio modo,* Cardin. Tuschus *practicar. conclusion. litera A. conclus.424.num.2.* Menoch. *de præsumpt. lib.5. præsumpt.6.num.34.vers. Imo maior est hæretico, & de arbitrar. quæstionibus lib.2. Centur.6.cas.546.num.3. & nu.6.* vbi propterea, quod Apostata fidei, pœna mortis naturalis, sicut alij hæretici, plectitur, & *nu.15. & sequentibus,* vbi ampliat hoc procedere etiam de iure ciuili, reprobato Nicolao Arelatan. & Alphonso de Castro contrarium tenentibus *in locis per eum relatis,* Iacob. de Graffijs *lib.2. suarum decisionum cap.8.rubr. de hæretic. nu.23.* Barth. Vgolin. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis par.2.cap.1. §.1.num.7.fol. mihi 38.* Ioan. Azzor. Iesuita *institut. moral. par.1.lib.8.cap.21. rubr. de Apostatis qu.7.* Thom. Sanchez Iesuita *in præceptis Decalogi lib.2.cap.7. rubric. de hæresi & Apostasia nu.18.*

Ad quam materiam, an scilicet Apostasia sit species infidelitatis, & hæresis, vide late disputantem Gregor. de Valent. *ad D.Thom.2.2.q.11.art.1. vers. Prima difficultas est, & seqq.* & quod Apostasia fidei ad infidelitatem pertineat, probauit idem D.Thom. *vbi supra 2.2.q.12.art.1.* vbi more solito proponit contraria, & illis respondet, & *ibi* Domin. Bannes, vbi proposita quæstione, vtrum Apostasia, & hæresis sint eiusdem speciei, relatisque contrariis Doctorum sententiis concludit, hæresim, & apostasiam esse eiusdem speciei, differreq; inter se tantum accidentaliter secundum magis, & minus, hancq; testatur esse communem sententiam Discipulorum D. Thomæ, subditque propterea, quod omnes pœnæ, omniaque alia statuta in crimine hæresis locum habent in crimine Apostasię, proponit contraria & illis respondet, & ita etiam sentit ibidem Gregor. de Valentia *in vers. Secundo notandum est.* Alex. Pesant. *disput.1.* vbi concludit, Apostasiam neque esse speciem distinctam ab hæresi, neque eandem speciem distinctam ab hæresi, sed esse circumstantiam, qua potest coniungi cum omnibus speciebus infidelitatis.

16 LIMITA † hanc secundam ampliationem, quia licet apostata sit hæreticus, differunt tamen hæreticus, & apostata, quia apostata in totum recedit à fide, hæreticus autem non in totum, sed in aliquo articulo à fide recedit, nec propterea se Christianum negat, secundum Alber. *in l. si quis Defuncto nu.2.C. de apostatis,* & propterea differentia inter apostasiam & hæresim est, quia omnis apostata est hæreticus, sed non è contra, Paul. Grilland. *in tract. de hæreticis quæst.2. num.9. vers. Et propterea dicendo,* Arnald. Albertin. *in rubric. de hæreticis in 6. quæst.11.num.5. vers. Et patet differentia, & num.6. in tract. de agnoscendis assertionibus Cathol. & hæreticis quæst.34. num.14.* in summa Antonin. *par.2.tit.12.cap.15.§. vers. Quartum quod requiritur.* Syluestr. *in summa in verbo, Hæresis, §.1.nu.4.vers. Quarto, quod aliquam veritatem de fide fateatur,* summa Tabien. *in verbo, Hæreticus, num.1. ad finem, & num.26. post medium, vers. Intellige, quod fecerit professus,* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Apostasia, vers. Sed an isti conuersi, post principium.* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, hæreticus, num.15.* Afflict. *in constitut. Regn. de hæreticis & Patterenis, rubr.3. de apostatibus in principio, & nu.1.* Simanch. *Cathol. Inst. tit.31. rub. de hæreticis n.13.* vbi hanc differentiã defendit ab impugnatione Alphonsi de Castro, Clar. *in pract. §. finali quæst.78. num.4. sub vers. Apostata punitur,* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par.1. num.484. & sequentibus.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.70.nu.3. & cap.71.nu.5.* Franc. Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum par. secunda quæst.49. comment.74. fol. mihi 390. colu.1. litera B. versic. Qui vero tertio modo apostatant,* vbi propterea dixit, apostasiam non esse speciem infidelitatis ab hæresi distinctam, sed solum habere secum circumstantiam magis aggrauantem, nec differre ab hæresi, nisi secundum magis & minus, Masc *de probationibus lib.1. concl.112. nu.26. & 27.* Læl. Zech. *in summa par.1. tit. de fide c.24. rubr. de Apostasia n.3. vers. Aduertendum autem.* Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.3. qu.3. nu.17.* Tolet. *de instructione sacerdotum lib.4. cap.3. num.2. & cap.6. num.1. vers. Quarta pars.* Iacob. de Graffijs *lib.2. suarum decisionum cap.8. rubr. de hæreticis nu.23.* Bartholom. Vgolin. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis parte secunda, §.1.nu.8. fol. mihi 38. colum. secunda.* Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium parte prima lib.8. cap.21. rubr. de Apostatis in 3. quæstione,* vbi primo refert sententiam eorum, qui dixerunt apostasiam esse peccatum Infidelitatis, seu impietatis, specie ab hæresi distinctum, vna cum eiusdem sententiæ rationibus, deinde ponit contrariam sententiam Alphon. Castr. Caietan. & Bannes *in locis per eum relatis* dicentium, Apostasiam non esse peccatum ab hæresi specie distinctum, sed esse dumtaxat circumstantiam augentem deformitatem, & turpitudinem criminis: apostata enim ex toto recedit à fide Catholica; Hæreticus autem ex parte. Maior autem aut minor recessus à fide speciem non mutat, & hanc sententiam sibi magis placere affirmat, & contrariis respondet, quod & idem in substãtia scripsit Thom. Sanchez. Iesuita *in præceptis Decalogi lib.2. cap.7. rubr. de hæresi & Apostasia, nu.15. & 16.*

AMPLIA III. † vt apostata fidei dicatur etiam is, qui dæmoni, vel Idolis sacrificia facit, vel fieri mandat. Afflict. *in const. Regni cap.1. n.4. de hæreticis & Patterenis, rub.3.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.72. num.3.* vbi quod qui se vouet, vel tradit dæmoni, vel cum eo paciscitur, dicitur apostata à fide, prout sunt Necromantici, & malefici incantatores, ex Diuo Thom. & aliis ibi per eum allegatis; faciunt quæ dixi *supra quæst.181. nu.34.* 17

AMPLIA IV. † In reiterantibus Baptismum, qui & ipsi sunt apostatæ *cap.2. extra de Apostatis l.1. & secunda C. ne sanctũ Baptisma iteretur,* & vtrobiq; Doctores, ad quos te remitto, hanc tractant materiam qua etiam per Ioan. Andr. & alios *in rub. de apostatis,* Hostiens. *in summa de apostatis §.. quæ sit pœna per totum.* Goffr. *in eadem summa de apostatis n.4.* de Iudæo autem facto Christiano, qui rediens ad Iudaismum facit se de nouo baptizare, lauando, & radendo de nouo caput, vide quæ dixi *supra quæst.178. num.136.* 18

AMPLIA V. † Et in specie in Christiano transeunte ad Iudaismum, quia apostata est & contra ipsum vt hæreticum procedendum est, vt bene probat text. *in cap. contra Christianos de hæreticis in 6.* vbi in substantia dicitur, *Contra Christianos, qui ad ritus transierint Iudæorum, erit tanquam contra hæreticos, si fuerint de hoc confessi, aut cõuicti, procedendum;* & ibi Glossa *in figuratione casus, in principio, & versic. Nota principalem effectum.* Ioan. Andr. *num.1. vers. in Glossa prima,* vbi in idem refert Constitutionem Clementis IV. Datam Viterbij Põtificatus sui anno tertio, & aliam Constitutionem Gregorij XI. Datam Lugduni, Pontificatus sui anno secundo, ambas incipientes *Turbato corde,* quas asserit reperiri in officio S. Inquisit. 19

Gemi-

Gminian. *in summario*, *in 1. notab. & sub nu. 6.* & Franch. *in summario*, *& sub nu. 2.* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rub. de iis, qui condemnantur, vt hæretici, num. 1.* summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §. 2. num. 4. versic. Secundum in eadem etiam*, Repert. Inquisit. *in verbo, Reiudaizantes, versic. Sed est quæst.* Vmbert. Locat. *in iudic. inquisit. in verbo, Apostata, nu. 3.* Afflict. *in Constitut. Reg. de hæreticis & Patterenis, rubr. 3. de Apostatantib. ante nu. 1. & in c. 1. in summario*, Hyppol. Riminald. *consil. crimin. diuers. 83. nu. 1. lib. 2.* Eymeric. *in Direct. inquisit. part. 2. qu. 44. nu. 1. & nu. 4.* vbi in hoc refert extrauagantem Nicolai IV. *incipient. Turbato corde*, qui eos hæreticos existimat, & contra eos, tanquam cōtra hæreticos procedendū affirmat; & *ibi* Franc. Pegna *in additionibus, Commentar. 69. versic. Secundo, fol. mihi 372. col. 2. in fine, & fol. 373. versic. Tertium est, col. 1.* Eymeric. *vbi supra, quæst. 45. nu. 1.* vbi de Christianis transeuntibus ad ritus Saracenorum, *& nu. 4.* vbi in hoc refert Extrauagantem Gregorii XI *incipient. Admodum dolenter audiuimus*, & *ibi* etiam Pegna *in additionibus, Comment. 70. folio mihi 475. versic. 1. & sequ. col. 2.* & de Christiano transeunte ad Saracenos, dixi *supra hac eadem quæst. nu. 13.* vbi vide, & tam de Christiano ad Iudæos transeunte, quam etiam ad Saracenos, quod Inquisitores possint procedere, vide Ioan. Azzor. Iesuitam *Institutionum Moralium parte 1. lib. 8. cap. 22. rub. de obstinata Iudæorum perfidia, quæst. vlt. & cap. 23. rub. de Saracenis, quæst. 2.*

20 Ampl ia VI. In † fautoribus Apostatarum, qui quomodo puniantur, dixi *supra, quæst. 178. num. 144. Hæc repetere non est necesse.*

21 Ampl ia VII. In † persuadente aliquem ad apostatandum à fide, qui capite & confiscatione bonorum punitur; *l. eum qui, C. de Apostatis*, vbi ad literam dicitur, *Eum qui seruum siue ingenuum inuitum, seu suasione plectenda ex Cultu Christianæ Religionis in nefandam sectam, ritumve transduxerit cum dispendio fortunarum, capite puniendum esse censemus*, & ibi Iacob. Buttrigar. & Salycet. *in summario*, Cardin. Zabarel *in Clement. 2. §. Inquisitoribus, num. 7. de hæreticis*, vbi loquitur de Iudæo inducente Christianum ad Iudaismum, dicitque, hoc casu posse Iudæum ab Inquisitoribus puniri, & idem si impediat Iudæum volentem se baptizari, Hippol. Riminal. *consi. crimin. diuers. 83. nu. 4. libr. 2.* vbi pariter dixi, persuadentem Christiano, vt à fide discedat, capite & confiscatione bonorum puniri, summa Syluestrin. *in verbo, Hæreticus, §. 2. num. 4. versicul. Tertium, &c.* vbi dixit, quod Iudæi inducentes Christianos ad eorum ritum, cadunt in officium Inquisitorum, quia, & si non sint proprie hæretici, vel fautores hæreticorum, large tamen sunt fautores, imo & verius fautores hæreticorum, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 74. nu. 2.* vbi allegat text. *in d. c. Cum qui, C. de Apostatis*, Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, libr. 33. cap. 8. nu. 17. in fine.* De Iudæo persuadente Christianum ad apostatandum, vide, quæ dixi *supra, quæst. 178. nu. 143.*

22 Ampl ia VIII. In † proficiscente ad Saracenos ex desperatione, vel libidine, & ibi seruato iure Saracenorum, qui quantum ad Ecclesiam, adhuc dicitur Apostata, etiam quod in animo haberet fidem Catholicam; summa Syluestrin. *in verbo, Apostasia, nu. 4. ad finem, versic. Quarto, quod qui haberet sanam fidem.*

Argvmentvm.

De Apostatante à fide coacto, & per vim.

Svmmaria.

Metu & vi apostatans à fide, corde tamen fidem retinens, non est hæreticus, nu. 23. Licet alij contra, nu. 24. Et ibi etiam an sit excommunicatus.

Metu & vi apostatans à fide Ecclesiæ, reconciliandus non est, nu. 25.

Metu & vi apostatans à fide, vt ab hæresi excusetur, metus debet esse grauis, vt puta mortis, & tormentorum, secus, si solum esset metus infamiæ, exilij, aut minoris mali, nu. 26.

Metus reuerentialis Patris non excusat apostatantem à fide, metu & vi, nu. 27.

Metu & vi apostatans à fide, non excusatur ab hæresi, nisi metu cessante statim redeat, si enim diu tacuit, & non reclamauit, consensisse videtur in hæresi, nu. 28.

Apostatans à fide, vi & metu, licet hæreticus non sit, suspectus tamen est de hæresi, nu. 29. Et in foro exteriori reputatur hæreticus, d. nu. 29.

Apostatans à fide vi & metu, licet excusetur à pœna hæresis ordinaria, non tamen excusatur ab extraordinaria, & mitius punitur, nu. 30.

Apostatans à fide, vi & metu coactus, si vis fuerit absoluta, & non conditionalis, excusatur non solum ab hæresi, sed etiam à peccato, nu. 31.

Vis quando dicatur absoluta, & quando conditionalis, nu. 32.

Apostatans à fide, vi & metu, excusatur etiam à peccato, quando determinatè fidem abnegat, nu. 33.

QVÆST. CLXXXIII. § III.

Regvla † sit, quod is, qui exterioribus actis aut verbis se hæreticum præbet, & eo magis si per vim & metum coactus fidem abnegat, aut idolis sacrificat, corde tamen sit fidelis, is, inquam, peccat mortaliter, hæreticus tamen non iudicatur, exemplo Marcellini summi Pontificis, qui à Paganis tempore Diocletiani & Maximiani Imperatorum, templum ingredi, & Idolis sacrificare coactus fuit, licet mortaliter peccauerit, quia tamen Christi fidem in mente habuit, hæreticus non fuit reputatus, *in capit. Nunc autem, 25. distinct.* cum aliis per Dec. *in consil. 151. incipien. Maximi ponderis, in princip.* & per Armill. *in summa, in verbo, Hæresis, nu. 4.* summa Angelica, *in verbo, Fides, num. 9.* Tabiena *in eodem verbo, Fides, num. 9.* vbi, quod à peccato mortali metus non excusat, etiam cadens in constantem virum, Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 30. nu. 6. & latius nu. 8. & sequ.* vbi proponit contraria, & illis respondet, Simanch. *Catholicarum Institutionum tit. 17. rubr. de defensione reorum, nu. 29. & nu. 35. & 36. & in Enchirid. violatæ religion. tit. 47. rubr. de defensionibus, nu. 21.* summa Antonina *part. 2. tit. 12. cap. 6. rubr. de Apostasia, versic. Nota secundum Raynerium*, Rosella *in summa, in verbo, Hæreticus, nu. 4.* Angelica *in eodem verbo, Hæreticus, nu. 3. versic. Quid de illo, & in verbo, Apostasia, nu. 9. vers. Vtrum Christianus*, summa Rosella *in verbo, Apostasia, nu. 1.* Syluestrina *in eodem verbo, Apostasia, num. 4. versic. Secundo quod faciens id, & in verbo, Hæresis, §. 1. num. 9.* Tabiena *in summa, in verbo, Hæreticus, nu. 3.* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Apostasia, versic. Sed supra dictum est, & in verbo, Hæreticus, versic. Item est notandum, quod non solum hæreticus, qui sponte, & versic. Item, qui de illo, & versic. sequen. & versic. Idem dicendum, & in verbo, Metus, versic. An metus mortis*, & ibi Mandos. *in additionibus, litera D.* Afflict. *in Constitution. Regni, cap. 1. nu. 9. de hæreticis & Patterenis, rubr. 3.* Ioan. Calderin. *consil. 4. versic. Ore enim negantem, tit. de hæreticis*, Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis, parte prima, numer. 48. & num. 122. & parte 2. num. 108. & num. 276.* vbi etiam de pueris, & ætate minoribus captis à Saracenis, & ad fidem abnegandam compulsis, Clar. *in pract. §. hæresis, num. 3. versic. Sed nunquid ille*, Decian. *in tract. crimal. lib. 5. cap. 18. versic. 13. & versic. 28. & cap. 37. nu. 14. & cap. 75. nu. 5.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 1. quæst. 9. Commentar. 24. versic. Hinc colligitur, folio mihi 70. col. 1.* vbi eos hæreticos affirmat, qui credunt, Christum in tormentis seu in necessitate ore negari posse sine peccato, dummodo corde credat, *& folio 71. col. 1. versic. Primo*, vbi plures adducit concordantes, quod isto casu abnegantes fidem propter metum mortis excusentur ab hæresi, & hæreticorum pœna puni-

puniri non possint, Menoch. *de arbitrar. quæst. libr. 2. centur. 6. casu* 546. *n.* 22. Toletus *de instruct. sacerdot. lib.* 1. *c.* 19. *num.* 4. vbi dixit, eum qui verbis, aut facto, timore, aut alia passione motus, facit se hæreticum, si interius non sit hæreticus, non incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini in foro interiori, licet secus in exteriori, & propterea illum posse à quolibet sacerdote absolui, & *libr.* 4. *cap.* 4. *num.* 1. *in fine*, dixit idem, *& num.* 2. *versic. At secundum peccatum*, Iacob. de Graffiis *libr.* 2. *suarum decisionum, cap.* 8. *rubr. de hæreticis, num.* 30. *& seqq.* Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, parte* 2. §. 1. *cap.* 1. *num.* 13. *&* 14. Dominicus Bannes *in Commentar. ad D. Thomam* 2. 2. *quæst.* 11. *artic.* 4. *versic. Tertia conclusio, & seqq.* vbi pariter firmat conclusionem, quod metu fingens se hæreticum verbo, vel facto, non est excommunicatus, testaturque, hanc esse communem Iurisperitorum sententiam, & iterum *infra in versic. Est præterea aliud argumentum*, conclusionem prædictam distinguendo declarat, quod & idem scripsit Gregorius de Valentia ad D. Thom. *vbi supra*, 2. 2. *quæst.* 12. *art.* 1. *versic. Est autem dubium, & sequ.* vbi reprobato Caietano *in locis per eum relatis*, contrarium tenente, hanc dixit communiorem & veriorem sententiam, ex Nauarr. Syluestrin. & Tabien. *ibi per eum allegatis*, Ioan. Azzor. Iesuit. *in summa, parte* 1. *libr.* 8. *cap.* 9. *rubric. de hæresis crimine, quæst.* 9. 10. *&* 11. vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus, eorum rationibus & argumentis confutatis, testatur & ipse de communi Doctorum sententia, & amplius subdit, quod iste sic metu, verbis, aut facto se hæreticum fingens, excommunicationem non incurrit, licet peccet, & *dicto libro* 8. *cap.* 21. *rubr. de Apostatis, quæst.* 5. *&* 6. vbi idem concludit, testaturque de communi & veriori sententia, Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.* 2. *capit.* 7. *rubr. de hæresi & Apostasia, num.* 8. vbi alios plures refert concordantes Doctores, & inde infert, quemlibet Confessarium posse ab hoc peccato absoluere pœnitẽtem, ex Suarez & Toleto *in locis ibi per eum allegatis, & nu.* 9. *&* 10. vbi, quid de illo Apostata, qui fidem negaret, non tamen ex corde, & cum errore mentis, non ex metu, sed ex alia causa.

24 Quamuis † contrarium, quod metu mortis, & per vim Idolis sacrificantes, seu alias fidem negantes, in foro exteriori ab hæresi non excusentur, voluerint Caietanus 2. 2. *quæst.* 93. *artic.* 1. Eymeric. *in Directorio inquisitorum part.* 2. *quæst.* 41. *num.* 8. *& quæst.* 49. *num.* 5. Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Apostata, nu.* 2. *versic. Illi vero.*

25 Amplia † hanc regulam, quod tales sic per vim & metum fidem abnegantes, non est necesse, quod Ecclesiæ reconcilientur, sicut pluribus probat, pluresque Doctorum auctoritates affert, contrariis rationibus respondet Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, parte* 1. *nu.* 108. *& seqq. & parte* 2. *nu.* 279. *in* 2. *assertione*, reprobato Claro contrarium tenente, *in pract. crim.* §. *hæresis, num.* 3. *versic. Sed nunquid ille.*

26 Limita I. Primam † partem regulæ, in qua dixi, per vim & metum fidem abnegantem non esse hæreticum, vt non omnis timor seu metus excuset ab hæresi, nisi fuerit grauis, vt puta mortis, seu tormentorum, secus si esset solum timor infamiæ, vel exilii, aut minoris mali, quia tunc non excusat, ex allegatis per Simanc. *Catholicarum institutionum tit.* 17. *rubr. de defensione reorum, nu.* 34. Consentit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 1. *quæstione* 9. *Commentar.* 24. *folio mihi* 71. *col.* 2. *versic. Sed hæc quidem omnia*, vbi dixit, quod metus, vt isto casu excuset, debet esse talis, qui constantem virum commouere possit, vt puta mortis, vel membrorum mutilationis, secus si leuis, pura fustigationis, carceris, famis, aut similium; tunc enim sic leui metu Christi fidem abnegantes, licet non corde, vehementem hæresis suspicionem non effugient, propter quam ad abiurationem compellendi sunt, si fuerint Episcopi, Clerici, Monachi, Theologi, Nobiles, & similes personæ graues, fidei causam bene intelligentes, secus si fœminæ, puellæ, pueri, aut similes, quos minor metus facilius auertit.

Et † propterea metum reuerentialem patris non excusare, & ideo si filius suasionibus parentum inductus, seu seductus, Iudaicas cæremonias fecerit, quod nullo modo ab hæreticorũ pœnis excusari poterit, ex tradit. in Repertor. inquisitor. *in verbo, Filij, versic. Secundo, incip. Sed nunquid*, vbi tamen declarat hoc non procedere in infantibus, quos ætas omnino excusat, & adhuc cum adultis propter minorem ętatem mitius agendum existimauit, & *in verbo, Pœna, versic. Primo.* 27

Limita II. Quia † is, qui metu mortis fidem abnegauit, aut alias hæreticales exercuerit actus, ad hoc, vt propter non consensum non dicatur apostata, nec hæreticus, opus est, vt doleat, & metu cessante statim redeat, agatque pœnitentiam, si enim diu tacuit, & non reclamauit, vtique consensisse & ratum habuisse videtur, & ideo non excusatur, ex allegatis per Simanc. *Catholicarum institution. tit.* 17. *rub. de defensione reorum, nu.* 37. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Director. inquisitor. part.* 1. *quæst.* 9. *Commentar.* 24. *versic. Monet tamen Simancha, & versic. sequ. fol. mihi* 71. *col.* 1. *& col.* 2. *versic. Sed hæc quidem omnia, & versic. Ergo qui post lapsum, & folio* 72. *col.* 1. *versic. Primo*, vbi propterea, quod qui post lapsum statim pœnitẽtes reuertuntur, recipiendi sunt benigne, & mitissime tractandi, qui vero tarde reuertuntur, grauius puniendi, & ad abiurationem compellendi. Nec dissentit Ioan. Azzor. Iesuita *in summa, parte* 1. *lib.* 8. *cap.* 9. *rub. de hæresis crimine, quæst.* 9. *in fine.* 28

Limita III. Quia † licet metu & vi Idolis sacrificans, seu alias fidem Christi abnegans ore, non tamen corde, hæreticus non iudicetur, hæreticorumque pœnas effugiat, non tamen euitabit hæresis suspicionem vehementem, aut leuem, secundum quod plures causę suspicionem aggrauantes aut minuentes, concurrunt iuxta personarum qualitatem, & metus rationem, secundum Gersonem *in tract. de protestatione, considerat.* 12. quem in proposito refert, & sequitur Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitor. part.* 1. *quæst.* 9. *Comment.* 24. *fol. mihi* 71. *col.* 2. *versic. Sed hæc quidem omnia, & seq.* vbi bene explicat & declarat causas, personarum qualitates, & metus rationem, quibus quis aut vehementem, aut leuem, aut nullam prorsus hæresis suspicionem isto casu incurrat, & quod propter hanc suspicionem debeat indici abiuratio, vel purgatio. Faciunt scripta per Ioan. Azzor. Iesuit. *in summa, part.* 1. *libr.* 8. *cap.* 9. *quæst.* 9. *in fine*, vbi, facta conclusione, quod metu verbis aut facto fingens se hæreticum, non sit hæreticus, subdit postea, quod in iudicio tanquam hęreticus puniri potest. Deus enim de animo & voluntate, homo autem de sermone, quem nouit, iudicat: & quod propterea tanquam de hæresi suspectus haberi potest, si statim, quod extra periculum constitutus est, non resipiscat. Et sic limitationem propositam declarare videtur, vt non procedat, quando is, qui metu se hęreticum fingit, metu cessante resipiscit, iuxta ea quæ dixi in præcedenti numero. Et quod hæreticus exterior, licet non interior in foro exteriori reputetur hæreticus, licet secus in foro exteriori, voluit Toleto *de instructione sacerdotum, in locis per me allegatis, supra, nu.* 23. *ante finem.* 29

Limita IV. Secundum † Tabienam *in summa, in verbo, Fides, num.* 9. vbi dixit, quod Idolis reuerentiam exhibens, licet non sit hæreticus, & Idololatra secundum mentem suam; est tamen Idololatra in omni actu exteriori, & propterea subiectus iuribus Dei & hominum contra Idololatras statutis, cum iudex secundum 30

exte-

exteriora, DEVS autem secundum interiora iudicet; subdit tamen, mitius isto casu agendum esse propter timorem; faciunt scripta per Simanch. *Catholicarum institutionum tit.17. rub. de defensione reorum, num.30. & seqq.* vbi dixit, quod cum aliquis metu mortis, vel alterius mali, impium quippiam dicit aut facit, is quidem puniendus est pro modo culpæ, sed mitius iuxta qualitatem personarum, cum grauius peccent Principes, Episcopi, Clerici, Monachi, Nobiles, Theologi, Philosophi, Sapientes & Fortes, quam Plebeii, Mulieres, & reliqui, vt ibi per eum, & *num.34.* subdit, hac in re considerandum esse ab Inquisitore ad hoc, vt sciat qualitatem pœnæ imponendæ; nunquid quispiam deficiat metu mortis, aut metu tormentorum, aut timore infamiæ, vel exilii, vel etiam minoris mali, *& in Enchirid. violatæ religion. tit.47. rubric. de defensionibus, num 20.* vbi idem repetiit; Repertor. Inquisitor. *in verbo, Metus, versic. An metus mortis*, & ibi Quintilian. Mandos. *in additionibus, litera D.* faciunt scripta per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum in Director. Inquisitorum, parte 1. quæst.9. Commentar.24. fol. mihi 71. col.2. versic. Sed hæc quidem omnia, & versic. sequentib.* vbi ad imponendam isto casu hanc mitiorem pœnam bellissime explicat consideranda per iudicem, nempe qualitatem personarum, an scilicet fuerint personæ graues, & causam fidei intelligentes, prout sunt Episcopi, Clerici, Monachi, Theologi, Nobiles, & similes, an vero sint fœminæ, puellæ, vel pueri, nec non qualitatem metus & coactionis, an scilicet fuerit mortis, aut mutilationis membrorum, an vero leuior, vtputa fustigationis, carceris, famis, & similium, & demum, an pœnitens statim, quod potuit, ingemuerit, & redierit, an vero tarde. Item faciunt scripta per Ioannem Azzor. Iesuitam *Institutionum Moralium parte 1. libr.8. cap.21. rubr. de Apostatis, quæstione 5.* vbi dixit, in foro exteriori hunc Apostatam censeri, & proinde tanquam talem puniri, & idem repetiit *eodem capit. 21. quæstione 6. versic. In foro tamen exteriori.*

31 LIMITA V. Secundam † partem propositæ regulæ, in qua dixi, per vim & metum abnegantem fidem, mortaliter peccare, licet non sit hæreticus, vt non procedat, si vis & coactio fuerit absoluta, & non conditionalis; tunc enim nec hæreticus est, nec peccat, *cap. Maiores, §. fin. ad finem, extra, de baptismate, & eius effectu*, dum ibi dicitur; *Sicut nec ille notam alicuius reatus incurrit, qui contradicens penitus, & reclamans thurificare Idolis cogitur violenter.* Secus, si non absoluta, sed conditionalis, tunc enim non in totum excusat, sed culpam attenuat, & sic licet excusetur ab hæresi, non tamen excusatur a peccato mortali, vt dixi in regula, & probantur hæc *in cap. Sacris, extra, de his, quæ vi metusve causa, cap. hunc autem*, & ibi Glossa, *in verbo, Marcellinus, in fine, & in verbo, Compulsus, 21. distinct.* iuncto *cap. Presbyteros, 50. distinct.* cum aliis, per Arnald. Albertin. *in rubr. de hæreticis, in 6. quæst.2. nu. 41. & quæst.13. num.68. & in cap.1. eodem tit. quæst.15. num. 21. & num.22. & 23.* idem Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst.30. nu.7.* Repert. Inquisit. *in verbo, Metus, versic. An metus mortis, & ibi* Quintilian. Mandos. *in additionibus, litera D.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum part.1. quæst.9. Commentar.24. versic. Ac primum quidem obseruandum est, folio mihi 70. col.2.*

32 Vide † hac de re Doctores præallegatos, & vltra eos Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst.30. num.7.* vbi dixit, eam absolutam esse coactionem, cum quis renitens, inuitus, & reclamans fertur ad fontem, & cum verborum prolatione immergitur, Franciscus Pegn. *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitor. part.1. quæst.9. Commentar. 24. versic. Ac primum quidem obseruandum est, folio mihi 70. colum.2.* vbi coactionis absolutæ seu insuperabilis ponit exemplum, quando quis ligatus & penitus renitens cogitur, non per se, sed per alios genua Mahumetthæ flectere, aut circumcidi, seu aliquid huiusmodi horrendum patrare, coactionis vero conditionalis exemplum ponit, quando quis pro euitanda morte aliquod factum hæreticale commiserit.

LIMITA VI. Eiusdem † regulæ secundam partem in eo, qui licet interius credat, tamen propter timorem facit aliquem actum infidelitatis, puta exhibendo reuerentiam Idolo, vel portando aliquam vestem designatam ad aliquod determinatum signum infidelitatis, & huiusmodi. Is enim, licet peccet mortaliter, quia secundum Augustin. *32. quæst.4.* sanctius est mori, quam vti Idolothyto, non tamen sic est, si non designaret determinate infidelitatem. Tunc enim nec etiam peccat, secundum Angelic. *in summa, in verbo, Fides, num.9.* summa Tabien. *in eodem verbo, Fides, etiam num.9.* qui ponunt exemplũ in beato Sebastiano, vtente chlamyde militari ex bono zelo, vt lucraretur Christo animas, & huiusmodi. 33

ARGVMENTVM.

De pœna Apostasiæ fidei.

SVMMARIA.

Apostata fidei punitur pœna mortis, sicut puniuntur alij hæretici, num.34.

Pœna confiscationis bonorum puniuntur Apostatæ, sicut puniuntur hæretici, num.35.

Apostatæ bona feudalia confiscantur, sicut feuda hæretici, nu.36.

Apostatæ subditi & vasalli liberantur a iuramento fidelitatis, sicut liberantur subditi & vasalli hæreticorum, nu.37.

Apostatarum bona confiscantur in præiudicium filiorum, nu.38.

Apostatarum bona nunquid confiscentur ipso iure, sicut bona hæreticorum, ibid.

Memoria defuncti Apostatæ damnatur, sicut memoria hæretici, num.40.

Apostatæ defuncti memoria quando damnatur, illius bona non confiscantur, nu.41.

Memoria defuncti Apostatæ an possit damnari post quinquennium, num.42.

Apostatæ sunt infames sicut hæretici, nu.43.

Apostatæ sunt priuati ab omni actu legitimo, sicut hæretici, numer.44.

Apostatæ sunt priuati hominum consortio, nu.45.

Apostatæ non possunt esse testes, num.46.

Apostatæ nec donare, nec alienare, nec vendere possunt, sicut nec possunt hæretici, nu.47.

Apostatæ non possunt testari, sicut nec possunt hæretici, nu.48.

Apostatæ sunt incapaces hæreditatis ipsis delatæ, tam ex testamẽto, quam ab intestato, sicut sunt incapaces hæretici, nu.49.

Apostatæ expellendi sunt in ciuitatibus, nu.50. & 51.

Apostatæ omnes sunt excommunicati, sicut sunt excommunicati hæretici, nu.52.

QVÆST. CLXXXIII. §. IV.

REGVLA † sit, quod Apostata fidei punitur pœna mortis, sicut puniuntur alii hæretici; probatur hæc 34 regula ex allegatis *supra hac eadem quæst. num.15.* quæ hic repetere superfluum est.

AMPLIA I. Propositam † regulam, vt propterea, 35 sicut in crimine hæresis, ita & in crimine Apostasiæ bona confiscentur, textus est *in leg. 1. C. de Apostatis, in illis verbis, Facultates eiusdem dominio fisci iubemus vindicari*, & ibi Azzo *in summario*, Odofred. *num.1.* Salycet. *in summario*, Ioan. de Anania *in cap.1. nu.3. versic. Et bona talis Apostatæ confiscantur, extra, de Apostatis*, Archidiacon. *in capit. contra Christianos, col.1. in princ. versic. Et isti, qui sic transeunt, de hæretic. in 6.* vbi in specie loquitur de Christianis trans-

transeuntibus, vel redeuntibus ad Iudaismum; & *ibi* etiam Ioan. Andr. *ante num.1. in verbo, Transierunt*, & Geminian. *num.3. in fine, versic. Quæro, an tales puniantur*, Azzo *in summa, de Apostatis, num.2. versic. Et confiscantur eorum bona*, summa Armilla *in verbo, Apostasia, nu.3.* Rosella *in eodem verbo, Apostasia, in princip. versic. Item eorum bona sunt ipso facto confiscata*, addentes ad Angelic. *in verbo, Apostasia, lit. C. in verbo, Nec Testamentum, in fine additionis*, summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §.2. nu.4. versic. Secundum in eodem*, vbi etiam loquitur de Christianis euntibus vel redeuntibus ad Iudaismum, Repertor. Inquisitor. *in verbo, Apostasia, versic. Sed eorum, & in versic. Sed notandum*, Afflict. *in Constitution. Regni de hæreticis & Pacterenis, rubr.3. de Apostatantibus, in summario, & nu.5.* Clar. *in pract. §. fin. quæst.78. nu.4. versic. Apostata punitur*, Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.72. num.7. versic. Publicantur tamen bona Apostatarum*, Pet. Gregor. *Syntagm. iuris, lib.33. cap.8. nu.17.* Cardin. Tusch. *Practicar. conclus. lit. A. conclus.424. num.8.* Menoch. *de arbitrar. quæst. libr.2. casu 546. centuria 6. num.10.*

36 Et † in specie, quod Apostatarum bona feudalia cōfiscentur, voluit Afflict. *in Constitution. Regni, de hæreticis & Pacterenis, rubr.3. de Apostatibus, cap.1. num.12. & 13.* vbi amplius, quod Apostata fidei perdit dominia feudi & vasallorum. Et de bonis hæreticorum feudalibus, quod confiscentur, & quando, & quomodo, vide Didacum Canteram *in quæst. crimin. cap.1. rubr. de hæreticis, num.44. & seqq.*

37 Et † consequenter, quod subditi & vasalli Apostatæ fidei liberi sint ab eius dominio & iuramento fidelitatis, ex D. Thoma *in loco per eum relato, 2.2. quæst.12. art.12.* vbi bene hanc probat ampliationem, proponit contraria, & illis respondet, & ibi etiam Bannes *in vers. circa vltimam conclusionem*, & Valentia *versic. Nunc sit tertia assertio, & seqq.* voluit summa in Armilla *in verbo, Apostata*, summa Antonina *part.2. tit.12. cap.6. rubr. de Apostasia, in fine, versic. Vnde quam cito*, Syluestrina *in summa, in verbo, Apostasia, nu.11. in princip.* Afflict. *in Constitutione Regni, de hæreticis & Pacterenis, rubr.3. cap.1. num.7. de Apostatis*, Decian. *in tractat. crimin. libr.5. cap.72. num.6.* vbi tamen declarat, hoc non procedere, quando Princeps Apostata esset adeo potens, quod illi resistere non possent subditi, quia tunc iisdem, donec per Sedem Apostolicam aliter iniunctum fuerit subditis, licebit obedire, in his tamen, quæ non concernunt fidem, ne maiora sequantur scandala, vt factum fuit tempore Iuliani Imperatoris Apostatæ, *cap. Iulianus, & seq. 11. quæst.3.* Menoc. *de arbit. quæst. lib.2. cent.6. cas.546. n.8. & 9.* vbi ponit eandem declarationem de Principe Apostata potente, cui resisti non potest, Læl. Zecch *in summa, part.1. de fide, capit.24. rubr. de Apostasia, nu.4. per totum*, vbi tamen, quod vasalli Apostatæ fidei non sunt liberati à iurisdictione ipsius Apostatæ ante sententiam declaratoriam, quod & idem voluit Bannes *ad D. Thom. 2.2. quæst.12. art.2. vers. Dubium autem. & seqq.* & dixi aliquid *infra, nu.39. & infra, quæst.190. nu.61.*

38 Nunquid † autem bona Apostatarum confiscentur in præiudicium filiorum, dixi *infra, quæst.191. nu.1.*

39 Et † nunquid eadem Apostatarum bona confiscentur ipso iure, dic, quod non, secundum Odofred *in leg.1. nu.1. C. de Apostatis*, cuius contrarium voluit Syluestrin. *in summa, in verbo, Apostata, nu.2. in fin. versic. Et hodie*, & vide, quæ in simili in crimine hæresis dixi *infra, quæst.190. n.3.* & Bannes *ad D. Thom. 2.2. quæst.12. art.2. versic. Dubium autem, & seqq.* vbi in specie dixit, declaratoriam requiri ad hoc, vt vasalli hæreticorum & Apostatarum sint absoluti à iuramento fidelitatis, & ante hanc declaratoriam non possunt iidem vasalli propria authoritate se eximere ab eorum dominio, vide, quæ dixi *supra, nu.37. & infra, quæst.190. num.61.*

AMPLIA II. Vt † sicut hæretici defuncti memoria damnatur, ita etiam damnetur memoria defuncti Apostatæ post eius mortem, secundum Gloss. *in l. Manichæos, in verbo, Subire, C. de hæreticis*, est text. *in l. si quis defuncto, & ibi gloss.1. in leg. Apostatarum, §.1. versic. In tantum, & §§. sequentibus, C. de Apostatis*, Iacob. Butrigar. *in dicta leg. si quis defuncto, in summario, & in dicta leg. Apostatarum, versic. Et post mortem*, Odofred. *in dicta leg. si quis defuncto, ante nu.1. & ibi* etiam Salycet. *in summario*, Henr. Boich. *in cap. si quis Episcopus, num.5. versic. Et idem dicunt in Apostata, extra, de hæreticis*, Ioan. de Anania *in cap.1. num.4. versic. Potest etiam de isto crimine, extra, de Apostatis*, Hostienſ. *in summa, de Apostatis, §. qualiter puniantur, num.3. versic. Et inchoari potest post mortem.* 40

LIMITA hanc II. ampliationem, quia licet Apostatæ memoria damnari possit, non tamen per hoc eius bona confiscantur, sed venientibus ab intestato deferuntur, text. est *in l. Apostatarum, §.1. C. de Apostatis*, vbi ad literam dicitur: *Totumque ab intestato Christianitatem sectantibus propinquis potissimum deferatur*, & *ibi* Gloss. *in verbo, Deferatur, & iterum infra, in §. finali, versic. Quorum etiam, & ibi Azzo in verbo, Propinquis*, Iacob. Butrigar. *in fine, versic. Et eius bona applicantur proximioribus*, & Salycet. *post num.1.* & in vltima oppositione, Ioan. de Anania *in cap.1. nu.5. extra, de Apostatis.* 41

Quorum opinio tenenda non est, cum hodie de iure Canonico, quo in hac parte ius ciuile correctum est, Apostatarum bona quandocunque confiscantur, nedum in præiudicium proximiorum agnatorum, sed etiam in præiudicium propriorum filiorum, quod & procedit nedum de iure Canonico, sed etiam de iure authenticorum, prout latius deduxi *infra, quæst.191. num.29. & seqq.* Hic repetere non est necesse: Si enim, quando damnatur memoria defuncti hæretici, illius bona fisco, & non proximioribus applicantur, prout pariter dixi *infra, quæst.197. num.91.* Vtique & multo magis in eodem casu confiscari debēt bona Apostatæ fidei, qui, vt etiam dixi *supra, quæst.183. num.15.* non solum hæreticus est, sed plusquam hæreticus; omniaque iura de hæreticis loquentia procedunt etiam in Apostatis fidei, nec vlla suadet ratio, quod propterea minus puniatur Apostata fidei, quam simplex hæreticus.

Nunquid † autem Apostatæ defuncti memoria possit damnari per quinquennium, dixi *infra, quæstione 197. num.114.* 42

AMPLIA III. Vt † Apostatæ omnes sint etiam infames; de Apostata fidei non est dubitandum, cum, vt *suo loco* dixi, hæreticus reputetur; de Apostata inobedientiæ nec pariter dubitandum, quia sic pariter receptum à Doctoribus allegatis *infra, hac eadem quæst. nu.57.* de Apostata irregularitatis nec etiam dubitandū, quia, vt etiam dixi *infra, hac eadem quæstione, num.109.* Apostatæ irregularitatis patiuntur easdem pœnas, quæ impositæ sunt pro Apostasia inobedientiæ, quibus adde Ioannem de Anania *in rub. de Apostatis, nu.2. vers. Adde etiam*, vbi generaliter dixit, quod Apostatæ non sunt capaces alicuius dignitatis, & quod propterea non possunt doctorari, Hostienſ. *in summa, de Apostatis, §. qualiter puniantur, n.3. vers. Quod si fuerit Apostasia irregularitatis*, Goffred. *in eadem summa, de Apostatis, num.3. versic. Pro Apostasia à Religione*, vbi, quod talis Apostata efficitur infamis, & ad ordinem vel dignitatem promoueri non debet, summa Antonina *part.2. tit.12. cap.6. rubric. de Apostasia, versic. Non repellitur à dignitatibus*, addentes ad Angelic. *in summa, in verbo, Apostasia, num.3. liter. C. in verbo, Contrarium*, Syluestrina *in summa, in verbo, Apostasia, num.2.* vbi, quod Apostatæ fidei sunt infames, & repelluntur à dignitatibus, & *num.11. versic. Apostata vero à clericatu*, dixit, vbi quod tanquam infamis ab accusatione & testimonio repellitur, & iterum *infra, in versic. Item interim ad dignitatem* 43

tem vel ordinem promoueri non potest, Repertor. Inquisitor. *in verbo, Apostasia, versic. Sed Apostata omnibus infamibus, & versic. Sed notandum*, vbi propterea dixit, quod repelluntur à dignitatibus, Afflict. *in Constitution. Regni, in capit. 1. num. 7. de hæreticis & Pacterenis, rubr. 3. de Apostatis*, Diaz. *in pract. criminal. Canon. in verbo, Apostatæ, cap. mihi 111. num. 2. post versic. Pœnæ insuper Apostatæ*, vbi propterea, quod iste Apostata repellitur ab accusatione & testimonio, nec potest eligi ad aliquam dignitatem, Decian. *in tractat. criminal. libr. 5. cap. 73. num. 7. & nu. 9.* vbi dixit idem, Mascard *de probat. libr. 1. conclus. 112. nu. 17. & seqq.* vbi, quod repellitur à testimonio, quia periurus, Menoch. *de arbitrar. quæst. lib. 2. centur. 6. casu 546. nu. 48.*

44 AMPLIA IV. Vt † Apostatæ, sicut hæretici, sint etiam priuati ipso iure ab omni actu legitimo; Afflict. *in Constitution. Regni, in cap. 1. in summario, & nu. 17. de hæreticis & Pacterenis, rubr. 3. de Apostatis*, vbi propterea, quod non possunt emere, aut vendere, locare, aut conducere, aut alias contrahere, & *num. 16.* vbi propterea, quod Apostatæ nec etiam sint capaces donationis sibi factæ, vide, quæ in simili de hæretico dixi *infra, quæstione 189. num. 46.*

45 AMPLIA V. Vt † Apostatæ hominum consortio priuentur, textus *in leg. hi qui*, ibi, *A consortio omnium segregati sint, C. de Apostatis*, & *ibi* Salycet. *num. 2.* vbi dixit, quod nulla sit maior pœna, quam inter homines esse, & hominum carere suffragiis, Afflict. *in Constitut. Regni, de hæreticis & Pacterenis, cap. 1. nu. 7. rubr. 3. de Apostatis*, vbi, quod Apostatę debent carere hominum suffragiis, Menoch. *de arbitrar. quæst. libr. 2. centur. 6. casu 546. num. 15. & sequentibus*, vbi, quod pœna priuationis ab hominum consortio est maior pœna relegationis, vel deportationis.

46 AMPLIA VI. Vt † Apostata repellatur etiam à ferendo testimonium, *l. hi qui, in verbo, à testimoniis, C. de Apostatis, & ibi Glossa 1.* Ioan. de Anania *in rubric. de Apostatis, in fine principij*, vbi amplius, quod repellitur ab accusando, & ab omni actu legitimo, Azzo *in summa, de Apostatis, num. 3. versic. Item sunt alieni à testimoniis*, Hostiens. *in eadem summa, de Apostatis, §. qualiter puniantur, num. 3. versic. Alieni enim sunt Apostatæ*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Apostasia, versic. Sed Apostata à fide, & versic. Sed Apostatæ alieni sunt*, Afflict. *in Constitut. Regni, de hæreticis & Pacterenis, cap. 1. num. 7. rubr. de Apostatis*, Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. centur. 6. casu 546. nu. 12.* Et faciunt, quæ in simili de testibus hæreticis dicam *infra suo loco*, in materia probationum.

47 AMPLIA VII. Vt † Apostatæ nec vendere, nec donare, nec alienare possint, textus est *in l. Apostatarum, §. 1. C. de Apostatis*, vbi dicitur, quod deuiantes à fide, nec donandi, nec vendendi facultatem habent, & *§. final. in verbo, Vt donationibus, & ibi* Iacob. Butrigar. *in summario*, Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, libr. 33. cap. 8. nu. 17.* vide, quæ in simili de hæretico dixi *infra suo loco*, in pœnis hæreticorum.

48 AMPLIA VIII. Vt † Apostata fidei nec etiam possit testari, textus *in leg. si quis defuncto, ibi, Eaque gratia testari minime potuisse, C. de Apostatis, & in leg. hi qui, ibi, Testamenti non habeant factionem, & ibi Glossa 1. & in l. Apostatarum, §. 1. in verbo, Testandi, & §. final. C. eod.* Ioan. de Anania *in cap. 1. extra, de Apostatis, num. 5.* Hostiens. *in summa, de Apostatis, §. qualiter puniantur, num. 3. versicul. Alieni enim sunt Apostatæ à testamentis*, Armilla *in summa, in verbo, Apostasia, num. 3.* summa Angelica *in eodem verbo, Apostasia, in princip. versic. Nec testamentum facere possunt, & ibi in additionibus, litera C. in verbo, Nec testamentum*, summa Syluestrina *etiam in eodem verbo, Apostasia, num. 2.* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Apostasia, versic. Sed Apostatæ alieni sunt à testamentis, & versic. Sed notandum*, Afflict. *in Constitution. Regni, de hæreticis & Pacterenis, cap. 1. num. 5. rubr. 3. de Apostatis, & nu. 16.* Pet. Gregor. *Syntagm. iuris, lib. 33. cap. 8. nu. 17.* Menoch. *de arbit. quæst. lib. 2. centur. 6. casu 546. n. 13.* Et vide etiam quæ in simili de hæretico dixi *infra suo loco, in* pœnis hæreticorum.

AMPLIA IX. Vt † Apostata sit etiam incapax hæreditatis sibi delatæ, tam ex testamento, quam ab intestato, *l. hi qui, C. de Apostatis*, vbi ad literam dicitur, *Nulli in hæreditate succedant, à nemine scribantur hæredes*, & *ibi* Salycet. *nu. 1.* vbi amplius, quod institutio hęredis Apostatæ est nulla ipso iure, Ioan. de Anania *in cap. 1. num. 5. extra, de Apostatis*, Azzor. *in summa, de Apostatis, nu. 3. versic. Nec capiunt ex testamento*, Afflict. *in Constitut. Regni, de hæreticis & Pacterenis, cap. 1. nu. 5. & nu. 16. rub. de Apostatis*, Pet. Gregor. *Syntagm. iuris, lib. 33. cap. 8. nu. 17.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. centur. 6. casu 546. nu. 11.* 49

AMPLIA X. Quia, etsi † dicendũ videatur, quod Apostatæ non sint expellendi ex ciuitate, sicut hæretici, & rationem differentiæ videas per textum *in l. hi qui sanctam, versic. Quos etiam, Cod. de Apostatis, & ibi Glossa in verbo, Suffragiis*, & Salycet. *num. 2. versic. Opponitur*, vide Azzon. *in summa, rubr. de Apostatis, num. 3. in fine, & nu. 4.* Hostiens. *in eadem summa, §. qualiter puniantur, nu. 3. versic. Expellerentur autem*, vbi considerauit, quod ideo Imperator Apostatas de ciuitate expelli noluit, quia ipsi maior pœna visa fuerit inter homines versari, & hominum carere suffragiis. 50

Veritas † tamen est in contrarium, quia si hæretici, quia non in totum à fide deuiant, expelluntur, multo magis expelli debent Apostatæ fidei, qui in totum à fide recedunt, & magis delinquunt, quam hæretici, & etiam vt *suo loco* dixi, morte puniuntur; Ergo, vbi inueniuntur, non solum expellendi, sed capiendi, & Curiæ seculari tradendi sunt, non obstante, quod de iure ciuili per *dictam legem, Hi, qui sanctam*, statutum videatur contrarium, & præsertim Clerici, vt per Hostiensem *in summa, de Apostatis, §. Qualiter puniantur, nu. 3. versic. Sed vbi Apostatæ*, vbi & ipse in hanc sententiam venire videtur, cum dicat, hos Apostatas hæreticos esse, ideo vt hæretici expellendi sunt, & idem dixit Afflict. *in Constitution. Regni, de hæreticis & Pacterenis, cap. 1. num. 7. rubric. 3. de Apostatis.* 51

AMPLIA XI. Vt † Apostata fidei, cum, vt dixi, sit hæreticus, hoc ideo ipso iure est excommunicatus, vt *in cap. 1. extra, de Apostatis*, scripserunt Innocent. *num. 2.* Hostiens. *num. 2.* & Henric. Boich. *num. 3. versic. Et per consequens excommunicatus*, summa Armilla *in verbo, Apostasia, num. 3.* summa Antonina *parte 2. titul. 12. capit. 6. rubric. de Apostasia, versic. Talis cum sit hæreticus, est excommunicatus*, Rosella *in summa, in verbo, Apostasia, in principio, versic. Et ideo ipso facto sunt excommunicati*, Angelica *in eodem verbo, Apostasia, in princip. versic. Ex quo patet, quod ipso facto sunt excommunicati*, summa Syluestrina *etiam in eodem verbo, Apostasia, num. 11. in princip.* & iterum *infra, in versic. Apostata vero à Religione*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Apostasia, versic. Sed notandum*, Afflict. *in Constitution. Regni, de hæreticis & Pacterenis, cap. 1. num. 8. rubr. 3. de Apostatis*, Menoch *de arbitrar. quæstion. libr. 2. centur. 6. casu 546. num. 7.* Bartholom. Vgolin. *in tractat. de censur. Pontifici reseruatis, parte 2. in Glossa, Et à Christiana fide Apostatas, in princip. num. 3. versic. Quoad tertium, folio mihi 57 colum. 1.* vbi loquitur de excommunicatione Bullę Cœnæ Domini, & *in eadem Glossa, §. 1. num. 1. & 2. fol. mihi 58 & 59.* vbi etiam disputat, an Apostata incidat in duas excommunicationes, vnam scilicet, quia hæreticus, & aliam, quia Apostata, & concludit, quod non nisi semel fidei Apostata excommunicatus est ex Bulla Cœnæ Domini; quid de Apostata obedientiæ, dixi *hac eadem quæst. infra, in sequ. §.* & quid de Apostata irregularitatis, dicam etiam *infr. hac eadem quæstione, §. 6.* 52

ARGV-

ARGVMENTVM.

De Apostasia obedientiæ, illius pœna, & materia.

SVMMARIA.

Apostasia obedientiæ in genere sumpta nō est aliud, quam transgreßio præcepti, nu.53.

Apostata obedientiæ dicitur is, qui transgreditur præcepta sui Prælati, illisque vel sacris Canonibus, & sic Dei præceptis non obedit ex superbia & contemptu, num.54. Quando autem quis dicatur ex contemptu vel superbia non obedire præceptis Canonum, seu Prælatorum, an vero potius, quia sic credat, non esse obediendum, & quid in dubio præsumatur, num.55.

Apostata non solum dicitur, sed reputatur etiam hæreticus, & punitur is, qui non obedit præceptis Prælati, & Canonibus, non ex contemptu & superbia, sed quia sic credat non esse obediendum, vel quia Papa non habeat potestatem condendi Canones, vel ex alia causa, nu.56.

Apostatæ obedientiæ puniuntur pluribus pœnis, infamia scilicet, ab accusando & ferendo testimonio repelluntur, sunt excommunicati, & si fuerunt contumaces, deponuntur, & pertinaces Curiæ seculari traduntur, & alias, vt nu.57.

Apostata obedientiæ nunquid dicatur is, qui non ex contemptu, vel superbia, Prælatorum præcepto non obedit, sed quia credat, Prælati præceptum esse contra Deum, nu.58.

Apostata non dicitur is, qui præceptis Prælatorum & Canonum non obedit, non quia neget Apostolicam potestatem, sed propter alicuius commodi acquisitionem, damni, aut periculi euitationem, nu.59.

Apostata non est licet grauiter peccet non obediens præceptis Romanæ Ecclesiæ ex fragilitatis ignorantia, seu concupiscentia, num.60.

QVÆST. CLXXXIII. §. V.

53 REGVLA † sit, quod Apostasia obedientiæ in genere sumpta, est transgreßio præcepti, cap. *Si quis venerit, & c. Illud, de maioritat. & obedient.* Paul. Grilland. *in tract. de hæreticis, nu.8. versic. Secunda est obedientia,* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part.1. nu.*488.

54 AMPLIA I. Vt † propterea Apostata obedientiæ dicatur is, qui ex contemptu vel ex superbia transgreditur præcepta sui Prælati, illisq; vel sacris Canonibus & Dei præceptis non obedit, *cap. Alieni, 3. quæst.4. cap. si quis, de maiorit. & obedient.* per quæ iura sic tradiderunt *in cap.1. extra, de Apostatis,* Gloss. *in verbo, Apostasiæ,* Innocent. *num.1. versic. Secunda inobedientiæ,* Hostiens. *num.2. eodem versic. Secunda inobedientiæ,* Henric. Boich *nu.2. vers. Inobedientiæ scilicet,* Anton. de Butrio *nu.4. versic. Quidam inobedientiæ,* Marian. Socin. *nu.3. vers. Aut non negat,* idem Marian *in rubr. extra eodem, nu.3. versic. Secundo Apostata, quis à Deo,* Arnald. Albertin. *in rubr. de hæreticis, in 6. quæst.11. sub nu.4.* Archidiacon. *in c. inter schisma, n.2. in verbo, Discessionum. 24. quæst.3.* vbi de eo, qui discessit ab Episcopo suo, nolens ei obedire, Hostiens. *in summa, de Apostatis, §. Quot species, n.2. vers. Sed Apostasia obedientiæ,* Goffred *in ead. summa, de Apostatis, nu.2.* summa Antonini *part.2. tit.12. cap.6. rub. de Apostasia, vers. Cōtingit etiam,* summa Rosella *in verbo, Apostasia, in princip. versic. Similiter, & qui sacris Canonibus obedire contemnit,* Angelic. *in eodem verbo, Apostasia, in princip. versic. In secunda,* & iterum *infra, versic. Aut ideo non obedit,* summa Syluestrina *etiam in eodem verbo, Apostasia, nu.3. versic. Aliquando autem venit ex contemptu,* Repert. Inquisit. *in verbo, Apostasia, versic. Sed Apostasia triplex est,* Affli. *in Constitution. Regn. de hæreticis & Patterenis, cap.1. nu.2. & nu.28. rubr. de Apostatis,* Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.71. nu.2.* vbi dixit, quod Apostata inobedientiæ est, quando quis propria malitia recusat obedire mandatis Dei, vel superiorum, Mascard. *de probat. lib.1. conclus.112. n.12.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib.2. casu 546. nu.24. in 6. centur. & num.26.* Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, parte 2. in Glossa, Et à Christiana fide Apostatas, in princip. num.3. versic. Qui demum diuinis mandatis obedire non vult, folio mihi 57. col.1.*

Quando † autem quis dicatur ex contemptu vel superbia non obedire præceptis Canonum, seu Prælatorum, & quando sic credat non esse obediendum, & quid in dubio præsumatur, vide Arnald. Albertin. *in rubr. de hæreticis, in 6. quæst.13. nu.61.* 55

AMPLIA II. Et † multo magis in non obediente præceptis Prælati & Canonibus, non ex contemptu, vel ex superbia, sed quia sic credat, non esse obediendum, vel quia credit, Papam nō habere potestatem condendi Canones, vel alia de causa, tunc enim non solum dicitur Apostata, sed etiam hæreticus, & vt hæreticus puniri debet, *cap. Nulli, 19. distinct.* Innocent. *in cap.1. num.1. versicul. Et tamen obediendum credit, extra, de Apostatis, & ibi* etiam Hostiens. *num.1. versic. Quod verum est, & versic. Sin autem,* Henric. Boich. *num.2. versic. Quod verum,* Abb. *numer.3.* Marian. Socin. *num.3.* Ioan. de Anania *num.6.* & Cardin. Zabarel. *post num.2.* Carer. *in tractat. de hæreticis, num.28.* Gundisalu. *in eodem tract. de hæreticis, quæst.3. nu.3.* Arnal. Albertin. *in rubr. de hæreticis, in 6. quæst.13. num.56.* Prob. ad Ioan. Monach. *in cap. Præsidentes, nu.2. versic. Secus si crederent, de hæreticis, in 6.* Bonifac. de Vitalinis *in Clementin. ad nostram, num.45. de hæreticis,* Armilla *in summa, in verbo, Apostasia, num.5.* Angelica *in verbo, Apostasia, in princip. versic. Sed aduerte,* summa Syluestrina *in eodem verbo, Apostasia, num.3. & in verbo, Schisma, num.5. versic. Ego autem dico,* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Hæreticus, versic. Non est hæreticus, qui facit contra statuta,* Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Hæreticus, num.7. & in verbo, Transgrediens, num.1.* Ioann. Calderin. *rubr. de hæreticis, consil.2. numer.1. in fine, versic. Secus si crederet,* Menoch. *de arbitrar. quæst. libr.2. centur.6. casu 546. num.25.* Decian. *in tractat. criminal. libr.5. cap.17. versic.19.* Diaz. *in practic. crimin. canon. in verbo, Apostata, cap. mihi 111. num.2. versic. vide tamen Abbatem,* Decian. *in tractat. crim. lib.5. cap.71. nu.2. versic. Hi tamen, & cap.73. nu.1.* quod autem non obediens Papę dicatur schismaticus, dixi *infra, in sequenti quæst. §.1.* 56

AMPLIA III. Vt † Apostata inobedientiæ puniatur pluribus pœnis, est enim infamis, repellitur ab accusando & ferendo testimonio, excommunicatur, & etiam præcedente monitione, si fuerit contumax, deponitur, &, si fuerit pertinax & incorrigibilis, Curiæ seculari traditur, *capit. Si quis à suo, 3. quæst.4. cap. Si autem vobis, 11. quæst.3.* Innocent. *in cap.1. num.2. versic. Apostata inobedientiæ, extra, de Apostatis, & ibi* Communiter omnes Canonistæ, vt videre est apud Hostiensem *num.3.* Ioan. Andr. *num.4.* Henric. Boich. *num.3. versic. Apostata inobedientiæ,* Anton. de Butrio *numer.7.* Abb. *num.3.* Marian. Socin. *num.3. & num.4.* quem omnino videas bene declarantem, quæ sit pœna Apostasiæ inobedientiæ, Ioan. de Anania *numer.6.* vbi in specie, quod non intrat pœna depositionis, nisi præcedente monitione, & Cardinal. Zabarell. *num.2. versic. Vltimo quæro,* Hostiens. *in summa, de Apostatis, §. qualiter puniantur, numer.3. versic. Si vero sit Apostata inobedientiæ,* vbi, quod est infamis, repellitur à testimono, excommunicatur, & si non resipuerit, degradatur, *iuribus ibi per eum allegatis,* Gosfred. *in eadem summa de Apostatis, num.3. versicul. Pro Apostasia inobedientiæ excommunicatur quis, & efficitur infamis,* summa Armilla *in verbo, Apostasia, num.5.* vbi, quod Apostata inobedientiæ mortaliter peccat, deponitur, &, si est incorrigibilis, traditur Curiæ seculari, summa Antonina *parte 2. tit.12. cap.6. versic. Et talis infamis efficitur, & repellitur à testimonio, & debet excommunicari,* Angelic. *in verbo, Apostasia, in princip.* vbi, quod Apostata est infamis, *& ibi in additionibus, litera D.* vbi, quod si est incorrigibi- 57

rigibi-

rigibilis traditur Curiæ seculari, summa Syluestrina *in verbo, Apostasia, num.3.* vbi, quod Apostata inobedientiæ est infamis, & contumacia crescente, crescere etiam debet pœna, & *nu.* 11. vbi, quod Apostata inobedientiæ repellitur ab accusatione & testimonio, deponitur, excommunicatur, & quandoque etiam iudici seculari traditur, & *in verbo, Schisma, nu.5. vers. Ego autem dico*, vbi de pœna excommunicationis, quibus adde Diaz. *in practic. criminal. Canon. in verbo, Apostata, cap. mihi* 111. *num.2. versic. Pœna Clerici apostatæ, in secunda specie, & versic. Vide tamen Abbatem*, Decian. *in tractat. criminal. libr. 5. cap. 71. num. 2. in fine, versic. Sunt tamen excommunicati*, vbi, quod Apostatæ obedientiæ sunt excommunicati, & si per annum in excommunicatione perseuerauerint, vt hæretici condemnantur, (de quo particulariter dixi *infra hac eadem quæstione, num.108.) & cap. 37. num. 1.* vbi ponit alias supradictas pœnas, Menoch. *de arbitrar. quæstion. lib. 2. centur. 6. casu 546. num. 7. & num. 26.* Bartholom. Vgolin. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis, parte 2. in Glossa, & à Christiana Fide Apostatas, in princip. numer. 3. versic. Quoad tertium, folio mihi 57. colum. 1. in fine, & in eadem Glossa, §. 1. num. 4. versic. Postremo, &c. folio mihi 59. colum. 2. in fine*, vbi bene aduertit, Apostatam inobedientiæ non incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, quæ loquitur tantum in Apostatis fidei, & non in aliis.

58 LIMITA I. supradictam † regulam, sic vt supra ampliatam, vt procedat, prout loquitur in non obedientibus præceptis Prælatorum ex contemptu, vel superbia, secus si non obediant, quia credant, Prælati præceptum non esse iustum, & contra DEVM, tunc enim, an isti sic credentes sint Apostatæ obedientiæ, vide per Doctores præallegatos, quibus addo addentes ad Angelic. *in summa, in verbo, Apostasia, in princ. litera B. in fine additionis*, vbi de non obediente præcepto Prælati illicito, aut non habentis iurisdictionem.

59 LIMITA II. Quia † non obediens præceptis Canonum, seu Prælatorum, non quia neget Apostolicam potestatem, sed ex alia ratione, vtputa propter alicuius commodi temporalis acquisitione, damni aut periculi euitationem, etsi mortaliter peccet, non tamen ipso facto est excommunicatus, sed excommunicandus est, ex allegatis per Arnal. Albertin. *in rubr. de hæreticis, in 6. quæst. 13. nu. 60.*

60 LIMITA III. Quia † pariter non obediens præceptis Romanæ Ecclesiæ ex fragilitate humana, quod non fit hæreticus, licet grauiter peccet, voluit Bonifac. de Vitalinis *in Clemen. ad nostram, nu. 47. de hæreticis*, summa Armilla *in verbo, Apostasia, num. 5. in fine*, vbi, quod mitius agendum est cum eo, qui non vult obedire ex quadam concupiscentia, Angelic. *in eodem verbo, Apostasia, in princip. versic. Si vero non vult obedire ex quadam concupiscentia*, vbi, quod isto casu mitius punitur, & *ibi in additionibus, lit. E. in verbo, Tunc mitius*, summa Syluestrina *in verbo, Apostasia, num. 3. in fine.* Aliquando autem venit ex ignorantia, vel fragilitate, siue appetitu alicuius delectabilis, & tunc minus punitur, Diaz. *in pract. criminal. Canon. in verbo, Apostatæ, cap. mihi* 111. *num. 2. versic. Si autem inobediens est ex aliqua concupiscentia, tunc mitius punitur*, Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 73. nu. 1. ad fin. versic. Sin autem nollet obedire ex nimia carnis concupiscentia*, Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. cent. 6. casu 546. nu. 27.*

ARGVMENTVM.

De Apostasia Religionis, seu irregularitatis, qui dicantur Apostatæ.

SVMMARIA.

Apostata Religionis seu irregularitatis dicitur is, qui ab ordine sine habitu assumptæ religionis ad seculum rediit, nu. 61.

Apostata Religionis & irregularitatis dicitur is, qui recedit à Monasterio sine licentia superioris, etiam quod Religionis habitum deferat, nu. 62. Licet aliqui relati num. 63. hunc non proprie Apostatam esse dixerint.

Apostata Religionis & irregularitatis dicitur etiam is, qui sub habitu clericali habitum coopertum defert, nu. 64. Licet alij contra, nu. 65. Declara procedere in Monacho claustrali, secus in Monacho non claustrali, nu. 67.

Apostata Religionis & irregularitatis dicitur Monachus, qui abscondit scapulare sub vestibus, sub manica, seu alio modo, nu. 66. Monachus, qui abscondit scapulare sub vestibus, sub manica, seu alio modo, nu. 66.

Moniales exeuntes ex suo Monasterio sine licentia Superiorum, dicuntur etiam Apostatæ, nu. 68.

Apostata Religionis & irregularitatis est excommunicatus, etiam quod Religionem egrediatur ex causa studij, nu. 69.

Clericus, seu Sacerdos ducens vxorem, est Apostata, nu. 70. & punitur, nu. 71.

Clericus, seu Sacerdos vxorem ducens, est suspectus de hæresi, si publice & palam matrimonium contrahat, secus, si clam, nu. 72. vbi propterea, quod primo casu Inquisitor potest procedere; secundo autem casu non; contrarium, quod indistincte etiam Matrimonio clam contracto, Clericus ducens vxorem sit suspectus de hæresi, & contra eum possit Inquisitor procedere, num. 73.

Clericus, seu Sacerdos ducens vxorem, non dicitur hæreticus, nisi pertinaciter dicat, & credat, hoc esse licitum, nu. 76. Licet alij contra, num. 77.

Clericus, seu Sacerdos ducens vxorem, si postea pœnitens ad Clericatum redeat, potest cum illo misericorditer dispensari, numer. 75.

Laicus vxorem habens, & ad sacros ordines se promouens, punitur, sicut Sacerdos ducens vxorem, nu. 74.

Apostatæ Religionis & irregularitatis, possunt per Ecclesiasticam censuram cogi, & compelli ad redeundum ad Monasterium, num. 78. & 79. vbi, quod possunt etiam cogi per carcerationem.

Apostata non dicitur Monachus, qui Monachalem habitum non defert in cella, in balneis, seu aliis similibus locis secretis, nu. 80. Contra, nu. 81.

Apostata, Clericus, seu Religiosus honeste viuens, non sic acrius punitur, sicut viuens inhoneste, nu. 82.

Apostata Religionis, & irregularitatis, non dicitur is, qui discedit ex Religione animo redeundi ad illam, nu. 83. Et quid, si non diu extra Religionem stetit.

Nouitius Monachus discedens ex Religione, non dicitur Apostata, num. 84.

Rapiens Nouitium ex Monasterio, capite punitur, nu. 85.

Persuadens aliquem apostatare ex fide, capite punitur, nu. 86.

Monachus eiectus ex Religione, non dicitur Apostata, & quando dicatur Monachus ex Religione eiectus, nu. 87. Et alia de materia Monachi eiecti.

Apostata Monachus redire volens ad Religionem, recipiendus est, num. 88.

Monachus Apostata reassumens habitum, non potest amplius eligi in Abbatem, num. 89. Nisi fuerit dispensatus à Papa, num. 90.

Fugitiuus Monachus quis dicatur, nu. 91.

Apostata nō dicitur Monachus, qui habitum dimittit ex aliqua iusta causa, vtputa faciendo iter per loca periculosa, nu. 92.

Apostata dicitur Monachus dimittens habitum ex causa iniusta, & etiam sine dolo, nu. 93. Contra, num. 94.

Monachus nō dicitur Apostata, qui discedit ex Religione & Monasterio, causa subueniendi parentes, de licentia tamen sui Prælati, nu. 95.

QVÆST. CLXXXIII. §. VI.

REGVLA † sit, quod Apostata irregularitatis seu Religionis dicitur is, qui ab ordine sine habitu assumptæ Religionis, ad seculum rediit, Albert. *in rub. C. de* 61 Apo-

Apostatis, versic. de iure, Bart. *in eadem rubr.* vbi, quod nos quotidie egredientes ex Religione, Apostatas appellamus, est textus *in cap.1.& 2. quæst.3.cap.Omnes,27.quæst.1.* Per quæ iura sic Communiter tradiderunt Canonistæ, *in cap.1. extra, de Apostatis*, vt ibidem videre est apud Innocent.*nu.1.versic.Tertia irregularitatis*, Hostiens.*nu.1.eodem versic.Tertia irregularitatis*, Henric.Boich.*nu.2.versic. Irregularitatis scilicet,& versic.Hoc autem fit multis modis,& nu.7.* Ancharan.*nu.1.versic.Innocentius hic dicit*, Anton.de Butr.*nu.4.versic. Quidam irregularitatis*, Abb.*num.2.versic. In Glossa prima*, & Zabarell.*num.2.versic. Et dicit Innocentius*, Marian.Socin. *in rubr.extra eodem, num.3. versic. Tertio propter aliqua opera*, Hostiens.*in cap.Tuæ,in princ.in verbo, Apostasiæ, extra eodem*, & ibi etiam Anton.de Butrio *num.6.in fine, versic. Quod secus est in Religioso*, Abb *num.2. versic. Ad primum dico*, Marian.Socin. *num.3.* & Ioan.de Anania *num.11.* Abb *in cap. A nobis,num.1. in 1.notab. extra eodem*, idem Abb *in cap.final.num.1.etiam in 1. notabil.* vbi etiam Marian.Socin.pariter *num.1. & in 1.notab.*& Ioan. de Anania *item num. 1.& in 1.notabil.* Arnald. Albertin. *in rubric.de hæreticis,in 6. quæst.11. num.4.* Hostiens.*in summa, de Apostatis, §. Quot species, num. 2. versic. Item Apostasia irregularitatis*, Goffred. *in eadem summa, de Apostatis, num.2. versic. Irregularitatis, & dicto num. 2. in fine, versic. Habitum Religionis abijciendo*, Armilla *in summa, in verbo, Apostasia, num.6.* Rosella *in eodem verbo, Apostasia, in princip. versic. Altera, qua quis recedit à statu Religionis*, summa Antonina *parte 2. titul. 12. cap.6. in princip. versic. Contingit ergo*, vbi tamen dicit, non iudicari Apostatam, seu fugitiuum eum, qui ad longinqua diu euagetur; nisi postquam sic viuit, quod animum redeundi se deposuisse ostendat; Angelica *in verbo, Apostasia, in principio, versic. Propria vero*, & ibi addentes, *num.1. litera G. in verbo, Quod sic*, summa Syluestrina *in eodem verbo, Apostasia, num.3. in fine*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Apostasia, versic. Item irregularitatis*, Afflict. *in Constitution. Regni, de hæreticis & Pattarenis, cap.1.num.3.rub.3.de Apostatis*, Paul. Grilland. *in tractat. de hæreticis, quæst.2.num.8. versic. Tertia de Apostasia irregularitatis*, Diaz *in practic. criminal. Canon. in verbo, Apostatæ, cap. mihi 111. num.2. versic. Pœna insuper Apostatæ*, Ioan.à Rojas *in tract.de hæreticis, part.1.nu.488.* Decian *in tractat.criminal. libr.5. cap.71.num.3.* Mascard. *de probationibus, libr.1.conclus.112.num.1.* Menoch.*de arbitrar.quæstion libr.2.centur.6.casu 546.num.28.& 29.* Bartholom. Vgolin. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis, parte 2. in Glossa, Et à Christiana fide Apostatas, in principio, numer.3. versic. Qui autem discedit à Religione, folio mihi 57. colum.1.* Læl.Zech. *in summa, parte 1. titul.de fide, cap.24. rubric. de Apostasia, num.2.* vbi propterea dixit, Apostasiam esse retrocessionem à statu ordinis Sacri ad statum secularem propria authoritate, Nauarr. *consil.1. de Apostatis, libr.5.* vbi plura notanda ad hanc materiam, & præsertim de iis, qui vigore Breuium pœnitentiariæ, seu alias à Summo Pontifice impetratorum foris steterunt, vel ex licentia suorum Superiorum, seu alias quouis modo extra Claustra vixerunt, Dominic.Bannes *in Commentar. ad Diuum Thomam, 2.2.quæst.12.artic.1. versic. Pro decisione ergo*, vbi dixit, Apostatam à Religione dici *Omnem illum, qui dimittit habitum suæ Religionis, quam vouit solemniter, animo nunquam ad illam redeundi*, Alexand Pesant *ibidem disputat.1.versic. Quæres, quis dicendus sit Apostata à Religione, & seqq.* vbi dixit, eum esse Apostatam à Religione, *Qui à vero statu Religionis verè recedit, transeundo ad alium statum, animo nunquam ad ipsum reuertendi, manente obligatione prioris*, & ibi singula huius diffinitionis verba benè explicat, & declarat Ioan. Azzor. *Institut. Moral. parte 1.lib.12.cap.16.quæst.1. in fine*, vbi dixit, Apostatam esse susceptæ Religionis desertorem, à Monasterio recedentem, animo & voluntate liberè extra illud viuendi.

AMPLIA I. Propositam † regulam, vt Apostata irregularitatis seu Religionis dicatur etiam is, qui recedit à Monasterio sine licentia Superioris, rediens ad seculum, etiam quod Religionis habitum deferat, secundum Abbat. *in cap.1. num.2. extra, de Apostatis*, & ibi etiam Marian. Socin. *numer.2. versic. Et adde*, post Innocent. *in locis ibi per eum relatis*, & Ioan.de Anania *num.2.* Caietan. *ad Diuum Thomam 2.2. quæstion. 12. artic.1.* vbi Dominicus Bannes *in versicul. Secunda conclusio*, testatur, hanc esse communem sententiam Canonistarum, quãdo scilicet sic à Religione recedens, licet habitum retineat, animum non habet redeundi ad illam, & idem etiam sensit ibidem Gregorius de Valentia, *versic. Circa Apostasiam Religionis*, summa Angelica, *in verbo, Apostasia, num.4.* Armilla *in eodem verbo, Apostasia, nu.11.* summa Syluestrin. *etiam in verbo, Apostasia, num.9. versic. Si vero exeat, & tamen retineat habitum*, Ioann. Calderin. *titul. de Apostatis, consil 1.* Decian. *in tractat. criminal. libr. 5. cap.73. num.21. & num.25.* Mascard. *de probationibus, lib.1. conclusione 112. numer.1.* Menoch *de arbitrar. quæstion. libr. 2. centur.6. casu 546. numer.36.* Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium parte 1. cap.17. quæst.6.* vbi relatis contrarium tenentibus dixit, probabilius videri, hunc talem esse Apostatam, & ipso iure excommunicationem incurrisse. 62

Quamuis † hunc Monachum, qui habitu suæ Religionis non dimisso per mundum vagatur, non propriè dici Apostatam, scripserit Clar. *in pract. criminal. §. final. quæst.78. num.4. sub versic. Apostata punitur, in fine*, & eum refert Cardinal. Tuschus *pract. conclus. lit. A. conclus. 424. num.3. & num.5. & 6.* ex Calderin. quem allegat *in cons.1. tit. de Apostatis*, qui non dixit, quod non sit Apostata, sed quod non est hæreticus, Nauarr. *consil.1. num.6. de Apostatis, lib.5.* vbi dixit, fugitiuum esse, qui sine licentia Superioris etiam retento habitu vagatur, vel se celat, ne à Superiore inueniatur, non tamen sequitur, quod sit Apostata, & Dominic. Bannes *vbi supra, in versic. Circa secundam*, tenet contra Caietanum & Syluestrinam, *vbi supra*, hos sic à Religione recedentes, sed habitum Religionis deferentes non esse excommunicatos, licet eos infames esse admittat, & Bannes sic dicentem refert, & sequitur, & etiam declarat *ibidem* Alex. Pesan. *disputat. 2. versic. 1. & seqq.* 63

AMPLIA II. In † incedente in habitu Clericali, licet sub eo Religionis habitum deferat, qui propterea adhuc tamen est Apostata, ex plene deductis per Ioan. de Anania *in rubr. de Apostatis, num.3.* vbi pluribus hanc probat sententiam, contrarios refert, & eorum argumentis respondet, Franch *in cap. Vt periculosa, numer. 2. versic. Et propter hoc, ne Clerici, vel Monachi, in 6.* post alios, quos allegat antiquiores, & ibi etiam Probus ad Ioannem Monachum, *num.8. & pluribus sequentibus*, vbi late hanc probat Conclusionem, Decian. *in tractat. criminal. libr.5. cap.73. num.3.* Mascard *de probation. libr.1. conclus.112. n.2. & seqq.* vbi aliis relatis testatur de Communi Doctorum sententia, Cardinal. Tuschus *practic. conclus. litera M. conclus. 329. num.2.* Menoch. *de arbitrar. quæstion. libr.2. centur.6. casu 546. num.35.* Dominic. Bannes *in Commentar. ad Diuum Thomam 2.2. quæst.12. artic.1. versic. Sit vltima conclusio*, vbi reprobat Panormitanum, contrarium tenentem, *in cap. Deus qui, de vita & honestat. Clericorum*, illiusque argumento respondet Gregorius de Valentia *ibidem versic. Alterum est*, vbi pariter dixit, ad effectum incurrendi excommunicationem, paria esse dimittere habitũ Clericalem, vel illum occultare superinduendo alium, vt nequeat cognosci, tanquam Religionis talis Ordinis, pariterque reprobat Panormitanum vbi supra allegatum, contrarium tenentem, & idem etiam affirmauit *ibidem* Alexand. Pesant. *disputat. 2. versic. final.* Ioann. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium* 64

parte

parte 1. libr. 12. cap. 13. quæſt. 16. verſic. Is igitur, in fine verſic. & cap. 17. quæſt. 10.

65 Contra, quod † Monachus & Religioſus portans habitum celatum, non ſit excommunicatus, voluit ſumma Roſella *in verbo, Apoſtaſia, nu.* 8.

66 Sic † etiam abſcondens ſcapulare, ſub veſtibus, ſub manica, ſeu alio modo, nunquid dicatur Apoſtata, vide Henric. Boich. *in cap. 1. nu. 6. ante finem, verſic. Item ſcias, extra, de Apoſtatis,* vbi tenet, quod non, Ioan. de Anania *in rubr. extra eodem, num. 3. poſt medium,* Maſcard. *de probation. libr. 1. concluſ.* 112. *num.* 10. vbi, quod Religioſus deferens habitum ſeparatum à cappucio, dicitur Apoſtata, & Paul. de Leazzar. Brixienſ. & Franch. *in locis ibi per eum relatis.*

67 Limita, hanc † ſecundam ampliationem procedere in Monacho clauſtrali, qui adhuc eſt excommunicatus, quamuis deferat habitum Religionis ſub habitu clericali coopertum, ſecundum Gloſſ. *in Clementin.* 2. *in verbo, Extrinſecus, de vita & honeſtat. clericorum,* Ioan. Andr. *in cap. fin. de re iudic. in* 6. refert & ſequitur Ioan. de Anania *in cap. fin. nu. 4. extra, de Apoſtatis,* vbi ſecus dicit, quando Monachus clauſtralis eſſet translatus ad aliquam Eccleſiam Parochialem clericorum ſecularium, tunc enim extrinſecum habitum regularem poteſt mutare, licet non ex toto dimittere, & propterea non incurrit excommunicationem, ad notat. *in c. Nona actione, 16. quæſt.* 7.

68 Amplia III. Vt † Moniales exeuntes ex ſuo Monaſterio ſine licentia Superiorum, dicantur etiam Apoſtatæ, & ad redeundum ad Monaſterium cogendæ ſint, ſicut alii religioſi Apoſtatæ, *cap. Peruenit ad nos, 27. quæſtione 1. cap. Si cuſtos, eadem cauſa & quæſtione,* per quæ & alia iura ſic ſcriptum reliquit Decian. *in tractat. criminal. libr. 5. cap. 73. num. 16. & 17.* Menoch. *de arbitrar. quæſtion. libr. 2. centur. 6. caſu 546. num. 46.* quod vtique locum non habebit in iſtis Monialibus tertii Ordinis Diui Franciſci, aut Diui Dominici, quæ cum non emittant votum ſolemne, ſed ſimplex, hoc ideo licet peccent mortaliter exeundo à Religione, quam vouerunt, non per hoc tamen dicuntur Apoſtatæ, vt per Dominicum Bannes *in Commentar. ad D. Thom. 2. 2. quæſt. 12. art. 1. verſic. Pro deciſione ergo.*

69 Amplia IV. Vt † Apoſtata dicatur, & excommunicationis pœnam ipſo iure incurrat Religioſus profeſſus tacite, vel expreſſe, qui ad quæuis ſtudia literarum, ſine ſui Prælati licentia, extra Monaſterium vagando accedit, & in eandem pœnam incurrunt Doctores, & Magiſtri, qui Religioſos habitu ſuo dimiſſo, Leges, vel Phyſicam audientes ſcienter docere, aut in Scholis ſuis præſumpſerint retinere, textus eſt fere ad literam *in cap. vt periculoſa,* & ibi Gloſſa, & Communiter Doctores omnes, *Ne Clerici, vel Monachi, in 6. capit. Non magnopere, & cap. Super ſpecula, eodem tit. in Decretal.* Decian. *in tractat. criminal. libr. 5. cap. 73. num. 3.* Menoch. *de arbitrar. quæſt. libr. 2. centur. 6. caſu 546. num. 35.* Ioan. Azzor. Ieſuita *inſtitutionum Moralium parte 1. libr. 12. cap. 13. quæſt. 16. verſic. De altera excommunicatione,* vbi huic ampliationi aliquas ſubiicit declarationes.

70 Amplia V. Et † multo magis in Religioſo, ſeu etiam Clerico ſeculari, qui dimiſſo habitu, ſeu etiam non dimiſſo, vxorem duxerit. Is enim quod Apoſtata dicatur, tradunt Communiter Canoniſtæ *in cap. 1. extr. de Apoſtatis,* vt ibi videre eſt apud Innocentium *numer. 1. verſic. Hoc autem fit multis modis,* Henric. Boich. *num. 2. ad medium, eodem verſic. Hoc autem fit multis modis,* Ancharan. *num. 1. verſic. Innocentius hic dicit,* Abb. *ſub num. 2.* Ioan. de Anania *num. 2. verſic. In Gloſſa prima,* & Cardin. Zabarel. *num. 2. verſic. Et dicit Innocentius,* Hoſtienſ. *in ſumma, de Apoſtatis, §. Quot ſpecies, numer. 2. in fine, verſic. Fit ergo hoc pluribus modis,* Goffred. *in eadem ſumma, rubr. de Apoſtatis, num. 2. in fine, verſic. Vxorem ducendo,* Simanch. *Catholicarum inſtitution. tit. 40. rub. de Matrimonio, num. 13.* Diaz. *in pract. criminal. Canon. in verbo, Apoſtatæ, cap. mihi 111. nu. 2. poſt verſic. Pœna inſuper.* Et quod contra iſtos Clericos ſeu Religioſos vxorem ducentes, poſſint Inquiſitores procedere, voluit Iacob. de Graffiis *lib. 4. ſuarum deciſionum, cap. 18. num. 17.*

Pœna † autem Religioſi vxorem ducentis ex Decreto Concilii Turonici eſt, vt excommunicetur, & ab Eccleſia ſegregetur, donec ad ſepta Monaſterii reuertatur, indictamque ſibi ab Abbate pœnitentiam peregerit, & hodie Inquiſitores huic Religioſo vxorem ducenti, ieiunia, orationes, cum perpetua detruſione in Monaſterium iniungere ſolent, vt per Simanch *Catholicarum inſtitutionum tit. 40. rub. de Matrimonio, num. 11. & num. 13.* vbi ponit pœnam Clerici ſecularis in ſacris Ordinibus conſtituti, inceſtis nuptiis inquinati, vt ſcilicet beneficiis priuetur, Presbyteri ab Ordine & ſacro Miniſterio deponantur, & in Monaſterium, donec vixerint, detrudantur; ſubditque, quod hodie detruduntur in Monaſterium ad tempus, vt illic ieiuniis & orationibus vacent, etiam pecuniaria pœna plectuntur, *iuribus ibi per eum allegatis, & in Enchirid. violatæ Religion. tit. 12. rubr. de nefariis nuptiis, num. 2. & 3.* vbi etiam de pœna Monachi & Religioſi vxorem ducentis, quod in Monaſterium detruditur, ad iniunctam pœnitentiam peragendam, *iuribus ibi per eum allegatis,* Didac. Canter. *in quæſt. criminal. rubr. de hæreticis, & c. cap. 1. num. 71.* vbi dixit, Clericum & Religioſum, cōtrahentem matrimonium, videri puniendum pœna deportationis, & confiſcationis bonorum, de qua in authentica, *Inceſtus, C. de inceſtis nuptiis,* ipſe tamen credit, quod propter ſuſpicionem hæreſis ſit ponendus ad torturam, & ſi ſuſtineret, adhuc abiuraret de leui, ſi aliqua remaneret probatio; & inſuper deportaretur ad arbitrium iudicis. Ego vero crederem, quoad torturam hunc Clericum, ſeu Religioſum ſic nubentem, propter hæreſis ſuſpicionem eſſe torquendum, niſi hanc ſuſpicionem contrariis coniecturis & probationibus ſuſtulerit, & ſi ſuſtinuerit ipſum ad triremes ad tempus condemnarem, præmiſſa abiuratione de vehementi. Et ita in ſupremo vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ generalis, & Romanæ Inquiſitionis Tribunali paſſim ſeruatur. 71

Amplia I. hanc † quintam ampliationem, vt Religioſi ſeu Clerici, ſic ducentes vxores, ſint ſuſpecti de hæreſi, poſſintque contra eos Inquiſitores procedere, ſi Matrimonium contraxerunt, non clam, ſed palam, ſecus ſi clam, probatur diſtinctio per Ioann. de Anania *in cap. Ad abolendam, num. 27. extra, de hæreticis,* poſt Bald. quem allegat *in leg. final. ante finem, C. de ſumma Trinitate, & fide Catholica,* Repertor. Inquiſitor. *in verbo, Hæreticus, ſub verſic. Ex quibus ſupra tactis,* vbi dixit, quod ſi profeſſus de Monaſterio egreſſus, palam vxorem ducat, hæreticus eſt, poteſtque de hæreſi puniri, ſi errorem ſuum pertinaciter defendere velit, licet verbo hoc non eſſe peccatum non dicat, cum ſatis ſit facto contrarium eius, quod dicit, demonſtrare, *& in verbo, Contrahens, verſic. final.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquiſitorum, in verbo, Hæreticus, num. 22.* vbi dixit, quod ſi profeſſus egreditur de Monaſterio, & accipit vxorem palam, hæreticus eſt, *& in verbo, Profeſſio,* vbi idem dicit, quando profeſſus publice & notorie matrimonium cōtrahit, *& in verbo, Religio, num. 3.* vbi pariter diſtinguit de Matrimonio contracto palam, aut publice, *& in verbo, Suſpicio, ſub num. 27. & in verbo, Vxor, num. 2.* Et pro hac eadem ampliatione vide Arnald. Albertin. *in repetitione, rubr. de hæreticis, quæſt. 13. num. 37.* Alphonſ. de Caſtro *de iuſta hæreticorum punitione, libr. 1. cap. 1.* Conrad. Brun *in tract. de hæreticis, libr. 1. cap. 2.* Squillacenſ. *in tractat. de fide Catholica, cap. 15. poſt num. 2.* Cater. *in tract. de hæreticis, num. 38.* Gundiſalu. 72

disaluu. *in eodem tract. de hæreticis, quæst. 9. num. 4.* Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 17. versic. 42. & post versic. 108. Ibi item professus recedens à Religione, & cap. 18. versic. 15. & cap. 73. nu. 13.*

73 Contrarium, † quod Clericus, aut Religiosus vxorem ducens, siue publice, siue secrete, sit de hæresi suspectus, possitque propterea contra eos ab Inquisitoribus procedi, defendit Simanch. *Catholic. instit. tit. 40. rubric. de Matrimonio, num. 9. & sequentibus*, vbi propterea dixit, aliam opinionem falsam esse, & ratione carentem, *& in Enchirid. Violat. Religion. tit. 12. rubric. de nefariis nuptiis, num. 1.* Campeg *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, capit. 35. versic. Idem quoque dicitur de eo,* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, parte 2. quæst. 49. Commentar. 74. folio mihi 390. colum. 1. versic. Iam Apostatæ*, vbi, quod reiecta supradicta distinctione ab hac sententia non est recedendum, & *versic. sequenti* ampliat non solum in Religiosis ducentibus vxorem, sed etiam in Clericis: Faciunt Doctores allegati per Ioann. à Rojas *singular. 98. num. 5.* & multo plures *in tract. de hæreticis, parte 1. nu. 150.* & per Decian *in tractat. criminal. libr. 5. capit. 22. num. 40.* Menoch. *de arbitrar. quæstion. libr. 2. centur. 6. casu 546. numer. 49.* simpliciter dicentes, quod Inquisitores possunt procedere contra Religiosos, & Clericos seculares ducentes vxorem, tanquam suspectos de hæresi, Ioann. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium parte 1. libr. 8. cap. 21. rubric. de Apostasia, quæstio. 10. & 12.* vbi testatur, hanc sententiam vsu receptam esse, & præsertim in Hispania, licet contraria magis cum iure congruat, Didac. Cantera *in quæstion. crimin. rubr. de hæreticis, cap. 1. numer. 71.* Et hanc secundam teneas sententiam, quia veram iudico.

74 Amplia II. Eandem † quintam ampliationem, vt idem, & è contra, sit in marito laico, qui vxore viuente, vel sine vxoris consensu, vel etiam de consensu illius, nisi in casu, quod ipsa Monasterium sponte ingrediatur, ibique professionem emittat, se promoueri fecit. Is enim, licet ex quadam Constitutione Ioannis XXII. alia pœna non plectatur, nisi quod matrimonio soluto (scilicet quoad thorum, & cohabitationem) in suscepto ministrare nequeat, neque etiam ad superiores ordines, neque ad aliquod beneficium, vel officium Ecclesiasticum promoueri, quia tamen prædicta Constitutio non prohibet, quod talis alia maiori pœna possit puniri, sicut punitur, qui post sacros Ordines vxorem ducit, ita puniendus videtur, cum nõ referat, an matrimonium antecedat, vel subsequatur, quandoquidem vtroque casu, & Sacramento matrimonii, & sacrorum Ordinum, & Clericorum cœlibatui par fiat iniuria, Simanch. *Catholicarum Institutionum, tit. 40. rubr. de Matrimonio, num. 14.* vbi etiam ponit pœnam, quam ipse in occurrenti casu imposuit, suspensionis scilicet ab officiis & beneficiis Ecclesiasticis, & vltra publicam pœnitentiam, pecuniariæ mulctæ, & in Monasterium detrusionis ad tempus. Aduertendum tamen, quod tolerantur ab Ecclesia Græci Catholici, habentes vnicam vxorem virginem, quod ad sacros ordines promoueri possint absque alia pœna, seu impedimento.

75 Limita I. Supradictam † quintam ampliationẽ, quia Clerici in Sacris constituti, si de facto vxorem duxerint, & postea pœnitentes ad Clericatum redeant, potest cum illis Episcopus misericorditer dispensare, text. est *in cap. sanè Sacerdotes, de Clericis coniugatis*, per quẽ textum ita tenet Hostiens. *in summa, de Apostatis, §. Qualiter puniantur, nu. 4. versic. Quid si constitutus in sacris*, vbi arguit cõtra, & in hac residet opinione, & ante eum Goffred. *in eadem summa, de Apostatis, nu. 8.* summa Armilla *in verbo, Apostasia, nu. 13.*

Limita II. Eandem † quintam ampliationem, quia Clericus, seu Religiosus ducens vxorem è sua Religione egressus, & in habitu laicali incedens, nõ reputatur hæreticus, nec vt hæreticus puniri potest, nisi pertinaciter errorem suum defendat, dicens, hoc esse licitum, & non esse peccatum, tunc enim dicitur malè sentire de Sacramentis Ecclesię, & ideo vt hæreticus punitur, nisi paratus sit se corrigere, & pœnitens misericordiam exquirat; Ioan. de Anania *in cap. Ad abolendam, nu. 27. extra, de hæreticis*, post Bald. quem allegat *in l. fin. ante finem, C. de summa Trinitate & fide Catholica.* 76

Quamuis † contrarium, quod scilicet Religiosus seu Clericus publicè ducens vxorem, vere hæreticus dicatur, post Bald. quem allegat *in leg. Nemo Clericus, C. de sacrosanct. Eccles.* & Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Hæresis, n. 22.* simpliciter dixerit Menoch *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 6. nu. 35.* Prima tamen opinio vera est; talis tamen semper est vere suspectus de hæresi ex ipso solo actu. 77

Amplia VI. Vt † Religiosi, seu etiam Clerici nõ deferentes habitum Clericalem, seu Religiosum, possint per Ecclesiasticam censuram ad illum reassumendum cogi, & compelli, text. est apertus *in cap. tuæ, extra, de Apostatis*, & ibi communiter omnes adnotarunt, vt videre est apud Gloss. *in figuratione casus, in fine, versic. Nota Clericos compellendos, & in verbo, Tolerandi, versic. Imo incarcerari possunt*, Hostiens. *nu. 1. in verbo, Coercendi*, vbi, quod compelluntur per excommunicationem, & iterum *infra, in versic. Et etiam si necesse fuerit, incarcerentur*, subditq;, quod omnino præcise & indistincte distringẽdi sint, si de Apostasia constiterit, Ioan. Andr. *num. 1. in figuratione casus*, Ancharan. *in summario, & nu. 3. in 2. notab.* Anton. de Butrio *num. 1. & nu. 2. in 2. notab. & nu. 7.* Abb. *in summario, & in figuratione casus*, Marian. Socin. *numer. 4.* & Ioan. de Anania *num. 12.* & quod Apostatæ irregularitatis seu Religionis, si prius blanditiis & minis commoniti habitum religiosum, seu Clericalem, non reassumpserint, ad illum reassumendum per carcerationem cogi possint, est textus apertus *in cap. A nobis, extra, de Apostatis*, vbi ad literam dicitur: *A nobis expetiit tua fraternitas edoceri, quid de Apostatis sit agendum, cum in custodia detinentur, qui minis vel blanditiis nullatenus possunt induci, vt abiectum habitum reassumant. Ad quod tibi breuiter respondemus, quod tales, si volueris, poteris sub graui custodia carcerare, ita, quod solummodo vita sibi misera reseruetur, donec à suæ præsumptionis nequitia resipiscant.* Et ibi hoc adnotarunt Glossa, & communiter omnes Canonistæ, & præsertim Ioan. Andr. *nu. 2. in fine, in verbo, Misera*, vbi amplius subdit, quod in carcere huic Apostatæ non debet dari nisi panis & aqua, & idem dixit Anton. de Butrio *nu. 3. versic. Et attende*, Hostiens. *in summa, de Apostatis, §. Qualiter puniantur, num.... versic. Sed & si quis fuerit de hoc grauiter infamatus*, Goffred. *in eadem summa, rubr. de Apostatis, nu. 13.* summa Armilla *in verbo, Apostasia, numer. 7.* Angelica *in summa, in eodem verbo, Apostasia, num. 2. in fine, versic. Alij autem, qui sunt in sacris, & ibi in additionibus, litera A. in verbo, Habitum*, summa Syluestrina *etiam in eodem verbo, Apostasia, num. 7*, Diaz. *in pract. criminal Canonic. in verbo, Apostatæ, capit. mihi 111. num. 2. in fine, versic. Quando autem Clericus non potest induci ad reassumendum malè dimissum habitum*, Decian. *in tractat. criminal. libr. 5. cap. 73. numer. 17.* Cardinal. Tuschus *practicar. conclusionum litera A. conclusion. 424. num. 9.* Menoch. *de arbitrar. quæst. libr. 2. cent. 6. casu 546. num. 33. & num. 48. versic. Et est qua pœna*, Ioan. Azzor. Iesuit. *Institutionum Moralium parte 1. lib. 12. cap. 17. quæst. 4.* 78

Et † isto casu Apostatæ possunt etiam carcerari à iudice laico, absque metu censurarum, *cap. 1. de Apostatis*, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 73. nu. 19.* Menoch *de arbit. quæst. crim. lib. 2. centur. 6. casu 546. nu. 32.* 79

Limita

80 LIMITA I. Eandem † propositam regulam, vt non dicatur Apostata, Monachus, seu Clericus, qui Monachalem seu Clericalem habitum non defert in cella, in balneis, seu alio simili loco secreto, ex allegatis per Henric. Boich. *in cap. 1. nu. 6. extra, de Apostatis*, vbi reprobat Archidiaconum contrarium tenentem, *in loco infra allegando*, & hoc dicit verius, & ibi etiam Ioannes de Anania *numer.* 8. & ante istos voluit Ioannes Andr. *in cap. vt periculosa, num. 4. ne Clerici, vel Monachi, in 6.* vbi dixit, se non putare de mente illius Canonis fuisse, quod Monachus in cella sua dimittens habitum, vel dum balneum intrat, in occulto, vel iacens sine habitu, ligetur pœna excommunicationis, quia alias pauci inuenirentur non ligati, sed solum talis pœna locum habeat, quando exhibet se sine habitu, & in habitu laicali in conspectibus hominum, & ibi etiam Franch. *num. 5. versic. Imo etiam licet Monachus*, Geminian. *num. 9. versic. In fine Glossæ*, Prob. ad Ioannem Monach. *num. 4. & seqq. versic. Vlterius pro solatio*, vbi pluribus hanc probat conclusionem, & loquitur, quando Monachus sine habitu iacet in lecto, & in infirmitate, quando stat in cella, vel balneum intrat, Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 75. num.* 8. Mascard. cum allegatis per eum, *de probation. lib. 1. conclus. 112. nu. 31. & sequ.*

81 Contrarium † voluisse videtur Archidiacon. *in cap. vt periculosa, num. 1. Nec Clerici, nec Monachi, in 6. in verbo, Dimittat*, vbi per textum *in cap. Vidua, 20. quæst. 1. in cap. Clerici, de vita & honestate Clericorum, & in capit. Sanctimonialis, 23. distinct.* dixit, adeo habitum debere esse annexum ossibus Monachorum, vt in quocumque loco consistant, siue in loco quiescentes, eo semper vti debeant, & Archidiaconum quod eo loci communiter alii sequantur, testatur Prob. ad Ioannem Monach. *in dicto cap. vt periculosa, num. 5. in fine, versic. Et redeundo.* Sed hæc Probi attestatio non est vera, vt ex præallegatis apparet.

82 LIMITA II. Quia † Clericus, seu Religiosus, Apostata irregularitatis, incedens scilicet in habitu laicali, & laicorum more viuens, si honeste viuat, non ita grauiter puniendus est, sicut illi, qui inhonestam agunt vitam, qui ipso iure amittunt priuilegia Clericalia, honeste vero viuens non amittit, nisi trina præcedente monitione, prout scripsit incertus author *in rubric. de modo procedendi contra Apostatas, num. 7.* positus inter tractatus criminales diuersorum, à Ziletо collect. refert eum & sequitur Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 73. num. 14.* Menoch. *de arbitrar. quæst. libr. 2. cent. 6. casu 546. num. 30.* vbi, quod isto casu pœna mitior erit arbitrio iudicis.

83 LIMITA III. Vt † Apostata non dicatur is, qui ex religione egreditur, & in longinquas partes proficiscitur, diuque vagatur, nisi postquam sic viuit, vt animum redeundi se non habuisse ostendat, vtputa clericaliter, aut laicaliter, vel inobedienter viuendo, secus, si hunc animum non haberet, ex traditis per Syluestrin. *in summa, in verbo, Apostasia, numer. 9. versicul. In professo*, & an sit aliqua differentia inter illum Monachum, qui diu extra religionem commoratus est, & illum, qui breui temporis spatio extra religionem stetit, vide Nauarr. *consil. 1. in 1. dubio, de Apostatis, libr. 5.* vbi etiam de Monacho egrediente suam Religionem animo reuertendi ad eam, & vide etiam Dominic. Bannem *in Commentar. ad Diuum Thomam, 2. 2. quæst. 12. art. 1. vers. Tertia conclusio, & sequentib.* vbi dixit, dimittentem habitum suæ Religionis temere, animo tamen redeundi ad illam, licet sit excommunicatus, & mortaliter peccet, non tamen esse Apostatam à sua religione, & *in secunda dubitatione, versic. Secunda conclusio*, quoad excommunicationem dixit, quod Religiosus dimittens habitum suę Religionis, & assumens alium quemcunque habitum, vt occultata eius persona libere possit vagari per vicos & plateas, absque eo, quod cognoscatur, cuius religionis sit, excommunicationem incurrit etiam quod id tantum faciat per horam, testaturque, hanc esse certam omnium conclusionem, & *in vltima disputatione, versic. Vltima conclusio sit*, vbi, quæ modo dixit de Religiosis dimittentibus habitum Religionis per breue tempus, extendit etiam ad Clericos in sacris ordinibus constitutos, qui vagandi animo, & occultandi personam Clericalem, dimittunt habitum, beneque concludit, eos mortaliter peccare, etiam quod per breue tempus dimittāt. Gregorius de Valentia *ad D. Thom. vbi supra, versic. Circa Apostatam, & seqq.* dixit, quod Religiosus recedens à sua religione absque licentia, habens animum redeundi, non Apostata, sed fugitiuus reputatur, & ibi etiam Alexand. Pesant. *disputat. 1. versic. Dixi animo*, vbi pariter concludit, non dici Apostatam eum, qui à Religione recedit ad tempus, & vult redire, cum tantum velit vacare per aliquot dies, causa forsan mutandi Prælatum, cuius importunos mores se sustinere non posse affirmat, & *disputat. 2. versic. Dixi ita*, vbi de eo, qui tam paruo temporis spatio habitū dimittit, aliumque assumit, vt moraliter non censeatur habitum reliquisse; Addo Ioannem Azzor. Iesuitam *Institutionum Moralium parte 1. lib. 12. cap. 13. quæst. 16. versic. 1. & seqq.* vbi, quod dimittens non animo deserendi Religionem, sed vt aliquid aliud faciat, etiam illicitum, vtputa ad canendum, saltandum, iaciendum lapidem, vel etiam ad furandum, & generaliter quocumq; modo habitum dimittat, dummodo ad breue tempus, sine animo deserendi Religionem, excommunicationem non incurrit, *& cap. 17. quæst. 9.* vbi idem dicit de Monacho ad breue tempus habitum deserente, etiam ob turpem causam, vt puta, vt furetur, vel, vt fornicetur, & hanc sententiam sibi magis placere affirmat, etsi alii ibi per eum relati contrarium dixerint, prout etiam contrarium suaderi videtur ex iis, quæ scripsi supra, *quæst. 93. & sequ.* vbi est eadem materia.

LIMITA IV. Quia † non est Apostata is, qui ex Re- 84
ligione egreditur antequā professionem emiserit, existens in Nouitiatu, Syluestrina *in summa, in verbo, Apostasia, num. 9.* Menoch. *de arbitrar. quæst. libr. 2. centur. 6. casu 546. num. 45.*

Bene † verum est, quod rapiens Nouitium ex Mo- 85
nasterio, capite punitur, Ioan. de Anania post Bald. *in loco per eum relato, in cap. 1. num. 5. ad finem, extra, de Apostatis*, Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 74. nu. 3.*

Quod † & idem procedit in persuadente aliquem 86
apostatare à fide, nam & is pari modo capite punitur, ac si violentiam fecisset, æquiparantur enim isto casu, persuasio, & violentia, *l. eum qui, C. de Apostatis*, & voluit Ioan. de Anania *in cap. 1. nu. 5. versic. Adde etiam, extra eodē*, & dixi in materia Apostasiæ fidei *supra hac eadem quæstione, num. 21.*

LIMITA V. In † eo, qui propter suos malos mo- 87
res eiectus est ex sua Religione, ad quam materiam, & quando quis dicatur eiectus, vide Syluestrin. *in summa, in verbo, Apostasia, num. 9. in fine*, sed nunquid iste Monachus sic eiectus possit recipi in aliam Religionem cum licentia, vel sine, & quando censeatur data licentia, vide Cardin. Tusch. *practicar. conclus. litera R. conclus. 144. num. 8. & seqq. & conclus. 145. num. 3.* & numquid Monachus eiectus, erroris sui pœnitens, si vult ad Religionem redire, sit recipiendus, vide Syluestrinam *vbi supra, in eodem verbo, Apostasia, numer. 10.* quem etiam refert Menoch. *de arbitrar. quæstion. libr. 2. centur. 6. casu 546. nu. 43. & sequen.* Ad quam materiam in occurrenti casu recurras omnino ad Ioannem Azzor. Iesuit. *Institut. Moralium parte 1. libr. 12. cap. 16. & 17.* vbi dixit, eiectum esse illum, qui ob culpam suam extra Monasterium expellitur;

tur; deinde facit conclusionem, quod Monachus eiectus potest tuta conscientia Clericorum habitum absque alia licentia assumere, & postea declarat, pro quo crimine Religiosus ex suo Monasterio eiici possit, an extra Monasterium eiectus eo ipso sit tribus Religionis votis solutus, & liber, an aliam debeat exquirere, & petere Religionem, an ad Monasterium correctus, & emendatus redire teneatur, si eum Monastarium velit recipere, an sic eiectus Episcopi potestati subiaceat, & quomodo, an absque alia licentia possit, dimisso Religionis habitu, Clericalem habitum assumere, an Monasterium teneatur eiectum repetere, si præsertim ipse reuerti voluerit, an & cuius expensis eiectus receptus ali debeat.

88 Limita VI. Quia † Monachus Apostata, qui dimisso habitu ex Religione egressus est, si pœnitẽs redire voluerit, recipiendus omnino est in Monasterio, imo & Abbas cogi potest ad illum recipiendum, secundum Hostiens *in summa, de Apostatis,* §. *qualiter puniantur, nu.* 4. *vers. Licet autem Monachus,* vbi ampliat etiam, quod Monachus, seu Monachi, pluries ex Monasterio exierint, Goffred. *in eadem summa, de Apostatis, num.* 11. summa Armilla *in verbo, Apostasia, nu.* 6. *versic. Quod si redierit, recipietur in Monasterium, secundum quod in regula continetur,* & sic videtur declarare, nisi obstet regula, prout expresse declarat *infra, nu.* 14. Syluestrina *in summa, in eodem verbo, Apostasia, nu.* 10. vbi, quod Prælati coguntur ad recipiendũ Apostatam, nisi regula Religionis contradicat, vt in regula B. Benedicti, quæ habet, quod ter egressus Monasterium, recipi non debeat, & quod Prælatus non recipiens, seu Apostatam reuocare negligens, nihil de bonis ab Apostata in Apostasia acquisitis petere potest, nisi forsan talis Apostata esset scandalosus, & periculosus aliis, atque nõ posset capi, corrigi, & detineri, quia tunc forte Prælatus non tenetur talem reducere, vt ibi per eum, quem bene declarantem videas.

89 Sublimita † hanc sextam limitationem, quia Monachus Apostata, qui habitum dimisit, licet post male dimissum habitum reuertatur, & efficiatur bonæ famæ, non potest amplius eligi in Abbatem, & electus eiicitur, ex allegatis per Archidiacon. *in cap. vt periculosa, num.* 1. *versic. Quid si in Scholis: ne Clerici, vel Monachi in* 6. & *ibi* etiam Franch. *num.* 7. vbi aliis relatis concordantibus, dixit, quod licet Religiosus temere dimittens habitum suæ Religionis, ipso facto sit excommunicatus, & efficiatur ineligibilis, nõ tamen incurrit irregularitatem, & propterea, si habitu reassumpto absoluatur ab excommunicatione, poterit eligi, cum per absolutionem dicatur sanatus, nisi ante absolutionem celebrasset in diuinis, quia tunc propter hoc fieret irregularis, vt ibi per eum, addentes ad Angelic. *in summa, in verbo, Apostasia, nu.* 3. *litera C. in verbo, Contrarium, versic. Item non potest promoueri ad dignitates, vel sacros ordines,* Decian. *in tract. crimin. libr.* 5. *cap.* 73. *num.* 26. Cardin. Tusch *practic. conclus. litera M. conclus.* 329. *nu.* 5. & 8. vbi etiam quid, si ex leuitate quadam habitum dimisit.

90 Nisi † Apostata fuerit dispensatus à Papa: tunc enim indubitale est, eum esse eligibilem ad omnes dignitates, vt per Decian *in tract. crimal. libr.* 5. *cap.* 73. *num.* 26. & *cap.* 75. *num.* 6. vbi, quod si Papa scienter eligit Apostatam in Episcopum, censetur cum eo dispensare, secus si ignoranter, & *nu.* 7. vbi si fuerit dispensatum cum Apostata ad honores, nunquid intelligatur dispensatum quoad honores, quos antea habebat, vel etiam quoad futuros maiores prioribus.

91 Limita VII. In † Monacho fugitiuo; potest enim Monachus esse fugitiuus ex Religione, & tamen non reputetur Apostata, licet è contra, qui Apostata est, fugitiuus sit, Syluestrina *in summa, in verbo, Apostasia, n.* 9. vbi bene declarat, quando Monachus ex Religione egrediens dicatur fugitiuus; qua in re vide Ioan. Azzor. Iesuitam *Institutionum moralium part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 16. *rub. de fugitiuis, quæst.* 1. vbi dixit, fugitiuum proprie eum esse Religiosum, qui abiiciens obedientiæ iugum se subtrahit Præposito suo, &, vt illi se celet, à Monasterio recedit, siue habitum dimittat, siue non, & quod propterea omnis Apostata est fugitiuus, sed non omnis fugitiuus est Apostata.

Limita VIII. In † Religioso, seu etiam Clerico seculari non incedente in habitu Clericali & Religioso, ex iusta & rationabili causa, vtputa faciendo iter per loca periculosa; is enim non incurrit crimen Apostasiæ, *cap.* 1. *de vita & honestat. Clericor. Clementin.* 2. *eodem tit. cap.* 2. *Ne Clerici, vel Monachi, lib.* 6. per quæ & alia iura sic affirmarunt *in cap.* 1. *de Apostatis,* Abb. *nu.* 3. *in fin.* Marian. Socin. *num.* 5. & Ioan de Anania *nu.* 7. *ad finem,* Glossa *in dicto cap.* 2. *Ne Clerici vel Monachi, in* 6. *in verbo, Temere,* vbi pro iusta causa ponit exemplum in timore, & *ibi* etiam Monach. *num.* 1. *in eodem verbo, Temere,* Ioan. Andr. *sub num.* 4. Franch. *post num.* 5. *in versic. in Glossa, in verbo, Temere,* & Prob. ad Ioannem Monach. *numer.* 7. vbi loquitur, quando causa vtilitatis ad vitandum scandalũ, vel, vt facilius itineret, Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 75. *num.* 3. Mascard *de probationibus, libr.* 1. *conclus.* 112. *numer.* 16. vbi amplius, quod arbitrio boni viri relinquitur, quæ isto casu fuerit iusta causa. Menoch *de arbitrar. quæstion. libr.* 2. *centur.* 6. *casu* 546. *nu.* 40. Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum moralium parte* 1. *libr.* 12. *cap.* 17. *quæstion.* 8. Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.* 2. *cap.* 4. vbi de Clericis seu Religiosis transeuntibus per loca hæreticorum, seculares vestes induentibus, ne cognoscantur, & vt incolumes euadant. 92

Sublimita † hanc octauam limitationem, vt procedat, prout loquitur; quando Religiosus dimittit habitum ex causa iusta, secus si ex causa iniusta, etiam sine dolo, quia sufficit temeritas, negligentia, fatuitas, seu leuitas, vt Monachus dimittens habitum incurrat excommunicationem, secundum Franch. *in cap. vt periculosa, num.* 5. *versic. in Glossa, in verbo, Temere,* & probatur *in dict. capit. Vt periculosa, in illis verbis: Qui habitum temere dimittit,* & propterea suæ Religionis temere habitum deponentem haud dubie in excommunicationem ipso facto incurrere scripserunt Angelica, Rosella, Antonina, Tabien. Caiet. & Nauarr. in locis relatis per Ioan. Azzor. *vbi supra, dict. quæst.* 8. 93

Cuius † contrarium voluisse videtur Prob. ad Ioan. Monach. *in dict. cap. Vt periculosa, nu.* 7. vbi dixit, Monachum dimittentem habitum iocosæ leuitatis causa, vt melius proiiciat lapides, vt Missam celebrando pulchrius se induat, vel vt onus melius portet, aut quid simile faciat, non incurrere pœnam excommunicationis, de qua in illo Canone, si statim illum reassumat, Cardin. Tuschus *practicar. conclusion. litera M. conclus.* 329. *num.* 5. & *num.* 8. & 9. vbi de Religioso dimittente habitum ex leuitate, si illum reassumpsit, quod potest eligi in Abbatem. Faciunt, quæ dixi *supra, num.* 83. *in fine,* vbi de eadem re. 94

Limita IX. Vt † Apostata non dicatur Religiosus ille, qui ex sua Religione & Monasterio egreditur causa subueniendi Patri vel Matri inopia laborantibus, de licentia tamen sui Prælati, sic scribente D. Thoma 2.2. *quæst.* 101. *art.* 4. quem sequuti sunt Dd. omnes, teste Nauarr. *in cons.* 65. *nu.* 1. *tit. de regularibus, lib.* 3. & *cons.* 1. *nu.* 8. *tit. de Apostatis, lib.* 5. quę sic refert, & sequitur Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 2. *casu* 546. *nu.* 41. *in* 6. *centur.* 95

Argumentum.

An dicatur Apostata Monachus & Religiosus, qui in aliam ingreditur Religionem laxiorem, seu strictiorem.

SVMMARIA.

Monachus ingrediens in aliam Religionem, Apostata non dicitur, num. 96.

Monachus ingrediens in aliam Religionem laxiorem, Apostata non dicitur, nu. 97. Declara, si de licentia Superioris, alias secus, n. 98. & 99. Vbi etiam quid vigore Concilij Tridentini.

Monachus ingrediens in aliam Religionem strictiorem, Apostata non dicitur, n. 100. Declara, si sic strictiorem Religionem ingrediatur zelo perfectioris vitæ, secus si aliquo mundano affectu, vtputa odio Prælati, vel alia leuitate, aut temeritate, nu. 101. Contra declarationem, n. 102. Item declara, dummodo cum licentia Superioris; alias secus, nu. 103.

Monachus ingrediens in aliam Religionem minorem, Apostata non dicitur, nu. 104.

Monachus ingrediens in aliam Religionem, Apostata non est, quando Religio quam ingreditur est eiusdem regulæ licet diuersi habitus, secus si Religio, quam ingreditur, sit diuersi habitus, & diuersæ regulæ, nu. 105.

Monacho ingredienti in aliam Religionem, An, & à quo præstanda sint alimenta, nu. 106.

QVÆST. CLXXXIII. §. 7.

96 Regula † sit negatiua, quod apostata religionis, si ingrediatur aliam religionem, assumatq; dictæ alterius religionis habitum, non est excommunicatus, summa Rosell. *in verbo, Apostasia, num. 6.* Angelic. *in summa, in eodem verbo Apostasia, num. 4. & ibi in additionibus litera F.* summa Syluestrin. *etiam in eodem verbo, Apostasia, num. 9. in fine,* cum aliis per Ioan. Azzor. Iesuitam *Institution. Moralium, par. 1. lib. 12. cap. 13. quæst. 16. vers. Quæres an excommunicationem contrahat:* vbi bene firmat hanc regulam, *& cap. 14. & 15.* late explicat, an, & quando liceat religioso ex vna religione ad aliam transire laxiorem, vel strictiorem cum licentia, vel sine, & cuius, *& cap. 17. quæst. 5.* vbi refert aliquorum sententiam volentium, religiosum ad aliam religionem transeuntem non esse apostatam, sed fugitiuum, & propterea non affici pœnis apostatarum, sed vt fugitiuum, vel vt temerarium, seu habitus desertorem puniendum esse, *& dicto cap. 17. quæst. 7.* dixit, communem esse sententiam, hunc talem ex sua religione egredientem, & in aliam laxiorem, seu strictiorem ingredientem, peccare quidem, sed apostatæ pœnas non incurrere, *& quæst. 11.* vbi relatis contrarium tenentibus dixit, probabilius videri, alterius religionis habitum assumentem, excommunicationem non incurrere.

97 Amplia I. † hanc propositam regulam etiam in intrante in religionem laxiorem, qui propterea nec apostata dicitur, nec vt apostata punitur, ex traditis per Anton. de Butrio *in cap. final. nu. 2.* post Innocent. quem allegat, *extra de Apostatis,* & ibi etiam Abb. *numer. 4.* post Gloss. ibi, & Ioan. de Anania, *nu. 3.* Franch *in cap. vt periculosa, num. 7.* vbi tamen dixit, quod monachus, qui dimisso proprio habitu religionis suæ, transit ad aliam etiam laxiorem, licet tunc dicatur apostata, non tamen erit excommunicatus; summa Armilla *in verbo, Apostasia, num. 11.* vbi quod non erit proprie apostata, Angelica *in summa, in eodem verbo Apostasia, numer. 5.* vbi pariter quod non est proprie apostata, summa Syluestrin. *etiam in eodem verbo, Apostasia, num. 9. vers. vnde si egrediatur,* vbi etiam an isto casu dicatur fugitiuus: Decian *in tract. crim. lib. 5. cap. 75. nu. 2.* Cardin. Tusch *pract. conclus. litera M. conclus. 329. num. 16.* cum allegatis per eum. Domin. Bannes *in commentar. ad D. Thom. 2. 2. quæst. 12. art. 1. vers. Quarta conclusio,* vbi pariter dixit, hunc talem non posse dici apostatam à sua religione, licet mortaliter peccet. Qua de re vide late declarantem Ioan. Azzor. Iesuitam *Inst. Moral. par. 1. lib. 12. cap. 14. & 15.*

98 Limita † hanc primam ampliationem, vt videatur intelligenda, si monachus ingrediatur in laxiorem religionem, cum licentia sui Superioris, aliter secus, per ea quæ dicta sunt *infra hac eadem quæstione nu. 103.* & in specie scripsit Menoch. *de arbitrar. quæst. lib. 2. centur. 6. cas. 546. num. 37.* cum allegatis per eum, *& nu. 39.* vbi tamen sibi contradicere videtur, quod scilicet possit monachus etiam sine sui Prælati licentia ad laxiorem religionem transire, in qua tamen seruentur religionis vota substantialia, nempe castitas, paupertas, & obedientia, quod & idem voluit ante eum Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 75. nu. 2.* Ioan. Azzor. Iesuita *Institut. Moral. par. 1. lib. 12. cap. 14. quæst. 6.* vbi propterea dixit, religiosum sic sine licentia transeuntem ad aliam religionem, posse, & deberi reuocari ad primam religionem, & hanc dicit veriorem sententiam, *& quæst. 7.* declarat, à quo Religiosus volens transire ad aliam religionem transeundi licentiam obtinere debeat.

Et † vide Adden. ad Angelic. *vbi supra, in dicto verbo, Apostasia, nu. 5. litera E.* vbi quod huiusmodi translatio de vno in aliud monasterium prohibita est ex Concilio Tridentino *session. 25. rubr. de regularibus, cap. 19. in fine,* vbi ad literam dicitur: *Nemo etiam regularis cuiuscumque facultatis vigore transferatur ad aliam Religionem,* de quo vide etiam illum referentem Domin. Bannes *in comment. ad D. Thom. 2. 2. quæst. 12. art. 1. vers. Sed aduertendum est.* 99

Amplia † Eandem propositam regulam, vt multo magis procedat in religiosis ingredientibus strictiorem religionem, qui multo minus dicuntur apostatæ, nec vt apostatæ puniuntur, secundum Gloss. Innoc. Anton. de Butrio, Abb. & Ioan de Anania in locis allegatis *supra hac eadem quæstione num. 97.* Decian *in tract. crim. lib. 5. cap. 73. num. 15.* Menoch *de arbitr. quæst. lib. 2. centur. 6. cas. 546. nu. 38.* Verum an, & quando liceat religioso ex vna religione ad aliam transire, etiam strictiorem, vide late declarantem Ioan. Azzor. Iesuitam *Institut. Moral. lib. 12. cap. 14. & 15.* 100

Limita I. † hanc II. ampliationem procedere, quando monachus zelo sanctioris, & perfectioris vitæ, transiret in arctiorem religionem, secus si aliquo mundano affectu motus, puta odio Prælati, vel alia leuitate, vel temeritate, hoc faceret, ex allegatis per Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 73. nu. 15.* 101

Cuius † contrarium ex Abbate *in consil. 95. ad finem, lib. 1.* voluit Cardin. Tuschus *pract. conclus. litera M concl. 429. nu. 9.* vbi dixit, quod transiens in aliam religionem etiam ex leuitate animi, & etiam non petita licentia, est excommunicatus. 102

Limita † II. Eandem II. ampliationem, vt religiosus possit ad arctiorem religionem transire, petita venia, & licentia à suo Superiore, licet non obtenta, secus si nullam petierit licentiam, quia nulla petita licentia tenetur redire ad primam religionem laxiorem, potestque ad eam reuocari, & compelli ad redeundum, siue ex ea egressus fuerit ex leuitate animi, siue alias. Roman. *consi. 341. nu. 3. vers. Secundo,* idem *Abb. cons. 95. num. 2. vers. iis præmissis, lib. 1.* vbi dicit ita omnes Doctores tenere, Cardin. Tusch *practicar. conclusion. litera M. conclus. 329. numer. 11. & litera R. conclus. 144. num. 1. & sequentibus,* vbi testatur de vera, & indubitata omnium Doctorum conclusione, & etiam ponit, an ingressus arctiorem Religionem, sine licentia, possit propria auctoritate ad primam Religionem redire, &, si rediit, an possit purgare moram petendi licentiam ingrediendi ad arctiorem Religionem & alia ad materiam monachi ingredientis arctiorem Religionem cum licentia, vel sine, ibi videas. adde pro hac eadem II. limitatione Ioan. Azzor. Iesuitam *Institut. Moralium lib. 12. cap. 14. quæst. 6. & 7.* vbi etiam à quo habenda sit hæc licentia transeundi in aliam Religionem. 103

Amplia III. † Vt nec etiam apostata dicatur is, 104

 qui

qui in minorum Religionem ingreditur. Bald. *in l. Iubemus §. 1. num. 4. C. de Episcop. & Cleric.* ex Innoc. quem allegat *in cap. intelleximus, de ætat. & qualitat.* refert eos Afflict. *in constitut. Reg. de hæreticis & Patterenis, cap. 1. nu. 25. rubr. 3. de apostatis*; Mascard. *de probat. lib. 1. concl. 112. nu. 14. & 15. & 56.* vbi alios refert, & declarat, An saltim largo modo iste dicatur apostata, licet apostasiæ pœnas non incurrat.

105 Limita † supradictam regulam, sic vt supra ampliatam, quia apostata intrans aliam Religionem, siue arctiorem, siue laxiorem, licet apostasiæ pœnas euitet, vt dicunt supra allegati Doctores; hoc tamen videtur intelligendum, quando intrat aliam Religionem, quæ licet diuersi sit habitus, eiusdem tamen est Regulæ, cuius erat Religio, ex qua egressus est, prout potest poni exemplum in Regula sancti Benedicti, quæ habet Religiosos diuersi habitus, sed tamen omnes profitentur eandem regulam, secus si intrat Religionem, & habitus diuersi, & diuersæ etiam regulæ, quia tunc dicitur & apostata, & excommunicatus, vt puta quando Monachus Sancti Benedicti assumeret habitum Minorum, Prædicatorum, vel Cistersiensium, vel simile, secundum Ioan. de Anania *in cap. final. nu. 3. vers. Adde quod, extra de apostatis*, ex Dominic. de Sancto Geminiano, quem allegat in *c. 2. ad finem, ne Clerici vel Monachi, lib. 6.* qui tamen, prout eum refert, fatetur, quod iura videntur probare non esse apostatam, qui ingreditur etiam Religionem diuersæ regulæ, & hanc opinionem posse tolerari affirmat Ioan. de Anania *in loco præallegato*; Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 73. nu. 25* vbi facit eandem distinctionem, de ingrediente aliam Religionem eiusdem vel diuersæ regulæ. Qua in re vide Dominicum Bannes *in comment. ad D. Thom. 2. 2. quæst. 12. art. 1. vers. sed aduertendum est*, vbi quod si Religiosus alicuius ordinis Mendicantium transeat ad aliquam Religionem Monachalem, præterquam ad Religionem Carthusianorum, ipso facto est excommunicatus, eiusque absolutio Papæ reseruata est, *vt in extrauagan. viam ambitiose, de regular. per Martinum V.* quod & idem affirmauit ibidem Gregor. de Valentia, *vers. Circa apostasiam à Religio.*

106 Ingredienti † autem Monacho aliam Religionem, an alimenta ipsi præstanda sint à primo Monasterio, an vero à secundo, seu ab aliquo alio, & à quo, vide Syluestr. *in summa in verbo, apostasia, num. 13.* & an Monacho eiecto ex Religione præstanda sint alimenta à Religione eiiciente, vide eandem Syluestr. *vbi sup. in dicto verbo, apostasia, in fine*, quem etiam refert Menoch. *de arbitr. quæstion. lib. 2. centur. 6. cas. 546. nu. 94.*

ARGVMENTVM.

De pœnis Apostasiæ Religionis seu irregularitatis.

SVMMARIA.

Apostata irregularitatis, & Religionis, si sæcularis sit, non est excommunicatus ipso iure, sed excommunicandus est, si vero fuerit regularis, ipso iure excommunicatus est, nu. 107. Et si in excommunicatione per annum perstiterit negligens ad Religionem redire, & habitum Religiosum seu clericalem reassumere, suspectus est de hæresi, & contra eum procedit Inquisitor. num. 108.

Apostatæ irregularitatis, seu Religionis, pœnæ sunt plures, infamiæ scilicet, repelluntur ab accusando, & ferendo testimonio, præcedente monitione deponuntur, & si fuerint incorrigibiles Curiæ sæculari traduntur, nu. 109.

Apostatæ Religionis, & irregularitatis, sunt suspecti de hæresi, nu. 111.

Apostata Religionis, & irregularitatis, si in Apostasia fuerit ordinatus ad aliquos Ordines, etiam quod postea pœnitens, fuerit suo Abbati reconciliatus, adhuc absque dispensatione Papæ ministrare non potest, nu. 112. Secus si fuerit ordinatus post pœnitentiam, & reconciliationem suo Abbati, num. 113.

Apostatæ Religionis, seu irregularitatis bona remanent Monasterio, vnde egressus est sine licentia Superioris, & de materia, num. 114.

QVÆST. CLXXXIII. §. 8.

Regula † sit, quod apostata irregularitatis, & Religionis, si sæcularis sit, non est excommunicatus ipso iure, sed excommunicandus est; Si vero fuerit regularis, ipso iure excommunicatus est. Allegatur ad id communiter Text. *in cap. Vt periculosa; Ne Clerici, vel Monachi, lib. 6.* in illis verbis: *Si quis autem horum temerarius violator extiterit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto.* Et ibi hoc notant Glossa, & Communiter omnes Canonistæ. Hostiens. *in summa, de apostatis, §. Qualiter puniantur, nu. 4. vers. Sed nunquid talis excommunicatus.* Henrich. Boich. *in cap. 1. nu. 5. extra de apostatis*, vbi relatis contrariis, sic respondendo distinguit, & secundam distinctionis partem etiam in Episcopo Religioso locum habere affirmat; & hanc eandem distinctionem *in dicto cap. 1.* sequuti sunt Abb. *nu. 3. vers. Tamen si est clericus sæcularis.* Marian. Soccin. *nu. 4. vers. In apostata vero Religionis.* Ioan. de Anania *in fine principij vers. Si clerici, & nu. 7. & in rubr. extra eodem, num. 3. ad medium.* Quod & idem *in cap. Tuæ, extra eodem.* Ioan. Andr. *nu. 1. vers. Sed cum apostatæ, & ibi* etiam Anchar. *nu. 2. Abbas n. 2. vers. Sed hodie, &* Marian. Soccin. *num. 4. vers. Sed aduerte.* Summa Armilla *in verbo, apostasia, num. 6.* Diaz. *in pract. crim. canon. in verbo, apostatæ, cap. mihi 111. num. 2.* Decian. *in tract. crim. lib. 3. cap. 73. nu. 2. & nu. 11.* Eymeric. *Director. Inquisit. par. 2. quæst. 49. num. 3.* Mascard. *de probat. lib. 1. Conclus. 112. n. 24.* Cardin. Tusch. *pract. Conclus. litera M. Conclus. 329. nu. 1. & nu. 4.* vbi propterea quod, si interim iste Monachus qui habitum dimisit celebraret, irregularitatem incurreret, ex Oldr. quem allegat *in cons. 184. nu. 12.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. centur. 6. cas. 546. nu. 7. & nu. 50. & nu. 48.* Barthol. Vgolin *in tract. de censuris Pontifici reseruatis par. 2.* in Glossa, *& à Christiana fide Apostatas §. 1. nu. 4. vers. 1. & 2. fol. mihi 59. col. secunda*, vbi bene aduertit, apostatas irregularitatis, siue Religiosi, siue Clerici sint, non incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, quæ tantum loquitur de apostatis fidei, & non de aliis.

Ad hanc materiam, an scilicet, & quando apostata Religionis incurrat excommunicationem, de qua *in d. cap. vt periculosa, ne cleric. vel Monac. in 6.* & quæ requirantur ad hoc vt talis excommunicatio incurratur, vide Dominicum Bannes *in commentar. ad D. Thom. 2. 2. qu. 12. art. 1. vers. dubitatur 2. & sequentibus*, & ibi etiam Gregor. de Valentia *in vers. vbi tamen duo sunt notanda.*

Amplia I. † Quia si talis apostata in excommunicatione per annum perstiterit animo indurato, negligens ad Religionem, & ad clericalem ordinem, & habitum redire, euidenter de hæresi suspectus est, potestque propterea ab inquisitore citari ad respondendum de fide, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo, apostata, nu. 1.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 71. num. 2. in fine*, vbi loquens de apostata inobedientiæ dixit, quod, si in excommunicatione per annum perseuerauerit, potest vt hæreticus condemnari, Eymeric. *in Directorio Inquisit. par. 2. qu. 49. num. 3.* vbi pariter dixit, quod isti apostatæ per annum in excommunicatione insordescentes sunt suspecti de hæresi, & possunt ab inquisitoribus citari ad respondendum, quid de fide sentiant. 108

Limita II. † Quia vltra excommunicationem prædictam pœnæ apostasiæ irregularitatis, seu Religionis, sunt plures, & diuersæ, & illæ eædem, quæ impositæ sunt pro apostasia inobedientiæ, de quibus dixi *supra hac eadem quæst. nu. 57.* infamiæ scilicet, quod repellatur ab accusando, & ferendo testimonio, quod præcedente moni- 109

monitione deponatur, & ſi fuerit incorrigibilis curię ſeculari tradatur, *c. legi 16. q. 1. c. vlt. 50. diſt. ca. ſi quis à proprio 21. q. 5.* Per quæ iura ſic *in c. 1. extra de apoſtatis*, ſcriptũ reliquerunt Innoc *n. 2.* Hoſt. *n. 4.* Io. Andr. *poſt n. 4.* Henr. Boich. *n. 3 verſ. apoſtata autem irregularitatis, & n. 5.* Anton. de Butrio *nu. 7. verſ. Et habent hæ pœnæ locum*, Abb. *n. 3. verſ. Apoſtata vero circa irregularitatem*, & Card. Zab. *nu. 3. verſ. Circa hoc quæro*, Hoſt. *in ſumma de apoſtatis §. qualiter puniãtur nu. 3. verſ. Quod ſi fuerit apoſtaſia irregularitatis*, vbi ꝙ talis apoſtata repellitur à teſtimonio; ad dignitatem eligi non poteſt & ſi fuerit Clericus, qui admonitus non ſe correxerit, deponendus eſt *& n. 4. verſ. Sed dic, quod refutandus eſt in accuſatione, & teſtimonio*, Decian. *in tract. crim. li. 5. c. 73. n. 10.* vbi ꝙ apoſtata Religionis ingreſſum, Menoch. *de præſ. 6. n. 34. verſ. Si vero extiterit pertinax*, vbi dixit, ꝙ apoſtata Religionis, ſi in apoſtaſia pertinax extiterit, vere hæreticus cenſendus eſt, & vt hæreticus puniẽdus.

110 Amplia III. † Vt huiuſmodi apoſtatæ ſint etiam infames, vt dix. *ſupra hac eadem quæſtione num. 43.* & hic repetere non eſt neceſſe.

111 Amplia IV. † Vt apoſtatæ prædicti ſint etiam ſuſpecti de hæreſi, quod an verum ſit, & quando, vide Ioan. Calderin. *in conſ. 5. in tit. de hæreticis*, cuius dicta late reaſſumpſit Ioan. de Anania *in cap. ad abolendam num. 26. extra de hæreticis*, vbi ponit caſum in Diacono profeſſo ordinis approbati, qui dimiſſo habitu, & in habitu laicali per annos viginti tres exercuit negocia ſecularia, & quod peius eſt in dicto tempore ſemper ſe abſtinuit ab omni pœnitentia, & aſſumptione ſacræ Euchariſtiæ, quærit ibi Ioannes Calderinus, nunquid iſte talis poſſit vt hæreticus condemnari, & concludit quod non, ſed quod bene poteſt contra eum, tanquam de hæreſi ſuſpectum procedi, & cum eo ſentit etiam Ioan. de Anania *in loco præallegato*, vbi etiam ex eodem Calderino ſubdit, quod ſi iſte libere fateretur ſe apoſtatam, & excommunicatum, cauſam ab inquiſitore eſſe remittendam ſuo Iudici ordinario, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquiſit. in verbo, Apoſtata, nu. 1. verſ. Qui primo modo*, vbi quod apoſtata Religionis non eſt hæreticus, niſi crederet ei hoc licere ſine peccato, Eymeric. *in Direct. inquiſit. par. 2. quæſt. 49. n. 2. verſ. Qui ſecundo modo apoſtatant*, & ibi Franciſc. Pegna *in additionibus Comment. 74. fol. mihi 390 col. 1. verſicul. Verumtamen*, vbi dixit, quod ſanctum Tribunal Romanæ, & Generalis Inquiſitionis, non conſueuit procedere contra tales à regulari traditione apoſtatantes, ex eo ſolo, quod relicto ſuæ religionis habitu vltra annum apoſtatent, niſi quid admiſceant, Menoch. *de præſumpt. 6. n. 34.* vbi quod licet apoſtata Religionis non ſit hæreticus, eſt tamen de hæreſi ſuſpectus Thom. Triuiſan. *deciſ. crimin. 35. tom. 2.* vbi declarando Conſilium Calderini *vbi ſupra*, dixit, illud non procedere, quando à Religione apoſtatans diceret, & crederet, quod apoſtatare non eſſet peccatum, tunc enim abſque dubio is talis poſſet ab Inquiſitore vt hæreticus puniri.

112 Amplia V. † Vt ordinatus in apoſtaſia etiam quod poſtea pœnitens fuerit ſuo Abbati reconciliatus, adhuc abſque diſpenſatione Papæ miniſtrare non poſſit, tex. eſt *in capit. final. extra de Apoſtatis*; vbi ad literam dicitur: *Conſultationi tuæ breuiter reſpondemus, quod Monachus aliquem ſacrum ordinem in Apoſtaſia recipiens, quantumlibet ſuo fuerit reconciliatus Abbati, & receperit pœnitentiam, abſque diſpenſatione Romani Pontificis miniſtrare non poterit in ordine ſic ſuſcepto.* Et ibi hoc adnotarunt Gloſſa, & Communiter alij Canoniſtæ; Addentes inſuper, quod ordinatus in Apoſtaſia, nec etiam poteſt poſtea ad alios maiores ordines promoueri, vt videre eſt ibi apud Ioan. Andr. *n. 1. ad finem in verbo, Suſcepto*, Ant. de Butr. *n. 4. verſ. An iſte*, vbi etiam declarat, quid ſi fuerit diſpẽſatus à Papa, *vt ſupra*, an adhuc poſſit ad alios maiores ordines promoueri, arguit pro, & contra, & poſtea concludit tutius eſſe, quod in diſpenſatione Papa hoc ſpecificet, & exprimat & Butrium ſic dicentem ibidem referendo ſecuti ſunt, Abb. *n. 2. verſ. Sed quæro*; Marian. Soc. *nu. 4. verſ. Ex prædictis ſequitur*; Io. de Anania *ante n. 1. verſ. Nunquid autem*, vbi teſtatur de communi, & Card. Zab. *col. 2. in fine, verſ. Quæro Nunquid.* Ad quæ, & de materia vide Hoſt. *in ſumma de apoſtatis, §. qualiter puniantur, num. 3. verſ. Sed, & ſi Monachus Apoſtata*; Goffr. *in eadem ſumma de apoſtatis, n. 3. verſ. Et ſi Sacrum Ordinem in Apoſtaſia receperit*: ſumma Armilla *in verbo, Apoſtaſia, n. 12.* Ang. *in eodem verbo, Apoſtaſia, n. 6.* vbi etiã quid ſi in Apoſtaſia Monachus ſumpſiſſet ordines minores, & non ſacros, *& ibi in additionibus litera G, in verbo, Quia Epiſcopus*, ſumma Sylueſtr. *etiam in eodẽ verbo, Apoſtaſia, n. 11. ante finem, verſ. Et ſi in Apoſtaſia recipit ordinẽ ſacrum.*

Secus † ſi fuerit Apoſtata ordinatus poſt pœnitentiã, & reconciliationem ſuo Abbati, quia tunc ſine alia diſpenſatione Papæ poteſt deſumptos ordines miniſtrare, ſecundum Innoc. *in c. final, in verbo, Apoſtaſia, extra, de Apoſtatis*, & ibi etiam Hoſt. *in eodem verbo, Apoſtaſia*, Io. Andr. *n. 1. verſ. Si enim primo reconciliatus*; Anch. *n. 3. verſ. Secundo pondera*: Anton. de Butrio, *num. 5. verſ. Pone quod Apoſtata*; Marian. Socc. *etiam num. 5. in fine, & verſ. Aduerte tamen*: & Cardinal. Zabar. *colum. final. verſ. Quæro quid ſit apoſtata.*

Amplia VI. † Vt bona apoſtatæ irregularitatis, ſeu Religionis, apoſtatæ non reſtituantur, ſed remaneant Monaſterio, à quo apoſtatauit: text. *eſt in l. Deo nobis, §. huius autem, C. de Epiſcopis, & Clericis*, dum ibi dicitur, *Nam ſi qui eorum, de quibus præſentem legem impoſuimus, ſanctimonialem vitam elegerint, ad ſecularem autem conuerſationem poſtea remeauerint, iubemus omnes eorum res ad iura eiuſdem Eccleſiæ, vel Monaſterij, à quo receſſerunt, pertinere.* Et ibi hoc adnotarunt Gloſſa, Bald. & alij, Ioan. de Anania *in rubr. de apoſtatis, n. 2.* vbi etiã ponit, cui applicentur bona apoſtatæ, delata poſt receſſum à Religione; De qua re vide Hoſtien *in ſumma de apoſtatis, §. qualiter puniãtur, n. 4. verſ. Sed et ſi primum, & verſ. Sed cui acquirit Monachus fugitiuus*, vbi an acquiſita per apoſtatam tempore apoſtaſiæ, ipſi, vel Monaſterio acquirantur, & quid ſi idem apoſtata aliud Monaſterium ingrediatur, præſertim ſine licentia Abbatis, & alia ad materiam ibi omnino videas, & ante eum Goffred. *in eadem ſumma rubr. de apoſtatis nu. 9. & 19*: Armilla *in verbo, Apoſtaſia, num. 6. in fin. & num. 15.* 113

Verum ad hanc materiã, cui acquirantur bona apoſtatæ in Apoſtaſia acquiſita, & quid de bonis, quæ ante apoſtaſiã Monachus habebat, & quid ſi ingreſſus fuerit aliud Monaſterium, vide late differentem, *in ſumma in eodem verbo, Apoſtaſia, n. 12.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. c. 73. n. 16. & n. 27.* vbi quod bona Religioſorum apoſtatarum acquiſita ante egreſſum religionis, & etiam poſt, acquiruntur Monaſterio, ex quo egreſſus eſt ſine Abbatis licentia; ſi vero egreſſus fuit cũ licentia Abbatis, bona ante egreſſum acquiſita, pariter remanent illi Monaſterio, vnde egreſſus eſt; Acquiſita autẽ poſt egreſſum acquiruntur menſę Epiſcopali, vel Monaſterio, cui ſubeſt, niſi Abbas primi Monaſterij, ſimul cũ toto Capitulo fuiſſet in culpa, quia noluiſſet eũ recipere, vel neglexiſſet monere, vt rediret; Nam tunc bona apoſtatæ nullo pacto ſpectarent ad primum Monaſteriũ, ſecus ſi ſolus Abbas 115
ſine Capitulo fuiſſet in culpa, Meno *de arbit. q. lib. 2. cent. 6. caſ. 546 n. 31.* & rurſus ad materiam, & declarationem huius VI. Ampliationis vide bene declarantem Ioan. Azzor. Ieſuitam *Inſt. Moralium, par. 1. lib. 12. cap. 15. q. 3. & c. 16. qu. 8. 9. 10. & 12.* Et interim conſidera, quod Sedes Apoſtolica eſt Domina dd. bonorũ apoſtatantiũ à Religione, maxime ſi apoſtatæ ſint ex ordine illorũ Mendicantum, qui nihil poſſidere, vel acquirere poſſunt.

ARGVMENTVM.

De Apoſtaſia clerici ſecularis, eiuſque pœna, & materia.

S v Ma

SVMMARIA.

QVÆST. CLXXXIII. §. 9.

115 REGVLA † sit, quod Clericus clericalem habitum dimittens, & in sæculari habitu incedens, dicitur Apostata, secundum Innocent. *in cap.* 1. *nu.* 1. *vers. Hoc autem fit multis modis, extra de Apostatis,* quem ibidem secuti sunt, Hostiens. 1. *num.* 1. *ad finem. vers. Ideo si dimittat;* Henric. Boich. *nu.* 2. *ad medium eodem versic. Hoc autem fit multis modis;* Anchar. *num.* 1. *vers. Innocentius hic dicit,* Anton. de Butrio, *num.* 1. *& num.* 2. *in* 4. *notab.* Abb. *num.* 1. *vers. Nota primo, & numer.* 2. Marian Soccin. *num.* 1. *in primo notab.* Ioan. de Anania, *num.* 2. *vers. In Glossa,* & Cardin. Zabar. *num.* 2. *vers. Et dicit Innocentius:* facit tex. *in cap. tuæ, eodem tit. in illis verbis, Qui videlicet abiecerunt habitum Clericalem,* quos Innocentius Apostatas vocat, & ibi hæc adnotarunt Cõmuniter omnes Canonistæ, & præsertim Host. *in principio, in verbo, Apostasia,* Ant. de Butrio, *num. in primo notab. & num.* 6. *vers. Aut non subest causa;* Armilla *in summa in verbo, Apostasia, n.* 8. summa Rosella *in eodem verbo, Apostasia, in principio, vers. Tertia est irregularitatis, & nu.* 2. Addentes ad Angel. *in summa in eodem verbo Apostasia, n.* 3. *in fine,* Diaz *in pract. crim. Canon. in verbo, Apostatæ, c. mihi* 111. *n.* 2. *post vers. Pœna insuper apostata,* Menoc. *de arbitr. q. lib.* 2. *cent.* 6. *cas.* 546. *n.* 34. *& n.* 47. Dom. Bann. *in commen. ad D. Tho.* 2. 2. *q.* 12. *art.* 1. *vers. Apostasia ergo ab ordine,* vbi propterea dixit, apostasiam ab ordine esse *Retrocessionem à statu ordinis sacri ad statum sæcularem propria auctoritate,* Alexan. Pesan *ibidem disp.* 3. *vers.* 2. vbi dixit, apostatam ab ordine seu à Clericatu esse illum, *Qui existens in ordinibus sacris seu maioribus omnino quo ad habitum recedit ab eo statu, & transit ad statum sæcularem animo non amplius reuertendi ad priorem statum,* & ibi singula huius diffinitionis verba declarat.

AMPLIA I. † Et multo magis quando Clericus clericali habitu dimisso vxorem duceret, de qua re dixi *supra hac eadem quæstione nu.* 70. *& sequentibus,* hic repetere non est necesse. 116

AMPLIA II. † Vt dicatur apostata Clericus non solum dimittendo habitum clericalem, sed etiam dimittendo tonsuram & coronam, Innocent. *in cap.* 1. *n.* 1. *vers. Hoc autem fit multis, extra, de apostatis,* quem ibidem sequuti sunt Hostiens. *n.* 1. *ad finem, vers. Idem si dimittat tonsuram,* Henric. Boich. *nu.* 2. *eodem vers. Hoc autem fit multis modis,* Anchar. *num.* 1. *vers. Innocentius hic dicit,* Anton. de Butr. *nu.* 4. *in fin.* & Hostiens. *in summa de apostatis, §. quot species n.* 2. *ad finem, vers. Fit ergo hoc pluribus modis.* G[illegible]ffred. *in eadem summa rubr. de apostatis, num* 2. *versic. Hoc fit multis modis.* Diaz. *in pract. crim. Canon in verbo apostatæ, cap. mihi* 111. *nu.* 2. *post vers. Pœna insuper,* Mascard. *de probation. lib.* 1. *conclus.* 112. *nu.* 23. 117

Contrarium, † quod comam nutriens, & tonsuram non portans, si alias clericaliter viuat non sit apostata, voluit Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *c.* 75. *n.* 1. ex Glossa quam allegat *in cap.* 1. *de apostatis, in Glossa vltima in principio.* 118

E † contra autem Clericus in sacris constitutus dicitur apostata etiam quod deferat tonsuram, & solum habitum dimiserit, licet non sit in Clerico in minoribus constituto, & habente beneficium, qui non dicitur apostata, nisi insimul & tonsuram, & habitum dimittat, Angelic. *in summa in verbo Apostasia, num.* 1. *in principio, versic. Vtrum Clericus,* summa Syluestrin. *in eodem verbo, Apostasia, nu.* 5. 119

AMPLIA III. † Vt Clericus apostata propter dimissionem habitus clericalis, si illum reassumat, est adhuc ineligibilis ad dignitates aliquas, dixi *supra hac eadem quæstione nu.* 89. *& sequenti,* & hic repetere non est necesse. 120

AMPLIA IV. † Vt Clericus apostata propter dimissionem habitus Clericalis, infamis sit, dixi *supra hac eadem quæstione nu.* 43. hic non repeto. 121

AMPLIA V. † Vt Clericus apostata ob dimissionem habitus Clericalis perdat priuilegium Clericale, si post monitionem habitum non reassumpserit, Innocent. *in cap.* 1. *nu.* 2. *in fine, vers. Et etiam si non se emendauerit, extra de apostatis,* & ibi Hostiens. *n.* 4. *vers. Et si monitus, & dicto n.* 4. *in fine, vers. Tertij dicunt,* Ioan. Andr. *n.* 4. *vers. Et si monitus.* Henric. Boic *num.* 3. *vers. Et clericus admonitus.* Ancharan. *nu.* 1. Anton. de Butrio *nu.* 3. *vers. Secundo nota, & nu.* 4. vbi propterea; quod ad hoc, vt dimissio habitus faciat amittere priuilegium clericale, debet esse longa, & continua, *& n.* 8. *&* 9. vbi alia ad materiam. Abb *nu.* 4. 5. *&* 6. vbi late tractat, an, & quando Clericus dimisso habitu, & tonsura, sæculariter viuens perdat priuilegium clericale, & quod, de quo etiam ibidem per Marian. Soccin. *nu.* 5. per Ioan. de Anania *n.* 9. & per Card. Zabarell. *ante nu.* 1. *col.* 1. *in* 2. *&* 3 *oppositione,* & quod Clericus incedens in habitu sæculari, si trina præcedente monitione non reassumpserit habitum, perdat priuilegium Clericale, allegatur tex. *in c. contingit, il secundo; de senten. excommunicat.* per quæ iura sic etiam affirmauit Glossa *in cap. Tuæ, in verbo, Habitum clericalem,* & ibi etiam Hostiens. *post nu.* 1. *extra eodem tit. de apostatis,* idem Hostiens. *in summa rubric. de apostatis §. Qualiter puniantur num.* 3. *vers. Item caret priuilegio clericali;* addens ad Angelic. *in summa in verbo, Apostasia, num.* 3. *litera* C. *in verbo, Contrarium, in fine, versic. Et perdit priuilegium Clericale,* summa Syluestrin. *in eodem verbo, Apostasia, nu.* 11. *vers. Item interim caret priuilegio Clericali,* Diaz *in pract. crimin. Canon. in verbo, Apostatæ, cap. mihi* 111. *num.* 2. *post medium, vers. Item quod caret priuilegio Clericali.* Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 73. *num.* 4. 122

vbi

vbi quod Clericus apostata laice viuens, non perdit ipso iure priuilegium Clericorum, sed si fuerit captus Ecclesia eum non vendicat, quia ex quo ipse Ecclesiam contempsit merito etiam ab Ecclesia contemni debet, & nu.5. quod isto casu, si apostata Clericus ter monitus redire noluerit, tunc amittet omnia priuilegia clericalia, & ibi etiam ponit, quod si Clericus non solum laicaliter viuit, sed etiam exercet actus omnino Clericorum vitæ contrarios, vt puta, ducere vxorem, militiam, & arma exercere, & num.6. an sufficiat generalis monitio, vt omnes Clerici assumant habitum, & tonsuram, alias censeantur priuati omni priuilegio clericali, & num.22. ponit quinque requisita ad hoc, vt apostata Clericus, Clericalia priuilegia amittat, Menoch de arbitr.qu.lib.2. centur.6.cas.546.nu.48.vers.Tertia est pœna.

123 AMPLIA VI. † Vt Clericus apostata propter dimissionem habitus non solum sit infamis, à testimonio repellatur, sit excommunicatus, & perdat priuilegium Clericale, vt suis locis dictum est, sed etiam si admonitus se non correxerit, deponendus sit, cap. Sine; & c. Præcipimus 21.qu.4.& cap.si autem, cum duobus sequentibus 16. q.3. Per quæ iura sic voluit summa Syluest. in verbo Apostasia, nu.11. vers. Item interim si admonitus se non correxerit. Diaz in pract. crim. Can. in verbo Apostata, ca.mihi 111. post n.2. vers. Et clericus admonitus, si se nō correxerit, deponendus est. Læl. Zech. in summa par.1.tit.de fide c.24.rub.de apostasia n.2.vers. Si vero sit in sacris constitutus vbi amplius ex Bulla Sixti V. de qua supra dixit, quod constituti in sacris ab ordine recedentes per dimissionem habitus, & tonsuræ incurrunt amissionem beneficiorum etiam nulla præcedente monitione ipso facto, ac etiam pensionum si quas habent quæ propterea cassatæ, & extinctæ censeantur.

124 AMPLIA VII. † Vt Clericus apostata propter dimissionem habitus sit etiam excommunicatus, vt dixi supra hac eadem quæst. nu.108. vbi etiam quid si in excommunicatione per annum perstiterit. Quod sic repetere superfluum est.

125 AMPLIA VIII. † Vt Clerici apostatæ propter dimissionem habitus possint cogi ad reassumendum illū per censuras Ecclesiasticas, & per carcerationem, dixi supra hac eadem quæst. n.78. Hic repetere non est necesse.

126 LIMITA I. † Propositam Regulam, vt Clericus apostata in laicali habitu incedens hæreticus non sit, & hæc limitatio nullam habet difficultatem ex allegatis per Vmbert. Locat in iudicial. inquisitor. in verbo Apostata, nu.1. vers. Qui vero secundo modo, Decian. in tract. crim. lib.5. cap.71.num.3. vbi quod iste apostata non est hæreticus, nisi crederet ei hoc licere sine peccato, Eymeric in Director. inquisitor. par.2. qu 49. nu.2. vers. Qui primo modo apostatant. Læl. Zecch in summa par.1.tit.de fide cap.24 rubr. de apostasia nu.3. vers. Ex his apostatis.

127 LIMITA † II. Eandem regulam procedere in Clerico, qui fuerit aut in Sacris ordinibus cōstitutus, aut etiam in aliqua Religione professus, secus si fuerit Clericus secularis, & in minoribus ordinibus constitutus, quia tunc nec apostata dicitur, nec habitum clericalem reassumere cogi potest, cum incedendo in habitu seculari, dicatur Clericalem habitum dimittere, clericaliq; ordini renunciare, cap. ex literis, de vit. & honest. Clericor. c. Ioannes, de Cler. coniugat. c. Quisquis 84. dist. Per quæ iura sic affirmarunt Innocentius in c.1.n.3. vers. Non obstat quoniam loquitur, & iterum infra in verbo Clerici, vbi etiam Hostiens. sub nu.3. & Henrich. Boich. nu.2. post medium, vers. Et quod dictum est, extra de apostatis; quod & latius in cap. Tua, extra eodem tradiderunt Glossa in verbo Tolerandi, Abb. antiq. nu.1. Innoc. in vers. Responde quod hoc ibi licebat. Host. n.1. in verbo Coercendi vers. Et est hoc intelligendum, & nu.2. vers. Hi vero, qui in minoribus, Ioan. Andr. nu.2. vers. In Glossa secunda. & num.3. Anton. de Butrio nu.44. Abb. Siculus nu.3. vers. Aut non possit, & beneficia, & n.4.& 5. Marian. Soc. post nu.3. vers. Secus si non habet beneficium, Ioan. de Anania n.2. vers. Constitutus vero in minoribus, & n.11. vbi de Communi, & Card. Zab nu.1. vbi de veriori opinione, Armilla in summa in verbo, Apostasia, n.8 vers. Secus si non tenet beneficium, & nu.9. summa Rosella, in eodem verbo, Apostasia, n.2. summa Angel in dicto verbo. Apostasia, nu.1. vers. Secus si esset in minoribus, & summa Syluestr. etiam in eodem verbo, Apostasia, n.5. & nu.8. vbi dixit, quod licet per iura antiqua videatur, quod habens primam tonsuram eam deserere non possit, hodie tamen tam de consuetudine, quam de iure potest eam deserere, Adde Læl. Zec. in summa par.1. tit. de fide cap.24. rubr. de Apostasia nu.2. vers. Quo vero ad dimissionem habitus, vbi propterea dixit, quod Clericus in minoribus constitutus dimittens vestes Clericales & deferens tonsuram, non peccat mortaliter, nisi inde scandalum surgat, dimittens vero habitum, & tonsuram, peccat venialiter.

128 Et † licet Rayner. & Hostien. in eorum summis, quos refert Ioan. Andr. in cap. tuæ, post num.3. de Apostatis, iuribus ibi per eum allegatis, dixerint, Clericum etiam primæ tonsuræ cogi posse ad ferendum habitum Clericalem, & tonsuram, & sic quod illum non ferendo, non possit ordini Clericali renunciare.

129 Magis † tamen Communiter receptum est, quod Clerici primæ tonsuræ, & in minoribus ordinibus constituti non possint sine licentia Episcopali clericalibus ordinibus verbo renunciare, sed facto sic, vt ibidem per Io. Andr. qui pro responsione contrariorum in hac distinctione residet, & eum secuti sunt in eodem cap. Tuæ; Anchar. nu.3. vers. Raynerius tamen, Ant. de Butrio nu.5.& & nu.8. Abb. nu.5. Marian. Soc. nu.5 in fine, Ioan. de Anania nu.3.& 4.& 13.& Cardin. Zabar. nu.1. Quod & idem in cap.1. extra eodem, affirmauit Henrich. Boic. num.2 ante finem, versic. Dicebant etiam. Armil. in summa, in verbo Apostasia, num 10. Rosella in summa in eodem verbo Apostasia, nu.9. vers. An autem Clerici in minoribus ordinibus existentes. Summa Angel. in verbo Apostasia, nu.3. vers. Vtrum in minoribus ordinibus existentes, & summa Syluestr. etiam in eodem verbo Apostasia, nu.5.

130 De † qua re, an scilicet, & quando clericus primæ tonsuræ, qui tonsuram dimisit, cogi possit ad illam reassumendam, vide Hostiens. in summa de Apostatis, §. Qualiter puniatur num.4. vers. Quid si Clericus; Goffred. in eadem summa de Apostatis, nu.5. & seq.

131 SVBLIMITA I. † hanc secundam limitationem, vt licet Clericus in minoribus ordinibus constitutus, incedens in habitu seculari non possit cogi ad reassumendum habitum clericalem præcise, per carcerationem, & Ecclesiasticam censuram, potest tamen cogi causatiue, præcedente scilicet monitione, & alias prout docet Abb. Marian. Soccin. & Ioan. de Anania in cap. Tuæ, de apostatis; in locis vbi supra allegatis; Summa Armilla in verbo Apostasia, num.8. vers. Si tamen moneantur. Addentes ad Angel. in summa in verbo Apostasia, nu.1. litera H. in verbo, nisi dimittant.

132 SVBLIMITA II. † eandem secundam limitationem procedere in Clericis in minoribus ordinibus constitutis non habentibus beneficia, secus si beneficium habeant, quia tunc non deferendo habitum clericalem, & Apostatæ dicuntur, & cogi etiam possunt ad deferendum habitum clericalem, vt in eodem c. Tua, extra de Apostatis, tradiderunt Ioan. Andr. nu.2. post medium, vers. Et hoc videtur verum. Anton. de Butrio nu.6. vers. Hoc intellige, nisi beneficium habeat, & nu.7. vers. Et hoc verum est non vult retinere beneficium. Abb. num.3.& num.4. vers. idem de constitutis in minoribus, qui habent beneficium, Marian. Socc nu.3. vers. Idem etiam dicendum; & post nu.4. vers. idem in habentibus beneficia. Ioan. de Anania sub num.11. vbi de communi, & post nu.12. Goffr. in summa de Apostatis nu.4. vers. Quod verum est, nisi beneficium habeat; summa Armilla in ver-

in ver-

in verbo, Apostasia, nu.8. vers. Si autem est in ordinibus minoribus, & tenet beneficium, & num.9. Summa Rosella *in verbo, Apostasia, nu.2.* Angel. *in summa, in eodem verbo Apostasia, n.1. vers. Et hoc verum, nisi tales existentes in minoribus habeant benefic. & ibi in additionib. litera I. in verbo, Et dimittunt.* Summa Syluestr. *etiam in eodem verbo, Apostasia, nu.5. vers. Fallit tamen & nu.8. in fin.* Clar. *in pract. crim. §. final. qu.78. nu.4. sub vers. Apostata punitur, in fine,* vbi de Communi ex Ioan. de Anania *in loco praallegat.* Decian *in tract. crim.5. cap.73. n.23. & 24.* Card. Tusch. *pract. concl. lit. A. concl.424. nu.4. & nu.7.* Menoch. *de arbitr. q. lib.2. cas.546. nu.50. & n.52. centur.6.* Lel. Zecch. *in sum. par.1. tit. de fide, c.24. rub. de apostasia n.2. vers. Si vero his habet benef.* vbi dixit, quod si clericus in minoribus constitutus dimittat habitum, & tonsuram, & habeat beneficium, non solum peccat mortaliter, sed etiam beneficio priuatur ex Bulla Sixti V. de habitu, & tonsura, &c. in ordine 30. *par.2. fol. mihi* 165.

133 SUBLIMITA III. † in Religioso professo, & sic in Clerico regulari, qui etsi in minoribus ordinibus constitutus sit, dicitur tamen apostata non deferendo habitum Religionis, sic enim omnes Canonistæ Communiter tradiderunt *in d. cap. Tuæ, de apostatis, in locis vbi supra allegatis.*

134 Nunquid † autem clerici in minoribus ordinibus constituti, per actum contrarium Clericatui, nedum ob non delationem Clericalis habitus, dicantur clericalibus ordinibus renunciasse, & Priuilegium Clericale amisisse, & quando; Tractatur hæc materia per Canonistas *in cap.1. extra de apostatis.* vt ibi videre est apud Innoc. *nu.1. & nu.3.* Hostiens. *nu.4. & nu.5.* Ancharan. *nu.2.* Anton. de Butrio *num.5.* Abb. *nu.7. & 8.* Marian. Soccin. *etiam nu.7. & 8.* Ioan. de Anania *nu.10. & sequentibus,* & Cardin. Zabarell. *num.4. vers. Quæro numqud constituti in minoribus,* Hostiens. *in summa rubric. de apostatis §. qualiter puniantur nu.4. vers. Quid si clericus,* vbi de clerico, qui vxorem duxit; summa Angelica *in verbo, apostasia, nu.9. & ibi in additionibus litera C. in verbo contrarium;* Syluestr. *in summa in eodem verbo, apostasia, num.5. in fine,* vbi de clerico in minoribus ordinibus constituto, ducente vxorem, & conuertente se ad negotia sæcularia, retinente tamen insignia clericatus, *& nu.11. ante medium, vers. si vero sit in minoribus,* vbi de Clerico Bigamo, vel recipiēte ministerium occidendi, vel mutilandi, aut aduocandi in causis criminalibus, seu alios contrarios actus, de quibus ibi, faciente.

135 Et † numquid clerici in minoribus ordinibus constituti, non habentes beneficium, peccent, deserendo habitum, & tonsuram, & an mortaliter, & quando, vide Angelic. *in summa, in verbo apostasia num.7.* & latissime per Dominicum Bannes *in commentar. ad D. Thom. 2. 2. quæst.12. art.1. in vltima disputat. vers. sed habet difficultatem in hoc loco, & seqq. & vers. sed quoniam ex ordinis susceptione, & seqq.* & ibi etiam Gregor. de Valentia *vers. Quæritur etiam circa apostasiam & seqq.* & Alex. Pesant. *disp.4. per totam.*

ARGUMENTUM.

De Schismatis materia communia quædam, & qui præsertim Schismatici dicantur.

SUMMARIA.

Schismatis materia tractatur per Doctores remissiue allegatos, num.1.

Schismatis species triplex est. Quidam enim schismatici sunt consummati hæretici, quidam alij sunt hæreticis proximi, & quidam alij sunt ab hæreticis distantes, exempla ponūtur n.2.

Schismatici aliqui dicuntur largissime sumpto vocabulo, aliqui large, aliqui stricte, & aliqui strictissime, exempla ponuntur num.3.

Schismaticorum appellatione veniunt schismatici stricte, & proprie, non autem large, dicto num.3. in fine.

Schismatis atrocitas, num.4.

Schisma numquid sit crimen grauius Idololatria, *Infidelitate, & Hæresi, dicto nu.4.*

Schismaticus differt ab hæretico in hoc, quod hæreticus credit vnitatem Ecclesiæ, sed opponit se fidei, schismaticus vero è contra, num.5.

Schisma est contra mores, & vinculum charitatis; Hæreticus vero est contra fidem, dicto num.5. ad medium.

Schisma differt à seditione in duobus; Primo, quia schisma opponitur vnitati multitudinis Ecclesiæ, seditio vero opponitur vnitati multitudinis temporalis, puta ciuitatis, vel Regni. Secundo seditio respicit præparationem ad pugnam corporalem, schisma vero ad dissensionem spiritualem, dicto nu.5. in fine.

Schisma proprie sumptum est illicita disceptatio eorum, inter quos debet esse vnitas; vel sic: Est illicitus ab vnitate, vel vniuersitate discessus, nu.6. vbi ponuntur alia schismatis diffinitiones.

Schismatis diffinitiones plures ponuntur num.6.

Schisma est nomen Græcum, & scissuram significat, nu.7.

Schismatici strictissime, & proprie dicuntur, qui diuisi ab vnitate Ecclesiæ Romanæ, conantur suos Episcopos, Presbyteros, & Constitutiones facere, Ecclesiæque Romanæ veras Constitutiones contemnunt, num.8.

Schismatici dicuntur, qui summo Pontifici subesse renuunt, membris Ecclesiæ communicare recusant, scissuram facientes, aliamq; Ecclesiam, & alium Pontificem constituentes, nu.9.

Pontifici & Sedi Apostolicæ non obedientes schismatici sunt, num.10.

Vbi de materia huius conclusionis.

Hæreticus est, qui credit contemnendas esse literas Papæ mandantes aliquid sub pœna indignationis Dei, & Apostolorum, num.10. post medium.

Pontifici non obediens, non quia credat illi non esse obediendum, sed ex aliqua particulari causa, non est hæreticus, aut schismaticus, num 11.

Pontifici non obediens, schismaticus non est, nisi inobedientia sit cum rebellione, num.12.

Schismatici dicuntur etiam Imperatores, Reges, & Principes, qui contra Romanam Ecclesiam veniunt, num.13.

Schismatici sunt diuisi ab Ecclesia, etiam quod non habeant errorem in mente, & quod credant articulis fidei. Declara vt nu.14.

Apostatæ dicuntur etiam schismatici, num.15.

Iurantes tenere schisma, depositionis pœnam incurrunt, nu.16.

Fautores, defensores, & adhærentes schismaticorum, puniuntur pari pœna, qua puniuntur schismatici, & alias, prout nu.17. & 18.

Participantes cum schismaticis sunt excommunicati, num.19.

Ignorantia non excusat schismaticos, n.20.

Schismaticos non excusat multitudo delinquentium, nu.21.

Schismatici possunt cogi, sicut coguntur hæretici ad redeundum ad Ecclesiam, nu.22.

Criminosi, non proprie, sed largissime, schismatici dicuntur, numer.23.

Peccato mortali innodati, non proprie, sed largissime dicuntur schismatici, nu.24. & 25.

Vbi etiam quod non dicitur apostata, nisi largo modo.

Excommunicati schismatici non dicuntur, nisi large sumpto vocabulo, num.26.

Coniurantes, & conspirantes contra Episcopum, dicuntur schismatici, sed largo modo, num.27. & 28. Vbi etiam quid si coniuratio, & conspiratio contra Episcopum esset de re licita, vt puta de accusando Episcopum Hæreticum, & alias, vt dicto num.28.

Episcopum eiicientes, illiusque iurisdictionem exercentes faciendo sacerdotes, Episcopalemq; sedem occupando, dicuntur schismatici, nu.29. Nisi adhuc superiorem Romanam Ecclesiam recognoscerent; tunc enim dicuntur potius inobedientes, quam schismatici, nu.30.

Acephalus quis sit, & an dicatur schismaticus, num.31. & 32.

Schisma-

Schismatici non sunt, qui à propriis Episcopis seipsos separant, quando contra eos Altaria non erigunt, nu. 33.

Schismaticus pœnitens, & ad fidem rediens, recipitur sicut hæreticus, nu. 34. Abiurare tamen tenetur, nu. 35.

Schismaticus pœnitens, & ad Ecclesiam rediens, licet recuperet dignitates, & præeminentias, est tamen de iure communi ineligibilis, nec potest amplius promoueri, nisi fuerit plenissime restitutus. Nam tunc recuperat etiam beneficia, & bona in alium translata, & locum in Concilio, nu. 36.

QVÆST. CLXXXIV. §. 1.

1 SCHISMATIS † materiam, vltra infrascriptos, vide in iuribus allegatis per Ioan. Andr. *in rubric. extra de Schismaticis*, & ibi per Ioan. de Anan *ante nu. 1. vers. Habetur de materia*, Summistas omnes *in verbo Schisma*, Franc. Pich. *in libro de fide*, Theodor. 17. Pelag. *de Planctu Eccles. art. 65.* Alphons. de Castro, *lib. 1. aduersus hæreses, capit. 9.* Rebuff. *in practic. benefic. parte 3. rubr. De modo amittend. benefic. numer. 29.* Prælat. *rubr. de Regno Nauarræ, part. 1. per 15. capita*; vbi latissime; Diuus Thom. 2. 2. q. 39. & ibi Caietan. & alii commentantes, ac præsertim Bannes, Valentia, & Pesantius, Alex. de Ales *par. 2. qu. 182.* Sanctus Bonauentur. *lib. 4. sententiarum distinct. 13.* & ibi late Gabriel Biellius, & Petr. de Palude; Augustin. de Acona *in summa de potestate Ecclesiastica quæst. 25.* Summa Antonin. *par. 2. tit. 3. cap. 11.* Conrad. Brun *in tract. de hæreticis lib. 1. cap. 16. & lib. 2. per totum*, Ioan. Azzor. Iesuita *institut. moralium part. 1. lib. 8. cap. 20. rubr. de Schismaticis.* Fabian. Iustinian cum allegatis per eum *in suo indice generali, in verbo Schisma*; Iacob de Graffijs, *lib. 4. suarum decisionum cap. 18. num. 51. & seqq.* Pro cuius faciliori cognitione

2 PRÆMITTO I. † Quod triplex est Schismaticorum species; Quidam enim sunt consummati hæretici, qui non solum à summo Pontifice, & ab Ecclesiæ vnitate discedunt, sed id etiam licere credunt, vel putantes non esse vnitatem in Ecclesia Catholica, vel certe credentes non esse obediendum summo Ecclesiæ Pastori: Quidam alij sunt Schismatici hæreticis proximi, qui scilicet nondum in aliquam aliam hæresim inciderunt, sed tantummodo ab vnitate Ecclesiæ, ac summi Pontificis obedientia discedunt. Quidam alij, & tertio loco sunt Schismatici ab hæreticis distantes, qui probabili ignorantia ducti putant aliquem esse summum Pontificem, qui recte electus non est, de quibus omnibus vide bene declarantem, & exemplificantem, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 58. de Schismaticis num. 4. & sequentibus, & in Enchirid. violat. Religion. titulo 5. rubr. de Schismaticis num. 2. & sequentibus*, vt idem repetit Petrus Gregorius *syntagma. iuris lib. 33. capit. 11. numer. 2. versic. Schisma multiplex est*, vbi pariter ponit triplicem Schismatis speciem; vnam scilicet in fide, aliam propter diuersam fidem, & aliam ob diuersam in actibus Ecclesiasticis sententiam, cum discessione ab Episcopali audientia, ex Diuo Augustin. *in loco per eum relato.* Toletus *de instructione sacerdotum libro 4. capit. 11. nu. 2.* vbi dixit, quod Schisma aliquando est cum hæresi, & aliquando sine hæresi; Cum hæresi dicitur iunctum Schisma in eo, qui habet in intellectu errorem contra fidem, vtputa separando se ab obedientia Papæ, non credens eius potestatem; Sine hæresi dicitur Schisma in eo, qui non habet talem errorem in intellectu, credit enim potestatem Papæ, aliqua tamen passione motus ab illius obedientia se subtrahit.

3 PRÆMITTO II. † Quod Schismatici pluribus modis in iure capiuntur; aliqui enim dicuntur Schismatici largissime sumpto vocabulo, prout sunt omnes criminosi, vel constituti in peccato mortali, de quibus dixi *infra hac eadem quæstione numero 23. & 24.* aliqui large Schismatici dicuntur, prout sunt excommunicati, de quibus etiam dixi *infra hac eadem quæstione num. 26.* aliqui autem stricte dicuntur Schismatici, prout sunt insurgentes contra Episcopum, illum eiicientes, & presbyteros facientes, recognoscunt tamen Romanam Ecclesiam, de quibus pariter dixi *infra hac eadem quæstione num. 27. & sequentibus*, aliqui autem strictissime, & proprie dicuntur Schismatici, de quibus loquitur Text. *in capit. primo & secundo extra de Schismaticis*, ij scilicet, qui se contra Romanam Ecclesiam extollentes ab illius vnitate se diuidunt, de quibus in specie dixi infra pariter hac quæstione *num. 8.* & de quibus omnibus infra mox singulariter dicam; sic enim communiter omnes Canonistæ Schismaticos dici posse tradiderunt *in d. c. 1. extra de Schismaticis*; licet eorum aliqui tribus tantummodo modis, largissime scilicet, large, & stricte Schismaticos in iure accipi tradiderunt, vt etiam videre est apud Angel. *in summa in verbo Schisma, in principio, vers. aliquando Schisma accipitur large, & ibi in additionibus, in verbo large*; summa Syluestrin. *in verbo Schisma ante num. 1 in principio; versic. Ideo Schisma tripliciter sumitur, in genere scilicet, in specie, & alias*, vt ibi per eum, qui bene declarat, & exemplificat, *& in fine principij, versic. Sed secundum mentem Panormitani, & versic. Et largissime distinguit, & declarat, quando Schismaticus quis dicatur strictissime, & quando large*; ad quæ vide etiam Tabien. *in summa in eodem verbo Schisma num. 1. vers. Nota igitur*; Paul. Grilland. *in tract. de hæreticis, quæst. 2. nu. 7. vers. & isti quoque sunt duplicis speciei*; Decian. *in tract. crim. libro 5. capite 60. num. 3.* vbi dixit, Schismaticos quandoque accipi largissime, quandoque large, quandoque stricte, quandoque magis stricte, & quandoque strictissime, & singulos prædictos bene exemplificat Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis parte 1. nu. 503. & sequenti.* Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi libro 2. cap. 36. numer. 2.* vbi dixit, duplicem esse schismatis modum. Primus, quo quis se à capite Ecclesiæ cæterisque membris separare vult: Secundus quo quis vel à solo capite, vel à solis membris Ecclesiæ se separare intendit; Dicitur autem separari à capite, quoties Romano Pontifici Ecclesiæ capiti quis subesse, subiicique renuit; Ab aliis autem Ecclesiæ membris dicitur separari, quando quis ita vult spirituales actiones exercere non vt pars Ecclesiæ Catholicæ, sed tanquam si ipsemet esset quiddam totum seorsum ab ea, ex Caiet. Valentia *in locis ibi per eum relatis*, & hanc distinctionem ab omnibus recipi testatur.

Schismaticorum autem appellatione veniunt schismatici stricte, & proprie, non autem large, verba enim in proprio significatu in dubio accipienda esse notissimi iuris est, & in specie adnotauit Marian. Soc. *in c. 2 n. 1. & 2. extra de schismaticis.*

PRÆMITTO III. † Quod Schisma non tam graue crimen est, quam crimen idololatriæ, infidelitatis, & 4
hæresis, ex plene deductis per Marian. Soccin. *in rubric. de Schismaticis numer. 16. & sequentibus*, vbi pluribus hanc probat conclusionem, & respondet contrariis, licet quandoque possit etiam contingere, quod schismaticus magis peccet, quam infidelis, vel propter maiorem contemptum, vel propter maius periculum, quod producit, vel propter alias circumstantias, de quibus ibi per eum, & fuit doctrina D. Thomæ. 2. 2. *quæst. 39. articulo secundo*; vbi propterea dixit, grauitatem peccati dupliciter posse considerari, vno modo secundum suam speciem, alio modo secundum circumstantias. Primo modo illud dicitur maius peccatum, quod maiori bono contrariatur, & ideo cum certum sit infidelitatis peccatum esse contra ipsum Deum, schisma autem contra Ecclesiasticam vnitatem, quæ minus bonum est quam ipse Deus, idcirco infidelitatis peccatum ex suo genere grauius est quam peccatum

Schismatis, licet possit contingere, quod aliquis Schismaticus grauius peccet quam infidelis, vel propter maiorem contemptum, vel propter maius periculum, vel propter alias aggrauantes qualitates, & ibidem Gregorius de Valentia idem firmat, proponit contraria, sicut proposuit D. Thomas, & illis respondet, subditque, Schismatis peccatum non solum esse mortale, sed etiam grauissimum forte inter omnia alia, quæ committuntur contra proximum, Arnald. Albertin. *in rubr. de hæreticis, in 6. quæst. 11. num. 1. versic. schisma potest esse peccatum grauius*, summa Rosell. *in verbo hæreticus n. 23.* Syluestrin. *in summa in verbo Schisma num. 2.* summa Tabien. *in eodem verbo Schisma num. 2.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis parte 1. numero 529.* Simanc. *cathol. institution. tit. 58. rubr. de Schismaticis num. 3.* Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz in pract. crimin. canon. in verbo Schismatici, capit. 112. in principio additionis, versiculo, & note*, vbi quod Schisma est summum malum, & à Deo magis punitur quam parricidium, & idololatria, & alia de attrocitate huius criminis. Petrus Gregorius *syntagma. iuris lib. 33. capit. 11. numer. 1.* vbi dixit, quod crimen schismatis lædit diuinam maiestatem, Schismaticusque dicitur rebellis, perfidus, sacrilegus, inobsequens, seruus, & filius impius, *& numer. 3.* vbi quod Schismatici sunt peiores Paganis, Decian. *in tractat. crim. libro 5. capit. 63. per totum*, vbi latissime huius criminis attrocitatem probat, explicat, & exornat, & inter alia dicit, quod licet hęresis inspecto principio grauius sit crimen simplici Schismate, quia hæreticus immediate rebellis est Christo, Schismaticus vero vnitati Ecclesiæ, quia tamen Schismatici perseuerant, & sic perseuerantes, necessario in hæresim incurrunt, hoc ideo data perseuerantia, Schismatis crimen grauius videtur hæresi, cum duo annexa contineat crimina, *capit. non offeramus*, & ibi Glossa *vltima 24. quæst. 1.* cum aliis per Decian. *vbi supra numer. 1. post principium, versiculo, & licet hæresis*, vide quæ dixi *infra hac eadem quæstione num. 53. & sequentibus*, vbi posui, an Schismaticus sit hæreticus.

5 Præmitto IV. † Quod differunt hæreticus & Schismaticus in hoc, quod hæreticus non opponit se directe vnitati Ecclesiæ, sed fidei; Schismaticus vero è contra. Text. *est in capit. inter 24. quæstione tertia*, vbi ad literam dicitur: *Inter Hæresim & Schisma hoc interesse arbitramur, quod Hæresis peruersum Dogma habeat; Schisma propter Episcopalem dissensionem ab Ecclesia pariter separet*, & ibi Glossa *in figuratione casus* aliam ponit differentiam, quia scilicet hæresis prauam habet doctrinam, Schisma vero non, item hæresis nulla fit occasione, sed sponte, Schisma vero si propter dissensionem, licet sicut hæresis, ita Schisma Ecclesiam lædat, *& in verbo, Et Schisma*, aliam ponit differentiam, eam scilicet, quæ est inter dispositionem, & habitum; primo enim dicitur Schisma, sed cum post Tempus pertinaciter adhæserit suæ sectæ dicitur hæresis, quod aperte probatur *in dicto capite Inter hæresim, versiculo Quod quidem, in principio*; Vel aliter dicas, quod Omnis hæreticus sit Schismaticus, sed non è contra, & sic inter eos sit illa differentia quæ est inter genus, & speciem, vt ibi per Glossam, ad quæ omnia, & alia, in quibus scilicet Schisma differat ab hæresi, & an omnis hæreticus dici possit Schismaticus, vel è contra. Vide etiam Archidiacon. Bellam. & Turrecrem. *in dict. cap. inter hæresim, quæst. 3.* latissime materiam hanc pertractantes; Hostiens. *in summa de Schismaticis §. & vnde dicatur num. 2. versiculo. Differt autem ab hæresi*, & ibi addentes *litera C.* Goffred. *in summa de Schismaticis, numer. 2.* Felin *in capit. firmissime, in principio, versic. Differunt tamen, extra, de hæreticis*; Marian. Soccin *in rubr. de Schismaticis numero septimo*, & ibi etiam Ioan. de Anania, *numero 4. ad finem versiculo. Differt autem*, & etiam vide eundem Marian. Soccin. *in rubrica extra, de hæreticis num. 11. & sequentibus*, vbi inter alia dicit, quod stricte, & proprie, inter hæresim & Schisma est differentia ex parte oppositi, nam Schisma apponitur Paci; hæresis vero opponitur fidei, & hac sumpta occasione, late disputat, an hæresis sit species infidelitatis, & concludit quod sic. Arnald. Albertin. *in rubric. de hæreticis in 6. quæstione 11. numer. 1.* vbi quod hæresis est contra fidem, Schisma vero contra mores, & vinculum charitatis, *& numer. 2. versiculo. Schisma, & hæresis*; vbi pariter dixit, quod Schisma & hæresis sunt vitia diuersa, quamuis quicumque est hæreticus, sit etiam Schismaticus, sed non è contra; Prob. ad Ioan. Monach. *in rubr. de Schismaticis in 6. in principio*, vbi quod Schisma differt ab hæresi à principio, sed si detur perseuerantia, & incorrigibilitas, transcurrit ad hæresim, quibus, & de aliis differentiis inter hæresim, & schisma, addo Rosell. *in summa in verbo hæreticus numer. 21.* Addentes ad Angelic. *in summa in verbo Schisma, in principio litera A. versiculo. Et differt ab hæresi*; summa Syluestrin *in eodem verbo Schisma. num. 1. in principio*; Tabien. *in summa, etiam in eodem verbo Schisma numer. 1.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis parte 1. numer. 498. & sequentibus, & num. 525. & sequentibus*; Repertor. Inquisitor. *in verbo Hæresis §. 1. rubr. quid sit hæresis, versiculo Quæ differentia sit, & ibi in additionibus litera H.* Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo Hæresis nu. 5. & in verbo Schisma num. 1.* Zanchin. *in tractat. de hæreticis cap. 1. numer. 7.* & ibi Campeg. *in additionibus litera C. in verbo Differentia.* Paul. Grilland *in tractat. de hæreticis qu. 2. numer. 7.* Gundisaluu. *in tractat. de hæreticis quæst. 3. num. 1.* vbi bene loquitur Petr. Gregor. *Syntagma. iuris libro 33. capit. 11. versiculo, differuntque, & versiculo, Schisma est recens.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 60. numer. 5. versiculo 1. & sequentibus*, quem bene declarantem videas; Nau. *in Manual. Confessor. cap. 27. rubric. de censuris Ecclesiæ numer. 57.* Eymeric. *in Director. Inquisitor par. 2. quæst. 48. num. 1.* Ludouic. à Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis lib. 3. quæst. 3. nu. 18.* vide *infra hac eadem quæst. num. 53. & sequentibus*, vbi posui, an Schismaticus sit hęreticus, & vide rursus ad hanc eandem materiam D. Thom. 2. 2. qu. 39. *artic. 1.* vbi arguit pro, & contra, & concludit, peccatum Schismatis proprie esse speciale peccatum, & quod distinguitur ab hæresi, secundum ea quibus vtrumque per se, & directe opponitur: Hæresis enim per se opponitur fidei, Schisma autem per se opponitur vnitati Ecclesiasticæ charitatis, & ideo sicut fides, & charitas, sunt diuersæ virtutes, & tamen quicumq; caret fide, careat etiã charitate, ita pariter Schisma & hæresis sunt diuersa vitia, licet quicumque est hæreticus, sit etiam Schismaticus, sed non è contra, & ibidem Gregorius de Valentia *versic. secunda propositio; & seqq.* vbi pariter pluribus probauit, peccatum Schismatis esse speciale quoddam peccatum contrarium charitati, & quod differt ab hæresi, quia licet omnis hæreticus sit Schismaticus, non tamen omnis Schismaticus est hæreticus, & ad eandem materiam vide etiam Azzorium Iesuitam *Institutionum Moralium parte 1. libro 8. cap. 20. rubric. de Schismaticis, quæstione 1. & 2.* Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi libro 2. capite 36. num. 8.*

Numquid † autem Schisma differat à seditione, dic quod sic in duobus. Primo, quia Schisma opponitur vnitati multitudinis Ecclesiasticæ, seditio vero opponitur vnitati multitudinis temporalis, puta ciuitatis, vel Regni. Secundo seditio respicit præparationem ad pugnam corporalem, Schisma autem solum dissensionem spiritualem respicit, secundum Diuum Thom. 2. 2. *quæstione 42. artic. 1. versic. Ad secundum*, vbi tamen subdit, quod tam Schisma, quam seditio, continentur sub discordia, quæ oritur ex superbia & vana gloria, vtraque aduersatur; non vnius ad vnam, sed partium multitudinis ad inuicem. 6

Regv-

6 Regvla † sit, quod Schisma stricte & proprie, prout accipitur *in capit. 1. & 2. extra de Schismaticis*, est *Illicita disceptatio eorum, inter quos debet esse vnitas*; Vel dic, quod est *Illicitus ab vnitate, vel vniuersitate discessus*, secundum Rayner. Goffred. & Archidiacon. in locis relatis per Marian. Socc. *in rubr. extra, de Schismaticis, nu. 1.* Vel secundum Hostiens. pariter relatum ab eodem Mariano Soccino *in loco præallegato*, Schisma est *Illicita diuisio per inobedientiam ab vnitate Ecclesiæ facta*. Et addit Marianus, inobedientia scilicet *Cum rebellione*; sequitur eum Ioan. de Anania *in eadem rubric. extra de hæreticis nu. 4. ante finem, versic. Quid autem sit schisma*. Bellamer. *in capit. Quia verum num. 1. 24. quæstione 3.* vbi etiam quod Schisma est *Illicita dissensio eorum, inter quos debet esse vnitas*, Ad quæ vide etiam Hostiens. *in summa, rubric. de schismaticis*; §. *Quid sit Schisma, numero 1.* Goffred. *in eadem summa de Schismaticis, numero 1.* Summa Armilla *in verbo Schisma. numer. 1.* vbi bene declarat, quid proprie separatio ab vnitate Ecclesiæ, D. Thomas 2. 2. *quæstione 39. articulo 1. versiculo. Et ideo proprie*, vbi propterea dixit, Schismaticos eos proprie reputari, qui spontanea intentione se separant ab vnitate Ecclesiæ, quæ est vnitas principalis, declaratque, Ecclesiæ vnitatem in duobus consistere, scilicet in connexione membrorum Ecclesiæ ad inuicem, seu communicatione, & iterum in ordine omnium membrorum Ecclesiæ ad vnum Caput, qui est Christus, cuius vicem in Ecclesia gerit summus Pontifex, & ibi Dominicus Bannes *in 1. Conclusione, & in 1. Dubitatione*, vbi proponit cōtraria, quibus suaderi videtur, non esse peccatum Schismatis se directe opponere vnitati charitatis Ecclesiasticæ, illis respondet, & bene materiam declarat, ac præsertim quot modis contingat peccare contra vnitatem Ecclesiæ. Quod, & pariter declarat ibidem Gregorius de Valentia *versiculo 1. & sequentibus*, & latius *in versiculo, Tertia propositio, & sequentibus*. Ioan. à Rojas *in tractatu de hæreticis parte prima, numero 501. & sequentibus*. vbi refert diffinitionem Hostiens. vbi supra, singulaque diffinitionis verba bene explicat, & declarat. Summa Rosella *in verbo hæreticus, numer. 20.* Angelic. *in summa in verbo, Schisma, in principio, & ibi addentes litera A, in verbo, Schisma*, Summa Syluestrin. *in eodem verbo Schisma, ante numerum primum in principio*, vbi dixit, quod schisma est *Scissura animarum, quæ vnitati opponitur*, secundum Isidorum, & secundum Diuum Thomam 2. 2. *quæst. 39.* dixit, quod schisma est, *Quod directe, & per se opponitur vnitati*; Et ibi singula huius diffinitionis verba exponit, & declarat, & alia ad materiam huius diffinitionis videas per Tabien. *in summa in verbo Schisma n. 1. in discursu*. Petr. Gregor. *syntagma. iuris lib. 33. cap. 12.* vbi dixit, quod schisma est *Recens congregationis ex aliqua sententiarum diuersitate discessio*. Quibus, & etiam aliis schismatis diffinitionibus, seu descriptionibus, adde Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 60. num. 2.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Directorio Inquisitorum part. secunda quæst. 48. versic. Est autem schisma, fol. mihi 387. colum. 2.* Barthol. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, in Glossa, Nec non Schismaticos, in principio, numer. 1.* vbi dixit, quod Schisma nihil aliud est, quam *Separatio ab vnitate Ecclesiæ vniuersalis, qua Christianus, vel subtrahit se ab obedientia capitis Ecclesiæ, scilicet Romani Pontificis, quatenus Ecclesiæ caput est, vel a Communione membrorum Ecclesiæ, nolens esse eiusdem Ecclesiæ membrum*, & *numer. 2. & sequentibus*, singula huius diffinitionis verba exponit, & declarat, & faciunt quæ dixi *in sequenti 1. ampliatione*, vbi videtur eadem materia. Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi lib. 2. cap. 36. num. 1.* vbi dixit, Schisma esse *disiunctionem, per quam quis se ab vnitate Ecclesiæ separat, in quantum est corpus mysticum ex vniuersis fidelibus, & Romano Pontifice tanquam capite constans*, & hanc diffinitionem dixit esse D. Thomæ 2. 2. *quæst. 39. artic. 1.* & quod eam omnes sequuntur, eamque declarat, quæ quidem omnes diffinitiones licet per diuersa verba prolatæ sint in substantia tamen conueniunt.

Facit † pro hac regula, quia schisma est nomen Græcum, & scissuram significat, *cap. Schisma 24. quæst. 1.* & sic dicitur ab eodem *Scissura*, cum enim vnica sit fides, vnicaque sancta Ecclesia, hoc ideo, qui ab ista vnitate diuisus est, Schismaticus est, in vnitate enim scissura esse non potest, *dicto cap. Schisma*, cum aliis in proposito adductis per Marian. Soc. *in rub. de Schismat. nu. 2. & 3.* & ibi etiam per Ioan. de Anania *num. 4. ad finem vers. Et est istud nomen*, Bellamer. *in cap. Quia vero, nu. 1. vers. Et dicitur Schisma 24. qu. 3.* Host. *in summa rubr. de Schismaticis §. vnde dicatur num. 2.* Goffred. *in eadem summa de Schismaticis nu. 1. vers. Dicitur autem Schisma. D. Thom. 2. 2. q. 39. articul. 1. in princip. & in vers. Respondeo dicendum*, vbi præsertim. Gregor. de Valentia *versiculo primo & seqq.* vbi late declarat, quot modis schismaticus dicatur scindere vnitatem Ecclesiæ, Addentes ad Angel. *in summa, in principio litera A, versic. Et dicitur à scissura*, summa Tabien. *in eodem verbo Schisma, numer. 1. in principio versic. Schisma enim secundum Isidorum*, Zanchin. *in tractat. de hæreticis capit. 1. post num. 7.* Paul Grilland. *in tractat. de hæreticis, qu. 2. num. 6. in principio. versic. Schisma vero dicitur à scissura*, Decian. *in tractat. crim. lib. 5. capit. 60. num. 1.* vbi bene, *& nu. 4.* vbi declarat, quod licet Schisma à scissura dicatur, non per hoc credendum sit, quod ipsa Ecclesia diuidatur, seu scindatur, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymer. in director. inquisitor. part. 2. quæst. 48. Commentar. 73. versic. Schisma vero, fol. mihi 387. colum. 2.* Bartholom. Vgolin. *in tract. de Censuris Pontifici reseruatis, part. 2. in Glossa. Nec non Schismaticos. in principio, nu. 2.* 7

Amplia I. † Propositam regulam, & quidem illatiue ex ea, vt Schismatici strictissime, & proprie secundum materiam nostram, de qua *in capit. 1. & 2. extra, de schismaticis*, dicantur, qui diuisi ab vnitate Ecclesiæ Romanæ conantur suos Episcopos, Presbyteros, & Constitutiones facere, Ecclesiæque Romanæ veras Constitutiones contemnunt, *cap. Nouatianus & capit. Denique 7. quæst. 1. capit. Nulli, 29. distinctione*; Per quæ ita scripserunt *in dicto capit. 1. de schismaticis*, Abb. antiq. *numer. 2. versic. Stricte tamen*, & proprie Innocent. *numer. 1. versiculo stricte dicuntur*; Hostiens. *post numer. 1. versic. stricte vero modo*, Ioann. Andr. *numer. 3. versic. Hic non stricte*, Anton. de Butrio *numer. 4. versic. Quidam sunt Schismatici strictissime*; Ancharan. *in rubr. extra eodem nu. 1. vers. Tamen stricte*, & ibi etiam Anton. de Butrio *in vers. Et dicuntur Schismatici stricte*. Abb. *ante num. 1. & numer. 2. vers. Sed strictissime dicuntur*, Marian. Soccin. *sub num. 4. & 5. vsque ad versicul. Vnde &c. & num. 9.* Ioan. de Anania *num. 3. versiculo. Aliquando & strictissime*, & Cardinal. Zabarell. *num. 1. in versic. Stricte dicuntur schismatici*, Arnald. Albertin. *in rubr. de hæreticis in 6. quæstion. 11. num. 2. versiculo Schismatici proprie sunt*. Simanch. *Catholicarum Institutionem titulo 58. rubric. de Schismaticis num. 1. & numer. 6. & in Enchiridion Violat. Religionis titulo 5. rub. De Schismaticis num. 1.* Carer. *in tract. de hæreticis post num. 32.* Diaz. *in pract. crim. Canon. in verbo Schismatici, cap. 112. in fine*, & ibi Ignat. Lopez *in additionibus in principio*, Petrus Gregorius *Syntagma. Iuris libro 33. cap. 11. nu. 2. vers. Alios sibi enim Episcopos eligunt, & alia Altaria erigunt, & num. 4. vers. Nituntur enim isti soluere vnitatem Ecclesiæ*, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 60. nu. 1. & nu. 2. & num. 3, vers. Strictissime, & num. 4.* vbi declarat, quomodo Schismaticus dicatur diuidere se ab vnitate Ecclesiæ, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis part. prima. num. 505.* Bartholomæus Vgolin. *in tract. de Censuris Pontifici reseruatis parte 2. in Glossa Nec non Schismaticos, in principio, num. 1. & num. 3.* 8

Amplia II. † Et etiam ampliatiue ex præcedenti am- 9

ampliatione, quod qui Summo Pontifici subesse renuunt, & qui membris Ecclesiæ communicare recusant, scissuram facientes, aliamque Ecclesiam, & alium Pontificem constituentes, vere, & proprie schismatici dicuntur. Glossa *in capit. Non autem*, 7. *quæst.* I. *& in capit. Ad nostram, in verbo Ecclesia, de hæreticis*, D. Thomas 2. 2. *quæstione* 39. *articulo* 1. *versiculo. Respondeo in fine, & ibi* Dominicus Bannes *in versiculo Secunda conclusio.* Marian. Soccin. *in rubric. extra de Schismaticis, numero* 5. *versiculo. Vnde, qui*, Arnald. Albert. *in rub. de hæreticis in* 6. *qu.* 11. *nu.* 2. *in principio, & quæstione* 23. *nu.* 58. Item Glossa *in cap. Vnico, de hæreticis in* 6. *in figuratione casus in principio*, vbi Schismatici declarantur Cardinales, qui scientes Pontificem esse canonice electum, alium elegerunt Pontificem, de quo dixi infra *hac eadem quæstione, num.* 61. summa Syluestrina *in verbo Schisma, ante num.* 1. *in fine principij, versic. Sed secundum mentem Panormitani.* Tabien. *in summa in eodem verbo Schisma, numero* 1. *versiculo. Tertio modo*, Vmbert. Locat *in iudicial. inquisitor. in verbo Schisma, nu.* 4. Symanch. *Catholicarum Institutionem, tit.* 58. *rubr. de Schismaticis numer.* 6. Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *capit.* 17. *versiculo* 22. vbi de asserente, duas esse posse vniuersales Ecclesias, *& versiculo* 27. vbi de asserente, Ecclesiam Catholicam posse habere duos Pontifices, de quo etiam ante istos per Carer *in tract. de hæreticis nu.* 30. Paul. Grilland. *in tractat. de hæreticis quæstione* 2. *num.* 6. *in principio*, Diaz. *in pract. crimin. Canon. in verbo Schismatici cap.* 112. *ad finem.* Bartholomæus Vgolin. *in tract. de Censuris Pontifici reseruatis, in Glossa Nec non Schismaticos*, §. 1. *nu.* 1. *versic. secundo in excomunicationem hanc incidit*, vbi dixit, hæreticum esse illum, qui existimat vniuersalis Ecclesiæ caput vnum non esse, *&* §. 2. *n.* 1. *versic. Tertio multo magis, & n.* 2. vbi ponit exemplum in Elisabetha asserta Angliæ Regina, quæ separauit se ab vnitate Ecclesiæ, tam quoad caput, quam quoad membra, aliam Ecclesiam à Romana diuersam faciendo, & se ipsam aliud caput constituendo. Qua in re vide extrauagan. Incip *Gloriosam*, editam de anno 1318. *in versiculo. Primus itaque error, & seqq.* relatam per Franciscum Pegnam post Directorium inquisitorum inter literas Apostolicas *folio mihi* 76. vbi firmatur, errorem esse duas fingere Ecclesias, vnam scilicet carnalem, & aliam spiritualem, & fuit error Fraticellorum damnatus à Ioan. XXII. in dicta extrauaganti.

70 AMPLIA III. † Vt non obedientes, seu recedentes ab obedientia Papæ, & sedis Apostolicæ, reputentur Schismatici, *cap consilia* 17. *distinctione*, per quem tex. sic scripsit Ioan. de Anania *in rubric. de Schismaticis, numer.* 7. & loquitur in Cardinalibus, & aliis Prælatis, qui recedunt ab obedientia Pontificis inquisiti de hæresi antequam esset depositus, D. Thom. 2. 2. *quæst.* 39. *art.* 1. *versic. Præterea illi videntur esse Schismatici, qui Ecclesiæ non obediunt*, & expresse cauetur in Bulla Cœnæ Domini in illis verbis: *Necnon Schismaticos, & eos, qui in animarum suarum periculum se à nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahere seu quomodolibet recedere præsumant.* Arnald. Albertin *in rubr. de hæreticis in* 6. *quæst.* 11. *post num.* 2 Gloss *in cap.* 1. *de Schismaticis, in* 6. *in figuratione casus in principio, versic. Vel nolebant obtemperare Papæ*, Bonifac. de Vitalinis *in Clementin. ad nostram numer.* 44. *& sequentibus, de hæreticis*, Archidiacon. *in cap. inter Schisma num.* 2. *ad finem in verbo Septæ*, vbi de asserente non esse obediendum Romanæ Ecclesiæ, Hostiens *in summa de schismaticis* §. *qua pœna, numer.* 3. *versic. Et dicitur Schismaticus, qui non recognoscit potestatem Romanæ Ecclesiæ*, & ibi addentes *litera E*, vbi in idem allegat Glossam *in cap. Non vos* 23. *quæstion.* 6. Sylnestrin *in summa in verbo Schisma, ante numer.* 1. *in principio, versic. Ideo secundum mentem*, vbi dixit, quod Schismatici sunt, *Qui subesse renuunt Summo Pontifici in quantum est Summus Pontifex, & membris Ecclesiæ ei subiectis communicare recusant*; Et ibi singula verba huius diffinitionis exponit, & declarat, de qua re vide etiam summam Tabienæ *in eodem verbo Schisma n.* 1. *principio, vers. Et ideo proprie Schismatici dicuntur, & vers. Tertio modo*; Repert. Inquisit. *in verbo hæreticus, vers. Non est hæreticus*, qui facit contra statutum Papæ, nisi forte credat, aut teneat, Papæ non esse obediendum, Simanch. *Cathol. inst. tit.* 58. *rubr. de schismaticis nu.* 1. *& nu.* 5. *& nu.* 6. vbi quod iste schismaticus parum distat ab hæreticis, *& in Enchirid. violat. Relig. tit.* 5. *rubr. de Schismaticis n.* 1. Decian *in tract. crim. lib.* 5. *c.* 17. *vers.* 25. vbi propterea dixit hæreticum esse illum, qui credit contemnendas esse literas Papæ mandantes aliquid sub pœna indignationis Dei, & Apostolorum. Gundisal. *in tract. de hæreticis qu.* 3. *& nu.* 2. *&* 3. vbi quod recedens ab obedientia Papæ, nolens superbe, contumaciter, & in contemptum illi subiici, schismaticus est; si vero recederet ab ipsius obedientia, quia crederet eum non habere potestatem Ecclesiæ, & tunc est hæreticus, de quo vltimo dixi *sup. in præced. qu. n.* 56. Ioan. à Rojas *in tract. de hæret. p.* 1. *n* 505. *& seq.* vbi quod de necessitate salutis est obedire summo Rom. Pontifici, *vt in extrau. vnam Sanctam, de maioritat. & obedien. inter communes*, & propterea quod schismaticus est, qui summo Pontifici obedire renuit. Vgol. *in tract. de cens. Pont. reseru. p.* 2. in Gloss. *Nec non Schismaticos, in prin. nu.* 3. *vers. Dixi quinto*, vbi bene de hac materia loquitur, *& nu.* 4. *vers. Dixi postremo.* Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi lib.* 2. *cap.* 36. *nu.* 2. *& nu.* 5. vbi amplius dixit, Schismaticum esse qui subtrahit se ab obedientia Papæ non solum directe, sed etiam indirecte ipso effectu & opere, prout ibi bene exemplificat.

LIMITA I. † Hanc III. ampliationem, vt procedat quando quis Papæ non obedit, quia credat ei non esse obediendum, tunc enim & schismaticus, & hæreticus reputatur, secus si credat obediendum esse, licet obedire nolit ex aliqua causa, secundum Prob. ad Ioan. Monach. *in cap. Præsidentes num.* 2. *versic. Vnde non obediens Papæ, de hæreti. in* 6. summa Syluestrin. *in verbo Schisma, ante num.* 1. *versic. Notanter etiam*, vbi quod non dicitur schismaticus, qui Pontifici resistit, & non obedit propter temporale commodum, vel propter vitandum aliquod periculum, vel ex particulari facto seu indignatione contra eum, Tolet. *de instructione Sacerdotum lib.* 4. *cap.* 11. *numer.* 2. vbi dixit, Separantem se ab obedientia Papæ, quia non credit eius potestati, schismaticum & hæreticum esse, hæreticorumque personis subiacere; subtrahentem vero se ab obedientia Papæ non quia non credat eius potestati, sed ex aliqua alia passione motum, pure schismaticum esse, non autem hæreticum. Barthol. Vgolin. *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis part. secunda* in Gloss. *Necnon Schismaticos, in principio numer.* 4. *versic. Dixi postremo, & numer.* 5. vbi dixit, eum proprie schismaticum esse, qui subtrahit se ab obedientia Romani Pontificis, quatenus Ecclesiæ caput est, non si quis ab illius obedientia se subtraheret ob inimicitias quas secum gereret, vel ob aliud commodum particulare, & in eadem Glossa §. 1. *num.* 4. vbi quod non dicitur schismaticus, renuens obedire Romano Pontifici ex particulari causa, vel ratione rei, vel personæ; Ratione rei, vtputa si Papa iussit, vt restitueret quis locum, quem occupauit, aut quid simile, & ipse non vult restituere, ex Caietan. quem allegat 2. 2. *quæst.* 39. *artic. primo in respons. ad secundum*, idem de eo, qui remouet se ab obedientia Pontificis, non in spiritualibus, sed in temporalibus, vtputa faciendo se subditum alteri Principi, ex eodem Caietan. *in loco præallegato versicul. Ad hoc dicitur*, Ratione personæ, vt in eo, qui se subtrahit à Pontifice ex eo quod illi infensus sit, prout faciunt Banniti, qui in Territorio Pontificis plura committunt homicidia, latrocinia, & alia scelera.

Ioan. Azzor. Iesuita *inst. moralium part.1.lib.8.cap.20.rub. de schismaticis quæst.*4. vbi propterea distinguendo dixit, Pontificis Romani præceptum posse tripliciter recusari: Primo illi non parendo in ea re quam fieri iubet, aut prohibet, vtputa si præcipiat arma deponere, alienum restituere: Secundo eidem nō obtemperando eo quod eius persona est odiosa: Tertio, si quis pontifici subesse, & obedire recuset, tanquam Christi vices in terris gerenti, nolitque se cum Ecclesiæ membris coniungere, quatenus Ecclesiæ membra sint. Primo autem, & secundo modo non obedientem proprie schismaticum non esse affirmat. Tertio autem modo sic. Quod & idem explicauit Thom. Sanchez *in præcept. Decal. lib.2. cap.36.nu.3.& 4.* vbi propterea dixit, non esse schismaticum illum, qui cum sit incola oppidi subiecti temporali Papæ iurisdictioni, non vult ipsi vt temporali illius oppidi Domino subiici, sed alteri Principi.

Aduerte tamen, quod ad effectum incurrendi excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini sufficit aliquem esse inobedientem Pontifici etiam quod hæreticus & schismaticus non sit, vt per Toletum *de Instructione Sacerdotum lib.1. cap.19.nu.10.& 11.& lib.4.c.11.n.2.* Cuius contrarium voluisse videtur Iacob. de Graffijs *lib.4.suarum decisionum cap.18.nu.53.* vbi dixit, posse hunc Papæ inobedientem excommunicari propter inobedientiam, sed non esse suppositum excommunicationi Bullæ Cœnæ Domini.

12 LIMITA II. † eandem tertiam ampliationem, vt non omnis inobediens Pontifici dicatur schismaticus, nisi inobedientia sit cum rebellione, secundum Diuum Thom. *2.2 qu.39.art.1. vers. Ad secundum*, & ibi Dominic. Bannes *in 2.dubitatione, vers. Circa solutionem, & seqq.* vbi bene distinguēdo docet, quot modis quis recusat obedire præcepto vel iudicio Papæ, & quando talis inobedientia rebellionem sapiat, vel non, Marian. Soc. *in rub. de schismaticis nu.*8. Summa Syluestrina *in verbo, Schisma, ante nu.1.in principio, vers. Ideo secundum mentem eius, & vers. Notanter enim dixit*, vbi quod non dicitur schismaticus per inobedientiam Pontificis, nisi illa sit cum rebellione, & pertinacia, vt ibi per eum, qui propterea concludit, quod ad hoc, vt quis dicatur schismaticus non obediens Papæ, requiritur, vt illi non obediat ex eo, quod non vult ipsum recognoscere in Papam, & caput Ecclesiæ, secus si eum recognoscit, sed resistit ex particulari causa, *vt supra nu.11.* ad idem Bartholom. Vgol. cum allegatis per eum *in tractat. de censuris Pontifici reseruatis par.2.* in Glossa *Nec non schismaticos, §.1.num.*4. vbi ponit aliquos casus, in quibus non dicitur schismaticus recusans obedire Romano Pontifici, illum tamen pro vero capite tenens, & habens. Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib.2.cap.36.num.3.* vide tamen Toletum *de Instructione Sacerdotum lib.1.cap.19.num.10.* vbi dixit, excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini incurri etiam per eum qui Papæ inobediens est, etsi eum caput Ecclesiæ esse credat.

13 AMPLIA IV. † Vt etiam dicantur schismatici Imperatores, Reges, & Principes, qui contra Romanam Ecclesiam veniunt: deponuntur enim à Papa, vt in exemplis per Decian *in tract.crim.lib.5.cap.67.nu.21.*

14 AMPLIA V. † Vt schismatici dicantur non solum, qui errorem habent in mente, & articulos fidei nō credunt, sed etiam, qui in mente errorem non habent, & fidei articulos credunt, sunt enim schismatici in duplici genere; Quidam sunt diuisi ab Ecclesia quoad obedientiam solum, nullum habentes fidei errorem in mente, nec male sentientes de articulis fidei; Quidam vero è contra habent etiam errorem in mente, & male sentiunt de articulis fidei, & aliis credendis. Primo casu, licet sint schismatici, attamen non sunt hæretici, sed ad hæresim multum dispositi. Secundo vero casu sunt hæretici puniendi, vt per Vmb. Locat. *in iudicial. inquisit. in verbo Schisma nu.2. & 3.* & ante eum hanc eandem distinctionem posuit Eymericus *in Director. inquisit. par.2. qu.48.num.2.& sequentibus*, & ibi Francisc. Pegna *in additionibus comment.73. litera A. fol. mihi 387. col.2. in fine*, vbi dixit, quod schismatici non habentes errorem in mente licet non sint reputandi hæretici, sunt tamen de hæresi leuiter suspecti, *& fol.388. col.1. vers. Sed vlterius*, vbi amplius, quod isti schismatici non habentes errorem in mente, quandoque etiam vehementer de hæresi suspecti sunt, & *dicto fol.388. col.2. litera B.* dixit, schismaticos errorem in mente habētes omnino sicut hęreticos tractandos, & puniendos esse. Menoch. *de præsumptionibus lib.5. præsumpt.6.nu.24.* vbi, & ipse dixit, schismaticos, vel schismaticorum sequaces dici vehementer suspectos de hæresi, Carer. *in tract. de hæreticis, nu.32. in principio, vers. Quod tamen intellige.* Decian. *in tract. crim. lib.3.cap.18.nu.1. vers. Tertio, qui non errat in fide, & cap.66.nu.* vbi dixit, non excusari schismaticos ex eo, quod fidei articulos credant, & obseruent.

AMPLIA VI. † Vt apostatæ dicantur etiam Schismatici, & Schismatici apostatæ: dixi *in præcedenti quæstione supra nu.7.& 8.* & hic repetere non est necesse. 15

AMPLIA VII. † Etiam in iis, qui iurant tenere Schisma. Nam & isti tales, quod depositionis pœnam incurrant, tex. est, & ibi notant omnes *in cap.1.§. illos vero, extra de Schismaticis*, vbi ad literam dicitur, *Illos vero, qui sponte iuramentum de tenendo schismate præstiterint, à sacris ordinibus, & dignitatibus decernimus manere suspensos.* 16

AMPLIA VIII. † In fauoribus, & defensoribus Schismaticorum, eorumque adhærentibus, nam & ipsi puniuntur, quia non resurgent in die Iudicij, *c. in nomine Domini 23. distinctione*; quod intellige de resurrectione bona, quia mali etiam resurgent, prout bene declarat Ioan. de Anania *in rubr. de schismaticis num.5. vers. Puniuntur etiam ab hominibus*, & propterea eos excommunicatos esse, sicut excommunicati sunt fautores hæreticorum, voluit Hostiens. *in cap.1.num.2. in verbo Excommunicationis, & in vers. Nos dicimus, extra de Schismaticis*, vbi tamen loquitur de adhærentibus Schismaticorum, qui se extollunt contra Romanam Ecclesiam, & ab ipsa se separant. Abb. *in rubr. extra eodem nu.2. post vers. Sed hodie*, & quod fautores Schismaticorum, illisque qui auxilium præstiterint, quod sint excommunicati, probat tex. *in c.1. ad fin. de Schismatic. in 6.* & ibi Gloss. *in figuratione casus, vers. Nota principalem effectum*, Angelic. *in summa in verbo Schisma, num.1.* vbi dixit, quod omnes adhærentes Papæ Schismatici sunt ipso iure excommunicati, & ibi Glossa *in verbo Subiaceant*, Summa Syluestr. *in eodem verbo Schisma, num.5. in principio*, per tex. quem allegat *in cap. licet, extra de election.* ad hæc vide Decian. cum allegatis per eum *in tract. crim. lib.5.c.65.nu.1.& n.5.& c.67. sub n.2.* 17

Et † quod fautores, defensores, & sequaces schismaticorum pari pœna puniantur cum ipsis schismaticis, est tex. *in c. nomine Domini, dist.23.* & voluit Decian. *in tract. crim. lib.5.cap.65.nu.6.& cap.67 sub nu.2. per tex. quem alleg. in cap. si quis inquit §. final.1. qu.1.* in illis verbis, *Pari sententia sit mancipatus.* 18

Et † quod participantes cum Schismaticis sint excommunicati, vide in specie Syluestrin. *in summa in verbo, Schisma, n.5. vers. Secundum quantum ad participantes, per tex. in cap.1. de elect.* vbi tamen, quod talis excommunicatio non est excommunicatio papalis. 19

AMPLIA IX. † Vt Schismaticos non excuset ignorantia, dixi *supra quæst.179. num.17.* & hic repetere non est necesse. 20

AMPLIA X. † Vt à crimine Schismatis, & illius pœna non excuset personarum delinquentium multitudo; nam si à Papa recederet etiam totus mundus, (Quod fieri non potest, quia tunc tota Ecclesia periret, & non 21

& non verificaretur illud Matthæi 16. Portæ inferi non prævalebunt aduersus eam) non tamen quispiam excusaretur, cap. Multi in fine, 2. q. 1. ibi, Non minus ardebunt, qui cum multis ardebunt, & voluit Card. Iacobat. in tract. de Concil. li. 7. art. 1. pag. 418. col. 2. ad med. prout illum sic dicentem refert, & sequitur Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 66. num. 5.

22 Amplia XI. † Vt Schismatici possint etiam cogi, vt sicut hæretici reuertantur ad Ecclesiam, etiam per Brachium seculare, si Ecclesiasticum non sufficit; neq; dicant non posse se cogi adducentes exemplum Christi, qui neminem coegit, quia pro responsione sat est allegare tex. in cap. Schismatici 23. q. 6. cum aliis per Decian. in tract. crim. lib. 5 cap. 68. nu. 6.

23 Limita I. † Propositam regulam, vt criminosi non dicantur proprie Schismatici, sed largissime, cap. Sacerdotes prima qu. 1. cap. Dixi, 25. qu. 3. & cap. Resecandæ 24. quæst. 3. per quæ iura sic scripserunt Ioan. Andr. in rubric. extra de Schismaticis nu. 3. & ibi etiam Ancharan. nu. 1. vers. Et aduertendum, Anton. de Butrio in vers. Large Schismatici dicuntur criminosi, idem Ancharan. dicto num. 1. in fine vers. Dic quod possunt capi; Abb. antiq. in c. 1. nu. 2. vers. Et quilibet etiam criminosi, & ibi etiam Innocent. num. 1. in principio, & Hostiens. n. 1. in verbo Schismaticus, extra, eodem, summa Angelic. in verbo Schisma, in fine principij, vers. Schisma accipitur largissime.

24 Limita II. † in existentibus in peccato mortali, qui non dicuntur schismatici nisi largissime, dicto cap. sacerdotes, prima, cap. Apostolicæ 24. quæst. 3. per quæ, & alia iura sic scripserunt, Abb. in rubr. de schismaticis num. 1. vers. Primo largissime dicuntur, & ibi etiam Marian. Soccin. numer. 7. vers. Et aduerte, vbi bene loquitur, & numer. 9. vers. largissime omnis, qui est in peccato mortali, & Ioan. de Anania nu. 1. in fine, Anton. de Butrio in cap. primo, num. 4. vers. Ad primum, extra eodem, summa Syluestrin. in verbo Schisma, ante numer. 1. vers. Ideoque peccatum schismatis, & in fine principij, versic. Et largissime, vt quoties mortaliter peccatur, Tabien. in summa, in eodem verbo Schisma, num. 1. vers. Nota igitur; Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 60. num. 2. vers. Sed si loquamur, Barthol. Vgolin. in tract. de Censuris Pontifici reseruatis par. 2. In Gloss. Nec non Schismaticos, in principio n. 7. vbi de Communi, Ioan. à Rojas in tract. de hæreticis par. 1. num. 503.

25 Sic, † & licet quis propter peccatum mortale recedat à Deo, non tamen proprie, sed largo modo dicitur apostata; Afflict. in Constitut. Regni de Hæreticis, & Pacterenis cap. 1. nu. 28. rubr. 3.

26 Limita III. † in excommunicatis, qui pariter non dicuntur schismatici, nisi large sumpto vocabulo, cap. Apostolicæ 24. q. 3. c. tam Sacerdos. de excommunicat. per quæ, & alia iura sic affirmarunt Ioan. Andr. in rubric. extra de schismaticis, nu. 3. vers. Et licet largo modo, & vers. Sed excommunicati minus large, & ibi etiam Ancharan. num. 1. vers. Et aduertendum: Anton. de Butrio in vers. Sed excommunicati minus large, Abb sub num. 1. vers. large vero Marian. Soccin. nu. 9. vers. Magis large: Ioan. de Anania post numer. 2. versic. Aliquando dicuntur schismatici large, Cardin. Zabarell. numer. 1. versic. Large schismatici dicuntur excommunicati; Abb antiq. in cap. 1. num. 2. versic. Nota, quod quilibet excommunicatus, & ibi Hostiens. numer. 1. vers. Dicuntur etiam aliquantulum minus large, extra, eodem, Hostiens. in summa de schismaticis, §. Qua pœna, num. 3. vers. Ab hominibus etiam puniuntur; summa Armilla in verbo Schisma. num. 4. Tabien. in summa in eodem verbo Schisma, nu. 1. vers. Secundo modo sumitur schismaticus: Ioan. à Rojas in tract. de hæreticis, par. 1. nu. 504. Paul. Grilland. in tract. crim. lib. 5. cap. 60. nu. 3. vers. Large etiam dicuntur omnes excommunicati, Barthol. Vgol. in tract. de Censuris Pontifici reseruatis par. 2. in Glossa, Nec non Schismaticos, in princ. nu. 6.

27 Limita IV. † in coniurantibus, & conspirantibus contra Episcopum, qui nec etiam dicuntur schismatici, nisi largo modo, & sic non puniuntur pœnis schismaticorum, non enim sunt suspensi ipso iure, sed suspendendi, eorumque ordinationes non irritæ, sed irritandæ sunt, cap. coniurationum 11. qu. 1. cum quatuor sequentibus, per quæ iura sic tradidit Innoc. in cap. 1. ad medium, vers. Dicuntur etiam, Hostiens. post num. primum, vers. Dicuntur etiam schismatici, Anton. de Butrio, num. 4. vers. Tertio magis stricte, Anchar. in rubr. extra eodem, sub nu. 3. & ibi etiam Anton. de Butrio in fine, Marian. Socc num. 9. vers. Alio modo: Ioan. de Anania, n. 3. vers. Possunt etiam dici schismatici, & Cardin. Zabarell. nu. 1. vers. Vnde & dicuntur schismatici, Decian. in tract. crim. lib. 5 c. 60. nu. 3. vers. Stricte qui coniurationem faciunt contra Episcopum, faciunt scripta per Ioan. Azzor. Iesuitam Inst. Moralium par. 1. lib. 8. c. 20. rubr. de schismaticis, quæst. 4. vers. Quæres an schismaticus, vt i dixit, quod licet olim schismatici appellabantur illi qui sese à suis Episcopis segregabant, cap. scire debes 7. quæst. 1. cap. loquitur Dominus 24. qu. 3. hodie tamen magis proprie, & magis stricte schismatici reputantur illi, qui sponte vel à Rom. Pontifice vel à Romana Ecclesia se diuidunt, distinguunt & subtrahunt, Thom. Sanchez in præceptis Decalogi lib. 2. cap. 36. num. 6. vbi pariter dixit, eum qui se ab Episcopo separat, renuens illius authoritati subesse, non proprie, sed large schismaticum dici, ex Hostiens. Abb. Anan. Soccin. Azzor. & Vgolin in locis ibi per eum relatis.

Sublimita I. † hanc IV. limitationem non procedere, quando coniuratio, & conspiratio esset de re 28
licita, vt puta de non obediendo Prælato Hæretico, seu pernicioso, vel de illum accusando, vel contra potentem diffamatum, & eadem coniuratio, seu conspiratio esset facta à bonis viris, tunc enim sic coniurantes, & conspirantes, nec improprie, & nullo pacto esse schismaticos scripsit Innocent. in dicto cap. 1. num. 1. post remedium, vers. Si autem aliqui de aliqua re licita coniurarent, extra de schismaticis, (per text. quem allegat in cap. sane 16. qu. 7.) subdit tamen semper præsumi contra istos coniuratores, & conspiratores, maxime quando coniurant in perpetuum vel generaliter, per tex. in cap. si qui Clerici. quæst. 1:) & ibi Hostiens. num. 1 ad medium, vers. Et quamuis præsumatur. Ioan. de Anan in rubr. extra, eodem, num. 3. vers. Et intelligit prædicta.

Sublimita II. † eandem IV. limitationem in 29
eiicientibus Episcopos, facientibusque sacerdotes, & Episcopalem Sedem occupantibus, cap. Scire, 7. quæstione prima, cap. inter schisma 24. quæst. 3. per quæ iura hanc firmauit conclusionem Innoc. in cap. 1. numer. 1. vers. Idem dicit, extra, de schismaticis, & ibi etiam Hostiens. post num. 1. vers. Idem est, & Anton. de Butr. num. 4. vers. Quarto adhuc magis stricte; summa Angelic. in verbo Schisma, in principio, vers. Aliquando schisma dicitur large. Syluestr. in verbo Schismatici, num. in fine principij, vers. Aliquando schisma dicitur large, Carer in tract. de hæreticis, num. 32. in fine, vbi de eiiciente Episcopum de Sede Episcopali, & de occupante sibi Prælatos suos, & etiam quod est excommunicatus, si schisma est iunctum cum hæresi, Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 60. nu. 3. vers. Magis stricte.

Limita † Rursus præcedentem II. sublimitatio- 30
nem procedere, quando sic Episcopum eiiciens, & illius iurisdictionem exercens, adhuc in superiorem, Romanam Ecclesiam recognoscit, tunc enim potius dicitur inobediens, quam Schismaticus, cum ab vnitate Ecclesiæ non sit diuisus, vt per Hostiens. in dict. ca. 1. num. 1. vers. Alij dicunt contra, extra de schismaticis, & ibi etiam Anton. de Butrio, nu. 4. vers. Numquid autem proprie. Ioan. Andr. in rubr. extra, eodem, nu. 3. vers. si quis autem contra Episcopum. vbi in hac sententia vltimo loco per eum relata residere videtur, & ibi etiam Ancharan. numer. 2. Anton. de Butrio in vers. Insurgens contra Episcopum, Abb. post numer. 1. versic. Stricte vero, vbi de communi, Ioan. de

na-

Anania *num.2.in fine, versic. Aliquando dicuntur stricte*, vbi propterea, quod non sunt excommunicati, & testatur de Communi, & Cardin. Zabarel *nu.2.* Bartholom. Vgolin *cum allegatis per eum in tractat. de censuris Pontifici reseruatis, part.2.in Glossa, Nec non schismaticos, in princ. nu.3. sub versic. Dixi tertio.*

31 LIMITA V. Propositam † regulam, vt quæ dicta sunt de Schismaticis, non procedant in Acephalo, qui Schismaticus non reputatur, licet improbus vir sit, & super se nullum caput recognoscere prætendat, dummodo Episcopatum non teneat, nec Episcopalia exerceat, secundum Hostiens. *in cap.1. post num.1. versic. Quod si nullum caput, extra, de Schismaticis*, & *ibi* etiam Anton. de Butrio *num.4. post medium, versic. Vnum tamen aduerte*, Ioan. Andr. *in rubric. extra eodem, num.3. versic. Et secundum eum*, & *ibi* etiam Ancharan. *num.2. versic. Et idem in eo, qui nullum caput*, Decian. *in tract. crimin. libr.5. cap.60. num.3. versic. Stricte, &c.*

32 SVBLIMITA † hanc quintam limitationem, nisi iste Acephalus non solum Episcopum, vel sacerdotem in recipiendis Sacramentis in Superiorem non recognosceret, sed nec etiam Papam; Tunc enim non longe ab hæresi hac pertinacia distaret, imo & hæreticus reputaretur, secundum eundem Anton. de Butrio *in loco præallegato*, à quo non dissentit Ioan. de Anania *in rubr. extra eodem, num.3. versic. Si vero nullum caput*, & *ibi* etiam Cardin. Zabarell. *nu.2. in fine, versic. Imo secundum Hostiensem.*

33 LIMITA VI. In † Schismaticis, quia à propriis Episcopis seipsos separant, qui propterea non sunt ipso iure suspensi, sed suspendendi, quando contra eos Altaria non erigunt, secundum Innocent. Hostiens. & alios relatos per Decian. *in tract. crimal. lib.5. cap.66. num.8. & cap.67. nu.4.*

34 LIMITA VII. Quia † Schismaticus ad fidem rediens, recipitur sicut hæreticus, secundum Ancharan. *in cap. firmissime, nu.3. extra, de hæreticis*, & *ibi* Ioan. de Anania *num.2. versic. Nota, quod hæreticus vel Schismaticus*, Marian. Socin. *in rubric. de Schismaticis, num.9. ante finem*, vbi quod Schismatici debent abiurare sicut hæretici, Ioan. Monach *in cap.1. num.5. in verbo, Persistentibus, de Schismaticis, in 6.* & *ibi* Prob. *in additionibus, num.19. in fine, in verbo, Cum perseuerantia*, Archidiacon. *in cap. inter Schisma, num.2. versic. Et ideo decet abiurare, 24. quæst.3.* Goffred. *in summa, de Schismaticis, numer.5.* summa Rosella *in verbo, Hæreticus, num.24.* summa Syluestrina *in verbo, Schisma, nu.6.* Simanch. *Catholicarum Institution. tit.58. rub. de Schismaticis, num.8. & in Enchiridion violatæ Religion. tit.5. rubr. de Schismaticis, num.6.* Cardinal. Iacobat. *in tract. de Concilio, libr.7. artic.4.* Decian. *in tract. criminal. libr.5. cap.66. num.6.*

35 SVBLIMITA I. hanc † septimam limitationem, vt nec Schismaticus ad pœnitentiam recipiatur, nisi errorem suum abiurauerit, *cap. Omnis cuiuslibet, 1. quæst.1. cap. Quoties, 1. quæst.7.* vbi ponitur forma abiurationis, quam Schismaticus facere debet promittendo scilicet, se semper fore in vnitate Ecclesiæ sanctæ Romanæ, & nunquam ad Schisma reuersurum, de qua etiam per Ioan. à Rojas *singular.1. nu.16. vers. Simili quoquo modo*, & ante eum Simanch. *Catholic. institut. tit.1. rubr. de abiuratione, nu.15. & seq.* vbi ponit exempla aliquorum schismat. qui abiurantes Ecclesiæ reconciliati fuerunt, *& in Enchirid. violatæ Religion. tit.35. rubr. de abiurat. nu.11.* Card. Iacob. *in tract. de Concilio, libr.7. articul.3. per totum*, Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.86. nu.2.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitor. part.2. quæst.48. Comment.73. versic. Hoc est certum, folio mihi 388. colum.1. & ibidem in versic. Sed vlterius quæritur*, vbi, quod schismatici non solũ debent abiurare schisma, sed etiam suspicionem hæresis ex schismate contractam, qualisqualis ea sit, Barth. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, parte 2. in Gloss. Nec non schismaticos, §.2. num.1. in fine, versic. Postremo excommunicatus.*

SVBLIMITA II. Eandem † septimam limitationem, quia pœnitens Schismaticus & Ecclesiæ reconci- 36
liatus, licet recuperet dignitates & præeminentias, est tamẽ de iure communi ineligibilis, nec potest amplius promoueri, *cap. Nos consuetudinem, 12. distinct. cap. Conuenientibus, 1. quæst.7.* Ioan. de Anania *in rubr. de schismaticis, nu.1.* & propterea, si in Episcopum eligatur, electio non tenebit, licet per dispensationem poterit confirmari, *cap. Quia diligentia*, cum ibi notatis per Doctor, *extra, de election.* imo secundum Cardin. Iacobat. *in tract. de Concilio, lib.7. artic.4. colum.2. in fine*, quem refert, & sequitur Decian *in tract. crimin. libr.5. cap.66. nu.7.* Schismaticus, licet restituatur ad Communionem, non tamen restituitur ad honores sine dispensatione, *& cap.67. nu.10.* vbi idem repetit, *& nu.14. vers. Notandum tamen*, vbi declarat, nisi Schismatici fuerint plenissime restituti. Nam tunc recuperabũt beneficia, bona in alium translata, & locum in Concilio, ex Cardinal. Iacobat. quem ibi allegat, *in tract. de Concilio, lib.7. art.2. per totum, & cap.98. n.4.* vbi repetit eandem declarationem, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum part.2. quæst.48. Commentar.73. versic. Cognitu dignum est, & seqq. fol. mihi 388.* vbi facit Conclusionem, quod Schismaticus, qui abiurato schismate ad Ecclesiæ vnitatẽ reuertitur, adhuc remanet ineligibilis, inhabilis, & irregularis, nisi cum ipso fuerit dispensatum à Papa, reprobato Aymone contrarium volente, *in consil.293. incip. Ardua admodum, num.10.*

ARGVMENTVM.

De pœna schismatis.

SVMMARIA.

Schismatici sunt ipso iure excommunicati, nu.37. licet alij contra, nu.38. & quid vigore Bullæ Cœnæ Domini, num.39. De materia, num.40. Declara, vt schismatici sint ipso iure excommunicati, quando Schisma est cum hæresi, & sic, quando schismatici stricte & proprie capiuntur, secus, si quando large & improprie, & quando Schisma est sine hæresi, nu.59.

Schismatici sunt infames, priuanturque omnibus honoribus & dignitatibus, nu.41.

Schismatici priuantur etiam beneficiis, nu.42.

Ordinationes, collationesque beneficiorum, & aliarum benignitatum Ecclesiasticarum, & alienationes factæ à schismaticis, nullæ prorsus & inualidæ sunt, num.43. & 44. vbi amplius, quod ordinati à schismaticis repelluntur statim ab ordine suscepto, nisi ab habente potestatem fuerint dispensati.

Schismatici priuantur potestate ordinandi, aliaq; gerendi, tam in temporalibus, quod quando verum sit, & de materia, num. 43. & sequ.

Schismatici dicuntur esse extra protectionem Ecclesiæ, nu.45.

Schismatici expelluntur à ciuitate, & in exilium mittuntur, nu.46.

Schismaticorum bona confiscantur, sicut confiscantur bona hæreticorum, nu.47.

Schismatici possunt puniri etiam pœna corporali, nu.48.

Schismatici possunt puniri etiam pœna pecuniaria, nu.49.

Schismatici pœnam depositionis incurrunt, nu.50.

Schismatici si fuerint pertinaces & impœnitentes, Curiæ seculari traduntur, nu.51.

Schismatici possunt puniri à iudice seculari etiam sine degradatione, nu.52.

Schismaticus reputatur hæreticus, & vt hæreticus punitur, n.53. Imo reputatur hæresiarcha, n.54. Declara, dummodo habeat errorem in mente, & circa articulos fidei, aliter secus, nu.55. Declara secundo, nisi recognoscat Romana Ecclesia, num.56.

Schismatis atrocitas, nu.57.

Schismatis pœna de iure diuino,nu.57
Filij Schismaticorum propter crimen Patris priuantur bonis paternis, sicut filij hæreticorum, nu.58.

QVÆST. CLXXXIV. §. II.

37 REGVLA † sit, quod Schismatici ipso iure sunt excommunicati, *cap.quid diligentia, extra, de elect.cap.2. de Schismaticis, cap.de Liguribus,25.quæst.5.* Innocen. *in cap.1.nu.2.extra,de schismaticis,* Hostiens. *in summa, §.qua pœna,nu.5.versic. Ab omnibus etiam puniuntur,* Marian.Socin. *in dicto cap.1.sub num.6.& 7.extra,de schismaticis,* vbi post multa concludit, schismaticos mere esse excõmunicatos, quia debent puniri in eo, in quo delinquunt, Diaz. *in pract.crim.Canon.in verbo, Schismatici, cap.112.in prin.* vbi refert verba Concilii Carthaginensis; Ioan. à Rojas *in tract.de hæreticis,part.1.nu.531.* Decian. *in tract.crimin.lib.5. cap.64.num.1.& 67.sub nu.2.& nu.3.& nu.5.& nu.15.* vbi præsertim in foro conscientiæ,& *num.16.* vbi propterea infert, cum schismaticis non esse communicandum, Gregor.de Valentia *in Commentar. ad D.Thom.2.2.quæst.39.art.3.& 4.versic. Tertio certum est.*

38 Etsi † in contrarium, quod Schismatici non sint ipso iure excommunicati, per text. *in cap.in homine, in fine, 24. distinctione, ponderando verbum, Damnentur,* voluerint alii relati per Innocent. *vbi supra, in dicto cap.1.nu.2.versic. Quidam tamen dicunt, extra, de schismaticis,* & ibi etiam Anton. de Butrio pariter *num.2.* & cum hac contraria opinione; quam veriorem credidit de iure communi, & ante constitutiones in Cœna Domini legi solitas, pertransire videtur Ioan. Azzor Iesuita *Institutionum Moralium parte 1. lib.8.cap.20.rubr.de schismaticis, quæst.6.*

39 Sed † quod Schismatici ipso iure excommunicati sint, extant Bullæ Cœnæ Domini, & Constitutiones Pii V. & Gregorii XIII. vbi dicitur: *Nec non Schismaticos, & eos, qui animarum suarum periculum se à nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahere, seu quomodolibet recedere præsumunt.* Nauar. *in Manuali confessorum, cap.27.rub.de censuris Ecclesiæ, nu.50.in fine.* vbi refert verba Bullę declarantis, ipso iure excommunicatos esse Schismaticos, & eos, qui ab obedientia Summi Pontificis pertinaciter se subtrahunt, seu quomodolibet recesserunt; de qua etiam excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini vide bene loquentem Bartholom. Vgolin. *in tract.de censuris Pontifici reseruatis, parte 2.in Glossa, Nec non Schismaticos, in prin.nu.9.vers. Pro certo igitur habendum est, vt de illis Schismaticis, qui ab vnitate mẽbrorum Ecclesiæ se subtrahunt,* & in eadem Glossa §.1.vbi de subtrahẽte se ab obedientia Romani Pontificis, & §.2. vbi pariter loquitur de subtrahentibus se ab vnitate Ecclesiæ vniuersalis, & in singulo capite bene declarat, an, & quando Schismaticus excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini incurrat, Gregor.de Valentia *vbi supra,* Ioan. Azzor.Iesuita *Institutionum Moralium part.1.lib.8.cap.20.rubr.de Schismaticis, quæst.5.* vbi pariter Bullam Cœnæ Domini declarat non comprehendere eos, qui Romani Pontificis Imperium quomodo libet, etiam per contemptum, detrectant & subterfugiunt, sed eos tantum, qui ab ipso, tanquam Christi in terris Vicario, pertinaciter recedunt, iuxta ea, quæ dixi *supra, hac eadem quæstione, nu.10.& sequ.*

40 Ad † quam materiam, an scilicet, & quando Schismaticus sit excõmunicatus, vltra infrascripta vide Diuum Thomam *2.2.quæst.39.artic.4.* vbi proponit quæstionem, nunquid Schismaticorum pœna conueniens sit, vt excommunicentur, arguit pro & contra, & stat cum affirmatiua, Conrad.Brun. *in tract.de hæreticis, lib.5. cap.18.* Rosella *in summa, in verbo, Hæreticus, nu.22.* summa Tabien. *in verbo, Schisma, num.3.* Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.58.rubr.de Schismaticis, num.7.& in Enchirid.violatæ Religion.tit.5.eadem rub. de Schismaticis,* Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib.2.cap.36.nu.12.* vbi quærit, An non obediens Pontifici, & ab illius obedientia recedens, non vt à capite Ecclesiæ, sed ex aliqua particulari causa, sit excommunicatus, vigore Bullæ Cœnæ Domini, & concludit pro negatiua, & *nu.13.* vbi, quod nec pariter hanc excommunicationem incurrũt separantes se ab obedientia Sedis Episcopalis, & à reliquis illius Diœcesis membris, & *nu.14.* quod hanc excommunicationem incurrunt Schismatici solo exteriori opere, etiam quod mente cõtrarium teneant; Quicquid secus sit in crimine hæresis, & ibi ponit rationem differentiæ, & *nu.15.* vbi, quod Schisma sola mente retentum, non facit Schismaticum in excommunicationem incidere, & *nu.16.* vbi, quod fautores, defensores, & receptatores schismaticorum nec etiam hanc excommunicationem incurrunt.

AMPLIA I. Præfatam † regulã, vt Schismatici sint etiam infames, priuenturq; omnibus honoribus & dignitatibus, text. est *in cap.1.de Schismaticis, in 6. in illis verbis: Officiis, honoribus, dignitatibus, & Prælaturis perpetuo priuantes;* & loquitur ille text. etiam in Cardinalibus schismaticis, qui propter Schisma Cardinalatu priuati fuerunt, & ibi Glossa *in figuratione casus, versic. Nota principalem effectum,* Simanch. *Catholicar.institution. tit.58. rubr.de Schismaticis, nu.7.* Pet.Gregor. *Syntagm.iuris, lib.33.cap.11. nu.3.versic. Ius Pontificium,* Decian. *in tractat.crimin.libr.5. cap.67.nu.6.& nu.18.* 41

Sic † & pariter omnibus beneficiis, si quæ obtinent, priuantur, inhabilesque sunt ad alia obtinenda, text. expressus *in cap.1.de hæreticis, in 6.* & in illis verbis: *Omnibus beneficiis perpetuo priuantes, & reddentes inhabiles ad habenda,* & ibi Glossa *in figuratione casus, versic. Nota principalem effectum,* Simanch. *Catholicarum institutionum tit.58 rubr.de Schismaticis, num.7.* Rebuff. *in prax.benefic.rubr.de mod.amittend.benefic.num.29.* Paris.*de resignat.benefic.lib.3. quæst.1.num.36.* Ioan.Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium parte 1.libr.8.cap.20.rubr.de Schismaticis, quæst.8.* vbi ampliat hanc conclusionem etiam, quod Schismaticus per pœnitẽtiam & abiurationem absolutus fuerit. Adhuc enim affirmat, eum esse irregularem, & promoueri non posse ad beneficia, & ordines, siue Schisma sit manifestum, siue etiam occultum, & ita Communi cõsensu interpretum iuris Canonici receptum esse testatur. De qua quidem ampliatione latius dixi *infra, quæst.193.num.66.& seqq.* vbi vide etiam Thom.Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.2.cap.36.nu.18.* vbi firmat conclusionem quoad pœnã inhabilitatis ad beneficia, etiam peracta pœnitentia, & quod ab hac irregularitate nemo alius, quam Pontifex, dispensare potest, nisi delictum esset occultum, quo casu potest etiam Episcopus dispensare, & *num.19.* quoad priuationem beneficiorum concludit, nullo iure probari, quod ipso iure incurratur, & *num.20.* vbi, quoad pœnam irregularitatis pariter concludit, nullo iure probari, eam incurri, nisi Schisma fuerit notorium, cum tũc irregularitas incurratur, sicut incurritur ex quouis crimine notorio, enormi, & depositione digno. 42

AMPLIA II. Vt † etiam Schismaticorum pœna sit, quod ordinationes, collationes beneficiorum, & aliarum dignitatum Ecclesiasticarum, nec non etiam alienationes ab eis factæ, nullæ prorsus & irritæ sunt, prout est text. *in cap.1.extra, de Schismaticis,* vbi ad literam dicitur: *Ordinationes ab Octauiano & Guidone hæresiarchis factas, & ab ordinatis ab eis, irritas esse censemus, adiicientes, vt qui dignitates Ecclesiasticas, seu beneficia per dictos Schismaticos acceperunt, careant impetratis, alienationes quoque, quæ per eosdẽ schismaticos, seu per laicos factæ sunt, de rebus Ecclesiasticis, omni careant firmitate, & ad Ecclesias sine omni onere reuertantur,* & ibi Gloss. & Doctor. omnes plenissime tractant, non solũ, an, & quando ordinationes, collationes & alie- 43

& alienationes prædictæ valeant, vel non valeant, sed etiam latissime per plura distinctionum capita discutiunt, an, & quando, & quantum valeant gesta à schismaticis, tam in temporalibus, quam in spiritualibus, ad idem text. *in cap. Nouitianus, 7. quæst. 1.* vbi Cyprianus dixit: *Qui nec vnitatem Spiritus, nec conuentionis pacem asseruat, & se ab Ecclesiæ vinculo, & à Sacerdotum collegio separat, nec Episcopi potestatem habere potest, nec honorem.* quem textum refert D. Thomas 2. 2. *quæst. 39. artic. 3.* vbi proposita quæstione, vtrum schismatici habeant aliquam potestatem, distinguit inter potestatem spiritualem, quæ sacramentalis est, & eam, quæ est iurisdictionalis. Quoad potestatem sacramentalem dixit, eam semper remanere in homine, qui per consecrationem eam adeptus est, quamdiu viuit, siue in Schisma, siue in hæresim labatur, licet vsum huius sacramentalis potestatis amittat per lapsum in schisma, siue in hæresim, ita tamen, quod ei non liceat hac potestate vti, sed si fuerit vsus, eius potestas effectum habebit in sacramẽtalibus, cum in his homo non operetur, nisi sicut instrumẽtum Dei, & propterea effectus Sacramentales propter culpam conferentis non excluduntur. Quo vero ad potestatem iurisdictionalem, quæ ex simplici hominis iniunctione confertur, & non sic immobiliter adhæret, vt sacramentalis, ea vtiq; in schismaticis & hæreticis non manet, & propterea non possunt nec absoluere, nec excommunicare, nec indulgentias facere, aut aliquid huiusmodi, vt ibi per eum, cuius dicta bene reassumit & declarat Gregor. de Valent. *in Comment. art. 3. & 4. versi. 1. & seqq. vsque ad versiculum, Tertio certum est, & iterum infra, versic. Quarto certum est, & sequ. & versic. Controuersum autem est, & seqq.* vbi præsertim discutitur, an propter Schisma amittatur iurisdictionalis potestas, an, inquam ipso iure, vel per sententiam, & quid, si Schisma fuerit occultum, vel manifestum, Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium parte 1. libr. 8. cap. 20. rub. de Schismaticis, quæst. 9.* vbi generaliter quærit, an in schismaticis Episcopis vel Clericis maneat Ecclesiastica potestas, & *quæstione duodecima secundo* pariter quærit, an ea, quæ publice faciunt schismatici ratione alicuius publici officii, vel muneris, valeant. De qua re vide etiam omnino antea præallegatos, Hostiens. *in summa, rubr. de schismaticis, §. Quid iuris, num. 4. & num. 5.* vbi late Goffred. *in eadem summa, de Schismaticis, num. 4.* summa Angelica *in verbo, Schisma, num. 2. & ibi in addit. litera B. & litera H. & litera I. versic. Vtrum contractus alienat.* summa Syluestrina *in eodem verbo, Schisma, num. 3.* Tabien. *in summa, in dicto verbo, Schisma, num. 3. versic. Quia Ecclesia,* Pet. Gregor. *Syntagm. iuris, lib. 33. cap. 11. versic. Et ius Pontificium,* & omnino Decian. *in tractat. crimin. libr. 5. cap. 67. num. 8. & sequentibus,* vbi amplius *num. 9.* quod schismatici deponere & excommunicare non possunt, *cap. 1. & cap. Audiuimus, & sequentibus, 24. quæst. 1. & nu. 11.* quod neque absoluere, neque indulgentias concedere possunt, & *num. 12.* vbi generaliter, quod sunt ipso iure suspensi ab omni actu iurisdictionali, *dicto cap. Audiuimus, §. sin autem, & cap. didicimus, 24. quæst. 3. & dicto nu. 11.* declarat schismaticum retinere characterem, & ideo in sacramentalibus retinere potestatem.

44 Amplia † rursus præcedentem ampliationem, vt in tantum ordinationes à schismaticis factæ non valeant, vt ab illis ordinati ab ordine suscepto statim repellantur, nisi ab habente potestatem fuerint dispensati, text. est *in cap. 2. extra, de Schismaticis,* vbi ad literam dicitur: *Priorem, quem à schismatico asseris ordinatum, ab officio poteris repellere incunctanter, nisi legitime probauerit, secum fuisse misericorditer dispẽsatum, & ab ea persona, quæ super hoc potestatem habuerit dispensandi,* & ibi Gloss. & Doctores omnes tractant latissime, an, & quando, & qua pœna puniatur recipiens ordines, beneficia, & dignitates, seu etiam emens res Ecclesiasticas à schismaticis, quando, quomodo, & quis possit cum ipsis dispensare; De qua re vide etiam omnino Hostiens. *in summa, de Schismaticis, §. quod iuris, num. 4. & 5.* vbi late, summa Armilla *in verbo, Schisma, nu. 4. versic. Recipientes ordines à schismaticis,* summa Rosella *in verbo, Hæreticus, nu. 25. versic. Quis potest dispensare,* Angelica *in summa, in verbo, Schisma, nu. 3. & nu. 4. & ibi in additionibus, litera A.* summa Syluestrina *in eodem verbo, Schisma, nu. 5. vers. Secundum, quantum ad participantes,* Tabien. *in summa, in dicto verbo, Schisma, nu. 3. vers. Quia Ecclesia,* Decian *in tract. crim. libr. 5. cap. 67. nu. 8.* Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium part. 1. lib. 8. cap. 20. rub. de schismaticis, quæst. 11.* vbi ponit Doctorũ diuersas sententias, quorum aliqui voluerunt, sic à schismaticis ad ordines Ecclesiasticos & beneficia promotos ipso iure excommunicatos esse, & beneficiis obtentis priuatos; alii non ipso iure excommunicatos, sed excommunicandos esse affirmarunt; & alii non excommunicatos, sed ipso iure suspensos ab vsu & functione ordinis dixerunt.

Amplia III. Vt † schismatici dicantur esse extra Ecclesiam, & ideo in ea nihil habent iuris aut potestatis, *c. dicamus, 24. quæst. 1.* Non enim habere possunt charitatem, fidem, aut iustitiam, *cap. vbi sana, eadem causa & quæstione,* & ideo licet in principio florere videantur, cito tamen deficientes firmamentum habere non possunt, *c. Nouatianus. 7. quæst. 1.* cum aliis per Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 67. nu. 20.* 45

Amplia IV. Vt † clericus schismaticus post excõmunicationem incursam à ciuitate repellatur, ex Concilio Carthaginensi, cuius verba refert Diaz. *in pract. criminal. Canonic. in verbo, Schismatici, cap. 112. nu. 1. in princip.* Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 67. nu. 18.* vbi, quod schismatici puniuntur exilio. 46

Amplia V. Vt † schismaticorum bona confiscentur, sicut hæreticorum, text. est *in c. 1. de Schismaticis, in 6.* in illis verbis: *Cunctis eorum bonis mobilibus & immobilibus, iuribus & iurisdictionibus publicatis,* & ibi Glossa, *in figuratione casus, versic. Nota principalem effectum,* Simanch. *Catholic. institution. tit. 58. rub. de Schismaticis, num. 7.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 67. nu. 5. in fine, & nu. 14.* vbi præsertim, quod schismatici priuantur bonis Ecclesię, per tex. *in c. quo iure, 8. dist.* cum aliis ibi per eum allegatis, & *n. 18.* vbi simpliciter dixit, schismaticis bona auferri. 47

Amplia VI. Vt possint † Schismatici etiam pœna corporali puniri, ex allegatis per Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 67. nu. 7.* 48

Et † quod Schismatici quandoque puniantur pœna pecuniaria, Syluestrina *in summa, in verbo, Schisma. nu. 4.* per text. quem allegat *in cap. Quod autem, 23. quæst. 7.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. c. 67. nu. 18.* vide, quæ generaliter de pœna pecuniaria dicam *infra,* in materia pœnarum. 49

Amplia VII. Quia † etiam Schismaticus deponitur, text. *in cap. 1. de schismaticis, in 6.* illis verbis: *De fratrum nostrorum consilio deposuimus,* vbi loquitur de Petro & Iacobo de Columna Cardinalibus, qui fuerunt depositi, quia quendam in Pontificem elegerũt, scientes, alium Canonice esse electum, Hostien. *in summa, de schismaticis, §. qua pœna, n. 3. vers. Et si non resipuerint, deponuntur,* per text. quem allegat *in capit. In nomine Domini, 23. distin.* Armilla *in summa, in verbo, Schisma, nu 4.* summa Rosella *in verbo, Hæreticus, nu. 22.* summa Syluestrina *in verbo, Schisma, nu. 4.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 1. nu. 532.* vbi alios refert concordantes, est etiam text. *in c. Si quis inquit, §. fin. 1. quæst. 1.* in illis verbis: *Sed ab omni Ecclesiastico gradu in quocumque fuerit, prius sine retractatione deponatur,* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 67. sub nu. 2.* 50

Amplia VIII. Vt † Schismatici si fuerint pertinaces & impœnitentes, mortis pœna puniantur, & tradantur curiæ seculari, *cap. de Ligurib. 24. q. 5. c. Non vos, 23.* 51

quæst.

*quæst.*5. Ioan. de Anania *in rubr. de Schismaticis, nu.*6. *versic. Adde prædictis*, vbi post Bald. quem allegat *in tit. de pace iuramento firmanda*, §. *iniuria, col.*3. *versic. Aut furtum*, dixit, quod Schismatici, qui adhærent falsæ Ecclesię si in bello capiantur, debent furca suspendi, Arnald. Albertin. *in rubr. de hæreticis, in* 6. *quæst.*11. *num.*2. *versic. Et dicit Baldus*, Diaz. *in practic. criminal. Canon. in verbo, Schismatici, c.*112. *num.*1. *versic. Nunc autem Schismaticus*, vbi declarat, hoc procedere primo data incorrigibilitate & pertinacia, secundo dato schismate cum hæresi, vtputa credendo, Ecclesiam posse cōsistere penes duos, vel erigendo cornua contra Ecclesiam Romanam, faciendo nouam sectam, & noua statuta, his enim duobus requisitis concurrentibus, pertinacia scilicet, & hæresi, intrare affirmat pœnam degradationis, & traditionis Curiæ secülari, alias secus, Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, lib.*33. *cap.*11. *nu.*3. *versic. Atque si non reuocentur, à seculari potestate comprimi iubentur.* Decian. *in tractat. crimin. lib.*5. *cap.*67. *num.*29. Gregor. de Valentia *in Commentar. ad D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 39. *artic.*3. & 4. *versic. Quinto certum est.*

52 Amplia † rursus præcedentem octauam ampliationem, vt isto casu iudex secularis puniat Clericum schismaticum etiam sine degradatione, ex allegatis per Ioan. de Anania, qui tamē dubitatiue loquitur per verbum, *Videtur, in rub. de Schismaticis, nu.*5. *ad medium*, & tamen postea se remittit ad notata per Ioan. And. & alios, *in cap. cum non ab homine, extra, de iudic.* qui quidem Ioan. Andr. *in d. cap. Cum non ab homine*, videtur sentire contrarium, cum *sub nu.*9. dicat, quod secularis iudex non cōprimit Clericum, nisi ad inquisitionem Ecclesiæ, siue per ipsius traditionem, & non aliter, & *in eod. capit. prope finem* dicit, quod si Schisma esset contra Romanam Ecclesiam, posset includi in casu hæresis, vnde non sic firmari posse conclusionem videtur, quod iudex secularis puniat Clericum schismaticum etiam sine declaratione, vide Simanch. *Catholicarum institution. tit.*58. *rubr. de Schismaticis, nu.*8. vbi, quod iudices Ecclesiastici & seculares puniūt Schismaticos, veritas est, quod si Schismatici pertinaces fuerint in faciendo Schisma, & se diuidendo ab vnitate Ecclesię, eius pacem iniquissime perturbantes, possunt à secularibus iudicibus opprimi, coerceri, & puniri, *vt in cap. de Liguribus, & in cap. Non vos*, 23. *quæst.*5. *& in cap. Non afferamus, & in cap. Omnis*, 24. *quæst.*1. cum aliis per Decian. *in tractat. crim. lib.*5. *cap.*53. *nu.*1. vbi tamen bene declarat hoc procedere, quando Ecclesiastici iudices negligerent, vel non possent procedere contra Schismaticos, prout in dictis iuribus, alias secus, & *nu.*2. vbi optimam reddit rationem, quare Schismatici etiam à secularibus potestatibus cogi possint se vnire Ecclesiæ, à qua se diuiserunt, & *cap.*67. *nu.*5. *vers. Quod si forte, & nu.*6. *& cap.*68. *nu.*5. vbi propterea docet, non esse inconueniens, quod Schismaticus duplici pœna puniatur, vna scilicet à iudice seculari, & altera à iudice Ecclesiastico, cum pœnæ huius vitæ sint veluti medicinæ, quod quando vna non sufficit ad coercendum hominem à malo, superadditur & alia, sicuti Medici in infirmitatibus obseruant.

53 Amplia IX. Vt † schismaticus reputetur hæreticus, quia diuidit vnitatē Ecclesiæ, *cap. denique*, 7. *quæst.*1. quia Schisma est species hæresis, nec datur Schisma sine hæresi, text. est *in cap. Firmissime, in illis verbis: Hæreticum vel Schismaticum, extra, de hæreticis*, per quem tex. Doctores & ibi etiam notant, quod hæreticus & Schismaticus æquiparatur, vt idem videre est apud Hostiens. *nu.*1. *versic. Secundo Schismaticus*, Ioan. Andr. *nu.*1. *in verbo, Schismaticum*, Anton. de Butrio *nu.*5. Abb. *nu.*2. Felyn. *in prin. versic. Nota, æquipararі hæreticum & schismaticum*, Marian. Socin. *nu.*4. & Ioan. de Anania *nu.*1. *versic. Dicit tamen Ioann. Andreas*, & quod Schismatici reputentur hæretici, subiaceant que omnibus pœnis hæreticorum contentis *in c. Excommunicamus*, il 1 *extra eodem.* Adnotarunt idem Hostiens. *nu.*19. *ante finem, versic. Secundo potest fieri comparatio*, & Ioan. Andr. *sub nu.*29. Abb. antiqu. *in cap.*1. *nu.*2. *versic. Cum hæretici nominentur, extra, de Schismaticis*, & ibi hoc etiam adnotarunt Hosti. *n.*1. *post med. versic. Et etiam hæretici, & nu.*2. *ante medium, versic. Vnde & tales Schismatici hæretici appellantur*, quod & idem adnotarunt omnes Canonistæ, *in rub. ext. eodem*, vt ibi videre est apud Ioan. Andr. *nu.*1. Anchatan. *in princip.* Anton. de Butrio *nu.*1. *in princ.* Abb. *ante nu.*1. Marian. Socin. *in continuatione rubr. nu.*1. *& nu.*7. Ioan. de Anania *num.*1. *in princip. & in versic. Vel sic*, & Cardinal. Zabarel. *in primis verbis*, Arnald. Albertin. *in rubr. de hæreticis, in* 6. *quæst.*11. *num.*3. vbi, quod Schismaticus obstinatus hæreticus est; vide etiam text. *in c.*1. *de Schismaticis, in* 6. vbi, quod Schismatici puniuntur vti hæretici, in illis verbis: *Ipsosque iudicauimus Schismaticos, & blasphemos, & tanquam hæreticos puniendos*, & ibi Geminian. *nu.*1. *& num.*4 *versic. Nota, quod Schismatici*, & Franch. *post num.*2. *versic. Quarto nota*, Hostiens. *in summa, de Schismaticis*, §. *Quid si Schisma, nu.*1. *vers. Ideoque schismatici*, vbi, quod Schismatici peccant in fide, & in articulo illo, Credo in Spiritum sanctum, & vnam sanctam Ecclesiam Catholicam, & *in* §. *qua pœna, nu.*3. *versic. Nec obstat, quod alibi dicitur*, vbi, quod Schismaticus confirmaticus punitur vt hæreticus, summa Angelicą *in verbo, Hæreticus, in princip. versic. Item omnis Schismaticus*, Tabien. *in summa, in eodem verbo, Hæreticus, nu.*1. *versic. Octauo modo, & in verbo, Schisma, sub n.*1. vbi declarat, Simanch. *Catholicarum institution. tit.*58. *rub. de schismaticis, nu.*2. vbi, quod Schisma est soror hæresis vtrinq; coniuncta, & *nu.*4. vbi facit tres Schismaticorum species, quorum aliqui sunt consummatici hæretici, aliqui autem hæreticis proximi, & aliqui longe ab hæreticis distantes, & vnamquāque speciem bene exemplificat, & declarat *nu.*5. *& seq. & in Enchiridion violatæ Religionis tit.*5. *rubr. de schismaticis, num.*2. *& sequ.* Carer. *in tract. de hæreticis, num.*32. *in princip.* Paul. Grilland. *in tract. de hæreticis, quæst.*2. *num.*6. *ad finem*, vbi dixit, quod quotiescunq; Schismaticus perseuerat pertinaciter in illa sua opinione, diuidendo Ecclesiam, hæreticus est, Ignat. Lopez. *in additionibus ad Diaz. in practic. crim. Canon. in verbo, Schismatici, cap.*112. *in versic. Schisma equidem*, vbi dixit, quod Schisma & hæresis sunt sorores, & quod nullum est Schisma, quod hæresim non contineat, Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, lib.*33. *cap.*11. *nu.*2. vbi, quod Schisma aliud nō est, quam hæresis, Decian. *in tractat. criminal. libr.*5. *cap.*17. *versic. Septimo schismatici etiam dicuntur hæretici, & cap.*18. *versic. Tertio, qui non errat*, Toletus *de instructione Sacerdotum, libr.*1. *cap.*19. *nu.*10. vbi materiam hanc declarando dixit, Schisma aliquando esse coniunctum cum hæresi, aliquando sine hæresi: Cum hæresi coniunctum dicitur, quando quis credit, Pontificem Romanum non esse Christi Vicarium, nec caput totius Ecclesiæ; Sine hæresi autem, quando quis interius non negat, Papam esse caput Ecclesiæ, malitia tamen vel passione tractus, non vult ipsum recognoscere, nec talem opere confiteri, iuxta ea, quæ scripsi *infra, n.*56. Concludit tamen, vtroque casu, etiam quod Schisma non sit coniunctum cum hæresi, incurri excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini.

Amplia † rursus præcedentem nonam ampliationem, vt Schismatici non solum dicantur hæretici, 54
sed etiam reputentur hæresiarchę; sic enim nuncupantur *in cap.*1. *extra, de schismaticis*, qui tamen loquitur in iis, qui per Schisma in Papatu se intruserunt, sed generaliter de omnibus schismaticis ibidem intelligere videntur Antiqu. *num.*2. *in fine*, Innocent. *nu.*1. *etiam in fine*, Hostiens. *ante nu.*1. *& nu.*2. *ad medium, versic. Nos dicimus*, Ioan. Andr. *nu.*1. & Marian. Socin. *in* 1. *notab.* omnes *in verbo, Hæresiarchis.*

Limita I. Hanc † nonam ampliationem, vt tunc 55
demum

demum reputentur schismatici pro hæreticis, quando sunt diuisi ab vnitate Ecclesiæ, etiam habẽtes errorem in mente, & malè sentientes de fide, & de fidei articulis, aliter secus, vt dixi *supra hac eadem quæst. nu.* 14.

56 LIMITA II. Eandem † nonam ampliationem, vt schismatici non dicantur hæretici, quando recognoscunt Romanam Ecclesiam, prout est de mente omnium Doctorum allegatorum *supra, hac eadem quæst. nu.* 30. & in specie voluit Anton. de Butrio *in cap.* 1. *nu.* 4. *versic. Nunquid autem proprie sint hæret. extra, de schismaticis, & in rubr. extra eodem,* Abb. *num.* 1. *versic. Sed circa prædicta,* summa Armilla *in verbo, Schisma, nu.* 1. *versic. Et si prædicta,* vbi distinguendo dixit, quod si quis intendit scindere vnitatem Ecclesiæ, & vnum caput nõ recognoscere, eo quod non credat, esse vnam Christianorum Ecclesiam Catholicam, aut non esse vnũ caput in terris Vicarium, & tunc iste non tantum est schismaticus, sed etiam hæreticus; secus, si recognoscens vnitatẽ Ecclesiæ, vel capitis, credat tamen illam, & Romanum Pontificem esse verum Christi Vicarium, quia tunc est pure schismaticus, non autem hæreticus, summa Angelica *in verbo, Schisma, in princip.* vbi videtur facere eandem distinctionem, *& ibi in additionibus, lit. B. in verbo, Separauerunt,* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Schisma, nu.* 4. Carer *in tract. de hæreticis, nu.* 32. *versic. Secus tamen si non cõstituat,* Decian *in tractat. criminal. libr.* 5. *cap.* 18. *nu.* 1. *versic. Tertio, qui non errat in fide,* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisit. part.* 2. *quæst.* 48. *commen.* 73. *lit. B. fol. mihi* 388. *col.* 2. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, part.* 2. *in Gloss. Nec non schismaticos, in princ. nu.* 9.

57 AMPLIA X. Vt † schismatis crimen puniatur etiam iure diuino; quam enim detestabile sit crimẽ schismatis, cognoscitur ex grauitate pœnæ, qua Deus omnipotens schismaticos puniri iussit, cum quandoq; eos terra viuos absorbuit, & quandoque etiam impetu ac morsu leonis in itinere necati fuerint, ex allegatis per Hostiens. *in summa, in rubr. de schismaticis, §. Qua pœna, nu.* 3. *& ibi addentes, liter. F. in verbo, Punitos,* & ante eum Goffred. *in eadem summa, rubr. de schismaticis, nu.* 3. summa Rosella *in verbo, Hæreticus, nu.* 24. Tabien. *in summa, in verbo, Schisma, num.* 3. *versic. In alio vero.* summa Syluestrina *in eodem verbo, Schisma, nu.* 4. *in princ.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, parte* 1. *nu.* 529. Simanch. *Catholicarum institution. tit.* 58 *rubr. de schismaticis, nu.* 3. Petr. Gregor. *Syntagma. iuris, lib.* 33. *cap.* 11. *nu.* 3. *versic. Notissima est,* Decian. *in tractat. criminal. libr.* 5. *cap.* 67. *nu.* 7.

58 AMPLIA XI. Quia † filii schismaticorum, & eorũ posteri, spirituales & temporales, per masculinã & fœmininam lineam descendentes, schismaticorum bonis priuantur, indigni que reputantur ad honores, officia, & etiam beneficia, vsque ad quartam generationem, prout est text. *in cap.* 1. *§. contra natos, de hæreticis, in* 6. cum aliis per Decian. *in tractat. criminal. libr.* 5. *cap.* 67. *sub n.* 2. *versic. Fiant filij eius orphani.*

59 LIMITA † propositam regulam quoad pœnam excommunicationis, vt schismatici sint ipso iure excommunicati, quando Schisma est cum hæresi, & sic quando schismatici sunt stricte & proprie tales, prout sunt illi, qui aduersus Romanam Ecclesiam se extollentes, ab vnitate Ecclesiæ recedunt; secus, si schisma sit sine hæresi, schismatici non stricte & proprie, sed large & largissime sumpti schismatici sint, voluerunt Abb. *in rubric. de schismaticis, nu.* 2. *in princip. & versic. Si vero est Schisma sine hæresi,* & *ibi* etiam Ioan. de Anania *num.* 4. *versic. Ex prædictis apparet, & versicul. Si vero capiuntur schismatici large, vel largissime, & vers. Si vero capiantur strictissime,* Marian. Socin. *in cap.* 1. *sub nu.* 6. *&* 7. *extra eodem,* & ante eum Innocent. *nu.* 2. *versic. Illi autem schismatici,* Hostiens. *nu.* 2. *ad medium. versic. Nos dicimus,* Ancharan. *nu.* 4. *in* 4. *notabil.* Anton. de Butrio *etiam n.* 4. *ante fin. versic. Nunquid autem quilibet schismaticus,* & Anan. *nu.* 7. Angelica *in summa, in verbo, Schisma, n.* 1. *& ibi in addit. lit. G.* summa Syluestrina *in eodem verbo, Schisma, nu.* 4. *&* 5. Carer. *in tract. de hæreticis, nu.* 32. *ad medium, versic. Et tunc, quid differat hæresis,* Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 67. *nu.* 3. *& nu.* 5. *& nu.* 15.

ARGUMENTUM.

In crimine hæresis quomodo procedendum, communia, & quæ leges seruandæ, & præsertim in examine, & captura reorum; De carceribus, & de Notarii electione, & de materia.

SUMMARIA.

Processus in crimine hæresis, & causis hæreticorum, quomodo formandus, & de materia, nu. 1.

Procedi potest in crimine hæresis per accusationem, inquisitionem, denunciationem, & etiam per viam exceptionis, numer. 2. *&* 3.

Leges, quæ seruandæ in procedendo & condemnando in causis hæreticorum, nu. 4.

Theologorum opiniones nunquid præferantur opinionibus Canonistarum, & econtra, nu. 5.

Stylus Tribunalis seruandus est in processu causarum hæreticalium, nu. 6.

Capi, seu carcerari, quando, & ex quibus indiciis possit suspectus de hæresi, & quando captus possit sub fideiussione relaxari, nu. 7.

Carceres proprios possunt Inquisitores & Episcopus habere, & de materia dictorum carcerum plura, nu. 8.

Interrogandi & examinandi quomodo sunt rei de crimine hæresis inquisiti, nu. 9.

Notarius in causis hæreticorum eligitur ab Episcopo seu Inquisitore, nu. 10.

Notarius clericus seu religiosus etiam in sacris constitutus, potest eligi in causis Inquisitorum, nu. 10.

Notarii Inquisitionis debent iurare, suum officium fideliter exercere coram Episcopo, & Inquisitore, vel eorum substitutis, num. 11.

Notarij nunquid possint recipere mercedem aliquam ab inquisitis, de crimine hæresis, nu. 12.

QVÆST. CLXXXV. §. I.

IN † crimine hæresis quomodo procedendum contra hæreticos, vide omnino & generaliter de materia Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de materia processuum Inquisit. nu.* 1. *& omnibus seqq.* Ludouic. à Paramo *de origine sanctæ Inquisitionis, libr.* 3. *quæst.* 4. *rubr. de forma & ordine iudiciario S. officij, nu.* 1. *& omnibus seqq.* 1

Et † quidem, quod in hoc crimine possit procedi per accusationem, inquisitionem, & denunciationem, omnes Communiter admittunt, vt videre est apud Ioannem Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de materia processuum inquisitionis, num.* 1. vbi, quod etiam nemine accusante in crimine hæresis inquiri potest, summa Rosella *in verbo, Hæreticus, num.* 13. Syluestrina *in summa, in verbo, Hæreticus, §.* 2. *num.* 10. *versic. Septimum, &c.* Ioan. à Rojas *singul.* 4. vbi præsertim, quod in crimine hæresis etiam sine accusatione proceditur per inquisitionẽ, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Denunciatio, versic. Nota in crimine hæresis,* Affl. & *in Constitution. Regni, de hæreticis & Pacterenis, rub.* 1. *nu.* 1. *& num.* 32. Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.* 9. *liter. A. versic. Primo, & vers. de inquisit. & vers. sequ. & vers. De tertia,* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, qu.* 10. *nu.* 1. Carer. *in eod. tract. de hæreticis, post nu.* 102. *&* 105. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 27. *nu.* 4. Eymeric. *in Direct. inquisitor. part.* 3. *rubr. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem, nu.* 67. *in princ. & rubr. de tertio modo procedendi in causa per viam inquisit. nu.* 69. & *ibi* Franc. Pegna *in additionib. Comment.* 2

ment.16.versic. Primo, folio mihi 447.*col.*2. idem Eymeric. *vbi supra, in rubr. de secundo modo procedendi in causa fidei per denunciationem, nu.*68. & *ibi* etiam Pegna *in additionibus, Commen.*15.*fol.mihi* 446 *col.*2. Boss. *in tit. de hæreticis, nu.*6. *versic. Et procedi potest*, Sigismun. Scaccia *de iudicio causar. ciuil. crim. & hæretical. cap.*56.*nu.*1.

3 Potest † etiam procedi per viam exceptionis, quæ tam ad eam iudicii partem, quæ rei seu inquisiti defensionem tãgit, pertinere videtur, quam ad incipiendum iudicium, aut processum, vt per Campeg *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.*9.*litera A. versic. Addi insuper potest quarta via.*

Hanc igitur materiam processus formandi contra hæreticos vt lector bene percipiat, præmissorum loco de nonnullis quærendum duxi.

4 QVÆRO † igitur I. in hoc processu contra hæreticos, eorumq; punitione, quæ leges seruandæ sint? Dic, quod non sunt seruandæ leges Imperiales, cum enim crimen hoc sit Ecclesiasticum, hoc ideo laici non possunt se intromittere in eo, nisi dictæ Imperiales leges non aduersentur iuri Canonico, vt tradunt omnes *in cap.*1.*de noui operis nunciat.* vel nisi fuerint confirmatæ à Summo Pontifice, *vt in cap. Vt Inquisitionis, & in cap. fin. in fine, de hæreticis, in* 6. vbi expresse confirmantur leges Imperiales, fauentes persequutionem hæreticorum, & voluit Decian. *in tract. crimin. lib.*5.*cap.*26.*nu.*1.*& nu.*2. Surd. *consil.*386.*num.*2.*&* 3. vbi, quod leges Ciuiles contradicentes iuri Canonico non seruantur, secus vero, si fuerint approbatæ à iure Canonico, augeantq; pœnas à iure Canonico inflictas.

Et quod in causis hæreticorum seruandæ sint leges Friderici Imperatoris, mandauit Innocentius IV. in sua Constitutione, edita de anno 1252. *incip. Cum aduersus hæreticam prauitatem*, relata per Pegnam inter literas Apostolicas, *fol.*11. *in fine*, & in alia Constitutione, edita de anno 1254. *incip. Cum aduersus*, relata *vt supra, fol.*16. & in alia, edita de anno 1255. *pariter incipien. Cum aduersus*, relata *vt supra, fol.*23. vbi amplius, quod Inquisitores possunt per censuras Ecclesiasticas cogere magistratus seculares, ad seruandas dictas leges Friderici. Item & alia Constitutio Alexand. IV. edita de anno 1258 *pariter incip. Cum aduersus*, relata *vt supra. fol.*32. & alia Constitutio Vrbani IV. edita de anno 1261. *incip. Licet ex omnibus, versic. Nec non faciendi obseruare*, relata per Pegnam *vbi supra, fol.*52.*& seq.* & alia Clementis IV. edita de anno 1265. *incip. Cum aduersus*, relata *vt supra, fol.*37.

Qua in re vide omnino Franciscum Pegnam in sua disputatione, de auctoritate literarum Apostolicarum, impressa post literas Apostolicas, *num.*4.*fol.mihi* 185. in qua facit generalem conclusionem, vt leges seculares, & alia quælibet Statuta contra hæreticos condita, inuiolabiliter in eorum causis seruanda sint, ex rescripto Innocentii IV. Magistratibus secularibus misso, *incip. Orthodoxæ fidei*, ibi per eum relato.

5 Numquid autem, quando Theologi in eorum opinionibus contradicunt Canonistis, & econtra, attendenda sit potius opinio Theologorum, quam Canonistarum, vel econtra. Distingue, quod in pertinentibus tantum ad mores dirigentes actus nostros in DEVM, Canonistarum opinio præfertur; in pertinentibus autẽ ad Spiritualitatem, & cognitionem veræ fidei, contra hæreticos & infideles, præferenda sit Theologorum sententia, ex doctrina Ancharani, quam refert Alexan. *in consil.*1.*nu.*10.*versic. Et si aliqui fortasse, lib.*2.

Et rursus, quando agitur de modo procedendi & puniendi hæreticos, an legitime sint conuicti, an sint relapsi, & similia, Canonistarum opinio præferenda est; quando vero agitur de actibus, in quibus principaliter agitur de fide, & an sint hæreticales, vel non, Theologorum opinio præferenda est, vt per Hostiens. *in cap.*1.*col.*2.*in verbo, Discretos, & ibi* Cardin *nu.*6. Ancharan *nu.*7. & Abb. *num.*9. *extra, de consanguinit. & affinitat.* Roman. *consil.*333. *Quoad primum, nu.*11. Lambert *in tract. de iure patronatus, libr.*2.*part.*3.*quæst.*5.*artic.*12.*versic. Dubitatur adhuc*, quos & alios refert & sequitur Decian. *in tract. crim. lib.*5.*cap.*26.*nu.*5. quem bene declarantem videas. Quibus addo Simanch. *Catholicarum Institution. tit.*54.*rub. de proposit. qualitat. num.*20. vbi dixit, quod per modum doctrinæ explicari ac definiri solet à viris doctis atque prudentibus, quæ propositio sit huius vel illius qualitatis, quod munus proprie Theologorum est. Quicquid enim ad Catholicam fidẽ pertinet, ex Theologia discitur, etsi nonnunquam Iurisperiti ex Pontificum, Conciliorum, & sanctorum Patrum decretis hoc facile iudicare poterunt.

Addo etiam & Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part.*1. *nu.*384.*& seqq.* vbi dixit, quod licet, quando dubitatur, an aliqua assertio sit expresse damnata, talis cognitio ad iuris Canonici peritos pertineat, quia Hæreses damnatæ reperiuntur in Decretalibus, Sexto, Clementinis, Extrauagantibus, & Conciliis, secus autem, quando hæresis expresse decisa non est, cum tunc ad Theologos resolutio pertineat.

Vsu tamen, & consuetudine iam diu recepta, indistincte & absolute cuiusuis propositionis declaratio ad Theologos attinet, & ab eorum resolutionibus in causis fidei iudicandis, minime recedendum est.

Bene † verum est, quod sicut in aliis iudiciis, ita etiam & in hoc Inquisitionis iudicio seruandus est Tribunalis stylus, vt bene probat Decian *in tract. crim. lib.*5. *cap.*26.*num.*6. 6

QVÆRO II. Quando, † & quibus præcedẽtibus indiciis possint Inquisitores de hæresi suspectos carcerare, & carceratos retinere, seu illos sub fideiussione, vel sine relaxare, qua in re vide Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Carcer, versic. Quot modis*; vbi, quod Inquisitor debet tenere inquisitum in carcere ad custodiam; Primo, quando est vehementer suspectus. Secundo, & eo magis, quando contra ipsum in processu essent factæ probationes de hæresi. Tertio, & multo magis, quando esset confessus. Quarto, quando si leuiter suspectus non inuenit fideiussores. Quinto, quando Inquisitor non est bene instructus, An inquisitus sit absoluendus, vel condemnandus, & qua pœna, & *in versic. An delegatus*, vbi ponit, An delegatus ab Episcopo vel à Capitulo sede vacante, vel ab Inquisitore, possit inquisitos de crimine hæresis carcerare, & *in verbo, Cautio*, vbi, quando Inquisitor possit deprehensum in hæresi sub cautione dimittere, & concludit, quod non, quando propria confessione aut legitima probatione est deprehensus, & *in verbo, Citatio, versicul. Nota, quod citatio non requiritur*, vbi dixit, quod quando dubitatur, ne citatus instruatur ad fugam, tunc non citatur, sed contra eum captura decernitur, & *versic. Sed si quærimus*, vbi testatur, practicam esse, quod habita informatione de maleficio & malefacto, sine alia citatione mittitur ad capiendum ipsum. Ad quæ & de materia vide in eodem Repertor. Inquisitor. *in verbo, Fideiussio, versic. Primo, & Secundo*, Simanch. *Catholicarum Institut. tit.*16.*rubr. de custodia reorum, nu.*1.*& sequ.* vbi tenet, quod quicquid sit in aliis criminibus, in crimine hæresis nemo in carcerem mittendus est absque sufficienti ad eam rem probatione, cum in tali crimine graue admodum sit aliquem in carcerem conijcere, grauiorque ex tali carceratione oriatur infamia, quam pro aliis delictis, & *in tit.*43.*rubric. de ordine procedendi, num.* 12, vbi, quod quando crimen est graue & plene probatum, deueniendum est ad capturam, secus, si agatur de leuiori crimine & reus sit leuiter suspectus, & *in Enchirid. violatæ Religion. tit.*25.*rubr. de comprehendendis, nu.*1.*&* 2. vbi, quod magna pruden- 7

tia

tia opus est in carcerandis reis, quia sola captura pro crimine hæresis vehementer infamat, & propterea requirere videtur ante capturam plusquam semiplenam probationem, & *num.5.* vbi, quod Presbyteri & Sacerdotes non sunt cōprehendendi, nisi aduersus eos duo, vel tres testes testimonium dixerint, de qua materia vide Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap.10. num.1. & ibi in additionibus, litera A. in verbo, Carcerabitur,* vbi bene ponit casus & causas, quibus de hæresi suspectus carcerari potest, Squillacent. *in tract. de fide Catholica, cap.27. n.1.* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.21. num.4.* vbi firmat conclusionem, quod hæreticus potest carcerari, nulla præcedente citatione, *nu.9.* vbi, quod hæc captura potest fieri non solum à delegato Principis, sed etiam à delegato inferioris; Verum ad hanc materiam vide etiam omnino Eymericum *in Directorio inquisitorum, part.3. rubric. de forma examinationis testium, num.37.* & *ibi* Francisc. Pegna *in additionibus, Commentar.17. litera E. versic. Ergo in hoc articulo, & seqq. folio mihi 451. colum.2. & seq.* ex quorum dictis colligitur Conclusio, quod ad rei accusati, vel inquisiti de hæresi, capturam non deuenitur, nisi aut delictum sit plene probatum, aut plusquam semiplene, aut saltim de eo adsint indicia, & vehementes suspiciones, timeaturque de eius fuga; nisi enim præmissa concurrant, citari prius debet ad informandum, antequam capiatur, & vide rursus eundem Franciscum Pegnam *in additionibus ad eundem Eymericum, vbi supra, eadem parte 3. quæst.59. Comment.108. versic. Primum ergo, & sequentib. fol. mihi 635. colum.2. & sequ.* vbi amplius dixit, quod quando capienda est aliqua persona insignis, vel alicuius auctoritatis, videlicet religiosa, nobilis, literis conspicua, seu incorruptæ vitæ, non prius Inquisitor eum capi & carcerari mandet, nisi consulto Superiore, etiam cum trāsmissione summarii indiciorum, nisi forsan & is fuerit de fuga suspectus, nam tunc præcedentibus, de quibus supra, tuto ad illius capturam deueniri poterit, etiam quod fuerit persona religiosa, nobilis, & conspicua, *vt supra,* vt ibi per eum, quem bene loquentem omnino videas, idem Franciscus Pegna *vbi supra, in additionibus ad Eymericum, in Director. Inquisitor. dict. part.3. rubr. de appellatione, Comment.31. litera E. nu.125. folio mihi 491. col.2. in fine, & fol. sequ.* vbi etiam, quando de hæresi inquisitus sit carcerandus, an vero per ciuitatem arrestandus, idem Eymeric. *vbi supra, part.3. qu.90.* vbi, quod deprehensus in hæresi, & sic confessus aut conuictus sub fideiussore non relaxatur, & *ibi* etiam Francisc. Pegn. *in addit. Comment.139. folio mihi 691. & sequ.* secus dicit, quando reus nō reperiretur culpabilis, vel quando leuiter deliquisset, quia tunc potest relaxari, cum fideiussione, si eam habeat, sin minus, cum iuratoria cautione, de habēda domo pro carcere, & alias, vt ibi per eum, quem pariter bene loquentem videas, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part.2. assert.1. nu.1. & pluribus seqq.* vbi facit Conclusionem contra inquisitum de hæresi, non esse deueniendum ad capturam, non præcedente aliqua summaria informatione, & non præcedentibus indiciis, nisi sit persona suspecta, vel sit timor de fuga, & *nu.13. & seq.* vbi dixit, quod quando inquisiti sunt religiosi, vel nobiles, tunc ad capturam habito consilio Consultorum multo cautius deueniendum est; cum captura pro crimine hæresis vehementer hominem infamet; & *num.19.* vbi, quod propter propositiones non hæreticales, licet male sonantes, vel scandalosas, non facile quis in carceribus secretis mancipandus est, & *nu.22. & seqq.* vbi, quod depositio vnius testis de visu, vel de auditu proprio, sufficit ad capturam, nisi accusatus esset nobilis, & bonæ opinionis, & famæ, quia tunc depositio vnius testis non sufficeret, vt ibi per eum, *num.34.* addo nouissime scripta per Sigismundum Scacciam *in tract. de iudicio causarum ciuil. criminal. & hæretical. cap.44. per totum,* vbi pariter dixit, ad capturam non esse deueniendum, nisi ex præcedente informatione, ex qua oriatur aut plena probatio, aut maxima, seu vehemens suspicio & indicium, habita etiam consideratione ad qualitatem delicti, ad qualitatem personæ delatæ, & an sit timor, vel suspicio de fuga, & quod his omnibus consideratis ad capturam non deueniatur, nisi de consilio peritorum & consultorum, & *cap.59. nu.6.* vbi, quod in crimine hæresis pro captura requiruntur maiora indicia, quam in aliis delictis; ad præmissa vide rursus eundem Francis. Pegnam *in addit. ad Eymeric. in Direct. Inquisitor. part.2. comment.12. ad cap. excommunicamus, il 1. extra, de hæreticis, versic. final. folio mihi 107. col.2.* vbi dixit, ex leuibus suspicionibus non esse contra aliquem procedēdum ad capturam, Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, lib.5. sect.7. in princ. versic. Capi tamen non poterunt, & infra, versic. quo ad personas,* vbi multum iudicis arbitrio deferēdum putauit, tam quoad capturam, quam quoad relaxationē in hoc hæresis crimine, Mont. Maran. *in praxi Archiepiscop. cap.84. num.1. in fine,* vbi, quod nunquam Curia procedit ad capturam, nisi saltim adsint indicia ad torturam, & quandoque etiam, quando persona denuntiata est grauis, non nisi habita extraiudiciali informatione à parocho denunciati, Gregor. de Valentia *in Commentar. ad Diu. Thom. disputat.6. quæst.13. puncto 4. §.3.* vbi ponit plura indicia, ex quibus malefici & sortilegi capi & carcerari possunt, Ludouic. à Paramo *de origine S. inquisit. lib.3. quæst.4. rubr. de forma & ordine iudiciario S. officii, n.36.* vbi pariter ponit regulam, à captura non esse inchoandum, & *quæst. 9. num.33. & seqq.* vbi pariter dixit, à captura inchoari non posse, non præcedente summaria causæ cognitione arbitrio iudicis. Et sic conclude, Inquisitoris arbitrio remissum esse, an, quando, & ex quibus deueniri debeat ad capturam rei pro crimine hæresis inquisiti, iuxta qualitatem personarum, hæresis, de qua inquiritur, præcedentium indiciorum, seu probationum, & fugæ suspicionis, prout generaliter dixi *supra, in tit. de carceribus & carceratis, qu....* *nu......* & ista est veritas.

QVÆRO II. Tu † scis, quod Inquisitores & Episcopi possunt carceres, custodes & exequutores proprios habere, pro carcerandis & detinendis inquisitis, 3
de hæresi etiam hoc dubitandum non est, quia clarum est in iure, & omnes infrascripti Dd. communiter præsupponunt. Verum de materia dictorum carcerum, de eorum custodibus, ministris, vel substitutis, de iuramēto illis præstando; de modo custodiendi carceratos, & præsertim, an in compedibus & manicis ferreis, de clauibus carcerum, de qualitate carcerum, de expensis faciendis carceratis, de salario custodibus præstando, ad quid carcerum custodes teneantur, quando in eorum officio delinquere dicantur, & plura alia ad hanc materiam spectantia, vide omnino tex. *in Clement. 1. §. Sane, & §. Porro,* & *ibi* Gloss. & Canonistas omnes, *de hæreticis,* Rosella *in summa, in verbo, Hæreticus, nu.50.* summa Syluestrina *in eodem verbo, Hæreticus, §.2. nu.9.* vbi facit quinque conclusiones ad carceris materiam spectantes, Vmber. Locat. *in iudiali inquisitor. in verbo, Carcer, nu.1. & omnibus sequentibus,* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Carcer, per totum, in discursu;* vbi latissime de materia carceris, & præsertim quotuplex sit carcer, & ponit quatuor gradus carceris, seu carcerationis, & *in versic. An delegatus,* vbi ponit, an delegatus ab Episcopo, vel capitulo sede vacante, aut ab Inquisitore, possit carcerare, & *in versicul. Nunc videndum,* vbi de forma & modo tenendi carceratos pro crimine hæresis, & *versic. Sed nunc videndum,* vbi ponit, qualiter carceratus debeat custodiri, & *in verbo, Expensæ, versic. Ex quibus, & versic. Vlterius quæritur,* vbi, cuius expensis carcerati & carceratorum custodes viuere debeant, & *in verbo, Iuramentum, versicul. Custos carceris,*

carceris, Simanch. *Catholicarum institut. tit. 16. rubr. de custodia reorum, per totam*, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 8. num. 4. versic. Sic etiam ambo prædicti*, Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, quæst. 11. nu. 6. & nu. 11. & nu. 13.* Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, part. 3. rubr. de modo interrogandi reum, num. 75. folio mihi 452. colum. 2.* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 18. liter. C. folio mihi 454. colum. 1.* & *latius eadem parte 3. quæst. 58. 59. & 60.* & *ibi* pariter Pegna *in addit. Commentar. 107. 108. & 109.* Læl. Zæch. *in summa, parte 1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11. num. 14. versic. Et etiam potest habere carcerem.*

9 QVÆRO IV. Quomodo † examinandi & interrogãdi sint rei carcerati pro crimine hæresis? Dic, quod licet in hoc certa doctrina, certaq; regula dari non possit, cum rei inquisiti, iuxta facti, personarum, loci, temporis, aliarumque circumstantiarum qualitates interrogentur, vt bene aduertit Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, parte 3. num. 74. Commentar. 18. rub. de modo interrogandi reum, versic. Primo, fol. mihi 453. col. 1. & num. 85. rubr. de obseruand. ab inquisit. in examin. hæreticorum, Commentar. 21. versic. Primo, folio mihi 460. col. 2.* & de huiusmodi formulis late scripserint Flamin. Cart. *in sua pract. interrogand. reor.* & Tranquill. Ambrosiu. *in sua eadem pract.* si tamen in specie de interrogatoriis faciendis inquisito de crimine hæresis aliquid scire volueris, recurre ad Constitutionem Martini V. editam de anno 1410 *incip. Inter cunctos, vers. Super præmissis, & seqq.* relatã per eundem Franciscum Pegn. post Director. inquisitor. inter literas Apostolicas. *folio mihi 94.* Simanch. *Catholicarum institution. tit. 43. rub. de ordine procedendi, nu. 14. & seqq. & in Enchirid. violatæ religion. tit. 28. rubr. de monitionibus, per totam*, vbi de monitionibus faciendis reo inquisito pro hæresi, vt veritatem fateatur, & *tit. 27. rub. de interrogationibus, pariter per totam*, & latissime & *ibi* Francisc. Pegna *in addit.* idem Eymeric. *vbi supr. nu. 85. 86. & 87.* Eymeric *eadem part. 3. dict. nu. 74. & sequ. vbi supra in Director. inquisitor.* & *ibi* pariter Pegna *in addition.* apud quos & formulam, & modum interrogandi reos de hæresi inquisitos, & obseruanda ab Inquisitoribus in eorum examinatione plenissime explicata reperies, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 36. num. 18.* vbi in specie, quod Inquisitores debent in genere reos interrogare, non autem in specie per suggestionem, de quo late etiam per Francisc Pegnam *vbi supra*, & per Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 2. nu. 293.* Sigismun. Scacc. *in tract. de iudic. caus. ciuil. crimin. & hæretical. cap. 87. nu. 21. & seqq.* Martin. del Rio Iesuita *de inquisitionib magicis, lib. 5. sect. 9. vers. quo ad primum*, vbi post Grilland. *in loco per eum relato*, ponit formam interrogandi lamias & maleficas, Ludouic à Paramo *de origine S. inquisitionis, lib. 3. quæst. 4. rubr. de forma & ordine iudiciario S. officij, nu. 37. & seqq.* vbi & ipse ponit practicam & formam interrogandi & examinandi reos.

10 QVÆRO V. † Quomodo, & à quibus in causis hæreticorum eligatur Notarius? Dic, quod eligitur ab Episcopo seu Inquisitore, & eligi potest etiam clericus, & in sacris constitutus, & etiam religiosus, qui Notarius esset, antequam Religionem ingrederetur, prout alias dixi *in fragmentis criminalibus, in verbo, Clericus, num. 228.* vbi allegatos hic repetere superfluum est; quibus & de materia electionis Notarii addo Gloss. *in Clem. prima, §. Porro, in fine, in verbo, Notarij, de hæreticis*, & *ibi* etiam Ancharan. *in §. sane, nu. 9. ante fin.* Ioan. de Imol. *nu. 17.* Bonifac. de Vitalinis *nu. 149.* & Cardin. Zabarell. *in §. Notarij, ante num. 1.* summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §. 2. n. 8. versic. Religiosi enim omnes*, Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo*, Notarius, *num. 4. in princ. & num. 5.* vbi etiam de forma eligendi & deputandi Notarium, & bene materiam declarat, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Examinatio testium, versic. Quantum ad secundum, in fine*, & *in verbo, Notarius, versic. Nota circa Notarios*, & *ib* Quintilian. Mandos. *in additionibus, litera D.* Ioann. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubric. de pœna officialium, &c. num. 3.* Ioan. à Rojas *singul. 133.* Simanch. *Catholicar. institution. tit. 41. rub. de ministris, &c. num. 7.* Campeg. *in additionib. ad Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 9. litera B. versic. Adde rursus, & versic. sequ.* vbi etiam ponit formam creandi Notarios, & ad eundem Zanchin. *cap. 31. versic. Nec ex Notariorum defectu*, Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap. 36. num. 1.* Læl. Zech *in summa, parte 1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11. num. 13. versic. Inquisitor etiam poterit creare*, vbi, quod Notarius eligitur ab Inquisitore, qui poterit cogere clericos, & alias personas idoneas, ad exequendum hoc officium, Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 18.* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 67.* dicentes & probantes, Inquisitorem de iure antiquo non habere auctoritatem sibi eligendi Notarium particularem, sed debere habere Notarios publicos Episcoporum, vel Dominorum temporalium illorum locorum, in quibus officium ipsis commissum exercet, sed quod postea ex priuilegio Pii IV. ibi per eum relato, Inquisitoribus, & eorum Commissariis data est facultas eligendi, assumẽdi, ac creandi in Notarios vnum vel plures etiam clericos seculares, vel quorumuis ordinum regulares, & ibi etiam ponit formulam eligendi hunc Notarium, & *quæst. 19.* & *ibi* etiam Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 68.* vbi amplius, quod Inquisitor potest cogere ad exequendum notariatus officium Notarios ab ipsis electos; & ante Pium IV. vide Constitutionem Alexandri IV. *incipien. Ne commissæ*, editam de anno 1260. & relatam per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas post Direct. Inquisitor *folio mihi 50.* vbi Inquisitoribus dat facultatem deficientibus Notariis secularibus eligendi religiosos, qui prius fuerant Notarii, & illis deficientibus, loco Notarii eligendi duos viros idoneos, & vide etiam aliam Constitutionem Vrbani IV. editam de anno 1261. *incipient. Licet ex omnibus, versic. Ad conscribendas*, relatam per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, *folio mihi 52. & seqq.* in qua pariter datur facultas Inquisitoribus eligendi in Notarium clericum secularem, constitutionem autem Pii IV. de qua *supra, incip. Pastoralis officij*, editam de anno 1561. reperies registratam per eundem Pegnam inter literas Apostolicas, *fol. 168.*

Notarii † autem inquisitionis debent iurare, suum 11
officium fideliter exercere coram Episcopo, & Inquisitore, vel substitutis ab eis, Text. ad literam *in Clement. 1. §. Porro, versic. Notarij quoque, de hæreticis*, & *ibi* Gloss. *in verbo, Iurand.* Ancharan. *in §. 1. Sane, num. 9. in princip.* Ioan. de Imola *num. 17. versic. Glossa iurabunt*, Bonifac. de Vitallinis *nu. 148. & sequentibus*, & Cardin. Zabarel *in §. Notarij, ante nu. 1. versic. Oppono, quod non teneantur*, summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §. 2. nu. 8. in princ.* Ioan. à Rojas *singular. 142.* Campeg. *in addition. ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 9. litera B. versic. Debet itaq; Inquisitor*, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum, part. 3. quæst. 19. Comment. 68. versic. Illud est tamen hoc loco diligenter obseruandum, folio mihi 593. colum. 2.* idem Eymer. *vbi supra, dict. part. 3. qu. 60. rub. de iuramento Notariorum*, & *ibi* etiam Franciscus Pegna *in addition. Commentar. 109. fol. mihi 639.*

Numquid † autem Notarius possit recipere salarium, 12
seu mercedem ab inquisitis, vide Cardinal. Zabarell. *in Clem. 1. §. Notarij, n. 1. de hæreticis*, vbi arguit pro, & contra, & concludit, quod sic, dummodo ab officio inquisitionis ipsi non fuerit deputatum certum Salarium: Salarium tamen incertum non debet excedere taxam decretam à supremo Tribunali Sanctæ Inquisitionis.

ARGVMENTVM.

In causis hæreticorum proceditur summariè, simpliciter, & sine strepitu, & figura iudicii, & quid importet talis clausula.

SVMMARIA.

Proceditur in causis hæreticorum summariè, simpliciter, sine strepitu, & figura iudicij, nu.13.

Apostatarum causæ tractantur summariè, simpliciter, sine strepitu, & figura iudicij, nu.15.

Clausula, summarie, simpliciter, sine strepitu, & figura iudicij, quid importet, nu.14.

Clausula summarie, simpliciter, sine strepitu, & figura iudicij, tollit solemnitates iuris ciuilis, non autem gentium, nec naturalia & substantialia, nu.16.

Clausula summariè sine strepitu & figura iudicij non tollit contestationem litis, nu.17.

Legitimatio personarum requiritur etiam in causis hæreticorum, & quando, nu.18.

Procedere in causis hæreticorum summariè, simpliciter, sine strepitu & figura iudicij, non coguntur inquisitores, sed possunt, si velint, nu.19. contra, quod cogantur, nu.20.

QVÆST. CLXXXV. §. II.

13 REGVLA † sit, quod in causis hæreticorum proceditur summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicii, text. expressus *in cap. Statuta, in prin. de hæreticis, in 6.* vbi ad literam dicitur: *Concedimus, quod in inquisitionis hæreticæ prauitatis negotio procedi possit simpliciter, & de plano, & absque iudiciorum strepitu & figura*, & ibi hoc adnotarunt Gloss. *in figuratione casus, in princip. & in verbo, Statuta, etiam in princ.* Ioan. Monach. *in princip.* Archidiacon *in princ. in verbo, De plano*, & Geminian. *in summario*, & extat Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1260. *incip. Cupientes*, relata per Franc. Pegn. inter literas Apostolicas, *fol. mihi 45.* & alia Vrbani IV. edita de anno 1261. *incip. Licet ex omnibus, versic. Insuper in dicto negotio*, relata per Pegnam *vbi supra, fol. 52. & seqq.* Ioann. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de materia processuum Inquisitionis, num. 1. & nu. 8. in fine*, Rosella *in summa, in verbo, Hæreticus, nu. 48.* summa Syluestrina *in eodem verbo, Hæreticus, §. 2. nu. 10. in princ.* Vmber. Locat. *in iudic. inquisitor. in verbo, De plano, nu. 1.* Repert. Inquisit *in verbo, Ordo, vers. Sed quoad telam iudiciariam*, Afflict. *in Constit. Regni, de hæreticis & Patterenis, rub. 1. nu. 32. in fin.* Simanch. *Catholicarum Institution. tit. 5. rub. de Aduocatis, nu. 1. & tit. 44. rubr. de ordine procedendi, nu. 30.* Conrad. Brun. *in tract. de hæreticis, lib. 4. cap. 5.* Zanchin. *in eod. tract. de hæreticis, cap. 9. in prin.* Campeg. *in additionibus ad eundem Zanch. cap. 31. vers. Adde vlterius*, Gundisal. *in tract. de hæret. q. 12. n. 1.* Carer. *in eod. tract. de hæreticis, nu. 93. in fin. versic. Item procedere possunt*, & *num. 103.* vbi de materia, & *nu. 108.* Boss. *in tit. de hæreticis, nu. 7.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 34. nu. 1.* Ioan. à Rojas *singul. 145. nu. 3.* Eymeric. *in Direct. inquisit. parte 3. quæst. 54.* & ibi Francis. Pegna *in additionibus, Commen. 103. fol. 929. & sequ.* Sigismun. Scaccia *de iudicio causarum ciuil. crimin. & hæretical. cap. 52. nu. 2.* vbi, quod ita Communiter tenent omnes Doctores, nemine discrepante, Lud. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib. 5. quæst. 9. nu. 49.*

14 Quid † autem importet clausula procedendi in crimine hæresis summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicii, vide omnino text. *in Clemen. 2. incip. Sæpe contingit, de verborum significat.* & ibi Glossa, & Communiter Doctores omnes, in quo quidem textu dicitur, per hanc clausulam non exigi libellum, nec litis contestationē, posse procedi etiam tempore feriarum, amputari dilationes, exceptiones autem appellationes dilatorias & frustratorias repellendas, testiumq; superfluam multitudinem refrenandam, & huius textus verba refert Calderin. *in tract. de hæreticis, rub. de processibus inquisitorum, nu. 2.* & vide etiam Gloss. *in cap. fin. in figuratione casus, in princ. & in verbo, Figura, de hæreticis, in 6.* & ibi etiam Ioan. Monach. *in princ. versic. Sed quid adijcit, & num. 1. & seqq.* vbi latè Prob. *nu. 1. in verbo, Figura, & nu. 3. in verbo, Tolluntur, & num. 7. in fine, in verbo, Veniens*, Archidiacon. *in princ. in verbo, De plano, & in verb. Sine strepitu*, & Franch. *num. 1. versic. in Glossa, in verbo, Figura*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Procedere, num. 6. & 7.* Repertor. inquisitorum *in verbo, Conclusio*, vbi propterea, quod in iudicio hæresis non est necessaria conclusio, & ibi Quintilian. Mandos. *in additionibus, litera B.* subdit, hoc esse regulare in omnibus casibus criminalibus, & *in verbo, Ordo, versic. Sed quoad telam iudiciariam*, vbi propterea, quod in accusatione non est necessaria solemnitas requisita, *in l. Libellorum, ff. de accusationibus*; nec conclusio in causa, Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 12. nu. 2.* vbi propterea, quod in accusatione non est requirenda solemnitas requisita, *in leg. Libellorum, ff. de accusationibus*, nec in tali iudicio est necessaria cōclusio in causa, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum part. 3. quæst. 54. Commentar. 103. versic. Est autem magnum, folio mihi 630.* vbi dixit, per hanc clausulam Inquisitorem nō cogi omnem ordinem iudiciarium seruare, ita, quod si quid ex ordine iuris omissum fuerit, nō propterea processus vitietur, & latius idem Eymeric. *dicta part. 3. rubr. de modo prosequendi & continuandi processum in causa fidei, num. 70. & dict. part. 3. quæst. 55.* vbi pariter refert verba dictæ Clementinæ *Sæpe, de verborum significat.* subdit tamen, quod licet dilationes sint amputandæ, non tamen taliter abbreuiandæ, vt probationes necessariæ & legitimæ non admittantur, prout nec etiam omitti possunt citationes, iuramenta de calumnia, vel malitia, siue de veritate dicenda, & ibi pariter Francisc. Pegna *in additionibus, Commentar. 104.* vbi latius docet, quid per hanc clausulam, summariè, &c. exclusum non dicatur, Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, libr. 3. quæst. 4. rubr. de forma & ordine iudiciario S. officij, num. 44.* Læl. Zech. *in summa, part. 1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11. num. 14. versic. In negotio vero fidei.*

AMPLIA † hanc regulam, vt idem sit in causis Apostatarū, in quibus etiam proceditur summarie, simpliciter, & sine figura iudicii, prout dixi *supra, quæst. 183. num. 10.* & hic repetere non est necesse. 15

LIMITA I. Quia † clausula prædicta, de plano, & sine strepitu in crimine hæresis, licet tollat solemnitates iuris ciuilis, Vmbert. Locat *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Procedere, nu. 7.* non tamen tollit solemnitates iuris gentium, vel diuini, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, De plano*, Carer. *in tractat. de hæreticis, nu. 108. versic. In contrarium*, vbi propterea, quod per hanc clausulam non censentur sublatæ citationes, & defensiones necessariæ, Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 34. n. 31.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum part. 3. quæst. 24. Commentar. 103. versic. Est autem magnum, folio mihi 630. col. 1.* & in eisdem additionibus ad eundem Eymericum, *vbi supra, quæst. 55. Commentar. 104. versic. Primo, & versic. penult. & sequ.* vbi etiam declarat, quænam sint substantialia & naturalia huius iudicii, Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, libr. 3. qu. 4. rub. de form. & ordine iudiciario S. officij, nu. 45.* vbi pariter dixit, per hanc clausulam non esse sublata necessaria, & substantialia causæ, illa scilicet, sine quibus nec iuste, nec rectè, nec cōmode negotium tractari potest. 16

LIMITA II. Vt † eadem clausula non tollat contestationem litis, quod an verum sit, & quando, vide Glossam & Doctores *in cap. fin. de hæreticis, in 6. in locis allegatis supra hac eadem quæstione, nu. 14.* Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 111.* vbi concludit, quod si inquisitus præsens est, videtur necessaria litis contestatio, per text. *in cap.* 17

tum contumacia, de hæreticis, in 6. ibi, *Vt de fide respondeat,* non tamen processus erit nullus ex defectu litis contestationis, si de maleficio constiterit, per text. quem allegat *in Clementin. Sæpe, de verborum significat.* Bartholom. Commens. *in lucerna inquisitorum, in verbo, Litis contestatio,* vbi simpliciter dixit, in causa hæresis non requiri contestationem litis, Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 28. num. 11.* vbi dixit, quod licet de iure videatur requiri litis contestatio, hodie tamen in practica hoc non seruatur, & *cap. 34. nu. 5.* vbi idem dixit Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & haretical. cap. 103. nu. 10.* vbi pariter dixit, quod in causis violatæ religionis non requiritur litis contestatio; Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitor. parte 2. Comment. 19. folio mihi 330. col. 2.* vbi dixit, in crimine hæresis non esse necessariam litis contestationem.

18 LIMITA III. Vt † in causis hæreticalibus requiratur etiam legitimatio personarum, alias processus redditur nullus, & ideo pupillus aut minor sine tutoris aut curatoris auctoritate accusare non possunt, secundum Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 108.* vbi arguit pro & contra, & in hac opinione residere videtur, licet bene subdat, quod ad accusandum admittitur filiusfamilias, etiam sine consensu patris, Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 28. nu. 7.* vbi simpliciter dixit, in hoc iudicio requiri personarum legitimationem; hodie tamen, cum loco accusationis successerit denunciatio, quilibet indistinctè admittitur ad denunciandum.

19 LIMITA IV. Quia † licet in crimine hæresis procedi possit summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu & figura iudicii, non tamen ad sic procedendum Episcopi & Inquisitores arctantur, sed possunt si volũt, secundum Geminian. *in cap. fin. nu. 1. versic. Nota, quod iudices, de hæreticis, in 6.* Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Inquisitor, nu. 18. in fine,* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 9. in princip.* Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 34. nu. 30.* Sigism. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap. 52. nu. 2. versic. Quinimo poterit procedi modo arbitrario,* vbi in idem adducit constitutiones Marchię, *lib. 4. cap. 1.* quæ indistinctè permittit, vt super delictis procedatur summariè, & prout iudici videbitur.

20 Hæc † opinio non placet Deciano *in tract. crim. lib. 5. cap. 26. nu. 9.* vbi dixit, quod si esset verum, quod modus procedendi contra hæreticos esset arbitrarius ex eo, quod in crimine hæresis procedatur summarie, simpliciter, & de plano, sequeretur, quod in omnibus causis, in quibus proceditur summarie, breuiter, & de plano, de quibus *in Clement. Sæpe, de verborum significat.* latum esset arbitrium iudicum; quod tamen verum non est, vt ibi habetur, præterquam quod ad dilationes, & *cap. 34. nu. 9.* vbi dixit, verius esse, in causa hæresis procedendi modum non esse arbitrarium, quinimo arctiorem esse præscriptum modum procedendi in his causis, quam in aliis, cum in his maxime vertatur periculum, & propterea *in cap. Vt officium, §. 1. de hæreticis, in 6.* dicitur: *Procedendum esse iuxta Canonicas sanctiones,* & ibidem *in §. si vero,* dicitur: *Iuxta formam Ecclesiæ,* & ideo arbitrium, quod habent Inquisitores, intelligendum erit, quoad leuia, & non multum præiudicialia, non autem in præiudicialibus, ex allegatis ibi per eum.

ARGVMENTVM.

In crimine hæresis proceditur per accusationem, & quomodo.

SVMMARIA.

Proceditur contra hæreticos & in eorum causis per accusationem, nu. 21.

Forma accusationis in crimine hæresis, nu. 22

Accusare possunt in crimine hæresis omnes etiam prohibiti à iure ciuili, nu. 23. vbi in specie de seruis contra Dominum, de criminosis, de laicis contra clericum, de hæreticis, de vilibus, & infamibus, de mulieribus, ac de pupillis & minoribus.

Crimen hæresis publicum est, nu. 24.

Inimici in crimine hæresis accusare etiam possunt, num. 25. contra, nu. 26.

Inimici in crimine hæresis accusare an poßint, arbitrio iudicis remittitur, nu. 27.

Inimici in crimine hæresis stricte & proprie sumpto accusare possunt, secus in crimine hæresis improprie & large sumpto, numer. 28.

Inimici accusare possunt in crimine hæresis, sed non probant, numer. 29.

Accusatio in crimine hæresis nunquid debeat continere locum & tempus commissi criminis, nu. 30.

Inquisitione pendente in crimine hæresis, si superueniat accusator, iudicium inquisitionis silet, & proceditur in accusatione, num. 31.

Accusator & testis potest quis esse in crimine hæresis, Declara, num. 32.

Talionis pœna, & subscriptio ad pœnam talionis, nunquid habeat locum in crimine hæresis, nu. 33. & 34. Et quid, quando accusatur memoria defuncti, num. 35.

Calumniator & falsus accusator non excusatur à calumnia, etiam quod ante sententiam pœnitens desistat ab accusatione, num. 36.

Calumniator & falsus accusator in crimine hæresis punitur pœna arbitraria, nu. 37. sed quod imo puniatur eadem pœna, qua puniretur accusatus, si accusatio fuisset probata, nu. 38. Declara, & distingue, vt nu. 39.

Fiscus hodie succeßit loco accusationis in crimine hæresis, n. 40.

Accusatio in crimine hæresis receßit ab aula, quia periculis & litigiis plena est, nu. 40.

Absens accusare non potest in crimine hæresis, nu. 41.

Accusatio in crimine hæresis à promotore Fiscali debet offerri in scriptis, & cum iuramento calumniæ, nu. 42.

QVÆST. CLXXXV. §. III.

REGVLA † sit, quod in causis hæreticorum proceditur inprimis per accusationem, vt Communiter tradunt Doctores omnes allegati *supra hac eadem quæst. nu. 2.* quos hic repetere superfluum est. 21

Formã † autem huius accusationis videas per Speculat. *in tit. de hæreticis,* Brun. *in trac. de hæreticis, lib. 4. cap. 7.* Simanch. *Catholic. instit. tit. 4. rubr. de accus. n. 11.* Eymeric. *in Direct. Inquis. part. 3. rub. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem, nu. 67. versic. In nomine Domini,* & ibi Pegn. *in addition. Comment. 14. vers. Ego Augustinus, & seqq. fol. mihi 445. col. 2.* vbi etiam ponit formam accusationis, quam facit Fiscalis, & de modo & practica procedendi in crimine hęresis per accusationem introducto, vide eundem Eymer. *vbi sup. in Direct. Inquis. in dict. part. 3. rub. de modo continuandi processum per accusationem, num. 71.* Vide etiam aliquid per Scacc. qui more suo satis confuse loquitur, *in tract. de iudic. causar. ciuil. crim. & hæret. cap. 52. nu. 4. & seqq.* Lud. à Paramo *de orig. S. Inquis. lib. 3. qu. 9. num. 17. & omnibus seqq.* vbi ponit formam accusationis, quam contra hæreticum proponit promotor fiscalis, singulasq; accusationis clausulas discutit, & declarat. 22

AMPLIA I. Propositam † regulam, vt ad accusandum in crimine hæresis quilibet admittatur, etiam à iure ciuili accusare prohibitus; de qua re dixi *supr. in tit. de accus. qu. 12.* vbi videas, quibus adde Archid. *in c. accusatus, nu. 4. de hæret. in 6.* vbi, quod admittuntur serui cõtra dominos, & etiam criminosi; Odofred. *in leg. Manichaos,* per illum tex. *nu. 1. vers. Insuper etiam, C. de hæret.* vbi pariter de seruis, quod possunt accusare suum Dominum, & accusando libertatem acquirunt, Vmbert. Locat. *in iudic. inquis. in verbo, Laicus, nu. 2. vers. Et nota,* vbi, quod in crimine hæresis laicus admittitur ad accusandum clericum, 23

ricum, Repertor. Inquisit *in verbo, Accusatio, versic. Sed in isto criminibus*, vbi generaliter, quod ad accusandum admittuntur omnes alias accusare prohibiti, & *in vers. Sed an isto crimine*, vbi, quod hæreticus potest accusare hæreticum, non tamẽ potest accusare fidelem, & *in vers. Nota, quod in isto crimine*, vbi, quod quilibet de populo potest accusare, & *sub vers. Item testibus vilibus, post medium*, vbi, quod admittuntur infames vtriusque sexus, & laici contra clericum, & *in versic. Sed an quilibet*, vbi & generaliter, quod ad accusandum in isto crimine quilibet indistincte admittuntur, & *in vers. seq.* vbi, quod mulieres in crimine hæresis ad accusandum admittuntur, & *ibi* Quint. Mandos. *in addit. lit. K. & L.* Simanch. *Catholicar. Institutionum tit. 4. de accus. nu. 1. & seqq.* Zanchin *in tract. de hæreticis, cap. 1. & 13. num. 7.* vbi reddit rationem, & *ibi* Campeg. *in addi. lit. E. in verbo, Cogi poterit, vers. Et quoniam*, Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 108.* vbi ad accusandum admittuntur pupilli & minores, sed non sine auctoritate tutoris aut curatoris. Admittuntur bene filii familias sine Patris consensu. Et *nu. 107.* vbi de infamibus mulieribus, seruis, & admittendis ad accusandum in hoc crimine, & ibi etiam ponit, quid de infantibus & pupillis doli capacibus, mutis & surdis à natura, vel ex accidente, quid de excõmunicatis & hæreticis, an ad accusandum admittantur de iure Ciuili, vel Canonico, cum omnino bene loquentem videas, Gundisalu. *in eod. tract. de hæreticis, quæst. 10. nu. 3.* vbi de laicis accusantibus clericum hæreticum, Paris. *cons. 2. nu. 54. lib. 4.* vbi de criminibus & excõmunicatis, Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 28. nu. 1. & 2.* vbi de laico accusante clericum, & *nu. 3.* vbi de infamibus, mulieribus, & seruis, & *nu. 4.* vbi, quid de excõmunicatis & hæreticis, & *n. 5.* vbi, quid de infantibus & pupillis, furiosis, mutis, & surdis, *c. 20. nu. 6.* vbi, quod excommunicatus non admittitur ad accusandũ hæreticum propter timorem participationis, & *cap. 37. nu. 36.* vbi de pupillis, mutis, surdis, furiosis, excommunicatis & hæreticis, quod non admittuntur ad accusandum in crimine hæresis, Ioan. à Rojas *singul. 9.* vbi, quod hæreticus hæreticum accusare potest, & *sing. 11.* vbi, quod regulariter hæreticus vel paganus ab accusando repellitur, & *sing. 13.* vbi generaliter, quod quilibet de populo potest hæreticum accusare, & *sing. 120.* vbi, quod laicus potest clericum accusare, & *sing. 138.* vbi, quod mulier admittitur ad accusandum in crimine hæresis.

24 Ratio † præcedentis ampliationis est, quia crimen hæresis publicum crimen est, *l. Manichæos, §. 1. C. de hæreticis*, vbi dicitur: *Ac primum quidem volumus esse publicum crimen, quia quod in Religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam*, Glossa *in eadem l. Manichæos, in verbo, Crimen*, Azzo *nu. 9. versic. & ideo*, Butrig. *in summa, & in 1. notab.* Odofred *nu. 1. in princ.* Alberic. *nu. 2. in verbo, In omnium fertur iniuriam*, vbi licet plura in contrarium adducat, ex quibus suaderi videatur, hoc crimen in omnium iniuriam non ferri, concludit tamen, esse publicum crimen, & quod propterea in eo indifferenter omnes ad accusationem admittantur, Salycet. *in summario*, Prob. *in addit. ad Io. Monach. in rub. de hæreticis, in 6. nu. 8. & 9. lit. D.* Extat Constitutio Friderici, *incip. Inconsutilem*, relata per Pegnam inter literas Apostolicas, *fol. mihi 18.* Repert. Inquisit *in verbo, Hæresis, §. 1. rubr. Quid sit hæresis, vers. Item hæresis dicitur crimen publicum, & in verbo, Crimen, versic. Item crimen hæresis est crimen publicum*, & ibi Quintil. Mandos. *in addit. lit. B.* Ioan. à Rojas *sing. 51. & singul. 90.* Afflict. *in Constitution. Regn. de hæreticis & Paterenis, rub. 1. nu. 1. & nu. 13.* Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 20. nu. 1.*

Apostasia an sit publicum crimen, dixi *supra, qu. 183. nu. 6.*

25 Amplia † rursus præcedentem primam ampliationem, vt ad accusandum in crimine hæresis admittatur etiam inimici, secundum Archid. *in c. Accusatus, nu. 4. de hæret. in 6.* Repert. Inquisit. *in verbo, Accusatio, versic. Sed vtrum inimicus*, Nicol. Arelatan. *notab. 10.* qui eam reddit rationem, quia scilicet inimicus accusando hæreticum dicitur prosequi suam iniuriam, cum vt *supr.* iterum dixi, quæ in Religionem diuinã committuntur, omnium iniuriam respiciunt, *l. Manichæos, C. de hæretic.* Squillac. *in tract. de fide Cath. c. 51.* Campeg. *in addit. ad Zanch. in tract. de hæret. cap. 13. lit. D. In verb. Omnis*, Paris. *cons. 2. nu. 54. iuncto nu. 75. & seq. lib. 4.* vbi tamen subdit, quod licet inimicus capitalis admittatur ad accusandum, nihil tamen probat, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 25. nu. 7.* Qui tamẽ loquitur de iure Canonico, Io. à Rojas *sing. 10.* Mascar. *de probat. lib. 2. conclus. 857. nu. 43. & seqq.* & dixi hac de re iterum *supra, in tit. de accusat. quæst. 12. nu. 39. & sequ.*

Contrarium, quod † inimici non admittantur, quãdo inimicitia est capitalis, scripsit Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 107. in fine, vers. Item à prædictis excluditur inimicus*, Campeg *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis, litera D. in verbo, Omnis*, vbi dixit, contrariam opinionem sibi videri valde duram, & prorsus iniquam, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 28. nu. 6.* vbi aliis relatis hanc testatur communem Doctorum sententiam, respondetque rationi per Nicol. Arelatan. *vbi suprà* contrarium tenentem adductæ, & *cap. 37. nu. 36.* relati per eundem Dec *in tract. crim. vbi supra, lib. 5. cap. 25. nu. 6.* qui tamen loquuntur de iure ciuili, Eymeric *in Director. Inquis. part. 3. quæst. 67. vers. Respondemus in fine*, & ibi Pegn. *in addit. comm. 116. lit. A. vers. 1. & seq. fol. mihi 660. col. 2.* vbi pariter reprobat Nicol. Arelat. *vbi supra*, contrarium tenentem. 26

In hac † contrarietate vide Campeg. *in additionib. ad Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 13. litera D. in verbo, Omnis*, vbi post plura concludit, quod ex quo ipse plerumque habuit in facto inimicos, qui veritatem dixerunt, hoc ideo monet inquisit. vt diligenter attendant deponentium seu denuntiantium qualitates. 27

In † hac eadẽ contrarietate aliqui distinguunt, quod inimicus capitalis admittitur ad accusandum in propria & perfida hæresi, non autem in hæresi large & generaliter sumpta, secundum Isern. *in Constit. Gazzaros, in verbo, Diuina quoque & humana, tit. de statut. contra libertat. Ecclesiasticam*, quem sequuti sunt Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 107. in fine*, Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 13. lit. D. in verbo, Omnis*, & Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 28. nu. 6. etiam in fine.* 28

Veritas † est, & ita teneas, quod etiam capitalis inimicus in crimine hæresis ad accusandum admittitur, sed non per hoc facit fidem, iuxta ea quæ dixi *infra, hac eadem quæst. nu. 32.* & expresse voluit Paris. *consil. 2. nu. 54. & 75. lib. 4.* Et hoc est, quod dixit Campeg. *in addition. ad Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 13. litter. D. in verbo, Omnis*, considerans valde durum, & prorsus iniquum videri, vt inimicus sit accusator & testis. 29

Amplia II. Vt † in accusatione contra hæreticum non debeat exprimi locus, aut dies cõmissi criminis, ne reus inde cognoscat testes super eo deponentes, aut aliquam excogitet fraudem, quæ veritatem occultet, vt per Simanch. *Catholic. instit. tit. 4. rubr. de accus. n. 9. & 10.* vbi hoc declarat non procedere, quando reus peteret exprimi locũ & diem prætensi commissi criminis, quia tunc talis declaratio non videtur deneganda, adhibita tamẽ cautela, ne ex hac declaratione testes aliquid detrimenti capiant, & *tit. 43. rubr. de ordine procedendi, nu. 21.* vbi accuratius loquendo non dicit, in accusatione non esse exprimendum locum & diem cõmissi criminis, sed expressum accusato copiam accusationis petenti esse occultandum, Carer. *in tract. de hæret. n. 109.* vbi generaliter dixit, accusationem non annullari ex defectu solemnitatum, quæ alias de iure in accusatione requiruntur, & quod licet in accusatione sit necessaria positio loci, & temporis, nõ tamen si locus & tempus omittatur, 30

tatur, hæreticus euadit punitionem, si de crimine constat. Guind *in tract. de hæreticis, qu.*12.*nu.*2. vbi generaliter dixit, in accusatione in crimine hæresis non esse necessarias solemnitates, *l. Libellorum, ff. de accusation.* Scacc. *in tract. de iud. caus. ciuil. crim. & hæret. c.*52.*nu.*3. vbi idem dixit, & alios refert concordantes, Decian. *in tract. crimin. lib.*5.*cap.*28.*num.*10. vbi pariter dixit, in crimine hæresis procedere accusationē sine loco & tempore, dummodo postea in capitulis ad probandum, quod accusatus sit hæreticus, deducatur factum cum adiectione loci & temporis. Lud. à Paramo *de origine S. Inquis. l.*3.*q.*9.*n.*16. *& nu.*93. *& seqq.* vbi dixit: *In accusatione porrecta contra hæreticum per procuratorem Fiscalē non debere apponi locum loci, & tempus præcisum commissi criminis, sed tantū mensem & annum, oppidum seu ciuitatem, & num.*49. *& seqq. plur.* vbi ponuntur solemnitates, & substātialia huius accusationis.

31 Ampl. III. Quia, † si pendente inquisitione super crimine hæresis superueniat accusator, silet inquisitio, & proceditur in accusatione; Quod, an verum sit, & quando, vide in Repert. Inquis. *in verbo, Inquisitio, vers. Si pendente Inquisitione,* Decian *in tract. crim. lib.*5.*cap.*28.*n.*9. vbi post Bart. & Ang. de Malef. *in locis per eum relatis,* concludit, quod in crimine hæresis superueniente accusatore non cessat inquisitio, Io. à Rojas *sing.*8. vbi idē dixit.

32 Amplia IV. Vt † in crimine hęresis possit quis esse accusator & testis, dummodo non sit inimicus, & est ratio, quia tale crimen cōmittitur in cōtumeliam creatoris, non autem in iniuriam priuatæ personæ accusantis vt in Repertor. Inquisitor. *in verbo, Accusatio, versic. Sed vtrum idem, qui est accusator,* vbi testatur, idem seruari ex generali consuetudine Inquisitionis, & *in verbo, Testes, versic. An iudex procedens,* vbi dixit, quod iudex potest denunciantem recipere in testem, Simanch. *Catholicarum Institution. tit.*19. *rub. de denunciatione, nu.*17. vbi dixit, Denunciatorem inter testes connumerari ex eo, quia eius non interest hæreticum iudicare, nisi tanquam vnus de populo, & *tit.*64. *rubr. de testibus, nu.*55. Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.*13. *nu.*8. Ioan. à Rojas *singul.*7. *& sing.*192. *num.*4.

33 Limita I. Propositam † regulam, vt in accusatione non sit necessaria inscriptio accusatoris ad pœnam talionis, quia hodie talis inscriptio recessit ab aula, vt per Simanch. *Catholicarum institution. tit.*4. *rub. de accusat. nu.*8. Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.*10. *nu.*4. Ioan. à Rojas *sing.*6. Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitor. parte*3. *rub. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem, Comment.*14. *nu.*67. *lit. A. versic.* 1. *& seqq. fol. mihi*144. *col.*1. *& sequ.* idem Pegn. *vbi supra, in addit. ad Eymer. inquis. part.*3. *qu.*55. *Commen.*104. *vers. Itaque cum summarie, folio mihi*630. *col.*2. vbi generaliter dixit, per clausulam, *summariè &c.* esse sublatas omnes solemnitates. *in l. Libellorum, ff. de accusat.* Lud. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib.*3. *qu.*4. *rubr. de forma & ordine iudiciario S. Officij, nu.*16. *&* 17. *& qu.*9. *nu.*12.

34 Contrarium, † quod etiam in hoc crimine accusator debet se subscribere ad pœnam talionis, voluerunt Felyn. *in cap. Si quis Episcopus, nu.*4. *vers. & in Gloss. final. extra, de hæreticis,* Carer. *in tract. de hæreticis, nu.*135. *in fine,* quos refert & sequitur Decian *in tract. crimin. libr.*5. *cap.*28. *nu.*8. vbi respondet rationi per Gundisalu. *in loco præallegato* contrarium tenentem adductæ, Eymeric *in Director. Inquisitorum, part.*3. *rub. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem, nu.*67.

35 Et † hæc secunda opinio eo magis admittitur in eo, qui defuncti memoriam accusat, qui propterea debet se inscribere ad pœnā talionis, nec admittitur per viam denunciationis, secundum Archidiacon. *in c. filij, in prin. versic. Et is, qui vult demonstrare, de hæreticis, in*6. & *ibi* etiam Ioan. Andr. *ante nu.*1. *col.*1. *in princ.* Gemin. *nu.*5. & Franch. *num.*3. Carer. *in tract. de hæreticis, nu.*135. *in fine, versic. Et nota, quod accusans memoriam,* Decian. *in tract. crim. libr.*5. *cap.*28. *num.*16.

Et † retenta hac eadem secunda opinione, dic, quod accusator, qui non probando accusationem ad pœnam talionis tenetur, non excusatur ab ea, etiam quod ante sententiam pœnitēs ab accusatione desistat, secundum Io. Andr. quem cōmuniter omnes Canonistæ sequuntur, *in c. excommunicamus, il* 2. & *ibi* præsertim Anania *nu.*6. *&*7. *extr. de hæret.* Pegn. *in add. ad Eym. in Direct. Inq. part.*3. *rub. de primo modo procedēdi in causa fidei per accusationem, comment.*14. *vers. Sed Iacobus de Arena, fol. mihi*444. *col.*1. 36

Vtcumque † sit de subscriptione ad pœnam talionis, satis est, quod in crimine hæresis, si accusator accusationem non probauit, vel ab accusatione destiterit, tanquam calumniator punitur, ex allegatis per Siman. *Catholic. institut. tit.*4. *rubr. de accusat. nu.*7. & per Decian. *in tract. crim. libr.*5. *cap.*28. *nu.*12. Ioan. à Rojas *singul.*8. vbi, quod non punitur vt hæreticus, & hæretici pœna, sed pœna calumniatoris arbitrio iudicis; Pegna *in addit. ad Eymeric. in Director. Inquisit. part.*5. *rub. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem, vers. Ex his redditur valde dubia, & seq. fol. mihi*444. *col.*2. vbi, quod in crimine hæresis accusator, calumniator, siue inscribat se ad pœnam talionis, siue non se inscribat, nō punitur eadem pœna, qua erat puniendus accusatus hæreticus, si accusatus verum dixisset, & *fol.*445. *col.*1. *vers. Item si reus,* vbi de accusatore, volēte desistere ab accusatione, quod non est audiendus, adde præmissis Scacc *in tract. de iudic. caus. ciuil. crimin. & hæretical. cap.*52. *post nu.*6. *& seqq.* adde etiam eundem Pegn. *vbi supr. in addit. ad Eymeric. in Direct. Inqu. part.*3. *rub. de*12. *modo terminandi processum; comm.*40. *vers. Ad hæc illud hoc loco obseruabis, fol. mihi*566. *col.*2. vbi facit conclusionem, quod falsus delator punitur eadem pœna, qua punitur testis falsus, ea motus ratione, quia in hoc crimine, vt *supra* dictum est, delator seu denunciator in testibus numeratur. 37

Quamuis, † quod imo calumniator in crimine hæresis puniatur similitudine supplicii, voluisse videatur Gundis. *in tract. de hæret. qu.*22. *n.*11. vbi etiam, quod plus est, loquitur in accusante memoriam defuncti; quo casu calumniatorem grauius puniri, quam puniendus esset defunctus & sic pœna ignis, voluit Gloss. *in cap. sanè,* 24. *q.*2. & cum Gundis. transire etiam videatur Decian. *in tract. crim. lib.*5. *cap.*57. *num.*20. licet subdat, hodie hoc malè obseruari, cum raros videat accusatores condemnatos, & plures reos absolutos in maximū fidelium scandalum, vt ibi per eum. 38

Et † hæc contraria opinio locum habebit in vero calumniatore, eo scilicet, qui sciens quem innocentem, ipsum falsò accusauit & detulit sancto Inquisitionis officio, cum enim in crimine hæresis, vt *suo loco* dixi, quis sit accusator & testis, testis autem falsus in dicto crimine, quando præsertim deponit contra aliquem de formali hæresi, pœna talionis puniatur, vt pariter dixi *infra, quæst.*188. *n.*37. *& seqq.* hoc ideo accusatorem & denunciatorem falsum, & sic verum calumniatorem pœna talionis puniendum, non erit absurdum dicere, tum de iure communi, tum vigore Bullæ Pii V. in ordine quintæ, *in Bullario, parte*2. *folio*926. *versicul. Monemus præterea, il secundo,* vbi generaliter Pontifex voluit, denunciantem per calumniam ad pœnam talionis teneri. 39

Limita II. Quia † cum in crimine hæresis quilibet accusare teneatur, & accusator non probando accusationem, puniatur vt calumniator, & ob id periculosum sit, in isto crimine aliquē accusare, hinc ideo inductum est non solum, vt accusatoris nomen non publicetur, vt de his omnibus *suo loco* dixi, sed etiam in sancto Inquisitionis officio deputatur Promotor Fiscalis, qui nunquam accusat, nisi testes habeat, nec pœnam 40

pœnam

nam calumniatoris timet, quia ex necessitate officij hoc facit, vt per Symanch. *Cathol. instit. tit. 4. rubr. de accusation. num. 8. & tit. 53. rubr. de promotore fiscali*, vbi alia de promotore fiscali, & eius officio, *& in Enchirid. Violat. Religion. tit. 33. rubr. de accusation. nu. 1. vers. Sed hodie*, Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis cap. 9. litera A. vers. Admonet nihilominus*, vbi quod modus procedendi per accusationem est plenus periculis, & litigijs, & in causis fidei parum consuetus, & *in versic. Sequenti*, vbi propterea dixit, quod fama tantummodo præcedente (adde tu, seu aliis legitimis indicijs loco famæ) ex officio inquiritur, & proceditur, Decian. *in tract. crimin. libro 5. cap. 28. num. 8. in fin. vers. fallit tamen ista conclusio, & num. 14.* vbi dixit, quod hodie in pluribus locis, Fiscalis Aduocatus fungitur vice publici accusatoris, non tamen accusationi se subscribit, Eymeric *in Direct. inquisit. par. 3. rubr. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem n 67. vers. Et attendat Inquisitor*, vbi dixit, quod inquisitor non libenter admittere debet istum modum procedendi per accusationem, tum quia in causa fidei non est visitatus, tum etiam quia accusatori est multum periculosus, & etiam litigiosus; sed si accusator instet accusationem recipi, Inquisitor non potest eum reijcere, & ibi Francisc. Pegn. *in additionibus Comm. 14. litera B. vers. Sed cum hodie fol. mihi 445. col. 2.* vbi dixit, quod cum hodie accusatoris persona raro admittatur fiscalis subintrat loco accusatoris, & non se subscribit. Adde præmissis Sigismund. Scacc. *in tract. de iudicio causar. ciu crim. & hæretical. c. 52. n. 6. & seqq.* Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib. 2. q. 9. num. 15. & seqq. in discursu* vbi etiam plura alia ad materiam huius Promotoris Fiscalis. Et quidem hodie in supremo Vrbis, & totius Christianæ Reipublicæ, Sanctæ & Generalis Inquisitionis Tribunali processus per viam accusationis recessit ab aula. Qui enim ad deferendum hæreticos accedunt, non vt Accusatores, sed vt Denunciatores recipiuntur. Et postea accusatoris loco Promotor Fiscalis accusat.

41 LIMITA III. † vt absens accusare non possit, neq; per epistolam, neque per procuratorem, neque quouis alio modo, *per tex. in cap. final. 2. quæst. 8.* cuius Can. dispositio hodie in practica non seruatur.

43 LIMITA IV. † Quia accusatio, quam proponit Promotor fiscalis in hoc crimine hæresis, debet offerri in scriptis, & cum iuramento, quod eam non malitiose facit, sed sui officij necessitate ductus, Symanch. *Cathol. inst. tit. 4. de accusation. nu. 12. ex c. fin. 2. q. 8. quem allegat.* Accusatio autem alterius extranei vtrum debeat offerri in scriptis? Dic quod sic, secundum Eymeric. *in Director. Inquisitor. par. 3. rubric. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem sub num. 67. facit tex. in cap. 1. 2. qu. 8.* in illis verbis: *Accusatorum personæ nunquam recipiantur sine scripto*, Licet veritas sit, validam esse accusationem, siue accusator porrigat accusationem in scriptis, siue verbalem tantum querelam apud acta iudicis, quam tabellio in scriptis redigat, secundum Salyc. *in l. penul. num. 2. Cod. de accus.* cuius opinionem in praxi seruari testatur. Iul. Cla. *in pract. crimin §. fin. quæst. 12. vers. Quæro quæ*, quos refert & sequitur Pegn. *in addit. vbi sup. comm. 14. lit. B. fol. 445. colum. 1. ad fin.* subdens, ita etiam obseruandum esse in sancto inquisitionis officio. Ludou. à Paramo *de orig. S. Inquisit li. 3. q. 9. n. 14.* vbi pariter dixit accusationem dari posse in scriptis, & sine scriptis oretenus, redigendam tamen in scriptis à Notario, *& num. 208. & seqq.* vbi ponit clausulam illam, quam Promotores Fiscales in fine accusationis apponere solent, videlicet, *Tandem Deum, & hanc Sanctam Crucem testor, me accusationem hanc non ex odio, aut alio prauo cordis affectu suscepisse*, & ibi singula huius clausulæ verba declarat, & explicat.

ARGVMENTVM.

In crimine Hæresis proceditur per Inquisitionem, & quomodo.

SVMMARIA.

Inquisitio in crimine hæresis alia est generalis, & alia est specialis, num. 43.

Inquisitionis generalis forma, num. 44.

Inquisitores quid debeant facere, & seruare, quando ingrediuntur aliquam Prouinciam ad inquirendum hæreticos, dicto nu. 44.

Forma Inquisitionis specialis, nu. 45.

Proceditur in crimine hæresis per Inquisitionem, nu. 46.

Iudices plures, pluresve Inquisitores, possunt procedere in crimine hæresis, num. 47.

Inquisitio in crimine hæresis formari potest, etiam fama seu diffamatione non præcedente, nu. 48. contra, nu. 49 resolue, vt num. 50.

Locus, & tempus commissi criminis non est necesse quod exprimatur in Inquisitione contra hæreticum, numer. 51. contra num. 52.

Inquisitio in crimine hæresis formari non potest non præcedentibus indiciis, nu. 53.

Inquisitio in crimine hæresis formari potest ex qualibet suspicione etiam leui nu. 54. & 55. Declara, vt contra hominem vilem & malæ famæ leuis suspicio sufficiat ad inquirendum, secus contra hominem bonæ famæ, n. 57. Subdeclara, dummodo suspicio sit probabilis, aliter secus, nu. 58.

Suspicio leuis, an, & quando in crimine hæresis sufficiat ad inquirendum, nu. 54. & sequentibus.

Probabilis debet esse suspicio ad hoc, vt sufficiat ad inquirendum in crimine hæresis, nu. 58.

QVÆST. CLXXXV. §. 4.

INquisitio † quotuplex sit, dignoscere prius oportet, 43
antequam ad vlteriora procedamus circa processum in crimine hæresis per Inquisitionem; Dic, quod in hoc crimine duplex datur inquisitio, alia generalis, & alia specialis: quæ generalis, & quæ specialis sit inquisitio, & de materia vide Repertor. Inquisitor. *in verbo Inquisitio, vers. Primo, & vers. Quotuplex sit inquisitio, & in vers. Inquisitio generalis, & vers. seq.* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor, in verbo Inquisitio, num. 2. & 3.* Symanch. *in Enchiridion Violat. Religion. tit. 22. rubric. de Inquisitionis ordine, nu. 3.* & *nu. 6.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymer. in Director. Inquisit. par. 3. Commentar. 16. nu. 69. fol. mihi* 447. *col. secunda.* Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib. 3. quæst. 4. rubr. de forma, & ordine iudiciario Sancti Officij nu. 21. & seqq. & quæst. 6. nu. 8. & seqq.* vide quæ dixi generaliter supra *in tit. de Inquisitione quæst. prima.*

Inquisitionis † generalis forma, & quid seruare de- 44
beant inquisitores & quomodo procedere, quando in aliqua Prouincia, seu ciuitate, incipiunt generaliter de hæresi inquirere, vide in Repert. inquisitor. *in verbo Inquisito, vers. Quando Inquisitores*, & ante eum Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis rubr. de materia processuum Inquisitionis nu. 2. & nu. 5. & n. 7.* vbi latissime *& n. 8.* Symanch *Cathol. institut. tit. 43. rubr de ordine procedendi num. 1. & sequentibus pluribus*, vbi late, & *in Enchiridion violat. Religion. tit. 22. rub. de Inquisitionis ordine, nu. 1. & sequentibus*, Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 27. nu. 1. & sequentibus*, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisit. par. 3. comment. 16. nu. 69. fol. mihi* 447. *colu. secunda*; Idem Eymeric. *dicta par. 3. nu. 1. & sequentibus, & nu. 47. & sequentibus vsque ad numer. 63.* & ibi Pariter Franciscus Pegna *in additionibus fol. mihi* 437. *& sequentibus*; vbi latissime omnem practicam, omnemque formulam isto casu procedendi explicatam videbis, ad quam vide etiam Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib. 3. quæst. 4. rubr. de forma, & ordine iudiciario S. Officij nu. 1. & seqq. & nu. 18.*

45 Inquisitionis autem specialis formam vide in Repert. Inquisit. *in verbo Inquisitio, vers. Circa formam procedendi, & in vers. Item forma Inquisitionis*, & ante eum Ioan. Calderin. *in tract. de Hæreticis, rubr. De materia processuum inquisitionis, num.* 8. Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tract. de Hæreticis, cap.* 9. *litera A, vers. formam vero Inquisitionis*, Squillac. *in tract. de fide Cathol. cap.* 61. His præmissis

46 REGVLA † sit, quod in crimine hæresis procedi potest non solum per accusationem, vt supra dixi, sed etiam ex officio, & per Inquisitionem, vt per Doctores allegatos *supra in hac eadem quæstione, nu.* 2. Quos hic repetere non est necesse, quibus addo Martin. del Rio Iesuitam *de disquisitionibus Magicis lib.* 5. *sect.* 2. vbi late eiam ponit omnia requisita ad hanc Inquisitionem, præsertim contra maleficos. Addo etiam ad eandem materiam Ludouic. à Paramo *de Origine S. Inquisitionis lib.* 3. *quæst.* 6. *num.* 1. *& pluribus seqq.* vbi in primis ponit diffinitionem Inquisitionis, & illius verba declarat, deinde discurrit super requisitis ad essentiam Inquisitionis, de quibus ego etiam latius dixi supra *quæst.* 1.

47 AMPLIA I. Vt in crimine hæresis possint procedere, & inquirere plures iudices, & Inquisitores; Præuenientis tamen sententia attendenda est, secundum Francisc. Ponzinib. *in tract. de lamijs nu.* 74. quem refert, & sequitur Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 21. *nu* 18. *& cap.* 29. *nu.* 3. vbi melius declarat. Et faciunt quæ dixi *infra in sequenti quæst. nu.* 54. *& nu.* 56. *& sequenti.*

48 AMPLIA II. Vt in crimine hæresis inquiratur, etiam non præcedente diffamatione. Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo infamia, nu.* 11. *in fine, & in verbo Inquisitor, nu.* 18. *& in verbo Procedere, nu.* 5. *in fine, vers. Est verum quod non requiritur.* Repert. Inquisit. *in verbo Inquisitio, versic. Nota quod crimen hæresis.* Symanch. *Cathol. inst. tit.* 43. *rubr. de ordine procedendi num.* 7. 8. *&* 9. vbi loquitur tam de Inquisitione generali, quam de speciali, *& in Enchiridio violat. Religion. tit.* 22. *rubr. de Inquisitionis ordine, nu.* 6. *&* 7. vbi quod isto casu indicia, & præsumptiones vrgentes succedant loco diffamationis. Campeg *in additionibus ad Zanchinum in tract. de hæreticis cap.* 9. *litera D. in verbo Copia, post num.* 9. *vers. Nec probari videntur*, vbi & hanc sententiam admittit, quando proceditur ex officio, & per inquisitionem, secus si per viam accusationis. Nicol. Arelatan. *notab.* 26. Boss. *in tit. de hæreticis num.* 6. *in fine, vers. Est verum.* Roland. *cons.* 8. *nu.* 6. *lib.* 3. Clar. *in pract. crim.* §. *final. qu.* 6. *nu.* 6. vbi & hanc opinionem admittit, dummodo aliqua notificatio, vel querela præcedat. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 20. *nu.* 18. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitor. par.* 3. *Commentar.* 16. *nu.* 69. *vers. specialis vero inquisitio, & seq. fol. mihi* 448. *col.* 1. vbi & ipse in hac sententia tamquam vltimo loco per eum relata residere videtur, Ioan. à Royas *singular.* 3. *nu.* 22. Sigismud. Scac. *de iudicio causar. ciuil. crim. & hæretical. cap.* 59. *num.* 10. Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus Magicis lib* 5. *in* 2. *appendice, qu.* 7. vbi de Communi. Ludou. à Paramo *de origine sanctæ inquisitionis lib.* 3. *qu.* 6. *nu.* 92 *& qu.* 7. *nu.* 34. vbi alij plures referuntur concordantes.

49 Etsi † contrarium suaderi videatur ex traditis in Repertor. inquisitor. *in verbo Inquisitio, vers. Licet ad inquisitionem, & versic. Item nota, quod ad hoc*, & ante eum Ioan. Calder. *rubr. de hæreticis cons.* 5. *col.* 2. *vers. Ad primum.* Paris. *cons.* 2. *nu.* 100. *lib.* 4. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 29. *n.* 1. vbi & hanc contrariam sententiam admittit in inquisitione speciali.

50 In † hac contrarietate potes dicere, quod prima opinio procedit parte non opponente, secunda autem parte opponente, secundum Squillacen. *in tract. de fide Catholica, cap.* 26. *nu.* 1. vel verius dicas, vtroq; casu & indistincte posse procedi, etiam sine diffamatione, quando indicia præcedunt, prout aduerti voluisse non mediocris eruditionis virum Martin. del Rio Iesuitam *de disquisitionibus magicis lib.* 5. *sect.* 2. *sub vers. Quinto requiritur diffamatio*, vbi etiam declarat, qualis debeat esse ista diffamatio adhoc, vt ex ea inquiri possit.

AMPLIA IV. † Vt inquisitio in crimine hæresis 61
procedat, etiamsi in ea non sit expressus locus, & tempus commissi criminis, ex allegatis in Repertor. Inquisitor. *in verbo Inquisitio, vers. Nota quod crimen hæresis*, dixi supra in simili de accusatione *hac eadem quæstione, nu* 30. vbi vide. Et pro hac ampliatione addo Martin. del Rio Iesuitam *de disquisitionibus magicis lib.* 5. *sect.* 2. *vers. Tertio requiritur*, vbi licet dixerit, veriorem, & magis communem Doctorum sententiam esse, in Inquisitione speciali exprimendum locum, & tempus commissi delicti, subdit tamen, hoc procedere in criminibus, quæ temporis momento committuntur, secus in his quæ successiuo tractu, in quibus locus & tempus non potest ita designari, prout dicit esse crimen hæresis, & Magiæ, & latius *d. lib.* 5. *in* 2. *appendice qu.* 9. vbi pariter dixit, non esse necessariam expressionem loci, & temporis, in Inquisitione, quæ formatur contra Lamias, seu Sagas, & generaliter etiam in crimine hæresis, cum sit exceptum; proponit contraria, & illis respondet, & dixi ego *supra in tit. de Inquisitione qu.* 1. *nu.* 17. *in* 3. *limitatione*, vbi vide.

Contrarium, † quod in crimine hæresis Inquisitio 62
non valeat sine loco, & tempore commissi criminis, vide in eodem Repertor. Inquisitor. *in dicto verbo Inquisitio sub vers. Item forma Inquisitionis, & in vers. an in Inquisitione requiratur*, quod debeat poni locus, vbi declarat hanc contrariam opinionem procedere in Inquisitione speciali, secus in generali, qua in re dicere potes primam opinionem procedere, quando quis inquiritur in genere, quod sit hæreticus, & quod plures, & plures actus hæreticales diuersis temporibus, & locis fecerit, secus si inquiratur de vnico tantum actu hæreticali semel commissio, seu de vna tantum propositione hæreticali semel prolata: tunc enim & verior, & probabilior, est secunda opinio, quicquid secus voluisse videatur Ludou. à Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis lib.* 3. *qu.* 6. *num.* 18. *&* 19. vbi propterea dixi, non valere Inquisitionem formatam contra aliquem, quod sit solitus blasphemare, nisi exprimatur locus, & tempus, commissarum blasphemiarum.

LIMITA † propositam Regulam, vt in crimine hæ- 63
resis nec etiam inquiri possit non præcedentibus indicijs, Aym. *cons.* 262. *Protestor nolle, num.* 1. *& num.* 5. *& nu.* 6. vbi ampliat etiam quod data sit potestas Inquisitoribus procedendi ex arbitrio suo, subdens tamen, quod si proceditur contra aliquem, qui prius hæresim abiurauit, leuiora sufficiunt indicia, refert eum, & sequitur Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 29 *nu.* 4. Ludou. à Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis lib.* 3. *qu.* 6. *nu.* 25. *& seq. & nu.* 39. *& seqq.*

SVBLIMITA † præcedentem Limitationem, quod 64
ad inquirendum, & procedendum in crimine hæresis sufficit leuis suspicio, secundum Geminian. *in cap. Accusatus nu.* 2. *vers. Nota argumentum* & ibi etiam Franch *in* 4. *notab. de hæreticis in* 6. Ioan. Calder. *in tract. de hæreticorum filiorum & Nepotum nu.* 10. vbi in specie dixit, ex lege Federic. Regis leuem suspicionem sufficere ad examinandum suspectum de hæresi; Afflict. *in constitution. Regni de Hæreticis & Pacterenis, rub. prima n.* 53. vbi etiam, quod hæc leuis suspicio sufficiet ad interrogandum de fide; Ioan. à Royas *in tract. de hæreticis par.* 2. *nu.* 20. vbi dixit, certum, & indubitatum esse, in Crimine hæresis posse quem ex leui, & modica suspicione, vt suspectum interrogari, quid sentiat de fide. Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit. in verbo Infamia nu.* 11. *in fine*, vbi dixit, quod leuia signa sufficiunt ad inquisitionem, etiam quod non præcedat infamia

famia, de quo vltimo dixi supra hac eadem quæstione *num.48.& in verbo Præsumptio, nu.20. & in verbo Procedere n.5.* Repert. Inquisit. *in verbo Inquisitio, vers. Item nota quod ad hoc, & vers. Nota quod potest inquiri, & in verbo Suspectus, vers. Nota quod propter leuem suspicionem,* Squill. *in tractat. de fide Cathol. c.26. nu.1.* Ioan. Lopez *in allegat. Hæreticalibus, §.12. post medium.* Decian. *in tract. crim. lib.5. c.20. nu.21. & c.35. nu.20. vers. Quæ tamen vera sunt,* Boss. *in tit. de hæreticis nu.16.* Paris. *cons.2. n.100. lib.4.* Roland. *cons.8. nu.6. lib.3.* Sigismund. Scacca *in tract. de iudicio causar. ciuil. crimin. & hæretical. cap.59. nu.2. & omnibus sequentibus,* vbi discussa ad partes quæstione, hanc retinet, & defendit sententiam, eamque Communem testatur, loquiturq; ad formandam Inquisitionem specialem, & non ad transmittendum monitorium, (licet rationes per eum adductæ, si bene considerentur, non subsistant, & non concludant) Carer. *in tract. de hæreticis nu.116.* relati per Franc. Pegn. in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisit. *par.2. commentar.12. ad cap. excommunicamus, il primo, extra, de hæreticis, litera B. fol. mihi 107. col.2.*

55 Et † quod suspicio ad inquirendum sufficit, dixit Geminian. *in capit. Inquisitores per illum Textum numer.2. versiculo Nota argumentum, de hæreticis, in 6.* Cardin. Zabarell. *in Clementin. 1. §. verum, il secundo numer.5. eodem tit. de hæreticis;* Mascard. *de probat. lib.2. conclus. 861. numer.3.*

56 Contrarium, † quod leuis suspicio nõ sufficiat ad inquirendum contra aliquem specialiter, hoc est, ad formandum contra eum Inquisitionem, & multo minus ad ipsum interrogandum, reprobatis Afflicto & Carerio contrarium tenentibus, *in locis per eum relatis,* voluit Simanch *in Enchirid. violat. Relig. tit.41. rubr. de suspect. n.7.* vbi dixit, contrariam opinionem nullo iure probari, sibique valde acerbum videri, quem quid de fide sentiat interrogari ex leui qualibet suspicione, quasi iuste ambigatur, an fidem Catholicam teneat, refert eum, & sequitur Quintilian. Mandos. *in additionibus ad repertor. Inquis. in verbo Suspectus in secunda additione,* & repetiit idem Symanch. *Cathol. inst. tit.50. rubr. de præsumptionibus nu.28.* vbi docet, ex leuibus indiciis Iudicem moueri non debere ad suspicandum tam graue crimen de homine Christiano, *& n.29.* quod periculosa, & falsa est opinio, quod ex leui suspicione interrogandus sit honestus homo, illique tam grauis iniuria irroganda. Clar. *in pract. crimin. §. fin. quæst.6. numer.6. versic. Item scias,* vbi requirit ad hoc, vt possit inquiri contra hæreticum, vehementem suspicionem, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par.2. quæst.55. Commentar.80. litera F. fol. mihi 405. colum.2.* vbi refert, & sequitur Symancham *in loco præallegato.* Decian. *in tractat. crimin. lib.5. cap.35. numer.49.* Menoch. *de præsumptionibus lib.1. quæst.100. num.2. & seqq.* Nauarr. *consil.2. n.8. vers. Septimo quod Domini Inquisitores lib.5. tit. de hæretic.* vbi dixit, non esse audiendos Iurisperitos, qui docent, ex leuibus indiciis & signis plene probatis, posse quemcunq; iuste vocari ab inquisitoribus, & interrogari super hæresi de qua est suspicio, Gregor. de Valentina *in Comment. ad D. Thom. disp.6. qu.13. puncto 4. §.1. vers. Sed vt hæc inquisitio,* vbi loquens in sortilego, seu malefico, facit conclusionem, quod ad hoc vt quis possit interrogari de se ipso necesse est vt sit suspectus vel propter publicam infamiam, vel propter semiplenam probationem, vel propter grauia indicia. Et quod hæc suspicio sit indicanda Reo, vt intelligat se legitime interrogari & obligatum esse ad respondendum, ex D. Thoma, Caietano, Soto, & Nauarr. *in locis per eum relatis.*

57 Limita † Rursus præcedentem sublimitationem, quæ sustineri potest, adhibita hac, & sequenti declaratione, vt procedat in homine abiecto, & vili, secus in homine honesto, & bonæ famæ, & sic in proposito multum esse attendendam qualitatem personarum, scripserunt Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis par.2. numer.21.* vbi adhuc vltra vilitatem personæ requirit aliquam iustam causam, Symanch. *Catholicar. institution. titul.50. rubric. de præsumptionibus numer.29.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par.2. quæst.55. Comment 80. litera F. fol. mihi 405. colum.2.* Menoch. *de præsumption. lib.1. quæst.100. numer.2. & sequentibus;* idem Francisc. Pegna *vbi supra in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. dicta par.2. commentar.12. ad cap. excommunicamus, il primo, extra de hæreticis, versic. final. fol. mihi 107. colum.2.* Nec dissentit Nauar. *d. cons.2. eodem numer.8. de hæretic. lib.5.* vbi propterea dixit, in hoc multum esse attendendas circumstantias, & qualitates personæ contra quam laborat suspicio leuis, Læl. Zecch. *in summa par.1. tit. de fide, rubric. de hæresi cap.11. numer.5.*

Limita II. † Eandem sublimitationem, quia licet ad inquirendum leuis suspicio sufficiat, illa tamen debet esse probabilis, & consequenter nemo citandus, nisi suspicio fuerit probabilis, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Citatio num.15. versic. Citari non debet quis,* facit quod dicitur in Repertor. Inquisitor. *in verbo, Suspectus, versic. Nota quod suspicio,* vbi dixit, leuem suspicionem esse debere probabilem, & sic non omnis suspicio debet reputari leuis, sed ea tantum, quæ probabilis est, licet leuem faciat probationem. Symanch. *Catholicar. institution. tit.50. rubric. de præsumption. num.27.* vbi illam conclusionem, quod ex indiciis leuibus hæresis suspicio ducatur, declarat, dummodo sint probabilia, alias secus; Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par.2. numer.21.* Conrad. *in pract. tit. de hæreticis numer.9.* vbi generaliter dicere videtur, quod vbi iura admittunt leuem suspicionem intelligunt, dummodo fuerit probabilis, alias secus, & pro hac declaratione faciunt quæ dixi *infra in materia purgationis qu.194. numer.56. vbi videas.* 58

ARGVMENTVM.

In crimine Hæresis proceditur per denuntiationem, & quomodo.

SVMMARIA.

Proceditur in crimine Hæresis per denunciationem, num.59.
Denunciatio est alicuius criminis delatio, & sic denunciare aliud non est quam notificare commissum maleficium, numer.60.
Denunciatio quadruplex est, Euangelica scilicet, Canonica, Regularis, & Iudicialis, num.61.
Forma denunciationis, num.62.
Denunciatores quando sunt plures, quid agendum, num.63.
Denunciatio sola sufficit ad inquirendum, iuncta autem cum fama sufficit ad torquendum, num.64.
Denunciator, & testis quis esse potest, num.65.
Denunciare crimen Hæresis possunt etiam absentes per literas secretas, numer.66. Dummodo non sine nomine, numer.68.
Dinunciatio in crimine Hæresis potest etiam fieri verbo, & sine scriptis, num.67.
Publici Officiales multo magis denunciare possunt crimen Hæresis, nu.69.
Denunciatione pendente, an possit procedi per Inquisitionem, vel accusationem, nu.70.
Denunciator non tenetur probare suam denunciationem, numero 71. Contra numero 72. De materia, numero 73.

QVÆST.

QVÆST. CLXXXV. §. 5.

59 REGVLA † sit, quod in crimine hæresis proceditur etiam per denunciationem, dixi supra hac eadem *quæst.nu.*2. vbi allegatos hic referre superfluum est.

60 Quid † autem sit denunciatio, dic quod *denunciatio est alicuius criminis delatio*; Et sic denunciare aliud non est, quam notificare maleficium fore commissum, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit. in verbo, Denunciatio, nu.*1. qua de re vide etiam in Repertor. Inquis. *in verbo, Denunciatio, vers. primo & tertio*, & ibi Quintilian. Mandos. *in additionibus, litera A.* Franciſc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par.*3. *commentar.*15. *vers. Est autem denunciatio, fol. mihi* 446. *colu.*2. vbi dixit, quod denunciatio est alicuius criminis apud competentem iudicem sine inscriptione facta delatio, ad pœnitentiam peragendam, vel aliam pœnam imponendam, vel etiam ad vtrumque, ex Hostien. quem allegat *in summa tit. de denunciatione* §.1. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.*3. *qu.*8. *num.*1. *& seqq.*

61 Denunciatio † autem quadruplex est, Euangelica, scilicet, Canonica, Regularis, & Iudicialis; quæ autem sit denunciatio Euangelica, quæ Canonica, quæ Regularis, & quæ Iudicialis, de qua præcipue nunc tractatur, vide bene declarantem Ioan. à Rojas *singular.*3. *nu.*12. *&* 13. & latius Ludou à Paramo *de origine S. Inquisitionis qu.* 8. *num.*42. *& seqq. & per totam quæstionem*, vbi ad saturitatem denunciationis materiam explicat.

62 Et † de forma denunciationis videas duas formulas per Vmbert. Locat. *post iudicial. Inquisitor. fol. mihi* 401. & per Eymeric. *in Director. Inquisitor. par.*3. *rubric. de secundo modo procedendi in causa fidei per denunciationem num.*68. *in discursu*; vbi ponit formam denunciationis, & etiam modum, & practicam, quam Inquisitor tenere debet in recipiendo denunciationem, & ibi Franciſc. Pegna *in additionibus commentar.*15. *num.*77. *rubr. de modo continuandi processum per denunciationem.* Mont. Maran. *in praxi Archiepisc. cap.*48. *nu.*1. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.*3. *qu.*8. *num.*26. *& seq.* vbi ponit formam recipiendi denunciationem.

63 Et † de modo, & forma tenenda aduenientibus infra statutum tempus ab Inquisitore in Prouincia pluribus denunciatoribus, vide Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis cap.*9. *litera B, vers. primo.*

64 AMPLIA I. † Vt denunciatio sola sufficiat ad inquirendum, iuncta autem cum fama sufficiat etiam ad torturam, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Denunciatio, nu.*3.

65 AMPLIA II. † Vt denunciator etiam, possit esse testis, vt dixi *supra hac eadem quæstione num.*32. Hic repetere non est opus.

66 AMPLIA III. † Vt ad denunciandum in crimine hæresis admittantur non solum illi, qui personaliter comparent, sed etiam absentes per literas secretas, si modo is, qui literas ad Inquisitores misit, fide dignus esse videatur, & scripta in literis proprio iuramento confirmauerit, Symanch. cum allegatis per eum *Catholicarum Institutionum tit.*43. *rubr. de ordine procedendi nu.*10.

67 AMPLIA IV. † Vt denunciare possit quis hæreticum coram Inquisitore, & in scriptis, & verbo tantum, secundum Eymeric. *in Director. Inquisitor. par.*3. *rubr. de secundo modo procedendi in causa fidei per denunciationem n.*68. *in principio, & sequentibus versiculis*, vbi etiam ponit formam denunciandi in scriptis, & sine scriptis, verbo tamen, & ibi Franciſc. Pegn. *in additionibus Commentar.*15. *litera A. fol. mihi* 446. *col.*2. Sigismund Scaccia *in tract. de iudicio causar. Ciuil. crim. & Hæretical. cap.*72. *nu.*3.

68 Quod † vtique non procedit in literis scriptis sine nomine, & occulte missis, vel proiectis, ex quibus non debent Iudices in quenquam inquirere, ne detur improbis ansa quoscumque voluerint infamandi, vt per Symanch. *in Enchiridion violat. Religion. tit.*22. *rubr. de Inquisitionis ordine num.*8. Nec dissentire videtur Læl. Zec. *in summa par.*1. *tit. de fide rubr. de hæresi cap.*11. *numer.*12. *vers. Declarat vero*, qua in re vide omnino Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.*3. *quæst.*6. *num.*91. 92. *&* 93. vbi ad partes disputata quæstione concludit, posse Inquisitorem procedere ad examinandum testes nominatos in denuntiatione facta in scriptis sine nomine denunciatoris, secus autem si in ea nulli sint nominati testes. Sed tutius est, etiam quod in schedula sine nomine transmissa sint testes nominati, & non procedere ad eorum examen, est enim res multum suspecta, & ita regulariter seruatur in supremo Vrbis totiusque Christianæ Reipublicæ sanctæ & generalis Inquisitionis Tribunali.

AMPLIA V. † Vt multo magis ad denunciandum admittantur publici quidam ministri officiales iurati, & ad hoc deputati, de quibus per Campeg. *in additionibus ad Zanch. in tract. de hæreticis cap.*9. *litera A, vers. verum quia*, vbi infert ad cruce signatos, de quibus eorumque priuilegiis & materia remitto lectorem ad Constitutionem Innocentij IV. editam de anno 1254. incip. *Malitia huius temporis*, & relatam per Pegn. inter literas Apostolicas *fol. mihi* 20. & aliam Constitutionem eiusdem Pontificis editam de eodem anno, & pariter incipien. *Malitia huius temporis*, relatam per eundem Pegn. *vbi sup. fol.*22. & aliam Calixti III. editam de anno 1458. incip. *Iniunctum nobis*, relatam vt sup. *fol.*98. & Clementis VII. editam de anno 1530. incip. *Cum sicut*, relatam vbi supra per Pegn. *fol.*138. & Pij V. editam de anno 1570. *Sacrosancta Romana*, relatam vbi supra *fol.*117. Decian. *in tract. crim. lib.*5. *cap.*30. *nu.*6. vbi de Decanis, seu aliis officialibus ad id deputatis in Villis, nec non de quibusdam aliis, quos sanctum Inquisitionis officium tenet per Parochias distributos, ad effectum denunciandi hæreticos suæ Parochiæ, iuxta tex. *in cap. Excommunicamus, il primo, §. Adijcimus, extra de hæreticis*, & per Gundisal. *in tractat. de hæreticis quæst.*8. *num.*2. 69

AMPLIA VI. † Vt denunciatio præcedens non impediat, quin postea possit procedi per Inquisitionem, seu accusationem, quod, an verum sit, & quando, vide in Repertor. Inquisit. *in verbo, Denunciatio, vers. An denunciatio præcedens.* Speculator *in tit. de denunciatione num.*16. vbi dixit, quod formato processu super denunciatione, potest etiam procedi per Inquisitionem, & tunc si denuncians desistit, non punitur, *Quia coactus desistere videtur*, & Speculatorem sic dicentem refert, & sequitur Decian. *in tract. crim. in lib.*5. *cap.*30. *nu.*5. Eymeric. *in Director. Inquisit. par.*3. *rubr. de secundo modo procedendi in causa fidei per denunciationem num.* 68 *in principio*; vbi amplius dixit, quod facta denunciatione Inquisitor procedit ex officio, & non ad instantiam partis, & ibi Franciſc. Pegna *in additionibus commentar.* [1]5. *vers. His peractis fol. mihi* 447. *col.*1. vbi quod ita seruatur vius; Sigismud. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. crim. & hæretical. cap.*72. *num.*1. vbi declarat, an denunciatio aperiat viam inquisitioni generali, vel speciali. 70

AMPLIA VII. † Vt denunciator non teneatur probare suam denunciationem; sic enim videtur voluisse Eymeric. *in Director. Inquisitor. par.*3. *rubr. de secundo modo procedendi in causa fidei per denuntiationem n.*68. *in princip.* vbi scripsit, quod in denunciatione non est necesse, quod denuncians offerat se probaturum, vel velle facere partem in iudicio, sed sufficit dicere, quod solum denunciat, vel zelo fidei, vel timore pœnæ contra non denunciantes inflictæ, & ibi Franciſc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. commentar.*15. *versic. His peractis. fol. mihi* 447. *col.*1. vbi dixit, quod quamuis de iure denunciator teneatur probare ea, quæ in denunciatio- 71

ciatione asseruit. *l. diuus, & l. ab accusatione, ff. ad Senat. Consult. Turpill.* hodie tamen in practica contrarium seruatur ex Angelo, Salyceto, & Mariano Soccino in locis per eum relatis. Nec dissentit Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar ciuil. criminal. & haeretical. cap. 72. num. 4.* Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib. 3. quæst. 8. nu. 21. & 22.* vbi pariter dixit: Quod denunciator non tenetur verificare suam denunciationem, & non verificando, non punitur, subdit tamen, ex calumnia posse in expensis condemnari.

72 Licet † contrarium, quod qui denunciat debeat suam denunciationem probare, & ei assistere; Denunciator enim loco Accusatoris habetur, *l. ab accusatione, §. nunciatores, ff. ad Turpill.* licet denunciatio non sit idem quod accusatio, prout voluit Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor in verbo, Denunciatio, num. 1.* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Denunciatio, vers. An eo ipso*, vbi amplius, quod non probando, de calumnia tenetur.

73 Plures † tamen casus, in quibus quis denuncians non tenetur probare, & non probando non tenetur de calumnia, vide in eodem Repert. Inquis. *in verbo, Denunciatio, vers. Primus casus, & sequentib.* Primus est quando denunciat ex necessitate officij; Secundus, quando quis denunciat hæresim pro vindicanda nece defuncti; Tertius ratione immensi doloris, & quartus propter atrocitatem delicti. Sed, vt supra dixi, etiam extra hos casus generaliter denunciator in hoc crimine non tenetur suam denunciationem probare.

ARGVMENTVM.

Proceditur in crimine Hæresis per viam Notorij, & quomodo quisve dicatur manifestus, & notorius Hæreticus, & quis occultus.

SVMMARIA.

Proceditur in crimine hæresis per viam Notorij, nu. 74.
Forma inquirendi, & procedendi in crimine Notorio, nu. 75.
Notorius, & manifestus Hæreticus est ille, qui contra fidem Catholicam publice prædicat, aut profitetur, nu. 76.
Notorius, & manifestus Hæreticus est ille, qui talis apparet per euidentiam facti, & nulla tergiuersatione cælari potest. n. 76.
Manifestus dicitur Hæreticus, qui in iudicio confessus, aut conuictus, aut per sententiam condemnatus existit.
Deprehensus in Hæresi dicitur is, qui vel publice prædicat hæresim, vel legitima probatione per Testes, vel ex sua confessione conuictus est, nu. 78.
Deprehensio sola in crimine Hæresis habet probationes, num. 79.
Manifestus, & notorius Hæreticus est ille, qui in hæresi deprehensus est, num. 80.
Defensor errorum hæreticorum dicitur manifestus & notorius hæreticus, num. 81. Declara vt nu. 82.
Libros hæreticales componens, dicitur hæreticus manifestus, & notorius, nu. 83.
Testes duo probant quem esse notorium, & manifestum Hæreticum, nu. 84.
Occultus hæreticus dicitur is, cuius hæresis non pluribus, sed paucioribus vtputa quinque personis innotescit, num. 85.
Occultus hæreticus dicitur is, quem vulgus ignorat, num. 86.
Occultus hæreticus dicitur is, qui nemine sciente hæresim in mente retinet, num. 87.
Occultus hæreticus potest etiam esse pertinax, nu. 88.
Occultus hæreticus dicitur is, qui vix potest conuinci, & qui delinquit in loco secreto, in quo nō erant coaceruatæ personæ, n. 89.
Manifesta hæresis, quæ sit, & in quo differat à manifesto hæretico. & quid sit hæresim manifeste sapere, nu. 90. & sequenti.
Propositio quando dicatur hæreticalis, & quando sapiat manifestam hæresim, nu. 91.
Hæreticus quando dicatur manifestus, quando notorius, quando euidens, & quando occultus, & an sit differentia inter euidentem, notorium, & manifestum, nu. 92.

QVÆST. CLXXXV. §. 6.

REGVLA † sit, quod in crimine hæresis proceditur per viam notorij, vt per Vmbert. Loc. & Comens. *in Lucerna, in verbo Notorium*, Gundisalu. *in tract. de hæreticis quæst. 10. num. 1.* Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis cap. 9. litera A. vers. final. incipien. quintam viam*; Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 27. nu. 4.* 74

Et † de forma procedendi in crimine notorio contra manifestum & notorium Hæreticum, ac etiam de forma Inquisitionis contra eundem, vide in Repertor. Inquisitor. *in verbo, Inquisitio, vers. De forma procedendi, & sequentib. vsque ad vers. Item nota quod ad hoc*; Carer. *in tractat. de hæreticis num. 123.* vbi dixit, quod contra publice prædicantem hæresim non requiritur examinatio testium, nec accusatio, nec publicatio, sed statim punitur, ex Isernia quem allegat *in cap. 1. §. deprehensi, de statut. contra libertat. Eccles.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 38. num. 1.* vbi pariter ex Isernia & Carerio, in locis præallegatis, dixit, contra notorium hæreticum publice prædicantem hæretica, processum non esse formandum, sed statim damnandum, quod tamen declarat esse intelligendum, vt non requiratur processus, nec accusatio, nec examinatio testium solemnis, aut publicatio, nec citatio ad omnia acta, sed tamen bene requiratur summaria informatio, vt appareat de notorio, & ad hanc informationem faciendam requiritur etiam citatio, ad hoc vt summarie in actis constet de tali notorio *& dicto lib. 5. cap. 53. num. 5. 6.* vbi dixit, quod quidam sunt hæretici manifesti Iudici, & aliis, vt quia, & iudex, & plures alij audiuere, & tunc non requiritur accusator, neque denunciator, neque libellus, neque litis contestatio, neque iuratur de calumnia, nec requiruntur testes, aut aliæ probationes, quinimo tunc ordo iudicij erit ordinem non seruare; quidam autem sunt notorij, & manifesti hæretici pluribus, non tamen Iudici, & tunc etiam non seruatur ordo iuris, quoad telam processus, sed bene quoad probationem, quia ad probandum talem notorium, oportet, quod testes dicant, se talem errorem audiuisse proferri à tali in loco publico, & quod multi homines erant præsentes, qui audiuerunt, & ab omnibus pro hæretico tunc habitus fuit, latius distinguit, & declarat Scac. *in tract. de iud. caus. ciu. crim. & hæret. cap. 77. num. 3. & 4.* vbi multa cumulat, quæ tamen non faciunt ad propositum processus faciendi contra notorium hæreticum. 75

AMPLIA I. † Propositam regulam, vt manifestus & notorius hæreticus, contra quem per viam notorij procedi possit, sit ille, *Qui contra fidem Catholicam publice prædicat, aut profitetur*; sunt verba expressa Text. *in c. nouimus, de verbor. signification.* vbi propterea dicunt Doctores, [illegible] hæreticum dici manifestum per euidentiam [illegible] vide re est *ibidem* apud Gloss. *in figuratione casus, vers. Ad primum, & in verbo, Publice*; Hostiens. *ante num. 1.* [illegible] *Publice*, Abb. *in figuratione casus, vers. Ad primum respondet Papa*; & Zaba. *eod. num. 1.* Hostiens. *in summa, de hæreticis §. qualiter deuitetur nu. 5. vers. Nam notorius*, Repert. Inquisit. *in verbo, Hæresis, §. 1. rubr. sapere hæresim, versic. Primo in fine, & in verbo, Detegitur, versic. Ex his igitur*, vbi dixit, quod euidentissima hæresis probatio est, quæ nulla tergiuersatione cælari potest, & *in verbo, Probationes, vers. Secundo.* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit. in verbo, Hæreticus sub num. 22. & nu. 24.* Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis cap. 12. in verbo, Facti euidentia, vers. Quibus adde*; Carer. *in tractat. de hæreticis num. 123.* vbi dixit, quod contra publice prædicantem Hæresim, non requiritur examinatio testium, nec accusatio, nec publicatio, sed statim punitur, ex Isernia loco per eum relatio (de quo tamen vide quæ dixi *supra in antecedenti num. 75.*) Squill. *in tract. de fid. Catholic. cap. 29.* 76

num. 1.

num.11. Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.53. in principio num.1. & n.2. vers. Sed non potest dici, & n.7. in fine, vers. Item quando;* Eymeric. *in Direct. Inquisit. par.2. qu.33. n.1.* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus commentar.58. vers. Primo, is intelligitur manifestus hæreticus, & vers. seq. fol. mihi 342. col.2.* idem Eymeric. *vbi supra in Directorio Inquisitor. dicta par.2. quæst.50. num.2. & par.3. quæst.89. versic. Respondemus,* vbi quod, qui publice prædicat, dicitur manifestus hæreticus per euidentiam rei, & idem repetit *in vers. Ad idem videtur facere;* Mascard. *de probationib. lib.2 conclusion. 860.* vbi in idem plures alios refert concordantes, Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.3. qu.6. nu.85. & qu.9. num.172. & seqq.*

77 AMPLIA II. † Vt manifestus dicatur hæreticus, qui in iudicio confessus, aut conuictus, aut per sententiam condemnatus existit, Text. *est in cap. super quibusdam, de verbor. significat.* in illis verbis, *Vel qui coram Prælatis suis conuicti sunt, vel confessi, vel ab eis sententialiter condemnati,* & ibi Gloss. *in figuratione casus, versic. Vel qui coram Prælatis,* Hostiens. *ante num.1. in verbo, Conuicti,* Anton. de Butrio *num.12. vers. Venio ad Glossam;* Abb. *in figuratione casus, vers. Ad primum, & ante nu.1. vers. Item nota quod per probationem ante sententiam;* Repertor. Inquisit. *in verbo hæreticus, vers. Quis dicatur hæreticus manifestus;* vbi de hæretico, cuius hæresis per testes probatur, *& in verbo, hæresis, §.4. rub. sapere hæresim, vers. Primo in fine. & vers. Item quæritur, & in verbo, Conuinci,* & ibi Petr. Vendramen. *in additionibus litera A.* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, hæreticus, num.24. & in verbo, Manifestum, nu.4. in verbo, Relapsi. nu.1.* Simanch. *Cathol. instit. tit.47. rubr. de pœnitentibus, & conuersis num.44. & in Enchiridio Violat. Relig. tit.58. eadem rubr. de pœnitentibus nu.8.* Squillacen. *in tract. de fide Catholica cap.11. nu.2.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.53. nu.1. vers. Vel qui, & vers. Vel probationem, & vers. Potest tamen, & vers. Vel ab eis, & vers. Vel per confessionem, & num.7. vers. Notarius autem.* Eymeric *in Director. Inquisitor. par.2. quæst.33. nu.1. in fine,* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus commentar.58. vers. Quarto, Quinto, & Sexto fol. mihi 342. col.2.* idem Eymeric. *vbi supra in Director. Inquisit. par.3. quæst.39. vers. Vel legitima probatione, & vers. Vel ex sua confessione, & vers. Vel etiam quia condemnati sint;* idem Eymeric. *vbi supra par. secunda quæst.42. num.4.* & faciunt quæ dixi *in sequenti ampliatione.*

78 AMPLIA III. † Vt & idem sit in deprehenso in hæresi: Deprehensus enim in hæresi dicitur is, qui vel publice prædicat hæresim, vel legitima probatione per testes, vel ex sua confessione, conuictus est, secundum Gloss. *in cap. Ad abolendam, §. Præterea, in verbo Deprehensi, extra de hæreticis,* & ibi Hostiens. *nu.4. in verbo, Deprehensus,* Anton. de Butrio *nu.19.* Addo Gloss. *in cap. excommunicamus, il secundo, in verbo, Deprehensi, extra eodem,* vbi quod deprehensus in hæresi dicitur publicus, vel notorius hæreticus, vel etiam condemnatus, & ibi hoc idem etiam voluit Hostiens. *post num.1. in eodem verbo, Deprehensi.* Arnald. Albert. cum allegatis per eum *in repetitione cap.1. de hæreticis in 6. quæst.15. num.32.* Bellamer. *in cap. Nunc autem, nu.6. distinct.21.* & *ibi* etiam Præposit. Mediolanen. *nu.4. col.3. ante medium, vers. Deprehensus autem,* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.53. nu.3. vers. Sexto manifestus hæreticus, in fine, & num.9. & cap.35. nu.1.* Eymeric. *in Direct. Inquisit. par.3. quæst.89. in vers. Respondemus, & vers. Et eiusdem.*

79 Deprehensio † enim sola in crimine hæresis habet vim probationis, tex. *est in cap. super eo, de hæreticis in 6. in verbo, Deprehensi,* & ibi Gloss. *in figuratione casus in fine, vers. Nota argumentum;* & Geminian. *num.2.* Præposit. Mediolanen. *in cap. si Papa num.2. vers. Nota argumentum, distinct.40.*

80 Et † sic non video differentiam inter manifestum hæreticum, & eum qui in hæresi deprehensus est, cum vtroq; casu sufficiat facti euidentia, probatio legitima, & confessio, & propterea quod deprehensio in actu, facit ipsum actum notorium, voluit Præposit. Mediolanen. *in cap. si Papa ante nu.1. vers. Nota ex textu.*

AMPLIA IV. † Quod manifestus hæreticus dicitur etiam, qui hæreticorum errores defendit: sic enim videtur probari *in c. super quibusdam, de verbor. significat. in illis verbis, Seu defendunt eorum errorem,* & ibi Gloss. *in figuratione casus, vers. Seu defendunt errorem, & in verbo, Defendunt,* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, hæreticus, sub nu.22.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par.2. quæst.33. Comment.58 vers. Tertio vocatur hæreticus manifestus, fol. mihi 342. col.2.* Menoch. *de præsumptionibus lib.5. præsumpt.6. nu.10.* 81

Aduertendum † tamen puto, quod dicta verba, *Seu defendunt eorum errorem,* posita in dicto cap. *super quibusdam, de verbor. significat.* videntur restringi à præcedentibus verbis, *Publice prædicant,* & sic, nisi quis hæreticorum errorem publice defendat, non videatur manifestus hæreticus. 82

AMPLIA V. † Vt hæreticales libros componens, dicatur etiam manifestus hæreticus, secundum Doctores allegatos *supra quæst.180. nu.16.* Quibus in specie addo Menoch. *de præsumpt. lib.5. præsumpt.6. nu.13.* 83

AMPLIA VI. † Quia quod quis sit hæreticus notorius probatur per duos testes super notorio deponentes: sic enim notorium per duos testes probari probat Decian. cum allegatis per eum *in tract. crim. lib.5. cap.53. num.7.* & dixi *supra in tit. de delictis, in materia notorij, vbi latius.* 84

LIMITA I. † Propositam regulam, vt non dicatur manifestus, seu notorius hæreticus, cuius hæresis non pluribus, sed paucis, vtputa quinque personis nota sit, vt in Repertor. Inquisit. *in verbo Hæreticus, sub vers. Quis dicatur hæreticus manifestus,* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.53. nu.7. vers. Nam aliud est, & vers. Et notorius,* vbi dixit, notorium hæreticum esse eum, qui ab omnibus, vel à pluribus, & non à paucis habitus est pro hæretico, & quod occultum dicatur id quod fit coram duobus, vel tribus testibus, probat tex. *in l. eos §. si quis autem, C. de appellation. & in l.3. ff. de rit. nuptiar.* Quæ iura ad propositum occulti hæretici allegat Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis quæst.32. nu.2.* 85

Occultus † enim dicitur hæreticus, quem vulgus ignorat, ex allegatis per Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.53. num.1. vers. Neque statim.* 86

LIMITA II. † Quia & multo magis hæreticus dicitur occultus, qui hæresim in mente retinet, nec iniquam eam notam facit, vt per Eymeric. *in Director. Inquisitor. par.2. qu.33. num.2. vers. Hæretici vero secreti,* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Commentar.58. fol. mihi 342. colum.1.* dicentes, hæreticos occultos esse eos, qui contrarium quæ fidei sunt errorem habent in mente, proponentes in voluntate habere pertinaciam, quam tamen verbo, vel facto, exterius non ostendunt, sequitur Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Hæreticus, num.24. vers. Secreti vero hæretici.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.53. num.2. vers. Nam licet quis occulte, & secrete nullo sciente,* Clar. *in pract. crim. §. hæresis num.21. vers. Quæro an occultus hæreticus,* Barthol. Vgolin. *in tract. de Censuris Pontifici reseruatis par.2. cap.1. §.1. nu.15. fol. mihi 42. col.2.* & ante istos Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & Hæreticis quæst.34. nu.3.* 87

SVBLIMITA † præcedentem limitationem, quia etiam occultus hæreticus potest esse pertinax, cum pertinacia consistat non solum in exteriori actu, vtputa in eo, qui errorem suum patefaciens verbis, aut scriptura, & monitus resistit, sed etiam in interiori errantis animo, prout in eo, qui contra prædicatam in Ecclesia veritatem, diu latenter persistit, vel vsq; ad mortem perdurat, cum talis perseuerantia, non per ignorantiam, 88

sed

sed per obstinatam malitiam perdurare dicatur, & ideo Ecclesia tales præsumit hæreticos, & pertinaces, affirmauit Antonin. *in summa par.2. cap.5. §.1. vers. Sciendum tamen, quod pertinacia non est tantum.*

89 LIMITA III. † Vt occultus etiam dicatur hæreticus, qui vix potest conuinci, & qui deliquit in loco secreto, in quo non erant coaceruatæ personæ, ex allegatis per Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.53. nu.1. vers. Qui vix potest conuinci.*

90 LIMITA IV. † Vt sit differentia inter manifestum hæreticum, & manifestam hæresim; manifesta enim hæresis quæ sit, & in quo differat à manifesto hæretico, & quid sit hæresim manifeste sapere, vide Repert. Inquisitor. *in verbo, Sapere, §.4. rubr. sapere hæresim manifeste, vers. Primo,* vbi dixit, circa ea, quæ sapiunt hæresim manifeste, primo notandum esse, quod istud verbum *Manifeste,* determinat verbum *Hæresis,* & ad eius qualificationem venit, & in verbo, *Contumacia, vers. final.* vbi ad idem declarat, aliud esse constare manifeste de contumacia, & aliud constare de contumacia manifesta. Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Diuinationes; nu.3. versiculo Hoc verbum manifeste,* vbi idem dixit; Squillacen. *in tract. de fide Catholic. cap.56. num.2.* & quæ sint sortilegia sapientia manifestam hæresim, dixi *supra quæstione 181. num. 94.*

91 Quando † autem hæreticalis propositio dicatur sapere manifestam hæresim, vide quatuor regulas positas per Symanch. *Catholicar. institution. tit.30. rubric. de hæresi num.14.* Prima est, quod illa propositio dicitur sapere manifestam hæresim, *ex qua concesso, & assumpto aliquo, quod non potest probabiliter negari, sequitur hæresis in fide.* Secunda est regula, quod illa propositio sapiat manifestam hæresim, *ex qua quibusdam veris, quæ nulla tergiuersatione possunt negari, sequitur hæresis manifesta.* Tertia est regula, quod illa propositio sapiat manifestam hæresim, *quæ in prima verborum significatione, & prima fronte sensum habet hæreticum, quamuis pie intellecta possit habere sensum Catholicum.* Quarto ponit regulam, quod illa propositio sapiat hæresim, *quæ asserit peruersum dogma, ex quo cum notorio vero, quod negari non potest, sequitur hæresis proprie dicta;* & *nu.15.* addit aliam regulam, quod scilicet illa crimina sapiant manifestam hæresim, *quæ natura sua præseferunt aliquid quod est hæresis manifesta, & in tit.54. rubr. de propositionum qualitate num.6. & 7.* vbi de eadem materia, & *in Enchiridio viol. Relig. tit.24. eadem rubrica nu.4.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.53. num.1. in fine,* vbi dixit, manifestam hæresim esse non eam, quæ per testes, vel per alios probationum modos, probari potest, sed eam quæ non eget probatione, nullaque tergiuersatione cælari potest; & propterea, quod vbi dubitatur, an hęresis sit manifesta, vel occulta, tunc sine dubio non erit iudicanda manifesta, Clar. *in pract. crim. §. hæresis nu.22.* vbi dixit, sapere manifestam hæresim ea, quæ de sui natura præseferunt aliquid, quod sit manifesta hæresis (& sic idem per idem declarat) Eymeric. *in Director. Inquisitor. par.2. quæst.2. nu.5.* vbi dixit, manifeste hæreticalia esse omnia ea, quæ clare esse appareant contra aliquem fidei articulum in Symbolo contentum, vel contra determinationem Ecclesiæ, vel contra sacram scripturam ab Ecclesia approbatam; Menoch. *de præs. lib.5. præs.6. n.5. vers. Ita manifeste hæreticus censetur,* vbi dixit, manifeste hæreticum censeri eum, qui affirmat aliquam propositionem, ex qua quibusdam veris, quæ nulla tergiuersatione possunt negari, sequitur manifesta hæresis, ex Alphons. de Castro, quem allegat, de iusta hæreticorum punitione *lib.1. cap.3.*

92 Et † hæc dicta sufficiant de hæretico manifesto, notorio, & occulto; de qua re, si vlterius videre volueris, quando dicatur manifeste hæreticus, quando notorie, & quando euidenter; & quæ sit differentia inter euidens, notorium, & manifestum, dixi ego *in mea pract. crim. in tit. de delictis, & pœnis qu.21. n.4. & 5.* vbi scripta hic repetere opus non est; & in materia de qua agitur, scripsit Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquis. in verbo, Manifestum, numer.1. & 2,* vbi dixit, quod manifestum, & euidens, differt à notorio, quia manifestum, vel euidens, est illud, quod vni tantum, vel pluribus patet, notorium autem quod toti populo, vel maiori parti publice innotescit; & rursus est differentia inter manifestum, & euidens, quia manifestum indiget probatione, euidens autem nulla probatione indiget; & iterum euidens dicitur id, quod solum apparet per oculorũ inspectionem; manifestum autem latius accipitur, pro omni eo, quod per quemcumq; sensum corporis innotescit, iuribus ibi per eum allegatis; vide etiam in proposito Sigismund. Scacciam *in tract. de iudicio causar. ciuil. crim. & hæret. c.77. rub. de notoria hæresi nu.1. & 2.* vbi dixit magis in specie, de iure Canonico manifestos, seu notorios hęreticos inter se non differre, & idem significare; Ad quæ vide eundem Decian *in tract. crim. lib.5. cap.53. n.3. & 4.* vbi ponit quatuordecim effectus differentes, siue quatuordecim differentias inter occultum, & manifestum hæreticum.

ARGVMENTVM.

De Processu contra contumacem.

SVMMARIA.

Absens, & contumax in crimine hæresis condemnari potest, nu. 93. & 94. Vbi remissiue de materia absentem & contumacem hæreticum condemnandi.

Forma procedendi contra absentem contumacem hæreticum, nu.95.

Forma sententiæ ferendæ contra absentes contumaces hæreticos, nu.96.

Forma citationis ad sententiam contra contumacem absentem, vel fugitiuum, nu.97.

Procurator interuenire non potest in crimine hæresis pro contumace absente citato, num.98. Bene tamen admittitur pro eo defensor, & instructor innocentiæ, num.99.

Declara, vt nu.110. Item admittitur allegans causas absentiæ, nu.101.

Statua contumacis, & absentis condemnati pro hæresi, comburi debet, num.102.

Absens contumax, & in contumaciam condemnatus pro hæresi, si ad manus Curiæ deuenerit, An, & quando debeat tradi curiæ sæculari, nu.103.

Inquisitor potest citare hæreticum absentem, & contumacem extra suum territorium, nu.104.

Statuta laicorum de condemnando absentem contumacem, non extenduntur ad condemnationes pro crimine hæresis n.105. & nu.111. Vbi idem de statutis præcludentibus condemnato contumaci tempus ad comparendum, & ad recuperandum bona.

Absens, & contumax condemnatus pro crimine hæresis quandocumque compareat auditur quoad personam num.106. Quo vero ad bona, si comparet infra annum, illa recuperat, n.107. Si vero post annum non recuperat, nu.108. Licet alij contra, nu.109. & 110.

Citatio facienda contra contumacem absentem in crimine hæresis, debet continere causam, vt scilicet compareat ex causa fidei, nu.112. Contra, vt nu.113. Distingue, vt nu.114.

Forma citationis faciendæ contra absentem contumacem in crimine hæresis, nu.115.

Citari An debeat personaliter absens, & contumax in crimine hæresis, nu.116.

Absens, & contumax in crimine hæresis; antequam condemnetur, quot vicibus citari debeat, nu.117. 118. & 119.

Absens contumax condemnari non potest, nisi prius per fiscum accusata contumacia, nu.120.

QVÆST. CLXXXV. §. 7.

93 REGVLA † sit, quod in crimine hæresis absens in contumaciam condemnari potest, prout dixi *supra in tit. de Inquisitione quæst. 11. nu....* Quibus addo Archidiac. *in cap. Vt commissi, post nu. 3. in verbo, Procedendi, & ibi* etiam Ioan. Andr. *num. 3. col. 2. in eodem verbo, Procedendi,* Gemin *in verbo, Et contra illos, num* 2. & Franch. *post nu. 2. vers. Et in hoc crimine, de hæreticis in 6.* Summa Sylvestr. *in verbo, Hæreticus, §. 2. num. 11. vers. Quartum contra absentes.* Ioan. Calder in. *in tractat. de hæreticis, rubr. de his quæ pertinent ad exequutionem officij num. 13. & nu. 15. & nu. 16.* Vmbert. Locat. *post iudicial. Inquisit. qu. 2.* vbi late de materia. Symanch *Catholic. institut. tit. 2. rubr. de absentibus nu. 1. & seqq.* Campeg *in additionibus ad Zanchin. in tract. de Hæreticis cap. 31. sub vers. Tertium quoque impedimentum, ad medium.* Carer. *in trac. de hæreticis n. 112. & n. 118. vers. etsi vocatus non comparuerit.* Decian *in tractat. crim lib. 5. cap. 20. nu. 19. & cap. 27. nu. 7. & cap. 32. nu.* 0. Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap. 98. num. 1. & sequenti*, vbi huius conclusionis plures affert rationes, *& num. 35.* vbi pariter concludit, quod quando hæreticus fugit, seu latitat, ita quod capi non possit, potest etiam diffinitiue condemnari. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib. 3. quæst. 4. rubr. de forma & ordine iudiciario S. Officij, nu. 60.*

94 Ad † quam materiam, vltra infrascripta, vide generaliter Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit. in verbo, Contumacia, nu. 1. & omnibus sequentibus.*

95 Et † de forma procedendi contra absentem contumacem, vide post Archidiacon. *in cap. vt commissis, de hæreticis in 6.* ibidem Geminian *in verbo, Et contra illos, vers. Quæro quomodo procedatur*, vide omnino Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Citato, sub num. 14. versic, Tu dic*, vbi quod, quando proceditur contra aliquem non conuictum de hæresi, sed tamquam suspectum, citatur ad comparendum in termino ad respondendum de fide, & si in termino præfixo non comparuerit, excommunicatur, & si adhuc excommunicationem per annum sustinuerit, vt hæreticus condemnatur, iuxta Text. *in cap. cum contumacia, de hæreticis in 6.* & dixi *infra quæst. 192. numer. 14.* Si vero proceditur contra conuictum de hæresi (qui absens sit) vel facti euidentia, vel propria confessione, vel per testes legitimos, tunc citatur is peremptorie, vna pro trina monitione Canonica, & non comparens in termino, proceditur contra ipsum ad condemnationem, & sic non expectato anno, & non præcedente excommunicatione, iuribus ibi per eum allegatis, vide ad hanc materiam omnino Vmbert. Locat. *post iudicial. Inquisitor. quæst. 2. per totam*; vbi late, an, quando, & quot modis procedatur contra absentem, & de forma procedendi contra eum, Ioan. à Rojas *singul. 145. nu. 5.* Symanch. *Catholicar. institut. tit. 2. rubr. de absentibus num. 6. & sequentibus, & in Enchiridio tit. 45. rubric. de absentibus num. 1. & sequentibus*, vbi facit eandem distinctionem, quam fecit Vmbertus Locatus *in loco præallegato.* Zanchin. *in tract. de hæreticis cap. 9. num. 1. & 2.* vbi facit eandem distinctionem, quibus omnino adde Eymeric *in Director. Inquisitor. par. 3. rubric. de absentia, & fuga delati, numer. 130. & pluribus sequentibus, vsque ad num. 141. in discursu*, & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Commentar. 33. & sequentibus*, apud quos latissime reperies modum, & practicam, quam seruat Sanctum Inquisitionis Tribunal in procedendo contra absentes fugitiuos, & contumaces; Rursus adde eundem Eymeric. *vbi supra in Director. Inquisitor. dicta par. 3. numer. 212. & sequentibus*, vbi in specie quomodo procedatur contra absentem, vel fugitiuum, de hęresi conuictum, ad illius condemnationem, *& nu. 216.* & ibi etiam Pegna *in additionibus Commentar. 49.* idem Francisc. Pegna *vbi supra par. 3. commentar. 91. versic. Res hæc tota, & sequentibus fol. mihi 614. col. 2.* vbi refert Hispalensem instructionem, qua dantur tres modi procedendi contra absentem contumacem. Sigismund. Scaccia *in tract. de iudic. causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap. 43. num. 10. & cap. 47. num. 1. & sequentibus*, vbi in specie, An contumax absens, seu fugitiuus, citari debeat in scriptis per edictum, & in quo loco, *& cap. 98. num. 3. & 4.* vbi latissime ponit modum, & practicam procedendi contra contumacem hæreticum, contra quem adsint plenæ probationes, vel etiam suspiciones, & quod, quando citatur absens, seruanda sit forma in citatione præfixa, voluit Ioan. XXII. in sua extrauag. edita de anno 1330. incip. *Dudum, versic. Cæterum volumus, & seqq.* relata per Francisc. Pegnam post Direct. Inquisitor. inter literas Apostolicas *fol. mihi 84.* Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib. 3. quæst. 4. rubric. de forma & ordine iudiciario S. Officij num. 60. & eadem quæst. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei nu. 43. & seqq.*

96 Et † de forma sententiæ contra absentes, & contumaces, vide Vmbert. Locat. *post iudicial. Inquisit. fol. mihi 510. & sequenti*, vbi ponit formam sententiæ contra hæreticum fugitiuum, & contumacem, & congruo tempore expectatum, Decian. *in tract. crim. lib. 5 cap. 38. n. 22.* vbi quod, quando condemnatur hæreticus absens, & contumax, debet talis condemnatio fieri à Iudice Ecclesiastico, præsente Curia seculare, & declarando eum priuatum omni priuilegio Ecclesiastico, & Curiæ seculari relaxandum.

97 Et † particulariter de forma citationis ad sententiam contra contumacem absentem, vel fugitiuum, vide Eymeric. *in Direct. Inquisit. par. 3. nu. 213. rubr. de forma citandi conuictum fol. mihi 569.* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Commentar. 49 litera B, vers. Primo, & sequentibus.* vbi quod alio modo citatur contumax, quando de vera, & formali hæresi est plene conuictus, & alio modo citatur, quando solum hæresis suspicione laborat.

98 AMPLIA I. † Vt in crimine hæresis pro absente citato procurator comparens audiri non debeat, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit in verbo, Procurator, nu. 2.* Symanch *Cathol institut. tit. 52. rubr. de procuratoribus num. 1. & in Enchiridio violat. Religion. tit. 43. eadem rubr. de procuratoribus, etiam num. 1.* Ioan. à Rojas *singular. 170. num. 1.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Director. Inquisitor. par. 3. commentar. 36. numer. 139. fol. mihi 506. col. 2. versic. Sed in vitam reuertor*, & extat Constitutio Martini V. edita de anno 1418. incip. *Intercunctas, versic. Volumus insuper*, relata per Francisc. Pegnam *fol. 88. & seqq.* post Director. Inquisitorum inter literas Apostolicas.

99 LIMITA I. † Hanc I. Ampliationem, quod licet in crimine hæresis pro absente contumace citato non admittatur Procurator; Bene tamen admittitur quis tanquam defensor innocentiæ, ex allegatis per Carer. *in tractat. de hæreticis num. 113. in principio, & in vers An autem in crimine Hæresis*, Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 37. numer. 50.* vbi declarat; Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. 3. commentar. 36. nu. 139. fol. mihi 507. colum. prima, versic. 1. incipien. atque hoc verissime*, sed certe pro absente de hæresi inquisito, & ad comparendum citato, & contumace in supremo Vrbis, & totius Christianæ Reipublicæ sanctæ Inquisitionis generalis Tribunali non admittitur quis compa ens, siue tanquam Procurator, siue etiam tanquam defensor innocentiæ: ad quam materiam vide generaliter quæ dixi *supra in tit. de variis, ac diuersis quæstionibus, qu. 99. num. 230. & pluribus sequentibus.*

100 SVBLIMITA † præcedentem limitationem, quia defensor pro absente de hæresi inquisito admittitur, vt supra, quando res est dubia, & quando inquisitus est solu-

lus

lum de hæresi suspectus; secus si vere hæreticus esset, & de hæresi in processu constaret; tunc enim pro eo nec defensor, nec excusator admittendus erit, ex traditis per Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisit. par. 3. commentar. 36. nu. 139. versic. Sed hæc omnia ita accipienda fol. mihi 507. col. 1.*

101 LIMITA II. † Eandem primam ampliationem, vt tamen admittatur Procurator ad excusandum contumacem, & ad allegandum causas absentiæ; Symanch. *Catholicar. institut. tit. 52. rubr. de procuratoribus nu. 4. & in Enchiridio violat. Religion. tit. 43. eadem rubr. de Procuratoribus nu. 2.* Decian. qui alios refert concordantes *in tract. crimin. lib. 5. cap. 51. num. 16. & cap. 37. num. 50.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisit. par. 3. commentar. 36. num. 139. vers. Huius autem excusatoris partes fol. mihi 507. col. 1.*

102 AMPLIA II. † Vt condemnato absente, eius statua comburi debeat. Symanch. *Catholicar. instit. tit. 2. rub. de absentibus nu. 8. & in Enchiridio Viol. Relig. tit. 45. rubr. de absentibus nu. 4.* Campeg. *in additionibus ad Zanch. in tract. de hæreticis cap. 18. litera B,* vbi quod ita Romæ & vbiq; seruatur, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Director. Inquisit. par. 3. Comment. 49. num. 216. vers. Verum hoc est obseruatione dignissimum, & seq. fol. mihi 574. col. 2. in fine,* vbi de modo, & forma tradendi hanc statuam seculari potestati cum nomine, & cognomine absentis contumacis condemnati, & iam comburendi, Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. crim. & hæret. cap. 98. nu. 4. vers. Secundum, vt in publicum locum,* vbi alia ad materiam combustionis huius statuæ.

103 AMPLIA III. † Vt bannitus, & in contumaciam condemnatus, pro hæresi, ex plenis & concludentibus probationibus, si vult suam innocentiam docere, audiatur quandocunque, vt dixi *infra in limitationibus*; si vero innocentiam probare non possit, & pœnitens misericordiam petit, recipiendus est, iuxta ea quæ dixi *infra in materia pœnitentis*; Non enim plus operari debet ficta confessio ex contumacia resultans, quam vera; cum & ore proprio hæresim confessus ad misericordiam admittatur; At si impœnitens sit, vel condemnatus tamquam relapsus, tunc si, vt præfertur, condemnatus fuerit, ex plenis & concludentibus probationibus, cum conditione, quod si vmquam in fortiis Curiæ deuenerit Curiæ seculari tradatur, tradendus vtique est; vt pluribus probat Bursat. *consi. 7. nu. 19. & sequentibus, 41. & sequentibus, & nu. 54. in fine, lib. 1.* vbi in occurrenti casu ita alias seruatum testatur. Quibus adde Sigismund. Scacciam *in tractat. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap. 98. numer. 26. & sequentibus, vsque ad num. 34.* vbi late declarat, an, & quando condemnatus ex plenis probationibus, vel etiam suspicionibus, & propter insordescentiam in excommunicatione comparens, siue captus, Curiæ seculari tradendus sit; an vero pœnitens ad misericordiam recipiatur, & quia (ni fallor) cum illis suis longis & inuolutis distinctionibus confuse loquitur, veritas est, quod contumax condemnatus, vt hæreticus, siue ex plenis probationibus, siue suspicionibus, & siue propter insordescentiam in excommunicatione per annum, admittitur semper ad misericordiam si pœnitens fuerit, secus si impœnitens existat, vel si vt relapsus fuerit condemnatus, quia tunc vtroque casu Curiæ seculari traditur, vt supra dixi.

104 AMPLIA IV. † Vt in crimine hæresis possit Inquisitor citare hæreticum absentem etiam extra suum Territorium, Tex. est *in cap. vt commissi, vers. Et contra illos, de hæreticis in 6.* vbi expresse dicitur: *Et contra illos, quos in prouincia, in qua vobis Inquisitionis officium est commissum, hæresis crimẽ constiterit commisisse, licet ad alias partes se transferendos duxerint procedendi;* & ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, vers. Sed ponamus,* Ioan. Monach. *num. 1. in verbo, Procedendi, & nu. 2.* Archidiacon. *num. 3. vers. Quod si citati, & vers. Vbi quis;* Ioan. Andr. *num. 3. colu. 2. ante medium; vers. Hoc in citatis, & num. 7. in fine colu. final.* Gemin. *in verbo, Et contra illos, num. 1. & nu. 2. vers. Si vero citati non erant, & in verbo, Priuandi, num. 7.* Apud quos etiam reperies; An isto casu Reus si extra territorium citatus, sit remittendus, de quo particulariter dixi *infra quæstion. 197. nu. 10. & sequentibus.*

AMPLIA V. † Quia statuta laicorum, constitutionesq; Principum secularium, quibus aliquid statuitur contra reos contumaces delinquentes, siue in procedendo siue in puniendo non seruantur, nec locum habent, in crimine hæresis, ex allegatis per Sigismund. Scacciam *in tractat. de iudicio causar. ciuil. crimin. & hæretic. cap. 92. numer. 37.* vbi idem dicit in constitutionibus, & statutis conditis ab Ecclesiasticis, nisi in illis fiat specialis & expressa mentio Causarum hæreticalium, & inde infert ad Bullas Summorum Pontificum, quibus disponitur, ne Iudices lapso quodam tempore contumaces condemnatos admittant ad nouas defensiones, quod scilicet huiusmodi Bullæ non procedant contra hæreticos in contumaciam condemnatos, qui illis non obstantibus, quandocumque compareant, audientur suam innocentiam probare volentes, de quo vltimo dixi *in sequenti limitatione.* 105

LIMITA I. † Propositam regulam, quia in crimine hæresis contumax citatus, & condemnatus, quandocumque compareat, etiam post lapsum annum, & statuam combustam, siue sponte, siue etiam captus sit, auditur quoad personam, ex allegatis per Symanch. *Catholicar. institut. tit. 2. rubr. de absentibus num. 20. & 21. & tit. 14. rubr. de contumacibus num. 10. & in Enchiridio violat. Religion. tit. 45. rubr. de absentibus num. 16. & 17.* Ioan. à Rojas *singular. 145. nu. 5.* Francisc. Pegna *in additionib. ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. 3. Comment. 49. post nu. 213. litera C, vers. Adueniente autem die, & seq. fol. mihi 572. colum. 2. & num. 216. vers. Postremo illud est obseruandum, fol. mihi 574. colum. 2.* Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. crim. & hæret. cap. 98. num. 25.* Flamin. Cartar. *de exequut. sententia &c. cap. 1. num. 280.* Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib. 2. cap. 27. nu. 18. vers. Atque in propriis hæresis terminis,* vbi dixit, de hoc esse Glossam communiter receptam *in cap. Excommunicamus il 1. §. qui autem, in verbo Condemnetur, extra de hæreticis.* 106

AMPLIA I. † Præcedentem I. Limitationem, vt comparens infra annum, etiam quod fuerit in contumaciam condemnatus, recuperet bona, per ea quæ dixi *supra in quæst. 11. num. 2.* & in specie de condemnato in crimine hæresis scripsit Symanch. *Cathol. instit. tit. 2. rubr. de absentibus nu. 20. & 21. & in Enchirid. violat. Relig. tit. 45. eadem rubr. de absentibus num. 16. & 17.* 107

Post † annum vero comparens condemnatus pro hæresi in contumaciam quoad bona non auditur, nisi docto de eius innocentia, aut impedimento, ex traditis per Symanch. *Cathol. inst. tit. 20. rubr. de absentibus nu. 20. & 21. & in Enchirid. violat. Religion. tit. 45. eadem rubric. de absentibus, num. 16. & 17.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. 3. Commentar. 49. post num. 213. litera C. vers. Adueniente autem die, & seq. fol. mihi 572. col. 2.* Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib. 2. c. 20. numer. 27. & seqq.* vbi tamen subdit, minorem aduersus lapsum huius anni etiam quoad pœnas pecuniarias restituendum esse, Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib. 3. quæst. 4. rubric. de expeditione processus in causis fidei, nu. 47.* Et quod ex quodam decreto facto Barchinonæ ab Inquisitoribus generalibus hæretici in contumaciam condemnati post annum non audiantur quoad bona, testati sunt Ioan. à Rojas *sing. 145. num. 5.* & Ignat. Lopez *in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 116. nu. 12. vers. Imo, & quod existimo.* 108

110 Contrarium † voluit Sigismund. Scac. *in tract. de iudicio causar. ciuil. crim. & hæret. cap. 98. nu. 34.* vbi dixit, quod hæreticus in contumaciam condemnatus, etiam post annum comparens, recuperat bona confiscata, etsi de innocentia non docuerit. Et quidem in supremo Vrbis, & totius Christianæ Reipublicæ generalis, & Sanctæ Inquisitionis Tribunali seruatum audiui, quod, quandocunq; contumaces sponte compareant, semper audiuntur, & quoad personam, & quoad bona.

111 AMPLIA II. † Eandem I. Limitationem, quia quoad personam contumax pro hæresi condemnatus quandocunq; auditur, non obstantibus statutis, quibus cauetur, vt lapso certo tempore post latam sententiam condemnatus non audiatur; Hæc enim statuta iniqua, & iniusta esse affirmauit Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor par. 3. Commentar. 49 post num. 213. litera C. vers. Adueniente autem die, & seq. fol. mihi 572. colum. 2.* Imo huiusmodi statuta & Constitutiones non debere extendi ad contumaces Hæreticos condemnatos, & si ab Ecclesiastico Principe condita fuerint, nisi de illis expressam fecerit mentionem, scripsit Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. crimin. & hæretical. cap. 98. nu. 37. in fine*, & dixi *supra in præcedenti V. Ampliatione, nu. 105.*

112 LIMITA II. † Eandem regulam, quia absens in contumaciam pro crimine hæresis condemnari non potest, nisi in prima citatione ad comparendum exprimatur causa, vt scilicet compareat ex causa fidei ad respondendum de fide, aut quid simile, & hæc expressio causæ sic generalis sufficit. Text. *est in cap. cum contumacia, de hæreticis in sexto, in illis verbis, Vocatus à nobis, vt de fide respondeat*, & ibi Gloss. *in verbo, Respondeat*, Archidiacon. *num 2. in eodem verbo, Respondeat*, Gemin. *num. 4. vers. Nota argumentum, & num. 5. eodem vers.* & Franch. *num. 4.* Alberic. *in rubr. Cod. de Hæreticis, num. 9. vers. Vtrum pro prima contumacia, & in auth. Gazzaros num. 1. vers. Et opus est, Cod. eodem*, Henrich. Boich *in cap. Excommunicamus, il primo num. 3. vers. Aut est quis citatus expresse, & vers. Ad hoc enim locum habeat illa decretalis, & vers. Aut non est citatus expresse, extra de hæreticis*; summa Angelica *in verbo, Hæreticus, n. 1. in fine, vers. Requiritur tamen.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 32. num. 8.* Mont. Maran. *in pract. Archiepiscop. cap. 84. num. 2.* Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib. 3. quæst. 4. rubr. de forma, & ordine iudiciario S. Officij num. 68.* faciunt, quæ in simili de citatione facienda, quando hęreticus excommunicatu , dixi *infra quæst. 192. num. 31.* Et faciunt etiam Doctores allegati *infra hac eadem quæstione, num. 115.*

113 Contrarium, † quod in hac citatione non requiratur expressio causæ, nec specialis, nec generalis, sed quod sufficiat citare ad comparendum coram Inquisitoribus, volentibus ab eo quædam scire, scripsit Symanch. *Cathol. instit. tit. 43. rub. de modo procedendi, &c. nu. 12. in fine.* Conrad Brun *in tract. de hæret. lib. 4. c. 6.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisit. par. 3. Comment. 33. num. 131. fol. mihi 496. col. 2.* vbi dixit, hanc sententiam esse valde rationi consonam, quoniam si in citatione causa exprimeretur, statim reus citatus inciperet cogitare de fuga, & pro hac contraria opinione, Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib. 3. quæst 4. rubr. de forma, & ordine iudiciario Sancti Officij, nu. 34.*

114 In † hac contrarietate distingue, vt prima opinio procedat, quando absens citandus graue scelus in fidem commisit, latitat, & capi non potest: secunda autem, quando de leuioribus criminibus agitur, vel cum reus leuiter suspectus est, vt per Franc. Pegnam *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. 3. Commentar. 33. num. 131. vers. Primo, & vers. Fit tamen interdum fol. mihi 496. col. 2. & 497. col. 1.* vel melius dicas, quod si post citationem sic generaliter factam ad informandum curiam citatus non comparet, & Inquisitor propterea intendit contra illum procedere tanquam contumacem ad condemnationem, & tunc alia requiritur citatio, in qua expresse citetur ad comparendum, & respondendum, quid sentiat de fide; Et sic isto casu erit necessaria in citatione expressio causæ, vt bene aduertit, & probat Sigismund. Scaccia *in tract. de iudic. causar. ciuil. crimin. & hæret. cap. 43. num 9.*

De † Formulis autem citationis diuersis contra absentes hæreticos, videas per Vmbert. Locat. *post iudic. Inquisit. in 1. & 3. formula, fol. mihi 478. & seq.* & in Repertor. Inquisit. *in verbo, Citatio, vers. Circa citationem, & in verbo, Suspectus, vers. Quando quis dicatur suspectus*; Squillacen. *in tract. de fide Cathol. cap. 60.* Eymer. *in Direct. Inquisit. par. 3. nu. 131. & seqq. & num. 135. & seq.* & ibi Francisc. Pegna *in addition. Comment. 33. & 35.* Sigismundus Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. crimin. & hæretic. cap. 43. nu. 9. & 10. & cap. 47. nu. 1. & sequenti*, vbi in quo loco sit exequenda hæc citatio, *& cap. 98. post nu. 4.* vbi quod huiusmodi citationes, seu monitoria contra contumaces emananda, sunt subscribenda ab Inquisitoribus, & quod, quando citatur absens, seruanda sit forma in citatione præfixa, voluit Ioannes XXII. in sua extrauag. edita de anno 1330. incip. *Dudum, vers. Cæterum volumus, & seqq.* relatam per Franc. Pegnam post Directorium Inquisitorum inter literas Apostolicas *fol. mihi 84.* 115

LIMITA III. † Quia contumax, & absens, condamnari non potest, nisi fuerit personaliter citatus; si enim absque personali citatione quis excommunicari non potest, multo minus absque eadem citatione potest, vt hæreticus, condemnari. Et hæc conclusio indubitanter procedit, quando absens inueniri potest; quod si latitet, & non inueniatur, tunc eum posse per edicta vocari ex plurimorum sententia testatur Symanch. cum allegatis per eum *in Enchiridio violat. Religion. tit. 45. rubr. de absentibus nu. 7. & 8.* vbi quod ista edicta præconis voce diuulganda sunt, nomen absentis inclamandum in ea ciuitate, in qua reus Domicilium habet, atque etiam affigenda ad ianuas Ecclesiæ maioris, *& Cathol. institution. tit. 14. rubr. de contumacibus num. 5. & 6.* quam tamen sententiam ipse seueram, ne dicat iniquam, aut crudelem existimat, & propterea ipse tutius, & æquius esse credidit, hunc de hæresi suspectum, & latitantem, etiam personaliter citandum esse, nisi forte de absentis hęresi plene in processu constaret; tunc enim ipsum per edicta citari, & condemnari posse, admittit, & ita etiam censuit, & admittit, *in eodem Enchirid. tit. 46. rub. de contumacibus num. 3. & 4.* & Symancham sic dicentem refert Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap. 98. num. 35.* vbi tamen concludit, quod si reus fugit, seu latitat, tunc potest etiam per edictum citari. Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz. in pract. crimin. Canonic. cap. 116. num. 12. vers. Quinto quod si causa excommunicationis in fine.* 116

LIMITA IV. † Quia, quando contra contumacē absentem proceditur, non vnica, sed plures requiruntur citationes; quod, an verum sit, & quando, dic, quod licet vnica tantum citatio sufficere videatur, cum in crimine hæresis procedatur summarie, quo casu vnica citatio habet vim peremptorij, & licet etiam Alphons. de Castro *in tract. de iusta hæreticor. punitione lib. 2. c. 1.* dixerit, duas requiri debere, & sufficere monitiones, verius tamen est, quod in hoc crimine, sicut in aliis criminibus, tres citationes, seu monitiones præcedere debent, ad Text. *in l. consentaneum, C. quomodo & quando Iudex, & in l. contumacia §. 1. ff. de re iudicat.* cum aliis per Ioan. à Rojas *singul. 29.* vbi amplius, quod ita de consuetudine seruatur, & ampliat, etiam quod quis fuerit semel personaliter citatus, & ampliationem hanc dicit Communem, ex allegatis ibi per eum, reprobato Innocentio contra- 117

riam

rium tenente *in cap. ad petitionem num. 3. de accusationibus.* Nec dissentit Symanch. *Cathol. instit. tit. 14. rub. de contumacibus sub numer. 6. Et in Enchiridio violat. Religion. tit. 45. rubr. de absentibus, num. 3. & 4.* vbi quod asserit, citandos esse tribus Edictis. Quod, & idem, voluit Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib. 3. quæst. 4. rubr. de forma, & ordine iudiciario S. Officij, nu. 65.*

118 Verum, † quod vnica tantum sufficiat citatio, seu monitio contra contumacem, voluit Innoc. *supra* allegatus *in cap. Ad petitionem, nu. 3. de accusationibus.* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit. in verbo, Citatio, post num. 14. vers. Si autem vltra contumaciam,* vbi tamen loquitur, quando proceditur contra contumacem conuictum de hæresi; Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 32. nu. 4.* vbi dixit, regulariter tribus Edictis, aut denunciationibus, vel vno peremptorio pro omnibus citandus est reus, Sigismund. Scaccia *in tractat. de iudicio caus. ciuil. criminal. & hæretical. cap. 43. nu. 10.* vbi idem dixit, & quod in isto casu in vnica citatione facta per edictum peremptorium, debet præfigi dilatio triginta dierum, adhoc vt citatus in dicto termino possit ostendere suam innocentiam; Quorum decem pro primo, decem pro secundo, & decem pro tertio, & vltimo peremptorio termino, & canonica monitione assignantur.

119 Sed † quod duæ ad minus requirantur citationes videas per eundem Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Sententia, num. 25.* Carer. *in tract. de hæret. num. 128.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 38. num. 9.* vbi declarat, *& nu. 27.*

120 Limita V. † Quia quando proceditur contra absentem prætensum hæreticum, & non comparentem, fisci procurator debet illius contumaciam accusare, & hanc accusandi contumaciam, formam ponit Vmbert. Locat. *post iudicial. Inquisit. fol. mihi 479. & sequenti,* Simanc. *in Enchiridio violat. Religion. tit. 45. rubric. de absentibus, numer. 4.*

Argumentum.

De tortura inferenda in crimine Hæresis.

Summaria.

Tortura ad habendum veritatem in trimine hæresis datur, sicut in aliis delictis, num. 121.

Torturæ materia ponitur, nu. 122. & nu. 123. Vbi de forma decreti torturæ, & de modo torquendi.

Tortura infligitur reuocanti confessionem iam factam, & de materia, nu. 124.

Torquentur in crimine hæresis omnes indistincte etiam priuilegiati, nu. 125. Vbi ponuntur exempla.

Torturam si quis substinuit, adhuc illi purgatio indici potest, nu. 126. contra nu. 127. Prima opinio procedit, quando quis non fuit sufficienter tortus; Secunda quando quis fuit tortus sufficienter, nu. 128.

Tortura dari potest ex dicto vnius testis, n. 129. Præsertim quando concurrunt adminicula, n. 130. Dummodo iste vnicus testis sit omni exceptione maior, alias secus, nu. 131. Item dummodo reus sit homo malæ famæ, secus si bonæ famæ, num. 132.

Tortura dari etiam potest confesso, aut conuicto Hæretico super complicibus, nu. 133. Idem pro habenda vlteriori veritate, nu. 134. siue Hæreticus de se confiteatur, siue non, nu. 135.

Tortura dari potest ex sola diffamatione, seu infamia, num. 136.

Tortura dari potest etiam in causa ciuili proueniente ex crimine hæresis, nu. 137.

Torturæ locô possunt imponi ieiunia pro habenda veritate, n. 138.

Tortura dari potest in crimine hæresis reo non respondenti, vel obscure respondenti, nu. 139.

Tortura in crimine hæresis non datur, non præcedentibus indiciis, num. 140. Imo indicia debent esse grauiora, & vrgentia, leuia autem non sufficiunt, nu. 141. contra nu. 142. Dic quod arbitrio iudicis remittuntur, nu. 143.

Indicia ad torquendum in crimine hæresis, an debeant esse grauia, & vrgentia, an vero leuiora sufficiant, & de materia, nu. 141. & seqq.

Indicia plura, quibus in crimine hæresis dari potest tortura, num. 144.

Tortura in crimine hæresis dari non potest, nisi indicia sint plene probata, num. 145. & sequenti.

Tortura in crimine hæresis non datur, vbi non constat de corpore delicti, num. 147.

Tortura in crimine hæresis dari non potest, quando adsunt indicia ad abiurationem, nu. 148. contra, nu. 149.

Confessio per torturam emanata in crimine hæresis confitenti non nocet, nisi fuerit ratificata, nu. 150.

Socius criminis in crimine hæresis, non sufficit ad torquendum, num. 151. Licet alij contra, nu. 152. Duo autem socij criminis bene sufficiunt ad torturam, nu. 153.

Quæst. CLXXXV. §. 8.

Regula † sit, quod in causa hæresis inquisiti rei ad habendam veritatem torquentur, sicut in aliis criminibus, quando veritas aliter haberi non potest, vbi enim quis est confessus, & conuictus, minime torqueri potest, quia tortura non datur nisi in subsidium, at vbi deficiunt probationes, quod in crimine hæresis possit deueniri ad torturam, nulla est dubitatio, ex traditis per Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit. in verbo, Tortura, num. 5.* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Probationes, vers. Et sic dicendum.* Symanch. *in Enchirid. violat. Religion. tit. 52. rubric. de tormentis nu. 1. & seqq.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par. 2. nu. 281. & seqq.* Eymeric. *in Director. Inquisit. par. 3. rubric. de tertio modo terminandi processum in causa fidei per tormenta num. 151.* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Commentar. 39. num. 151 in princip. fol. mihi 518.* alios refert concordantes, idem Eymeric. *dicta par. 3. quæst. 61. numer. 1.* & ibi etiam Francisc. Pegna *in addition. Commentar. 110. versic. Iam tota hæc tractatio; & seqq. fol. mihi 641. colu. 1. & 2. vers. Rursus si delictum aliter quam per torturam probari potest,* vbi amplius dicit, quod olim inquisitoribus non erat licitum reos torquere propter periculum irregularitatis; ex Constitutione Innocentij IV. sed quod postea recentioribus Iuribus talis potestas concessa fuit. 121

Ad † quam materiam inferendæ torturæ vltra infra scripta vide Symanch. *Catholicar. institution. tit. 65. rubr. de tormentis, per totum; & in Enchirid. violat. Religion. tit. 52. eadem rub. de tormentis.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæret. par. 2. num. 281. & seqq.* Eymeric. *in Director. Inquisit. par. 3. rub. de tertio modo terminandi processum in causa fidei per tormenta, num. 151. & seqq.* & *ibi* Francisc. Pegna *in additionib. Commentar. 39. fol. mihi 516. & seqq.* Idem Eymeric. *vbi supra in Direct. Inquisit. dicta par. 3. quæst. 61.* & ibi pariter Pegna *in additionibus Commentar. 110. fol. mihi 640. & seqq.* vbi late de materia, ad quam vide etiam late differentem Martin. del Rio Iesuitam *de disquisitionibus magicis lib. 5. sect. 9. per totam, & latius eod. lib. 5. in 2. appendice quæst. 1. & omnib. seqq.* & ante eum late etiam Petr. Binsfeld. *in Commentar. ad l. etsi excepta C. de malefic. & mathematic. quæst. 1. conclus. 1. & omnib. seqq.* Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi cap. 11. num. 14. vers. Nec est pariter tortura adhibenda.* 122

Et † de forma decreti torturæ, ac de modo torquendi, videas per Vmbert. Locat. *post iudicial. Inquisit. fol. mihi 482. & seq.* & per Eymeric. *in Director. Inquisit. par. 3. rub. de tertio modo terminandi processum in causa fidei per tormenta numer. 151. & seqq.* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Commentar. 39. fol mihi 516. & seqq.* apud quos reperies non solum formam decreti torturæ, sed etiam modum torquendi, consideranda, & obseruanda in inferendo torturam, quorum maior pars apud nos hodie recessit ab aula, & latius dixi *supra in tit. de indiciis, & tortura.* 123

124 Amplia I. † Vt reuocans confessionem iam factam, possit iterum torqueri, quod an veru sit, & quando, & quomodo torquendus sit reus, qui confessus in tormentis confessionem reuocat, & quid si bis tortus bis confitetur, & iterum reuocat, an vero potius ad abiurandum cogi possit, vide Symanch. *Cathol. instit. tit. 65. rubr. de tormentis nu. 79. & seqq.* Eymeric. *in Direct. Inquisitor. par. 3. rubric. de tertio modo terminandi processum in causa fidei per tormenta nu. 157. fol. mihi 517. col. 2.* vbi dixit, quod si reus fuit sufficienter tortus, non potest amplius torqueri propter reuocatam confessionem; si vero non fuit sufficienter tortus, iterum sufficienter torqueatur, & ibi Franc. Pegn. *in additionib. Comment. 39. nu. 156. litera K, in fine, vers. Sit tertia & postrema regula, fol. mihi 520. colum. 2.* vbi melius loquens dixit, isto casu solam reuocationem confessionis facere nouum indicium ad torturam, & sic reuocantem posse iterum torqueri, etiam quod prius fuerit sufficienter tortus, licet bene damnet quorumdam Iudicum crudelitatem, immanemque plus quam Carnificum sæuitiam, qui tamdiu retinent reum in tormentis donec perseueret, *& litera O, vers. Primo, & seqq. num. 158. fol. mihi 521. colum. 1.* vbi etiam ponit, quot vicibus torqueri possit, qui sæpius confessionem in tortura emanatam reuocat. Dixi hac de re latius *supra in tit. de indiciis & tortura, quæstion. 38. numer. 91. & sequentibus*, & per me ibidem scriptis assentire videtur etiam Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus Magicis lib. 5. sect. 9. versic. Quoad iterationem*, & vide etiam Doctores allegatos *infra hac eadem quæstione num. 126.* Quorum aliqui dicunt, reo nolenti ratificare confessionem factam in tortura, posse indici purgationem.

125 Amplia II. † Vt in crimine hæresis etiam personæ priuilegiatæ, quæ alias torqueri non possunt, torqueantur, prout est Text. *in l. etsi excepta C. de malefic. & mathemat.* vbi præsertim de personis in dignitate constitutis, ibiq; notant Communiter Doctores, & præcipue Petr. Binsfeld. *in 7. conclusione*, & inter huiusmodi priuilegiatas personas connumerari potest *Magistratus, Doctor, Miles, & Similes.* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Tortura, num. 40. & sequentibus*, vbi tamen excipit Minores, Decrepitos, & Mulieres prægnantes, Symanch. *Catholicar. institution. tit. 65. rubr. de tormentis nu. 44. & sequentibus*, vbi in specie de minoribus vigintiquinq; annorum, Clericis, Monachis, Sanctimonialibus, & aliis torquendis in crimine hæresis, *& in Enchiridio Viol. Relig. tit. 52. rubr. de tormentis n. 20. & sequentibus*, Carer. *in tract. de hæreticis nu. 117. vers. Ex hoc etiam*, vbi de Militibus, Doctoribus, Decurionibus, & Clericis, Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 20. nu. 22. & cap. 36. nu. 11. & sequentibus*, vbi de Nobilibus, de Decurionibus, de Minoribus, de Clericis, & Religiosis, Ioan. à Rojas *singular. 208.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisit par. 3. Comment. 39. nu. 156. vers. Scio quæsitum esse, & sequentibus*, vbi de Militibus, Doctoribus, Equitibus, & aliis Nobilibus, quod omnino in hoc crimine possunt torqueri, de impuberibus, seu Minoribus, & Senibus, quod pariter torqueri possunt, leuiter tamen, & cum moderamine, iuxta personam, & temperamenti corporis qualitatem, & de muliere prægnante, quod propter periculum partus, nec torqueri, nec terreri potest; idem Francisc. Pegna *vbi supra in additionibus ad Eymer. in Direct. Inquisit. dicta par. 3. qu. 61. Commentar. 110. vers. His constitutis, & sequentibus fol. mihi 642. col. 2.* vbi etiam late de omnibus prædictis priuilegiatis personis, de quibus etiam vide Martin. del Rio Iesuitam *de disquisitionibus Magicis lib. 5. sect. 9. vers. Quoad personas, & dicto lib. 5. in 2. appendice qu. 23.* vbi tamen subdit, quod Nobiles, & in dignitate constituti, leuius quam alij torquendi sunt, quod tamen apud me difficultate non caret. Vide *supra in tit. de indiciis, & tortur. quæst. 41. num. 160. & sequentibus.*

Amplia III. † Vt etiam si quis in tormentis substinuerit, & nihil confessus fuerit, possit ei indici purgatio, vt in Repertor. Inquisitor. *in verbo, Purgatio, vers. An hæretico, qui fuit tortus, & in verbo, Tortura, vers. Sed notandum*, Squillacen. *in tract. de fide Catholic. cap. 31. nu. 1. vers. Si vero non confiteatur*, & videtur de mente Eymeric. *in Director. Inquisit. par. 3. rubr. de tertio modo terminandi processum in causa fidei per tormenta num. 160. vers. Interdum autem fol. mihi 517. col. 2. in fine*, vbi amplius videtur tenere, quod persistens in tortura debeat abiurare. 126

Verum † quod persistens in tortura absoluendus sit, ob non probatum crimen, ex hactenus deductis, si tottus pro sententia absolutoria institerit, voluit Eymeric. *in Direct. Inquisit. par. 3. rub. de tertio modo terminandi processum in causa fidei per tormenta num. 157.* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Comment. 39. litera L, fol. mihi 520. col. 2. in fine*, & latius Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap. 95. num. 1. vers. Si non constat de innocentia, & duobus seqq. vers.* Petr. Binsfel *in Comment. ad l. etsi excepta, C. de malefic. & mathemat. q. 1.* vbi disputat quæstionem, & concludit, reum persistentem in tortura, fore & esse absoluendum Lud. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib. 3. quæst. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei, num. 6.* 127

Prima † opinio substineri potest, quando Inquisitus non fuit sufficienter tortus, nec plene indicia purgauit, secus si fuit tortus sufficienter, quia tunc satis purgauit indicia, *iuribus vulgaribus*, & in specie pluribus comprobat Symanch. *Catholicar. institution. tit. 56. rub. de purgatione Canonica, n. 17. & pluribus sequentib.* vbi testatur de veriori, benigniori, & æquiori sententia, antiquam consuetudinem contrariam, crudelem, iniustam, & laqueis plenam affirmat, *& in Enchirid. viol. Religion. tit. 42. rubr. de tormentis, num. 46.* vbi simpliciter dixit, quod qui per torturam purgauit indicia absoluendus est, *& tit. 54. rub. de purgatione nu. 16.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. c. 48. nu. 22. & nu. 56.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæret. par. 2. n. 306.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisit. par. 3. Commentar 39. num. 156. litera L, fol. mihi 520. col. 2. in fine, & litera P, num. 159. fol. mihi 521. col. 2. etiam in fine*, idem Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. vbi supra, par. 2. Commentar. 14. ad cap. inter sollicitudines, de purgatione Canonica, vers. Atque ex hac interpretatione, & seq. fol. mihi 122. col. 1.* 128

Amplia IV. † Vt in crimine hæresis, testis vnicus sufficiat ad torturam; Ioan. de Imola *in Clament. prima, nu. 20. de hæreticis*, & ibi Cardin. Zabarell. *in §. verum, il secundo, num. 6.* Idem Cardin. Zabarell. *in Clementin. final. num. 12. versic. Si autem semiplene probata est hæresis, de vsuris.* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Inquisitor, vers. Si autem semiplene probatum est, & post iudicial. Inquisitor. quæst. 33.* Symanch. *Catholicar. institution, tit. 65. rubr. de tormentis, nu. 23. & seqq.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 9.* & ibi Campeg. *in addition. litera E, versic. Nunquid poterit torqueri*, vbi alios refert concordantes; Squillac. *in tract. de fide Catholic. cap. 31. nu. 1.* Ioan à Rojas *in tract. de hæreticis, par. 2. nu. 24.* Eymeric. *in Director. Inquisit. par. 3. qu. 61. nu. 3. vers. Secunda regula est, & nu. 8. vers. Septima regula est*, & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Commentar. 110. litera D. vers. Primo, & sequentibus, fol. mihi 644. col. 1. & colum. 2. & litera K, vers. Septima regula est, fol. mihi 645. col. 2.* vbi contra Eymeric. sententiam videtur tenere, quod vnus testis de visu, si sit omni exceptione maior, sine aliis adminiculis, indicium facit ad torturam, & idem dixit *litera G, versic. Quarta regula est, & versic. seq. fol. mihi 645. col. 1. & litera L, fol. mihi 647. col. 1. in principio.* Dixi hac de re latius *supra in tit. de indiciis, & tortura, quæst. 37. nu. 54. & seqq.* vbi vide. 129

Amplia † Rursus præcedentem IV. Ampliationem, vt multo magis procedat, quando vnicus testis de visu coad- 130

coadiunatus est aliis adminiculis; Tunc enim quod indicium faciat ad torturam, indubitati iuris est, vt per Eymericum *in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 61. nu. 3. versic. Secunda regula est, folio mihi* 640. *col.* 1. vbi de vnico teste, iuncto cum fama, (de quo particulariter dixi *infra, quæst.* 188. *nu.* 65. *& nu.* 5. *versic. Quarta regula est, dicto fol.* 640. *col.* 2. vbi de vnico teste, iuncto cum aliis pluribus indiciis, & *num.* 7. *vers. Sexta regula est,* & *ibi* Pegna *in additionib. lit. C. fol. mihi* 644. *col.* 1. *vers. Secunda regula est.*

131 LIMITA I. † hanc quartam ampliationem procedere, dummodo iste vnicus testis sit omni exceptione maior, alias secus, ex allegatis per Carer. *in tract. de hæreticis, nu.* 118. Pegna *vbi supra.* Gabr. *cons.* 178. *num.* 6. *lib.* 1. & dixi *supra, in tit. de indiciis & tortura,* vbi vide, *quæst.* 37. *nu.* 56. *& nu.* 61. *& seqq.*

132 LIMITA II. Eandem † quartam ampliationẽ procedere contra hominem infamatum de hæresi, secus contra hominem bonæ famæ, contra quem testis vnus, seu semiplena probatio nõ facit indicium ad torturam, nisi alia concurrant, Simanch. cum allegatis per eum, *Catholicar. institut. tit.* 65. *rubr. de tormentis, nu.* 23. *& in Enchirid. violatæ religion. tit.* 52. *rub. de tormentis, n.* 13. vbi idem repetit. Decian. *in tract. crim. libr.* 5. *cap.* 36. *nu.* 6. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part.* 3. *quæst.* 61. *Commentar.* 110. *lit. G. versic. Non dubito tamen. fol. mihi* 605. *col.* 1.

133 AMPLIA V. Vt † in crimine hæresis hæretico confesso aut conuicto, detur tortura pro habendis complicibus, quia, vt plurimum tale crimen non stat sine complicibus, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudiali inquisitor. in verbo, Hæreticus, nu.* 45. & *in verbo, Indicium, num.* 33. vbi facit generalem conclusionem, quod pro complicibus habendis tortura dari potest in delicto, quod ob communem omnium salutem radicitus extirpandum sit, etiam quod soleat sine sociis & complicibus committi, & *in verbo, Inquisitio, nu.* 1. vbi dixit, esse specialem in crimine hæresis, vt de vna hæresi inquisitus possit de aliis interrogari, & post iudicial. inquisitor. inter decreta Congregationum, *in vltimo decreto, fol. mihi* 477. refert Decretum Pauli Papæ IV. & Pii V. quo arbitrio iudicum remittitur tortura reorum conuictorum, & confessorum de hæresi, pro vlteriori veritate habenda, & super complicibus, Simanch. *Catholic. institution. tit.* 13. *rub. de confessis, nu.* 21. vbi pariter dixit, hæreticos interrogandos esse de auctoribus & consciis, & *tit.* 43. *rubric. de ordine procedendi, nu.* 27. *& sequ.* vbi amplius addit, quod præcedente aliqua suspicione sociorum & complicum adhibitis tormentis ad illos reuelandum reus cogi potest, & *tit.* 65. *rubr. de tormentis, nu.* 59. *&* 60. vbi bene declarat, quando suspectus de hæresi, & etiam conuictus possit torqueri, vt socios detegat, & *in Enchirid. violatæ religion. tit.* 29. *rubr. de confessis, num.* 12. *& tit.* 52. *rubr. de tormentis, nu.* 30. & 31. vbi tamen, quod non potest hæreticus super complicibus torqueri, nisi, quod is socios habuerit, præcesserit semiplena probatio, & *tit.* 61. *rubr. de impœnitentibus, nu.* 5. *in fin.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, capit.* 9. *versic. Et hoc casu,* & *ibi* Campeg *in additionib. lit. C. in verbo, Inquisitor,* Decian. *in tract. crim. libr.* 5. *cap.* 36. *num.* 19. vbi tamen declarat, nisi reus de hæresi inquisitus, fuisset dispensatus à Papa, & restitutus ad pristinum statum, quia tunc non potest amplius de sociis interrogari, ex Decio *in loco per eum relato,* de quo vltimo dixi alias *suo loco, in materia gratiæ,* Didac. Cantera *in quæst. crimin. rub. de hæreticis, cap.* 1. *nu.* 57. *versic. Bene verum est,* vbi declarat, hæretico diminuto non reuelanti complices dandam esse torturam, quando diminutio est maxima, aliter secus, Ludou. à Paramo *de origine sancta Inquisitionis, libr.* 3. *q.* 9. *num.* 182. *& seqq.* addo pro hac quinta ampliatione Petr. Binsfeld. *de confess. maleficor. in* 2. *membro, in princ. versic. Sunt autem hæc excepta,* vbi loquitur in maleficis siue strigibus, & *in vers. In exceptis vero criminibus, & versic. sequ.* vbi amplius, quod iudex peccat mortaliter non interrogando in hoc crimine de sociis & complicibus reum de se confessum, & quod ipse reus, si quos sciat, tenetur in conscientia denunciare, nisi se correxerint ex Diuo Thom. Caietan. Alphons. Castr. Nauarr. & aliis ibi per eum allegatis, & testatur de Communi, & *dicto* 2. *membro, conclus.* 1. *vers. Quod talis interrogatio,* vbi declarat, Maleficos & socios criminis, de se confessos, interrogandos de sociis in genere, non autem contra aliquam particularem personam, nisi contra eam adsint particularia indicia & præsumptiones, & *in Comment. ad l. & si excepta, C. de malef. & mathemat. quæst.* 1. *conclus.* 13. *& ad l. fin. C. eod. in princip. versic. Quare consequenter,* Martin. del Rio Iesuit. *de disquisitionibus magicis, libr.* 5. *sect.* 3. *versic. Secundum iudicium est,* vbi loquitur etiam de torquendo maleficos & mathematicos, pro habendis consociis & complicibus, testaturque, ita omnium praxi receptum esse, & *in vers. Sed quadam, post med.* admonent, reos esse interrogandos de consociis in genere, non autem in specie de aliqua certa persona, nisi contra illam personam adsint specialia indicia, (de quo *suo loco* alias latius dixi) & dixi *supra, in tit. de indic. & tortur. quæst.* 43. *nu.* 67. vbi late etiam probaui, maleficos & mathematicos posse de consociis interrogari & torqueri.

Sic † & hæreticus de pluribus erroribus accusatus & indiciatus, si aliquos confitetur, aliquos vero neget, 134
quod possit torqueri ad habẽdum veritatem errorum, quos negat, & de quibus adsunt indicia, cum solita protestatione, sine præiudicio eorum, de quibus confessus est, nullam habet difficultatem, & in specie scripsit Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part.* 2. *num.* 246. *& seqq. assertion.* 23.

Et † licet Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part.* 2. *num.* 243. *& seq. & nu.* 315. videatur præmissam conclusionem 135
declarare, vt procedat, quando hæreticus negat de se, nedum de aliis, nihilominus de se sit plene conuictus, & de aliis adsit semiplena probatio, secus, si de se confiteatur, quia tunc verisimile est, quod si alios sciret, eos etiam reuelaret, prout de seipso confessus est; Tu tamen & verius dicas, quod quando adsunt indicia cõtra hæreticum, quod habeat socios, tunc vt illos reuelet, torqueri potest, siue de se ipso neget, siue etiam confiteatur, cum multi reperiantur, qui magis curant complices tegere, quam seipsos, vt patet ex his, quæ dixi *infra, quæst.* 196. *nu.* 17. *& seqq.*

AMPLIA VI. Vt † sola diffamatio seu infamia grauis sufficiat ad torturã, Vmber. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Inquisitor, nu.* 33. *vers. Si autem semiplene probatum est,* Squillatens. *in tract. de fide Catholica, cap.* 31. *nu.* 1. 136
vbi tamen loquitur de graui infamia, vide tamen de hac materia Eymeric. *in Director. inquisitorum, part.* 3. *quæst.* 61. *num.* 8. *vers. Septima regula est,* vbi, quod sola fama seu diffamatio non facit indicium ad torturam, & *ibi* Francis. Pegna *in additionibus, Commentar.* 116. *lit. C. versic. Secunda regula est,* vbi de fama iuncta cum vno teste de visu, *folio mihi* 644. *col.* 1. *& lit. E. versic. Tertia regula est,* vbi de fama iuncta cum aliis grauibus indiciis, *dicto folio* 644. *col.* 2. *& litera K. versic. Septima regula est, fol. mihi* 645. *colum.* 2. *& vers. seq.* vbi pariter dixit, solam famam non sufficere ad torquendum, testaturq; de vera & Communi opinione, nisi fuerit vehemens, aut inquisitus esset homo malæ famæ, vel nisi habuerit originem ab honestis & fide dignis viris *folio mihi* 646. *col.* 1. & 2. Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap.* 95. *num.* 1. *vers. Si sumus in crimine hæresis,* vbi dixit, quod sola fama non sufficit ad torquẽdum, vt est veritas, nisi fuerit vehemens, prout etiam declarat Martin. del Rio Iesuit. *de disquisitionibus magicis, lib.* 5. *sect.* 3. *sub vers. Ad torturam denunciati,* ibi, *Quarto, si accedat fama,* & *in vers. Quartũ*

Indicium, vbi late ponit requisita ad hoc, vt fama faciat indicium ad torturam, & quod etiam non præcedente diffamatione in hoc crimine possit deueniri ad torturam, si alia legitima præcedăt indicia, bene probat Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, lib. 5. in 2. appendice, quæst. 7.* &, quod imo sola fama etiam vehemens sine adminiculis non faciat indicium ad torturam, scripsit Petrus Binsfeld. *in Commentar. ad leg. final. C. de malefic. & mathematic. in 6. indicio,* vbi testatur de magis communi & tutiori doctrina, de qua re vide, quæ dixi *in tit. de indiciis & tortura, quæst.....num.....* Et ad ibi tradita me remitto.

137 Ampli a VII. Quia † licet, vbi de crimine non agetur, & si de fisci interesse ciuili agatur, causa dicatur ciuilis, & non criminalis, vt suo loco dixi, & consequenter torturæ locus non sit, etiam quod pro iure fisci adsint legitima indicia, in crimine tamen hæresis, quando Fiscus petit ciuiliter aliquam rem mobilem confiscatam propter hæresim, nec potest suam probare intentionem plene, sed tantum per indicia, vtique hoc casu potest iudex reum conuentum ex dictis indiciis pro eruenda veritate torturæ subiicere, si credĕdum est Gabrieli à Quemada *in sua quæst. 15.* ex Angel. quem allegat *in l. si vacantia, C. de bon. vacantib. lib. 10.* Fran. Lucan. de Parm. *in tract. de fisc. in princ. in 4. casu,* cum aliis ibi per eum allegatis, qui de tortura verbum nullum, sed tantum dicunt, quod potest in causis fisci ciuilibus procedi per Inquisitionem, ideo eius opinionem minime veram credo.

138 Ampli a VIII. Vt † possit etiam Inquisitor loco torturæ ad eruendam veritatem ieiunia imponere; Per ieiunium enim corpus torquetur, ad Gloss. *in Clement. 1. de hæreticis, in verbo, Tormentis,* & voluit Repert. Inquisit. *in verbo, Tortura, versic. Nota, quod inter cætera tormenta.* Nec dissentire videtur Simanch. *Catholicarum Institut. tit. 34. rubr. de inquisitoribus Apostolicis, nu. 39.* licet subdat, Inquisitorem sine Episcopo hoc tormenti genus imponere non posse, Squillac. *in tract. de fide Catholica, cap. 41.* Apud nos autem hoc tormenti genus non seruatur, cum ieiunia non indicantur, nisi loco pœnitentiæ.

139 Ampli a IX. Vt † torqueri etiam possit reus, qui interrogatus non vult respondere, vel obscure respondet, vt per Simanch. *in Enchiridion violatæ religion. tit. 46. rubr. de contumacibus, num. 5. & num. 6.* vbi amplius, quod qui interrogatus tacet, vt pertinax & conuictus condemnari potest, iuxta exempla ibi per eum relata, Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tractat. de hæreticis, capit. 9. litera D. in verbo, Copia, versic. final. incipien. Casus tamen non datur,* vbi alii referuntur concordantes, Decian. *in tractat. criminal. libr. 5. cap. 36. num. 4. versic. Nono, si noluerit respondere,* dixi hac de re iterum & latius *supra, in tit. de indiciis & tortura, quæst. 37. num. 177. & sequentibus,* vbi vide.

140 Limita I. Propositam † regulă, vt in crimine hæresis sine præcedentibus indiciis tortura infligi nŏ possit, vt per Bonifac. de Vitalinis *in Clementin. 1. num. 36. de hæreticis,* Repertor. Inquisit *in verbo, Probationes, versic. Et sic dicendum,* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 13. nu. 1.* Carer *in eodem tract. de hæreticis, num. 116. in fine, versic. Bene tamen, & num. 117.* vbi alii referuntur concordantes, Mascard *de probat. libr. 2. conclus. 861. nu. 8.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitor. part. 3. quæst. 61. Comment. 110. versic. Ad hæc priusquam ad torturam deueniamus, fol. mihi 641. col. 2. in fine, & fol. 642. col. 1. versic. Item indicia,* vbi amplius, quod debent præcedere indicia legitima, & à iure approbata, vel saltim Communi voto à magnis Doctoribus recepta, Petrus Binsfeld. *in Commentar. ad leg. etsi excepta, C. de malef. & mathem. quæst. 1. in 1. & 2. conclusione,* vbi amplius, quod si reus torqueatur sine legitimis præcedentibus indiciis, talis confessio confitenti non nocet. Vide, quæ dixi *supra, in tit. de indiciis & tortura, quæst. 37. nu. 82. & nu. 92.*

Ampli a † hanc primam limitationem, vt in crimine hæresis indicia ad torturam debeant esse magna & vrgentia, ita vt sola eius confessio deesse videatur, Simanch. *in Enchiridion violatæ religion. tit. 52. rub. de tormentis, num. 5. & nu. 7. & nu. 13.* vbi, quod saltim debet præcedere semiplena probatio, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 20. num. 21.* vbi dixit, quod ex leui suspicione procedi non potest ad torturam, *& cap. 36. nu. 2.* Eymeric *in Director. inquisitor. part. 3. quæst. 61. nu. 6. versic. Quinta regula est,* & ibi Franc. Pegna *in additionibus, Comment. 110. litera H. versic. Quinta regula est, & sequentibus,* vbi testatur de verissima & Communi Doctorum sententia *fol. mihi 645. colum. 1.* vbi etiam declarat, quæ sint leuia, & quæ grauia indicia, Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, libr. 5. sect. 3. versic. Ad assumendas, & sequ.* vbi bene declarat, quomodo intelligatur id, quod Communiter dicunt Doctores, quod scilicet indicia ad torquendum debeant esse ita vrgentia & certa, vt nihil aliud desit, quam oris proprii confessio. 141

Contrarium, † quod in crimine hæresis ad torquendum leuiora, quam in aliis criminibus, & minus legitima sufficiant indicia, voluisse videtur Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 9. liter. E. in princip. versic. Rursus obserua,* Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 35. num. 20. versic. Licet sufficerent,* vbi loquens tamen per verbum, *Forte,* dixit, leuia indicia sufficere ad torturam, *& cap. 36. nu. 16.* vbi, quod in hoc crimine possunt iudices proniores esse ad torturam, Carer. *in trac. de hæreticis, num. 116. in fine, & num. 126.* & ab hac contraria opinione discedere non videtur Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus Magicis, libr. 5. in 2. appendice, quæst. 20.* Gregor. de Valentia *in Comment. ad D. Thom. disput. 6. quæst. 13. puncto 4. §. 3. versic. Ad torturam vero.* 142

Dic, † arbitrio iudicis relinqui, quæ sint indicia sufficientia ad torquendum in crimine hæresis, vt in specie per Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 9. lit. E. in verbo, Nunquid,* Decian *in tract. crimin. lib. 5. cap. 35. nu. 20. post medium, versic. Quæ autem dicantur sufficientia & legitima indicia, & cap. 36. nu. 5.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, parte 2. nu. 191.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisit. part. 3. Commentar. 39. lit. D. folio mihi 518. col. 2.* vbi dixit, quod licet indicia ad torturam sint iudici arbitraria, non tamen proinde temere, & in qualibet causa sunt adhibenda tormenta, nec ex quibuslibet indiciis, nisi illis, quæ de iure subsistant, & approbentur, idem Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, vbi supra, dicta part. 3. quæst. 61. Commentar. 110. litera A. folio mihi 641. colum. 1. in fine.* Nec dissentit Martin. del Rio Iesuita, vbi *supra* allegatus, *qu. 21. versic. Debent ergo adesse indicia sufficientia,* & ante eum Petr. Binsfeld. *de confess. malefic. membro 2. post 5. conclusionem, §. Exempli gratia, vers. Licet quispiam,* vbi bene declarat, quale isto casu debeat esse iudicis arbitrium, & dixi generaliter *supra, in tit. de indiciis & tortura, quæst. 37. num. 192. & seqq.* vbi vide. 143

Et † de pluribus indiciis, ex quibus iudex arbitrari potest, esse deueniendum ad torturam, vide per Decian *in tract. crimin. libr. 5. cap. 36. num. 6. & sequentibus,* vbi de socio criminis, (de quo dixi *infra hac eadem quæst. num. 151.*) de confessione extraiudiciali, de fuga, de titubatione, vacillatione, variatione, & de fama (de qua in specie dixi *supra hac eadem quæst. nu. 136.*) Eymeric. *in Director. inquisitor. part. 3. quæst. 61. per totam, in discursu,* & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 110. per totum, pariter in discursu, fol. mihi 640. & sequentib.* vbi præsertim Eymeric. *nu. 1. versic. Prima regula est,* vbi de vacillatione & variatione circa id, de quo principaliter inquiritur, quod indicium faciat ad torturam, & ibi pariter 144

ter

ter Franciscus Pegna *in additionibus, litera B. versic. Prima regula est, & sequent. fol. mihi 643. colum. 1. & 2.* vbi late disputat de veritate huius conclusionis, de qua ego etiam latius dixi *in titul. de indiciis & tortura, quæst......numer.....* Pegna *ibidem, folio mihi 647. colum. 2. in fine, versic. Ergo propter memorata indicia, & sequentib.* vbi præsertim de confessione extraiudiciali, dicitque, secundum veriorem & receptiorem sententiam, ex ea sola non posse sumi indicium ad torturam: vide de pluribus indiciis in crimine hæresis, magiæ, maleficii & sortilegii late singulariter differentem Martin. del Rio Iesuitam, *de disquisitionibus magicis, lib. 5. sect. 3. & 4. per totum*, & ante eum Petrum Binsfeld. *in Commentar. ad leg. final. C. de malefic. & mathematic.* Lael Zech. *in summa, parte 1. tit. de fide, rubr. de hæresi. cap. 11. nu. 14. versic. Potest etiam Episcopus & Inquisitor torturæ exponere reos.*

145 Limita II. Propositam † regulam, vt indicia ad torquendum non sufficiant, nisi sint plene probata per duos aut plures testes, & sic singulares testes non sufficiunt ad torturam, prout scripsit Simanch. *Catholicarum Institutionum tit. 65. rubr. de tormentis, num. 14. & in Enchirid. violatæ religion. tit. 52. eadem rubr. de tormentis, numer. 6.* Paris *consil. 2. num. 87. & sequ. & num. 92. lib. 4.* Decian *in tract. crimin. libr. 5. cap. 36. num. 3.* Hieron. Giaccar. *in additionibus ad Clarum, §. hæresis, nu. 18. liter. C. la secunda*, Gabr. *consil. 178. num. 4. lib. 1.* Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis, parte 2. nu. 289.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymer. in Director. inquisitorum, part. 3. quæst. 61. Comment. 110. versic. Iam indicia, folio mihi 642. col. 1.* Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus Magicis, libr. 5. in 2. appendice, quæst. 10.* vbi tamen loquitur, quando testes singulares non tendunt ad eundem finem, & faciunt, quæ scripsi *supra, in titul. de indiciis & tortura, quæst. 37. nu. 14.*

146 Contrarium, † quod ad effectum torquendi sufficiant plures præsumptiones, plura ve indicia etiam non plene probata, Vmbert. Locat. *post iudic. inquisitor. quæst. 33. versic. Nota tamen*, vbi propterea infert, quod ad torturam inferendam sufficiunt testes singulares, & faciunt quæ scripsi *supra, in tract. de testibus, quæst. 64. num. 219.* Petr. Binsfeld *de confess. malefic. membro 2. post 6. conclusionem principalem, in 1. dubio, nu. 147.*

147 Limita III. Quia † in crimine hæresis tortura inferri non potest, non constito prius de corpore delicti, videlicet, de dicto aut facto hæreticali; Tortura enim non tam adhibetur ad inuestigandum factum, quam ad habendam veritatem ex ore delinquentis, qui factũ negat, ex allegatis per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisit. part. 3. quæst. 61. Commentar. 110. versic. Primum ergo, folio mihi 641. colum. 1.* vbi etiam dixit, quod de delicto constare dicitur ad hoc, vt tortura possit infligi, quãdo adest semiplena probatio, vel sufficiens indicium ad torquendum, & sic vides crimen hæresis esse vnum de delictis, de cuius corpore dicitur constare eo ipso, quod per indicia constat de delinquente, vide, quæ dixi *supra, in materia corporis delicti, quæst. 2. nu. 25. & 26.*

148 Limita IV. Quia † ad torturam deueniendum non est, quando adsunt indicia ad abiurationem indicendam sufficientia, si credendum est Eymeric. *in Director. inquisit. part. 3. rub. de tertio modo terminandi processum, &c. nu. 151. in princ.*

149 Cuius † contrarium & verius voluit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisit. vbi supra, dicta part. 3. Comment. 39. lit. A. versic. Primo, & seqq. folio mihi 518. col. 1.* vbi dixit, posse Inquisitorem eligere viam torquẽdi reum de hæresi inquisitum, etiam quod contra eum adsint indicia talia, ex quibus abiuratio indici possit, falsum enim credidit, quod indicia, quæ non sufficiunt ad abiuratione, sufficiunt ad torturam, quia imo contrarium, quod indicia, quæ sufficiunt ad torturam, videntur etiam vt plurimum sufficere ad abiurationem, & propterea concludit, quando reus non est plene conuictus, sed tantũ indiciatus, ita quod iure absolui non possit, habet inquisitor tria remedia terminandi processum, vnum scilicet per purgationem, aliud per abiurationem, & tertium per torturam, & hoc postremum remedium accommodatius cæteris ad eruendam veritatem affirmat, cum purgatio & abiuratio inuenta sint, potius ad suspicionem & infamiam hæresis excludendam, quam ad veritatem indagandam.

Limita V. Quia † quando reus de hæresi inquisitus, per torturam confessus fuit, talis confessio ipsi non nocet, nisi sequuta ratificatione, sicut in aliis delictis, vt per Eymeric. *in Director. inquisitorum, part. 3. rubr. de tertio modo terminandi processum, &c. num. 157. versic. Si autem in quæstionibus, fol. mihi 617. colum. 1.* vbi etiam ponit modum habendi hanc ratificationem, quod scilicet legatur sibi eius confessio, quam facit in tormentis, & interrogetur reus semel, & pluries, an dictam confessionem ratificare intendat (cautius tamen est, prout hodie seruatur, quod ad effugiendum suggestionem, non lecta sibi confessione, moneatur ad repetendum in substantia, quid in sua confessione in tormentis emanata pro veritate dixerit, & sic per ipsum repetita dicta confessione in substantia, postea legatur confessio per extensum, & perquiratur ab eo, an ea, quæ sibi lecta fuerunt, sint illa eadem, quæ confessus fuerit post torturam, & an tanquam vera confirmare & ratificare intendat) & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, litera M. num. 157. folio mihi 521. colum. 1.* vbi etiam ponit, quantum tempus transire debeat inter confessionem emanatam in tortura, & confessionis ratificationem, & *litera H. num. 158. folio mihi 521. col. 1. in fine, Comment. 39.* vbi & ipse ponit aliam formam habendæ dictæ ratificationis, sed nõ perfectam, *vt supra.* 150

Limita VI. Quia † ex dicto vnius socii criminis, nisi alia concurrant, in crimine hæresis tortura dari nõ potest, vt per Simanch. *Catholicarum institut. tit. 65. rubr. de tormentis, num. 26. & in Enchirid. violat. religion. titul. 52. rubr. de tormentis, nu. 14.* Campeg *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 9. litera C. versic. Sed vnum animaduerte*, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 36. num. 7. & nu. 19.* Franc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitor. part. 3. quæst. 61. Comment. 110. versic. An autem socius criminis, folio mihi 648. colum. 1. in fine*, vbi testatur de magis recepta Doctorum sententia, Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, libr. 5. sect. 3. versic. Ad torturam denunciati*, vbi & ipse declarat, hanc limitationem procedere, quando cum depositione socii criminis nõ concurrunt alia adminicula, secus, si alia concurrant adminicula, de quibus ibi late per eum, & *in vers. Conditionis autem*, vbi etiam ponit plures casus & declarationes, in quibus ex dicto socii criminis, etsi adminiculato, ad torturam deueniri non potest; de quibus etiam & ego latius *suo loco* dixi, & *dict. lib. 5. in 2. appendice, quæst. 1. versic. Dico primo, & seqq. versiculis*, vbi testatur de Communi sententia, eamque & ratione & pluribus Doctorum auctoritatibus comprobat. Ad quam faciunt, quæ dixi *supra, in tit. de indiciis & tortur. quæst. 43. num. 67. iuncto n. 145. & seqq.* & scripta per Pet. Binsfeld. *de confess. malefic. membro 2. conclus. 3. 4. & 5.* vbi dicta conclusio tertia, licet videatur affirmare, malefici confessionem facere indicium ad torturam, & multo magis ad inquirendum, *vt in 4. conclusione*, attamen quoad torturam, *in 5. conclusione* declarat, dummodo alia concurrant indicia, vel præsumptiones, & post dictam 5. conclusionem *in §. exempli gratia*, pariter firmat, in crimine maleficii dictum Mandatarii solum sine aliis adminiculis non facere indicium ad torturam, & bene exemplificat, quomodo in crimine maleficii Mandatarius possit man- 151

dantem

dantem inculpare, Gregor. de Valentia *in Commentar. ad D. Thom. disputat. 6. quæst. 13. puncto 4. §. 3. versic. Secunda regula.*

152 Contra, † quod imo assertio socii criminis faciat indicium ad torturam, voluit Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 9. nu. 5. versic. Et quantum ad alias.*

Duo autem socii criminis sine dubio faciunt indicium ad torturam, ex allegatis per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisitor. part. 3. quæst. 61. Comment. 110. ad finem, versic. Si tamen duo socij criminis, folio mihi 648. col. 1. in fine,* Martin del Rio *vbi supra, dicto lib. 5. sect. 3. versic. Ad torturam, & latius dicto lib. 5. in 2. appendice, quæst. 1. vers. Conclusio secunda, & omnibus seqq.* vbi pluribus hanc probat sententiam, reprobatq; contrarium tenentes, & eorum argumenta, & *quæst. 3. per totam,* vbi ampliat etiam, quod socii criminis in crimine hæresis & magiæ non sint contriti, seu pœnitentes, & *quæst. 8.* vbi loquitur in depositione duarum sagarum, seu lamiarum, dicentium, vidisse inquisitam, seu inquisitum in conuentu & congregatione aliarum sagarum, concluditque pariter, quod faciant indicium ad torturam, de quo particulariter dixi *infra, quæst. 188. post nu. 75. in quarta ampliatione.* Et quod dictum duorum vel trium maleficorum, & sociorum criminis, faciat indicium ad torturam, latissime per plures rationes comprobat Petr. Binsfeld. *de confess. malefic. membro 2. in sexta principali conclusione, & post dict. 6. conclusionem in 2. dubio,* vbi ampliat etiam, quod malefici fateantur, solum accessisse ad cōgregationes, ludos & conuentus cum Dæmone, absq; eo, quod dicant, aliquos homines seu animalia necasse, aut alia damna intulisse, & post 7. *conclusionem in fine* hanc eandem ampliationem à contrariis defendit. Nec dissentit Gregorius de Valentia *in Commentar. ad Diuum Thomam, disputat. 6. quæst. 13. puncto 4. §. 3. versic. Secunda regula,* & vide, quæ dixi *supra, in tit. de indic. & tortur. qu. 43. num. 34. & seqq.*

153 Quamuis contrarium voluisse videatur Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 35. num. 7.* vbi generaliter loquitur de testibus inhabilibus, quod non faciant indicium ad torturam, sed tātum ad purgationem. Aduerte tamen, quod vera non est, nec in sancto generali Vrbis vniuersalisque Reipublicę Christianę Inquisitionis Tribunali seruatur Propositio, quam facit Martin. del Rio *vbi supra allegatus, dict. quæst. 8.* dum concludit, indicium oriri ad torturam ex depositione duarum sagarum, seu lamiarum, dicentium, vidisse inquisitam vel inquisitum in conuentu & congregatione aliarum sagarum; cum enim multoties non corporaliter, sed per illusionem Dæmonis in hoc conuentu se esse opinentur, & sic eorum assertio de visu possit esse falsa, absurdum est dicere, quod lamiæ prædictæ indicium faciant ad torturam, cum, vt *suo loco* dixi, indicia ad torturam esse debeant non æquiuoca, aut dubia, sed certa.

ARGVMENTVM.

De citatione.

SVMMARIA.

Citandi semper sunt inquisiti de hæresi, ad hoc, vt seipsos defendendi potestatem habeant, nu. 154.

Citandi semper sunt inquisiti de hæresi, quando condemnantur, nu. 155.

Sententia excommunicationis an ferri possit sine citatione, numer. 156.

Citatio non vna, sed trina fieri debet contra contumacem absentem, nu. 157.

Citatio vnica sufficit contra hæreticum præsentem, nu. 158.

Relapsus citari non debet, nu. 158.

Citari nemo debet in crimine hæresis, si non præcedat probabilis suspicio, nu. 160.

Forma citationis contra suspectum de hæresi, nu. 161.

QVÆST. CLXXXV. §. IX.

REGVLA sit, † quod in causis hæreticorum accusati & inquisiti, seu denunciati de hæresi, semper citandi sunt, vt seipsos defendendi potestatem habeāt, *cap. quisquis Episcopus, 4. quæst. 5. cap. 1. qui matrim. accus. poss. cap. venerabilis, de dolo & contumacia,* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Citatio, versic. Sed pro intelligentia,* Gundisal. *in tractat. de hæreticis, quæst. 11. nu. 1.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. capit. 32. nu. 1.* Lud. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, libro 3. quæst. 4. rub. de forma & ordine iudiciario Sancti officij, nu. 62. & seqq.* vbi generaliter dixit, quocunque modo procedatur contra reum de hæresi inquisitum, necessariam esse citationem. 154

AMPLIA I. Vt † & multo magis citari debeant ad sententiam, vt per Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 128.* Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 38. nu. 27.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. Commentar. 40. nu. 165. versic. Rursus, & seqq. folio mihi 528. col. 1.* vbi amplius, quod citatio debet in specie fieri ad audiendum sententiam in tantum, quod non sufficeret citatio ad audiendum volūtatem iudicis, Ludou. à Paramo cum allegatis per eum, *de origine S. Inquisitionis, libro 3. quæst. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei, numero 19.* 155

Quid † in sententia excommunicationis, vide Decian. *in tractat. crim. cum allegatis per eum, lib. 5. cap. 28. nu. 9. & nu. 27.* 156

AMPLIA II. Vt † contra contumacem absentem citatio non vnica, sed trina fieri debeat, vt per Felyn. *in cap. excommunicamus, il 1. col. 2. ante medium, versic. Et nota,* quod ad ferendum sententiam, *extra, de hæreticis,* & dixi latius *supra hac eadem quæst. nu. 117.* 157

Contra † præsentem autem hæreticum vna sufficit citatio, vt per Afflict. *in Constitution. Regni, de hæreticis & Patterenis, rubr. 1. nu. 50.* Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 128,* Decian. *in tractat. criminal. libr. 5. cap. 38. nu. 9.* 158

LIMITA I. Propositam † regulam in relapso, qui non est citandus, cum sine aliqua audientia iudicio seculari relinquendus sit, *cap. ad abolendam, §. illos, extra, de hæreticis, cap. super eo, eodem tit. in 6.* voluit Gundisaluu. *in tract. de hæreticis, quæst. 11. nu. 2.* vbi tamen declarat, hoc non procedere, quando reus negaret se relapsum, & super hoc vellet audiri, de quo dixi *infra hac eadem quæstione, num. 217.* Decian. *in tractat. criminal. libr. 5. cap. 32. numer. 2.* vbi refert & sequitur Gundisaluu. *in loco preallegato.* 159

LIMITA II. Vt † citari nemo possit, nisi ex probabili suspicione, dixi *supra hac eadem quæstione, num. 58.* hic repetere non est necesse. 160

De † forma citationis contra suspectum de hæresi, an in citatione sit exprimenda causa, & quomodo, dixi *supra hac eadem quæstione, nu. 112. & seqq.* hic repetere non est necesse. 161

ARGVMENTVM.

De sententia.

SVMMARIA.

Sententia siue absolutoria siue condemnatoria ferenda semper est in crimine hæresis, nu. 162.

Sententia contra hæreticos proferenda est in publico, nu. 163.

Sententia in crimine hæresis requiritur, etiam quod hæreticus incurrerit in pœnas ipso iure impositas, nu. 164.

Sententia in crimine hæresis proferenda sunt de die, & non de nocte, num. 165.

Sententia in crimine hæresis proferenda est in scriptis, nu. 166.

Absolutoria ferenda est ad fauorem illius, qui tortus persistit in tortura, nu. 167.

Sententia in crimine hæresis sufficit declaratoria, nu. 168.

Sententia condemnatoria hæreticorum non debet continere condemna-

QVÆST. CLXXXV. §. X.

162 REGVLA † sit, quod in causa hæresis sententia requiritur, nec hæreticus puniri potest, nisi præcedente condemnatione, vt per Archidiacon. *in cap. vt Inquisitionis officium, num.*1. *in verbo, Condemnatos, de hæreticis, in* 6. & *ibi* etiam Ioan. And. *ante num.*1. *in verbo, Condemnatos,* Geminian. *num.*6. *versic. Quæro, an in hoc crimine requiratur sententia,* facit text. *in capit. final.* §. *iubemus, de hæreticis, in* 6. in illis verbis: *Ad sententiam vel condemnationem procedi volumus,* & *ibi* hoc adnotarunt Archidiacon. *num.*1. *in verbo, Ad sententiam,* Ioann. Andr. *ante numer.*1. *in verbo, Sententiam,* & Franch. *num.*2. *versic. Quarto nota,* Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, quæst.*15. *nu.*1.

163 AMPLIA I. Propositam † regulam, quia sententiæ contra inquisitos de hæresi proferendæ, sunt in publico legendæ, Conrad. Brun. *in tract. de hæreticis, libr.*4. *cap.*10. Simanch. *Catholicarum institutionum tit.*60. *rub. de sententiis, num.*11. & *in Enchirid. violatæ religionis tit.*64. *eadem rubr. de sententiis, num.*5. Decian. *in tract. crim. lib.*5. *capit.*38. *nu.*11. & *nu.*29.

164 AMPLIA II. Vt † sententia requiratur, etiam quod hæreticus condemnetur in pœnas ipso iure impositas, declaratoria scilicet, quod quis sit hæreticus, & quod propterea seculari Curiæ tradendus sit, & eius bona confiscanda, vt per Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.*15. *num.*1. *in fine,* Decian. *in tract. crimin. lib.*5. *cap.*38. *nu.*15. *versic. Et ideo quoad pœnas impositas ipso iure,* vbi propterea dicit, quod in pœnis ipso iure impositis, prout est excommunicatio, priuatio beneficiorum, & confiscatio bonorum, nō debent iudices dicere, *Excommunicamus, Priuamus, Publicamus,* sed debent dicere, *Excommunicatos, priuatos & publicatos denunciamus, iuncto num.*12. *versic. Et adeo necesse est,* vbi, quod in sententia condemnatoria contra hæreticum necesse est, vt is declaretur hæreticus esse etiam in casibus, in quibus Canones mandant aliquem condemnandum vt hæreticum, ex Bellamero *in loco per eum relato,* vide, quæ dixi *infra, quæst.*190. *num.*3. & *num.* 5.

165 AMPLIA III. Vt † in crimine hæresis sententiæ proferri debeant de die, & non de nocte, vt per Abbat. & Felyn. *in cap. Consuluit, de offic. delegat.* quos in proposito refert & sequitur Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part.*3. *Comment.*40. *nu.*165. *versic. Iam sententia reorum, folio mihi* 528. *colum.*2. vbi declarat.

166 AMPLIA IV. Quia † sententia contra hæreticum condemnatoria, siue etiam absolutoria pro eo, in scriptis redigenda est, & postea publicanda, neq; propterea valeret, si primo iudex pronunciaret, & postea illa in scriptis redigeretur, etiam de mandato iudicis, *l. statutus,* & *l.*2. *C. de sentent. ex Breuil. recitan. cum ibi notat per Doctores,* Boer. *decis.*259. *nu.*10. Conrad. Brun. *in tract. de hæreticis, lib.*4. *cap.*10. Decian. *in tractat. crimin. libr.*5. *cap.*38. *nu.* 20. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisitor. part.*3. *Comment.*40. *nu.*165. *versic. Propterea in scriptis, fol. mihi* 528. *col.*1.

167 AMPLIA V. Vt † etiam sententia ferenda sit absolutoria ad fauorem illius, qui de hæresi suspectus torturam substinuit, dixi *supra, hac eadem quæst. num.*126. & *seqq.* hic non repeto.

168 LIMITA I. Propositam † regulam, quia in crimine hæresis sufficiat declaratoria criminis, secundum Geminian. *in cap. final.* §. *Iubemus, numer.*3. *versic. Oppone, quod in crimine hæresis, de hæreticis, in* 6. vbi tamen subdit, quod si iudex vult, potest super crimine pronunciare, & hæreticum condemnare, nec propterea sententia irritatur, & ibi etiam hoc idem dixit Franch. *num.*2. *versic. Quarto nota,* Syluestrina *in summa, in verbo, Hæreticus,* §.2. *num.*11. *in prin.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo, Sententia, nu.*20. vbi refert & sequitur Geminianum *in loco præcitato,* & faciunt, quæ de pœna confiscationis dixi *infra, quæst.....nu....*

169 Et † hinc est, quod in sententia condemnatoria hæreticorum iudex non debet damnare articulos, quos reus vel condemnandus asseruit, quia iam damnati sunt, sed tantum pronunciari debet super facto, videlicet, eum hæreticum esse, vel fuisse, vel hæretica asseruisse, ex allegatis per Decian. *in tract. crim. libr.*5. *cap.*38. *num.*15.

170 LIMITA II. Quia † sententia Inquisitorum etiam per alios recitari & proferri potest, Franch. *in cap. Vt commissi, in* 1. *notabil. de hæreticis, in* 6. qui ponderat verba in textu posita, videlicet, *Denunciationes sententiarum,* Simanch. *Catholicarum institutionum tit.*60. *rub. de sententiis, nu.*1. Conrad. Brun. *in tract. de hæreticis, lib.*4. *cap.*10. Ioan. à Rojas *singular.*94. *num.*1. & *sequ.* Bernard. Comens. *in lucerna Inquisitorum, in verbo, Sententia,* §.9. & *in verbo, Inquisitor,* §.28. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, parte* 3. *Commentar.*40. *versic. Et quanquam, folio mihi* 528. *col.*1. *in fine,* & extat Constitutio Vrbani IV. edita de anno 1261. *incip. Licet ex omnibus, versic. Vt ergo* relata per Francisc. Pegnam inter literas Apostolicas. *fol.*52. & *seqq.*

171 Contrarium, † quod verba, *Denunciationes sententiarum,* posita *in dicto capit. Vt commissi,* non probent lecturam sententiarum, sed intimationem, seu notificationem sentētiarum, per plura iura docet Decian. *in tract. criminal. libr.*5. *cap.*38. *num.*16. vbi propterea infert & tenet, non esse verum, quod Inquisitor possit sententiam proferre per alium, cum non sit illustris persona, sed bene Episcopus hoc possit, quia illustris persona est, potestque sententiam diffinitiuam per alium recitare, & proferre.

Prima opinio verior est, & in practica seruatur, in hoc præsertim supremo Vrbis totiusque Reipublicæ Christianæ sanctæ & generalis Inquisitionis Tribunali, in quo, quando hæreticorum sententiæ leguntur in publico in Ecclesia, & coram populo, alta voce recitantur ab aliquo cantore electo, qui altam & sonoram habeat vocem, quando vero non in publico recitantur, & tunc sufficit eas legi à Notario.

172 LIMITA III. Quia † in crimine hæresis nemo absoluendus est tanquam innocens, sed solum ob non probatum crimen, vt per Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part.*3. *rubr. de forma absoluendi delatum, &c. num.*143. & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.*37. *litera C. folio mihi* 510. *colum.*2. vbi alii referuntur concordantes, refert eum & sequitur in substantia Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap.*59. *num.*1. & voluit idem Franciscus Pegna *in addit. ad Corrad. Brun. in tract. de hæreticis, libr.*4. *cap.*8. *in fine additionis, versic. Cum vero,* crimine enim non probato, aut non confessato, reum absoluendum esse dubitandum non est, sicut in specie scripsit Ludouic. à Paramo *de origine S. inquisitionis, libr.*3. *quæst.*4. *rub. de expeditione processus in causis fidei, nu.*1.

173 SVBLIMITA † hanc III. limitationem, nisi constaret de falsitate testium examinatorum contra Inquisi-

quisitum per eorum confessionem, vt puta, quia pœnitentia ducti faterentur, se falsum dixisse; hoc enim casu, cum constet de manifesta delati innocentia, & de aperta testium iniquitate, poterit ipse delatus tanquam innocens absolui & declarari, & hoc est, quod voluisse videtur Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 41. in fine*, dum in sententia absolutoria posuit verba, *Innocentiam importantia*, & bene post Eymeric. *in loco per eum relato*, aduertit Franc. Pegna *in additionibus ad eundem Eymeric. in Directorio inquisitor. parte 3. Comment. 37. litera C. versic. Primo, & versic. Quod vero, folio mihi 510. colum. 2.* Imo & generaliter, quod in crimine hæresis, si inquisitus est vere innocens, debeat diffinitiue absolui, nō autem ab instantia iudicii, & quod iudex aliter faciens dicatur illi grauem iniuriam inferre, scripsit Martinus del Rio Iesuita *de disquisitionibus Magicis, libr. 5. sect. 14. ad finem, versic. Et sic intellige.*

174 Limita IV. Quia † antequam proferatur sententia contra hæreticum, est necessaria citatio, vt dixi *supra hac eadem quæst. nu. 155. & sequ.* hic non repeto.

175 Limita V. Quia † in crimine hæresis, quando reus absoluitur, quia non sunt probatę hæreses, de quibus erat delatus, non sunt exprimendi particulares errores, de quibus quis fuit accusatus, sic enim Madriliana institutione statutum fuisse, docet Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Direct. Inquisit. part. 3. Comment. 37. lit. B. fol. mihi 510. col. 1.* vbi propterea dixit, prædictam instructionem vbique seruandam, cum multa æquitate nitatur, & valde rationi consona sit, quia quid secus idem Eymeric. ibidem voluisse videatur *in rubr. de forma absoluendi delatum, &c. nu. 142.*

ARGVMENTVM.

De diuersis sententiarum formulis.

Svmmaria.

Forma sententiæ contra hæreticum conuictum, nu. 176.
Forma sententiæ contra hæreticum pertinacem & impœnitentem, nu. 177.
Forma sententiæ contra relapsum, nu. 178.
Forma sententiæ contra absentes contumaces, nu. 179.
Forma sententiæ contra pœnitentem & redeuntem ad fidem, num. 180. 181. & 182. vbi in specie, an debeat iudex pronunciare, pœnitentem esse vel fuisse hæreticum, & de materia.
Forma sententiæ contra vehementer suspectum de hæresi, numer. 183.
Forma sententiæ contra leuiter suspectum de hæresi, nu. 184.
Forma sententiæ contra violenter suspectum de hæresi, nu. 185.
Forma sententiæ contra diffamatum de hæresi, & se canonicè purgantem, nu. 186.
Forma sententiæ ob non probatum crimen, nu. 187.

QVÆST. CLXXXV. § XI.

176 Forma † sententiæ condemnatoriæ contra hæreticum conuictum ponitur per Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 38. num. 12.* vbi, quod inprimis necesse est, vt in ea narretur, in quibus hęreticus peccauit, deinde, quod legitimis probationibus est conuictus, vel confessus, tertio, quod monitus semper pertinax fuit, vel simulatè ac falsè prius pœnituit, & demum declaretur, ipsum fuisse & esse hæreticum, & successiuè eius bona publicanda, ac seculari iudicio relaxandum, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. Inquisitorum, parte 3. Commentar. 40. versic. Postremo sententia condemnatoria, fol. mihi 528. col. 2.* vbi & ipse eandem formam explicat, & clariorem ponit.

177 Forma † sententiæ contra pertinacem & impœnitentem ponitur in Concilio Tarraconens. registrato per Pegnam *in Director. Inquisitorum, parte 2. fol. mihi 234. & seq. quæst. 3. vers. Si vero non vult pœnitere*, & per Simanch. *Catholicar. institut. tit. 60. rubr. de sententiis, num. 2. & seqq. in discursu, & in Enchirid. violatæ religion. tit. 64. eadem rub. de sententiis, num. 2.* Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap. 41. num. 1. & 2.* aliquid per Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 38. num. 12.* Eymer. *in Directorio Inquisitorum, parte 3. rubr. de forma tradendi hæreticum pertinacem, &c. n. 203.* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Comment. 46. litera G. fol. mihi 557. colum. 2.*

Forma † sententię contra vehementer suspectum de relapsu, non tamen confessum aut conuictum, ponitur per Vmbert. Locat. *post iudiciale inquisitor. folio mihi 504.* Forma autem sententiæ contra confessum pœnitentem, sed relapsum, ponitur per eundem Vmber. Locat. *post iudicial. inquisitor. folio mihi 505.* & *fol. 507.* ponitur forma sententiæ contra relapsum impœnitentem, Simanch *Catholicarum Institution. tit. 60. rubr. de sententiis, nu. 7. & in Enchirid. violatæ religion. tit. 67. eadem rubr. de sententiis, nu. 4.* Decian. *in tract. criminal. libr. 5. cap. 38. numer* 14. vbi ponit formam sententiæ latæ contra Hieronymum de Praga in Concilio Constantiensi, Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, parte 3. rubr. de forma ferendi sententiam contra eum, qui in hæresim est relapsus, sed pœnitēs, ... curiæ seculari traditur, n. 199.* & *ibi* Franc. Peg. *in additionibus, Commentar, 45. versic. Primo, num. 197. folio mihi 550. col. 1.* idem Eymeric. *vbi supr. dicta part. 3. nu. 256.* vbi ponit formam sententiæ contra hæreticum relapsum & impœnitentem, & *ibi* pariter Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 47. folio mihi 559. in fin. & seq.* vbi pariter ponit sententiam diffinitiuam, latam contra Hieronymum de Praga in Concilio Constantiensi, & de forma tradendi relapsum Curiæ seculari, siue præsens sit, siue absens, vide eundem Eymericum *vbi supra, in Directorio Inquisitorum, dicta parte 3. quæst. 101. numer. 1. & seqq.* 178

Forma † sententiæ contra absentes contumaces fuit posita *supra hac eadem quæstione, num. 96.* hic non repeto. 179

Forma † sententiæ contra pœnitentem & redeuntem ad fidem, ponitur in Concilio Tarraconens. registrato per Pegnam *in Directorio inquisitorum, part. 2. folio mihi 234. quæst. 3. versic. Si hæreticus pœniteat*, & per Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rub. de sententia inquisitorum, num. 2.* Ioan. de Anania *in cap. Excommunicamus, il 2. nu. 4. extra, de hæreticis*, Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Sententia, num. 1. versic. Sed nota*, vbi, quod quando ad fidem redeuntes, hæresi abiurata absoluuntur, non pronunciatur sententia contra eos, sed pro eis, quia reconciliantur Ecclesiæ, & absoluuntur ab excommunicatione, & *post iudicial inquisitorum, fol. mihi 498.* vbi ponit formam sententiæ & pœnitentiæ iniungendæ contra eum, qui hæresim confessus est, vel in ea est deprehensus, & *fol. 500.* vbi ponit aliam formam, & *fol. 503.* vbi ponit aliam formam ferendæ sententiæ, seu iniungendæ pœnitentiæ hæretico pœnitenti testibus conuicto, Repert. Inquis. *in verbo, Absolutio, versic. Sed forma absolutionis, & in verbo, Reconciliatio, versic. Sequitur modus, & forma, & pluribus seqq.* vbi punctualiter ponit modum & formam reconciliandi hæreticos pœnitentes, & *in verbo, Sententia, versic. Aliæ sententiæ, & sequentibus*, vbi in specie ponit formam sententiæ, in qua sponte pœnitentes & ad fidem redeuntes recipiuntur, de qua etiam per Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 60. rubric. de sententiis, num. 5.* Zanchin *in tract. de hæreticis, cap. 41. num. 8.* & ibi Campeg. *in additionibus, litera A. versic. In ferendis sententiis*, Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 20. nu. 8. & 9.* Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 38. nu. 3.* Eymeric *in Direct. Inquis. part. 3. rub. de forma sententiæ contra eum, qui abiurauit, vt hæreticus pœnitens, num. 194. & sequ.* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Comment. 44. folio mihi 546. col. 2. lit. D.* 180

Etin

181 Et † in specie, quod in sententia prædicta non debeat iudex pronunciare, pœnitentem esse hæreticum, sed solum fuisse, & sic dicere: *Quia ex processu apparet, te alias in hæresim lapsum hæretica sensisse, & nunc saniori vsus consilio vis prout asseris, ad vnitatem & veram fidem Catholicam, puro corde, & mente non ficta redire, & hæretica abiurare, & icirco te prius abiurata omni hæretica prauitate, iuxta formam Ecclesiæ, ab omni excõmunicationis vinculo, quibus tenebaris astrictus, absoluimus, & absolutum pronunciamus, si tamen ad Catholicam fidem ex corde redieris, & iniuncta tibi mandata seruaueris; Verum, quia in Deum & sanctam Ecclesiam modis prædictis deliquisti, ideo pro condigna pœnitentia mandamus te in carcerem detrudi, ibiq; te perpetuo permanere præcipimus*, voluit Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de sententia Inquisitorum, num. 1. in fine*, Ioan. de Anania *in cap. Excommunicamus, il secundo, num. 4.* extra, *de hæreticis*, & ante eum Archidiacon. *in cap. Vt commissi, num. 3. col. 2. in fin. versic. Et nota, de hæreticis, in 6.* vbi amplius ponit formam huiusmodi sententiæ contra pœnitentem ferendæ, absque eo quod pronuncietur, eum esse vel fuisse hæreticum, Repert. Inquisit. *in verbo, Hæreticus, versic. An hæreticus reconciliatus*, vbi, quod hæreticus Ecclesiæ recõciliatus non potest amplius vocari hæreticus, & ibi ponit contraria, & *versic. Postquam hæreticus est reconciliatus*, & *in verbo, Sententia, versic. Aliæ sententiæ*, vbi magis in specie dixit, quod inquisitor redeuntem ad vnitatem Ecclesiæ intra tempus gratiæ, non debet pronunciare, illum esse vel fuisse hæreticum, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 38. num. 13.* vbi, quod ita Communiter concludunt scribentes, & *cap. 54. nu. 44.*

182 Contrarium, † quod in sententia, contra redeuntem & pœnitentem ferenda, non sit absurdum dicere, illum fuisse hæreticum, voluit Ioan. Andr. *in dict. cap. Vt commissi, colum. 2. in fine, versic. Nota etiam, de hæreticis, in 6.* dicens, se non videre, quid obsistat, quin sic pronuncietur, refert eum, & sequitur *ibidem* Geminian. *in verbo, Nec non, num. 3.* Rota *in tit. de hæreticis, decis. 1. alias 875. in antiquis, num. 16. in fine, versic. Vel dic, & melius, & numer. 17.* vbi, quod ita hodie pronunciant omnes inquisitores, sequendo opinionem Ioan. Andreæ *in loco prællegato*, summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §. 2. nu. 11. versic. Quintum iudex*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Sententia, num. 19.* vbi dixit, pœnitentem, & ad misericordiam acceptatum, non debere dici esse hæreticum, sed fuisse, & ita Communiter seruari testatur in sancta Romana inquisitione, & ab omnibus Inquisitoribus, Afflict. *in Constitution. Regni, de hæreticis & Patterenis, rubr. 1. num. 35.* vbi &, quod plus est, in forma sententiæ huiusmodi admittit Inquisitorem posse dicere, esse, vel fuisse hæreticum, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 60. rubric. de sententiis, num. 4. & 5.* affirmans, opinionem Ioann. Andreæ *in loco præallegato* esse veriorem, & quadam instructione apud eum confirmatam, & *in Enchirid. violatæ religion. tit. 64. eadem rubr. de sententiis, num. 3.* vbi & in hac opinione vltimo loco per eum relata residere videtur, Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 20. num. 9. in fine*, vbi contra Archidiaconum videtur residere in opinione Ioann. Andreæ, Decian. *in tractat. criminal. libr. 5. cap. 38. num. 13. versic. Sed tamen*, vbi, quod formula sententiæ data à Ioan. Andrea *in loco prællegato*, hodie ab omnibus approbatur, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, part. 3. Commentar. 44. litera D. versic. Eiusdem processus, & seq. folio mihi 546. col. 2. & fol. 547. col. 1.* vbi testatur de veriori sententia. Nec dissentit Ludou. à Paramo *de origine S. inquisitionis, libr. 3. quæst. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei, num. 31.*

183 Forma † sententiæ contra vehementer suspectum de hæresi ponitur per Vmbert. Locat. *post iudicial. inquisitorum, folio mihi 493.* & per Eymeric. *in Directorio Inquisit. parte 3. rub. de forma sententiandi contra eum, qui abiurauit vt suspectus vehementer, nu. 170. & sequ.* & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 41. nu. 166. versic. Primo, folio mihi 531. col. 1.*

Forma † sententiæ contra leuiter suspectum de hæresi ponitur per eundem Vmbert. Locat. *post iudicial. inquisitorum, folio mihi 991.* & per Eymeric. *in Director. inquisitor. part. 3. rub. de quarto modo terminandi processum, &c. nu. 165. & ibi* Francisc. Pegna *in additionibus, Comment. 40. lit. B. eodem nu. 165. fol. mihi 529. col. 1.* 184

Forma † sententiæ contra violenter suspectum ponitur per Vmbert. Locat. *vbi supra, post iudicial. inquisit. fol. mihi 495.* & per Eymericum *in Directorio inquisitorum, part. 3. rubr. de secundo modo terminandi processum, &c. nu. 179.* & ibi Fran. Pegna *in additionibus, Commentar. 42. eod. nu. 179. fol. mihi 537. col. 1. ad fin. & sequ.* 185

Forma † sententiæ contra diffamatum de hæresi, & se Canonicè purgantem ponitur per eundẽ Vmbert. Locat. *post iudicial. inquisitorum, fol. mihi 490.* & per Eymer. *in Direct. inquisit. part. 3. rub. de secundo modo finiendi processum, &c. nu. 145. & ibi* Francisc. Pegna *in additionibus, Comment. 38. lit. C. versic. In causa purgationis Canonicæ, folio mihi 513. col. 1.* idem Eymeric *vbi supra, in Director. inquisit. dicta parte 3. num. 186. & seqq.* vbi ponit formam ferendi sententiam, vel iniungendi pœnitentiam, diffamato de hæresi, & alias suspecto de eadem hæresi. 186

Forma † sententiæ absolutoriæ ob non probatum crimen ponitur per Vmbert. Locat. *post iudicial. inquisitor. fol. mihi 488. & seq.* Repert. Inquisit. *in verbo, Sententia, vers. Sententia autem absolutoria*, vbi ponit formam sententiæ absolutoriæ ad fauorem inquisiti & innocẽtis reperti, Eymer. *in Direct. inquis. part. 3. rub. de primo modo definiendi processum, &c. nu. 141. & seqq.* vbi ponit duas formulas absolutionis in crimine hæresis, quando nihil legitime contra inquisitum est probatum, & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 37. eodem num. 141. eodem versic. Primo, fol. mihi 510. col. 1.* 187

Argumentum.

De sententia ferenda in crimine hæresis de consilio peritorum.

Summaria.

Sententia contra hæreticos ferenda est de Peritorum consilio, num. 188.

Periti, de quorum consilio sententia ferenda est, quales esse debeant, nu. 189.

Periti, de quorum consilio sententia ferenda est contra hæreticos, non possunt recusare dare consilium etiam sine salario, nu. 190.

Peritis discordantibus in ferenda sententia contra hæreticos, consulenda est sedes Apostolica, nu. 191.

Inquisitores & Episcopi in sententiando in causis hæreticorum tenentur sequi consilium Peritorum, num. 192. Contra, numer. 193.

Peritorum iniustum consilium datum inquisitori, aut Episcopo, nunquid illos excuset, nu. 194.

Peritorum consilium in ferendis sententiis contra hæreticos nunquid Inquisitores aut Episcopi de necessitate requirere debeant, nu. 195.

Peritis electis ab Inquisitoribus seu Episcopo, quando volunt proferre sententiam contra hæreticos, An dandus sit totus processus, nu. 196.

QVÆST. CLXXXV. §. XII.

Regula † sit, quod sententia contra hæreticos proferenda est de consilio peritorum, tex. est *in cap. Vt commissi, de hæret. in 6.* in illis verbis: *Aduocandi quoque, prout expedierit, peritos quoslibet, vt vobis assistant, & in huiusmodi sentẽtiis præbeant consilium opportunum*, & ibi hoc adnotarũt Gloss. *in figuratione casus, vers. Et vlterius*, & *in verbo, Vt* 188

bo, Vt commissi, versic. Dat potestatem vocandi peritos, Ioann. Monach. *nu. 1. in verbo, Expedire*, Archidiacon. *nu. 1. in verbo, Expedierit*, & *in verbo, Peritorum*, Ioan. Andr. *num. 2. in verbo, Peritos*, Geminian. etiam *num. 2.* Franch. *num. 2. in secundo notabil.* & *num. 3. versic. In glossa, in verbo, Expedierit*, facit etiam text. *in cap. fin. §. iubemus, eodem tit. de hæreticis*, in illis verbis: *Et de ipsorum consilio ad sententiam vel condemnationem procedi volumus*, & *ibi* etiam Geminian. *nu. 3. versic. Nota, quod in causa hæresis*, & Franch. *num. 2. in 3. notabil.* & extat Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1260. *incip. Cupientes*, relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, *folio mihi 45.* Ioann. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubric. 2. de auctoritate Inquisitoris, num. 2.* summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus*, §. 2. *nu. 8. vers. Tertium possunt etiam aduocare peritos*, & *num. 11. versic. Secundum circa hæreticorum discussionem*, & *num. 12.* Repert. Inquisitorum *in verbo, Inquisitor, versic. Quæ est ratio*, Vmber. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Consilium, num. 1.* & *in verbo, Inquisitor, nu. 21.* & *nu. 22.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 41. rubr. de ministris, nu. 11.* Conrad. Brun. *in tract. de hæreticis, lib. 4. cap. 10.* Zanchin. *in eodem tract. de hæreticis, cap. 15. nu. 1.* & *nu. 3.* & *ibi* Campeg. *in additionibus, litera A.* Squillac. *in tractat. de fide Catholica, cap. 28. num. 1.* Gundisaluu *in tractat. de hæreticis, quæst 15. nu. 1.* Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis, num. 20.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 24. nu. 10.* & *cap. 38. nu. 10.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 1. num. 403.* & *seqq.* & *sing. 99. tenetur sequi, & non sequi*, Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, parte 3. quæst. 77.* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 126. versic. Cur autem inquisitoribus, fol. mihi 681. col. 2.* vbi & aliam bonam reddit rationem, cur sc. Inquisitores debent in proferẽdis sententiis peritorũ consilium requirere, & *fol. 682. vers. Periti vero, col. 1.* ampliat, vt Periti conuocandi sint, nedum in sententia cõdemnatoria, sed etiam in absolutoria, Lud. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, libr. 3. quæst. 4. rubr. de forma & ordine iudiciario S. officij, n. 55.* & *seqq.* vbi amplius ponitur forma & practica requirendi peritos, quando inquisitoribus sententiam proferre volentibus, eorum præbent consilium & iudicium.

189 Amplia I. Vt † isti Periti non omnes indistincte eligendi sint, sed debent esse personæ qualificatæ, & quæ, vide omnino omnes Canonistas, *in dict. c. Vt commissi, de hæreticis, in 6.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 41. rubr. de ministris, num. 11.* & *12.* vbi, quod eligendi sunt ad hoc munus viri prudentes, boni, & periti, & inprimis in illis probitas necessaria est; Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 24. num. 10.* vbi, quod debeant eligi periti, vel in Theologia, vel in iure Canonico, vel in iure Ciuili, & vlterius, viri probatæ vitæ, vt corruptionis periculum tollatur, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 1. num. 404.* vbi, quod Consultores possunt eligi etiam laici coniugati, qui tamen sint in iure Canonico & Ciuili periti, honesti, & prouidi viri, Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, part. 3. quæst. 77. nu. 2.* vbi, quod periti conuocandi erunt Theologi, Canonistæ, & Legistæ, & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 126. versic. Cæterum*, vbi præsertim, quod quando Inquisitores sunt Iurisperiti (vt in Hispania) debẽt in Consultores, Theologos conuocare. *folio mihi 681. col. 2.*

190 Amplia II. Vt † isti Periti sic ad consulendum vocati, non possint recusare eorum consilium dare, præsentem si dicant nolle cõsulere gratis, quod, an verum sit, & quando, vide pariter omnes Canonistas *in d. cap. Vt commissi, de hæreticis, in 6.* Simanch. *Catholicar. Institutionum tit. 41. rub. de ministris, nu. 13.* vbi, quod isti Periti consilium gratis præbere debent, & quamuis possint salarium sponte oblatum recipere, illud tamen petere nequeũt, quia negotium Catholicæ fidei omnes Christiani defendere & procurare tenentur; Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap. 15. nu. 3.* vbi, quod periti possunt cogi ad dandum eorum consilium etiam gratis, licet inquisitor ex sua prouida discretione possit eis solui facere salarium, Decian *in tract. crimin. libr. 5. cap. 24. nu. 10.* vbi, quod isti consultores periti non possunt exigere salarium, sed bene illud recipere, Eymeric. *in Direct. Inquisit. part. 3. qu. 77.* vbi expresse tenet, consultores & peritos posse cogi ab Inquisitoribus, ad præstandum eorum votum & consilium, & *ibi* Franc. Pegn. *in addition. Commen. 126. fol. mihi 681. col. 2.* alios refert concordantes.

Amplia III. Quod † peritis discordantibus consulenda est Sedes Apostolica, scripsit Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Consilium, nu. 1.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 15. n. 3. versic. Et si propter iuris dissonantiam*, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 24. nu. 10.* 191

Amplia V. Quia † Inquisitores & Episcopi, in pronunciando in causa hæresis, non solum tenentur conuocare peritos, sed etiam iuxta eorum consilium pronunciare, ex late congestis per Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 26.* vbi propterea concludit, aliter latam sententiam esse nullã; Et faciunt pro hac opinione scripta per Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, litera A. versic. At si ea producas*, Decian *in tract. crimin. libr. 5. cap. 24. nu. 10.* vbi testatur de veriori opinione, relati per Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 1. nu. 413.* & *seqq.* vbi etiam huius opinionis affert rationes, Eymeric. *in Director. inquisit. part. 3. quæst. 78.* 192

Contrarium, † quod Inquisitor & Episcopus (reprobato Arnald. Albert. *in loco præallegato*,) nullo pacto sequi teneantur consilium peritorum, & quod peritis discordantibus ab Inquisitore & ab Episcopo attendẽda sit opinio ipsius Inquisitoris & Episcopi, non autem peritorum, scripsit Simanch *Catholicar. Institut. titul. 41. rubr. de ministris, &c. nu. 14.* Et faciunt pro hac contraria opinione plura scripta per eundem Campeg. *vbi supra, in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, lit. A. in 1. versic.* relati per Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 1. nu. 409.* & *seqq. iuncto nu. 422.* vbi testatur, iam per Proceres supremi, generalisq; Inquisitionis senatus decretũ esse, consiliorum vota & suffragia esse consultiua, & non decisiua, & quod ita communi vsu & consuetudine receptum est, & *sing. 99. nu. 2.* idem tenet; Et hanc contrariam sententiam in Hispania seruari, ex instructione Madriliana testatur, & etiam pluribus comprobat, & defendit Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitorum, parte 3. Commen. 127. per totum, fol. mihi 682.* & *seq.* vbi præsertim hoc procedere affirmat, quando Inquisitores essent iuris peritissimi, secus, si essent Theologi solum, & ageretur de his, quę ad ordinem iudiciarium spectant, vel in testium dictis admittẽdis aut repellendis, aut in sententiis interloquutoriis & diffinitiuis ferendis, (vt illius propriis verbis vtar.) Et denique, si de toto iudiciario ordine obseruando ageretur; Tunc enim, inquit Franciscus Pegna, tutum non esset, quod Inquisitores à peritorum consilio recederent, vt *ibi* per eum. Et pro hac contraria opinione adde Læl. Zecch. *in summa, part. 1. tit. de fide, rub. de hæresi, cap. 11. n. 14. vers. Et sententia de eorum consilio*, Bursat. *cons. 90. nu. 36.* & *seqq.* vbi late proponit contraria, & illis respondet, testaturq; de Communi & practicata opinione. 193

Amplia V. Vt † iniustum consultorum cõsilium excuset Inquisitorẽ, quod, an verum sit, & quando, vide Vmbert. Locat. *in iud. inquisit. in verbo, Inquisitor, nu. 21.* & *22.* Io. à Rojas *in tract. de hæret. part. 1. n. 424.* & *seqq.* vbi post plura concludit, consultorum iniustum consilium excusare inquisitorẽ à dolo, sed nõ à culpa, nisi quæstio esset nimis difficilis, & ardua, vel propter facti contingentiam, vel propter varias Dd. opiniones, Pegn. *in addition. ad Eymericum, in Direct. inquisit. par. 3. Commen. 127.* 194

versic.

versic. Postremo illud monebo, & sequ. folio mihi 683. col. 1. vbi dixit, Inquisitores non excusari ex consilio Peritorum, & propterea consuluit in arduis consulendos generales Inquisitores.

195 LIMITA I. Propositam † regulam, quia Inquisitores non tenentur præcise requirere consilium Peritorum, sed tantum, si expedire visum fuerit eorum arbitrio; Sic enim videtur caueri *in dict. cap. vt commissi, de hæreticis, in 6.* in illis verbis: *Prout expedierit.* quod, an verũ sit, & quando, vide *in dicto capit. Vt commissi*, Geminian. *num. 2.* & Franch *nu. 2. & nu. 3.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo, Inquisitor, num. 21.* vbi in specie, An sententia data sine consilio peritorum sit nulla.

196 LIMITA II. Quia † peritis consultoribus non est dandus integralis processus, nec etiam publicanda sunt nomina testium, aut aliæ circumstantiæ, quibus venire possint in cognitionem testium, sed tantum dari debet summarium processus, vt bene deducit Campeg. *in addition. ad Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 15. lit. A. post versic. At si ea producas, & vers. seq.* vbi pluribus probat hanc sententiam, & respondet contrariis, & ibi addentes testantur, ita in sacrosancta Romana & vniuersali Inquisitione seruari.

Cuius contrarium, quod imo consultoribus & peritis totus processus exhibendus sit integraliter & perfecte, per text. *in c. statuta, §. Iubemus, de hæreticis, in 6.* voluit Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, parte 3. quæst. 79.* Nec dissentit ibidem Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 128, fol. mihi 683. col. 2.* Nec dissentit Lud. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, libr. 3. quæst. 4. rubr. de forma & ordine iudiciario S. officij, n. 56.* vbi propterea dixit, peritis, antequam eum proferant consilium, legendum esse totum processum à Secretario S. Officii.

Verum quoad nomina testium & delatorũ, An sint publicanda consultoribus, res non transit sine difficultate, quia Eymeric. *vbi supr. in Direct. inquisit. part. 3. q. 80.* tenet partem affirmatiuam, sed contrarium de laudabili inquisitorum consuetudine receptum esse, testatur *ibid.* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 129. fol. 684. col. 1. & 2.* licet bene velit, quod Inquisitores debeant cõsultoribus significare testium qualitates, vt si religiosi, si periti, si graues fuerint, & probati, aut econtra, si minus probati, si plebeii & pauperes, si iuuenes, si imperiti, aut similes, & idem affirmat, & verius & tutius videri, vt nec etiam reorum nomina consultoribus publicentur; Non tamen negat, quin ex causa, & testiũ, & reorum nomina peritis explicãda sint, vtputa, quando probabiliter dubitatur de inimicitia testium, & periti bene cognoscentes & testes, & delatores, & reum, facilius possent hoc arbitrari. Tunc enim iniũcto consultoribus silentio sub pœna excommunicationis, non erit absurdum, nomina consultorum significare, vt ibi per eum, idem Eymeric. *vbi supr. in Direct. Inquisit. part. 3. qu. 81. & ibi* pariter Franc. Pegna *in addit. Commen. 130.*

ARGVMENTVM.

Absolutus in crimine hæresis, an & quando possit iterum inquiri & accusari, quandove absolutoria sententia transeat, vel non transeat in iudicatum.

SVMMARIA.

Absolutus semel à crimine hæresis, potest non obstante absolutione prædicta iterum inquiri & accusari, nu. 197.

Sententia absolutoria in crimine hæresis non datur ex capite innocentiæ, nu. 198.

Sententia absolutoria in crimine hæresis nunquam transit in iudicatum, nu. 197.

Condemnatus semel in crimine hæresis, potest iterum condemnari, nu. 199.

Absolutus semel à sacerdote in crimine hæresis, potest adhuc inquiri & accusari, nu. 201. contra, nu. 202.

Memoria defuncti si semel fuerit absoluta, ob non probatum crimen, potest iterum accusari, nu. 200.

Absolutus à sacerdote post cœptam inquisitionem in crimine hæresis potest iterum accusari, 203.

Absolutus à sacerdote à pœna excommunicationis in crimine hæresis, potest iterum accusari, nu. 204.

Absolutus à sacerdote in crimine hæresis, si inueniatur in falsa pœnitentia, vel post pœnitentiam relapsus, vel publice diffamatus, accusari & inquiri iterum potest, nu. 205.

Sacerdoti asserenti, pœnitentem adimpleuisse pœnitentiam sibi iniunctam, non creditur in crimine hæresis, nu. 206. licet alij contra, nu. 207. Minuitur tamen pœna, nu. 208.

Absolutus à Pontifice in crimine hæresis, siue per viam gratiæ, siue per viam dispensationis, iterum inquiri & accusari non potest, nu. 209.

QVÆST. CLXXXV. §. XIII.

REGVLA † sit, quod licet, vt *suo loco* dixi, in aliis criminibus semel diffinitiue, & vt innocens, absolutus, iterum de eodem crimine inquiri non possit, & in crimine hæresis, sic in specie affirmauerit Dec. *cons. 137. vers. Et diligenter, nu. 1.* & Conrad. Brun *in tract. de hæreticis, libr. 4. cap. 8. rubr. de exceptionibus & defensionib. nu. 13. & 14.* amplians hoc procedere, siue per accusationem, siue etiam per inquisitionem de hoc crimine cognitũ fuerit; verius tamẽ videtur, in eodem hæresis crimine sententiam absolutoriam ad fauorem rei inquisiti etiam vt innocentis latam, & sic diffinitiuam, nunquam transire in iudicatum, & propterea sic absolutum, posse iterum de eadẽ hæresi inquiri, & molestari nouis superuenientib. indiciis, ex quo talis sentẽtia absolutoria nunquã transit in iudicatum, voluit Luc. de Penna *in l. causas, nu. 3. C. de senten. aduersus fiscum latis retractandis, l. 10.* & aliis relatis concordantibus scripsit Franc. Pegna *in additionib. ad Eymeric. in Direct. inquisit. part. 3. Comment. 92. vers. Quod si fortassis, & seq. fol. mihi 619. col. 1.* vbi etiam loquitur, quãdo absolutio est facta de memoria defuncti. Et expresse cauetur in Cõstitutione Pii V. data anno eius primo Calendis Ian. 1567. *incip. Inter multiplices curas*, relata per Fran. Pegn. post Direct. inquis. inter literas Apostolicas, *fol. mihi 169.* quam in proposito refert Simanch. *Caholicar. instit. tit. 60. rub. de sententiis, n. 13.* Nec dissentit Ioan. à Rojas, qui etiam hoc de iure Communi verius credidit, ex allegatis ibi per eum *in tract. de hæret. p. 2. assert. 49. nu. 384. & sequ.* nullam faciens mentionẽ de dicta Pii V. Bulla. Addo ad præmissorum comprobationẽ Eymer. *in Direct. inquis. part. 3. rub. de forma absoluendi delatum, &c. nu. 143. & ibi* etiam Franc. Pegn. *in addit. Commen. 37. vers. Sed quid si absoluatur, & seq. fol. mihi 510. col. 2.* vbi ampliat etiam, quod absolutus quis fuisset tanquam innocens, reprobato Conrado Bruno, vbi *sup. in tract. de hæret. l. 4. c. 8. in fin.* asserente, hæretico prodesse rei iudicatæ exceptionẽ, Sigismun. Scacc. *in tract. de iudicio causar. ciuil. crimin. & hæretic. cap. 95. nu. 2. & 3.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Conrad. Brun. in tract. de hæreticis, lib. 4. c. 8.* 197

Quicquid secus, quando agitur de eadem hæresi, de qua quis prius erat inquisitus absolutus, dixisse videatur Repert. Inquisitor. *in verbo, Absolutio, versic. Sed an qui semel, & ibi* Quintilian. Mandos *in addit. lit. E.*

AMPLIA I. Propositam † regulam, vt propterea nemo absoluatur tanquam innocens, dixi *supra, hac eadem quæst. nu. 172. & sequ.* hic repetere non est necesse. 198

AMPLIA II. Quod † ex eadem ratione, quia scilicet in causa fidei sententia nunquam transit in iudicatum, inferri potest, quod condemnatus hæreticus non in ordinariam delicti pœnam, sed in extraordinariam arbitrio iudicis, vtputa, quia crimen non fuerit plene probatum, superueniente postmodum legitima crimi- 199

nis probatione, possit ordinaria pœna puniri, prout tenuit Iacob. de Bellouiso *in Authent. de priuilegio dotis hæretic. mulier. non præstan. in fine, collat.* 8. quem refert Luc. de Penna *in dict. l. causas, eod. nu.* 3. & ambos etiam refert & sequitur Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 2. assert.* 50. *nu.* 391. *& sequ.* vbi tamen fortasse hoc declarandum affirmat, dummodo superuenientes probationes sint tales, quod absq; primis sufficerent ad imponendam pœnam ordinariam, & dummodo etiam res sit integra, quod prima arbitraria pœna extaordinaria non fuerit adimpleta; Alioquin de eodem delicto bis puniretur; Subdit tamen, hac in re difficili & ambigua, velle potius discipuli, quam magistri officio fungi, & propterea quæstionem hanc, vti altiore inuestigatione egentem, aliorum iudicio relinquit; Tu interim vide *supra, in tit. de inquisitione, quæst. 4. nu.* 10.

200 AMPLIA III. Vt † defunctus accusatus, qui ob defectum probationum fuit absolutus, possit iterum inquiri, & accusari nouis superuenientibus probationibus, imperfectæque probationes, quæ in prima instantia non fuerunt sufficientes ad condemnandum, coniunguntur cum superuenientibus probationibus ad effectum faciendi plenam probationem, secundum veram, Communem, & vsu receptam sententiam, de qua post Bart. Hostiens. Abbat. Felyn. Alexand. & Alciat. *in locis per eum relatis*, testatur Simanch. *Catholicar. institution. tit.* 18. *rubr. de defunctis, nu.* 20.

201 AMPLIA IV. Quod † absolutus in crimine hæresis in foro pœnitentiali à sacerdote, cui pœnitens peccatum confessus debitam suscepit pœnitetiam, & eam adimpleuit, adhuc potest in foro exteriori accusari, inquiri, & puniri, per ea quæ generaliter dixi *supra, in tit. de inquisitione, quæst. 4. num.* 5. voluit Gloss. *in capit. Gaudemus, in verbo, Poterit, de diuortio*, & in specie pluribus rationibus hanc conclusionem comprobauit Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.* 34. *nu.* 1. *& seqq.* vbi addentes *nu.* 2. testantur de vera & Communi opinione, & late etiam Repertor. Inquisitorum *in verbo, Absolutio, vers. Sed an absolutio, & in verbo, Confessio, versic. Vtrum si in foro pœnitentiali*, vbi sic alias in contingenti casu fuisse determinatu testatur, & non dissentit Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 3. *rub. de absolutione, nu.* 5. *in fine*, Dec *consil.* 137. *num.* 1. *versic. Et licet absolutio.* Vmbert. Locat *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Absoluere, nu.* 1. *& in verbo, Hæreticus, nu.* 24. *ad finem, & in verbo, Punitio, nu.* 7. *& post iudicial. inquisitorum, quæst.* 1. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, par. 2. Comment.* 25. *fol. mihi* 240. *col. 2. vers. Quod autem, & fol.* 241. *col. 1. vers. Rursus, & seq.* vbi etiam late Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap.* 37. *nu.* 54. Menoch *de arbitr. quæst. lib. 2. casu* 539. *nu. 1. & seqq.* Ioan. Azzor. Iesuita *in summa, part. 1. libr. 8. cap. 10. rubr. de pœnis hæreticorum, quæst.* 13. vbi amplius, quod facultas data sacerdoti absoluendi hæreticum, intelligitur solum de absolutione in foro interiori, non autem exteriori, & quod propterea sic à sacerdote absolutus vigore facultatis prædictæ, non obstante absolutione, poterit accusari, denunciari, citari, capi, torqueri, & puniri. Idem Azzor *dicto libro 8. cap. 19. rubric. de absolutione ab hæresi, quæstion.* 6. vbi & ipse hanc quartam ampliationem comprobat, eamque ampliat, etiam quod absolutus à sacerdote, impositam pœnitetiam publice persoluerit, Thom Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 11. nu.* 7. vbi idem dixit.

202 Et † ab ista conclusione minime in iudicando recedas, quamuis contrarium suaderi videatur ex Concilio Tarraconens. relato per Eymeric. *in Directorio inquisitorum, vbi supr. part. 2. fol. mihi 235. col. 1. in vers. Item quæritur*, in illis verbis: *Ille talis confitens per talem confessionem euitet pœnam temporalem*, & ibi etiam Franciscus Pegna *in additionibus folio mihi 239. col. 1. in fine*, in iisdem verbis: *Et ille talis, &c. & col. 2. versic. Quæstio proposita*, Dec. *dict. consi.* 137. *nu. 3. versic. Et cum isto casu.*

AMPLIA I. † Præcedentem quartam ampliationem, vt multo magis absolutus in foro pœnitentiali possit inquiri, & accusari in foro exteriori, quando sic fuit absolutus post cœptam inquisitionem seu accusationem, vt per Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, parte 2. Commentar. 25. folio mihi 241. col. 2. versic. Ille autem*, vbi ponit exemplum de eo, qui post cœptam inquisitionem contra eum, quasi dissimulans & gemebundus accedit ad Inquisitorem vel Episcopum, petens in foro interiori absolui. Audiendus enim is non est, cum eius peccatum non sit occultum, nec propterea occultum remedium adhibendum est, cum talis non dicatur sponte venire, ex quo post cœptam inquisitionem, receptasque probationes venit. Nec dissentit Menoch. *de arbit. quæst. lib. 2. casu* 539. *nu.* 27. vbi dixit, hunc casum esse recte decisum à contrario sensu in Concilio Tarraconens. quod loquitur in eo, qui nondum cœptus est inquiri, & sacerdoti confessus ab eo absolutionem obtinuit, ergo secus, si post cœptam inquisitionem. 203

AMPLIA II. Eandem † quartam ampliationem, vt multo magis procedat quoad pœnam excommunicationis, quæ in crimine hæresis cum sit summo Pontifici reseruata, & per Pontificem absoluendi hæc potestas non nisi Episcopis & Inquisitoribus concessa sit, hoc ideo Sacerdotes nec etiam in foro pœnitentiali possunt hæreticos pœnitentes ab excommunicatione absoluere, prout in specie sic per hanc rationem scripserunt Campeg *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 34. in verbo, Absoluit, in princip.* Repert. Inquisitorum *in verbo, Confessio, versic. Vtrum si in foro, folio mihi* 164. *col. 2. in fin.* Vmbert. Locat *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Absolutio, sub num.* 1. Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 33. numer.* 30. Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 37. sub num.* 54. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, part. 2. Commen. 25. fol. mihi 240. colum. 2. versic. Primo, & sequ.* vbi etiam ponit casus, in quibus etiam Sacerdotes possunt pœnitentes hæreticos ab excommunicatione absoluere, de qua re *alibi suo loco* dicemus infra, in materia absolutionis ab excommunicatione. 204

AMPLIA III. Dictam † quartam ampliationem, vt multo magis in hæretico, qui post absolutionem habitam à Sacerdote inueniatur in falsa pœnitentia, vel post pœnitentiam relapsus, vel publice diffamatus fuerit, iis inquam casibus, eo magis sic absolutus à Sacerdote, poterit ab Inquisitore, seu Episcopo, inquiri, & molestari, sicut expresse dicitur in Concilio Tarraconen. relato per Eymeric *in Directorio Inquisitorum, part. 2. fol. mihi 235. colum. 1. versic. Item quæritur*, & ibi Franciscus Pegna *in additionibus folio mihi 239. columm. 1. eodem versic. Item quæritur, ad finem, & col. 2. versic. Quæstio*, Menoch *de arbitrar. quæst. libr. 2. casu 539. nu. 16. & pluribus seqq. vsque ad num.* 27. vbi bene reassumit, comprobat, & declarat prædictos tres casus. 205

AMPLIA IV. Eandem † quartam ampliationem, & quod plus est, vt nec credatur confessori dicenti, pœnitentem & confessum, pœnitentiam sibi iniunctã humiliter suscepisse, & ex corde adimpleuisse, sic enim concilium Narbonense sensisse colligitur ex verbis eiusdem Concilii, relatis per Francis. Pegn *in additionibus ad Eymericum, in Direct. Inquisit. part. 2. Commen. 25. fol. mihi 239. col. 2. vers. Quæstio proposita, in fin.* in illis verbis: *Vtrum autem soli confessori credi debeat de absolutione, seu pœnitentia defuncti, seu viui, licet satis videatur, quod non*, & latius prosequitur idem Pegn. *fol. mihi 240. colum. 1. versic. Veruntamen, & duobus seqq.* Nec dissentit Menoch *de arbit. quæst. libr.* 206

libr.2.casu 539.*num*.8.*& seqq.* vbi præsertim hanc huius conclusionis affert rationē, quia scilicet facile est, quod confitens simulet humilitatem & contritionē, & quod propterea Sacerdos tute nō possit fidem facere de eius vera pœnitentia, & animo, seu corde, quod soli Deo notum est, & ante Menochium hoc idem voluit Ignatius Lopez *in additionibus ad Diaz. in pract. crimin. Canon. cap.*109.*in verbo, Sortilegi, versic. Nec erit omittendum fol. mihi* 421. vbi testatur de veriori opinione, Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium parte* 1.*lib.*8.*cap.*19.*rub. de absolutione ab hæresi*, qui propterea declarat, hanc ampliationem procedere in foro exteriori.

207 Et † ab ista negatiua sententia minime recedendum putarem, & si contra eum non modice vrgeant deducta per Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, parte* 2.*Commentar.*25.*fol. mihi* 239.*col.*1.*& col.*2.*versic. Quæstio proposita, & fol.*240.*col.*1.*in prin.* ex Concilio Tarracon. *vbi supra relato*, & per Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz. in pract. crimin. Canon. cap.*109.*sub versic. Non erit omittendum, fol. mihi* 420.*colum.*2.*& fol.*421.*colum.*1. & per Menoch. *de arbitr. quæst. lib.*2.*casu* 539.*nu.*1.*& seqq. vsq; ad nu.*10.

208 Vide † tamen Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, vbi supra, in Directorio Inquisitorum, dict. part.*2.*eod. Comment.*25.*fol. mihi* 240.*col.*1.*in fine, versic. Hoc tamen*, Ignat. Lopez, *in additionib. ad Diaz. in pract. crimin. Canon. dict. cap.*109.*eod. vers. Nec erit omittēdum, in fin. fol. mihi* 421. & Menoch. *de arbit. quæst. eodem lib.*2.*dicto casu* 539.*nu.*39.*versic. Declaratur tertio*, qui vnanimiter concludunt, isto casu Sacerdotis fidem & assertionem ad fauorem pœnitentis multum prodesse debere, vt cum eo ab Inquisitore & Episcopo mitius agendum sit, si præsertim qualitas & probata Sacerdotis vita hoc suaserit.

209 Limita, Propositam † regulam non procedere in absoluto à Pontifice, etiamsi per viam gratiæ seu dispensationis absolutus fuerit, si sic absolutus iniunctam sibi pœnitentiam, & gratiæ, seu dispensationis conditiones adimpleuerit, de qua re vide late Dec. *consil.*137.*per totum*, & Paril. *cons.*1.*lib.*4. quos refert Quintil. Mandos. *in additionibus ad Repertor. inquisitorum, in verbo, Absolutio, versic. Sed an qui semel, lit. E. in fine additionis*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit.*3.*rub. de absolutione, num.*7. vbi, quod absolutus à Papa, erit etiam tutus in foro Inquisitorum, etiam in præiudicium Fisci Regii, & quod hoc transit sine vlla dubitatione, quando præsertim absoluit hæreticum pœnitentem ante sententiam Inquisitorum, & *in Enchiridion violatæ religion. tit.*51.*rubr. de absolutione, num.*3.

Argumentum.

Defensiones an dandæ sint in causis hæreticorū, antequam condemnentur, vel torqueantur.

Summaria.

*Defensiones & indiciorum copia regulariter dandæ sunt in crimine hæresis, nu.*210.

*Iudex etiam ex officio, & reo non petente, tenetur illi dare defensiones, nu.*211.

*Indiciorum copia sunt dandæ in crimine hæresis, 2. suppressis tamen nominibus testium & accusatoris, nu.*212.

*Defensiones dandæ sunt reo inquisito in crimine hæresis ante torturam, nu.*213.

*Aduocatus interuenire potest ad fauorem hæretici ante torturam, ad allegandum, reum non esse torquendum, dicto numer.*213.

*Defensiones non sunt denegandæ reo ante sententiam, & antequam sit confessus aut conuictus, nu.*214.

*Defensiones non sunt denegandæ in crimine hæresis, etiam post sententiam, nu.*215. *licet alij contra, nu.*216.

*Defensiones dandæ sunt etiam relapsis, quando negant se esse relapsos, nu.*217.

*Defensiones dandæ sunt reo inquisito de hæresi, etiam quod is sit homo malæ famæ, nu.*258. *licet alij contra, nu.*219.

*Indiciorum copia & defensiones dandæ sunt inquisito pro hæresi, etiam quod non declaret, quales defensiones facere velit, num.*220.

*Defensiones & indiciorum copia, in crimine hæresis dandæ sunt reo inquisito, etiam quod procedatur ex officio, & per inquisitionem, nu.*221. *licet alij contra, nu.*222.

*Defensiones & indiciorum copia non sunt dandæ, quando crimen hæresis est notorium, nu.*223.

*Defensiones & indiciorum copia non sunt dandæ in crimine hæresis, nisi completo processu offensiuo & defensiuo, nu.*224.

*Defensiones dandæ non sunt, nec aduocatus admittendus, quando inquisitus vellet probare, non esse hæresim eam, quæ verè hæresis est, nu.*225.

*Defensiones licet dandæ sint in crimine hæresis, dilationes tamen amputari possunt, nu.*226.

Quæst. CLXXXV. §. XIV.

Regula sit, † quod in crimine hæresis dandæ sunt defensiones accusatis, & inquisitis de illo crimine, secundum Abb. antiquum *in capit. Excommunicamus, il* 1.*nu.*2.*in verbo, Cogatur, extra, de hæreticis*, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de materia processuum Inquisitionis, nu.*3. vbi, quod dandę sunt dilationes competentes, concedenda facultas se defendendi, admittendæque exceptiones & replicationes legitimæ, Simanch. *Catholicar. institution. tit.*17.*rubr. de probationibus, nu.*8.*versic. Neque facultas defensionis vllo modo denegari solet, & in Enchiridion violatæ religion. tit.*34.*rub. de accusatione, nu.*5. vbi, quod datur reo dilatio ad probandum, quicquid sibi expedire videbitur, Vmbert. Locat *in iudicial. inquisitor. in verbo, Defensiones, nu.*1.*versic. Quando vero crimen, & dicto num.*1.*& seqq.* vbi etiam de materia, Repert. Inquisit. *in verbo, Citatio, versic. Sed pro intelligentia*, vbi generaliter dixit, quod defensio, quæ est de iure naturali, nemini denegari debet, *& in verbo, Copia, versic. Secundo*, vbi, quod debet dari copia accusationis, si petatur, *& in verbo, Defensores, versic. Defensio, cum sit de iure naturali*, Carer. *in tract. de hæreticis, num.*82. vbi, quod prohibetur Inquisitori inquisito de hæresi tollere defensiones, & exceptiones illi competentes, & *num.*131. Paril. *consil.*2.*num.*172.*lib.*4. Boss. *in tit. de hæreticis, nu.*9.*versic. Nec etiam defensio*, Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, parte* 3.*rub. de defensione reorum, num.*117.*in princip. & ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.*28.*litera B. folio mihi* 479.*col.*1.*& fol.*480.*col.*2.*& in rubr. de recusatione Inquisitorum, nu.*120.*versic. Quando enim delatus, fol. mihi* 485.*col.*1. vbi propterea, quod si inquisitor denegat defensiones Inquisito reo eas petenti, dicitur ipsum grauare, & propterea potest vti suspectus recusari, idem Franciscus Pegna *in additionibus ad eundem Eymeric. vbi supra, in Director. inquisitor. dicta part.*3.*Comment.*104.*versic. Rursus conclusio in causa, folio mihi* 631.*col.*1. vbi amplius dixit, quod quandocunq; voluerit reus se defendere, audiendum est, Decian. *in tract. crimin. lib.*5.*cap.*37.*nu.*5. Petr. Gregor *Syntag. iuris, lib.*33.*cap.*7.*nu.*5.*in fine*, alios retuli *supra, in tit. de indiciis & tortura, quæst.*39.*nu.*44. 210

Amplia I. † propositam regulam, vt imo iudex ex officio teneatur inquirere defēsiones pro reo inquisito, & propterea etiam non petenti, copias indiciorum dare, ex allegatis in Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Defensores, versic. Defensor rei*, Simanch. *in additionibus ad Zanchinum, cap.*4. vbi propterea reprehendit Campegium contrarium tenentem, *in additionibus ad eundem Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.*9.*litera L. in verbo, Copia dari non debet*, & hæc ampliatio recepta est in supremo Vrbis, & totius Christianæ Reipublicæ S. inquisitionis Tribunali, in quo inquisito & carcerato de hæresi, etiam non petenti, offeruntur copiæ processus, & indiciorum 211

ciorum, vt seipsum defendere valeat, imo in hoc Sancto Tribunali, non solum, vt dixi, non petentibus offeruntur defensiones & copiæ indiciorum, sed etiam iudex, vbi putat, rei innocentiam aliquo modo detegi posse, illam omni cura & vigilantia quærit, & ex officio eiusdem rei defensiones facit, iuxta textum *in leg. & si non defendantur, ff. de pœnis*, quod in aliis criminibus sic iudices facere debere, dixi *supra, quæst.* 11. *nu.* 10. sed vtinam hoc faciant, vide *supra, in titul. de indiciis & tortura, quæst.* 39. *nu.* 90. *& seqq.* vbi late disputaui, an, & quando iudex ex officio reo non petenti dare teneatur defensiones.

212 AMPLIA II. Vt † propterea, vt reus se defendere possit, indiciorum copia, & totus processus, suppressis tamen nominibus testium, & accusatoris, vt *infra suo loco* dicam, danda sit, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Aduocatus, num.* 1. vbi, quod danda est copia totius processus, *& in verbo, Defensiones, num.* 2. vbi, quod etiam cum copia indiciorum dandus est terminus ad purgandum illa, & quod ita quotidie seruatur, *& in verbo, Publicatio, num.* 1. Repert. Inquisit. *in verbo, Copia, versic. Secundo*, vbi, quod debet dari copia accusationis, si petatur, Simanch. *in Enchiridion violatæ religion. tit.* 35. *rubr. de testibus, num.* 12. vbi, quod reo danda est copia depositionis testium, vt contra eos dicere possit, quicquid ad suam defensionem pertinere putauerit, *& tit.* 52. *rubr. de tormentis, num.* 8. *&* 9. *& num.* 34. vbi propterea, quod confessio extorta in tormentis, non data copia indiciorum, confitenti non nocet, Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap.* 9. *num.* 6. & ibi Campeg. *in additionibus, litera D. in princip. & dicta litera D. ante finem, versic. Indiciorum vero copiam*, Bonifac. de Vitalinis *in rubric. de crimine hæresis, numer.* 20. Boss. *in titulo de hæreticis, num.* 9. *versic. Non tamen est neganda copia indiciorum*, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part.* 3. *quæst.* 61. *Commentar.* 110. *in fine, versic. Hoc exploratum est, fol. mihi* 648. *col.* 2. Decian. *in tract. crimin. libr.* 5. *capit.* 36. *num.* 4. Mont. Maran. *in pract. Archiepiscop. cap.* 84. *num.* 5. *versic. Quinto loco*, Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, libr.* 5. *in* 2. *appendice, quæst.* 37.

213 AMPLIA III. Vt † præsertim reo de hæresi inquisito dandę sint defensiones ante torturam; Audiendus enim in hoc est aduocatus rei inquisiti, an sit vel non sit torquendus, faciunt scripta per Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Tortura, num.* 3. *versic. Deinde dat sibi copiam capitulorum, iuncto versic. Et fabricato processu, & num.* 7. *& num.* 32. Repertor. Inquisitorum *in verbo, Aduocatus, vers. Sed an debeat dari Aduocatus*, vbi dixit, admittendum esse Aduocatum in disputatione, an reus sit torturæ subiiciendus, & ibi Quintilian. Mandos. *in additionibus, litera D. & in verbo, Copia, versic. Copia defensionis, & in verbo, Iudex, versic. Iudex ex officio suo, & in verbo, Testes, versic. Vtrum testes*, Simanch. *Catholicar. institut. tit.* 65. *rubric. de tormentis, nu.* 16. vbi, quod danda est copia indiciorum, & delatio ad illa diluenda, *& num.* 17. iniquum & crudelem vocat iudicem, qui contra diuina & humana iura hominem inauditum torquet, *& in Enchiridion violatæ religionis, tit.* 52. *eadem rubr. de tormentis, num.* 9. Gundisaluus *in tractat. de hæreticis, quæst.* 13. *num.* 8. vbi testatur, ita ex Communi consuetudine seruari, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. Inquisitorum, parte* 3. *Commentar.* 110. *in fine, versic. Postremo videndum est, fol. mihi* 648. *colum.* 2. vbi pariter dixit, antequam reus torqueatur, vocandum esse Aduocatum, ad respondendum & disputandum, num ipse reus iuste torqueri possit.

214 AMPLIA IV. Vt † nec accusato de hæresi deneganda sint defensiones, antequam sit confessus vel conuictus, & ante sententiam, secundum Henric. Boich. *in cap. si aduersus, nu.* 4. *extra, de hæreticis*, & ibi etiam Ioann. de Anania *nu.* 9. *in fine*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Defensores, versic. Cuilibet ante condemnationem dandus est locus ad defensionem*, Simanch. *Catholicar. institution. tit.* 17. *rub. de defensione reorum, nu.* 1. vbi, quod defensionis facultas prohiberi non debet inquisitis, de hæresi nondum tamen plene conuictis.

AMPLIA V. Vt † reo etiam confesso & conuicto dandæ sint defensiones, non solum ante sententiam, sed etiam post, secundum Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Processus, num.* 6. vbi præmissa distinctione hæresis, de qua quis est conuictus, an sit defensibilis, vel non, videtur postea concludere, indistinctè cuilibet dandas esse defensiones, quia sunt de iure naturali, Repert. Inquisit. *in verbo, Defensores, versic. Defensio rei*, vbi amplius, quod isto casu iudex debet inquirere defensiones, condemnato etiam non petente, (de quo particulariter dixi *supra, hac eadem quæst. nu.* 211. & quando reus est confessus aut conuictus, adhuc multa opponi possunt aduersus cōfessionem, & aduersus testes. Ideo non video, cur & isto casu dari non debeant defensiones, & Aduocatus audiendus nō sit ante sententiam, prout etiam bene aduertit Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitor. part.* 3. *rub. de defensione reorum, Comment.* 28. *nu.* 117. *lit. A. versic. Primo, & seqq. folio mihi* 479. *colum.* 2. & 480. *col.* 1. vbi expresse dixit, non obstante propria confessione offerri debere reo defensiones, ad hoc vt ante condemnationem, si quid opponere voluerit aduersus suam confessionem, opponat, & *ibidem dict. folio* 480. *colum.* 1. *lit. B.* vbi multo magis hæc procedere affirmat, quando reus non est confessus, sed solum conuictus, ad hoc vt, si velit, possit, & contra testium personas, & contra dicta opponere quicquid voluerit, Ludou. à Paramo *de origine sanctæ Inquisitionis, libr.* 3. *quæst.* 4. *rubr. de forma & ordine iudiciario S. officij, num.* 54. *& seqq.* 215

Contrarium, † quod imo, postquam reus est confessus, vel conuictus, & multo minus post sententiam, dandæ sint reo defensiones, ex eo, quod tunc non remaneat nisi exequutio, voluit Henric. Boich. *in capit. si aduersus, num.* 5. *extra, de hæreticis*, Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.* 9. *litera D. in verbo, Copia, versic. Indiciorum vero copiam*, Carer. *in tract. de hæreticis, nu.* 131. vbi in proposito videtur æquiparare, quem esse notorium hæreticum, vel de hæresi conuictū, Eymeric. *in Director. Inquisitor. part.* 3. *rub. de defensione reorum, num.* 117. vbi pariter dixit, superfluum esse dare defensiones reo confesso, siue confessus sit, siue non, Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Defensiones, num.* 1. *versic. Primo*, vbi, quod superflua est defensio, quando hæreticus confessus est hæresim, siue testibus sit conuictus, siue non. Prima tamen opinio est vera, & in practica seruatur. 216

AMPLIA VI. Etiam † in relapsis, quando enim inquisitus de relapsu negat, se relapsum, & in hoc vult suam innocentiam probare, audiendus est, nec illi defensio deneganda. Repertor. Inquisitorum *in verbo, Citatio, versic. Sed pro intelligentia*, vbi bene hāc fundat conclusionem, Gundisalu. *in tract. de hæreticis, n.* 2. Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.* 57. *rubr. de relapsis, num.* 23. sequitur Ioan. à Rojas *singul.* 23. *num.* 6. idem Repert. inquisitorum *in verbo, Relapsus, versic. Sed circa prædicta*, Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 32. *num.* 2. *& cap.* 56. *nu.* 9. Hippolyt. Riminald. *consil.* 686. *num.* 2. *& num.* 14. *& sequentibus, lib.* 6. 217

AMPLIA VII. Vt † defensiones dandæ sint, etiam quod reus inquisitus sit malæ famæ, malæque vitæ, & olim sic habitus & reputatus, de quare dixi *supra, in tit. de indiciis & tortura, quæst.* 39. *num.* 47. *& seqq.* & in specie Simanch. *in annotationibus ad Zanchinum, capit.* 3. vbi pro- 218

propterea reprehendit Campegium contrarium tenentem *in additionibus ad eundem Zanchin. in tract. de hæreticis cap. 9. litera D, in verbo Copia, vers. Et primo.*

219 Quamuis † Decian. referat, & sequatur Campeggium *in additionibus ad eundem Zanchin. vbi supra, in tract. crim. lib. 5. cap. 36. nu. 4.*

220 AMPLIA VIII. † Vt indiciorum copiæ, & defensiones dandæ sint reo Inquisito de hæresi, etiam quod non declaret, qualem velit facere defensionem, vt per Symanch. *in additionibus ad Zanchin. cap. 5.* vbi propterea reprehendit Campeggium contrarium tenentem *in additionibus ad eundem Zanchin. in tract. de hæreticis cap. 9. litera D. in verbo Copia, vers. Rursus cum reus*; dixit etiam *supra in tit. de indicijs, & tortura, quæst. 39. nu. 79. & sequenti.*

221 AMPLIA IX. † Quia dandæ sunt defensiones, & indiciorum copiæ, reo inquisito pro hæresi, etiam quod iudex procedat ex officio, & per inquisitionem, vt per Simanc. *in additionibus ad Zanch. cap. 6.* vbi propterea reprehendit Campeggium contrarium tenentem *in additionibus ad eundem Zanchin. in tract. de hæreticis cap. 9. litera D, in verbo copia, vers. Vlterius si ex forma statuti nu. 4. & n. 9. vers. Nono si proceditur ex mero officio*; Vide tamen Campeggium in hoc (ni fallor) sibi in continenti contradicentem *in præallegato loco post nu. 9. vers. Ex his omnibus*, vbi tenet expresse, quod non sunt denegandæ defensiones Reo Inquisito pro hæresi, etiam quod inquisitor procedat ex suo mero officio, & propterea reprobat Bern. Comensem contrarium tenentem *in sua lucerna Inquisitor. in verbo Tortura, vers. final. nu. 51.* Et dixi *supra in tit. de indicijs, & tortura, quæst. 39. nu. 71.*

222 Quamquam † contrarium, ex Campeggio *in additionibus ad Zanch.* in loco præallegato scripserit Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 36. num. 4 vers. Quarto &c. & vers. Septimo, &c.*

223 LIMITA I. † propositam regulam non procedere, quando crimen hæresis est notorium. Tunc enim defensiones, & copiæ indiciorum dandæ non sunt, ex allegatis per Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 9. litera D, in verbo Copia, vers. Item si notorium crimen est, nu. 8.* vbi tamen declarat; Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 131.* vbi an crimine hæresis dandæ sint defensiones, arguit pro, & contra, & postea distinguit, quando crimen est notorium, & defensibile, aut non; vt primo casu defensiones dentur, secundo autem non; Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 36. num. 4. vers. Sexto*, si notorium esset crimen; vide quæ generaliter dixi in materia notorij *supra quæst. 21. nu. 77. & sequenti.*

224 LIMITA II. † Vt copiæ indiciorum reo inquisito de hæresi dandæ non sint, nisi expedito processu offensiuo, & defensiuo, secundum Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo Processus, nu. 5. vers. Venetijs tamen, & n. 6. vers. Habet tamen consuetudo*, testaturque ita Romæ vidisse seruari in officio sanctæ Inquisitionis; Verum quoad processum defensiuum opinionem Vmbert. Locat. quod scilicet debeat prius compleri, quam dentur defensiones reo, minime veram credo; non enim potest reus suas defensiones facere, nisi prius viso processu offensiuo. Et ita practicatur, quicquid secus testetur Locatus.

225 LIMITA III. † Vt non dentur defensiones, quando Inquisitus vellet probare aliquam speciem hæresis, quę vere hæresis est, non esse hæresim, vt dixi *infra quæstione 197. num. 70. & sequentibus*; Hic repetere non est necesse.

226 LIMITA IV. † Quia licet in crimine hæresis Dilationes sint reo concedendæ, illæ tamen amputandæ sunt & breuiores concedendæ, secundum Gloss. *in cap. final. de hæreticis in 6. in figuratione casus, versic. Item non debent*, & ibi etiam Ioan. Monach. *num. 1.*

ARGVMENTVM.

Appellatio an, & quando admittatur in crimine hæresis.

SVMMARIA.

Appellatio non datur in crimine hæresis, siue sit interposita à condemnatis pro hæresi, siue à condemnatis pro fauore, defensione, & receptatione hæretici facta, num. 227.

Appellationis in crimine hæresis admittendæ materia, numer. 228.

Appellatio friuola, & frustratoria non admittitur in crimine hæresis etiam in casu, in quo alias esset admittenda, nu. 229.

Appellatio interposita ab hæredibus hæretici condemnati, nec etiam est admittenda, nu. 230.

Appellare non possunt relapsi condemnati, nu. 231.

Appellare licitum est in crimine hæresis à grauamine interlocutorio, num. 232.

Appellare etsi non liceat in crimine hæresis, potest tamen Iudex superior sibi viam querelæ, constito sibi de iniustitia sententiæ, inhibere, nu. 233. contra, nu. 234.

Appellare licet à decreto torturæ, nu. 235.

Iudex suspectus in crimine hæresis recusari potest, num. 236. contra nu. 237.

Distingue, vt possit recusari cum causa, secus sine Causa, & qua isto casu sit iusta causa recusandi Iudicem suspectum, n. 238.

Et quomodo procedere debeat, & quid facere Iudex recusatus suspectus in crimine hæresis, nu. 239.

Appellatio vbi datur de iure in crimine hæresis, ad quem appellandum sit, num. 240.

Appellatio quando interponitur in causis hæreticorum, practica admittendi, vel non admittendi appellationem, ac etiam procedendi, & non procedendi appellatione pendente, num. 241.

QVÆST. CLXXXV. §. 15.

REGVLA † sit negatiua tam quoad hæreticos, quam etiam quoad eorum credentes, fautores, defensores, & receptatores, quod scilicet à sententia contra eos lata minime appellare possunt. 227 Prout dixi iterum *supra, in tit. de varijs, ac diuersis criminibus, quæst. 101. num. 45.* Est Text. *in cap. vt Inquisitionis officium. vers. Vt que de hæresi, de hæretic. in 6.* vbi dicitur, *Non obstantibus appellationibus seu proclamationibus prædictorum nequitiæ filiorum, cum tam secundum ordinationem Prædecessorum nostrorum, quam secundum legem Imperialem, appellationis, & proclamationis beneficium expresse sit hæreticis, & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus, & defensoribus interdictum*, & ibi Archidiacon. *num. 1. in verbo Interdictum, num. 3. in verbo Proclamationes*, Ioan. Andr. *ante numerum 1. in eodem verbo Proclamationibus, & in verbo Interdictum*, Geminian. *num. 4. vers. Nota quoad executio sententiæ*, & Franch *num. 3. versic. Quinto nota*, & extat Constitutio Frederici Imperatoris *Incip. Commissi versic. Omne insuper*, relata per Franc. Pegn. inter literas Apostolicas *fol. 16.* nec non Constitutio Nicolai III. edita de anno 1281. *Incip. Nouerit Vniuersitas versic. Item proclamationes*, relata *vbi supra fol. 67.* Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de his quæ pertinent ad executionem officij num. 17.* summa Rosella *in verbo Hæreticus, num. 47.* Angelic. in summa, *in eodem verbo hæreticus nu. 2.* summa Syluest *in d. verbo Hæreticus, nu. 4. vers. Octaua quia appellare non possunt.* Ioan. à Rojas *in singul. 19. nu. 1. & seqq.* summa Tabien *in verbo Hæreticus nu. 11.* Vmbert. Locat. *in Iudic. Inq. in verbo Appellare, num. 1. in princip. vers. Sed pro clariori, & in verbo Hæreticus, vers. Si quis autem, & in verbo Pœna, nu. 9. vers. Octauo non possunt, & in verbo Sententia nu. 28. vers. Nec differtur etiam si appelletur, & num. 31.* vbi propterea dixit, quod pendente termino decem dierum ad appellandum, sententia contra hæreticum lata potest exequutioni demandari, Repert. Inq. *in verbo, Appellare, sub versic. Primo, & seqq.* Symanc. *Cath. Instit. tit. 6.*

rubr. de appellation. num. 1. & 2. vbi quod non solum hæretici, credentes, fautores, defensores, & receptatores, prohibentur appellare, sed etiam recursum ad superiorem habere, *& in Enchirid. Viol. Relig. tit. 65. eadem rub. de appellation. num.* 1. Campeg. *in addit. ad Zanch. in tract. de hæret. cap.* 8. *litera A, sub vers. Deberet etiam insuper potestas, ad medium.* idem Zanch. *in eod. tractat. de hæret. cap.* 20. *num.* 1. Squill. *in tract. de fid. Cath. cap.* 45. *num.* 1. Carer. *in tract. de hæret. nu.* 129. Pegn. *in addit. ad Eym. in Direct. inq. p.* 3. *rubr. de appellation. Comment.* 31. *vers. Ac primum quidem, & vers. seq. fol. mihi* 490. *col.* 1. idem Eymer. *in eod. Direct. inq. dicta p.* 3. *qu.* 117. Idem Ioan. à Rojas *singul.* 179. *num.* 2. vbi propterea, quod sententia contra hæreticum lata, potest exequutioni demandari, etiam pendente termino decem dierum à iure communi ad appellandum dato; Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 26. *& cap.* 58. *nu.* 1. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquis. lib.* 3. *quæst.* 4. *rubr. de expeditione processus in causis fidei.*

228 Ad † quam materiam vltra infrascripta vide Ioan. de Anania *in cap. ad abolendam nu.* 25. *ad finem, vers. ex prædictis, extra, de hæreticis,* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo, Appellare, num.* 1. *& sequentibus,* Symanch. *Catholicar. instit. tit.* 6. *rub. de appell.* Campeg. *in additionibus ad Zanch. in tract. de hæreticis cap.* 29. *litera B. in verbo, à grauamine appellare,* Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.* 3. *q.* 4. *rubr. de expeditione processus in causis fidei nu.* 60. *& sequentibus pluribus,* vbi late de materia.

229 AMPLIA I. † Vt multo minus in hoc crimine hæresis admittenda sit appellatio friuola, & frustratoria, etiam in casu, in quo alias esset admittenda, ex allegatis per Symanch. *in Enchirid. Violat. Religion. tit.* 65. *rubr. de appellationibus num.* 4. *&* 5. Eymeric. *in Director. Inquisit. par.* 3. *rubr. de appellation. nu.* 123. *vers. Quando vero delatus, & vers. seq. fol. mihi* 488 *col.* 1. & *ibi* Francisc. Pegna *in additionibus Commentar.* 31. *num.* 122. *litera C. vers. Primo & sequentibus fol. mihi* 491. *col.* 1. vbi idem de appellationibus frustratorijs, & per fraudem interpositis, ad effectum retardandi & impediendi processum Inquisitionis, de quibus, Inquisitorum arbitrio, Peritorum consilio adhibito, standum esse affirmat.

230 AMPLIA II. † Quia sicut hæreticus à sententia contra eum lata appellare non potest, ita nec etiam appellare possunt illius hæredes, Symanch. *Cathol. institut. tit.* 6. *n.* 7. vbi etiam, quid si hæreticus fuerit condemnatus, non ex propria confessione, seu ex concludenti probatione; sed ex præsumptionibus, vtputa si mortuus fuerit ante causam finitam, aut si se ipsum occidit, vel absens damnatus est, & *n.* 8. concludit recipiendam esse hæredum prouocationem, quoties iusta aliqua causa id postulare videbitur, & quod nisi friuola sit prorsus hæredum appellatio, tutius omnino sit illam recipere, *& in Enchiridio Violat. Relig. tit.* 65. *rub. de appellationibus n.* 6. vbi appellationem ad hæredum instantiam interpositam minime recipiendam esse affirmat, quando defunctus obijt confessus, vel conuictus, secus si appellatio fuit interposita ex aliqua probabili causa, Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 58. *nu.* 4. vbi refert, & sequitur Symancham *in loco præallegato.*

231 AMPLIA III. † Et multo magis in relapsis, quibus quod non debetur appellatio voluit Gloss. *in c. Ad abolendam, in figuratione casus, in fine, vers. Item lapsis in hæresim, extra de hæreticis,* vbi ad id ponderat illa verba in Textu posita *Sine vlla pœnitus audientia,* Carer *in tract. de hæreticis nu.* 129. *vers. Idem dic in relapso.*

232 LIMITA I. † Propositam regulam, quia, licet in crimine hæresis non detur appellatio à sententia diffinitiua, datur tamen à grauamine illato ante diffinitiuam sententiam, & sic ab interloquutoria, secundum Felyn. *in cap. Ad abolendam n.* 3. *in fine, vers. Sed aduerte, extra, de hæreticis,* Ioan. de Anania *in cap. Vergentis num.* 18. *in fine vers. Extra Glossam & nu.* 19. *extra, eodem tit. de hæreticis,* quod & idem pluribus comprobat Archidiacon. *in cap. vt Inquisitionis officium, ante num.* 1. *in verbo, Interdictum, & num.* 2. *&* 3. *eodem tit. de hæreticis in* 6. & ibi etiam Ioan. Andr. *n.* 1. Gemin. *nu.* 8. *vers. Quæro an sit prohibitum indistincte appellare, & nu.* 9. & Franch. *nu.* 4. & est Gloss. *in Clementin.* 1. *in verbo, Ipso iure, vers. Sed si interloquutoria, eodem tit. de hæreticis,* & ibi etiam Imol. *num.* 13. *vers. Per hoc dicit Glossa,* & Cardinal. Zabarel. *in §. Duro n.* 11. *in fine in* 22. *qu.* Gundisal. *in tract. de hæreticis quæst.* 18. *num.* 1. *& seqq.* Carer. *in eodem tract. de hæreticis, nu.* 129. *in fine,* Paris. *cons.* 2. *nu.* 173. *& seqq. lib.* 4. Ioan. à Rojas *singular.* 19. *nu.* 4. vbi quod ita omnes concludunt, Symanch. *Catholicar. instit. tit.* 6. *rubr. de appellationibus nu.* 3. vbi testatur de communi, & practicata sententia, & *in Enchiridion Violat. Relig. tit.* 65. *eadem rubr. de appellationibus nu.* 2. Vmbert. Locat. *in Iudic. Inquisitor. in verbo, Appellare, num.* 1. *in principio, iuncto vers. Sed si pendente iudicio, & in verbo, Sententia, num.* 31. *vers. Secus autem est in interloquutoria.* Repert. Inquis. *in verbo, Appellare, versiculo, Sed an, & quando possit appellari, & vers. seq.* Zanch. *in tract. de hæreticis cap.* 29. *num.* 2. & ibi Campeg *in additionibus litera B.* Squillacen. *in tract. de fide Catholica, cap.* 45. *vers. Secus in sententia interloquutoria,* Eymeric. *in Director. Inquisit. par.* 3. *rubr. de appellat. nu.* 121. vbi ponit exempla decretorum interloquutoriorum, à quibus datur appellatio, *fol. mihi* 487. *colu.* 1. & ibi Francisc. Pegna *in additionibus, Comment.* 31. *eodem nu.* 121. *vers. Sed hæc dubitatio, & duobus sequentibus,* vbi etiam, quod in appellatione ab interloquutoria, non solum exprimendum est grauamen, sed etiam causa per quam grauamen impugnatur, non in genere, sed specifice; Idem Eymer. *in eodem Direct. Inquis. dicta par.* 3. *quæst.* 117. *vers. final. Incipien. Hic est diligentius attendendum;* Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 58. *nu.* 2. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis libro* 3. *quæst.* 4. *rubric. De expeditione processus in causis fidei num.* 60. *& seqq.* vbi etiam plura de forma huius appellationis ab interloquutorio grauamine, & de requisitis ad eam.

LIMITA II. † Quia in crimine hæresis licet iudex, à quo, deferre non debet appellationi, non tamen per hoc iudex superior aditus, ei constito de iniustitia sententiæ, prohibetur inhibere; secundum Felin. *in cap. ad abolendam, num.* 3. *in fine, vers. Sed Aduerte, extra, de hæreticis,* cum alijs per Ioan. à Royas *singul.* 19. *nu.* 5. *& sequentibus,* vbi, quod non per hoc iudex superior per viam querelæ aditus prohibetur suum officium impartiri, & de prætenso sententiæ grauamine cognoscere, & ibi refert, quid in Hispania à Generali inquisitore seruetur; Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 58. *num.* 5. 233

Contrarium, † quod hæretico non solum prohibitum sit appellare, sed etiam prouocare, aut proclamare, aut alio modo superiorem adire, vt prætensam iniustam sententiam reuocet, aut reformet, reprobato Felin contrarium tenente, voluisse videtur Symanch. *Catholicar. Institut. tit.* 6. *rubric. de appellationibus, num.* 2. & in hac sententia videtur etiam tendere Caret. *in tractat. de Hæreticis, nu.* 130. 234

LIMITA III. † Quia datur etiam appellatio in crimine hæresis à decreto torturæ, secundum Gloss. *in Clementin. prima* in verbo *Ipso iure, de hæreticis;* vbi eam reddit rationem, quia scilicet huiusmodi grauamen tolli non potest per appellationem à diffinitiua, & ibi etiam Ioan. de Imola, *num.* 13. *vers. Per hoc dicit Glossa,* & Zabarell *in §. Duro, nu.* 11. *in fine, in* 22. *quæst.* Symanch. *in Enchiridion violat. Religion. tit.* 52. *rubr. de tormentis, num.* 11. *& tit.* 65. *rubr. de appellationibus, num.* 2. & est de mente Eymer *in Director. Inquisit. par.* 3. *rubr. de appellatione, num.* 121. *fol. mihi* 487. *cap.* 1. & ibi Pegn. *in add. comment* 31. *litera A. fol. mihi* 490. *col.* 2. *in fine.* 235

Verum, † quod non obstante appellatione possit Iudex ad torturam deuenire, quando appellatio ab illius 236

decre-

decreto est calumniosa, & sic quando videt ex processu legitima extare indicia ad torquendum, scripsit Pegna *in additionibus ad Eymer. in Director. Inquisit. par. 3. rubr. de appellatione commentar. 31. litera A. fol. mihi 490. col. 2. in fine*, vbi in hoc refert verba instructionis Madrilianæ apud Hispanos emanatæ de anno 1561. *cap. 50.* Quam vbique seruari debere tanquam tutissimam, & æquissimam, affirmat.

236 LIMITA IV. †, Quia quamuis à sententia inquisitoris, seu Episcopi in crimine hæresis non detur regulariter appellatio, non tamen per hoc prohibetur reus inquisitus ante sententiam ipsum suspectum allegare, vt per Eymer. *in Direct. Inquis. par. 3. rubr. de recusatione inquisitoris, nu. 120.* & ibi Pegna *in addit. comment. 30. vers. Cæterum, fol. mihi 486. col. 1.* vbi testatur, quod hæc affirmatiua sententia verior est, & tenenda, quam etiam sequuti sunt Tabien. *in summa, in verbo Inquisitio, §. 4. n. 5.* Syman. *Cathol. Instit. tit. 17. rubr. de defens. reorum, nu. 51. & in Enchiridio Viol. Relig. tit. 47. rub. de defensionibus, nu. 26.* Bernard. Comens. *in lucerna Inquisitor. in verbo Recusatio, §. 1.* licet dicat, in causa hæresis inquisitoris recusationem raro, & fere nunquam contingere, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisit. in verbo Inquisitus, nu. 2.* Iacob. Laurent. *in tract. de iudice suspecto, cap. 2. nu. 9.* vbi refert, & sequitur Francisc. Pegnam *in loco prœallegato.*

237 Quamuis † contrarium sensisse videantur Archidiacon. *in c. Quia plerique, de offic. ordinar. in 6.* Rip. *in tract. de Peste par. 3. nu. 140.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 37. n. 40.* & apertius Ioan. à Rojas *singul. 100. incipien. inquisitores, & in tract. de hæreticis par. 2. de priuileg. Inquisit. numer. 435.* Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. crim. & Hæretical. cap. 67. num. 7.* vbi quod isto casu æquiparatur Ordinario, & ideo vti suspectus recusari non potest. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib. 3. qu. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei, nu. 54. & seq.*

238 SVBLIMITA † hanc IV. limitationem, & cum hac sublimitatione concordantur contraria, vt inquisitor, & Episcopus, possit in crimine hæresis suspectus allegari, cum causa, eaque in recusatione allegari debet, & cum causa quidem graui, non autem leui, sic enim colligitur ex traditis per Eymeric. *in Director. Inquisitor. par. 3. rubric. de recusation. Inquisitor. num. 120. vers. Quando enim, & versic. Quando vero fol. mihi 485. colum. 1.* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus, Commentar. 30. vers. Iam non quæuis inimicitia, fol mihi 486. colum. 1.* vbi propterea dixit, non quamlibet inimicitiam, sed capitalem tantum, aut saltem grauem, sufficere ad repellendum inquisitorem, vti suspectum, Symanch. *Cathol. Instit. tit 17. rubric. de defension. reorum, num. 51.* vbi pariter affirmat, inquisitorem non ob leuiores, sed ob grauiores causas, vtputa inimicitiæ, & conspirationis, allegari posse suspectum; Iacob. Laurent. *in tract. de iudice suspecto, cap. 2. nu. 9.* vbi refert & sequitur Francisc. Pegnam *in loco prœallegato.* Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib. 3. quæst. 4. rubr. De expeditione processus in causis fidei, nu. 56.* vbi propterea dixit, inquisitores posse suspectos allegari, & recusari, vel quia inimici, vel quia in causa grauarunt. Et hoc non nisi consulto generali inquisitore.

239 Iudex † autem recusatus suspectus, quid tunc, quando recusatur, facere debeat; An scilicet, non obstante recusatione, ad vlteriora procedere, An vero recusationem admittere, An arbitros eligere, vel causam ad superiorem remittere, & generaliter de tota materia recusationis iudicis in crimine hæresis, vide late disserentem Eymeric. *in Director. Inquisitor. par. 3. rubric. de recusation. inquisitor. per totum, nu. 120.* & ibi latius Francisc. Pegna *in additionibus comment. 30. per totum fol. mihi 486.* vbi inter alia scripsit, quod licet Eymericus, *vbi supra*, dixerit, in cognitione causarum suspicionis esse eligendos arbitros, vnum scilicet ex parte iudicis recusati, & alium ex parte rei inquisiti recusantis, quod & idem etiam voluit Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo Inquisitus, num. 2.* decentius tamen & honestius est; ne iudicium eludatur, negociumque Catholicæ fidei differatur, & vt omnis occasio sine causa recusandi inquisitorem auferatur, vt nulli eligantur arbitri, sed causa recusationis ad supremum inquisitionis senatum remittatur, & ibi summatim re cognita accusatio admittatur, vel reijciatur, & quod ita in Hispania seruatur ex quadam Madriliana instructione ibi per eum relata.

SVBLIMITA † omnes præcedentes limitationes, 240
in quibus dixi appellationem esse admittendam, & præsertim à grauamine interloquutorio, vt non appelletur ad Prouincialem, seu Generalem ipsius inquisitoris superiorem, sed ad Papam; Si vero Episcopus est ille, qui grauat, si grauatus est de exemptis, à tali grauamine appellatur ad Papam; si vero grauatus non est de exemptis, appellatur ad Metropolitanum, vel etiam ad Papam misso medio; Hæc tradit Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo Appellare, numer. 1. versic. Sed eo casu ad Papam tantum*; Repertor. Inquisitor. *in eodem verbo Appellare, versic. Sed nunc restat videre*; Simanch. *Catholicar. Institution. tit. 6. rubr. de appellationibus, nu. 3. vers. Ab inquisitoribus*, vbi quod ab inquisitoribus appellatur ad Papam, & ibi ponit quod in Hispania seruatur, *& in Enchiridion violat. Religion. tit. 65. eadem rubr. de appellationibus, nu. 3.* Zanchin. *in tract. de hæreticis cap. 29. nu. 3. & 4.* vbi refert eandem distinctionem de inquisitore, & Episcopo, & an Episcopus procedat contra exemptos, vel non exemptos, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 58. nu. 8.* vbi sequitur eandem distinctionem, Eymeric. *in Direct. Inq. par. 3. rub. de appellatione, num. 126. De forma concedendi appellanti Apostolos affirmatiuos, vers. Quare apparet fol. mihi 489. col. 1. in fin.* vbi præsupponit appellandum esse ad sedem Apostolicam, & ibi Pegn. *in addit. comm. 31. litera G fol. mihi 492. col. 1. in fin. & col. 2. vers. Primo, & seqq.* reiecta distinctione prædicta concludit, quod siue appelletur à sententia interloquutoria inquisitoris, siue etiam à sententia Episcopi lata etiam contra non exemptos, verius est appellandum esse ad Papam, deinde ponit, quid seruetur in Hispania, & quid statuendum esset in Prouincijs longe distantibus à Romana Curia.

Quomodo † autem Iudex in crimine hæresis, inter- 241
posita appellatione, se regulare debeat in responsione Apostolorum, ac in præfixione termini ad redeundum pro Apostolis, & quando appellatione pendente possit ad vlteriora procedere, an vero silere debeat, & de tota hac materia, & practica, vide Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo Appellare, nu. 2. & sequentibus omnibus*, Campeg *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis cap. 29. litera B. in verbo à Grauamine appellare*, Eymeric. *in Directorio Inquisitorum par. 3. rubr. de appellatione. nu. 121. & sequentibus*, & ibi etiam Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 31. fol. mihi 490. & sequentibus*, apud quos latissime hanc materiam pertractatam habebis.

ARGVMENTVM.

De iudicibus in crimine hæresis, & primo de Papa & Episcopo.

SVMMARIA.

Papa non solum est Iudex in crimine hæresis, sed etiam super omnes alios iudices, omnisque aliorum Iudicum iurisdictio à potestate Papæ originem habet, nu. 1.

Hæresis an sit, vel non sit, solus Papa cognoscere, & iudicare potest, num. 2. Cautius tamen est, quando aliquis fidei articulus dubius est, Concilium generale congregare, & ab eo resolutionem exquirere, nu. 3.

Legatus de latere Papæ etiam supra Inquisitores Iurisdictionem habere videtur. nu. 4.

Episcopus in crimine hæresis est Iudex competens, imo ad Episcopum præcipue spectat hæresis crimen purgare, nu. 5.

Episcopi in crimine hæresis sunt Iudices ordinarij, nu. 6.

Episcopus in crimine hæresis est Iudex competens quoad exemptos; non tamen quoad eos reputatur iudex ordinarius, sed delegatus num. 7. contra quod imo etiam quoad exemptos dicatur ordinarius, nu 8.

Appellatur ab Episcopo ad Papam, non autem ad Archiepiscopum, num. 9.

Papa potest delegare Episcopo causas Hæreticorum, vnum vel plures, & cui alteri voluerit, num. 10. & 11.

Episcopi possunt ex sua ordinaria potestate pœnitentes redeuntes ad fidem recipere, & Ecclesiæ reconciliare, illisque pœnitentiam iniungere, num. 12.

Vicarius generalis Episcopi, vel Capituli, sede vacante, non potest cognoscere causas hæreticorum. Declara vt num. 13.

Episcopus, an, & quando hæreticorum causas, seu alias cognoscere possit sine consilio Capituli, nu. 14. & 15.

Episcopi in procedendo in crimine hæresis debent seruare modum quem seruant Inquisitores.

QVÆST. CLXXXVI. §. 1.

1 QVod † Papa non solum sit Iudex in crimine hæresis, sed etiam super omnes alios Iudices, omnisque aliorum Iudicum Iurisdictio à potestate Papæ originem habeat, dubitandum non est, eo enim ipso, quod summus Pontifex est electus, iure diuino in hæreticos Iurisdictionem, & potestatem accipit, vt per Conrad. Brun. Symanch. & Arnald. Albertin. in locis relatis, per Franciscum Pegnam *in additionibus ad* Eymer. *in Direct. Inquisitorum par. 3. qu. 1. Comment. 50. vers. Primo fol. mihi* 575. *col. 1. in fine,* Læl. Zæcch *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi cap. 11. nu. 13. in principio.*

2 Et † in tantum præmissa conclusio procedit, quoniam quando hæresis est iam damnata, & indubitata, tunc si quis in eam inciderit Episcopus est Iudex, secus si de hæresi dubitaretur, an quis bene, vel male dixerit, & sic solus Papa erit Iudex, text. est *in cap. Quoties 24. q. 1.* & ibi Glossa *in verbo, fidei, vers. Sed aliud est, & in cap. multis §. si vero, distinct. 17.* Per quæ iura sic firmauit Innocent. *in cap. Ad abolendam nu. 2. in verbo, Hæreticus, extra de hæreticis,* & *ibidem* hoc adnotarunt Hostiens. *num. 2.* Ioan. Andr. *nu. 3. vers. Dubia tamen fidei,* Anton. de Butrio *num. 13. vers. Venio ad extrinseca,* Abb. *nu. 3. vers. Sin autem dubium esset.* Marian. Socc *nu. 2.* Felin. *etiam num. 2. vers. in dubiis tamen fidei,* Cardin. Zabarell. *numer. 2. versic. Non tamen possunt Episcopi dubia fidei decidere,* & Ioann. de Anania, *numer. 5. vers. Dubia tamen fidei;* D. Thom. 2. 2. *qu. 11. artic. 2. vers. Ad tertium,* vbi faciunt conclusionem, quod autoritas determinandi pertinentia ad fidem residet in summo Pontifice; per tex *in d. cap. Quoties 24. qu. 1.* refertq; verba Hieronymi ad Damasum Papam dicentis: *Hæc est fides, Papa Beatißime, quam in Catholica Ecclesia in quasi minus perite, aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus à te, qui Petri fidem, & sedem tenes. Si autem hæc nostra confeßio Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunq; me culpare voluerit, se imperitum, vel maleuolum, vel etiam nō Catholicum, non me hæreticum comprobabit.* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, qu. 7. num. 1.* vbi alia iura & Sacræ paginæ documenta, nec non Theologorum auctoritates affert; & *nu. 2.* facit generalem conclusionem, quod omnia, quæ sunt fidei Christianæ, spectant ad determinationem Papæ, Arnald. Albertin. *in rubr. de hæreticis in sexto, qu. 13. num. 9. in fine, vers. Item determinatio dubiorum;* Hostiens. *in summa de hæreticis, §. Qualiter deuitetur, nu. 7. in fine, vers. Et si quod dubium mouetur,* summa Armill. *in verbo, Fides, nu. 4.* Tabien. *in summa, in verbo, Credere, nu. 4. post medium, vers. Et plus omnibus summus Pontifex:* summa Antonin. *tit. 12. cap. 5. §. 1. vers. Item determinatio dubiorum circa finem, par 2. & ibidem vers. Et ideo respondetur, & iterum infra vers. Si ergo cum occurrunt dubia circa scripturam,* vbi bene comprobat hanc conclusionem: Fr. Rayner. *in summa, in verbo Hæresis, cap. 1. vers. Si quis vero tali ordinationi, & seq.* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit. in verbo, Ecclesia, nu. 3. & in verbo, Hæresis nu. 4. vers. Insuper nota, & in verbo, Interpretari, num. 1. & in verbo, Lex, num. 7.* Repertor. Inquisit. *in verbo, Concilium, versic. Quando aliqua, & in verbo, Diuersitas opinionum, vers. Nota quod quando, & in verbo, Dubium, vers. Si Aliqua dubietas, & vers. Item aliquando, & in verbo, Ecclesia, vers. Ad Ecclesiam Romanam pertinet,* & *ibi* Quintilian. Mandos. *in additionibus litera E. & in verbo, Papa, vers. Ad Papam spectat cognoscere, & determinare quæstiones fidei,* & *ibi* etiam Mandos. *in additionibus litera* B. Symanch *Cathol. instit. tit 45. rubr. de Papa, num. 23. & nu. 32.* vbi tamen, quod etiam inferiores Prelati in Conciliis Prouincialibus quæstiones dubias in fide Catholica diffinire poterunt, quando erit periculum in mora, ne pestilens doctrina, pro sano dogmate diuulgetur, quem omnino videas, Squillac. *in tractatu de fide Catholica, in præfat. nu. 3.* Carer. *in tract. de Hæreticis nu. 66. in fine, vers. Intellige tamen;* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 21. num. 3. vers. quando Hæresis est clara;* & *vers. Item solus Papa;* Ioan. à Rojas *singul.* 147. Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisit. par. 2. quæst. 2. comment. 27. vers. sit tertia regula fol. mihi 249. col. 1. in fine;* vbi amplius quod, quicquid a Sede Apostolica, Summove Pontifice in his, quæ ad fidem spectant, diffinitum est, censendum est esse Catholicam veritatem, quod contrarium asserere impium, & hæreticum est. Idem Pegna *in additionibus ad eundem Eymeric. vbi supra in Direct. Inquisitor. dicta par. 2. quæst. 17. comment 42. vers. Cæterum in definitione fidei, fol. mihi 320. col. 2.* idem Pegna ad eundem Eymeric. *vbi supra eadem part. 2. commentar. 8. ad cap. Ad abolendam, extra de hæreticis, litera A. vers. 1. fol. mihi* 101. *colum. 2.* Quibus adde etiam bene comprobantem Ioan. Azzor. Iesuitam *in summa par. 2. lib. 5. cap. 4. vers. Primo quæritur, & vers. Tertio quæritur & sequentibus,* vbi amplius latissime comprobat, Pontificem in definiendis rebus fidei errare non posse, proponit vndecim contraria, & illis respondet; & extat decretum Concilij Tridentini *sess.* 4. relatum per eundem Azzor. *par. 1. li. 8. cap. 2. vers. Primo quæritur,* quo expresse cauetur, ad Sanctam Matrem Ecclesiam spectare iudicium de vero sensu, & interpretatione censurarum. Et vide demum Illustriss. Card. Bellarmin. de controuersijs Christianæ fidei aduersus hæreticos *lib. 4. rubr. De potestate spirituali summi Pontificis, cap. 1.* vbi & ipse magistraliter docet, in controuersijs fidei & morum diiudicandis Papam esse summum iudicem, & *c. 2. & seqq.* late etiam comprobat in ijs, quæ ad fidem pertinent, nullo casu errare posse.

Potest etiam, quando viget controuersia de aliqua veritate, an ad fidem pertineat nec ne, resolutio exquiri à Concilio Generali.

Cautius † tamen est, quando aliquis fidei articulus dubius est, concilium generale congregare, & ab eo resolutionem exquirere, sicut Apostoli fecerunt, Actu. *cap. 15.* quando insurrexit hæresis illorum, qui dicebant, legem Moysis simul cum Euangelio obseruandam, conuenerunt enim Hierosolymis videre de verbo hoc; sic enim in arduis, & quæ fidem concernunt, solitum est à Pontificibus generale Concilium conuocari, *vt in cap. de eo 50. distinct. & in cap. Bene quidem 96. distinctione, & in cap. ad sedem 35. quæst. 5. & in cap. Quod quis 35. quæst. 9.* Et in specie voluit Gundisalu. *in tract. de hæreticis qu. 7. nu. 3.* Repertor. Inquisit. *in verbo, Concilium, vers.* quando aliquæ quæstiones fidei occurrunt, debere Papam Concilium generale conuocare, vt in eo quæstiones prædictæ terminentur. (Melius, credo, dixisset, si loco verbi, *Deberet,* posuisset verbum, *Posset;* cum ex præallegatis 3

Com-

communiter receptum sit, fidei dubietates posse à Papa resolui (Et hoc est quod voluit Symanch. *Cathol. Instit. tit. 54. rubr. de Propositionum qualitate nu. 20.* vbi alternatiue loquens dixit, quæstiones in fide ambiguas à Summo Pontifice, vel generali Concilio diffiniendas esse, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 21. nu. 3. in fine, vers. Cuius tamen fecerit Summus Pontifex,* Petr. Gregor. *Syntagma. iuris lib. 33. cap. 7. rubr. de hæreticorum iudiciis nu. 3. vers. Quod materiam dat,* vbi pariter alternatiue loquendo dixit, ad Sedem Apostolicam, vel ad Concilium spectare diffinitionem eorum, quæ nondum decisa sunt. Qua in re vide omnino Ioan. Azzor. Iesuitam *in summa par. 2. li. 5. c. 5. vers. Tertio quæritur,* vbi proposita quæstione, Vtrum Papa in diffiniendis rebus fidei debitam diligentiam adhibere debeat, aliorum doctorum hominū seu Cardinalium consilium exquirendo, an vero per se ipsum reuoluere possit, relata hinc inde Doctorum contraria sententia, cum earum rationibus, cōcludit, quod quicquid sit de iure, & siue vnam, siue alteram sententiam sequi velimus, certum est, Spiritum Sanctum non permissurum vnquam, vt Papa quidquam de fide & maioribus definiat sine Concilio, & diligentia debita.

4 Legatus † autem Papæ de latere, cum summi Pontificis vices in omnibus plenissime gerat, ideo etiam supra Inquisitores iurisdictionem habere videtur, ex constitutione, seu literis Vrbani IV. cuius tenorem recenset Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisit. in verbo, Legatus, nu. 2.* Gandisal. *in tract. de hæreticis qu. 7. nu. 8.* vbi dixit, quod in crimine hæresis, in his, quæ iam per Ecclesiam diffinita sunt, legatus Sedis Apostolicæ est competens iudex, per Tex. quem allegat *in cap. vt commissi, de hæreticis in 6.* Hodie tamen legati quamuis de latere non solent se intromittere in officio S. Inquisitionis siue spirituali ordine summi Pontificis, vel supremi Tribunalis vniuersalis Inquisitionis.

5 In † Episcopo autem Regula sit, quod in crimine hæresis Episcopus est competens iudex, imo ad Episcopum præcipue spectat hæresis crimen purgare, illique hoc purgandi ius ex particulari priuilegio competit, vt bene per Ioan. Monach. *in cap. per hoc, num. 3. vers. Et quod factum hæresis purgandum, & numer. 4. de hæreticis in 6.* & ibi etiam Ioan. Andr. *nu. 3.* Gemin. *etiam num. 3. col. 2. in fine, vers. Et quod factum hæresis purgandæ:* facit text *in Clement. 1. §. propter, eodem tit. de hæreticis: in illis verbis, Tam per Diœcesanos Episcopos,* & ibi etiam Ioan. de Imola *numer. 1.* Cardinal Zabarell. *etiam numer. 1. in 3. notab.* Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, quæst. 7. num. 8. versic. Item Episcopus,* Carer. *in eodem tractat. de hæreticis, num. 66. in fine, versic. Intelligetamen, & num. 67. etiam in fine, versic. Et operabitur talis operatio,* Boss. *in titul. de hæreticis, num. 11.* Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium, par. 1. lib. 8. cap. 18. rubr. de Sacris Apostolicis inquisitoribus, quæstio. 2.* vbi bene hanc regulam comprobat, Læl. Zecchius *in summa, par. 1. tit. de fide rubric. de hæresi, cap. 11. numero 13. in princip.* vbi quod Episcopus de iure diuino est hæreticorum competens iudex.

6 Amplia I. † Propositam regulam, vt Episcopi in crimine hæresis sint iudices ordinarij, secundum Hostiens. *in cap. Abolendam, num. 2. extra de hæreticis, & ibi* etiam Ioan. Andr. *numer. 3. versic. Ergo Episcopi,* Ancharan. *numer. 2.* Anton. de Butrio, *num. 13. versic. Et ideo dicunt Doctores,* Felin. *num. 2. versic. Nota Episcopos ordinarios Iudices in causa hæresis,* & Ioan. de Anania *num. 5. versic. Nota, quod Episcopi sunt ordinarij,* Felin. *in cap. excommunicamus, il primo, num. 4 colu. 4. post principium, vers. Nota ex fine, extra, de hæreticis,* Geminian *in cap. per hoc, in fine principij, de hæreticis in 6.* Cardin. Zabar. *in Clement. I. §. propter, n. 1. in 3. notab. eodem tit. de hæreticis,* Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisit. in verbo, Inquisitor, numer. 6. in fine.* Symanch. *in Enchiridion Violat. Religion. tit. de Episcopis, nu. 2. & 3.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 8. num. 3.* Carer. *in tract. de hæreticis, num. 65. in principio.* Clar. *in pract. §. hæresis, num. 5.* Decian *in tract. crim. lib. 5. cap. 21. nu. 4 in principio,* Petr. Gregor. *Syntagma. Iuris, lib. 33. cap. 7. num. 4. vers. Ad Episcopos Iure ordinario cognitio pertinet,* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. 3. quæst. 1. commentar. 50. vers. Primo, fol. mihi 575. col. prima, in fine.*

Amplia II. † Vt Episcopus in crimine hæresis sit etiam competens iudex, quoad exemptos, non tamen reputatur Iudex ordinarius, sed delegatus, text. *in ca. ad abolendam, in fine, §. si qui vero, extra, de hæreticis,* vbi ad literam dicitur: *Si qui vero fuerint, qui à lege Diœcesanæ iurisdictionis exempti soli subiaceant Sedis Apostolicæ potestati, nihilominus in iis quæ sunt contra Hæreticos instituta Episcoporum subeant Iudicium, & eis in hac parte tanquam à Sede Apostolica delegatis, non obstantibus libertatis suæ priuilegiis, obsequantur:* & ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, versic. Quinto dicit, & in verbo, Delegatis,* Abb. Antiq. *post num. 4.* Hostiens. *nu. 11. in fine, in verbo, Delegatis,* Ioan. Andreas *in summario, & num. 14. in fine, versic. Secunda opinio,* vbi relatis contrariis, in hac residet sententia, Henrich. Boich. *numer. 24.* vbi testatur de veriori opinione; Anton. de Butrio, *num. 12. versic. Nota quod in his, quæ sunt contra hæreticos, & versic. Tertio nota, & num. 27.* Abb. *num. 1. in fine, & num. 3 in 2. notab. & nu. 8. versic. Nota sexto, & nu. 15.* Marian. Soccin *numer. 2.* Felin. *in fine principij, & numer. 3. versic. Nota quod procederent isti Episcopi,* vbi quod opinionem Ioan. Andreæ hic post eum sequuntur omnes Doctores, Cardin. Zabarell. *in §. si qui in principio, & numer. 1. & 2.* & Ioann. de Anania *in 1. summario, versic. Et statuit exemptos, & in 2. Summario, versic. Et exempti, & num. 12. in fine versic. Nota quod priuilegium,* Addo Gloss. *in cap. per hoc, in figuratione casus, in fine, versic. Nota, vt dicitur, de hæreticis in 6.* & ibi etiam Archidiac. *in principio, in verbo, Delegata,* Gemin. *in §. siue, num. 2.* & Franch. *num. 2. in vltimo notab.* Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo, Inquisitor, num. 6 in fine, & num. 11. etiam in fine, versic. Aduerte tamen:* Repert. Inquisit. *in verbo, Delegatus, vers. Nota quod Episcopus, & in verbo, Episcopus, versic. Secundo,* Simanch. *Catholicorum Institutionum, tit. 25. rubr. de Episcopis, numer. 6. versic. Item Episcopus,* Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap. 8. num. 3.* Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, quæst. 7. num. 14.* Carer. *in eodem tract. de hæreticis, num. 65.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 21. num. 4.* 7

Contrarium, † quod isto casu etiam Episcopus dicatur procedere non vt delegatus, sed vt ordinarius, defendit Hostiens. *in d. cap. abolendam, nu. 13. extra de hæreticis;* cum enim Episcopo sit generaliter, & vniuersaliter concessa delegatio; hoc ideo censenda est ordinaria iurisdictio, & non delegata, argumento text. *in l. cum prætor. ff. de Iudic.* Et licet Papa *in dicto cap. ad abolendam* dixerit, quod isto casu Episcopus tanquam à Sede Apostolica delegatus procedit, sic dixerit ad placandum exemptos, quasi dicat, non conqueratis de hoc exempti, quia Episcopus non iure suo, sed nostro, contra vos procedit; inquit autem Hostiensis, hanc satisfactionem esse puerilem, quia quantum ad effectum, Episcopus iure suo procedit, vt ibi per eum; nec ab isti Hostiens. opinione dissentire videtur, Marian. Socc. *in eodem cap. ad abolendam, num. 14. & 15. & num 32. & sequentibus,* vbi post disputatam quæstionem hinc inde concludit, *numer. 46.* vtramque opinionem esse sustentabilem, & sic nihil firmat, & ibi Ioan. de Anania *num. 24. vers. In eadem Glossa;* post plura hinc inde adducta dixit, isto casu Episcopos non posse dici proprie delegatos, nec etiam proprie ordinarios, sed contineri sub quadam tertia specie, de qua ibi per eum, Vmbert. Loc. *in Iudic. Inquis. in verbo Inquisitor, n. 8. vers. Respondetur,* vbi quod isto casu Episcopus non dicitur delegatus, sed tanquam delegatus. 8

Hinc † deciditur alia quæstio, quod retenta prima opi- 9

opinione, ab Episcopo isto casu appellatur ad Papam, & non ad Archiepiscopum: sic enim cōcludunt omnes præallegati Doctores, & propterea verius dic, appellari debere ad Papam, cum, vt vides, prima opinio sit magis communiter recepta, vide quæ dixi in antecedenti quæstione, *nu.* 240.

10 Amplia III. † Vt licet Episcopus sit Iudex competens, & ordinarius in crimine hæresis, potest tamen etiam à Papa delegari in vna, seu pluribus causis specialibus, & tunc dicitur habere delegatam autoritatem, nisi forsan Papa eum moneret, & excitaret ad suum officium exercendum, quia tunc non delegatus, sed ordinarius reputatur, vt per Gloss. *in cap. per hoc, in verbo, Delegata, de hæreticis in 6.* Carer. *in tractat. de hæreticis, num.* 67. *vers. Delegati vero ab homine.*

11 Quod † enim Papa possit causas hæreticorum delegare, & generaliter, & particulariter vni, & pluribus, & quomodo ipsi visum fuerit, nulla est difficultas, Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.* 7. *num.* 12. *in fine, vers. Idem si sit delegatus à Papa.*

12 Amplia IV. † Vt propterea Episcopi possint ex sua ordinaria potestate pœnitentes redeuntes ad fidem recipere, Ecclesiæ reconciliare, illisque pœnitentiam iniungere, vt dixi *infra quæst.* 192. *nu.* 52. hic repetere non est necesse.

13 Limita I. † Propositam regulam, vt licet Episcopus sit Iudex competens in crimine hæresis, non tamen eius Vicarius etiam generalis, vel etiam capituli Sede vacante competens Iudex est, secundum Ioan. de Imola, *in Clementin. prima, nu.* 19. *vers. Nunquid autem Vicarius Generalis,* & ibi etiam Cardin. Zabarell. *in* §. *Duro, numer.* 9. *in* 12. *quæstione,* quam bene declarantem videas, Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo, Episcopus, numer.* 6. vbi declarat, hoc non procedere, quando Episcopus deputauit Vicarium Generalem, & in deputatione expressit aliquid de his, quæ requirunt speciale mandatum, adiecta generali clausula, videlicet, *& omnia alia, quæ nos possumus, etiam si mandatum speciale exigerent:* Tunc enim iste Vicarius generalis potest etiam procedere in crimine hæresis, Repertorium Inquisitorum, *in verbo, Cognoscere, versic. Sed an Vicarius,* vbi dixit, quod Vicarius Generalis Episcopi non potest cognoscere crimen hæresis, nisi habeat speciale mandatum, Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.* 7. *num.* 14. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 21. *nu.* 7.

14 Limita II. † Vt licet Episcopus in crimine hæresis sit Iudex competens, hoc tamen intelligendum est cum consilio Capituli, text. est *in cap. ad abolendam, in principio, ibi, vel singuli Episcopi per Diœceses suas cum consilio Clericorum, extra de hæreticis,* & ibi hoc adnotarunt Hostien. *numer.* 2. *in verbo, cum Consilio,* vbi etiam ponit, An Episcopus teneatur sequi consilium Capituli dissentientis ab Episcopo, Ioan. Andr. *num.* 4. *in verbo, Consilio,* vbi dixit, quod licet in arduis Episcopus requirat consilium capituli, illius tamen consensum non expectat, iuribus per eum allegatis, & *ibi* Ancharan. *num.* 2. *versic. In sententia tamen,* vbi idem dixit, Anton. de Butrio, *nu.* 3. *Quarto nota, & num.* 15 *versic. Quæro quando Episcopus,* Felin. *post numer.* 2. *versic Et procedit Episcopus cum consilio capituli,* vbi declarat, nisi aliud habeat consuetudo, Cardin. Zabarell. *nu.* 3. *vers. Nota, quod Episcopus,* & Ioan. de Anania, *num.* 5. *versic. Debet tamen Episcopus,* vbi etiam, quod valet consuetudo contraria Canonice præscripta; Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 21. *nu.* 9. vide ad materiam Concilium Tridentinum *session.* 25. *cap.* 6. Sed hodie ista limitatio in practica non seruatur.

15 In † aliis autem causis criminalibus Clericorum, earumque examinatione, & diffinitione, multo minus Episcopus sine consensu capituli procedere potest, nisi procedendi hanc potestatem sine capitulo legitime præscripserit, & alias procedendo sententia est nulla, § *solus, & cap. Episcopus* 15. *quæst.* 7. Gloss. *in cap.* 1. *in verbo, Solus, de hæreticis in* 6. Archidiacon. *post numer.* 1. *vers. Reliquorum vero Clericorum,* & iterum *infra in versic. Solus Episcopus,* Ioan. Andr. *ante num. primum, in verbo, Presbyter, Reliquorum Clericorum causas, & num.* 1. *vers. In Glossa vltima,* Franch. *num.* 3. *vers. in Glossa finali,* Geminian. *post num.* 5, *vers. Aut de causis Clericorum inferiorum, & nu.* 8. *vers. Glossa finalis,* & Arnald. Albertin. *num.* 21. vbi quod hodie Episcopus ex præscripta consuetudine iuxta text. *in cap.* 3. *de consuetudinibus in* 6. audit causas Clericorum sine præsentia Capituli, ita vt solus Clericos in minoribus constitutos deponere possit, *& nu.* 56. *& pluribus sequent.* vbi latius in eadem materia.

Limita III. † Vt in procedendo in crimine hæresis 16
Episcopus seruare debeat modum, quem seruant Inquisitores, tex. est *in cap. per hoc* §. *final. de hæreticis in* 6. Cuius verba sunt hæc: *Siue autem ordinaria, siue delegata Episcopi potestate procedant, illum in procedendo modum obseruent, quem Inquisitores possunt, & debent per iura Communia, vel per speciales concessiones, seu ordinationes Sedis Apostolicæ obseruare,* & ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus ad finem, vers. Nota ibi Sede Apostolica,* vbi quod iste ordo seruandus, partim est expressus in corpore iuris, & partim in commissione data Inquisitori, *& in verbo, Ordinationes,* Ioan. Monach. *nu.* 1. *in verbo, Siue,* Gemin. *in summario, vers. Et Episcopi, & in* §. *siue, n.* 1. *vers. Quæro an isti,* & Franch. *in summario,* Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de processibus Inquisitorum, nu.* 1. summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus,* §. 2. *nu.* 10. *vers. Quintum quando,* Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo, Episcopus, num.* 4. Symanch. *Catholic. Instit. tit.* 25. *rubr. de Episcopis, nu.* 4. *in fine, vers. Præterea eundem ordinem seruare tenentur Episcopi,* Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tractat. de hæreticis, cap.* 9. *litera B. vers. final. incipien. Nec etiam valet,* Squillac. *in tractat. de fide Catholica, cap.* 35. *num.* 2.

ARGVMENTVM.

De Inquisitoribus, & eorum potestate.

SVMMARIA.

Inquisitor est competens Iudex in causis hæreticorum, num. 17.

Inquisitoris authoritas, & potestas quanta sit; quid possint Inquisitores facere, & non facere, nu. 18. *&* 19.

Priuilegia plura Inquisitoribus concessa remissiue, nu. 19.

Morte Pontificis delegantis non expirat iurisdictio Inquisitoris delegati, nu. 20. *Nisi fuerit facta delegatio ad beneplacitum, nu.* 21. *Et quid si fuerit facta delegatio ad beneplacitum Papæ, vel Sedis Apostolicæ, nu.* 22. *&* 23.

Inquisitores plures si fuerint in vna Prouincia, omnes possunt procedere in crimine hæresis, nu. 24. *Et quid si vnus fuerit Inquisitor Generalis, alter vero specialis, nu.* 25.

Inquisitores possunt cognoscere non solum de crimine hæresis, sed etiam de dependentibus ab eo, nu. 26. *Declara vt nu.* 27.

Inquisitores in crimine hæresis habent iurisdictionem etiam contra exemptos, & Religiosos Regulares, nu. 28.

Inquisitores possunt suas vices aliis committere, quod an verum sit, & quando, nu. 29.

Inquisitores eliguntur à Prælatis Prouincialibus, vel Ministris eorum ordinum quibus à Sede Apostolica concessa est facultas deputandi tales Inquisitores, num. 30. *Sed hodie Inquisitores non eliguntur nisi à Cardinalibus sancti Officij Inquisitionis Generalis Vrbis, nu.* 31.

Inquisitores possunt remoueri à suis Superioribus Prælatis, à quibus fuerunt electi, num. 32. *Dummodo adsit causa iusta eos remouendi, alias secus, num.* 33. *& quæ dicantur causæ iustæ, num.* 34.

Vicarium autē, seu Commissarium Inquisitoris non possunt dicti Prælati, & Ministri generales remouere, nu. 35. *Sed hodie* Inqui-

QVÆST. CLXXXVI. §. II.

17 REGVLA † sit, quod Inquisitor est competens Iudex in causis hæreticorum, text. *est in Clementin. I. §. propter, de hæreticis, in illis verbis, Tam per Diœcesanos Episcopos, quam per Inquisitores*, & ibi etiam Ioan. de Imola, *nu. 1.* Bonifac. de Vitalinis *num. 44. in 15. notab.* & Cardin. Zabarell. *num. 2. in secundo notab. & in dicto §. propter, num. 2. in quarto notab.* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 7. nu. 8. vers. Et etiam Inquisitores*, Carer. *in eodem tract. de hæreticis, num. 84.* Ioan. Azzor. *Instit. Moral. par. 1. lib. 8. cap. 18. rubr. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst. 1.* vbi etiam bene explicat, qua de causa, & quo tempore Inquisitores institui fuerint, & quod Inquisitor possit etiam procedere contra Reges, Duces, & Principes, vide *supra, qu. 184. num. 88.*

18 De † potestate autem Inquisitoris, & eius autoritate, quæ possit, & quæ non possit, vltra infrascripta vide tex. & ibi Glossam, & communiter Doctores omnes *in c. vt commissi, de hæreticis in 6.* Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de autoritate Inquisitorum per totum*, summa Syluestr. *in verbo, Hæreticus, §. 2. nu. 8.* vbi plura de potestate Inquisitorum, *& num. 12.* Simanch. *Catholicarum Institutionum tit. 34. rubr. de Inquisitoribus Apostolicis, nu. 24. & sequentibus*, Carer. *in tract. de hæreticis, num. 75. & sequentibus*, Bernard. Comens. *in Lucerna Inquisitorum, in verbo, Inquisitor*, Tabien. *in summa, in eodem verbo, Inquisitor*, Conrad. Brun. *in tract. de hæreticis lib. 4. cap. 1.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. c. 22. & 23.* vbi latissime Franc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Direct. Inquisit. par. 3. quæst. 86. Comment. 135. vers. Rursus non modo, & sequentibus vsque ad vers. de principibus fol. mihi 688. col. 1. & sequenti*, vbi particulariter, an Inquisitor possit interpretari statuta dubia edita contra hæreticos, an etiam noua edicta aduersus eos, eorumque complices, fautores, receptatores, & defensores publicare, an publicata per Episcopum reuocare, an contra hæreticos pœnas augere, & his similia. Ioan. Azzor. Iesuita *Institut. Moralium, par. 1. lib. 8. cap. 18. rubr. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst. 17.* Læl. Zecchius *in summa par. 1. tit. de fide cap. 11. rubr. de hæresi, nu. 13. per totum*, vbi latissime.

Et † plura priuilegia à diuersis summis Pontificibus 19
Inquisitoribus concessa, & generaliter de eorum autoritate, & potestate, vide decem literas Apostolicas registratas per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymer. in Direct. Inquisit. par. 2. fol. mihi 137. & seqq.*

AMPLIA I. † Quia in crimine hæresis fauore fidei 20
specialiter inductum est, vt morte delegantis non expiret delegatio, & ideo iurisdictio Inquisitoris hæreticæ prauitatis, non expirat per mortem Pontificis, siue causæ sint iam exortę, & cœptę, siue etiam non inceptę; tex est. expressus *in c. ne aliquis, de hæreticis in 6.* cuius verba sunt hæc: *Præsenti declaramus edicto ipsum officium non solum quo ad negotia viuente mandatore incepta, imo etiam quo ad integra, & non cœpta, & quod plus est quantum ad ea quæ tunc nequaquam emerserat, in fauorem fidei post committentis obitum durare*, & ibi Gloss. & communiter Doctores omnes; summa Rosella *in verbo, Hæreticus, num. 3.* summa Syluestr. *in eodem verbo, Hæreticus, §. 2. nu. 3.* Vmbert. Loc. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo, Inquisitor, num. 5. in fine, & numero 29.* Simanch. *Catholicar. Institution. tit. 34. rubr. de Inquisitoribus Apostolicis, nu. 14. & in Enchiridion Violat. Relig. tit. 7. eadem rubr. de Inquisitoribus, num. 5.* Carer. *in tractat. de hæreticis, nu. 65. vers. Et morte delegantis*, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 22. num. 5. & num. 29.* Eymeric *in Director. Inquisitor. par. 4. quæst. 7. & 8.* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Commentar. 56 & 57.* ampliantes hanc conclusionem non solum, quando Inquisitores sunt electi immediate à Pontifice, sed etiam quando sunt electi à Cardinalibus, Episcopis, seu Magistris Ordinum, Generalibus, Prouincialibus, aut quibusuis aliis inferioribus Papa; reprobato Geminiano contrarium tenente in dicto cap. *ne aliqui, num. 4. vers. Quid si ibi Inquisitores, de hæreticis in 6.* Sigismund. Scaccia *in tract. de Iudicio causar. Ciuil. crimin. & hæretical. cap. 67. nu. 8.* Ioan. à Rojas *singul. 114. nu. 3.* idem Decian. *vbi supra in tract. crim. lib. 5. cap. 20. num. 8. & cap. 21. num. 4. vers. Et licet.* Ioan. Azzor. Iesuita *Institution. Moral. par. 1. lib. 8 cap. 18. rubr. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst. 7.* vbi pariter ampliat etiam in Inquisitoribus delegatis à Cardinalibus, reprobato Geminiano contrarium tenente *in cap. ne aliqui nu. 4. de hæreticis in 6.* Læl. Zecchius *in summa, par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi, cap. 11. num. 13. vers. Nec eorum potestas*, vbi pariter ampliat etiam, quod delegantes sint Cardinales Episcopi, vel Prælati.

LIMITA † hanc I. ampliationem non procedere in 21
delegato ad beneplacitum, cuius iurisdictio morte delegantis expirat, quod an verum sit, & quando, vide remissiue per Ioan. Andr. *in dicto cap. ne aliquis, post n. 2. vers. In Glossa prima*, vbi tenet opinionem affirmatiuam, & ibi etiam Gemin. *num. 4. vers. Et intellige præmissas*, & Franch. *nu. 2. vers. In Glossa prima, de hæreticis in sexto*, Nicol. Arelat. *notab. quarto, nu. 3.* vbi refert, & sequitur Ioan. Andream vbi supra. Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 20. nu. 8. vers. Fallit tamen, & cap. 22. nu. 19.*

SVBLIMITA † præcedentem limitationem, vt 22
procedat, quando delegatio est facta ad beneplacitum Pontificis, secus si ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, cum tunc morte Pontificis non expiret; sic enim distinguit summa Syluestrina *in verbo, Hæretica §. secundo, num. 3.*

Contrariũ, † quod in crimine hæresis, iurisdictio In- 23
quisitoris ad beneplacitum deputati non expiret morte delegantis, siue sit constitutus ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, siue ad beneplacitum Romani Pontificis, donec aut expresse, & nominatim fuerit reuocatus, aut nisi in literis Creationis, & nisi in literis delegationis contrarium expresse dictum fuerit, & hoc in singularem fidei fauorem scripsit Franc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitorum, par. tertia, quæst. 7. comment 56. vers. Sed, vt verum fatear, fol. mihi 581.*

col. secunda, vbi amplius dixit, se putare ab hac sententia non esse recedendum, nec dissentit Ioan. Azzor. Iesuita, qui de veriori opinione testatur *Institutionum Moralium, par. 1. lib. 8. cap. 18. rubric. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst. 7.*

24 AMPLIA II. † Quia, si in vna prouincia deputati fuerint à Sede Apostolica plures inquisitores hæreticæ prauitatis, possunt ex speciali fauore fidei omnes simul, vel singuli separatim, prout eis magis expedire videbitur, procedere, text. *est in cap. vt officium: in principio, de hæreticis in 6.* in illis verbis; *Mandamus, quatenus vbique in præfata Prouincia, simul, vel separatim aut singulariter, prout negotij vtilitas suadebit contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, necnon contra infamatos de hæresi, vel suspectos iuxta Sanctiones Canonicas procedatis*, & ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, vers. Vnde Consultus Romanus Pontifex, & versic. Verum nota primo, & in verbo, Vt Officio, & in verbo, Separatim*, Ioan. Monach *numer. 1. in fine, in eodem verbo, Separatim*, & Gemin. *numer 1. versic. Nota casum*: est etiam Gloss. *in cap. per hoc, in verbo Diuisim, de hæreticis in sexto*, summa Syluestr. *in verbo, Hæreticus, §. secundo, num. 10. versic. tertium in aliquibus Prouinciis*, quem bene declarantem videas, Ioan. à Rojas *singular. 27. num. 3. & 4. & num. 6.* vbi tamen subdit, quod hodie apud eum ex quadam Instructione Toletana, quando ambo Inquisitores sunt præsentes, non poterit vnus sine altero procedere ad capturam, neque ad purgationem indicendam; neq; ad publicationem testium, neque ad copiam actorum reo decernendam, & in tract. de hæreticis, *par. prima, num. 439.* vbi pluribus Inquisitoribus existentibus, iurisdictio censetur in solidum tributa, Simanch. *Catholicarum Institutionum, tit. 34. rubric. de Inquisitoribus Apostolicis, numer. 26.* Decian. *in tractat criminal. lib 5. cap. 22. num. 7.* Eymeric. *in Director. Inquisitor. par. 3. quæst. 46.* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus commentar. 95. fol. mihi 623. colu. 1.* vbi tamen subdit, quod licet plures Inquisitores in eadem prouincia existentes possint simul separatim contra vnum procedere, non tamen, si culpabilis reperiretur, posset nisi ab vno puniri, cum non sit iustum pro eodem delicto pluribus pœnis affici, ex Ang. Guid. de Suzzar. & Carer. *in locis per eum relatis*, Sigismund. Scaccia *in tractat. de iudicio causar. Ciuil. criminal. & Hæretical. cap. 67. num. 9.*

25 LIMITA † hanc II. ampliationem non procedere, quando in aliqua speciali causa esset à Papa deputatus aliquis Inquisitor specialiter; nam tunc, cum per hanc specialem delegationem, censeatur aliis habentibus generalem iurisdictionem interdicta potestas procedendi in illa causa, hoc ideo omnes alij silere debent, & solum proceder Inquisitor specialiter in illa causa delegatus, ad text. *in c. Vt nostrum, de appellationibus, & in cap. sieduisti, de officio delegati*, Decian *cons. 137. in principio*, Carer. *in tract. de hæreticis nu. 83. vers. Item non potest procedere*, refert hos, & sequitur Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Direct. Inquisit. par. 3. qu. 46. vers. Sed obiter, & sequenti, fol. mihi 623. col. 1.* vbi ampliat hanc conclusionem etiã quod Inquisitor Generalis iam in illa causa procedere incepisset, ante factam à Papa specialem delegationem, quo casu specialis Inquisitor poterit vti omnibus actitatis, & inuentis ab alijs Inquisitoribus, eosque compellere a sibi exhibendum omnes processus, & scripturas, Sigismund. Scaccia *in tractat de Iudicio causar. ciuil. crim. & Hæret cap. 67. nu. 10.*

Prima opinio vera est, & fundata in illa verissima iuris conclusione, quod ratione connexitatis causarum Iudex alias incompetens efficitur competens, de qua per Boss. *in tit. de foro competenti, nu. 117.* & quod cui concessa est iurisdictio, & cognitio causæ principalis, possit etiam cognoscere super incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis ad eam *l. nulli Cod. de iudic. Clemen. Dispendiosam*, & ibi Doctores omnes *eod. tit. de iudic.* Bar. *in Extrauag. ad reprimendum, in verbo, Summarie, nu. 20.* Ial. *in l. 2. nu. 5. in fin. C. de edict. Diui Adr. tollen.* Dec. *in cap. pastoralis, nu. 4. etiam in fine extra de appell.* cum aliis per Menoch *de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 45. nu. 9. & seqq.*

Nec obstant scripta per Dec. *in d. cons. 137.* vbi supra per Decian. allegatum; loquitur enim Decius, quando Papa commisit aliquam specialem hæresis causam alicui, quo casu inquirit ipse, an ille delegatus seruauerit formam commissionis vel excesserit, possunt inquisitores Generales cognoscere, quia Papa semel apposuit manus, talisque propterea cognitio ad solum Papam spectat, & dum postea subdit, quod, si hæreticus pœnitens pœnitentiam iniunctam non adimpleuerit, non potest inquisitor contra eum tanquam hæreticum procedere, transeat iuxta ea, quæ dixi *infra quæst. 193. nu. 123. & seq.* Sed quod inquisitor non possit cognoscere, an adimpleuerit pœnitentiam, necne (quod est incidens ad causam hæresis) quod inquisitor non possit cognoscere, Decius non dicit, & si dixisset, male loquutus fuisset.

AMPLIA III. † Vt inquisitores non solum cognoscere possint de hæresi, sed etiam de omnibus incidentibus, connexis, & dependentibus à causa hæresis ex late deductis, per Aretin. *cap. 83.* quem refert, & sequitur Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 22. nu. 12.* 26

Vide † tamen eundem Decian. *in tract. crim. lib. 5. c. 23. num. 13.* vbi dixit, quod cum inquisitores habeant limitatam iurisdictionem, ideo non possunt cognoscere de emergentibus, & dependentibus, quæ immediate hæresim non tangerent, ex Decian. quem allegat *in cons. 137. num. 5. & 6. & nu. 15.* 27

AMPLIA IV. † Vt inquisitor in crimine hæresis habeat iurisdictionem etiam contra exemptos, & Religiosos regulares, *c. Vt officium §. denique, de hæreticis in 6. cap. Accusatus, in fine eodem tit.* Felin. *in c. Ad abolendam nu. 2. versic. Vltimo Nota, extra de hæreticis*, & ibi enim Ioan. de Anania *num. 13.* vbi format quæstionem de priuilegio dato ordini Hæremitarum, quod sint exempti, nunquid vigore istius priuilegij dicantur exempti ab officio inquisitoris hæreticæ prauitatis, arguit pro & contra, & concludit pro negatiua, & *num. 15.* facit conclusionem, quod priuilegia exemptorum non prosunt in causa hæresis, Ioan. à Rojas *singular. 163.* vbi quod inquisitores hæreticæ prauitatis possunt procedere contra quoscumque priuilegiatos, etiam si sint fratres Minores, vel Prædicatores, vel Milites & *singular. 168.* vbi quod Principes, seu Reges, vel imperatores non possunt alicui immunitatem concedere, vt à iurisdictione inquisitorum sint exempti, Carer. *in tractat. de hæreticis, num. 85.* Decian. *in tract. criminal lib. 5. cap. 21. num. 14.* Læl. Zecch *in summa, par. prima, tit. de fide rubr. de Hæresi, cap. 11. numer. 13. versic. Potest vero procedere contra Religiosos*, vbi dixit; quod licet inquisitor possit procedere contra quoscumque Religiosos exemptos, non tamen procedit contra Generales Ordinum, vel Religionum militarium, tunc enim res prius aperienda est Generalibus Inquisitoribus, vt ibi per eum, Eymeric. *in Director. Inquisitor. par. 3. quæst. 28.* vbi quod inquisitores possunt procedere contra Religiosos exemptos, & præsertim contra Prædicatores, & minores, & maxime inquisitor de Ordine Prædicatorum procedere potest contra fratrem Minorem, & Inquisitor de ordine Minorum contra fratrem Prædicatorem, & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Commentar. 77. fol. mihi 601.* vbi relatis antiquis iuribus hodie firmat ex Constitutione Clementis septimi, & Pij IV. omnes Religiosos etiam alias exemptos in causa fidei iurisdictioni inquisitorum subiacere, etiam quod à suis Prælatis superioribus fuerit

præ-

præuentum, testaturque ita sancti Tribunalis stylo & consuetudine seruari, etsi ex dicta Consuetudine Pij IV. fuerit statutum esse locum præuentioni inter Inquisitores & Prælatos Religiosorum, idem Franc. Pegna *in additionibus ad Eymer. vbi supra in Direct. Inquis. par. 2. Commentar. 8. ad cap. Abolendam, extra de hæreticis, litera D. vers. fin. fol. mihi* 102. *col.* 1. *in fine*, vbi ex rescripto Alexandri IV. & Pij IV. firmat, nullum priuilegium, nullamve personarum dignitatem, vel gradum, liberare aliquem à iurisdictione Inquisitorum, & ita vsu receptum esse testatur; rescriptum autem Alexandri IV. est registratum ab eodem Pegna inter literas Apostolicas post Director. Inquisitor. *fol. mihi* 50. editum de anno 1260. *& incipien. Ne commissæ vobis*, Ioan. Azzor. Iesuita *Inst. Moral. par. prima, lib.* 8. *c.* 18. *rubr. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst.* 12. vbi relatis omnibus Pontificiis Constitutionibus hac de re tractantibus hanc amplectitur ampliationem ex Constitutione Pij IV. supra relata, in qua licet, vt prædixi, videatur exceptus casus preuentionis, testatur tamen & ipse ex sancto Inquisitionis stylo, & consuetudine seruari, vt omnes Religiosi, & exempti ab Inquisitoribus iudicentur; non obstante, quod à suis Prælatis fuerint præuenti, & quod dictorum Religiosorum hæreses non nisi Inquisitoribus denunciandæ sunt, rescriptum Clementis VII. est registratum per Franc. Pegnam *vbi supra fol. mihi* 138. *incip. Cum sicut*, rescriptum Pij IV. *incip. Pastoris etenim*, est registratum, *vbi supra fol.* 163. Quibus addo rescriptum Pauli III. editum de anno 1542. *incip. In Apostolici culminis*, pariter registratum, *vbi supra fol.* 140.

29 AMPLIA V. † Quia Inquisitores possunt committere aliis quoscumque actus iudiciales, secundum Geminian. *in cap. Vt Commissi, num.* 3. *versic. Quæro an Inquisitores isti per illum tex.* & ibi etiam Franch. *num. primo, in primo notab. de hæreticis in sexto*. Et quod Inquisitores possint eorum loco alios substituere, illisque suas vices delegare, late probauit Ancharan. *in Clementin. prima §. sane, num.* 8. *de hæreticis*, vbi amplius, quod dicti Inquisitores, non solum faciunt delegatos, sed etiam tota die faciunt suos Vicarios, & ibi etiam Ioan. de Imola, *num.* 19. *versic. tractat hic Paulus*, Bonifac. de Vitalinis, *nu.* 147. Cardin. Zabarell. *in §. & quia, numer.* 2. *in secunda quæstione*: & pro hac eadem conclusione est etiam Gloss. *in Clementin. secunda, in verbo ipsorum, de Hæreticis*. vbi arguit pro, & contra; & in hac residens opinione testatur ita seruari, & quod propterea Inquisitores dant commissarios, quos vocamus Vicarios, vel substitutos, & ibi Cardin. Zabarel *in §. Inquisitoribus, num.* 1. *in fine, versic. Quæro an Inquisitor, & num.* 2. Ioan. de Imola, *num.* 1. *versic. Nota Inquisitores, & nu.* 6. & Bonifac. de Vitalinis, *nu.* 30. *& seqq. vers. Nota sexto*, vbi etiam, quod Inquisitor potest etiam facere locum tenentem, & ibi etiam ponit, quod si Inquisitor Generalis subdelegat vnam causam tantum, vel vniuersitatem causarum certi loci, & an liceat Inquisitori totam suam iurisdictionem à se abdicare, & in alium transferre, summa Syluestrin. *in verbo, hæreticus*, §. 2. *nu.* 2. *in fine, vers. Possunt tamen*, Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo Inquisitor, num.* 4. vbi quod per Extrauagantem Clementis IV. *Incip. Licet ex omnibus*, approbatam ab Vrbano IV. Inquisitores poterant subdelegare receptiones denunciationum, formationes Inquisitionum, citationes personarum, & examinationes testium, ac cætera præparatoria, seu media litis, non autem sententias, & ita etiam ante eum dixit Ioan. Calder. *in tract. de Hæreticis, rubr. de officio Vicarij, num.* 1. *& sequenti*, & subdit idem Vmbertus, quod ita vt plurimũ de consuetudine fuit seruatum in multis partibus vsq; ad tempus Clementis VII. qui concessit Inquisitoribus, vt possint subdelegare Vicarios, seu Commissarios, ad quę etiam vide eundem Vmbert. Locat. *vbi supra in Iudicial. Inquisitorum in verbo, Vicarius, nu.* 1. Repertor. Inquisitorum *in verbo, Commisso, vers. Vtrum Inquisitores, & vers. sequenti, & vers. An Inquisitor possit causas Hæresis delegare, & vers. & quod Inquisitores possint*, & ibi Quintil. Mandos *in additionibus litera C. & litera D.* Symanch. *Cathol. Institut. tit.* 34. *rubr. de Inquisitoribus Apostolicis, nu.* 29. vbi generaliter dixit, Inquisitores posse vices suas alteri subdelegare, propter valetudinem, vel absentiam, *& in Enchirid. Violat. Religion. tit.* 7. *rubr. de Inquisitoribus, nu.* 14. Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.* 30. *nu.* 1. & ibi Campeg. *in additionibus litera A. in verbo, Vicarios Generales, per totam additionem*, vbi post multa hinc inde discussa testatur de longa. & continua consuetudine sacri officij Inquisitionis, quod Inquisitores constituunt Generales Vicarios in tota Prouincia; Gundisalu. *in tract. de hæreticis, cap.* 7. *n.* 13. vbi simpliciter dixit, quod Inquisitor potest vices suas alteri committere, & testatur de communi, Carer. *in eodem tract. de hæreticis, nu.* 92. Ioan. à Rojas *singul.* 97. *nu.* 2. Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 22. *num.* 18. *& num.* 27. Ad quam materiam, vide omnino Eymer. *in Direct. Inquisit. par.* 3. *qu.* 13. vbi firmat conclusionem, quod Inquisitor potest Vicarium, seu commissarium autoritate Apostolica instituere, iuribus ibi per eum allegatis, & ibi Francisc. Pegna *in additionibus, Comment.* 62. *fol. mihi* 588. *col.* 1. aliis relatis concordantibus dixit, hodie hanc rem omni dubitatione carere, per Bullã Pij V. & Clementis VII. Idem Eymeric. *in eodem Director. Inquisitor. d. par.* 3. *quæst.* 14. vbi firmat aliam conclusionem, quod solus Inquisitor etiam sine consensu suorum Prælatorum superiorum, potest dictum Vicarium instituere, & ibi etiam Francisc. Pegna *in additionibus Comment.* 63. *fol. mihi* 588. *colum.* 2. vbi amplius dixit, quod Inquisitor, non vnum, sed plures Commissarios, seu Vicarios sibi constituere potest, quando eius Prouinuia, seu diœcesis late patet: Idem Eymeric. *vbi supra in eodem Director. Inquisitor. dicta par.* 3. *qu.* 15. vbi firmat tertiam conclusionem, quod Inquisitor potest suo Vicario vices suas plenarie committere, licet regulariter committere non soleat condemnationes relapsorum, & impœnitentium, imo etiam raro committere solet prolationem sententiæ diffinitiuæ, nisi prius consulto Inquisitore, & ibi pariter Francisc. Pegna *in additionibus Comment.* 64. *fol. mihi* 589. *colum.* 1. *in fin. & seq.* Et vide rursus eundem Eymeric. *dicta par.* 3. *nu.* 37. *& sequentib. fol. mihi.* 432. *& sequentibus*, & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Commentar.* 10. *& sequentibus*: Apud quos reperies diuersas formas literarum, in quibus Inquisitores instituunt suos Vicarios, seu Commissarios; Scaccia *in tract. de Iudicio caus. Ciuil. crimin. & hæretical. cap.* 67. *num.* 11. Adde pro hac V. ampliatione Ioan. Azzor. Iesuitam *Institut. Moralium. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *rubric. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, qu.* 10. vbi & ipse in idem allegat Constitutionem Clementis VII. & Pij II.

AMPLIA VI. † Vt Inquisitores eligantur à Prælatis Prouincialibus, vel Ministris eorum ordinum; 39
quibus à Sede Apostolica concessa est facultas deputandi tales Inquisitores, Ordinis scilicet Prædicatorum, & Minorum, vt per Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr.* 1. *num. primo, & secundo*, vbi tamen quod facta electione non possunt amplius se intromittere in eorum officio, vtputa faciendo illos supersedere in aliquo articulo, de quo vltimo dixi *supra quæstion.* 182. *numero* 82. Ioann. de Imola *in Clementin. secunda, numero quinto, de hæreticis*, summa Syluestrin. *in verbo, Hæreticus*, §. *secundo, numero secundo*, vbi quod Inquisitores deputantur à Prouincialibus, vel Ministris illorum ordinum, quibus à Sede Apostolica est commissum, qui ordines sunt Ordo Prædicatorum communiter; in Tuscia autem, & quibusdam Prouinciis est Ordo Minorum, vt ibi per eum Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo*, Inqui-

Inquisitor. num. 5. vbi quod Inquisitores eligendi potestas commissa est Magistro Generali Ordinis Prædicatorum, vel Generali Ministro Ordinis Minorum, quatenus in partibus eis traditis valeant de fratribus sui ordinis eligere Inquisitores, vt habetur ex eorum Priuilegiis, *& num.* 38. Addo ad præmissa Eymeric. *in Director. Inquisitorum, par. tertia, quæstione tertia*, & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Comment.* 52. vbi id etiam statutum refert ex pluribus Apostolicis rescriptis, videlicet Innocentij IV. Alexandri IV. & Clementis IV. Constitutionem autem Innocentij IV. prædictam, & illius verba retulit idem Francisc Pegna inter literas Apostolicas *fol. mihi* 20. editam de anno 1254. *incip. Licet ex omnibus*, in qua statuitur, Inquisitores creari à Priore prouinciali Ordinis Prædicatorum, & eo absente ab eius Vicario de consilio fratrum, & Constitutionem Clementis IV. editam de anno 1265. *incipien. Licet ex omnibus*, & illius verba retulit idem Pegna *vbi supra fol.* 56. & vide rescriptum Bertrandi Cardinalis S Marci emanatum de anno 1348. & relatum per Franciscum Pegnam *vbi supra fol.* 84. in quo bene explicatur forma eligendi Inquisitorem, & omnes prædictas Constitutiones Innocentij scilicet, Alexandri, & Clementis IV. refert etiam Ioann. Azzor. Iesuita *Institution. Moralium par. prima, lib.* 8 *cap.* 18. *rubric. de Sacris Apostolicis Inquisitobus, quæst.* 5.

31 Hodie † autem in tota Italia Apostolici Inquisitores non eliguntur à Prælatis Ordinum prædictorum, sed ab Illustrissimis Dominis Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus in vniuersa Republica Christiana, & in Hispania etiam præses Inquisitionis inquisitores instituit, teste Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par.* 3. *quæst.* 3. *Commentar.* 52. *vers. Hodie in tota Italia, fol. mihi* 577. *colu.* 2. latius declarat Sigismund. Scaccia *in tractat. de Iudicio caus. Ciuil. crimin. & heretical. cap.* 67. *num.* 1. *& sequentibus*, & Ioan. Azzor. Iesuita *Instit. Moralium par. prima, lib.* 8. *cap.* 18. *rubric. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst.* 5. Et quod attinet ad Inquisitorem Generalem in Hispania, seu præsidem à Rege nominatum, & à Pontifice approbatum, & institutum, quia alios Inquisitores, visitatores, aliosque ministros eligendi facultatem habet ex indulto Sedis Apostolicæ, necnon etiam, quoad Senatum Generalis Inquisitionis in Hispania ab eodem Rege electum, & deputatum, vt supra, ac de dicti Senatus autoritate ante præallegatos Doctores, vide Simanch. *Catholic. Instit. tit.* 34. *num.* 6. *&* 7.

32 Amplia † Rursus præcedentem VI. ampliationem, vt sicut Inquisitores eliguntur à suis Prælatis prouincialibus, vel ministris eorum Ordinum, vt mox dixi, ita etiam ab illis possint remoueri: autoritate tamen Apostolica, secundum Paul. de Leazzar. *Clem. secunda, in verbo, Amouere, de hæret.* Et extat Constitutio Innocentij IV. edita de anno 1254. incipiens, *Licet ex omnibus*, relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, *fol. mihi* 20. & alia Clementis IV. edita de anno 1265. *incipiens, Licet ex omnibus*, relata vt supra *fol.* 56. & per Eymer. *in Direct. Inquisit. par.* 3. *qu.* 9. vbi dixit, sic ipsis concessum esse in Priuilegiis Ordinis Prædicatorum, quæ incipiunt, *Virtute conspicuos*, & ibi dictę concessionis verba refert, & ibidem Francisc. Pegna *in additionibus Commentar.* 58. *fol. mihi* 402. *col.* 2. *& col.* 3. in idem refert alia huiusmodi priuilegia Innocentij IV. Clementis IV. Alexandri IV. & Sixti IV. de quibus supra, & subdit, quod nisi sic ex priuilegiis prædictis Pontificiis cautum fuisset, vtique Magistri Generales, & prouinciales prædicti hanc remouendi Inquisitores ab eis electos autoritatem non haberent, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr.* 1. *num.* 2. *vers. Hinc sequitur, & rubr. de his, quæ pertinent ad exequutionem officij, num.* 3. *in fine*, vbi pariter dixit, Inquisitores posse remoueri, & in eorum locum alios substitui à Prouincialibus ordinum, vel eorum Vicario, Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 27. *nu.* 17. Ioan. Azzor. Iesuita *Instit Moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *rubr. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst.* 9.

Limita I. † Præcedentem ampliationem, vt non possint Inquisitores à suis Magistris Generalibus, seu prouincialibus, à quibus electi fuerunt, ad eorum liberæ voluntatis libitum remoueri, nisi ex iusta & rationabili causa, vt bene docet Eymeric. *in Director. Inquisitor. par. tertia, quæst.* 10. & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Commentar.* 59. *fol. mihi* 583. *colu.* 1. & expresse voluit Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitorum, in verbo, Inquisit, nu.* 38. *versiculo, Nota, tamen, & num.* 40. *versic. Nec etiam obuiat, & versic. Nec valet si dicatur*, vbi proponit contraria, & illis respondet, *& in verbo, Vicarius, numer.* 1. *versic. Amouere autem*, & voluit Ioan. Azzor. Iesuita *Institution. Moralium, par.* 1. *lib.* 8 *cap.* 18 *rubric. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst.* 9 *versic. Si quæras*, Læl. Zecch *in summa par.* 1. *tit. de fide rubr. de hæresi, cap.* 11. *nu.* 13. *vers. Et Inquisitores possunt remoueri.* 33

Causæ † autem, quibus Inquisitores possunt remoueri ab eorum officio, erunt, Impotentia, Infirmitas, Senectus, Ignorantia, Negligentia, Pecuniarum extorsio, aut alia Iniquitas, de quibus per Eymeric. *in Direct. Inquisit. par.* 3. *quæst.* 12 *nu.* 5. & ibi Franciscus Pegna *in additionibus commentar.* 61. *fol. mihi* 585. *col.* 2. *& seqq.* omnes, & singulas prædictas causas, & alias bene explicat, & declarat Lælius Zecchius, & Ioan. Azzor. *vbi supra.* 34

Limita II. † Quia Vicarium, seu Commissarium ab Inquisitore deputatum, Magistri, seu Priores Prouinciales Ordinis Minorum minime remouere possunt, nec de officio ad officium transmutare, ex plene traditis per Eymeric *in Director. Inquisitor. par.* 3. *quæst.* 17. & ibi Franciscus Pegna *in additionibus commentar.* 66 *fol. mihi* 587. *col.* 2. *in fine, & sequenti*, Campeg. *in additionibus ad Zanch. in tract. de hæreticis, cap.* 30. *litera A. in verbo, Vicarios Generales, vers. Denique dicit*, Vmbert. Locat *in Iudicial. Inquisitor in verbo, Vicarius, num.* 1. & voluit etiam Ioan. Azzor. Iesuita *Institut. Moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *rubr. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, qu.* 11. vbi proponit contraria, & illis respondet. 35

Limita III † Quia hodie nullæ sunt horum Prælatorum partes in remouendis Inquisitoribus, nam sicut, vt suo loco dixi, Illustriss. Dom. Cardinales Inquisitores Generales in Vniuersa Republica Christiana Inquisitores deputant, ita & ipsi re mature cognita Inquisitores remouent, mutant, ac de vno cum expedit ad alium locum transferunt, vt bene aduertit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisit. par.* 3 *quæst.* 9. *comment.* 58. *vers. Hodie, fol. mihi* 582. *col.* 2. *in fine.* 36

Amplia VII. † Vt Inquisitores sint etiam competentes Iudices eorum, qui Ecclesiæ reconciliati habitum gestant publicæ pœnitentiæ tam in causis Ciuilibus, quam in Criminalibus, per tex. *in cap. Aliud* 11. *qu.* 1. *repetitum in capit. Aliud, de pœniten distinction.* 1. *& ibi Gloss.* vide tamen in hoc Ioan. à Rojas *singular.* 98. vbi arguit pro, & contra, & in negatiua residet sententia, præterquam in casibus ibi per eum exceptis, & ante eum vide in Repertor. Inquisit. *in verbo, Pœnitentia, versic. Nota quod publice pœnitentes.* Simanch. *Catholicarum Institut. tit.* 47. *rubr. de pœnitentibus, conuersis, num.* 18. *& seqq.* vbi, & ipse hanc negatiuam defendit sententiam, licet contrariam affirmatiuam communiter receptam esse negare non possit, ex Ioan. Calderino, Hostiense, Alciato, & Bero. *in locis per eum relatis*, & vide etiam omnino Decian. *in tract. crimin. lib* 5. *cap.* 23. *nu.* 15. vbi post Couar. quem allegat *practicar. quæst. cap.* 34. *num.* 3. *versic. Est in hoc eodem tractatu*, vbi post aliorum discursus, sententias, & decla- 37

declarationes, concludit, iuribus prædictis minime probari, quod pœnitentes tam in ciuilibus, quam in criminalibus sint exempti à foro seculari, & multo minus sint subiecti Inquisitoribus, qua in re vide omnino Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisitor. par. 3. quæst. 97. commentar. 146. versic. In altera ergo quæstionis parte, & seqq. fol. mihi 643. col. 2. in fine, & fol. 644. col. 1. secundum vltimam impressionem*, vbi relatis Doctoribus hinc inde contrariis, & eorum rationibus ponderatis, ipse etiam negatiuam sententiam tam in ciuilibus, quam in criminalibus amplectitur, eamque veriorem, & tutiorem affirmat, præterquam si huiusmodi pœnitentes leuiter in se, dum sunt in carceribus ad pœnitentiam peragendam, delinquerent, cum tunc eos ab Inquisitoribus puniri posse non inficiatur, quæ declaratio apud me vera non est.

38 AMPLIA VIII. † Vt Inquisitores fauore fidei cognoscere possint de quibuscumq; causis criminalibus suorum familiarium, & officialium hæreticæ prauitatis, ex allegatis per Ioan. à Rojas *singular.* 101. Symanch. *Catholicar. Institution. tit. 41. rubr. de ministris, nu. 19. & seqq.* vbi ab hac iurisdictione excipit familiares Inquisitorum, reos læsæ Maiestatis, rebellionis, vel seditionis publicæ, delinquentes contra literas securitatis à Principe concessas, contrauenientes Mandatis Regiis, Proditores, Raptores Mulierum, Publicos latrones, Effractores Ecclesiarum, & Monasteriorum; Incendiarios, contemnentes, & resistentes Regiis iudicibus, delinquentes in eorum officio seculari, Inquisitos de nefando crimine contra naturam, & etiam omnes alios familiares, qui alia maiora, vel atrociora crimina commiserint; exceptis autem dictis criminibus, non poterunt familiares Inquisitorum ab aliis iudicibus inquiri, & puniri, licet bene poterunt capi, & ad Inquisitores remitti. Adde pro hac octaua ampliatione, Ludou. à Paramo *de origine sanctæ Inquisitionis, lib. 3. quæst. 6. num. 27. & sequentibus*, vbi pluribus eam comprobat.

39 LIMITA I. † Propositam regulam, quia Inquisitores in crimine hæresis dicuntur iudices delegati, & non ordinarij, ex allegatis per Ioan. de Anania *in cap. Excommunicamus il primo, §. volumus, nu. 1. 1. vers. Et probatur, extra, de hæreticis*, Prob. *in additionibus ad Ioan. Monach. in c. Præsidentes, num. 1. de hæreticis in sexto*, cum allegatis per eum; Ioan. Andr. *in cap. Ne aliqui post, n. 1. in verbo, Perduraret*, & ibi Gemin. *n. 3.* & Franch. *n. 1. eodem tit. de hæreticis in sexto.* Et quod Inquisitor generaliter datus in Prouincia dicatur habere delegatam iurisdictionem, & non ordinariam, voluerunt Canonistæ *in cap. Per hoc*; per illum tex. *de hæreticis in sexto*, vt videre est apud Ioan. Andr. *in principio*; Gemin. *num. 1. vers. Nota textum expressum, & nu. 2.* & Franch. *nu. 1. in primo notab.* Ioan. de Imola *in Clem. secunda, sub nu. 5. vers. Nota bene, de hæreticis*, Decian. *consi. 137. n. 3. colu. 2. in fine, vers. Secundo principaliter respondetur*, summa Syluestr. *in verbo, Hæreticus, §. 2. n. 2. vers. Autoritas autẽ eorum*, vbi dixit hanc sententiam procedere secundum Canonistas, licet secundum Legistas aliqui dixerint, Inquisitorum autoritatem esse ordinariam, & ibi infert, quod secundum canones Inquisitor non potest sententiam latam, siue male, siue bene processerit, tollere, Lap. *allegatio. 32. Incipien. An frater Minor*, Frederic. de Senis, *consi. 145. Incipien. Ioannes Episcopus, num. 1.* Abb. *in cap. causa Matrimon. nu. 7. de offic. delegat.* Alciat. *in rubr. de officio Ordinarij, num. 19.* vbi testatur de communi opinione; Bernard. Comens. *in lucerna Inquisit. in verbo, Inquisit. §. 16.* Ioan. à Rojas *singul. 28. num. 3.* vbi de magis communi, & *singular. 97. numer. 1.* vbi etiam de magis communi, Repert. Inquisit. *in verbo, Delegatus, vers. Primo*, & ibi Quintil. Mandos. *in additionibus litera B. & in verbo, Inquisitores, vers. Omnia Relinquuntur*: Zanchin. *in tractatu de Hæreticis, cap. 8. nu. 3.* Clar. *in pract. crim. §. Hæresis, num. 5. vers. Sed quis inter Ecclesiasticos*: Petr. Gregor. *Syntagm. Iuris, lib. 33. cap. 7. nu. 4. in fine, vers. Delegati sunt Inquisitores*, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 22. nu. 2. & n. 4.* vbi propterea quod Inquisitorum iurisdictio restringenda est, Eymer. *in Director. Inquisit. par. 3. qu. 4.* & ibi Franciscus Pegna *in additionibus comment. 53. fol. mihi 578.* vbi aliis relatis testatur de communi Doctorum sententia; Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio Causar. Ciuil. crim. & hæretic. cap. 67. num. 5.* vbi de communi, de qua etiam testatur, & bene comprobat Ioan. Azzor. Iesuita *Institut. Moralium. par. 1. lib. 8. cap. 18. rubr. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst. 6.*

Quamuis † contrarium, quod ex quo Inquisitores sunt delegati ad vniuersitatem causarum, hoc ideo reputari possint iudices ordinarij, sensisse videatur Archidiacon. *in dicto cap. ne aliqui, in fine, versic. vel dic, de hæreticis in 6.* Bonifac. de Vitalinis *in Clementin. prima, num. 21. eodem tit. de hæreticis.* 40

SVBLIMITA † præcedentem I. Limitationem, quia & si Inquisitor non ordinarius, sed delegatus reputetur, dicitur tamen delegatus à Sede Apostolica, & si fuerit electus ab ordinibus Minorum, Prædicatorum per suos officiales, vel à Prælatis Prouincialibus, cum sic eligendi Inquisitores, prædictis à Sede Apostolica priuilegium datum fuerit; tex. est *in Clementin. prima §. propter, de hæreticis, in illis verbis, Quam per Inquisitores à Sede Apostolica deputatos*, & ibi hoc adnotarunt Bonif. de Vitalinis *nu. 3.* & Card. Zabar. *nu. 2. in quarto notab.* Ioan. de Imola *in Clement. secunda, nu. 9. ante finem, de hæreticis.* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisit. in verbo, Inquisitor, nu. 5. vers. Qui quidem Inquisitor est tantum Sedis Apostolicæ, & non alterius delegatus, & iterum infra in vers. Vnde Inquisitores à Summo Pontifice immediate habent potestatem*, Repert. Inquisit. *in verbo, Inquisitor, vers. An Inquisitores*, Symanch. *Catholic. Inst. tit. 34. rubr. de Inquisitoribus Apostolicis, nu. 4.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 22. num. 2. in fine*, Eymeric. *in Direct. Inquisit. par. 3. qu. 3.* vbi ponit modos, quibus Inquisitores electi adhuc à Papa potestatem habere dicuntur, & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Comment. 52. litera A. vers. Primo, fol. mihi 577. col. 1.* vbi etiam constitutum refert ex scripto Apostolico Clementis IV. de quo per eundem Eymer. *vbi supra dicta par. 3. q. 6.* vbi amplius subdit, quod Inquisitor institutus ab ordine suo autoritate Apostolica dicitur delegatus tantum Papæ, non autem Magistri ordinis, seu Prioris Prouincialis, vel Ministri Generalis, seu Prouincialis, qui eum instituit, Ioan. à Rojas *singular. 114. nu. 4. Et in tract. de hæreticis, par. 1. n. 438.* Læl. Zecchius *in summa, par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi, c. 11. nu. 13. vers. Et sum delegati Papæ.* 41

LIMITA II. † In causis vsurarum. Inquisitores enim in causa vsurarum se intromittere non possunt, etiam contra illos, quibus pro pœnitentia iniunctum est in crimine hæresis, vt vsuras restituant, nisi quis dixerit vsuram non esse peccatum, tex. est *in c. Accusatus, §. de quæstionibus, de hæreticis in 6.* cuius verba sunt hæc: *de quæstionibus præterea vsurarum motis, etiam contra illos, quibus restitutionem vsurarum in pœnitentia pro hæresis Crimine iniunxerũt, ac illi se & sua ad hoc faciendum in iudicio Ecclesiæ obligarunt, intromittere se non possunt*: quod quando verum sit, vide ibi Gloss. *in figuratione casus, vers. Item non possunt Inquisitores cognoscere*: Ioan. Monach. *n. 8. in verbo, Iniunxerunt*: Archid. *post nu. 6. in verbo, de quæstionibus*, Ioan. Andr. *post n. 4.* Gemin. *nu. 1. & nu. 3. & in §. Sacerdotes, num. 4. vers. Circa §. de quæstionibus*: Franch. *in §. sane, n. 1. vers. Vltimo nota*, Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, rubric. secunda, de autoritate Inquisitorum, n. 9. vers. De quæstionibus præterea vsurarum*: Rosell. *in summa, in verbo, Hæreticus, uu. 3. vers. Item non possunt se intromittere*, summa Syluestrina *in eodem verbo, Hæreticus, §. 2. nu. 5. in fine, vers. Sextum, &c.* Afflict. *in Constit. Regni de Hæreticis & Patterenis, rubr. prima, nu. 17.* Symanch. *Catholic. Institut. tit. 66. rubr. de Vsuris, num. 3. & in Enchiridion* 42

Violat. Religion. tit. 8. *num.* 6. Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.* 35. *numer.* 1. & ibi Campeg. *in additionibus, versic. final.* qui omnes communiter distinguunt, regulariter Inquisitorem non posse contra vsurarium procedere, nisi is vsuras exerceat, credens sic vsuras exercere non esse peccatum; quibus addo Alexandrum IV. in sua Constitutione edita de anno 1258. Incipien. *Quod super. versic. Iniungitur,* relata per Franciscum Pegnam *inter literas Apostolicas, fol. mihi* 30. Squillac. *in tract. de fide Catholica, c.* 52. *num* 1. Carer. *in tract. de hæreticis, num.* 76. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 23. *nu.* 4.

43 Vide † tamen in Repert. Inquisitor, *in verbo, Hæresis, §. primo, rubric. Quid sit hæresis, versic. Item nota, quod nedum,* vbi post Lappam, Abbatem, Butrium, & Ioan. de Imola in locis per eum relatis, tenet, posse de hæresi procedi contra eum, qui licet verbis asserat peccatum esse exercere vsuras, ipse tamen inhumaniter tractat eos, quibus pecunias mutuat, & de hoc sit diffamatus; plus enim est facto quam verbis declarare vsuram non esse peccatum, quod & idem voluit Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo, Hæreticus. num.* 22. & *in verbo, Vsura, nu.* 2. faciunt scripta in eodem Repert. Inquisit. *in verbo, Inquisitores, vers. An Inquisitor posit procedere contra Vsurarios,* quia hæresis, & vsura sunt connexa, ex Baldo, & Ioan. Monacho *in locis per eum relatis,* Zanch. *in tractat. de hæreticis, cap.* 35. *num.* 1. & 2. & ibi Campeg *in additionibus, vers. final.* Decian. *in tractat. crim. lib.* 5. *cap.* 18. *vers.* 36. *in fine,* Nicol. Arelatan. *notab.* 5. *nu.* 4.

44 Nunquid † autem Inquisitor possit se intromittere in causa vsurarum, compellendo vsurarios, ad restitutionem vsurarum, & ad illis iniungendam aliquam pœnitentiam, si prius credentes non esse peccatum exercere vsuras, postea pœnitentes fuerint Ecclesiæ reconciliati, vide constitutionem Alexandri IV. editam de anno 1258. Incip. *Quod super, versic. Iniungitur,* etiam relatam per Franciscum Pegnam *inter literas Apostolicas, fol. mihi* 30. vbi statuitur, quod possunt inquisitores cogere ad restitutionem vsurarum vsurarios, quando ab eisdem inquisitoribus illis iniunctum fuit pro pœnitentia, vt vsuras restituerent, & pœnitentiam non adimpleuerunt, & in Repertor. Inquisitor *in verbo, Vsura, vers. Secundo, in principio, & versic. Circa istam materiam etiam in principio, & in vers. Item nota, quod si quis propter cupiditatem,* vbi quod, licet inquisitor non possit compellere ad restituendum vsuras hoc tamen fallit, quando de vsura constat per confessionem suam, vel per suos libros, vel per sententiam, ita quod nulla sit dubitatio, & amplius quod possunt iidem inquisitores cogere eos, qui vsuras exercebant, ad iniunctam ipsis pœnitentiam peragendam, si illam non egerunt, & etiam ob non peractam pœnitentiam aliam pœnam pecuniariam imponere, & sic concludit, inquisitorem posse se intromittere de vsuris in foro pœnitentiali, non autem in foro iudiciali, & ante eum Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. secunda de autoritate Inquisitorum; nu.* 9. *versic. Sed in consultationibus.* Zanchin *in tract. de hæreticis, cap.* 20. *nu.* 2. *in fine, & nu.* 3. vbi quod inquisitor potest procedere contra vsurarium dicentem, vsuram non esse peccatum, & si pœnituerit, & ad fidem redierit, potest pro pœnitentia ipsi mandare, vt restituat vsuras, & si iniunctam pœnitentiam non adimpleuerit, potest contra eum tanquam deficientem in purgatione pariter procedere; Squillacen *in tract. de fide Catholica, c.* 52. ad quæ, & ante istos vide omnino Federic. de Senis *in cons.* 157. cui sunt subscripti alii plures Doctores, vbi latissime hæc materia pertractatur, Carer. *in tract. de hæreticis, nu.* 88. Arnal. Albert. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis, & hæreticis, qu.* 25. *num.* 71. *& nu.* 75. Quem etiam omnino videas bene declarantem, an, & quando inquisitor de causa vsuraria cognoscere possit principaliter, incidenter, & accessorie, & quando in foro pœnitentiæ possit hæreticum cogere ad restitutionem vsurarum.

Limita III. † quia Inquisitores non possunt procedere contra officialem aliquem, vel Nuncium Romanæ Curiæ, & Sedis Apostolicæ, *in cap. cum Matthæus, inter Extrauagantes communes;* Rosell. *in summa, in verbo, Hæreticus, nu.* 51. summa Syluestr. *in eodem verbo, Hæreticus, §.* 2. *nu.* 5. *in fine, vers. Septimum,* nec contra officialem, vel Nuncium Curiæ Romanæ, Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisit. in verbo, Exempti,* vbi quod inquisitores non possunt procedere contra officiales, seu Notarios summi Pontificis; Repertor. Inquisitor. *in verbo, Inquisitores, vers. Secundo,* Eymer. *in Direct. Inquisit. par.* 3. *qu.* 26. & ibi Franciscus Pegna *in additionibus Commentar.* 75. *fol. mihi* 599. *col.* 1. *&* 2. vbi etiam in proposito quis dicatur Nuncius, seu officialis Sedis Apostolicæ. 45

Limita IV. † Quia Inquisitor eligi non potest, nisi quadragesimum attigerit annum, tex. est *in Clement. secunda, de hæreticis,* vbi ad literam dicitur: *Statuimus nullis ex tunc, nisi qui quadragesimum ætatis annum attigerunt, officium Inquisitionis prædicta committi Inquisitoribus,* & ibi hoc adnotarũt Glossa prima *in figuratione casus, in verbo, Quadragesimum,* Paul. de Laez. *in verbo, Quadragesimum,* Anchar. *nu.* 1. Card. Zabar. *in summario, nu.* 1. *& nu.* 2. Ioan. de Imola, *nu.* 1. *vers. Nota qualis ætatis, & nu.* 4. *vers. Glossa Quadragesimum,* & Bonifac. de Vitalinis *ante nu.* 1 *in summario, & nu.* 10. *& sequentibus, vers. Nota quarto, & n.* 27. Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis rubr.* 1. *nu.* 3. Rosel. *in summa, in verbo, Hæreticus, nu.* 51. summa Syluestr *in eodem verbo, Hæreticus, §.* 2. *n.* 2. Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisit. in verbo, Inquisitor, nu.* 4. Repert. Inquisit. *in verb. Aetas, vers. primo,* Ioan à Rojas *singular.* 106. *num.* 7. Simanch. *Cathol. Instit. tit.* 37. *rubr. de Inquisitoribus Apostolicis, num.* 11. *& in Enchiridion Violat. Religion. tit.* 7. *eadem rubr. de Inquisitoribus, n.* 3. Decian. *in tract. criminal. lib.* 5. *cap* 22. *nu.* 3. Eymeric *in Director Inquisitor. par.* 3. *quæst.* 2. & ibi Francisc. Pegna *in additionibus comment.* 51. *fol. mihi* 576. *col.* 2. vbi ponit rationes huius conclusionis, quam etiam probat Io. Azzor. Iesuita *Institution. Moralium, par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *rubr. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, qu.* 4. licet ex Simancha *in loco per eum relato* testetur, in Hispania Inquisitores eligi annorum triginta. 46

Amplia † hanc IV. limitationem, vt eandem ætatem habere debeant delegati in causa fidei ab Episcopo, vel à capitulo Sede vacante, secundum Gloss. *in Clementin. secunda, in verbo, Committi, in principio, versic. Idem puto,* & ibi etiam Paul. de Leazzar. *in verbo, Committi,* Cardin. Zabarell. *num.* 3. vbi idem in delegatis Inquisitorum; Ioann. de Imola, *numer.* 5. *versic. Iuxta hoc quarit Glossa.* 47

Contra † quod in delegatis ab Episcopo, vel à capitulo Sede vacante, quod non requiratur ætas quadraginta annorum, voluit Bonifac. de Vitalinis *in Clement. secunda, nu.* 38. *&* 39. *de hæreticis.* 48

Amplia II. † eandem IV. limitationem, vt eligentes inquisitorem minoris ætatis puniendi sint, vti Canonum transgressores, secundum Gloss. *in dicta Clementin secunda, in verbo, Committi, vers. Sed quid si contra, de hæreticis, & ibidem in verbo, In his,* vbi tamen quod non puniuntur pœna excommunicationis, & priuationis officij, de quibus in illo textu, & ibi Paul. de Leazzar. *in verbo, Committi, vers. Sed quid si contra fiat,* Cardin. Zabarell. *nu.* 3. *vers. Tertio quæro, in principio, & in §. Inquisitoribus. nu.* 5. *versic. Nono quæro,* vbi pariter dicit, quod non intrat isto casu pœna excommunicationis, Ioan. de Imola, *num* 5. & Bonifac. de Vitalinis, *nu.* 95. 49

Amplia III. † dictam IV. limitationem, vt electio sit nulla, vti facta contra Canonis prohibitionem, secundum Gloss. *in dicta Clementin. secunda, in verbo, Committi, vers. Et licet hic nõ apponatur, de hæreticis,* & ibi Anch. 50

post

post num. 2. versic. Quærit Paulus, Cardin. Zabarell. num. 3. versic. Tertio quæro, Ioan. de Imola nu. 5. & Bonifac. de Vitalinis nu. 27. & seqq.

51 SVBLIMITA I. Dictam † quartam limitationem, primo in Inquisitore deputato à Papa, qui non est necesse, quod habeat annos quadraginta, siue Papa ignoret illius ætatem, siue sciat, Bonifac. de Vitalinis in dicta Clement. 2. nu. 4. versic. Vnde si Papa, de hæreticis, & propterea cum, vt supra dixi, hodie Inquisitores eligantur ab Illustrissimis Dominis Cardinalibus præfectis sancto Inquisitionis Generalis officio Vrbis de scientia Summi Pontificis, parum curandum est de eorum ætate, si ab ipsis fuerint electi.

52 SVBLIMITA II. Dictam † quartam limitationem in delegato ab Inquisitore, qui pariter sufficit, quod sit annorum triginta, secundum Vmbert. Locat. in iudiciali inquisitorum, in verbo, Inquisitor, nu. 4. in fine, vbi sic dicitur, concessum fuisse à Clemente VII. fratri Paulo de Papia Inquisitori Ferrariensi per Breue, incipiens, Cum sicut, vbi dicitur: Decernimus insuper, vt vestros Vicarios, siue Commissarios instituere valeatis viros scientia probos, prouidos, aptos, & idoneos, dummodo ætatis trigesimum annum attigerint, quod quidem Clementis rescriptum reperies registratum per Franciscum Pegnam post Director. Inquisitor. inter literas Apostolicas, folio mihi 138. Nec dissentit Eymeric. in Director. Inquisitor. part. 3. quæst. 16. & ibi Franciscus Pegna in additionibus, Commentar. 65. folio mihi 590. col. 1. Apud quos etiam quales debeant esse Vicarii Inquisitoris, & cuius conditionis, bene explicatum habebis, & dixi infra, num. 55. Adde pro hac secunda sublimitatione Ioan. Azzor. Iesuitam instit. Moralium part. 1, libr. 8. cap. 18. rubric. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst. 4. versic. Quæres deinde.

53 SVBLIMITA III. Eandem † quartam limitationem, quod ex Decreto generali Pontificis constitutum est sufficere, quod Inquisitor attigerit annum trigesimum, vt per Simanch. Catholicarum institutionum tit. 34. rubr. de Inquisitoribus Apostolicis, num. 12. vbi tamen loquitur in Hispania, Ioan. à Rojas singular. 106. num. 7. ex Simanch. in loco per eum relato, Franciscus Pegna in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, part. 3. quæst. 2. Commentar. 51. versic. Simanchas, &c. fol. mihi 376. col. 2. vbi dixit, se nondum vidisse hoc decretum Pontificis, de quo Simanchas vbi supra testatur, sed quod vtcumque sit, & quicquid in Hispania seruetur, alibi ius commune seruandum esse, affirmat, & si non neget propter personæ probitatem, doctrinam, & prudentiam, posse etiam super hac ætate à iure communi requisita dispensari.

54 Quod † si scire volueris, cuius conditionis esse debeant Inquisitores, vide Constitutionem Vrbani IV. incip. Præ cunctis, quam refert Vmbert. Locat. in iudicial. inquisitorum, in verbo, Inquisitor, nu. 3. cuius quidem Constitutionis verba sunt hæc: Prouidemus igitur ad præsens, personas aliquas circumspectas pro tanto negotio deputari, quarum honesta conuersatio exemplum tribuat puritatis, & doctrinam fundant labia erudita salutarem, vt sacro ipsorum ministerio præfatæ partes ab huiusmodi contagio expurgentur, & infra: Quatenus charitate DEI hominum postposito timore virtutem spiritus inducentes exacte prædictum officium, &c. qua de re vide etiam Simanch. Catholicarum Institutionum tit. 34. rubr. de Inquisitoribus Apostolicis, nu. 9. & 10. vbi, quod Inquisitores debent eligi viri probitate, & prudentia præditi, & omni virtute ornati, & in Enchirid. violatæ religion. tit. 7. eadem rubric. de Inquisitoribus, num. 2. Eymeric. in Director. inquisitorum, part. 3. quæst. 1. vbi pariter dixit, quod Inquisitor debet esse conuersatione honestus, prudentia circumspectus, constantia firmus, sacra doctrina fidei eminenter eruditus, & virtutibus circumfultus, & ibi Francisc. Pegna in additionibus, Commentar. 50. folio mihi 575. & sequenti, inter alia declarat, nunquid Inquisitores sint eligendi potius Theologi, quam Iurisperiti, & relatis Doctoribus inter se in hoc contendentibus, concludit, esse eligendum Inquisitorem, qui & Theologus & Iurisperitus sit, si minus, saltim eligendum esse Inquisitorem Theologum, & in iure Canonico peritum, ex Conrado Bruno & Campegio in locis ibi per eum relatis, subdit tamen, quod etsi in Italia maiori ex parte Inquisitores eligantur Theologi, non propterea causæ fidei inepte, aut contra iuris regulas tractantur, quibus adde Lælium Zecchium in summa, parte 1. titul. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11. num. 13. in princip. Ioan. Azzor, Iesuitam Institution. Moralium part. 1. libr. 8. cap. 18. rubric. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæstione 3. vbi proposita dubitatione, an Inquisitor debeat esse Theologus, vel iuris Canonici peritus, relatisque dissentientium Doctorum sententiis concludit, quod licet in Italia ex maiori parte Inquisitores eligantur Theologi, & in Hispania eligantur iuris Canonici consulti, veritas tamen est, quod vniuscuiusque opera necessaria est; Theologi quidem indigent Iurisconsultis propter litium, & causarum notitiam, & scientiam; Iurisconsulti vero Theologorum consilio ad hæreses cognoscendas,

Vicarius † autem, seu delegatus Inquisitoris debet esse literatus, constans, firmus, circumspectusque, fideique zelator, & feruidus, per Eymericum in Director. Inquisitorum, part. 3. qu. 16. & ibi Franciscus Pegna in additionibus, Commentar. 65. folio mihi 590. colum. 1. dixit, in summa Vicarium Inquisitoris debere habere omnes qualitates requisitas in Inquisitore, idem Franciscus Pegna in addit. ad eundem Eymericum, in Director. inquisitorum, d. part. 3. quæst. 14. Comment. 63. versic. Creabit vero, fol. mihi 588. colum. 2. vbi, quod iste Vicarius seu Commissarius debet esse vir prudens, doctus, Christianus, antiquus, pius, negotio aptus, atque idoneus, sui vel alterius ordinis Religiosus, aut clericus secularis, & in aliqua dignitate constitutus in Ecclesia principali illius ciuitatis, in qua instituitur. 55

ARGVMENTVM.

De Episcopo, & Inquisitore, an, & quando insimul procedere debeant, & quando vnus sine alio.

SVMMARIA.

Inquisitor & Episcopus in crimine hæresis in eadem causa, eodemque facto possunt insimul, diuisim, vel coniunctim procedere, nu. 56.

Episcopus & Inquisitor dicuntur habere potestatem & iurisdictionem procedendi contra hæreticos in solidum, nu. 57.

Iurisdictio Inquisitoris delegata non præiudicat iurisdictioni Episcopi, cum censeatur concessa cumulatiuè, non autē priuatiuè, num. 58. Nisi Inquisitori esset delegata iurisdictio quoad certas causas, seu certas particulares personas, quia tunc etiam ordinaria Episcoporum authoritati censetur derogatum, num. 59.

Absolutoriam sententiam Episcopus solus sine Inquisitore, & Inquisitor sine Episcopo ferre potest, nu. 60. contra, nu. 61.

Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore possunt citare, capere, arrestare, carcerare in manicis ferreis, & in compedibus ponere Inquisitos de hæresi, nu. 62.

Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore in casu negligentiæ alterius possunt degradare hæreticum degradandum, nu. 63.

Episcopo & inquisitore discordantibus in prolatione sententiæ, seu alio actu, quem vnus sine altero expedire non potest, consulenda est sedes Apostolica, nu. 64.

Episcopo & Inquisitore discordantibus in inserendo torturam, quid agendum? nu. 65.

Episcopo & Inquisitore discordantibus in inferendo torturam, quid agendum? num.66.

Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore non possunt in durum carcerem mittere, tormentis subijcere, & ad sententiam contra hæreticos deuenire, num.67. Amplia, vt hæc conclusio procedat, non solum quando insimul procedunt, sed etiam quando quisque solus procedit, nu.68. Amplia secundo, quia si secus fiat, omnia sint nulla ipso iure, nu.69.

Episcopus sine Inquisitore, & Inquisitor sine Episcopo non possunt hæretico torturam inferre, num.67. Amplia, vt nec vnus sine altero possit loco torturæ, ad habendum veritatem, ieiunium iniungere, num.70. Amplia secundo, vt confessio aliter in tortura extorta, sit nulla ipso iure, nu.71. Sed quid, si talis confessio fuerit ratificata, num.72. & 73. Item, quid in tortura testibus danda, an vnus sine altero illam inferre possit? nu.74.

Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore possunt ponere hæreticum in durum carcerem ad custodiam, licet non ad pœnam, nu.75.

Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore non possunt hæreticis pœnas commutare, nu.76.

Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore non possunt in causa hæresis aliquem beneficiis & dignitatibus priuare, nu.77. Declara, vt num.78.

Episcopus sine Inquisitore, & Inquisitor sine Episcopo non possunt cogere de hæresi suspectum ab abiurandum, nu.79.

Episcopus sine Inquisitore, & Inquisitor sine Episcopo non possunt punire Iudæos, nu.80.

Inquisitor & Episcopus, quando super eodem facto contra aliquem hæreticum procedunt diuisim, tunc ante prolationem sententiæ debent insimul communicare processum, nu.81. Et si processus sint contrarij, quid tunc agendum, num,82. Declara procedere, quando Episcopus & Inquisitor ambo procedunt, licet diuisim, secus, si vnus solus procedat, num.83. Declara secundo, vt hæc processus communicatio semel tantum facienda sit, num.84. De quo tempore, num.85. Et an antequam tortura inseratur, nu.87.

Inquisitore & Episcopo citantibus insimul inquisitum de hæresi, tunc idem inquisitus debet comparere coram Inquisitore, & non coram Episcopo, nu.87. & 88. contra, nu.89. Dic forsan, quod potest comparere coram quo voluerit, num.90. Quid, si fuerit citatus ab Episcopo simul, & à Vicario seu Commissario Inquisitoris, nu.91. Quid, si Episcopus præuenerit, nu.92. & 93. Quid, si ab Inquisitore & Episcopo citatur non eodem tempore, sed diuerso, nu.94. Et quid, quando Episcopus procedit vt delegatus, quoad exemptos, nu.95.

Inquisitor potest sine Episcopo causam expedire, & Episcopus sine Inquisitore nulla facta requisitione, quando vnus alterius copiam habere non potest, vtputa, aut propter absentiam, aut propter infirmitatem, nu.96. & 97.

QVÆST. CLXXXVI. §. III.

56 REGVLA † sit, quod Inquisitor & Episcopus in crimine hæresis, & in eadem causa, eodemque facto, possunt insimul diuisim, vel coniunctim procedere, text. est *in cap. Per hoc, §. Verum, de hæreticis, in 6.* vbi ad literam dicitur: *Concedimus, quod per Episcopos & per Inquisitores de facto eodem inquiri valeat communiter, vel diuisim,* & *ibi* hoc adnotarunt Gloss. *in figuratione casus, versic. Sed ponemus,* Ioan. Monach. *num.1. versic. Secundum, & num.... in verbo, De eodem facto,* Archidiacon. *nu.1. ante finem, versic. Vtrum diuisim,* Geminian. *in summario, versic. Et super eodem facto, & in §. Verum, num.1. in 1. notabil.* & Franch *in summario, num.1. in 2. notab.* Bonifac. de Vitalinis *in Clementin.1. ante num.1. versic. Contra suspectos, eodem tit. de hæreticis,* & *ibi* etiam Cardinal. Zabarel *in §. propter, num.5. in secunda oppositione,* extat Constitutio Vrbani IV. edita de anno 1261. *incip. Licet ex omnibus, in princip.* relata
56 per Franciscum Pegnam *in Director. inquisitorum inter literas Apostolicas, folio mihi 52. & seqq.* Ioann. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de processibus inquisitorum, ante nu.1.* summa Rosella *in verbo, Hæreticus, num.40.* Ioan. à Rojas *in singul. 44. num.2.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Episcopus, nu.1.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit.25. rub. de Episcopis, nu.4. & 5.* vbi tamen refert contrariam obseruantiam in Hispania, in qua Episcopus non procedit insimul cum Inquisitore, sed causam ad Inquisitorem remittit, vt *ibi* per eum, & hoc ex Apostolico indulto, licet Vicarius Episcopi possit assistere Inquisitoribus loco Episcopi, & *ibi num. 6.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.8. num.4. in princip.* & *ibi* Campeg. *in additionibus, litera F. in verbo, Processum,* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.8. num.3.* Carer. *in eodem tract. de hæreticis, num.70.* Clar. *in practic. criminal. in §. hæresi, num.5. versic. Sed quis.*

Idem Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part.1. nu.439.* Decian. *in tract. criminal. libr.5. cap.22. nu.8.*

Et † propterea Episcopus & Inquisitor dicuntur habere potestatem & iurisdictionem procedendi contra 57
hæreticos in solidum, secundum Ancharan. *in Clementin.1. num.1. in princ. in 1. notab. de hæreticis,* & *nu.2. in 2. notab.* vbi propterea, quod quando plures habent iurisdictionem in solidum, quilibet potest procedere, nec habet locum præuentio, & *ibi* etiam Cardinal. Zabarell *in §. propter, nu.3. in 6. notab.*

AMPLIA I. Vt † iurisdictio Inquisitoribus delega- 58
ta non præiudicet iurisdictioni Episcopi, cum censeatur concessa cumulatiue, non autem priuatiue, secundum Abb. *in cap. Excommunicamus, il 1. nu.13. extra, de hæreticis,* & *ibi* etiam Marian. Socin. *num.70.* Ioan. de Anania *in §. volumus, num.1. in princip. versic. Et propter hoc, & num.2. versic. Et prædictis, & nu.3.* & Felyn. *nu.4. colum.4. post princip. versic. Nota, ex fine,* & *versic. Et ex his colligit,* est text *in cap. Per hoc, de hæreticis, in 6.* vbi ad literam dicitur: *Per hoc, quod negotium hæreticæ prauitatis alicui, vel aliquibus ab Apostolica Sede generaliter in aliqua Prouincia, Ciuitate, vel Diœcesi delegatur, Diœcesanis Episcopis, quin & ipsi authoritate ordinaria, vel delegata (si habent) in eodem procedere valeant, nolumus derogari,* & *ibi* hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, in princip.* Ioan. Monach. *num.1. in princip.* & *in verbo, Derogare,* vbi opponit & soluit, & *num.2. & seqq.* Prob. *ante num.1. in verbo, Non derogat,* Archidiacon. *ante nu.1. in verbo, Volumus,* vbi opponit & soluit, Ioan. Andr. *ante nu.1. in verbo, Volumus, & nu.2. ante finem, versic. In glossa licet ergo,* Geminian. *in summario, & num.1. versic. Oppono, quod Episcopus,* vbi etiam opponit & soluit, & *num.3. colum.2. ante fin. versic. In ea glossa,* & Franch. *in summario, & nu.3.* & extat Constitutio Vrbani IV. edita de anno 1261. *incip. Licet ex omnibus, in versic. Nec prætextu,* relata per Franciscum Pegnam *in Directorio inquisitor. inter literas Apostolicas, folio mihi 52. & seqq.* vbi amplius, quod sicut per delegationem causæ factam Inquisitori non derogatur iurisdictioni Episcopi, ita nec etiam derogatum censetur iurisdictioni Inquisitoris, per delegationem factam Episcopo, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rub. de processibus Inquisitorum, ante nu.1.* Rosella *in summa, in verbo, Hæreticus, num.48.* summa Syluestrina *in eodem verbo, Hæreticus, §.2. nu.10. versic. Quando negotium hæresis,* Ioan. à Rojas *singular.28. nu.2.* Repert. Inquisitor. *in verbo, Cognoscere, versic. Sed an facultas cognoscēdi,* Simanch. *Catholicarum institutionum tit.25. rubr. de Episcopis, num.4.* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.7. nu.9.* Carer. *in eod. tract. de hæreticis, num.67. versic. Et operabitur dalis delegatio,* Decian. *in tractat. crimin. libr.5. cap.21. nu.10.* Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretic. cap.67. num.9.*

LIMITA † hanc primam ampliationem, vt non 59
censeatur derogatum iurisdictioni Episcoporum ordinariç per commissionem, seu delegationem factam Inquisitori generaliter, de procedendo in omni crimine hære-

hæresis, secus si commissio esset restricta ad certa crimina, & certas personas specialiter, quia tunc etiam ordinariæ Episcoporum authoritati censetur derogatum, vt per Gloss. *in cap. Per hoc, in verbo, Generaliter, de hæreticis, in 6.* & *ibi* Archidiacon. *ante num. 1. in princip.* Geminian. *num. 1. ad finem*, & Franch. *sub numer. 3.* Ancharan. *in Clementin. 1. nu. 9. ad finem, de hæreticis*, & *ibi* etiam Imol. *nu. 4. ad medium, versic. Gloss. deputatos*, Bonifac. de Vitalinis *numer. 12.* & Cardinal. Zabarell. *in §. propter, nu. 4. versic. Oppono in eo, quod.*

60 Amplia II. In † sententia absolutoria, quam Episcopus sine Inquisitore, & Inquisitor sine Episcopo proferre potest, secundum Gloss. *in Clementin. 1. in verbo, Contra eos, de hæreticis*, & *ibi* etiam Ioan. de Imola *num. 8.* vbi tamen nihil firmat, & loquitur dubitatiue per verbum, *Forte*, Bonifac. de Vitalinis *num. 173. & sequenti*, & Cardinal. Zabarel *in §. duro, nu. 5. in quinta quæstione*, vbi post multa hinc inde deducta in hac residet sententia; relati per Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 3. rubr. de absolutione, num. 8.* (qui tamen eos non sequitur,) relati per Vmbert. Locat. *post iudicial. inquisitorum, quæst. 29.* vbi testatur de veriori opinione, Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 8. litera E. in verbo, Diffinitiuam*, idem Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap. 15. post num. 2.* Carer. *in tract. de hæreticis, num. 72.* vbi testatur de magis communi Doctorum opinione, licet postea contra eam multa in contrarium adducat, Clar. *in practic. crimin. §. hæresis, nu. 5. versic. Sed quis, in fine*, vbi de communi, ex Caretio *in loco præallegato*, Petr. Gregor. *Syntagmat. iuris, libr. 33. cap. 7. num. 5. versic. Notat tamen*, Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 48. num. 1. & sequent.* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 97. folio mihi 624. colum. 2. & seq.* vbi aliis pluribus relatis concordantibus hanc vti communem & veriorē, prout testatur, pluribus comprobat, etsi contrariam sententiam tutiorem existimet Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 21. num. 12.* vbi, licet contrariam negatiuam sententiam fauore fidei facile defendi posse affirmet, hanc tamen magis Communem testatur, & in ea residere videtur, & *cap. 22. nu. 11.* vbi pariter testatur de magis Cōmuni. Et hanc sententiam magis cum iure congruere, licet contrariam tutiorem existimet, testatus est Ioann. Azyor. Iesuita *Institutionum Moralium part. 1. lib. 8. cap. 18. rubr. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, qu. 16.* Ludou. à Paramo *de origine S. inquisitionis, libr. 3. quæst. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei, num. 1. in fine*, vbi ita vsu receptum esse testatur.

61 Contrarium † voluerunt Ancharan. *in dicta Clementin. 1. num. 6. de hæreticis*, vbi etiam Ioan. de Imola *num. 8.* agnit pro, & contra, & nihil firmat, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 3. rubr. de absolutione, nu. 8. & 9.* vbi alios refert, & testatur de veriori consuetudine Hispanorum recepta sententia, & *in Enchirid. violata religion. tit. 51. eadem rub. de absolutione, num. 2.* vbi, quod contraria opinio è foro expulsa & reiecta est, & in adnotationibus ad Zanchin. *cap. 1.* vbi reprobat Campegium contrarium tenētem in additionibus ad eundem Zanchin. *in tract. de hæreticis, capit. 8. litera E. in verbo, Diffinitiuam*, & hanc contrariam opinionē tutiorem, & magis vsu receptam testatur Additionat. ad Campeg. *vbi supra*, licet Campegii opinionem de stricto iure veriorem affirmet, Ioan. à Rojas *singular. 27. num. 7.* vbi hanc sententiam maturiorem, integriorem, & veriorem affirmat; relati per Vmbert. Locat. *post iudicial. inquisitorum, quæstio. 29.* vbi testatur de æquiori opinione, Quintilian. Mandos *in additionibus ad Repertor. inquisitorum, in verbo, Inquisitor, litera C.* Carer. *in tract. de hæreticis, num. 72.* vbi licet primam opinionem dicat magis communem, hanc tamen pluribus comprobat, & in ea residere videtur, Lælius Zecchius *in summa, part. 1. tit. de fide, cap. 11. rubr. de hæresi, num. 14. post princip.* Ioan. Azzor. Iesuita *in loco præallegato*, vbi dixit, hanc secundam sententiam esse tutiorem, licet primam magis cum iure congruere affirmauerit.

Amplia III. Vt † Inquisitor sine Episcopo possit inquirere, citare, capere, arrestare, carcerare, manicis ferreis & in compedibus ponere Inquisitos de hæresi, vt dicam *infra hac eadem quæstione, nu. 67.* Et hic repetere relatos ibi Doctores superfluum est. 62

Amplia IV. Vt † Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore in casu negligentiæ alterius possint degradare Clericum degradandum, ex allegatis per Arnald. Albertin *in capit. Quoniam, quæst. 7. num. 3. de hæreticis, in 6.* cuius sententiæ se subscribit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, part. 3. Commentar. 45. nu. 199. in fine, versic. Nunquid autem solus Inquisitor, folio mihi 552. col. 1.* 63

Amplia V. Propositam † regulam, vt discordantibus Inquisitore & Episcopo in prolatione sententiæ, seu in alio actu, quam quisque solus expedire non potest, debeant Sedem Apostolicam consulere: tex. est *in cap. Per hoc, §. verum, ad finem, de hæreticis, in 6.* vbi loquens summus Pontifex de sententia ferenda ab Inquisitore, & Episcopo dixit: *In qua ferenda si non conuenerint, per vtrosque negotium sufficienter instructum ad Sedem Apostolicam remittatur:* & *ibi* hoc casu adnotarunt Glossa *in figuratione casus, versic. Si vero non possunt concordare*, & *in verbo, Veritas, in fine, versic. Si autem Episcopus*, & *in verbo, Remittatur*, Ioan. Monach *nu. 4. in verbo, Et si diuisim*, Ioan. Andr. *sub num. 2. in verbo, Veritas*, Geminian *in §. verum, numer. 3. in 3. notabil. & num. 5. versic. Vnde verbum*, vbi etiam, quod ambo, Inquisitor scilicet, & Episcopus, debent Papæ causam remittere, & Franch *numer. 1. in fine, in 3. notabil.* Gloss. *in cap. Vt inquisitionis officium, in verbo, Puniendum, de hæreticis, in 6.* est etiam Glossa *in Clementin. prima, in verbo, Ad sententiam, de hæreticis*, & *ibi* etiam Ioann. de Imola *post num. 8.* Bonifac. de Vitalinis *numer. 71. & 72. in fine*, & Cardinal. Zabarell. *in §. duro, nu. 1. in prima oppositione*, summa Rosella *in verbo, Hæreticus, numer. 46. versicul. Quod si in sententia non concordant*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Communicare, versic. Sed quomodo, & in quibus*, & *in verbo, Diuersitas, versic. Item quando inter Inquisitorem*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 25. rubric. de Episcopis, num. 4. versic. Si vero concordes non fuerint in pronunciando, & nu. 5.* vbi ponit, quid isto casu seruetur in Hispania, Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap. 15. num. 2.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 1. nu. 437.* vbi, quod in Hispania, Inquisitore & Episcopo discordantibus, processus sufficienter instructus transmittitur ad Inquisitorem generalem, Eymeric. *in Direct. inquisitorum, part. 3. quæst. 50.* & *ibi* Francisc. Pegna *in additionibus, Comment. 99. folio mihi 627. & seqq.* vbi pluribus hanc probat sententiam, Decian *in tractat. criminal. libr. 5. cap. 21. numer. 3. versic. Item, quando Episcopus & Inquisitores, & nu. 22. & cap. 23. num. 18.* 64

Amplia † Rursus eandem quintā ampliationem, quia si Episcopus & Inquisitor discordant in tormentando inquisitum de hæresi, vt quia vnus dicit, esse locum torturæ, alter vero non, tunc si hoc accidat propter varietatem processus recurrendum est ad scripta *in cap. In nostra*, & tradita hac eadem quæstione *infra, nu. 82.* Si vero id accidat propter imperitiam alterius, & & tunc consulendi peritiores, secundum Ioan. de Imola *in Clementin. 1. num. 14. ante finem, versic. Quid autem, si discordant in tormentando, de hæreticis*, & *ibi* etiam Cardinal. Zabarell *in §. duro, nu. 11. in 17. quæst.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Expectare, in fine, versic. Si vero conueniunt ambo*, & *in verbo, Tortura, num. 8.* Repert. Inquisitorum *in verbo, Communicare, versic. Sed quomodo, & in quibus*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 60.* 65

rub.

rubr. de sententiis, num. 10. vbi ponit, quid isto casu apud eum in Hispania seruetur, Campeg *in additionib. ad Zanchinum, tract. de hæreticis, cap.* 8 *lit. D. in verbo, Torquere, versic. Si autem conueniunt ambo*, Decian. *in tract. crimin. libr.* 5. *cap.* 29. *nu.* 7. *& cap.* 36. *nu.* 21.

66 Si † autem Episcopus mandat relaxari, & Inquisitor retineri, vel è cõtra custos, qui relaxat, excusatur ab excommunicatione, Ioan. And. *in c. Vt inquisitionis officium, colum.* 2. *ante medium, in verbo, Alterius, de hæreticis, in* 6. & *ibi* etiam Geminian. *in §. Prohibemus, nu.* 4. & Franch. *numer.* 5. *in fine.*

67 LIMITA I. Propositam † regulam, quia licet, vt dixi *supra, hac eadem quæstione, num.* 62. & probant omnes infra allegati Doctores, quod possit Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore inquirere, citare, capere, arrestare, carcerare, & manicis ferreis ponere inquisitos de hæresi; In durum tamen, seu arctum carcerem mittere, tormentis subiicere, & ad sententiam contra hæreticos deuenire, vnus sine alio non potest, textus est expressus *in Clementin.* 1. §. *propter, de hæreticis*, cuius quidem textus verba sunt hæc: *Sic quod quilibet de prædictis sine alio citare possit, & arrestare, siue capere, ac tutæ custodiæ mancipare, ponendo etiam in compedibus, vel manicis ferreis, si ei visum fuerit faciendum: nec non inquirere contra illos, de quibus pro huiusmodi negotio secũdum Deum & iustitiam viderit expedire; Duro tamen tradere carceri, siue arcto, qui magis ad pœnam, quam ad custodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad sententiam procedere contra eos, Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo Diœcesano, aut eius officiali non valebit.* Et ibi hoc adnotarunt Glossa *in verbo, Capere, & in verbo, Citare, & in verbo, Manicis, & in verbo, Duro*, Ancharan. *num.* 1. *& num.* 5. *ad finem*, Ioan. de Imola *num.* 1. *in* 5. *notabil. & num.* 4. *in fine, versic. Glossa capere, & uumer.* 5. *&* 6. Bonifac. de Vitalinis *num.* 18. *& sequentibus pluribus*, vbi late declarat omnes actus in hoc textu positos expediendos, vel non expediendos ab Inquisitore sine Episcopo, & contra, & *numer.* 43. & Cardinal. Zabarel. *in §. propter. num.* 5. *in* 3. *oppositione, & seqq.* Et in specie, quod Episcopus sine Inquisitore, & Inquisitor sine Episcopo non possit sentẽtiam ferre, text. est *in cap. Per hoc, sub §. verum, de hæreticis, in* 6. dum ibi dicitur: *Et nisi hoc casu Inquisitores in sententiæ prolatione Diœcesanis vel econtra duxerint deferendum, per vtrosque simul sententia proferatur: & ibi* adnotarunt Glossa *in figuratione casus, versicul. Et si possunt conuenire, & in verbo, Sententia*, Archidiacon. *nu.* 2. & Franch. *in summario*, extat Constitutio Vrbani IV. edita de anno 1261. *incip. Licet ex omnibus, versic. Quod si aliqui fuerint iudicandi*, relata per Franciscum Pegnam post Director. Inquisitor. inter literas Apostolicas, *folio mihi* 52. *& seqq.* vbi Inquisitor sine Episcopo, & econtra non potest hæreticum ad mortem, seu ad pœnam perpetui carceris condemnare, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rub. de processibus Inquisitorum, nu.* 1. *ad medium*, Rosella *in summa, in verbo, Hæreticus, n.* 49. summa Syluestrina *in eodem verbo, Hæreticus, §.* 2. *num.* 10. *versic. Sextum sicut etiam*, Ioan. à Roias *singular.* 27. *nu.* 5. Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo, Consilio, num.* 2. vbi, quod Episcopus non potest sententiam proferre sine consilio Inquisitoris, & econtra, & *in verbo, Episcopus, nu.* 1. *& in verbo, Hæreticus, nu.* 34. *& in verbo, Inquisitor, nu.* 36. *& in verbo, Tortura, n.* 7. *versic. Et propter grauitatem iudicij, & post iudicial. inquisitorum, quæst.* 10. vbi, quod potest vnus sine alio carceratum duriori carceri tradere, vt sit securus, ne fugiat, non autem ad pœnam, Repert. Inquisitor. *in verbo, Carcer, versic. Item quæ sit differentia*, vbi dicit idem, & *in verbo, Inquisitores, versic. In quibus possit procedere, & ibi* Quintilian. Mandos. *in additionibus, litera B. & litera C.* & *in verbo, Tortura, versicul. Secundo, & in vers. An aduocatus accusati*, Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.* 34. *rubr. de Inquisitoribus Apostolicis, nu.* 22. *& num.* 37. *&* 38. & *in Enchiridion violatæ religion. tit.* 7. *eadem rub. de Inquisitoribus, nu.* 7. *& tit.* 8. *num.* 4. *& tit.* 25. *rub. de comprehendendis, nu.* 4. Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.* 8. *nu.* 4. Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap.* 40. *nu.* 1. Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.* 8. *num.* 3. *&* 4. *& quæst.* 13. *nu.* 8. *in fine*, Carer. *in eod. tract. de haret. num.* 72. *&* 73. *&* 86. Boss. *in tit. de hæreticis, nu.* 12. Clar. *in pract. criminal. in §. Hæresis, num.* 5. *versic. Sed quis*, Petr. Gregor. *Syntagma. iuris, lib.* 33. *cap.* 7. *num.* 5. idem Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part.* 1. *num.* 441. *& seqq.* Eymeric. *in Director. inquisitorum, part.* 3. *quæst.* 47. *num.* 1. *& seq.* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.* 96. *folio mihi* 624. *colum.* 1. idem Pegna *in additionibus ad eundem Eymericum, vbi supra, dicta part.* 3. *Comment.* 39. *folio mihi* 518. *colum.* 2. *liter. B. versicul. In tali casu*, vbi post Eymer. ibi in specie loquitur de decreto torturę proferendo ab Inquisitore & Episcopo simul, ac etiam de illius exequutione, & sic de ipsa tortura inferenda, quod debeat inferri ab Episcopo & Inquisitore simul, de quo etiam per eundem Eymericum *in eodem Director. inquisitor. vbi supra, dicta part.* 3. *quæst.* 61. *num.* 1. & *ibi* pariter Francisc. Pegna *in additionibus, Commentar.* 110. *fol. mihi* 641. *col.* 1. Adde ad præmissa Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 22. *nu.* 11. *& cap.* 21. *nu.* 15. *& cap.* 29. *num.* 6.

AMPLIA I. Hanc † primam & præcipuam huius regulæ limitationem, vt Episcopus sine Inquisitore, & 68
Inquisitor sine Episcopo non possit hæreticum in duro carcere ponere, torquere, vel condemnare, non solum quando insimul procedunt etiam diuisim, sed etiam quando quisque solus procedit (quicquid olim secus esset) secundum Gloss. *in Clement.* 1. *in verbo, Ad sententiam, de hæreticis, & ibi* etiam Ancharan. *num.* 1. *versic. Ita enim tria*, Ioan. de Imola *num.* 8. *& nu.* 14. *versic. Iuxta prædicta quæritur*, vbi tamen, ni fallor, confuse loquitur, Bonifac. de Vitalinis *nu.* 41. *& sequ.* vbi bene hanc conclusionem comprobat, & contrariis respondet, & *nu.* 203. *versic. Nam Oldradus*, & Cardin. Zabarell. *in §. duro, num.* 1. *in* 1. *oppositione.*

AMPLIA II. Eandem † primam limitationem, vt 69
si Episcopus sine Inquisitore, vel Inquisitor sine Episcopo posuerit hæreticum in durum carcerem, tormẽtis subiecerit, aut eum condemnauerit, omnia sint ipso iure nulla, text. est *in Clementin.* 1. §. *propter, in fine, de hæreticis*, in illis verbis: *Et si secus præsumptum fuerit, nullum sit, & irritum ipso iure*, & *ibi* Gloss. *in verbo, Ipso iure*, vbi declarat, ipso iure, quoad iuris effectum; nam si qui de facto fuisset tortus, vel dure carceratus, nullitas non tollit carcerationem, nec torturam, Ioan. de Imola *nu.* 13. *versic. Glossa ipso iure*, Bonifac. de Vitalinis *nu.* 57. *in* 21. *notabil. & num.* 60. *in* 22. *notabil.* & Cardinal. Zabarell. *in §. duro, num.* 1. *in quinto notabil. & in* 2. *oppositione*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Tortura, num.* 10. *versic. Et nota*, Repert. Inquisitorum *in verbo, Carcer, versic. Item nota, quod Carceratio*, Squillacens. *in tractat. de fide Catholica, cap.* 40. *sub num.* 1. Carer. *in tract. de hæreticis, post num.* 72.

AMPLIA III. Dictam † primam limitationem, vt 70
sicut Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore non potest torquere inquisitum de hæresi: ita nec etiam vnus sine altero potest imponere ieiunia ad eruendam veritatem, iuxta Gloss. *in Clementin.* 1. *in verbo, Tormentis, extra, de hæreticis, & ibi* Ancharan. *num.* 3. *in fine*, Ioan. de Imola *nu.* 6. *versic. Iuxta prædicta*, Bonifac. de Vitalinis *nu.* 39. *&* 40. vbi declarat, quale debeat esse ieiunium ad hoc, vt torturæ æquiparetur, & Cardinal. Zabarell. *in §. duro, nu.* 2. *versic. Secundo quæro.*

AMPLIA IV. Eandem † primam limitationem, vt 71
si reus confessus fuerit in tortura illata ab Episcopo sine Inquisitore, vel ab Inquisitore sine Episcopo, vti nulla confitenti non noceat, ex his, quæ generaliter dixi *su-*

vt supra, hac eadem quæstione, numer. 66. & in specie voluit Ancharan. in dict. Clementin. 1. num. 9. in 4. quæst. de hæreticis, & ibi etiam Ioan. de Imola num. 7. versic. Quærit hic Stephanus. Bonifac. de Vitalinis num. 62. & Cardinal. Zabarell. in §. duro, nu. 4. vers. Quarto quæro, Vmbert. Locat. post iudicial. inquisitorum, quæst. 31.

72 AMPLIA V. Dictam primam limitationē, vt confessio facta in tortura data ab Episcopo solo, non valeat, etiamsi fuerit ratificata coram eodem iudice, qui sine iurisdictione torturam inflixit, tum quia in ratificatione influit ille idem defectus, qui erat in tortura, tum etiam, quia, vt suo loco dixi, confessio indebite, & per metum extorta non conualidatur per ratificationem, secus, quod ratificatio fit coram alio iudice, & legitime interueniente altero iudice, & propterea non sine ratione Ioan. de Imola in Clement. 1. de hæreticis, nu. 8. in prin. in id ponderauit textum in leg. penul. cum ibi notatis per Doctores, de quæstionibus, & non sine ratione etiam Cardinal. Zabarell. in §. duro, nu. 4. versic. Si tamen perseuerat, loquitur de ratificatione confessionis, facta coram alio iudice, & non coram eodem,

73 Quamuis † contrarium voluisse videatur Ancharan. in dict. Clement. 1. de hæreticis, sub nu. 9. versic. Si tamen perseueraret, & ibi etiam Ioan. de Imola nu. 7. versic. Quærit hic Stephanus, Vmbert. Locat. post iudicial. inquisitor. quæst. 1. versic. Si tamen perseuerat.

74 SVBLIMITA I. Præcedentem † primam limitationem in eo, quod torturam respicit, sic vt supra ampliatam, non procedere in tortura testibus infligenda pro eruenda veritate, quam Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore infligere potest, imo etiam, si testis falsum deposuerit coram vno eorum, poterit etiam extraordinaria pœna puniri ab illo, coram quo falsum deposuit, secus, si iste iudex formata Inquisitione vellet contra testem falsum procedere ad pœnam ordinariam, quia tunc nec Inquisitor sine Episcopo, nec Episcopus sine Inquisitore hoc facere potest, sic enim colligitur ex traditis per Paulum de Leazzar. in Clementin. 1. §. propter super, versic. Vel tormentis, num. 1. & seqq. de hæreticis, & per Ancharan. qui alia ponit in materia, in dict. Clement. 1. nu. 8. de hæreticis, & ibi etiam Ioan. de Imola num. 6. & Cardinal. Zabarell. in §. Duro, num. 3. versic. Tertio quæro, vbi bene declarat Campeg in additionibus ad Zanchinum, tract. de hæreticis, cap. 14. litera A. versic. Ex his tam colligere possumus, ante medium versiculi, Pegna in additionibus ad Eymericum, in Director. Inquisitorum, parte 3. quæst. 53. Comment. 102. versic. Sed hoc intelligendum est, folio mihi 629. colum. 2. idem Eymeric in eodem Director. inquisitor. dicta parte 3. quæst. 73. & ibi etiam Franciscus Pegna in additionibus, Commentar. 122. folio mihi 674. & sequenti, vbi bene declarat dicta per Eymericum in loco præallegato, an scilicet, & quando possit solus Inquisitor vel solus Episcopus, testem coram ipso falsum deponentem torquere & punire.

75 SVBLIMITA II. Eandem † primam limitationem in eo, quod respicit durum carcerem, quia licet Inquisitor sine Episcopo, aut Episcopus sine Inquisitore, non possit hæreticum in duro & arcto carcere ponere, hoc tamen intelligitur, quādo hoc vellet facere ad pœnam, secus, si ad custodiam, vt quia forte alibi custodiri non possit, secundum Ioann. de Imola, post Paul. de Leazzar. quem allegat in dict. Clement. 1. de hæreticis, nu. 6. in fine, vers. Sed quid si Inquisitor, & ibi etiam Bonifac. de Vitalinis nu. 32. Cardinal. Zabarell. in §. Duro, ante nu. 1. Gundisalu. in tractat. de hæreticis, quæst. 8. num. 3. & 4. Petr. Gregor. Syntagm. iuris, lib. 33. cap. 7. nu. 5. versic. Primum, Eymeric in Directorio Inquisitorum, part. 3. quæst. 47. nu. 2. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 22. nu. 6.

76 LIMITA II. Et † principaliter propositam regulam, vt nec etiam Inquisitor, nec Episcopus sine Inquisitore possit mutare & mitigare pœnam per sententiam impositam, secundum Ancharan. in dicta Clementina 1. de hæreticis, post num. 6. & ibi etiam Cardinal. Zabarell. in §. Duro, num. 5. in 5. quæst. versic. Per quod cap. patet, de hæreticis, summa Tabien. in verbo, Hæreticus, num. 25. ad finem, vbi videtur tenere, quod licet Inquisitor in commutatione pœnarum iam pœnitenti impositarum teneatur requirere consensum Episcopi, non tamen eo non habito debet se abstinere ab huiusmodi commutatione, tam contra laicos, quam contra clericos, Repert. Inquisitorum, in verbo, Inquisitores, sub versicul. In quibus possunt procedere, in quarto casu, Ioan. à Rojas singular. 177. num. 4. & ante istos Ioann. Calderin. in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis redeuntibus & conuersis, num. 10. versic. Hæc autem pœna, Simanch. Catholicarum Institutionum tit. 16. rubr. de custodia reorum, num. 20. vbi dixit, quod licet Inquisitor simul cū Episcopo possit minuere & commutare pœnam perpetui carceris, hodie tamen talis commutatio fieri non potest in Hispania, nisi ab Inquisitore Generali, ex instructione Hispalensi & Toletana ibi per eum allegata, Zanchin. in tractat. de hæreticis, capit. 21. nu. 2. vbi dixit, Inquisitorem circa laicos posse mitigare & mutare pœnam petito consilio Episcopi, licet non obtento consensu, circa vero clericos debet requirere consilium, & expectare consensum, Squillac. in tractat. de fide Catholica, cap. 42. nu. 2.

LIMITA III. Quia † Inquisitores priuando hæreticos dignitatibus & beneficiis, debent requirere consilium Episcoporum, & Episcopis absentibus, eorum Vicariorum, text. est in cap. Vt commissi, in versic. Priuandi, de hæreticis, in 6. vbi dicitur: Priuandi præterea, vel priuatos nunciandi dignitatibus, ac aliis beneficiis Ecclesiasticis, de Diœcesanorum, vel eis absentibus Vicariorum suorum consilio, & quæ sequuntur, & ibi hoc adnotarunt Glossa in figuratione casus, versic. Sed ponamus, il secondo, & versic. Nota, quod cum Inquisitor, & in verbo, Commissi, in fine, versic. Ista tamen, & in verbo, Honoribus, Ioan. Monach. nu. 3. & in verbo, Consilio, Archidiacon. etiam num. 3. ad finem, in verbo, Consilio, & num. 4. Ioan. Andr. num. 4. in fine, colum. 3. in verbo, Consilio, & num. 5. Geminian. in verbo, Priuandi, num. 2. & nu. 5. & 6. vbi etiam, an, & quando Vicarius Episcopi possit consilium dare Episcopo præsente, & Franch. numer. 2. post medium, in 6. notabil. & num. 4. versic. In Glossa, in verbo, Honoribus, extatque etiam Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1258. incip. Quod super, versic. Frequenter, etiam relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, folio mihi 30. summa Rosella in verbo, Hæreticus, nu. 44. versic. Item priuandi, Tabien. in summa, in eodem verbo, Hæreticus, nu. 16. vers. Et nota, quod si Inquisitor, Simanch. Catholicarum institutionum tit. 46. rubric. de pœnis, num. 71. Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 18. nu. 6. 77

SVBLIMITA, hanc † tertiam limitationem procedere, quando hæreticus priuatur dignitatibus & beneficiis Ecclesiasticis, secus, quando priuatur honoribus, dignitatibus, & officiis secularibus; Tunc enim Inquisitor nō tenetur requirere consilium Episcopi, seu eius Vicarii, sic enim in dicto capit. Vt commissi, de hæreticis, in 6. declarat Glossa in figuratione casus, versic. Nota, quod cum Inquisitor, & in verbo, Honoribus, & Archidiacon. numer. 4. Decian. in tract. crimin. libr. 5. cap. 21. nu. 19. 78

LIMITA IV. Quia † non potest Episcopus sine Inquisitore, nec Inquisitor sine Episcopo cogere suspectum de hæresi ad illam abiurandam, secundū Simanc. Catholicarum institutionum titul. 1. rubric. de abiuratione, numer. 26. & seqq. vbi proponit contraria, & illis respondet, & in adnotationibus ad Zanchinum, cap. 1. vbi propterea reprobat Campegium, contrarium tenentem in additionibus ad eundem Zanchinum in tract. de hæreticis, cap. 8. litera E. in verbo, Diffinitiuam, vbi vide omnino additionem, in litera D. in verbo, Torquere, in fine, vbi dixit, 79

hanc

hanc Simanchæ opinionem vsu magis receptam esse, & tutiorem, quam opinionem Campegii forsan de stricto iure veriorem. Franciscus Pegn. *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 48. Comment. 97. versic. An autem eodem modo, & seqq. fol. mihi 625. colum. 2.* vbi concludit, quod licet opinio Campegii de stricto iure forsan defendi possit, contraria tamen sententia & tutior, & vsu recepta est, & propterea non potest Inquisitor sine Episcopo, nec Episcopus sine Inquisitore abiurationem & purgationē indicere suspecto de hæresi, licet bene postea subdat, quod abiuratio facta coram vno solo, non per hoc erit inualida, per regulam, *Quod multa facta tenent, quæ à principio fieri prohibentur.* Et ideo infert ex Bursato *in cons. 21. lib. 1.* Quod si quis tanquam de hæresi vehementer suspectus abiurauit coram solo Episcopo, vel solo Inquisitore, si deinde iterum in hæresim lapsus fuerit, poterit brachio seculari tradi, nec ei prodest excusatio, quod abiuratio sit nulla, & quod ad purgationem & ei abiurationem indicendam non possit Episcopus sine Inquisitore, & econtra procedere, voluit idem Eymeric. *in eodem Directorio inquisitorum, dicta part. 3. rub. de secundo modo finiendi processum per purgationem Canonicam, nu. 144. versic. Circa istum, & ibi* pariter Franc.sc. Pegna *in additionibus, Commen. 38. litera A. folio mihi 512. columnn. 2. versic. Quia sententia, & seq. & fol. 513. col. 2. vers. Hac quidem,* Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium parte 1. libr. 8. cap. 18. rubric. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst. 16.* vbi pariter testatur de magis recepta, tutiori, & veriori sententia, Ludouic. à Paramo *de origin. S. Inquisitionis, lib. 3. quæst. 4. rub. de expeditione processus in causis fidei, nu. 2.*

80 LIMITA V. Quia † Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore non possunt punire Iudęos, vt dixi *supra, quæst. 178. nu. 147.* hic repetere non est necesse.

80 SVBLIMITA I. Et † generaliter omnes præcedentes limitationes, in quibus dixi, non posse Episcopum sine Inquisitore, & Inquisitorem sine Episcopo procedere, quod, quando super eodem facto Episcopus & Inquisitor contra aliquem hæreticum procedūt diuisim, tunc ante prolationem sententiæ, cum aliud non supersit agendum, nisi sententiam proferre, debent insimul communicare processus, text. est *in capit. Per hoc, §. verum, de hæreticis, in 6.* vbi ad literam dicitur: *Et si diuisim processerint, teneantur sibi inuicem communicare processus, vt per hoc poßit melius veritas inueniri.* & ibi hoc adnotarunt Archidiacon. *num. 1. ad finem, in verbo, Communicare,* Ioan. Andr. *sub num. 2. in eodem verbo, Communicare,* Geminian. *in §. Verum, nu. 2. in 2. notab.* & Franch. *num. 1. versic. Quando tamen datur potestas.* Est etiam Gloss. *in Clementin. 1. in verbo, Sententiam, de hæreticis,* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubric. de processibus Inquisitorum, num. 1.* Rosella *in summa, in verbo, Hæreticus, nu. 46. versic. Et si diuisim procedant,* summa Syluestrina *in eodem verbo, Hæreticus, §. 2. num. 10. versic. Quintum, &c.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo. Episcopus, nu. 3.* Repert. inquisitorum *in verbo, Communicare, versic. Sed quomodo,* Simanch. *Cathol. inst. tit. 25. rub. de Episcopis, n. 4.* Ioan. à Rojas *sing. 27. sub nu. 5.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 8. n. 4. versic. Imo in his arduis, & ibi* Campeg. *in additionibus, litera F. in verbo, Processum,* idem Zanchin. *in eodem trac. de hæreticis, cap. 15. num. 1. in fine,* Squillac. *in tract. de fide Catholica, cap. 40. nu. 2.* Carer *in tract. de hæreticis, nu. 70.* Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 51. & ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Comment. 100.* idem Eymer. *vbi supra, dict. part. 3. quæst. 52. & ibi* pariter Franciscus Pegna *in additionibus, Comment. 101.* vbi etiam ponunt, an & quādo Inquisitor & Episcopus dicantur diuisim & separatim procedere, & quando simul, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 21. nu. 33. & cap. 22. nu. 9.*

Et † isto casu, si processus Episcopi est cōtrarius processui Inquisitoris, vel econtra, tunc Episcopus & Inquisitor considerabunt, qui vero proximiora loquantur, & per ipsorum dicta se iudices informabunt, secundum Gloss. *in cap. Per hoc, in verbo, Veritas, versic. Sed quid dices, de hæreticis, in 6. & ibi* etiam Ioan. Monach *nu. 4. in fine, in verbo, Conueniri,* Archidiacon *num. 2. in fine,* vide ad hæc Ioan. de Imola *in Clemen. 1. num. 14. in fine, vers. Quid autem si discordant, de hæreticis.* 82

LIMITA I. Hanc † primam generalem sublimitationem, vt hæc processuum cōmunicatio fieri debeat, quando Episcopus & Inquisitor, licet diuisim, ambo procedunt, secus si vnus tantum procederet, quia tunc, qui procedit, alteri non procedenti non tenetur suum processum communicare, vt per Geminian. *in dicto cap. Per hoc, §. verum, nu. 3. versic. Sed quid si vnus, de hæreticis, in 6.* Franch *nu. 4. ad finem,* Campeg *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 8. lit. F. in verbo, Processum, post princip.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Inquisitor, nu. 8. in princ.* 83

LIMITA II. Eandem † primam sublimitationem, 84 vt hæc processuum communicatio semel tantum facienda sit, summa Rosella *in verbo, Hæreticus, nu. 46. versic. Et si diuisim procedant,* Reper. Inquisitorum *in verbo, Communicare, versic. Sed quomodo,* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 8. lit. F. in verbo, Processum, versic. Et tunc semel tantum.*

LIMITA III. Eandem † primam sublimitationē, 85 vt dicta processuum communicatio fieri debeat in fine causæ, quando aliud non superest agendum, nisi sententiam proferre, prout voluerunt omnes præallegati Doctores *supra* in Regula, & in specie Geminian *in dicto cap. Per hoc, §. verum, num. 4. de hæreticis, in 6.* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Communicare, versicul. Sed quomodo,* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 8. litera F. in verbo, Processum, versic. De secundo vero,* Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, parte 3. quæstione 53. & ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 102. folio mihi 629.*

SVBLIMITA † iterum pręcedentem tertiam limitationem, vt licet (vt dixi) processuum communicatio sit facienda in fine causæ, quando nihil aliud superest agendum, quam sententiam proferre; Veritas tamen est, quod si contingat dubitare de torquendo reum inquisitum, adhuc ista processuum communicatio facienda est, vt per Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Tortura, num. 9.* & latius per Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tractat. de hæreticis, cap. 8. litera F. in verbo, Processum, versicul. Si quæris, an ante torturam,* & in Repertor. Inquisitorum *in verbo, Communicare, versic. Sed quomodo,* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæstion. 53. Commentar. 102. folio mihi 629. versic. Occurrit tamen, & sequent.* vbi declarat, hoc non procedere, quando esset dubitatio circa torturam testium; Nam tunc nulla esset facienda communicatio processus, cum vnus sine alio possit testem torquere, Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 21. nu. 23.* 86

SVBLIMITA II. Et † generaliter, seu potius declara omnes præcedentes principales limitationes, vt si quis pro crimine hæresis fuerit eodem tempore citatus ab Inquisitore, & ab Episcopo, debeat comparere coram Inquisitore, & non coram Episcopo, quia iurisdictio Inquisitoris tanquam delegata est maior ordinaria, secundum Ioannem de Anania *in cap. Excommunicamus, il primo, §. Volumus, num. 2. & ibi* etiam Felyn. *sub num. 4. colum. 4. ante medium, versic. Nota ex fide, extra, de hæreticis,* Archidiacon. *in cap. Per hoc, num. 1. eodem tit. de hæreticis, in 6. & ibi* etiam Ioann Andr. *numer. 2.* Geminian. *num. 3.* & Franch. *num. 4.* & hanc opinionem dixit com- 87

Communem, licet eam non sequatur, Ioann. à Roias *singular.* 44. Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Citatio, num.* 15. *versic. Citatus ab Episcopo*, & *in verbo, Inquisitor, num.* 8. *versic. Vnde si Diœcesanus, & num.* 10. *in princip. & vers. Quare dum quis citatur*, Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.* 43. *rubr. de modo procedendi, num.* 13. Campeg *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.* 8. *litera G. in verbo, Episcopus*, Eymeric. *in Directorio inquisitor. part.* 3. *quæst.* 5. *num.* 4. *& nu.* 5. *versic. Sed ponetur*, & *ibi* Francisc. Pegna *in additionibus, Commentar.* 54. *lit. A. versic. Primo, & seq. fol. mihi* 579. *col.* 2. vbi alios refert concordantes, nec dissentit Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *rub. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst.* 8. Lud. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, libr.* 3. *quæst.* 4. *rubr. de forma & ordine iudiciario S. officij, nu.* 69.

88 Ratio † præcedentis conclusionis est, quia Inquisitor cum sit delegatus Papæ, dicitur maior quocumque ordinario, ex plene traditis per Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Inquisitor, num.* 7. *versic. Primo, & sequentibus*, vbi proponit contraria, & illis respondet, & late etiam per Campegium *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.* 8. *litera G. in verbo, Episcopus*, Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part.* 3. *quæst.* 5. *num.* 4. *& num.* 6. vbi propterea dixit, quod cum ordinarius sit minor delegato, idcirco Episcopus processum Inquisitoris nullo modo impedire potest, & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Comment.* 54. *versic. Præcipua huius quæstionis conclusio, folio mihi* 579. *col.* 2. vbi testatur de Communi, & *litera B. folio mihi* 580. *column.* 2. *in fine*, Carer. *in tract. de hæreticis, num.* 71. Decian. *in tractat. crim. libr.* 5. *cap.* 22. *num.* 10. *& cap.* 32. *nu.* 9. Nec dissentit Ioan. Azzor. Iesuita *instit. Moralium part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *rubr. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst.* 1.

89 Contrarium, † quod isto casu debeat citatus comparere coram ordinario, & non coram Inquisitore, pluribus probauit Ioan. à Rojas *singular.* 44. *numer.* 1. *& seqq.* vbi *num.* 7. hanc sententiam dixit veriorem, licet contra Communem.

90 In † hac contrarietate vide Bonifac. de Vitalinis *in Clement.* 1. *nu.* 188. *de hæreticis*, vbi relata opinione Archidiacon. *in dict. cap. Per hoc*, videtur concludere, quod, quando Inquisitor & Episcopus concurrunt in procedendo, sit locus *Gratificationi* ex parte citati.

91 Ampliа I. Hanc † secundam sublimitationem generalem, vt procedat non solum, quando quis est citatus ab Episcopo, & Inquisitore simul, sed etiam quando est citatus à Vicario seu Commissario Inquisitoris electo, seu delegato, scilicet non ab ipso Inquisitore, sed à Principe, seu Superiore; Tunc enim gaudet Priuilegio Inquisitoris, & in causis sibi delegatis est maior ordinario, secus in deputato, seu delegato ab ipso Inquisitore, quia tunc non gaudet priuilegio Inquisitoris, nec citatus ab Episcopo, & ab ipso delegato, tenetur comparere coram eodem delegato commissario, sed coram Episcopo, vt pluribus probat Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, part.* 3. *quæst.* 5. *Comment.* 54. *versic. Num autem, & sequentibus, folio mihi* 579. *column.* 2. & ita etiam distinguendo voluit Ioann. Azzor. Iesuita *Institution. Moralium part.* 1. *libr.* 8. *cap.* 18. *rubr. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst.* 8. *Quæres itidem.*

92 Amplia II. Vt † eadem secunda generalis sublimitatio procedat etiam, quod Episcopus præuenerit in citando, secundum Archidiacon *in dicto cap. Per hoc, num.* 1. *post medium*, & *ibi* etiam Ioan. Andr. *post numer.* 2. Geminian. *post num.* 3. *versic. Putat Archidiaconus, de hæreticis, in* 6. Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Citatio, num.* 16. *versic. Citatus ab Episcopo*, Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part.* 3. *quæst.* 5. *num.* 5. *in fine, versicul. Nec obest.*

Contrarium, † quod citatus debet comparere coram eo, qui præuenit in citando, concludere videtur Bonifac. de Vitalinis *in dict. Clement.* 1. *num.* 188. *de hæreticis, per text. in l. qui prior, ff. de iudic.* 93

Limita rursus † eandem secundam sublimitationem generalem, vt per Franch *in dicto cap. Per hoc, nu.* 9. *versic. Et intellige prædicta, de hæreticis, in* 6. vbi dixit, citatum debere comparere coram Inquisitore, & non coram Episcopo, quando ambo citant eodem tempore; Si vero quis citatus est ab vtroque diuerso tempore; tunc coram vtroque comparere debet, vt *ibi* per eum, & pro hac eadem distinctione faciunt scripta per Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, part.* 3. *quæst.* 5. *num.* 5. vbi dixit, quod si Episcopus & Inquisitor, citant aliquem responsurum de fide pro eadem die & hora, licet ad diuersa loca, tenetur citatus comparere coram Inquisitore; Si vero quis est citatus ad comparendum diuersis temporibus, tunc potest citatus coram quolibet comparere, & pro hac eadem limitatione, vide idem tenentem Ioan. Azzor. Iesuitam *Institutionum Moralium part.* 1. *libr.* 8. *cap.* 18. *rub. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst.* 8. *versic. Vnde si Episcopus.* 94

Limita II. Dictam † secundam generalem sublimitationem, quando Episcopus procedit vt delegatus, contra exemptos, secundum terminos, *in cap. ad abolendum, extra, de hæreticis*; Tunc enim citatus potest comparere coram quo voluerit, vel coram vtroq; nempe coram vno personaliter, & coram alio per procuratorem, secundum Ioan. de Anania, & Felyn. *in dicto cap. Excommunicamus, il* 1. *in locis præallegatis*, Geminian. *in capit. Per hoc, nu.* 3. *versic. Ioann. de Anania, de hæreticis, in* 6. & Franch. *num.* 4. *versic. Intellige, si ordinario*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Citatio, nu.* 16. *versic. Citatus ab Episcopo*, Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.* 43. *rubr. de modo procedendi, num.* 13. licet subdat, in Hispania semper Inquisitores præferendos. Eymeric. *in Directorio Inquisitor. part.* 3. *quæst.* 5. *nu.* 2. *& sequ.* vbi dixit, quod quando Episcopus procedit auctoritate delegata contra exemptos, & quis est citatus ab Episcopo, & Inquisitore, ad comparendum diuersis temporibus, videlicet vna die coram vno, alia die coram alio, vel si eadem die, diuersis tamen horis, tunc citatus tenetur coram vtroque comparere, quia vterque potest eum citare; si vero est citatus ad comparendum eadem die & hora, coram vtroque, & tunc poterit comparere coram quo sibi placuerit, & rigore iuris erit liberatus, licet tutius credat coram vno comparere, & coram alio protestari, quod iam comparuit coram alio iudice, & quod propterea non potuit eadem hora coram vtroq; comparere, Decian. *in tractat. criminal. libr.* 5. *cap.* 22. *num.* 10. vbi quod isto casu citatus non minus parere deberet Episcopo, quam Inquisitori. Et est de mente Ioan. Azzor. Iesuitæ *Institutionum Moralium part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *rubric. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst.* 8. *in princip.* dum dixit, isto casu Inquisitorem non esse maiorem Episcopo, nec econtra, sed vtriusque auctoritatem esse parem, Læl. Zech. *in summa, part.* 1. *tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.* 11. *nu.* 13. *versicul. Secundo dicendum est*, vbi dixit: Quod citatus ab Episcopo procedente vti delegato contra exemptos, & ab Inquisitore, diuersis temporibus, vtrique parere tenetur, citatus vero ab illis eadem hora poterit comparere, coram quo voluerit. 95

Sublimita III. Pariter † & generaliter omnes prædictas limitationes non procedere, quando Inquisitor non potest habere copiam Episcopi, & econtra, tunc enim potest quisq; ex seipso procedere nulla alia facta requisitione, text. *in Clement.* 1. *in §. Propter*, in illis verbis: *Si sui ad inuicem copiam habere valeant, de hæreticis*, & *ibi* Ioan. de Imola *nu.* 14. *versic. Si autem non potest habere copiam*, vbi amplius, quod isto casu, viuente Episcopo, 96

Capitulum requiri non debet, & *ibi* etiam Bonifac. de Vitalinis *nu.65.* vbi declarat, tunc requisiti copiam non haberi, quando fuisset absens extra Prouinciam, vel extra Diœcesim, nullo relicto delegato, & *nu.75.* & Cardinal. Zabarell. *in §. duro, nu.10. in 14. quæst.* vbi ponit exemplum, quando Episcopus vel Inquisitor est in remotis, & *num.11.* vbi pariter, quod isto casu non est requirendum Capitulum, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Expectare, versic. Idem fiat,* vbi etiam, quod iudicis arbitrio remittitur, quis in proposito dicatur locus remotus, & *in vers. Si autem,* vbi pariter, quod *isto casu Capitulum requirendum non est,* & *in verbo, Tortura, num.7. versic. Quod si Inquisitor,* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.8. lit. D. versic. Idem fiat,* Squillac. *in tract. de fide Catholica, cap.46. sub nu.1.* Decian. *in tractat. crimin. libr.5. cap.29. nu.6. versic. Idem quoque.*

97 Quod † si requisitus non potuit infra octo dies conuenire, aut suas vices requirenti committere, vel suum consilium & consensum significare, infirmitate impeditus, tunc requirens non debet solus procedere, sed expectare, vt cesset infirmitas, & impedimentum, si quod adest, Bonifac. de Vitalinis *in Clementin.1. num.75. versic. Secus, si propter infirmitatem, de hæreticis.*

ARGVMENTVM.

De requisitione facienda per Episcopum Inquisitori, & econtra, vt infra octo dies insimul conueniant pro expeditione causæ hæresis; Et si requisitus noluerit, aut non potuerit cōparere, nunquid requirens causam ex se ipso expedire possit.

SVMMARIA.

Inquisitor antequam causam expediat, debet requirere Episcopum, & Episcopus Inquisitorem, vt infra octo dies insimul cōueniant pro expeditione causæ, num.98. Vnica tamen tantum sufficit requisitio, num.99. etiam sine præfixione termini, nu.100. etiam per nuntium vel epistolam, nu.101. & in quo loco debeant insimul conuenire, nu.102.

Inquisitor requisitus ab Episcopo, & Episcopus requisitus ab Inquisitore ad insimul conueniendum, pro expeditione causæ hæretici inquisiti, si noluerit, vel non potuerit insimul conuenire, potest vnus alteri suas vices delegare, vel per literas suum consilium & consensum significare, num.103. Quid in delegato Episcopi vel Capituli, requisito ab Inquisitore? Dic, quod potest suum consensum præstare, sed non potest vices suas delegare Inquisitori, num.104. contra, num.105. Et quæ sit differentia inter præstationem consensus, & delegationem, num.106. Nunquid autem Inquisitor seu Episcopus requisitus nolens, vel non volens conuenire, possit suas vices requirenti delegare, & insimul etiam suum consilium & consensum significare, nu.107.

Inquisitor requisitus ab Episcopo, & Episcopus requisitus ab Inquisitore, ad insimul cōueniendum pro expeditione causæ hæretici, si infra octo dies non conuenerit, aut vices suas delegauerit, vel consilium seu consensum significauerit, potest vnus sine altero causam expedire, nu.108. à quo tempore currant octo dies, num.109. Quid, si post octo dies requisitus voluerit conuenire, num.110. Et an post factum possit requisitus vices suas delegare, aut suum consensum significare, nu.111.

QVÆST. CLXXXVI. §. IV.

98 REGVLA † prima sit in proposita quæstione, quod si Episcopus in durum carcerem ponere, torquere, aut condemnare voluerit, debet requirere Inquisitorem, & econtra Inquisitor Episcopum, vt infra octo dies insimul conueniant, ad præmissa resoluendum, Textus est *in Clementin.1. §. Propter, de hæreticis,* in illis verbis: *Intra octo dierum spatium, postquam se inuicem requisiuerint,* & quæ sequuntur, & *ibi* Gloss. *in verbo, Requisiuerint,* vbi propterea notat, quod par parem requirere potest, & *in verbo, Consensum, ad finem,* Ancharan. *nu.4. in 4. notabil.* Ioan. de Imola *num.2. versic. Nota, quid sciendum,* & *nu.12. versic. Glossa requisiuerint,* & *nu.14. versic. Et tunc debet requirere,* Bonifac. de Vitalinis *num.51. & nu.66. in 24. notab.* & Cardinal. Zabarell. *in §. duro, numer.1. in 4. notab.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Expectare,* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Inquisitores, sub versic. In quibus possit procedere,* Squillacens. *in tractat. de fide Catholica, cap.40. sub nu.1.*

LIMITA I. hanc † regulam, vt vnica tantum sufficiat requisitio, secundum Gloss. *in Clementin.1. in verbo, Requisiuerint, de hæreticis,* & ibi Ancharan. *nu.4. versic. Sufficiat autem isto casu vna requisitio,* Ioan. de Imola *num.12. versic. Deinde Glossa quærit,* Bonifac. de Vitalinis *nu.64.* & Cardinal. Zabarell. *in §. duro, num.1. in 4. notab. & num.11. in 18. quæst.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Expectare, versic. Et sufficit semel requirere,* & *in verbo, Tortura, nu.16.* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tractat. de hæreticis, cap.8. lit. D. in verbo, Torquere, versic. Et sufficit semel,* Squillac. *in tract. de fide Catholica, cap.40. sub nu.1.* Decian. *in tract. crim. libr.5. cap.29. num.6. versic. Sed sufficit semel requirere.* 99

LIMITA II. Vt † in huiusmodi requisitione non sit necesse exprimere terminum octo dierum, qui propterea ipso iure statim currit, iuribus allegatis per Gloss. *in Clementin.1. in verbo, Requisiuerint, de hæreticis,* & *ibi* etiam Ioan. de Imola *nu.12. ad fin. versic. An autem in requisitione,* & Cardinal. Zabarell. *in §. duro, nu.11. in 19. quæstione,* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Expectare, versic. Et sufficit semel requirere,* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.8. liter. D. in verbo, Torquere, versic. Et sufficit semel,* Decian. *in tractat. criminal. libr.5. cap.29. nu.6. versic. Sed sufficiet.* 100

LIMITA III. Quia † eadem requisitio fieri potest per nuntium, vel per epistolam, & ad domum, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Expectare, versic. Et si aliter fieri non potest,* & *in verbo, Tortura, num.16.* Bonifac. de Vitalinis *in Clementin.1. de hæreticis, §. Propter, num.11. in 20. quæstione,* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.8. lit. D. in verbo, Torquere, versic. Et si aliter fieri non poterit,* Decian. *in tractat. crimin. lib.5. cap.29. num.6. vers. Sed sufficit.* 101

Numquid † autem requisitus debeat adire requirentem, & in quo loco, vide Bonifac. de Vitalinis *num.69. de hæreticis,* vbi dixit, quod si processus est inchoatus solum à requirente, requisitus debet accedere ad locum, vbi manet requirens, & vbi est factus processus, secus forsan, vbi vterque processit, sed diuisim, quia tunc debet eligi locus communis, vel forsan est deferendum Episcopo, vel Capitulo, vt ibi per eum, in hoc tamen casu consuetudo seruanda est. 102

REGVLA † secunda sit in hac eadem quæstione, quod si Inquisitor requisitus ab Episcopo, vel Episcopus ab Inquisitore noluerit, vel non potuerit insimul conuenire, poterit vnus alteri suas vices delegare, vel per literas suum consilium & consensum significare, Text. est *in Clementin.1. §. verum, de hæreticis,* vbi ad literam dicitur: *Verum si Episcopus, vel eius Capituli, sede vacante, Delegatus cum Inquisitore, aut Inquisitor cum altero eorundem propter præmissa nequeat aut nolit personaliter conuenire, possit Episcopus, vel eius seu Capituli sede vacante Delegatus Inquisitori, & Inquisitor Episcopo, vel eius delegato, sede vacante illi; qui ad hoc per Capitulum fuerit deputatus, super illis committere vices suas, vel suum significare per literas consilium & consensum,* & ibi Gloss. *in verbo, Consensum,* Ancharan. *num.5. ad finem,* Ioan. de Imola *nu.13. versic. Glossa consensum,* Bonifac. de Vitalinis *num.70. & num.80. & sequentibus,* vbi etiam, an consilium, seu consensus debeat per literas & scripturam significari, & *num.84.* 103

vbi,

vbi, an consilium & consensus sit vnus & idem, & Cardinal. Zabarell. *in §. verum, num. 1. in 1. & 2. notab. & nu. 2. in 3. & 4. notab. & in 1. oppositione, & num. 3. in 2. oppositione*, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rub. de processibus Inquisitorum, nu. 1. in fine, versic. Vero si Episcopus*, Rosella *in summa, in verbo, Hæreticus, nu. 44. in fine, & num. 49. etiam in fine, versic. Post tamen quilibet prædictorum*, summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §. 2. num. 10. versic. Sextum, sicut etiam in fine versic.* Repert. Inquisitorum *in verbo, Inquisitor, sub versic. In quibus possit procedere Inquisitor*, Squillacens. *in tractat. de fide Catholica, cap. 40. nu. 1.* Eymeric. *in Director. Inquisitor. part. 3. quæst. 49.* & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 98. folio mihi 627.*

104 Limita hanc † secundam regulam, quia delegatus Episcopi vel Capituli requisitus ab Inquisitore, non potest Inquisitori suas vices committere, licet bene possit consensum suum præstare, secundum Gloss. *in Clementin. 1. in verbo, Consensum, versic. Ita hic delegatus Episcopi, vel Capituli, de hæreticis*, & ibi Ancharan. *numer. 4. versic. Quinto nota*, Ioan. de Imola *num. 13. versic. An autem delegatus.*

105 Contrarium † voluisse videtur Bonifac. de Vitalinis *in dicta Clementin. 1. num. 73. versic. Quod delegatus, de hæreticis, & num. 77. & 78.* vbi vide, & *ibi* etiam Cardin. Zabarell. *in §. verum, nu. 3. in 2. oppositione*, vbi post multa sic in hac contraria opinione residere videtur, quod sit speciale in crimine hæresis, & in hoc casu, quod delegatus ab Episcopo possit subdelegare vices suas.

106 Differentia † est inter præstationem consensus, & delegationem; nam quando requisitus requirenti suas vices committit, tunc requirens procedit duplici auctoritate, & sua, & delegata: Si vero requisitus præstat tantummodo consensum, tunc requirens solum procedit auctoritate propria, ex allegatis per Ancharan. *in dicta Clementin. 1. num. 4. post versic. Quinto nota, & nu. 5. versic. Et aduerte, de hæreticis*, & *ibi* etiam Bonifac. de Vitalinis, *nu. 70. in fine, versic. Vbi autem committit vices suas, & num. 72. in fine*, & Cardinal. Zabarell. *in §. verum, nu. 3. versic. Et in eo, quod dixi.*

107 Nunquid † autem Inquisitor seu Episcopus requisitus nolens, vel non valens conuenire, possit suas vices requirenti delegare, & insimul etiam suum consilium & consensum significare; An vero non possit, nisi vnum ex prædictis facere, vel suas vices delegare, vel consilium & consensum significare, vide post Glossam Bonifac. de Vitalinis *in Clementin. 1. nu. 70. & seqq. in discursu, de hæreticis*, vbi in summa contra Glossam videtur concludere, quod potest requisitus insimul & vices suas delegare, & suum consensum seu consilium præstare.

108 Regula III. sit, quod potest Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore in durum carcerem ponere, torquere, & sententiam proferre, quando eorum alter requisitus infra octo dies noluerit conuenire, aut suas vices committere, vel suum significare consilium & consensum; Text. est *in Clement. 1. §. propter, de hæreticis*, in illis verbis: *Intra octo dierum spatium, postquam se inuicem requisiuerint*, & ibi Gloss. *in verbo, Consensum, in fine, versic. Post octo vero dies*, Ancharan. *num. 4. in princip. versic. Postea ergo possit*, Ioan. de Imola *nu. 13. in fine, versic. Eis autem elapsis, & num. 14. versic. Elapso autem termino*, Bonifac. de Vitalinis *num. 55. in 20. notabil. & nu. 63. in 23. notabil. & num. 70. versic. Et est differentia*, vbi ampliat hanc conclusionem, etiam quod requisitus esset impeditus, vel aliter non posset consensum præstare, aut vices suas requirenti committere, & Cardinal. Zabarel. *in §. duro, nu. 11. in 16. quæst.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Expectare*, & *in verbo, Inquisitor. num. 19. ad finem, & num. 10. in princip.* & *num. 36.* & *in verbo, Tortura, nu. 7. versic. Et propter grauitatem iudicij*, & nu. 8. Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 8. litera D. in verbo, Torquere, versic. Quod si infra dictum terminum*, Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap. 40. sub nu. 1. & 2.* Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, parte 3. quæst. 49.* Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 22. nu. 11.*

Amplia hanc † tertiam regulam, vt terminus octo 109
dierum incipiat currere à tempore, seu à die requisitionis factæ, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Expectare, in prin.*

Limita hanc † tertiam regulam, quia potest re 110
integra requisitus Episcopus seu Inquisitor admitti ad causam, si conuenire & interesse voluerit, secundum Ancharan. *in Clementin. 1. num. 4. versicul. Sed nunquid, de hæreticis*, & ibi etiam Cardinal. Zabarel. *in §. duro, num. 11. sub 21. quæst.*

Nunquid † autem Inquisitor seu Episcopus possit 111
vices suas delegare, aut suum consensum præstare post factum, vide Ancharan. *in dicta Clementina 1. num. 4. in fine, versic. Sed nunquid sufficit, & num. 5. de hæreticis*, vbi arguit pro & contra, & videtur residere in sententia negatiua, & declarat, & *ibi* etiam Ioan. de Imola *num. 14.* vbi pariter negatiue concludit, Bonifac. de Vitalinis *num. 74.* vbi limitat, nisi requisitus fuisset iuste impeditus, & Cardinal. Zabarel. *in §. Verum, num. 4.* Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Inquisitor, sub versicul. In quibus possit procedere Inquisitor, post princip.* vbi pariter tenet negatiuam, Squillacens. *in tract. de fide Catholica, capit. 40. sub num. 1.* vbi, quod consensus superueniens post octo dies actum non validat.

Argumentum.

De Episcopo, nunquid pro hæresi possit ab Inquisitore inquiri.

Summaria.

Episcopus de hæresi conuictus deponi debet, & actualiter degradari, sicut alius clericus, imo ipso iure depositus est, nu. 112.

Episcopus si prætendatur hæreticus, non ab Inquisitore, sed à solo Papa iudicatur, num. 113.

Inquisitor contra Episcopum prætensum hæreticum, non solum non potest ipsum iudicare, & punire, sed nec etiam inquirere, aut procedere, num. 114. etiam sub prætextu, quod velit causam instructam Pontifici referre, numer. 115. Contra, num. 116.

Inquisitores possunt contra Episcopum hæreticũ deponere, quando sic procedendi potestas ipsis à Papa fuerit expresse & specialiter concessa, ita quod non sufficit delegatio generalis contra quascumque personas, cuiuscunq; dignitatis, & quibuscunque generalibus verbis concepta, & non nisi à sede Apostolica, nu. 117.

Inquisitores possunt contra Episcopum hæreticum procedere, quando hæresis est notoria, nu. 118.

Episcopus suspectus de fuga, potest carcerari ab Inquisitore, & captus remitti ad Papam, nu. 119.

Inquisitores possunt contra Episcopum hæreticum procedere, quando aliquid in manifestum fidei detrimentũ, & fidelium perniciem molire tur, vtputa hæreses prædicando, nu. 120.

Inquisitores habita notitia de hæresi alicuius Episcopi, illam debent Papæ denunciare, nu. 121.

Episcopus hæreticus detectus in aliena Diœcesi, potest inquiri ab illo Episcopo, in cuius Diœcesi hæresim commisit, nu. 122.

Episcopus hæreticus hodie iudicatur à Cardinalibus, Generalibus Inquisitoribus vniuersæ Christianæ Reipublicæ, nu. 123.

QVÆST. CLXXXVI. §. V.

Præmitto † inprimis, quod Episcopus non so- 112
lum de hæresi inquiri potest, sed etiam si de ea fuerit conuictus, deponi debet, & actualiter degradari, sicut alius clericus, imo ipso iure depositus est, *cap. Nouatianus. in fine, 7. quæst. 1. cap. Hæretici, cap. Didicimus, & cap. Quicum-*

cumque, 24. quæst.1. Si enim pro aliis criminibus Episcopus deponitur, *cap. Si quis*, & *cap. Paulus* 2. *quæst.*7. Multo magis ob hoc crimen hæresis, quod est contra Christum, deponi debet. Per quæ, & alia iura hanc firmauit conclusionem Arnald. Albertin. *in repetitione capituli* 1. *de hæreticis, in* 6. *quæst.*15. *num.*2. Ioan. à Rojas *singular.*55. vbi, quod Episcopus pro nullo crimine, nisi pro crimine hæresis, accusari potest à suis subditis, per tex. quem allegat *in cap. Oues*, & *in cap. Accusatio quoque* 2. *quæst.*7. Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 25. *rubr. de Episcopis, num.*7. & *nu.*9. Quibus addo Paulum IV. in sua Constitutione, edita de anno 1558. *incipient. Cum ex Apostolatus officio*, relata per Franciscum Pegnam post Directorium Inquisitorum inter literas Apostolicas, *folio mihi* 157. & *seqq.* in qua cauetur, non solum Episcopos, sed etiam Archiepiscopos, Patriarchas, & Cardinales in hæresim, seu schisma incidentes, cum & ipsi inexcusabiles sint, pœna hæreticorum & schismaticorum puniri, omnique Episcopatus, Archiepiscopatus, Patriarchatus & Cardinalatus honore priuatos existere. Imo pro relapsis & subuersis in omnibus, & per omnia, perinde ac si prius hæresim publice abiurassent, reputari, seculariq; potestati consignari, nec vllo vnquam tempore ad eorum pristinum statum restitui, nisi veræ pœnitentiæ indiciis apparentibus, ex Sedis Apostolicę benignitate & clementia, in aliquo Monasterio, aut alio regulari loco, ad peragendam perpetuam pœnitentiam retrudendi visi fuerint.

113 REGVLA † sit, quod si Episcopus prætendatur hęreticus, non ab Inquisitore, sed à solo Papa iudicatur, *cap. Accusatus*, & *cap. Quamuis*, 3. *quæst.*6. Abb. *in capit. Excommunicamus, il* 1. *num.*13. *extra, de hæreticis*, & *ibi* hoc idem scripserunt Marian. Socin. *num.*69. Ioan. de Anania *in* §. *Credentes, num.*16. vbi etiam ponit, an Inquisitor possit procedere contra Prælatos impedientes eorum officium, & *in* §. *Volumus, num.*5. *versic. Hinc est*, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr.*2. *de auctoritate Inquisitorum, num.*9. *ad finem*, Arnald. Albertin. *in repetitione, cap. Primi, de hæreticis, in* 6. *quæst.*15. *num.*2. *versic. Et tales Episcopi*; Rosella *in summa, in verbo, Hæreticus, num.*3. *versic. Sed non possunt procedere contra Episcopum*, summa Syluestrina *in eodem verbo, Hæreticus*, §.2. *num.*13. *in fine, versic. Item quod non possunt*; Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Episcopus, num.*2. & *in verbo, Inquisitor, num.*15. Repertor. Inquisitorum *in verbo, Episcopus, versic. Ad secundum*, & *ibi* Quintilian. Mandos. *in additionibus, litera* C. vbi, quod ita omnes tenent, Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.*25. *rubr. de Episcopis, num.*7. & *tit.*34. *rubr. de Inquisitoribus Apostolicis, nu.*38. & *in Enchiridion violatæ religion. tit.*8. *num.*1. Zanchin. *in tractat. de hæreticis, capit.*8. *num.*9. Petr. Gregor. *syntagmat. iuris, libr.*33. *cap.*7. *num.*3. *versic. In persona*, Ioan. à Rojas *singular.*55. Et cum solus Papa, vt præfertur, possit contra Episcopos procedere, hodie ex Cōstitutione Pii IV. edita de anno 1563. *incip. Romanus Pontifex*, relata per Franciscum Pegnam post Director. Inquisitor. inter literas Apostolicas *folio mihi* 165. Illustrissimi & Reuerendissimi Domini Cardinales, Generales Inquisitores totius Reipublicæ Christianæ, procedunt non solum contra Episcopos, sed etiam contra Cardinales & omnes alios exemptos, & propterea Pius V. in alia Constitutione, relata per eundem Pegnam *ibidem folio* 174. mandat, quod omnes Principes, iudices, & iustitiæ ministri dictis DD. Cardinalibus pareant. Et hodie contra Episcopum de hæresi inquisitum sententia fertur à summo Pontifice.

114 AMPLIA † hanc propositam regulam, quia Inquisitor non solum non potest Episcopum hæreticum declarare, & punire, sed nec etiam potest contra ipsum inquirere, aut procedere, text. est *in cap. Inquisitores, de hæreticis, in* 6. vbi ad literam dicitur: *Inquisitores hæreticæ prauitatis ab Apostolica Sede, seu alio, vel aliis cuiuslibet deputati de huiusmodi crimine inquirere, contra Episcopos nequeunt, aut eius prætextu procedere contra eos*, & ibi hoc adnotarunt Gloss. *in figuratione casus*, & *in verbo, Apostolicæ, in fine*, Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitorum, in verbo, Episcopus, num.*2. & *in verbo, Exempti, versic. Tertio sunt Episcopi*, Gundisalu *in tract. de hæreticis, quæst.*7. *nu.*15. Carer. *in eodem tract. de hæreticis, nu.*74. Eymeric *in Director. inquisit. part.*3. *quæst.*27. & *ibi* Francis. Pegna *in additionibus, Commentar.*76. *versic. Primo, fol. mihi* 599. *col.*2. *in fine*, Decian. *in tract. crimin. libr.*5. *cap.*21. *nu.*5. & *cap.*23. *nu.*2.

Nec † etiam possunt Inquisitores contra Episcopum procedere, sub prætextu, quod causam instructam velint Pontifici referre, secundum Gloss. *in dict. cap. Inquisitores, in verbo, Apostolicæ, in fine, versic. Et isti Inquisitores, de hæreticis, in* 6. & *ibi* etiam Ioan. Monach. *num.*1. *versic. Sed nunc potest inquirere*, Archidiacon. *in princip. in verbo, Inquirere*. 115

Contrarium, † quod Inquisitor possit de hæresi Episcopi cognoscere, vt mittat negotium instructum ad Papam, voluit Repertor. Inquisitorum *in verbo, Episcopus, versicul. Ad secundum*, allegat Ioannem Monachum *in dict. cap. Inquisitores*, qui, vt *supra* eum retuli, contrarium tenet, Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.*25. *rub. de Episcopis, numer.*8. vbi dixit, quod licet Inquisitores non possint contra Episcopos inquirere, poterūt tamen dicta testium aduersus eos recipere, vt eorum hæreses Sedi Apostolicæ nuncient, cum non aliter scire aut inuenire possint, illos crimen hæreseos commisisse, & *in Enchiridion violatæ religion. tit.*8. *num.*2. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. Inquisitorum, parte* 3. *quæst.*27. *Commentar.*76. *versic. Monendi tamen sumus, folio mihi* 599. *col.*2. *in fine*, & *folio* 600. *versic. Cæterum, colum.*1. vbi tamen subdit, tutius esse, isto casu consulere Papam, Decian. *in tract. crim. lib.*5. *cap.*23. *nu.*2. Læl. Zech. *in summa, part.*1. *tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.*11. *nu.*13. *versic. Nec etiam contra Episcopum*, vbi, quod Inquisitor contra Episcopum suspectum potest recipere dicta testium, vt ea Papæ referat. 116

LIMITA I. Propositam † regulam, vt possit Inquisitor contra Episcopum hæreticum procedere, quando sic procedendi potestas ipsis à Papa fuerit expresse concessa, in tantum, quod sub commissione seu delegatione facta, procedendi contra quascumque personas, cuiuscunque dignitatis, & quibuscumque generalibus verbis concepta, Episcopi non comprehendantur, nisi expresse & specialiter de Episcopis facta fuerit mentio; Text. est *in cap. Inquisitores, de hæreticis, in* 6. in illis verbis: *Nisi in literis commissionis Apostolicæ, quod hoc possint, contineatur expresse*, & *ibi* hoc adnotarunt Gloss. *in figuratione casus*, & *in vers. Nota primo*, & *in vers. Nota quod*, vbi requiritur expressa mentio, & *in verbo, Inquisitores*, & *in verbo, Expresse*, Ioan. Monach *ante num.*1. Geminian. *sub numer.*1. *in* 1. & 2. *notab.* & *num.*3. *in fine, versic. Glossa, in verbo, Expresse*, & *nu.*4. *versic. in fine*, Gloss. & Franch. *ante num.*1. *versic. Nota primo, quod sub generali mandato*, & *nu.*2. *vers. in Glossa, in verbo, Expresse*, Arnal. Albertin. cum allegatis ibi per eum *in repetitione, cap. primi, de hæreticis, in* 6. *qu.*115. *n.*2. *versic. Nec per Inquisitores*, & *nu.*15. *versic. Et quia nonnunquā*, Rosella *in summa, in verbo, Hæreticus, nu.*3. summa Syluestrina *in eodem verbo, Hæreticus*, §.2. *num.*13. *versic. Item quod non possunt*, Reper. Inquisitorum *in verbo, Episcopus, versic. Ad secundum*, Simanch *in Enchiridion violatæ religion. titul.*8. *num.*1. Gundisaluu *in tractat. de hæreticis, quæstion.*7. *num.*15. Carer. *in eodem tractat. de hæreticis, num.*74. *versic. Nisi specialiter in tali commissione reprimantur*, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part.*3. *quæst.*27. *Commen.*76. *versic. Nam autem, fol. mihi* 600. *col.*1. Decian *in tract. crimin. libr.*5. *cap.*21. *numer.*5. & specialis commissio procedendi contra Episcopum 117

Inquisitori debet prouenire ab ipsa Sede Apostolica, non autem ab alio superiore, vt bene aduertit Glossa *in dict. cap. Inquisitores, in verbo, Apostolice, de hæreticis, in 6. & ibi* etiam Geminian. *nu.* 3. *versic. Glossa, in verbo, Apostolice.*

118 Limita II. Quando † hęresis Episcopi, aut etiam Inquisitoris est notoria, tunc enim vnus de hæresi alterius potest informationes assumere, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Inquisitor, nu.* 15. vbi tamen, quod debet informationes Papæ transmittere.

119 Limita III. Quando † Episcopus esset suspectus de fuga; potest enim tunc Inquisitor Episcopum carcerare, carceratumque illum ad Papam transmittere, Repert. Inquisitorum *in verbo, Carcer, versic. Item, an Inquisitor possit incarcerare Episcopum, & in verbo, Episcopus, versic. Ad secundum,* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.* 7. *nu.* 15. *versic. Crederem tamen, vbi essent suspecti de fuga,* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part.* 3. *quæst.* 27. *Comment.* 76. *versic. Rursus, si Episcopus, & versic. Cæterum, fol. mihi* 600. *colum.* 1. vbi tamen videtur tenere, etiam isto casu tutius esse Papam consulere, Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap*.... *nu.* 2. Læl. Zech. *in summa, part.* 1. *tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.* 11. *nu.* 13. *versic. Nec etiam contra Episcopum,* Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium part.* 1. *libr.* 8. *cap.* 18. *rubr. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst.* 12. *in prin.* vbi & ipse cum opinione Pegnæ pertransire videtur.

120 Limita IV. Vt † possint Inquisitores contra Episcopum hæreticum procedere, quādo is aliquid in manifestum fidei detrimentum, & fidelium perniciem moliretur, vt si hæreses prædicaret, fideles seduceret, aut quid simile graue & horrendum patraret; Tunc enim Episcopum capere, & custodire, donec Romanus Pontifex certior redderetur, expediret, vt per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, part.* 3. *q.* 27. *Comment.* 76. *versic. Quod si verum est, & seq. fol. mihi* 600. *col.* 1. vbi tamen subdit, etiam isto casu tutius esse Papam consulere, Læl. Zecch. *in summa, part.* 1. *tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.* 11. *nu.* 13. *versic. Nec etiam contra Episcopum.*

121 Limita V. Quia † licet Inquisitores non possint contra Episcopum pro hęresi procedere, debent tamen habita notitia de hæresi alicuius Episcopi illam Papæ denunciare, text. est *in cap. Inquisitores, versic. Si tamen, de hæreticis, in* 6. vbi dicitur: *Si tamen Inquisitores ipsi Episcopos vel alios Superiores Prælatos sciuerint, vel inuenerint circa crimen hæreseos commisisse, aut eos de hoc diffamatos existere, vel suspectos, id tenebuntur Sedi Apostolicæ nunciare,* & ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, & in verbo, Nunciare,* Ioan. Andr. *num.* 1. *in verbo, Nunciare,* & Franch. *nu.* 1. *versic. Vltimo nota,* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Episcopus, num.* 2. *& in verbo, Inquisitor, nu.* 15. vbi idem de Episcopo, si videt Inquisitorem hæreticum, quod debet Papæ nunciare, Repertor. Inquisit. *in eodem verbo, Episcopus, versicul. Ad secundum,* Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.* 25. *rubr. de Episcopis, nu.* 7. *& num.* 10. Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.* 8. *& nu.* 9. *versic. Sed possunt & debent Inquisitores,* & ibi Campeg. *in additionibus, in vltima additione, in fine, versic. Sed quid ergo,* Carer. *in tract. de hæreticis, num.* 74. Petr. Gregor. *Syntagmat. iuris, lib.* 33. *cap.* 7. *num.* 3. *versic. In persona,* Decian. *in tract. crimin. libr.* 5. *cap.* 21. *nu.* 3. *versic. Item, quando Episcopus est hæreticus, & cap.* 23. *num.* 2.

122 Limita VI. Quia † licet Episcopus hęreticus non possit ab Inquisitore inquiri, potest tamen inquiri ab alio Episcopo, in cuius Diœcesi hæresim commiserit, ex allegatis in Repertor. Inquisitor. *in verbo, Episcopus, versic. Ad secundum,* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.* 7. *nu.* 16. Decian. *in tractat. crimin. libr.* 5. *cap.* 21. *nu.* 5.

Limita VII. Quia † licet contra Episcopum hæreticū Inquisitores procedere non possint, cum is non nisi à Papa iudicari debeat: Hodie tamen ex Constitutione Pii V. huiusmodi facultas tributa est Illustrissimis Dominis Cardinalibus, Generalibus Inquisitoribus in vniuersa Christiana Republica, qui propterea contra dictos Episcopos hæreticos, aliosque Prælatos in illa Constitutione nominatos, possunt procedere eos monendo, citando, & requirendo ad effectum, vt perfecto processu causa sanctissimo referatur, debitaque & iusta sententia contra eos promulgetur, vt per Franciscum Pegnam, qui hanc refert Constitutionem *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisit. part.* 3. *quæst.* 27. *Commen.* 76. *versi. Illud postremo adiungam, fol. mihi* 600. *col.* 2.

ARGVMENTVM.

Inquisitor de hæresi suspectus, an ab Episcopo, & à quo alio puniri possit, & quid, si alias in officio vel extra officium deliquerit.

SVMMARIA.

Inquisitor de hæresi suspectus, durante sua delegatione, non potest ab Episcopo inquiri, nu. 124. *contra, nu.* 125.

Inquisitor de hæresi suspectus, nec etiam potest inquiri ab alio Inquisitore, nu. 126. *& nu.* 127.

Inquisitores in his, quæ spectant ad sanctum Inquisitionis officium, sunt exempti à suis Prælatis, nec illis tenentur obedire, aut reddere rationem de his, quæ agunt in eorum officio, num. 28.

Inquisitores finito officio possunt ab Episcopo de hæresi inquiri, num. 129.

Inquisitor si fuerit notorius hæreticus, potest ab Episcopo puniri, num. 130.

Episcopus potest contra Inquisitorem hæreticum informationes assumere, & Papæ denunciare, nu. 133.

Inquisitores delinquentes extra officium Inquisitionis in his, quæ concernunt suam religionē, puniuntur à suis Prælatis, n. 132.

Inquisitores si delinquunt in eorum officio Inquisitionis, vtputa extorquendo pecunias, à quibus puniantur, nu. 133.

QVÆST. CLXXXVI. §. VI.

Regvla † sit, quod Inquisitor, si de hæresi suspectus fuerit, non potest durante sua delegatione ab 124
Episcopo inquiri, Geminian. *in cap. Inquisitores, nu.* 5. *versicul. Sed quæro, an Episcopi, de hæreticis, in sexto, & ibi* etiam Franch. *sub num.* 1. *versic. Et tenuit hic Lapus,* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Inquisitor, numer.* 15. Quintilian. Mandos. *in additionibus ad Repertorium inquisitorum, in verbo, Episcopus, litera B.* vbi dixit, contrariam opinionem non seruari in iudiciis, *& in verbo, Inquisitor, litera D.* vbi reprobat Zanchinum, contrarium tenentem *in tract. de hæreticis, cap.* 8. *litera G. in verbo, Episcopus,* vbi pluribus hanc probat sententiam cōtra Zanchinum eo loci contrarium tenentem, Ioann. à Roias *singular.* 109. vbi & hanc amplectitur sententiam, quando hæresis non erit notoria, & in hanc eandem sententiam descendit Eymeric. *in Directorio inquisitor. part.* 3. *quæst.* 30. & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.* 79. *folio mihi* 603. *col.* 1. *&* 2. vbi, licet Doctores hinc inde contrarium tenentes referat, in hac tamen residere videtur opinione, quando præsertim delictum non est notorium, sed quod imo, siue Inquisitoris delictum sit occultum, siue manifestum, Episcopus contra illum procedere nequeat, voluit Ioan. Azzor. Iesuita, *Institution. Moralium part.* 1. *libr.* 8. *cap.* 18. *rubr. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst.* 14.

Contrarium † in Repertor. Inquisitor. *in verbo, Episcopus, versic. Primo,* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.* 8. *num.* 9. 125
Gundisaluu. *in tractat. de hæreticis, quæstion.* 7. *numer.* 17. vbi tenet, hanc opinionem indistincte procedere, siue Inquisitoris hæresis sit notoria, siue non, Decian. *in tractat. crim. lib.* 5. *cap.* 21. *nu.* 6. vbi relatis contrarium tenentibus

tibus, hanc sententiam in puncto iuris veriorē esse existimat, & communem testatur, licet postea consulat Episcopum, quod formato processu rem ad Pontificem referat.

126 Amplia I. Quia † contra Inquisitorem de hæresi suspectū, nec etiam procedere potest alter Inquisitor, quia par in parem non habet imperium, vt per Eymeric. *in Director. inquisit. part. 3. qu. 30.* & *ibi* Franc. Pegna *in addition. Commen. 79.* & quod diximus de Episcopis *fol. mihi 603. col. 2.* Læl. Zech. *in summa, part. 1. tit. de fide, rubric. de hæresi, cap. 11. nu. 13. vers. Non tamen contra alium Inquisitorē*, vbi dixit, quod Inquisitor contra Inquisitorem procedere non potest, nisi ex graui malitia, vel quia esset suspectus de fuga, & facile Papa consuli non posset.

127 Et † propterea Inquisitores ordinis Minorum non possunt se intromittere prætextu cuiuscumque hæresis in Inquisitoribus de ordine Prædicatorum, & econtra, vt in Repert. inquisitorum *in verbo, Inquisitor, versic. Nota, quod Inquisitores ordinis Minorum*, Eymeric. *in Direct. Inquisitorum, parte 3. quæst. 30.* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 79. versic. Et quod diximus de Episcopis, fol. mihi 630. colum. 2.* ea moti ratione, qui par in parem non habet imperium.

128 Amplia II. Vt † Inquisitores in his, quæ spectant ad sanctum Inquisitionis officium, sint exempti à suis Prælatis, nec illis tenentur reddere rationem de his, quæ agunt in eorum Inquisitionis officio, nec propterea eorum Prælati superiores possunt inhibere, ne in dicto eorum officio aliquo modo supersedeant, quo ad certos articulos, certasve personas, seu eos suspendere, ne suum officium exequantur, aut quouis modo illos directe aut indirecte impedire, ex latè traditis per Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 11.* & *quæst. 12.* & *num. 2.* & *seqq.* & *ibi* Franc. Pegna *in additionibus, Commentar. 60.* & *61. folio mihi 583.* & *seqq.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Inquisitor, §. nota, quod, nu. 39.* & *§. reddere autem rationem, nu. 40.* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, capit. 31. versic. Secundum quod ad superiores attinet*, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 2. nu. 418.* & late etiam per Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 22. nu. 33.* & extat rescriptum seu Constitutio Clementis IV. registrata per Franc. Pegn. *in additionibus ad Eymer. in Directorio Inquis. par. 2. fol. mihi 145. col. 2.* prout extat alia Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1260. *incip. Catholicæ fidei negotium*, relata per eundem Franc. Pegn. inter literas Apostolicas, *fol. mihi 50.* & *sequ.*

Et quod Prælati nullam habeant iurisdictionem cognoscendi causas suorum subditorum hæreticorum, plene Nauar. *consil. 1. in tit. de hæreticis*, vbi, quod nulla cōsuetudine, nullove priuilegio, prædictis Prælatis data est facultas cognoscendi de hæresi, & eam puniendi, imo quod per consuetudinem longissimi temporis talis potestas reseruata videtur Episcopis, & Inquisitoribus, & hodie habemus Cōstitutionem Pauli V. Pont. Max. expresse prohibentis Prælatis Regularium ordinum cognitionem hæresis suorum subditorum.

129 Limita I. Propositam † regulam, vt procedat, prout loquitur, durante Inquisitoris delegatione, secus autem finito officio seu delegatione Inquisitoris, quia tunc potest Episcopus de hæresi contra ipsum inquirere & procedere, Geminian *in cap. Inquisitores, nu. 5. de hæreticis, in 6.* & *ibi* etiam Franch. *sub num. 1. versic. Et tenuit hic* Lapus, & *ibi* hoc adnotarunt Gloss. *in figuratione casus, versic. Sed demum*, & *in verbo, Teneantur*, & *in verbo, Veritas.*

130 Limita II. Si † Inquisitoris crimen esset adeo notorium, vt causæ cognitionem non requireret. Geminian. *in cap. Inquisitores, num. 5. de hæreticis, in 6.* & *ibi* etiam Franch. *sub num. 1. versic. Et tenuit hic Lapus*, Repertor. Inquisitorum *in verbo. Episcopus, versic. Primo*, Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, quæst. 7. nu. 17.* Ioan. à Rojas *sing. 109.* Franciscus Pegna *in additionibus ad eundem Eymericum, in Director. inquisitorum, part. 3. quæst. 30. Comment. 79. versic. Quod si manifestissima*, & *versic. sequ. fol. mihi 603. col. 1. in fin.* & *col. 2. in princ.* vbi ponit exemplum, quando Inquisitor contra fidem prædicaret, aut scriberet, aut prædicari & scribi permitteret, aut hæreticos captos impunitos dimitteret, & his similia, & tamen tunc etiam Pontificem consulendum sentire videtur, quando facile consuli potest, & alia ad declarationem huius conclusionis affert, quæ tanto viro digna sunt.

Limita III. Quia † licet Episcopus contra Inquisitorem de heresi suspectum procedere non possit, non tamen prohibetur informationes secreto recipere, easque summo Pontifici remittere vt per Francis. Pegn. *in addition. ad Eymericum, in Director. inquisit. par. 3. quæst. 30. versic. Nos in hac controuersia, fol. mihi 603. col. 1.* 131

Limita IV. Vt † regula procedat, prout loquitur, in Inquisitoribus delinquētibus in crimine hæresis, secus, si extra hoc crimen, & extra officium Inquisitionis delinquant in his, quæ concernunt suam Religionem, vtputa, committendo contra vota, seu regulas, aut alias obseruantias Regulares eorum Religionis; Tunc enim eorum Prælatis & superioribus Præsidētibus sunt subiecti, & ab illis interrogati veritatem dicere tenentur, *cap. Cum ad monasterium, extra, de statu Monachorum*, Eymeric. *in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 12. numer. 1.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Inquisitor, num. 40.* Tu vero dicas, quod licet Inquisitores teneantur parere suis superioribus Regularibus in his, quæ Regulæ obseruantiam, & alia, per quæ directe aut indirecte Sanctum officium non impeditur, respiciunt, & propterea in delictis extra officium per eosdem superiores moneri, & reprehendi; Non tamen puto, quod dicti Superiores possint eos punire, & consequēter ab eorum officio per indirectum retrahere, sed bene poterunt assumere informationes, illasque ad supremum Tribunal transmittere, expectans, quid sibi ab eodem supremo Tribunali mandetur, alias esset inuenta aperta via impediendi officium Inquisitorum per indirectum. 132

Si † vero Inquisitores in causa sancti officii delinquant, vtputa extorquendo pecunias, aut similia faciendo, de quibus dixi *infra hac eadem quæstione, nu. 134.* & *sequentibus*, & tunc de iure communi possunt puniri à suis Prælatis & Superioribus, *vt in Clementin. 2. §. Qui siquidem, de hæreticis.* Sed cum hodie non Prælati superiores, sed Illustrissimi Domini Cardinales Inquisitores generales, vt *suo loco* dixi, constituant, & remoueant Inquisitores; Idcirco ad eos etiam spectabit iurisdictio illos puniendi, quando sic in eorum officio Inquisitionis delinquunt, vt per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 2. quæstione 12. Commentar. 61. versic. Quod si quæras*, & *sequentibus, folio mihi 587. colum. 1.* vbi etiam testatur, quod in Hispania Præses Inquisitionis, quem maiorem Inquisitorem vocat, Inquisitores in officio delinquentes coercet, & subdit, quod non per hoc, si Papæ visum fuerit, erit prohibitum ex omni parte Inquisitores sic delinquentes ad Romanam Curiam vocare, citare, & punire; Quicquid secus dixisse videatur Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis, part. 2. tit. de Priuilegiis Inquisitorum, num. 417. versic. Item Inquisitores*, licet bene in hac Inquisitorum punitione multum mature, & prudenter affirmet, ne ex eorum punitione, aut condemnatione, sancti officii dignitati & auctoritati derogetur. Sed, vt dixi) hodie Inquisitores, nec isto casu à Superioribus suis Regularibus puniuntur. 133

ARGVMENTVM.

De Inquisitoribus, & Episcopis, ab ipsisq; & Sede Vacāte à Capitulo Delegatis, sub prætextu officii, illicite pecuniam extorquentibus.

SVMMARIA.

Inquisitores, ab illisque, seu etiam ab Episcopis Delegati, seu etiam Sede Vacante à Capitulo sub prætextu officij pecuniam illicite extorquentes, excommunicationis pœnam ipso iure incurrunt, à qua non possunt absolui præterquam in mortis articulo, nisi prius restituta pecunia extorta, num. 134.

Inquisitores, Commissarij, & Delegati, illicite pecunias extorquentes in causa hæresis, vltra excommunicationem officio priuantur, & alia pœna arbitraria puniuntur à suis Prælatis, num. 135.

Inquisitores Delegati, & Commissarij pecunias extorquētes prætextu officij dicuntur cōmittere crimen concussionis, nu. 136.

Notarij, Officiales, & Socij Inquisitorum pecunias illicite extorquentium debent eos grauiter corrigere, & suis Prælatis denunciare, n. 137. *Et si Prælati fuerunt negligentes in puniendo, Episcopi debent Sedi Apostolicæ eorum negligentiam denunciare, nu.* 138.

Inquisitores commissarij & delegati in Crimine hæresis non solum puniuntur extorquendo pecuniam, sed etiam extorquendo alias res, nu. 189.

Inquisitores, Commissarij, & Delegati in causa hæresis non incurrunt pœnam excommunicationis, & priuationis, extorquentes pecuniam, non prætextu officij, sed alio, licet male faciant, nu. 140.

Extorsio pecuniarū, quando dicatur facta prætextu officij, n. 140

Episcopi in causis hæreticalibus, sub prætextu officij illicite facientes extorsiones, licet male faciant, non tamen incurrunt pœnam excommunicationis & priuationis, num. 141.

Inquisitores Commissarij, & Delegati in causis hæreticalibus absoluuntur ab excommunicatione, etiam non restituta pecunia extorta, quando illam restituere non possunt propter paupertatem, nu. 142.

Absolutio ab excommunicatione, quam incurrunt Inquisitores, & Delegati in causis Hæreticalibus, illicite extorquentes pecunias, an sit Papæ reseruata, nu. 143. *& sequenti.*

QVÆST. CLXXXVI. §. 7.

134 REGVLA † sit, quod Inquisitores, ab ipsisque seu etiam ab Episcopis, seu Sede Vacante ab Episcopo Delegati, sub prætextu officij pecuniam illicite extorquentes, excommunicationis pœnam ipso iure incurrunt, à qua non possunt absolui, præterquam in mortis articulo, nisi prius de extorta pecunia, illis, à quibus extorserint, plene satisfecerint; tex. est *in Clement.* 2. *de hæreticis, in illis verbis; Ne prætextu officij Inquisitionis, quibusuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant, quod si secus fecerint excommunicationis sententiam eos subiacere decernimus ipso facto, a qua non possint absolui præterquam in mortis articulo, donec illis, à quib. extorserint, plene satisfecerint de pecunia sic extorta,* & ibi hoc adnotarunt Glossa prima *in figuratione casus, vers. Nota quod inquisitor,* Anchar. *num.* 5. *in tertio notab.* Zardin. Zabar. *in* §. *Inquisitoribus in Summario, & in primo notab. & dict. num.* 1. *in quinto, & in octauo notab.* Ioan. de Imola *num.* 1. *vers. Nota quod prætextu, & vers. Nota pœnam,* & Bonifac. de Vitalinis *ante num.* 1. *in summario, & num.* 90. *& sequenti;* Ioan. Calder. *in tract. de hæret. rubr. Inquisitores malitiose exercentes num.* 2. *& in rubr. de sententia Inquisitorum sub nu.* 5. Syluestriu. *in summa in verbo hæresis,* §. 2 *num.* 13. Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo Inquisitor. num.* 40. *vers. Nec etiam obuiat,* vbi propterea notat esse casum specialem, in quibus Inquisitores possunt à suis Prælatis superioribus puniri, & si delinquant in officio delegationis (quod tamen declara secundum ea quæ scripsi supra *num.* 132.) Repertor. Inquisitorum *in verbo Extorquere, versic. Primo, & in verbo Inquisitores, vers. Nota quod si Inquisitor.* Simanch. *Catholicar. institution. tit.* 34. *rubr. de Inquisitoribus Apostolicis n.* 44. Squillacen. *in tractat. de fide Catholica cap.* 43. Eymeric. *in Director. Inquisitorum par.* 3. *quæstion.* 24. *numero* 3. & ibi Franciscus Pegna *in additionib. Comment.* 73. *fol. mihi* 597. *col.* 2. Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 3.

AMPLIA I. † Quia inquisitores, & Commissarij, sic vt supra illicite pecunias extorquentes, non solum sunt ipso iure excommunicati, sed etiam vltra excommunicationem officio priuantur, & alia pœna arbitrio suorum Prelatorum superiorum puniuntur; Tex. est *in Clement.* 2. *de hæreticis,* vbi dicitur, *Qui equidem Prælati Inquisitores & Commissarij prædictos reos inde repertos ab officiis amouere, & amotos alias punire debite seu corrigere teneantur,* & ibi hoc adnotarunt Glossa *in verbo Valeant, & in verbo Amouere, & in verbo Teneantur,* Anchar. *num.* 8. *in* 6. *notab. & num.* 9. *&* 10. vbi propterea aduertit, quod non Episcopus, sed Prælatus superior priuat Inquisitores officio propter extorsiones factas; Cardin. Zabar. *in* §. *Notarii num.* 1. *in* 4. 5. 6. *&* 7. *notab.* Ioan. de Imola *nu.* 9. *vers. Glossa commutare, & vers. Glossa tenetur,* & Bonifac. de Vitalinis *nu.* 111. *& sequentibus;* Simanch. *Cathol. instit. tit.* 34. *rubr. de Inquisitoribus Apostolicis nu.* 44. 135

AMPLIA II. † Quia Inquisitores, & Commissarij sic pecunias extorquentes prætextu officij, dicuntur etiam committere crimen Concussionis, secundum Glos. *in dicta Clementin.* 2. *in verbo Officii, de hæreticis,* vbi tamen subdit, quod licet concussor teneatur ad quadruplum, isto tamen casu ad effectum, vt absoluatur ab excommunicatione, sufficit, quod restituat id tantum, quod extorsit, & ibi etiam Archaran. *num.* 5. vt tamen subdit, quod licet ad effectum obtinendi absolutionem ab excommunicatione, sufficiat restituere pecuniam extortam tantum; non per hoc tamen liberatur ab integra solutione quadrupli; Cardin. Zabarell. *in* §. *Inquisitoribus num.* 1. *versic. secundo oppono, & vers. Tertio oppono;* Ioan. de Imola *numero* 5. *ante finem, versic. Glossa officii,* & Bonifac. de Vitalinis *num.* 52. *& sequentibus, versic. Aduerte tamen,* vbi videtur tenere, in crimine concussionis non intrare pœnam quadrupli, ad quæ vide Thom. Sanch. *in præcept. Decalogi lib.* 2. *capit.* 20. *numero* 7. vbi dixit, hanc excommunicationem non incurri, si quis Inquisitor, aut Commissarius à sponte dante, & per viam muneris offerente pecuniam aut aliquid aliud recipiat, & *numero* 10. pariter dixit, eandem excommunicationem non incurri à recipiente aliquid mutuo, si postea illud reddatur, & ratio, quia his casibus non adest concussio, aut extorsio, & *numero* 20. vbi dixit, quod ad effectum obtinendi absolutionem ab hac excommunicatione non est necessaria solutio expensarum aut quadrupli. 136

AMPLIA III. † Quia notarij, & officiales, ac socij inquisitorum sic pecunias illicite extorquentes, debent secrete eos grauiter corrigere, &, si probare potuerint, omnia prælatis inquisitorum denunciare; Text. est *in d. Clem.* 2. *de hæreticis,* vbi dicitur; *Notarii vero, & officiales dicti officii, nec non fratres, & socii Inquisitorum, & Commissariorum ipsorum qui dictos Inquisitores, aut commissarios secrete nouerint talia commisisse (si indignationem Dei & Apostolicæ Sedis vitare voluerint, & offensam) ipsos grauiter arguere, & corrigere studeant in secreto. Quod si taliter ea fuerint, vt ea probare valeant si sit opus, hæc Prælatis Inquisitorum & Commissariorum eorundem ad quos id pertinebit nunciare sollicite debeant,* & ibi hoc adnotarunt Gloss. *in verbo Corrigere, & in verbo Secreto,* Anchar. *numer.* 7. *in* 5. *notab.* Cardin. Zabarell. *in* §. *Notarii ante num. primum in summario, & in primo notab. & num.* 1. *in tertio notab* Ioan. de Imola *num.* 1. *vers. Item in vers. Notarii, & nu* 9. *vers. Glossa corrigere,* & Bonifac. 137

 nifac.

nifac. de Vitalinis *num.* 100. *& sequentibus pluribus*, Ioan. Calder. *in tract. de haeret. rubr. Inquisitores malitiose exercentes, nu.* 2. *& in rubr. de sententiis haereticorum, sub num.* 5. *vers. Notarij vero*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Extorquere, sub vers.* 1.

138 Amplia IV. † Quia, si Praelati sunt negligentes in puniendo Inquisitores, & Comissarios sic indebite pecuniam extorquentes, Episcopi debent Sedi Apostolicae eorum negligentiam denunciare, Tex. *est in Clem.* 2. *de haereticis*, vbi dicitur; *Praelatis autem Inquisitorum id negligentibus agere, praemissa omnia nunciari per praedictos locorum ordinarios volumus, quibus, vt ea in Apostolicae sedis notitiam perferant, in virtute sanctae obedientiae stricte praecipimus, & mandamus*, & ibi Anchar. *numer.* 10. *in* 5. *notab.* Cardin. Zabar. *in* §. *Notarij ante num.* 1. *in summario, & num.* 4. *in* 8. *notab.* Ioan. de Imola *nu.* 1. *in fine, vers. Et nota quid fiendum, & num.* 9. *ad finem vers. Quare autem hic ordinarij.* & Bonifac. de Vitalinis *num.* 119. *& seqq.*

139 Amplia V. † Quia inquisitores, & Commissarij incurrunt poenam excommunicationis, & priuationis, extorquendo praetextu officij non solum pecuniam, sed omnem aliam rem, secundum Gloss. *in Clement.* 2. *in verbo Pecuniam, de haereticis*, & ibi etiam Cardin. Zabarel. *in* §. *Inquisitoribus ante num.* 1. *in* 2. *notab.* vbi quod isto casu pecunia accipitur non solum pro rebus, quae consistunt in pondere, numero, & mensura, sed etiam pro quocunque commodo pecuniario, Ioan. de Imola *n.* 6. *vers. Glossa, Pecuniam*, vbi quod isto casu pecunia accipitur latissime, vt comprehendat omnem rem, nedum rem consistentẽ in pondere, numero, vel mensura, quia omnis res reducibilis est ad pecuniam, & Bonifac. de Vitalinis *num.* 63. *& seqq.* Thom Sanchez *in praecept. Decalogi lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 9. post Syluestr. Tabien. Caiet. Armill. Nauar. & Suarez *in locis ibi per eum allegatis.*

140 Limita I. † Quia si Inquisitores, & Commissarij, pecunias extorquent, non praetextu officij, sed alio, licet mala faciant, non per hoc tamen incurrunt poenam excommunicationis, & priuationis, secundum Gloss. *in dicta Clement.* 2. *in verbo praetextu*, & ibi etiam Cardin. Zabarel. *in* §. *inquisitoribus ante nu.* 1. *in* 1 *notab.* Ioan. de Imola *nu.* 5. *ante finem, vers. Glossa praetextu*, & Bonifac. de Vitalinis *num.* 74. *& sequentibus in* 9 *notab.* vbi etiam bene declarat, quando extorsio pecuniarum dicatur facta praetextu officij. Angelic. *in verbo Excommunicatio* 7. *cas.* 42. *nu.* 1. Tabien. *in verbo Excommunicatio* 5. *casu* 4. *qu.* 17. *nu.* 18. Syluestrin. *in verbo Excommunicatio*, 9. *casu* 42. *n.* 18. Thom. Sanchez *in praecept. Decalogi lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 8.

141 Limita II. † Quia si Episcopi in causis haereticalibus sub praetextu officij illicitas faciant extorsiones, licet male faciant, non tamen poena excommunicationis, & priuationis, afficiuntur, sicut inquisitores, & Commissarij, secundum Gloss. *in dicta Clement.* 2. *in verbo Commissariis, de haereticis*, vbi propterea aduertit, in hoc, textum illum aliquid deferre voluisse Episcopali dignitati, & *in verbo Commissarios*, & ibi Cardin. Zabarel. *in* §. *Inquisitoribus nu.* 1. *vers. Oppono quia hic non dicit, & in* §. *Notarij nu.* 4. *vers. Oppono in eo quod dicit*, Ioan. de Imola *sub nu.* 5. *vers. Glossa Commissariis*, & Bonifac. de Vitalinis *num.* 41. *& sequentibus*, vbi tamen quod licet Episcopus isto casu non incurrat excommunicationem, punitur tamen antiquis poenis, *& num.* 131. *in fine*, Repert. Inquisitor. *in verbo Extorquere, sub vers. Primo*, Thom. Sanchez *in praecept. Decalogi lib.* 2. *cap.* 28. *nu.* 5. *& sequentibus*, vbi bene docet, sub regula praedicta contineri Vicarios Inquisitorum, & Episcoporum, siue sint Vicarij, siue eorum substituti: omnes enim hi proprie dicuntur Commissarij: continentur etiam inquisitores secundum veriorem, & communiorem intellectum Clement. 2. *de haer.* Episcopi autem vel praelati quasi Episcopali Iurisdictione gaudentes, & sede Vacante Capitulum, non comprehenduntur sub dispositione, & excommunicatione d. Clementin. 2.

Limita III. † Quia Inquisitores, & Commissarij, qui praetextu officij pecunias extorserunt, etiam non facta restitutione extortae pecuniae, absoluuntur ab excommunicatione, si propter paupertatem eam restituere non possunt, secundum Gloss. *in dicta Clement.* 2. *in verbo, Satisfecerint, de haereticis*, & ibi Cardin. Zabarell. *in* §. *Inquisitoribus nu.* 1. *in fine, vers. Quinto oppono*; Ioan. de Imola *nu.* 9. *vers. Gloss. satisfecerint.* Bonifac. de Vitalinis *nu.* 92. Syluestr. *in verbo Excommunicatio* 9. *casu* 42. *n.* 81. Tabien. *in verbo Excommunicatio* 5. *casu* 4. *quaest.* 17. *nu.* 18. Pluribusque similibus comprobat Thom. Sanchez *in praecept. Decalogi lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 19. 142

Limita IV. † Quia ab ista Excommunicatione, ex quo non fuit reseruata sedi Apostolicae, possunt etiam Ordinarij Episcopi absoluere, secundum Gloss. *in dicta Clement.* 2. *in verbo Absolui, de haereticis*, & ibi Cardin. Zabar. *in* §. *Inquisitoribus nu.* 5. *in fine, vers. Decimo quaero*, Ioan. de Imol. *nu.* 9. *vers. Glossa absoluit.* & Bonifac. de Vitalinis *num.* 88. Thom. Sanchez *in praecept. Decalogi lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 18. vbi dixit, hanc absolutionem non esse simpliciter reseruatam, sed permitti cum quadam conditione, videlicet in mortis articulo tantum, & donec plene fuerit satisfactum de pecunijs extortis, & sic cum effectu, & vsque ad vnum denarium. 143

Cuius † contrarium scripsit Eymeric. *in Director. Inquisitorum par.* 3. *quaestion.* 24. *num.* 3. & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Commentar.* 73. *vers. Tertius est fol. mihi* 197. *colum.* 2. 144

Limita V. Quia Inquisitores vt supra indebite extorquentes pecuniam hodie non puniuntur nisi ab Illustrissimis Dominis Cardinalibus Praepositis Generali Sanctae Inquisitionis officio, vt per Lael. Zech. *in summa par.* 1. *tit. de fide, rubr. de haeresi cap.* 11. *nu.* 13. *vers. Hodie tamen Cardinales.*

ARGUMENTUM.

De Inquisitoribus, & Episcopis per malitiam negligentibus in procedendo contra haereticos, seu etiam indebite innocentes vexando.

Summaria.

Inquisitores, & Episcopi, si malitiose aliquem Innocentem de haeresi inquisiuerunt, vel è contra, si odij gratia, amoris, vel lucri causa contra haereticum procedere omiserunt, si fuerit Episcopus, poenã suspensionis ab officio, per triennium, Inquisitores autem excommunicationis sententiam ipso iure incurrunt, num. 145. *Et ab hac excommunicatione non nisi à Papa absoluuntur, num.* 146.

Inquisitores, & Episcopi Innocentes dolose Inquirentes, vel econtra, contra haereticos per sordes procedere negligentes, dicuntur fautores haereticorum, & sunt suspecti de haeresi, nu. 147. *&* 148.

Inquisitores & Episcopi negligentes procedere contra haereticos propter scandali timorem excusantur, nu. 149.

Inquisitores, & Episcopi negligentes in procedendo contra haereticos, quia ignorent eos esse haereticos, excusantur, nu. 150.

Capitulum sede vacante non incurrit excommunicationem propter negligentiam in procedendo contra haereticos, nu. 151.

QUAEST. CLXXXVI. §. 8.

Regula † sit, quod Inquisitores, & Episcopi si malitiose, & fraudulenter, falso aliquem de haeresi inquisiuerunt, vel è contra, si odij gratia, vel amoris lucrive causa contra hereticũ procedere omiserint, si fuerit Episcopus, poenam suspensionis ab officio per triennium, alij vero excommunicationis sententiam ipso iure incurrant, Tex. est *in Clement.* 1. §. *Verum, il secundo de* 145

hæreticis, & ibi Glossa *in verbo Fraudulenter*, Anchar. *nu*.11. Ioan. de Imola *nu*.3.*vers*.*in ver*.*verum*, *& num*.4.*vers*.*Nota pœnam Inquisitoris*. Bonifac. de Vitalinis *ante num*.*primum in summario*, *& nu*.7.*in* 4.*notab*.*& nu*.13.*in* 7.*notab*.*& seqq*. vbi de materia, *& n*.157.*& sequentibus*, *& n*.614.*& seq*.*& nu*.94.& Cardin. Zabar. *in principio nu*.4.*in* 6.*notab*.*& in §*.*Propter n*.3.*in* 5.*notab*.*& in §*.*Verum*, *il secondo ante nu*.1.*& nu*.1. vbi pluribus probat, quam graue sit hæresis crimen innocenti imponere, *& num*.2.*in* 8.*notab*.*& sequentibus*, vbi plura de pœna excommunicationis, quæ isto casu incurritur, Ioann. Calderin. *in tractat*.*de hæreticis rubric*. *Inquisitores malitiose exercentes &c*. *numer*.1. summa Syluestrin. *in verbo Hæreticus*, §.2.*num*.13.*vers*.*Idem præcipitur*, Vmbert. Locat. *in Iudicial*.*Inquisitorum in verbo Inquisitor*, *num*.19. Repertor. Inquisitorum *in verbo Impediens vers*. *Item impedientes*, *in fine*, vbi de inquisitoribus false & malitiose imponentibus alicui quod impediuerit sanctum inquisitionis officium, cum vere non impediuerit, *& in verbo Inquisitor*, *vers*.*Nota quod si Inquisitor*, *vel Episcopus*, *& in verbo Pœna*, *vers*.*Nota quod si Episcopus*, *vel Inquisitor*. Simanch. *Cathol*.*Instit*.*tit*.34.*rubr*.*de Inquisitoribus Apostolicis num*.40. Eymeric. *in Director*.*Inquisitor*.*par*.3.*quæst*.24.*num*.2. & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Comment*.73.*fol*.*mihi* 597.*col*.2.

146 Ampl*i*a I. † Hanc Regulam, quia ab ista excommunicatione, & suspensione, nemo, excepto Romano Pontifice, & præterquam in articulo mortis, absoluere potest. Text. *est in Clementin*.*prima* §.*verum quia*, *de hæreticis*, *in fine*, cuius quidem Textus verba sunt hæc: *A qua quidem excommunicationis sententia*, *qui eandem incurrerint*, *nisi per Romanum Pontificem nequeant*, *præterquam in mortis articulo*, *& tunc satisfactione præmissa absolutionis beneficium obtinere*, *nullo in hac parte priuilegio suffragante*, & ibi Glossa *in verbo Excommunicationis*, vbi declarat id quod dictum est de suspensione, an verum sit, quod non possit super ea dispensari, nisi à Pontifice, *& in verbo Mortis*, *& in verbo Et tunc*: ad quam materiam vide *ibidem* Ioan. de Imola *nu*.18.*vers*.*Glossa excommunicationis sententia*. Bonifac. de Vitalinis *nu*.167.*& sequentibus & nu*.187. & Cardin. Zabarell. *in §*.*Verum*, *il secondo*, *num*.3.*in* 1.*notab*.*& num*.4.*in tertia oppositione & num*.9.*in* 8.*quæstione*; Ioan. Calderin. *in tract*.*de hæreticis rubr*.*Inquisitores malitiose exercentes &c*. *num*.1. Simanch. Cathol. *institut*.*tit*.34.*rubr*.*de Inquisitoribus Apostolicis numer*.40. Eymeric. *in Director*.*Inquisitorum par*.3.*qu*.24.*nu*.2. & ibi Francisc. Pegn. *in addit*.*Comment*.73.*fol*.*mihi* 597.*col*.2.

147 Ampl*i*a II. † Vt Episcopi, & inquisitores negligentes in puniendis hæreticis, quando possunt hoc ex eorum officio facere, & non faciunt, dicantur hæreticorum fautores, probat text. *in cap*.*Qui potest obuiare* 23.*quæst*.3.*cap*.*Quantæ*, *de senten*.*excommunicationis*. Gemin. *in cap*.2.*num*.20.*vers*.*Qui autem dicantur fautores*, & ibi etiam Anchar. *num*.5.*versic*.*Quinto quæro qui dicantur fautores*, *de hæreticis in* 6. summa Syluestr. *in verbo Excommunicatio* 7.*numer*.11.*vers*.*Quinta est*, Tabien. *in summa in eodem verbo Excommunicatio* 5.*cas*.4.*num*.9.*vers*.*Octauo &c*. Rebuff. *in pract*.*beneficial*.*in expositione Bullæ Cœnæ Domini art*.1.*in verbo Fautores*, generaliter dicentes, quod qui habent iurisdictionem super hæreticos, si negligant eos capere, & punire, dicuntur eorum fautores, & propterea incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, quod & idem voluit Toletan. *in summa in interpretatione eiusdem Bullæ Cœnæ Domini in verbo Excommunicatio* 1.*nu*.20. & Bartholom. Vgolin. *in tract*.*de censuris Pontifici reseruatis par*.2.*in Glossa Fautores*, *in principio num*.1.*& 2*.*fol*.*mihi* 76.*& sequenti*, *& nu*.3.

148 Verum † quod Episcopus negligens in puniendo hæreticum, deponatur, dixi supra *quæst*.182.*num*.24.*& seqq*. vbi etiam dixi, quod est suspectus de hæresi.

149 Limita I. † Quia si Episcopus, vel Inquisitor omiserit procedere contra hæreticum, non odij gratia, amoris, vel lucri causa, sed propter timorem, vel propter euitanda scandala, non incurrit pœnam prædictam, secundum Gloss. *in Clementin*.*prima in verbo Obtento*, *de hæreticis* & ibi Ancharan. *in §*.*sane numer*.11.*versic*.*Quod puto verum*; Ioan. de Imola *nu*.17.*vers*.*in verb*.*verum*, Bonifac. de Vitalinis *nu*.162. Vmbert. Locat. *in iudicial*.*Inquisitor*.*in verbo Inquisitor*, *nu*.19.

Limita II. † Quia negligentes contra hæreticum procedere non incurrunt hanc pœnam, si procedere desistunt ex ignorantia, nescientes scilicet aliquem esse hæreticum; sic enim colligitur ex textu in dicta Clem. 1. §.*verum*, *de hæreticis*, ponderando verba in textu posita *Et conscientiam suam*, voluit Caietan. *in summa in verbo Excommunicatio*, *cap*.3. Antonin. *in eadem summa par*.3.*tit*.24.*cap*.7. refert hos, & sequitur Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric*. *in Direct*.*Inquisitorum par*.3.*quæst*.24.*Commentar*.73.*versic*.*Obseruandum tamen est*, *fol*.*mihi* 597.*col*.2.*in fine*. 150

Limita III. † Quia sicut Episcopus non incurrit excommunicationem propter negligentiam procedendi contra hæreticos, vel indebite aliquem pro suspecto hæretico vexando, ita nec etiam hanc excommunicationis pœnam incurrit Capitulum Sede vacante, si in præmissis fuerit culpabile, Bonifac. de Vitalinis *in Clement*.*prima num*.194.*de hæreticis*, & ibi Cardin. Zabarell. *in §*.*verum*, *il secondo*, *num*.4.*in* 2.*oppositione*. 151

Argumentum.

De crimine Hęresis iudex secularis non se intromittit, sed bene tenetur Ecclesiastici iudicis sententiam exequi, & illius pręceptis obedire.

Summaria.

Iudex secularis olim de iure ciuili de crimine hæresis cognoscebat, *num*.152.

Hæresis crimen est mere Ecclesiasticum, *nu*.153.

Secularis Iudex non potest se intromittere in crimine hæresis, *& in illius cognitione nu*.153.*nec etiam incidenter*, *nu*.154.

Principes seculares non possunt condere statuta de crimine hæresis, *nu*.155.*declara super confiscatione bonorum in illa parte*, *quæ ad eos spectat*, *num*.156.*Item declara*, *quia possunt Principes seculares imponere alias pœnas vltra inflictas à Iure Canonico*, *nu*.157.

Iudex secularis potest carcerare hæreticos, *& illos remittere Iudici Ecclesiastico*, *nu*.158.

Iudex Ecclesiasticus in Crimine Hæresis pro executione eorum, *quæ spectant ad eius officium*, *potest implorare brachium Iudicis secularis*, *nu*.159.*& præsertim pro exequutione sententiæ*, *nu*.161.

Seculares Iudices, *Rectores*, *& officiales*, *dominique temporales tenentur in causis hæreticorum præstare eorum brachium*, *& auxilium iudici Ecclesiastico*, *num*.160.

Iudex secularis tenetur exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici, *statim*, *& sine vlla mora*, *nu*.162.

Iudex secularis, *si requisitus ab Ecclesiastico Iudice noluerit suam sententiam exequi*, *potest ad id compelli per Censuram Ecclesiasticam*, *priuationem officiorum*, *& etiam potest contra ipsum inquiri*, *vti hæreticorum fautorem*, *num*.163.*& 164*.

Iudices seculares non possunt cognoscere de iniustitia sententiæ latæ à iudice Ecclesiastico in crimine hæresis, *n*.165.*vbi etiam quod nec possunt mutare pœnas à iudice Ecclesiastico in sententia inflictas*.

Iudex secularis potest cognoscere de nullitate sententiæ latæ à Iudice Ecclesiastico in crimine hæresis, *nu*.166.*contrarium verius*, *num*.167.

Iudex secularis non tenetur exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici in Crimine Hæresis, *quando illi constat sententiam esse iniustam*, *nnm*.168.*contrarium verius*, *nu*.169.

QVÆST. CLXXXVI. §. 9.

152 REGVLA I. † sit in proposita quæst. quod licet olim de iure ciuili de crimine hęresis cognosceret iudex secularis, per Text. qui ad id allegatur *in §. si vero Crimen, in fine in Authen. de Sanctissimis Episcopis & in l. prima §. final. C. de Summ. Trinitat. & fid. Catholic. & in l. quicunque §. Vltimo C. de hæretic.* Salycet. *in l. Manichæos, numer. 2. per illum Textum C. de hæreticis*; faciunt quæ dixi *infra in materia confiscationis quæst. 190. num. 165.* Peregrin. *de iure fisci libro 4. tit. 5. num. 29. vers. Huiusmodi vero crimen.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 25. nu. 8.* vbi declarat contra laicos, secus contra clericos, contra quos nec etiam de iure ciuili secularis Iudex procedere poterat, Ioan. à Rojas cum allegatis per eum *singul. 107. num. 5.* idem Decian. *vbi supra in tract. crim. eodem lib. 5. d. cap. 25. nu. 11.* vbi amplius, quod antiquitus etiam imperatores confirmabant sententiam Iudicum Ecclesiasticorum, Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. crim. & hæret. cap. 15. nu. 1.*

153 Hodie † tamen cum hæresis crimen sit mere Ecclesiasticum, hoc ideo nec eius cognitio vllo pacto spectat ad Iudices seculares, etiam contra laicos, nec in eo Iudex secularis se intromittit, nisi à Iudice Ecclesiastico fuerit requisitus, & si se intromiserit ipso iure est excommunicatus, text. est expressus *in cap. vt Inquisitionis officium §. Prohibemus, de hæreticis in 6.* vbi sic dicitur: *Prohibemus quoq; districtius Potestatibus, Dominis Temporalibus, & Rectoribus eorundemque officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit Ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant, vel iudicent,* & ibi Glossa *in figuratione casus, vers. Sed quæritur,* & *in vers. Nota vnum casum,* & *in verbo Vt Inquisitionis, vers. Ita tamen.* Ioan. Monach *ante num. 1. in verbo Prohibemus,* Archidiac. *nu. 3. in eod. verbo Prohibemus,* Ioan. Andr. *nu. 1. col 2. in principio, in verbo Mere Ecclesiasticum, & in verbo Quoquomodo,* Gemin. *in principio in summario, & nu. 3. vers. Nota quod Iudex laicus, & in §. Prohibemus num. 1. & nu. 3. & in §. si quis vero num. 4. in fine, vers. Item si de cognitione criminum,* Gloss. *in cap. cum secundum, in Glossa final. in verbo Ecclesiasticam, eodem tit. de hæreticis in 6.* Salyc. *in l. Manichæos nu. 2. C. de hæreticis,* Abb. *in cap. Ad abolendam nu. 7. vers. Vlterius collige, extra de hæreticis, & num. 12.* & ibi etiam Marian. Socc. *n. 9. in 8. notab.* Cardin. Zabar. *col. 2 in principio in 4. oppositione,* & Ioan. de Anan. *n. 8. vers. Istud tamen crimen, & n. 20. vers. dic. clarius,* Ioan. And. *in c. Excommunicamus, il. secondo numero primo, in verbo Ecclesiam extra eodem,* & ibi hoc etiam dixerunt Anton. de Butrio *n. 5.* & Abb. *num. 1. in 2. notab. & in vers. Seculares ergo Iudices,* Marian. Soccin. *num. 1.* Ioan. de Anania *num. 1. vers. Nota quod de crimine hæresis;* Hostiens. *in summa de hæreticis §. Qualiter deuitetur, nu. 6. vers. Ergo cognitio, & num. 7 ante finem, vers. In Ecclesiasticis enim negotiis,* & extat Constitutio Iulij III. edita de anno 1551. *incip. Licet à Diuersis,* relata per Franc. Pegnam post Director. Inquisitor. inter literas Apostolicas *fol. mihi 152.* vbi amplius, quod absolutio ab hac excommunicatione Papæ reseruata est Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de materia processuum Inquisitionis sub num. 1. & in rubr. de officio & potestate cuiuslibet Rectoris, num. 21.* summa Syluestrin. *in verbo Hæreticus, §. 2. num. 8. vers. Septimum omnibus prædictis,* Peregr. *in tract. de iure fisci lib 4. tit. 5. nu. 29. vers. Huiusmodi vero crimen* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo Iudex, nu. 57. & in verbo Secularis potestas, num. 1.* Repertor. Inquisitorum *in verbo Crimen, vers. Nota quod omne crimen,* & ibi Petr. Vendram. *in additionibus litera C. & in verbo Iudex, versic. Cui iudici, & vers. Nota quod iudex laicus,* Simanch *Catholicarum institutionum. tit. 36. rubr. de iudicibus secularibus nu. 1. & in Enchiridion Violat. Religion. tit. 6. rubr. de Episcopis nu. 1. & tit. 66. rubr. de iudicibus secularibus numer. 1.* Alphons. de Castro *in tract. de iusta hæreticorum punitione, lib. 1. cap. 23.* Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis, & hæreticis, qu. 25. nu. 43.* Zanch. *in tract. de hæreticis cap. 8. num. 1. & 2.* & ibi Campeg. *in additionibus litera A.* Gundisaluu. *in tract. de hæreticis quæst. 7. nu. 20. & quæst. 20. nu. 3.* Carer. *in eodem tract. de Hæreticis nu. 61. & 64. ante finem, vers. Licet ergo forte,* Boss. *in tit. de Hæreticis numer. 10. & 13. & 14.* vbi ampliat etiam quod ex crimine hæresis sequeretur perturbatio, & seditio ciuitatis, quicquid alias Mediolani Senatus quandoque seruauerit. Clar. *in practic. crimin. §. Hæresis num. 4. vers. Hoc crimen Hæresis,* vbi quod cum hac Conclusione omnes Doctores transeunt, & ibi Hieron. Giaccar. *in additionibus litera F.* vbi pariter testatur, ita frequentiori calculo receptum esse, ex Roland. *in cons. 20. nu. 10. lib. 3.* Ioan. Baptist. à Villalob. *in Communes opiniones littera H. num. 42.* vbi testatur de Communi ex Alciato, quem allegat *in l. Perniciosam, nu. 37. de officio Ordinarij,* Petr. Gregor. *Syntagma. iuris, lib. 33. cap. 7. num. 2.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 25. num. 1. & nu. 2. in discursu;* Sigismund Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæret. cap. 15. nu. 2.* Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib. 3. quæst. 7. num. 30. in fine.*

AMPLIA I. † Vt secularis iudex non cognoscat de crimine hæresis, non solum principaliter, sed nec etiam incidenter. Text. est *in cap. Inquisitionis officium, §. prohibemus, & in verbo Quoquomodo, de hæreticis in sexto,* & ibi Glossa *in eodem verbo Quoquomodo,* Ioan. Andr. *col final. in fine, vers. Glossa, id est;* Gemin. *num. 4. vers. In Glossa in verbo Quoquomodo,* Simanch. *Cathol. institut. tit. 36. rubr. de iudicibus secularibus, num. 1. & in Enchiridio Violat. Relig. tit. 66. rubr. de iudicibus secularibus, nu. 1.* Paris. *cons. secundo, nu. 107. lib. 4.* 154

AMPLIA II. † Vt cum hæresis crimen sit Ecclesiasticum, hoc ideo seculares Principes nihil statuere possint in concernentibus dictum crimen, tam quoad processum, quam quoad punitionem, tex. *est in cap. statutum ciuitatis, & in cap. accusatus, §. sacerdotes, de hæreticis, in sexto, & in cap. final. de Immunitat. Ecclesiast. cap. nouerint, de sentent. excommunicationis;* nulla enim laicorum statuta valent super spectantibus ad Ecclesiasticos, & super concernentibus iurisdictionem Ecclesiasticorum, *cap. vt Inquisitionis; in principio, de hæreticis in 6. cap quæ in Ecclesiarum,* & ibi Glossa, & omnes Doctores, *extra, de constitutionibus,* cum aliis per Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 26. num. 4.* Boss. *in tit. de hæreticis, num. 13. & num. 14.* vbi propterea damnat practicam Senatus Mediolani, qui in crimine hæresis seculares iudices deputabat, quando ex eo sequebatur status turbatio, & seditio, *& num. 35.* vbi propterea damnat decretum dicti Senatus volens hæreticorum causas ad Senatum referri, Paris. *consil. 2. numer. 104. & seqq. lib. 4.* vbi pluribus probat hanc conclusionem, quod scilicet seculares Principes, non possunt super crimine hæresis aliquid statuere, *& num. 138. & seqq.* vbi declarat, nisi laicorum statuta fuerint à summo Pontifice confirmata; faciunt quæ dixi *supra, quæst. 182. nu. 76.* 155

LIMITA I. hanc II. † ampliationem, quia valent Principis statuta, & decreta, super confiscatione bonorum, in illa tamen parte, quæ ipsis de iure Canonico, seu potius de consuetudine à summo Pontifice approbata, applicatur, secundum Paris. *in cons. 2. num. 114. & seq. lib. 4.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 25. num. 17.* vbi quod possunt seculares Principes statuere super ea parte bonorum hæretici damnati, quæ venit fisco suo applicanda (quæ est tertia iuxta opinionem eorum, quos retuli infra *in materia confiscationis, quæst. 190. num. 176.*) & ad id plures refert concordantes; vide tamen in hoc melius loquentem Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitorum par. 4. quæst. 109. Commentar. 158. fol. mihi 717. col. 1. vers. Postremo, illud adiungam,* & quæ dixi infra *quæst. 190. num. 174.* 156

LIMITA II. † eandem II. Ampliationem, quia potest 15

test secularis Princeps nouas imponere pœnas impositas de iure Canonum, dummodo ab illis non recedat, vt per Carer. *in tractat. de hæreticis, num.* 64. vbi post nonnulla hinc inde adducta ita concludit. Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par.* 3. *quæst.* 86. *Comment.* 135. *vers. De Principibus secularibus, & omnibus seqq. fol. mihi* 698. *col.* 1. *&* 2. vbi pluribus hanc probat, & defendit sententiam, Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 25. *nu.* 2. *vers. Sed & Canonistarum,* vbi loquitur in iudice augente pœnas inflictas à iudice Ecclesiastico, & ponit exemplum, quando iudex Ecclesiasticus omisisset in sententia imponere pœnam confiscationis bonorum, quod ipse secularis potest illam addere, *& dicto cap.* 25. *num.* 20. vbi loquitur de Principibus secularibus, reprobatque contrarium tenentes.

158 LIMITA I. † propositam Regulam, quia licet iudex secularis non possit se intromittere in cognitione hæreticæ prauitatis, non tamen prohibetur eos carcerare ad effectum illos remittendi iudici Ecclesiastico, Afflict. *in const. Regni de hæreticis, & Pattérenis rubr.* 1. *nu.* 33. vbi propterea declarat, illam constitutionem, volentem laicos Iudices posse in crimine hæresis, procedere, fore intelligendam, non quoad cognitionem causæ, sed tantum ad effectum eos remittendi ad Iudices Ecclesiasticos, Clar. *in pract. crim.* §. *hæresis num.* 4. *vers. Et scias in fine,* vbi quod ita alias rescripsit Prætori Cremonæ Senatus Mediolani.

159 REGVLA II. † Sed quod iudex Ecclesiasticus pro exequutione eorum, quæ ad suum spectant officium, potest implorare brachium Iudicis secularis, prout dicunt, & præsupponunt omnes Doctores allegati *infra hac eadem quæst. num.* 161. Extat constitutio Innocentij IV. edita de anno 1252. *Incip. Tunc potissime,* relata per Pegn. inter literas Apostolicas *fol. mihi* 12. Et alia Constitutio Vrbani IV. edita de anno 1261. *incip. Licet ex omnibus, vers. Denique,* relata vt supra *fol.* 52. *& seqq.* & bene probat. Ioan. Calderin. *in tractat. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum nu.* 11. *vers. Denique,* Zanchin *in tract. de hæreticis cap.* 37. *nu.* 2. Squillacen. *in tract. de fide Catholic. cap.* 38. *nu.* 1. Carer. *in tract. de hæreticis nu.* 93. Quod & idem concessum est Inquisitoribus, quamuis regulariter delegatus non possit ex suo officio brachij secularis auxilium inuocare, nisi specialiter in delegatione facultas sic inuocandi data fuerit, prout Inquisitoribus data est, vt plene per Eymeric. *in Director. Inquisitorum par.* 3. *qu.* 57. & ibi Francisc. Pegna *in additionibus Commentar.* 166. *fol. mihi* 632. *col.* 2. *& fol.* 633. *col.* 1. vbi etiam disputat de veritate præmissæ conclusionis, quod scilicet delegatus non possit brachium Iudicis Ecclesiastici implorare, nisi in delegatione fuerit sibi specialiter data facultas, Ioan. à Rojas *singul.* 97. *nu.* 2.

160 AMPLIA I. † Hanc II. Regulam, quia seculares Iudices, Rectores, & officiales Dominique Temporales quicumque, vbicumque fuerint requisiti ab Inquisitoribus, vel Episcopis, tenentur in causis hæreticorum præstare omne eorum brachium & auxilium in omni actu, & præsertim in captura, & custodia hæreticorum, Text. est expressus in c. *Vt inquisitionis, de hæreticis in* 6. & ibi Glossa *in figuratione casus in principio, & vers. Nota ex isto Capitulo, & in verbo Vt inquisitionis.* Geminian. *in summario, & num.* 2. *vers. Nota quod Iudices,* summa Syluestrin. *in verbo Hæreticus,* §. 2. *num.* 8. *vers. Primum Inquisitores.* extat constitutio Innocentij IV. edita de anno 1252 *incip. Ex commissi,* relata per Pegn. inter literas Apostolicas *fol. mihi* 14. & alia Alexandri IV. edita de anno 1260. *inc. Dum ad studium,* relata per Pegnam vbi supra *fol. mihi* 47. & alia Vrbani IV. edita de anno 1261 *incip. Licet ex omnibus versic. Denique,* relata vbi supra *fol.* 52. *& seqq.* & alia Martini V. edita de anno 1418. *incip. Inter cunctas, versic. Et insuper,* relata vbi supra *fol.* 88. Vmbert. Loc. *in iudicial. inquisitorum in verbo Iudex, num.* 57. *vers. Sed quid si laicus, & vers. seq.* vbi alias pontificum constitutiones refert. Repertor. Inquisitorum *in verbo Brachium seculare, vers. Primo, & vers. Sed quæ de causa;* Simanch. *in Enchiridion Violat. Religion, tit.* 66. *rubr. de iudicibus secularibus nu.* 2. Zanchin. *in tract. de hæreticis cap.* 8. *nu.* 2.

AMPLIA II. † Quia præsertim seculares iudices, & Potestates Officialesque quicumque, debent hæreticos eorum seculari Curiæ relictos ab Episcopis seu inquisitoribus debita pœna punire, tex. expressus *in ca. Vt Inquisitionis* §. *vt quæ de hæresi, de hæreticis in* 6. & ibi Glossa *in figuratione casus in verbo Indilate versic. Vnde sententia* Ioan. Andr. *nu.* 1. *ante finem col.* 2. *post medium in verbo Captione & iterum infra vers. In Glossa* 1. & Franch. *nu.* 3. *vers. Tertio nota,* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis rubric. de pœnis hæreticorum filiorum, & nepotum nu.* 16. Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo Iudex nu.* 57. *vers. Quomodo autem.* vbi quod contra iudices laicos recusantes exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici contra hæreticos, possunt Inquisitores procedere tanquam fautores hæreticorum, *& in vers. Extant insuper Constitutiones Imperiales, & vers. seq. & in verbo Sententia nu.* 28. *& num.* 30. Dixi latius *supra in tit. de pœnis temperandis quæst.* 97. *nu.* 103. 161

AMPLIA III. † Quia secularis Iudex tenetur Iudicis Ecclesiastici sententiam contra hæreticum statim, & indilate exequi, vt dicit text. *in cap. Vt inquisitionis* §. *Prohibemus, de hæret. in* 6. vbi Glossa declarat, id est, sine mora, & communiter scripserunt Doctores omnes per me allegati supra in præcedenti Ampliatione; Et extat Constitutio Martini V. edita de anno 1418. *incip. Inter cunctas, versic. Et quod de hæresi.* relata per Franc. Pegnam, post Director. Inquisitorum, inter literas Apostolicas, *fol. mihi* 88. Statim autem dicetur facta exequutio, si secularis iudex exequetur infra quinque, vel sex dies, postquam Curiæ seculari fuerit traditus hæreticus: sic enim ex constitutione Innocentij IV. & Innoc. VIII. statutum reperitur, vt per Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymeric. par.* 3. *quæstion.* 36. *Commentar.* 85. *fol. mihi* 608. *colum. secunda, vers. Iam hæreticos, & sequentibus & fol.* 609. *colum. prima, versic. Ex quibus declaratur,* vbi amplius dixit, hac de re prouinciarum consuetudinem spectandam esse, & dixi iterum supra *in tit. de pœnis temperandis, quæst.* 97. *nu.* 105. 162

AMPLIA IV. † Quia si secularis iudex requisitus ab Ecclesiastico iudice noluerit suam sententiam exequi, poterit ab eodem Ecclesiastico iudice compelli ad illam exequendam per censuram Ecclesiasticam, priuationem officiorum, & etiam potest contra ipsum inquiri vti hæreticorum fautorem, ex traditis per Campeggium *in additionibus ad Zanchin. in tractatu de hæreticis, cap.* 18. *litera A, versic. Sed qui laicus, vers. sequenti,* vbi in id allegat plures Pontificum Constitutiones; De quibus, & de materia, vide omnino Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymeric. in Directorio Inquisitorum, par. tertia quæst.* 36. *comment.* 85. *fol. mihi* 608. *colum. secunda, vers. Ergo Inquisitor, & vers. sequenti,* vbi pariter dixit, iudicem secularem posse cogi per censuram Ecclesiasticam ad exequendam sententiam contra hæreticum, & recusans exequi, potest puniri tanquam fautor hæreticorum, *& fol.* 609. *colum.* 1. *versic. Quæsitum est, & sequentibus,* vbi ponit formam præcepti, quod Inquisitor facere debet Iudici seculari ad effectum, vt exequatur sententiam contra hæreticum, & quibus verbis vti debeat; Adde ad præmissa Carer. *in tractatu de hæreticis, numer.* 61. vide supra *in tit. de pœnis temperandis, quæstion.* 97. *numer.* 106. Et vide in specie Constitutionem Alexandri IV. editam de anno 1260. *Incip. Ad audientiam nostram,* & relatam per eundem Francisc. Pegn. inter literas Apostolicas, *fol. mihi* 44. & aliam Constitutionem Innocentij VIII. *incip. Dilectus filius,* editam de an- 163

de anno 1486. relatam per Franciscum Pegnam *vbi supra fol.* 108.

164 Et † propterea si seculares iudices sic ab Episcopis, & Inquisitoribus requisiti, eorum seculare brachium præstare recusauerint, ipso iure incurrunt excommunicationem, quam si per annum substinuerint, vt hæretici condemnantur, Tex. expressus *in cap. vt Inquisitionis officium* §. *final. de hæreticis in 6.* & ibi in Glossa *in figuratione casus, vers. Nota vlterius, & in verbo Vt Inquisitionis, vers. Contra facientes, & in verbo Percussum,* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo Iudex, vers. Sed quid si laicus, & sequenti, & in verbo Sententia, nu.* 28. Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis, cap.* 18. *litera D, in verbo Ecclesiasticus, vers. final.* vbi quod iudex secularis, non exequens sententiam latam à iudice Ecclesiastico contra hæreticum, volens forsan illam commutare, incidit in pœnas supra allatas *cap. Ad abolendam in* §. *Prohibemus de hæreticis;* Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 25. *num.* 1. Iacob de Grassijs, *lib.* 4. *suarum decisionum, cap.* 18. *num.* 22. vbi quod isto casu seculares iudices sic recusantes Ecclesiastico iudici, brachio seculari accommodare, dicuntur fautores hæreticorum.

165 Amplia V. † Quia seculares iudices & officiales non possunt differre executionem sententiæ à iudice Ecclesiastico latę contra hęreticum sub prætextu, quod sit iniusta, & quod propterea volunt videre Processum. Nullo enim pacto possunt se intromittere in cognitione causarum Hæreticalium, prout extat Constitutio Innocentij VIII. edita de anno 1486. *incipien. Dilectus filius,* relata per Francisc. Pegnam post Direct. Inquisit. inter literas Apostolicas *fol. mihi* 108. Felin. *in cap. Ad abolendam, num. quarto, & num. quinto extra de hæreticis,* vbi dixit, quod potest iudex secularis ad cautelam facere, vt condemnatus fateatur se talem, qualis est in sententia nominatus, non autem potest pœnam mortis in aliam commutare. & si faceret puniretur, & ibi etiam Ioan. de Anania *num.* 27. *colum. final. vers. Vltimo quoniam dicit,* & est text. expressus *in cap. Vt Inquisitionis officium* §. *Prohibemus, de hæreticis in 6.* & ibi præsertim Geminian. *num.* 3. *vers. Nota quod Iudex secularis,* Addentes ad Angelicam, *in summa in verbo hæreticus, numer.* 4. *litera C. in verbo, Exequutio,* Vmbertus Locat. *in Iudicial. Inquisitorum in verbo Iudex, numer.* 57. *versic. Sed quid si laicos, & numer.* 66. vbi quod Iudici laico petenti processum damnati hæretici, vt videat, vtrum iuste condemnatus, sit denegandus, & *in eodem verbo Iudex, dicto numer.* 57. *versic. Sed vt rem ipsam, in fine,* vbi quod cum isto casu laicus Iudex sit merus exequutor, non potest propterea cribrare acta iam coram sancto Tribunali facta, & *in verbo Sententia numer.* 29. Repertor. Inquisitorum *in verbo Excommunicare, vers. final. & in verbo Exequutio, versic. Ex prædictis,* & ibi Quintilian. Mandos. *in additionibus litera B.* vbi quod hæc est Communis opinio Canonistarum, & seruatur in practica, Conrad. Brun. *in tractat. de hæreticis par.* 4. *cap.* 15. vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus hanc defendit sententiam; Simanch. *Catholicar. Institution. tit.* 36. *rubric. de Iudicibus secularibus numer.* 3. *& sequentibus,* vbi pariter alijs relatis testatur de veriori, receptiori, & vsu comprobata sententia, *& in Enchiridion Violat. Religion. tit.* 66. *eadem rubric. de iudicibus secularibus n.* 3. vbi quod contraria sententia Communi Peritorum consensu, & vsu explosa, & eiecta est; Campeggius, *in additionibus ad Zanchin in tractat. de hæreticis cap.* 8. *litera A,* Squillacen. *in tract. de fide Catholica cap.* 44. *n.* 1. *in fine.* Franc. Pegna *in additionibus ad Eymer in Direct. Inquisitorum par.* 3. *quæst.* 36. *Commentar.* 75. *fol. mihi* 608. *colum.* 1. *vers. Ex hac assertione, & sequentibus,* vbi alios plures refert concordantes, dicitque hanc difficultatem hodie esse superatam ex rescripto Innocentij VIII. & Alexandri IV. Boss. *in tit. de hæreticis num.* 35. vbi propterea, quod seculares Iudices & Potestates, non possunt vllo pacto mutare pœnas à Iudice Ecclesiastico in sententia inflictas, & testatur de Communi Clar. *in pract. crim.* §. *hæresis nu.* 4. *vers. Et scias,* sibi dicit idem Ioan. à Rojas *singul.* 107. vbi aliis relatis testatur, opinionem Bartoli contrarium tenentis Communiter reprobari, Decian. *in tract. lib.* 5. *cap.* 25. *nu.* 2. vbi late hanc defendit sententiam, & respondet contrarijs, Didac. Canter. *in quæst. crimin. rubric. de hæreticis cap.* 1. *num.* 59. vbi etiam de Communi, & seruata sententia in regnis Hispaniæ, & quod attinet ad cautelam, traditam per Felin. *in d. c. Ad abolendam de hæretic.* quem refert, & sequitur Campegius *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæretic. cap.* 18. *in penultima additione* vt scilicet Iudex secularis hæreticum sibi traditum confiteri faciat se esse talem, qualis in sententia est nominatus: aduerte hanc cautelam non esse necessariam, neque bonam, in hoc crimine hæresis, postquam hæreticus Curiæ seculari traditus est à Iudice Ecclesiastico, cum, antequam idem Ecclesiasticus Iudex reum seculari Curiæ tradidit, multum bene verificauit personæ identitatem, ideo secularis Iudex non potest neque debet in recognitione personæ se amplius intromittere, vt bene aduertit Arnald. Albert. licet non sic plene declaret. *in tract. de agnoscen. assert. Cathol. & hæretic. quæst.* 25. *num.* 48. & illum refert, & sequitur Cartar. *de exeq. sentent. cap. Bannito cap.* 2. *num.* 2. *vers. Et ad cautelam,* vide quæ dixi supra *in quæst.* 97. *num.* 103. *& sequentibus.*

Limita I. † Hanc II. Regulam, quia, quando iudex secularis videt, sententiam Iudicis Ecclesiastici esse nullam, & de nullitate sibi euidenter constat; tunc nec etiam potest cogi ad illius exequutionem, ex allegatis in repertorio Inquisitorum *in verbo Exequutio, vers. Ex prædictis,* & per Conrad. Brun. *in tractat. de hæreticis parte* 4. *cap.* 15. *num.* 10. *& num.* 12. & 13. Gundisalu. *in tract. de hæreticis quæst.* 19. *num.* 6. & 7. Decian. *in tractat. crim. lib.* 5. *cap.* 25. *numer.* 3. *versiculo Secundo etiam limitant, & cap.* 37. *num.* 42. 166

Quæ † sententia prorsus improbatur per Simanch. *Catholicar. Institutionum tit.* 36. *de iudicibus secularibus nu.* 7. *& sequentibus,* vbi in specie inuehit contra Alciatum, & Igneum contrarium tenentes, *& in Enchiridion Violat. Religion. tit.* 66. *rubric. de sententiis numer.* 5. & hæc opinio verior est, vt dixi *supra in tit. de pœnis temperandis quæst.* 97. *num.* 108. 167

Limita II. † Quia, quando Iudici seculari constat de iniustitia sententiæ Iudicis Ecclesiastici, non debet ad eius executionem procedere, ne animam suam damnaret, & si cogeretur per Iudicem Ecclesiasticum per censuras, vel alias pœnas, potius debet ista tolerare humiliter, quam mortem iniuste alicui inferre, vt in Repert. Inquisitorum *in verbo Exequutio, sub vers. Ex prædictis infertur, post medium;* faciunt scripta per Conrad. Brun. *in tract. de hæreticis par* 4. *cap.* 15. *num.* 8. & 9. *& nu.* 11. vbi propterea dixit, isto casu Iudicem secularem debere remittere causam ad Iudicem Ecclesiasticum melius cognoscendam, & examinandam, Decian. *in tractat. crim. lib.* 5. *cap.* 25. *num.* 4. *vers. Tertio limitatur.* 168

Quę † sententia prorsus excluditur per Vmbert. Locat *in Iudicial. Inquisitorum in verbo Iudex, nu.* 57. *vers. extant insuper Constitutiones Imperiales, & vers. seq.* (Et hęc sententia verior est, vt dixi iterum *supra in tit. de pœnis temperandis q.* 97. *n.* 107.) Simanch. *Cathol. Inst. tit.* 36. *rubr. de Iudicibus secularibus n.* 6. ea motus ratione, quia si Iudex secularis prætendit scire iniustitiam sententiæ ex actis, & tunc non potest illa examinare, nec de processu cognoscere; si vero prætensam sententiæ iniustitiam dicat se habere ex sua propria conscientia, & tunc intrat regula, quod Iudex secundum conscientiam iudicare non debet, concluditque vix vnquam fieri posse, vt secularis 168

laris Iudex sciat reum condemnatum hæreticum non fuisse, *& in Enchiridion Violat. Religion. tit. 66. eadem rubric. de Iudicibus secularibus nu.* 4. vbi vno solum casu credit, Iudicem secularem posse dicere, se informatum de iniustitia sententiæ, vtputa quando in ea fuit Consultor, & tunc dicit Simanchas, quod potest consulere superiorem. Campegg. *in additionibus ad Zanchin. in tractat. de hæreticis cap.* 8. Alteria *versic. Sed quid si laicus, & versic. Sed vt rem ipsam*, vbi optimis rationibus, & quomodocumque secularis Iudex prætendat scire, Iudicis Ecclesiastici sententiam esse iniustam, hanc defendit opinionem.

ARGVMENTVM.

De Iudicibus delegatis in crimine hæresis, & An delegatus possit subdelegare.

SVMMARIA.

Papa potest causas hæreticorum alteri delegare, nu. 170.

Delegatus à Papa in causis Hæreticorum potest iurisdictionem sibi commissam alteri subdelegare, nu. 171.

Episcopus potest delegare alteri causas hæreticorum, nu. 172. *vbi tamen quod Delegatus ab Episcopo etiam generaliter ad omnes causas non erit ordinarius, sed delegatus iudex.*

Delegatus ab Episcopo in causis Hæreticorum, vel à Capitulo sede vacante non potest alium subdelegare, nu. 173.

Capitulum Sede vacante potest Hæreticorum causas alteri delegare, nu. 174. *Inquisitores possunt Hæreticorum causas alteri delegare, num.* 175.

Delegatus ab Inquisitore Hæreticæ prauitatis non potest alium subdelegare, nu. 176.

QVÆST. CLXXXVI. §. 10.

170 QVOD † Papa possit causas hæreticorum alteri delegare, nulla est dubitatio, prout dixi hac eadem quæstione *supra, nu.* 11.

171 Imo † delegatus à Papa iurisdictionem sibi commissam potest alteri subdelegare in totũ, vel pro parte, sed quando subdelegat in totum, non remanet amplius iudex, nec potest ad illum appellari, quando vero delegat in parte, remanet iudex, & ad eum appellatur, *cap. super quæstionem, de officio delegati*, Vmbert. Loc. *in iudicial. Inquisitorum in verbo Inquisitor, nu.* 2.

172 Sic † & Episcopum causam hæresis posse alteri delegare etiam generaliter in omnibus causis, & quod isto casu delegatus, licet ad omnes causas, dicatur habere non ordinariam, sed delegatam iurisdictionem, voluit Bonifac. de Vitalinis *in Clement. prima, n.* 201. *de hæreticis*, idem Bonifac. de Vitalinis *in Clement. secunda, n.* 38. *vers. Nota septimo, de hæreticis*; summa Syluestrin. *in verbo Hæreticus*, §. *secundo, num.* 2. vbi quod Inquisitor potest ab Episcopis deputari, Repertor. Inquisitorum *in verbo Delegatus, versic. Item an Delegatus Episcopi*, Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæstione 7. num.* 12. Decian. *in tractat. criminal. lib.* 5. *cap.* 21. *numer.* 12. *in fine versic. Delegat etiam quandoque Episcopus.*

173 Bene † verum est, quod delegatus ab Episcopo, vel à Capitulo, non potest vices suas alteri subdelegare, quod an verum sit, & quando, vide Glossam *in Clement. prima, in verbo Consensum, de hæreticis*, & ibi Ancharan. *numer.* 4. *vers. Quinto nota*; Ioan. de Imola, *numer.* 13. *versic. An autem delegatus*, Bonifac. de Vitalinis, *numer.* 73. *versic. Quod delegatus, nu.* 77. *&* 78. *& nu.* 203. & Cardinal. Zabarell. *in* §. *Verum, sub num.* 3. *in* 2. *oppositione*, Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitorum in verbo Episcopus, numer.* 5. vbi quod Delegatus Episcopi, vel Capituli Sede Vacante, non potest super crimine hæresis vices suas committere alteri Inquisitori, sed bene potest consentire, quod Inquisitor procedat, *& in verbo Vicarius, num.* 6. vbi respondet, quod non.

Capitulum † etiam Sede Vacante potest delegare alteri causas fidei, secundum Bonif. de Vitalinis *in Clement. prima, num.* 202. *de hæreticis*, vbi tamen, quod iste sic delegatus etiam generaliter ad omnes causas fidei, dicetur habere iurisdictionem non ordinariam, sed delegatam, & quod delegatus à Capitulo Sede Vacante possit cognoscere causas hæreticales, est tex. *in Clem. prima*, §. *Propter, de hæreticis, in illis verbis, Vel Episcopali Sede Vacante super hoc Delegato*, Bonifac. de Vitalinis, *in Clem.* 2. *num.* 38. *vers. Nota septimo, de hæreticis*, summa Syluestrin. *in verbo hæreticus*, §. *secundo, num.* 2. Repert. Inquisitorum *in verbo Delegatus, vers. Item an Delegatus*, Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, quæst.* 7. *num.* 12. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 21. *nu.* 16. 174

Et † pariter Inquisitorem posse vices suas alteri delegare, dixi *supra hac eadem quæst. num.* 19. 175

Licet † delegatus ab inquisitore non possit alium subdelegare, vt per Eymeric. *in Direct. Inquisitorum par.* 3. *quæst.* 15. *nu.* 2. & ibi Franciscus Pegna *in additionibus Commentar.* 64. *litera A. vers. Primo, & sequentibus, fol. mihi* 589. *colum.* 2. vbi aliis relatis testatur de Communi, & huius conclusionis bonas affert rationes Læl. Zecch. *in summa de hæret. par.* 1. *tit. de fide rubr. De hæresi, cap.* 11. *n.* 13. *vers. Tertio Inquisitor*, & bene comprobat Ioan. Azzor. Iesuita *Instit. Moralium par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *rubr. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst.* 10. *vers. Quæres insuper.* 176

Verum nunquid Inquisitores nominati à Generali Hispaniarum Inquisitore possint subdelegare, & alteri vices suas committere, vide late disputantem Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib.* 3. *quæstion.* 2. *per totam.*

ARGVMENTVM.

De capitulo Sede Vacante, An, & quando possit cognoscere de crimine hæresis.

SVMMARIA.

Capitulum Sede Vacante propter mortem Episcopi est competens iudex in causis Hæreticorum, nu. 177.

Capitulũ Sede Vacante, quando procedit in causis Hæreticorum, inquisitor sine Capituli Delegato non potest expedire causas Hæreticorum, nu. 178.

Capitulum Sede Vacante non per se, sed per Delegatum habet iurisdictionem in hæreticos, num. 180.

Capituli Sede Vacante Vicarius Generalis nullam habet iurisdictionem in hæreticos, num. 181.

Capitulum Sede Vacante nullam habet iurisdictionem in crimine hæresis contra exemptos, nu. 182.

Capitulum Sede Vacante est competens iudex Hæreticorum, adhibito tamen, si oportuerit, consilio vicinorum Episcoporum, nu. 183.

QVÆST. CLXXXVI. §. 11.

REGVLA † sit, quod in crimine hæresis Sede vacante propter mortem Episcopi Capitulum est Iudex competens, Tex. *est in cap. ad abolendam*; *post principium, ibi, Vel Clerici ipsi sede Vacante, &c.* & ibi Glossa *in figuratione casus vers. Nota primo, & in verbo Clerici*, Innoc. *num. primo, versic. Item Episcopus*, Hostiens. *numer.* 2. *in verbo Cum consilio, & num.* 4. *versic. Cum autem Episcopus, & Capitulum*, Ioan. Andr. *num.* 4. *post medium versic. Cum autem Episcopus*, Henrich. Boich. *num.* 4. *& sequentibus*, vbi etiam late disputat, an, & quando, & in quibus casibus Capitulum Sede vacante succedat in iurisdictionem Episcopi, & Ancharan. *num.* 3. Anton. de Butrio *num.* 2. *vers. Tertio nota, & num.* 3. *vers. Quinto nota, & num.* 16. *vers. Per prædicta infertur.* Abb. *numer.* 1 *in figuratione casus, vers. Vel Clerici vacante Ecclesia, & num.* 4. *in tertio notab. & num.* 9. *vers. In Glossa secunda*; Marian. Soccin. *numer.* 3. *in.* 3. *notab.* Cardin. Zabarell. *ante numer.* 1. *& num.* 4. *vers. Nota quod* 177

Capitulum, & nu.7.col.2. *post medium, vers. Per hæc infert* Innocentius; Ioan. de Anania *in primo Summario, & nu.18. ad finem. vers. Et ex his infert*; Simanch. *Cathol. instit. tit.25. rubr. de Episcopis num.6. vers. Capitulum quoque Sede vacante succedit in locum Episcopi*, Gundisalu. *in tract. de hæreticis qu.7. num.8. vers. & etiam Capitulum.* Carer. *in eodem tract. de hæreticis, nu.66. & nu.70.* Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.21. num.13.*

178 Amplia I. † Vt Capitulum Sede vacante succedat Episcopo in cognitione causarum hæreticalium, & ideo sicut Inquisitor sine Episcopo in duro carcere ponere, tormentis subiicere, & sententiam proferre non potest, ita nec etiam Sede vacante sine cōsensu delegati à Capitulo præmissa facere valet, prout est tex. *in Clem.1. §. propter, de hæreticis*, in illis verbis, *Vel Episcopali Sede vacante Capituli super hoc delegato*, & quæ sequuntur, & ibi Glossa *in verbo Sede vacante*, Anch. *nu.4. vers. Quinto nota*, Ioan. de Imol. *nu.1. vers. Nota quod Capitulum*; Bonif. de Vitalinis, *nu.46.* & Card. Zabar. *in §. Duro nu.1 in tertio notab.* Summa Rosell. *in verbo hæreticus nu.49.* Carer. *in tract. de hæreticis nu.77.* Decian. *in tract. crim lib.5. cap.21. nu.15.*

179 Amplia II. † Quia Capitulum in causis hæreticalibus non solum Sede vacante succedit in iurisdictionem Episcopi, sed etiam in quasi Sede vacante, prout est quando Episcopus reperiretur captiuus, vel de Eqiscopatu prouisus non adhuc ministraret propter non expeditas literas, secundum Glossam *in Clementin. prima, in verbo Sede vacante, de hæreticis, & ibi etiam* Ioan. de Imola *nu.8. vers. Glossa vacante*, Bonifac. de Vitalinis *nu. 175. & sequenti*, & Cardin. Zabarell. *in §. duro num.5. in fine, & in 6. & 7. qu.* Carer. *in tract. de hæreticis nu.66.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.21. num.13.*

180 Limita I. † propositam Regulam, quia Sede vacante Capitulum exercet hanc iurisdictionem contra hæreticos non per se, sed per delegatum. Bonifac. de Vitalinis *in Clement. prima nu.48. de hæreticis & nu.50.*

181 Limita II. † Quia Vicarius Generalis Capituli Sede vacante nullam habet iurisdictionem in hæreticos, vt dixi *supra hac eadem quæst. num.13.* & hic repetere superfluum est.

182 Limita III. † Quia in crimine hæresis Sede vacante propter mortem Episcopi Capitulum non succedit in iurisdictionem ipsius Episcopi quo ad exemptos, in quo, vt suo loco dictū est, Episcopus erat competens iudex, non vt ordinarius, sed vt delegatus, secundum Ioan. Andr. reprobato Ioan. Monacho contrarium tenente *in cap. ad abolendam, num.15. extra, de hæreticis*, & ibi etiam Henrich. Boich *num.25.* Anchar. *nu.10. vers. Si autem non iure suo*, Anton. de Butrio *num.28.* Abb. *numer.17.* Cardin. Zabar. *in §. si qui, col.2. vers. Circa secundam quæstionem*, vbi arguit pro, & contra, & hanc sententiam omnibus libratis veriorem existimat, & Ioan. de Anania *nu.19. vers. In his vero, quæ spectabant ad Episcopum*; Carer. *in tract. de hæreticis, num.66.* Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.21. n.14.* vbi aliis relatis testatur de magis Communi Doctorum opinione.

Et ab ista opinione tanquam communiter recepta non crederem recedendum, etsi Marian. Socc. *in d.c. Ad abolendam nu.41. & sequentibus disputata quæstione n.44. in fine*, dixerit etiam contrariam sententiam, pro qua alios adducit concordantes, posse sustineri in iure, & eam amplecti etiam videatur Cardin. Zabar. *in Clementin. §. Duro, num.60. in 8. quæstione, eodem tit. de hæreticis.*

183 Limita IV. † Quia Sede vacante, Capitulum est cōpetens Iudex hæreticorum, adhibito tamen si oportuerit consilio vicinorum Episcoporum. Tex. *est in c. Ad abolendam, in principio*, in illis verbis, *Vel Clerici ipsi sede vacante cum Consilio si oportuerit vicinorum Episcoporum hæreticos iudicauerint*, & ibi hoc adnotarunt Hostiens. *n.4. ad finem in verbo Vicinorum*, allegat textum, *in cap. Pontifices 7. qu.1.* Ioan. Andr. *in eodem cap. Ad abolendam, nu.5. in fine in eodem verbo Vicinorum*, Anton. de Butrio *nu.4. vers. Sexto nota* Abb. *nu.1. in figuratione casus*, vel clerici vacante Ecclesia cum consilio Vicinorum Episcoporum, Cardin. Zabarell. *nu.5. versic. Nota de Vicinis Episcopis aduocandis.*

ARGVMENTVM.

De probatione hęresis, an debeat esse plena, concludens, an vero præsumptiones sufficiant, an probetur per scripturam, an facto, sicut verbis, & dubia verba quomodo interpretentur.

SVMMARIA.

Hæreticum quem esse non præsumitur, & qui dicit aliquem esse hæreticum probare debet, nu.1.

Hæresis non probatur præsumptionibus ad effectum, vt ex illis possit sequi condemnatio, sed requiritur plena, & concludens probatio, num.2. contra, num.3.

Probationes leuiores sufficiunt tam in crimine hæresis, quam in aliis criminibus, nu.4. contra, nu.6.

Hæresis crimen requirit probationes luce meridiana clariores, num.5.

Probationes plures imperfectæ non coniunguntur ad faciendum plenam probationem in crimine hæresis, nu.7.

Probationes duæ semiplenæ non coniunguntur ad effectum condemnandi, num.8.

Præsumptiones in crimine hæresis sufficiunt ad condemnandum in pœnam extraordinariam, nu.9. declara dummodo sit plene probata, num.34.

Hæresis crimen probatur per scripturam, vtputa per instrumentum, nu.10.

Verba dubia in crimine hæresis interpretantur in bonum sensum, & ad exclusionem hæresis, nu.11.

Verba dubia in foro conscientiæ interpretantur pro delicto, & non ad exclusionem delicti, num.12.

Verba dubia in Crimine hæresis interpretantur in bonam partem, quando fuerunt prolata sine dolo, secus si cum dolo, n.13.

Verba dubia in crimine hæresis interpretantur in malam partem quando Inquisitus est persona suspecta, num.14.

Verba dubia in crimine hæresis interpretantur in bonam partem, quando interpretatio est verisimilis & credibilis, secus si incredibilis & inverisimilis, nu.15.

Hæresis probatur, & verbis, & factis, & probatio, quæ ex factis hæreticalibus resultat, fortior & potentior est probatione, quæ oritur ex verbis, num.16.

Ore & verbis dicens, se credere, operibus autem faciens contrarium, ab hæresi non excusatur, nu.17.

Hæresis facto probata non admittit excusationem bonæ intentionis, num.18. numquid autem admittat probationem in contrarium bonæ scilicet intentionis, nu.19.

Innocentia in crimine hæresis probatur ex factis non hæreticalibus, nu.20. hæresis facto commissæ exempla plura, nu.21.

Hæresis probatur factis dummodo facta sint talia, quæ in se expressum fidei errorem habeant, secus si sint æquiuoca possintque etiam trahi ad bonum, nu.22.

QVÆST. CLXXXVII. §. 1.

Probationis † materiam aggressurus, antequam 1 ad particulares probationum species deueniam, communes quasdā proponam dubitationes; quibus resolutis facilior erit cognitio propositæ materiæ, Præmisso prius, quod hæreticus quis non præsumitur, & quod propterea, qui aliquem hæreticum dicit, probare tenetur, ex allegatis per Alcia. *in tract. de præsumptionibus reg.1. præsump.39.* & per Symanch. *Cathol. inst tit.48. n.22.* Arnald. Alb. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, q.29. n.29. & q.34. n.48. & in rub. de hæreticis in 6. qu.13. nu.19.* prout hos sic dicentes refert, & sequitur Menoch. *de præsumptionib. lib.5. præs.6. n.2.* Hoc præmisso

Quæ-

QVÆRO I. † An in crimine hæresis ad condemnandum requiratur plena, & concludens probatio, an vero sufficiant præsumptiones? Dic quod præsumptiones non sufficiunt, sed requiritur plena, & concludens probatio, vt per Alberic. *in rubr. C. de hæreticis num.* 10. *vers. Ex quibus concluditur*; Ioan. de Anan. *in c. ad abolendam, nu.* 26. *col. penul. post principium. vers. Circa primum*, post Ioan. Calderin. *in loco per eum allegato*, Archidiac. *in cap. vt officium, nu.* 9. *vers. Et de hoc crimine, eodem tit. de hæreticis in* 6. Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par. secunda assertion.* 6. *nu.* 150. *& sequenti*; Simanch. *Catholic. Institut. tit.* 50. *rubric. de præsumptionibus, nu.* 21. *& sequenti, & in Enchiridion Violat. Religion. tit.* 40. *eadem rubr. de præsumptionibus, numer.* 1. Ioan. Lopez *in allegationibus hæretica lib.* §. 12. *post medium*, Gundisalu *in tract. de hæreticis qu.* 13. *post num.* 9. Carer. *in eodem tract. de hæreticis, n.* 119. *in fine*, Arelat, *notab.* 26. vbi loquitur etiam in suspicione vrgente; Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 35. *n.* 20. *vers. Imo quod non sufficiant*, vbi ampliant etiam in præsumptionibus vrgentibus, & faciunt quæ dixi *infra hac eadem quæst. num.* 38.

3 Contrarium, † quod imo hæresis probetur præsumptionibus, licet illæ debeant esse maiores, & euidentiores, quam in aliis criminibus, voluisse videtur Vmbert. Loc. *in iudicial. Inquisitorum in verbo Hæreticus, num.* 22. *in fine, vers. Quinto probatur per præsumptiones, & in verbo Suspicio, num.* 5. vbi facit generalem Conclusionem, quod ex pluribus suspicionibus in his quæ sunt difficilis probationis resultat vna plena probatio; Repertor. Inquisitor *in verbo Probationes, vers. Etiam potest probari crimen hæresis*, vbi tamen requirit euidentissimas præsumptiones; Gundisaluu. *in tractat. de hæreticis quæstion.* 13. *num.* 21. vbi tamen requirit euidentissimas coniecturas, Decian. *in tract. criminal. lib.* 5. *cap.* 35. *nu.* 20. *vers. Manifesto igitur*, vbi tamen loquitur de præsumptionibus manifestis, & euidentissimis; Ioan. à Rojas *Singul.* 164. *n.* 6. *&* 7. Menoch. *de præsumptionibus lib.* 5. *quæstion.* 58. *num.* 6. relati per Mascard. *de probationibus lib.* 2. *conclus.* 861. *num.* 1. *& nu.* 5. vbi tamen videtur requirere, quod præsumptiones sint euidentissimæ.

4 Et † licet forsan secundum aliquos in crimine hæresis nemo ex præsumptionibus condemnandus sit, leuiores tamen, & minores probationes sufficiunt quam in aliis delictis, secundum Archid. *in cap. vt officium, nu.* 9. *vers. Scias tamen, & ibi etiam* Ioan. Andr. *n.* 1. *in fine*, & Gemin. *in* §. *verum, nu.* 6. *vers. Sed vt dicit Archidiaconus, de hæreticis in* 6. Ioan. de Imola *in Clem.* 1. *nu.* 19. *in fine de hæreticis*, Quintil. Mandos. *in additionibus ad Repertor. Inquisitorum in verbo Detegitur, litera B.* Squillac. *in tract. de fide Catholica cap.* 34. *num.* 4. *in fine*, Gundisalu. *in tract. de hæreticis quæst.* 13. *post nu.* 9. Boss. *in tit. de hæreticis, nu.* 5. *in principio, & in vers. Non potest tamen negari.* Clar. *in pract. crim. in* §. *hæresis, n.* 18. *vers. Habet etiam*, vbi de communi ex Bossio *in loco præallegato.* Mascard *de probationibus, lib.* 2. *Conclusion.* 861. *num.* 2. vbi de communi ex Iulio Claro *in loco præallegato.*

5 Prima † tamen opinio, & verior, & magis communiter recepta est, imo non solum in crimine hæresis præsumptiones non sufficiunt, sed probationes debent esse luce meridiana clariores, secundum Alberic. *in rubr. C. de hæreticis, num.* 10. vbi eam reddit rationem, quia scilicet, si hoc est in aliis criminibus, multo fortius debet esse in hoc crimine, quod grauius est, & in quo de maiori periculo agitur, iuribus ibi per eum relatis, Ioan. de Anania *in rubr. extra de hæreticis rubr. sub nu.* 3, Ioan. Cald. *in tract. de hæreticis de sent. Inq. n.* 1. vbi quod nemo condemnari potest sine lucidis & apertis probationibus. Vmbert. Loc. *in iudicial. Inqu. in verbo procedere, nu.* 7. Afflict. *in const. Regni de Hæreticis & Patterenis, rubr.* 1. *nu.* 29. *in fine, & num.* 31. *in principio*, Ponzinib. *in tract. de lamiis, num.* 67. Simanch. *Catholicar. Instit. tit.* 50. *rubr. de præsumptionibus, num.* 21. *rubr. de probationibus, nu.* 2. *& in Enchiridion Violat. Relig. tit.* 34. *eadem rubr. de probationibus, num.* 1. Zanchin *in tract. de hæreticis cap.* 13. *nu.* 14. *vers. Nec est mirum*, Squillac. *in tract. de fide Catholica cap.* 32. *num.* 2. *in fine*, Oldrad. *cons.* 210. *ante nu.* 1. idem Ioan. Calder. *in tit. de hæreticis cons.* 5. *col.* 2. *ante medium*, Pract. Conrad. *rubr. de Hæreticis nu.* 9. *in fine*, Paris. *cons.* 2. *num.* 101. *& sequentibus lib.* 4. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 35. *n.* 20. *vers. Et quod ad condemnandum & nu.* 34. *cap.* 38. *nu.* 18. Menoch. *cons.* 82. *n.* 16. *lib.* 2. Gabr. *cons.* 178. *nu.* 1. *lib.* 1 Hyppolit. Riminald. *cons.* 686. *nu.* 46. *& sequentibus lib.* 6.

Nec † verum est, quod in tali crimine leuiores sufficiant probationes, quia contrarium in specie voluit Simanch. *Catholicar. Instit. tit.* 51. *rubr. de probationibus, nu* 11. vbi expresse dixit, errare eos, qui putant, leuiores probationes sufficere in crimine hæresis quam in aliis criminibus, *& in Enchiridion Viol. Religion. tit.* 34. *eadem rubr. de probationibus, num.* 6. *&* 7. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.* 3 *quæst.* 6. *num.* 88. *& seqq.* 6

AMPLIA † Huius I. Quæstionis conclusionem, vt multo minus in crimine hæresis ad condemnandum coniungantur imperfectæ probationes, Simanch. cum allegatis per eum *Catholicar. institut. tit.* 51. *rubr. de probationibus, num.* 5. & vide quæ generaliter dixi *supra in tit. de reo confesso & conuicto, quæstion.* 86. *nu.* 72. *& sequentibus, & nu.* 100. *&* 101. 7

LIMITA I. † Quia etsi præsumptiones non sufficiant ad condemnandum in crimine hæresis, duæ tamen semiplenæ probationes in eodem crimine ad condemnandum sufficiunt, quod an verum sit, & quando, vide in Repertor. Inquisitorum *in verbo probationes, vers. Sed quæritur, & seq.* vbi tenet quod sic, quando tendunt ad vnum, secus si ad diuersa, & ibi Quintilian. Mandos. *in additionibus litera F*, vbi alia ad materiam, Simanch. *Cathol. Instit. tit.* 51 *rubr. de probationibus nu.* 5. *& in Enchiridion Viol. Religion. tit.* 34. *eadem rubr. de probationibus nu.* 3. vbi de communi; Ioan. à Rojas *singular.* 188. *in fine, num.* 16. vide quæ generaliter dixi *supra in tit. de reo confesso & conuicto, quæst.* 86. *nu.* 20. *& sequentibus.* 8

LIMITA II. † Quia præsumptiones in crimine hæresis licet non sufficiant ad condemnandum in pœnam ordinariam; bene tamen sufficiunt ad condemnandum in pœnam extraordinariam, Simanch. cum allegatis per eum *Cathol. Instit. tit.* 50. *rubr. de præsumptionibus, nu.* 21. *& tit.* 51. *rubr. de præsumptionibus, nu.* 12. vbi quod minus plena probatio in crimine hæresis sufficit ad Inquisitionem, ad Purgationem, ad Torturam, ad Pœnam arbitrariam; & ad Pœnitentiam salutarem, Io. Lopez *in allegationibus hæreticalibus* §. 11. vbi pluribus comprobat, hæreticum, de cuius hæresi non constat, nisi per præsumptiones, non posse condemnari in pœnam ordinariam, sed tantum in extraordinariam, Gundisaluu. *in tract. de hæreticis qu.* 13. *nu.* 21. *&* 22. vbi loquitur, quando præsumptiones, & coniecturæ sunt euidentissimæ. Arnald. Albert. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & Hæreticis, qu.* 34. *num.* 56. *& seqq.* vbi loquitur de vehementi suspicione, quod ex ea imponi poterit suspensio temporalis à prædicatione ad arbitrium superioris, vel etiam pœna confiscationis, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisitorum par.* 2. *Comm.* 80. *vers. Sed hanc sententiam fol. mihi* 405. *col.* 2. *ante finem*, vbi loquitur de vehementi suspicione, Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis par.* 2. *nu.* 304. *& sequenti*, vbi quod vehementer suspectus, ad triremes, vel ad carcerem aut abiurationem, & ad pœnas pecuniarias, & extraordinarias arbitrio Iudicis condemnandus est; Menoch *cons.* 82. *nu.* 144. *& seqq. lib.* 1. vbi loquitur de præsumptionibus vrgentibus, & vehementibus, & tamen subdit, ex illis in crimine hæresis non posse quem condemnari in pœnam corporalem, sed tantum in pecuniariam, quæ tamen Menoch. opinio non seruatur. 9

10 QVÆRO II. † Numquid hæresis probetur per scripturam, puta per instrumentum; Dic quod sic, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in Iudic. Inqu. in verbo hæreticus, nu. 22. in fin. vers. Quarto per instrumentum*; Repert. Inq. *in verbo Probatio, vers. Item probatur per fugam*, vt quod hæresis probatur per instrumentum, in quo continetur, quod talis prædicauit, vel docuit errorem, aut similia fecit; Simanch. *Catholic. instit. tit. 51. rubr. de probationibus n. 14. & in Enchirid. Viol. Relig. tit. 39. rub. de libris, & scriptis, nu. 1.* Zanchin. *in tract. de hæreticis cap. 12. nu. 3. vers. Quarto modo posset probari per instrumentum*. faciunt quæ dixi *supra quæst. 83. nu. 16.* Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib. 3. quæst. 6. num. 84.* Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi cap. 11. n. 13. vers. secunda conclusio*, vbi amplius dixit, hæresim probari per literas missiuas etiam quod postea scribens illas lacerauerit.

Et in proposito vide ad huius conclusionis declarationem tres Limitationes positas per Naua *cons. 6. n. 1. & seqq. de hæretic. l. 5.* Prima est, vt procedat in scriptura scripta manu propria Inquisit. secus si fuerit scripta manu aliena, nisi testibus munita fuerit, aut ab eodem Inquisito subscripta. Secunda est limitatio, vt eadem conclusio procedat, quando aliquid hæreticum scriptum repertur in cartulis, commentariolis, seu aliis memorialibus imperfectis, indigestis, & inemendatis, quibus extrema manus non sit. Tertia adhibita est limitatio, quando quæ scripta sunt intelligi nequeant; vt quia tunc pro non scriptis habentur.

11 QVÆRO III. † in crimine hæresis, quomodo interpretentur verba dubia: Dic, quod quando verba alicuius propositionis, de quibus reus accusatur, possunt intelligi in duplici sensu, Catholico scilicet, & hæretico, debent in dubio ad exclusionem delicti censeri, vt dicta sint in sensu Catholico, non autem in hæretico, nisi contrarium fateatur Inquisitus, cuius propterea sensus, & intentio in hoc proposito diligenter ab Inquisitore perquirenda est, vt plene scripsit Arnald. Albert. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, qu. 34. nu. 48. & seqq.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. t. 37. num. 6. & nu. 47.* vbi de Tertulliano, quem defendebat D. Augustinus *lib. de hæresibus cap. 86.* quod dixerit, Deum habere corpus, nam potuit intelligere de corpore concreto, non autem discreto, & inde infert, Iudices huius criminis non semper debere sumere verba in deteriorem partem, sed in benigniorem, quæ delictum excludat, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticu par. 1. nu. 200. & sequentibus*, vbi pluribus probat prædictam conclusionẽ, quod scilicet verba dubia sint intelligenda ad exclusionem delicti in crimine hæresis, *& nu. 366. & pluribus sequentibus*, vbi etiam propositæ conclusionis nonnulla affert exempla, *& par 2. nu. 164. & seq.* idem repetit Menoch. *cons. 82. num. 10. & seqq. lib. 1.* Gab. *cons. 178. lib. 1.* Hyppol. Rim. *cons. 686. n. 69. & seq. li. 4.* Pegna *in addit. ad Eymer. in Direct. Inq. p. 3. qu. 62. comment. 111. vers. Sed cum in dictis, & seqq. fol. mihi 650. col. 2.* vbi ampliat hanc conclusionem procedere etiam in dubia testium depositione.

Qua † in re vide Nauar. *cons. 6. n. 6. & seqq. de hær. lib. 5.* vbi in hac materia firmat quinque conclusiones. Prima est, quod verba dubia in crimine hæresis recipiunt interpretationem à sensu proferentis. Secunda, quod intelligenda & interpretanda sunt ad exclusionem delicti. Tertia, quod interpretationem recipiunt à præcedentibus & sequentibus. Quarta, quod vna pars scripturæ per aliam partem declaratur, imo & per alias scripturas separatas. Quinta, quod verba dubia intelligi debent secundum id, ad quod principaliter proferuntur; Quas omnes conclusiones bene nota, quia sunt multum notabiles in materia interpretationis verborum, & scripturæ, in crimine hæresis.

12 LIMITA I. † Huius III. quæstionis conclusionem, quia in dubio in foro conscientiæ, & pœnitentiali, pro hæresi præsumendum est; Repertor. Inquisitor. *in verbo Pœnitentia vers. Item nota quod in crimine hæresis, & in verbo Præsumpto, vers. In crimine hæresis, & in verbo Testes, vers. An in causa hæresis*; Squillacen. *in tract. de fide Catholica, cap. 34. num. 2. ad finem*, Petr. Binsfeld. *de confess. malefic. membro 2. post quintam conclusionem principalem §. hac quæstio, vers. Prima conclusio, in fine.*

LIMITA II. † Quia verba dubia tunc demum interpretanda sunt in bonum sensum, quando fuerunt prolata sine dolo, secus si cum dolo, secundum Menoch. *cons. 82. nu. 33. lib. 1.* vbi tamen subdit, in dubio dolum non præsumi. 13

LIMITA III. † Quia etsi verba dubia interpretanda sint in crimine hæresis ad exclusionem delicti, hoc tamen non procedit, quando contra proferentem verba dubia, & ambigua, militaret aliqua sinistra suspicio, vel præsumptio, præsertim ratione qualitatis personæ, vtputa si esset de genere Hebræorum, Maurorum, ex aliqua Prouincia vel ciuitate infecta; Tunc enim proferentis verba in deteriorem partem essent accipienda, vt bene aduertit, & probat, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par. prima, nu. 205. & sequentibus*, præsertim, vt ipse inquit, hac nostra tempestate in hæreticis, & Lutheranis, qui verba obscura, & ambigua, passim ad decipiendos & inquinandos Catholicorum animos proferre solent, *& num. 379. & sequentibus*, vbi pariter, & generaliter pluribus probat, hac in re esse attendendam qualitatem personarum, quæ hæreticalia verba proferunt, an scilicet sint rustici, & grossi ingenij, & his similia, & Rojam sic dicentem refert, & sequitur Pegn. *in add. ad Eymer. in Direct. inq. par. 3. qu. 62. comm. 111. vers. Verumtamen hæc interpretatio, & seqq. fol. mihi 650. col. 2.* 14

LIMITA IV. † Vt tunc demum verba dubia sint interpretanda, vt hæresim excludant, dummodo talis interpretatio sit verisimilis, & credibilis; secus si inuerisimilis, & incredibilis, & præsertim si ex ea sub prætextu interpretationis verus verborum sensus perimeretur, atque corrumpetetur, vt per Simanch. cum allegatis per eum *Catholic. instit. tit. 54. rubric. de propositionum qualitate, num. 21. 22.* 15

QVÆRO IV. † An hæresis, sicut probatur ex verbis hæreticalibus, ita etiam probetur ex factis; Dic quod hæresis probatur, non solum ex ore ipsius Hæretici, sed etiam ex factis hæreticalibus, euidentiorque est probatio illa, quæ ex factis oritur, quam ex verbis, cum facta magis hominis mentem, animum, & voluntatem declarent, quam verba; Prout hæc, & similia scripserunt *in cap. 2. de hæreticis in sexto*, Archidiacon. *num. 1. in discursu*; Ioan. Andr. *num. 3.* Geminian. *num. 6. vers. Et plus est facto*; Fr. Rayner. *in summa verbo Hæresis, cap. 2. vers. Secunda conclusio est*, vbi bene probat, ex ore hæretici, & ex verbis ab eo inordinate prolatis, hæresim incurri, & probari, Repert. inquisitorum *in eodem verbo hæresis, §. primo, rubr. quid sit hæresis, & vers. Item sciendum, quod hæresis, & vers. seq.* vbi bene probat, hæresim probari ex verbis, & facto, *§. 3. in verbo hæreticus vers. Item hæreticus iudicabitur quoad Ecclesiam, & sub vers. Nota, quod hæreticus dicitur, & in verbo Detegitur, vers. Primo, & sequentibus omnibus in discursu, & præsertim in vers. Item quandocumque*, vbi de eo, quem appatet male sentire de fide, licet, aut neget, aut taceat, *& in verbo Error; vers. Cum enim error*; vbi propterea dicit, quod cum error consistat in animo, & in mente; hoc ideo non potest de eo melius constare, quam per extrinseca facta; Vmbert. Loc. *in iudicial. inquisitorum in verbo Hæreticis, num. 22. & nu. 33.* vbi plura de probatione hæresis, per verba hæresim significantia; Simanch. *Catholicar. institut. tit. 20. rubr. de hæresi, num. 15. in fine*, vbi quod ad probandum hæresim, facta potentiora, & grauiora sunt, quam verba; Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 7. num. 2. &* 16

sequen-

sequentibus; Squillac. *in tract. de fide Catholica, cap.15.nu.1. & sequentibus, & cap.17.nu.1. vers. Similiter etiam per verba*; Eymer. *in Director. Inquisitorum, par. secunda, quæstion.* 34. *num.*1. & ibi omnino Francisc. Pegna *in additionibus comment.59.fol. mihi* 343. *& seq.* vbi bene declarat, & distinguit facta hæreticalia, ex quibus scilicet quis possit vt hæreticus condemnari; ex quibus ad abiurandum cogi, quomodo hoc casu procedendum; & quid si pœnitens Ecclesiæ reconciliari petat, & vide eundem Eymeric. *in eodem Direct.inqu.d.p.2.qu.50.nu.3.vers. Ex factis enim*, & ibi etiam Franc. Pegna *in add.comm.75.lit.C, fol.mihi 393. col. 2. in fine, & fol.393.col.1. vers. Prædictum vero Axioma.* vbi bene comprobatur conclusio, quod qui se hæreticum factis docet, magis hæreticus reputari debet, Curiæque seculari tradendus, quam qui verbis. Adde ad præmissa Arnald. Albert. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæretic. quæst.36. in fine vers. Nam probatio*, Nicol. Arelat. *notab.5.* De qua re vide Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.17.vers.125.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par.1. nu. 283. & pluribus sequentibus*, vbi latissime probat propositam conclusionem, quod ex factis hæreticalibus, vbi quis est confessus aut conuictus, potest vt hæreticus condemnari, *& numer.533. & sequentibus*, vbi pariter late eandem probat conclusionem, *& nu.602. & sequentibus*, vbi pariter probat pluribus aliam conclusionem, quod scilicet ex verbis hæreticalibus ab aliquo prolatis, probatur proferentem esse hæreticum, Menoch *de præsumption.6.nu.10.* vbi quod verba hæreticalia probant aliquem esse hæreticum, Hyppol. Riminald. *cons.595.nu.1. & sequentib.lib.4.* vbi pluribus etiam probat, quem detegi hæreticum ex facto hæreticali, de quo ibi per eum; Sigismund. Scaccia *in tractat. de iudicio causar. ciuil. crim. & hæretical.cap.7.num.1. & sequentibus*, vbi & ipse probationem hæresis admittit, aut facto, aut verbis, *& c.87.n.23.* faciunt quæ dixi de infirmo petente consolationem ab hæreticis, *supra qu.182.nu.110. & seqq.* Læl. Zecch. *in summa parte prima, titulo de fide rubr. de hæresi, c.11.nu.13.vers. Secunda conclusio*, vbi pariter dixit, hæresim probari & verbis, & factis etiam secretissimis & occultis, vt puta metu vel alio signo, quod declara vt ibi per Luoou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.3.q.9.nu.117. & seq.* vbi inter alia dixit, quod contra proferentem verba hæreticalia oritur de hæresi violẽtissima præsumptio *& n.126. & seqq.* vbi etiam dixit, quod facta hæreticalia magis probant quem hæreticum, quam verba.

17 AMPLIA I. Huius IV. † Quæstionis conclusionem, vt propterea ab hæresi non excusetur is, qui ore dicens se credere, operibus autem facit contrarium, *cap. æstimant 11.quæst.3.* Hostiens. *in rubr. de summa Trinitat. & fide Catholica, nu.19.* & ibi etiam Ioan. Andr. *post nu.26. vers. Est tamen casus* Anton. de Butrio, *n.9. vers. Hoc verum*, Io. de Imola, *n.11. ad medium, vers. Dicit Hostiensis*, Repert. Inquisitorum *in verbo Hæresis, §.1. rubr. Quid sit hæresis, vers. Item nota quod nedum*, vbi ponitur exemplum in eo, qui dicit, & fatetur, peccatum esse exercere vsuras, & tamen factis inhumaniter tractat eos, quibus pecuniam mutuat (de quo dixi *supra qu.186.nu.43.*) & §.3. *in verbo hæreticus, vers. Item sentiens aliquid contra fidem, licet illud ore non exprimat, & vers. Nota quod hæreticus dicitur*, faciunt ad hæc scripta per Campeg. *in additionibus ad Zanch. in tract. de hæreticis ca.22. litera B, in verbo Inquisitor, vers. Addo quod*, vbi dixit, hæreticum reputari, & vt hæreticum condemnari debere eum, qui scienter contra fidem prædicat, etiam quod ad se excusandum dicat, non credere errores, quos prædicat, refert eum, & sequitur Simanch. *in additionibus ad Zanchin, cap.13.* & facit pro hac conclusione alia conclusio, quam præallegati omnes Doctores admittunt, quod scilicet in materia hæresis magis standum sit factis, quam verbis.

18 AMPLIA II. † Quod quando aliquis conuincitur de factis hæreticalibus, illi non prodest allegare, quod non mala intentione hæc egerit, quin vt hæreticus condemnari debeat, ex plene deductis supra, *qu.179.nu.54. & seqq.* & in specie pluribus comprobat Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par.1.num.283. & pluribus seqq.* de quo latius dixi *supra quæst.179.nu.54. & seqq.*

Numquid † autem probata alicuius hæresi per hæreticalia facta, possit inquisitus probare contrarium, ac dicere, se sic fecisse non ex mala intentione, & mente corrupta, sed ad amorem, aut alicuius alterius lucri seu commodi causa, & sic an ex factis oriatur præsumptio iuris, an vero iuris & de iure, vide vltra ea, quæ dixi *supra quæst.179.n.56. & qu.181.nu.79. & infra hac eadem qu. nu.98.* Doctores omnes allegatos *supra hac eadem quæstione, nu.16.* & in specie Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymeric. in Direct. inquisitorum par.2. Comment.59. vers. Iam hoc est diligentissime obseruandum fol. mihi 344. colum.1.* vbi videtur tenere, quod ex factis hæreticalibus oriatur sola iuris præsumptio, quæ propterea admittat probationem in contrarium, licet subdat, difficulter posse contrarium probari, & propterea monet iudices, ne huiusmodi excusationem admittant, nisi cum exquisitissima consideratione, Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis, par.1. nu.324. & sequentibus pluribus*, vbi & ipse, licet plura conculcet, admittere tamen videtur, ex hæreticalibus factis non oriri nisi solam iuris præsumptionem, quæ probationem in contrarium admittit, & licet rursus, *num.326.* dicat, se nescire, quomodo contra istam iuris præsumptionem possit contrarium probari, cum animus & intentio hominis soli Deo nota sit, non tamen negat, *nu.30. & sequentibus*, posse bonum animum probari per verisimiles coniecturas. 19

AMPLIA III. † Quia sicut quem hæreticum esse ex illius factis dignoscitur, ita etiam & è contra quem non esse hæreticum, & sic inquisiti innocentia probatur ex actis, dictisque contrariis hæresi, vt puta si probetur, reum quotidie rem diuinam audire, pro animis defunctorum orare, aliaque huiusmodi facere, quę facere solent boni, & Catholici Christiani; Non enim potest quisquam subito fingi, nec cuiusquam repente mutari, aut natura conuerti, ex allegatis per Simanch. *Catholic. Inst. tit.45. rubr. de contumacibus, n.7.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Direct. inquisitorum par.3. Comm.170. vers. Sed quomodo fol. mihi 736. colum.2.* vbi quod hæresis præsumptio satis excluditur ex bona, & laudabili vita ante acta, probando præsertim, quod de hæresi inquisitus, sacramenta Ecclesiæ more Christianorum debito tempore recepit, cæteraque alia omnia peregit, quæ à veris & Catholicis Christianis fieri solent. 20

AMPLIA IV. † in pluribus casibus particularibus, in quibus hæresis satis facto committitur, & vnum exemplum de probatione hæresis ex facto hæretici ponitur in Repertor. Inquisitorum *in verbo hæresis, §.1. rubr. Quid sit hæresis, vers. Item nota quod nedum*, vbi de eo, qui factis, licet non ore, vsuras exercet, male tractando eos, quibus pecunias mutuauit, de qua re dixi *in antecedenti qu. nu.43.* aliud exemplum ponitur in eodem Repertorio Inquisitorum *in verbo Hæreticus, vers. Item quod*, de illis, qui osculantur sepulchrum Mahometi, vel aliquid faciunt ad eius venerationem, & plura exempla, quibus se hæreticum factis ostendit; Vide in eodem Repert. Inquisitorum *in verbo Detegitur, vers. Primo, & sequentibus in discursu*; Simanch. *Cathol. Inst. tit.50. rub. de præsumptionibus, n.4. & nu.5. & in Enchiridion Violat. Relig. tit.40. eadem rubr. de præsumptionibus, nu.4. & seqq.* Apud quem plura reperies exempla, quibus factis quis hæresim committit, & inde violenta heresis oritur præsumptio; Nicol. Arelatan. *notab.5.* Eymeric. *in Director. inquisitorum par.2. qu.55. nu.5. & nu.7.* Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.35. nu.43.* vbi de adorantibus hęreticos, & sanctos, ieiunia, orationes, at- 21

que alias hæreticorum ceremonias obseruantibus. Verum plura exempla, quibus facto quis hæresim committere dicitur, & quibus hæresis pariter probata, vide per Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, par.1.n.10. & sequentibus, & n.283. & pluribus sequentibus, in discursu*; Menoch. *de præsumptionibus, lib.5. præsum.6.n.6. & sequentibus*, Hyppol. Rimin. *consf.395.nu.1. & sequentibus, lib.4.* vbi præsertim de eo, qui sanctissimo Sacramento, dum eleuatur, tecto capite, oculisque ad terram fixis nullam præstitit reuerentiam, & his similia, *& nu.21.* vbi de eo, qui domi suæ nullas sanctorum imagines tenebat, Sigism. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. crimin. & hæret. cap.87.nu.23.* vbi quod difficile est explicare omnia facta hæreticalia, cum Diabolus quotidie noua excogitet. Ioan. Azz. Iesuita, *in summa par.1.lib.8.cap.9. rubric. de hæresis crimine, quæstion.11.* vbi & ipse ponit aliqua facta hæreticalia, de quibus etiam per Ludou. à Paramo *in tract. de orig. S. Inquisition. lib.3. quæst.9. num.96.*

22 Limita † tunc demum ex factis hæresim probari, dummodo talia facta non sint æquiuoca, quæ scilicet possint etiam trahi ad bonum, sed talia sint, quæ in se expressum fidei errorem habeant, secundum Archid. *in d. cap. Quicunque sub num.2. de hæreticis in 6.* & ibi etiam Ioan. Andr. *num.3. vers. Hoc tamen, & dict. num.3. ante finem vers. Item indicia*, & Gemin *nu.6. in fine, eodem vers. Item indicia*, & latius declarat Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par.1.nu.359. & sequentibus.*

ARGVMENTVM.

De leui suspicione in crimine hæresis.

SVMMARIA.

Suspicio quid sit, & quid sit præsumptio, & in quibus differat vna ab alia, nu.23.
Suspicio triplex est, leuis scilicet, vehemens, & violenta, num.23.
Præsumptio manifesta, quæ dicatur, nu.23.
Præsumptio vrgens, quæ dicatur, dicto num.23.
Præsumptio euidentissima, quæ dicatur, eodem nu.23.
Leuis suspicio dicitur illa, quæ leui, vel modica defensione tollitur, vel quæ ex leuibus, & modicis coniecturis oritur, nu.24. vbi aliæ ponuntur diffinitiones.
Leuis suspicio probat hæresim, nu.25.
Suspicio leuis non sufficit ad condemnandum in crimine hæresis, num.26.
Tortura dari non potest ex leuibus indiciis, nu.27.
Leuis suspicio nunquid sufficiat ad inquirendum, & ad interrogandum reum, nu.28.
Leuis suspicio sufficit ad indicendam purgationem, nu.30.
Purgatio an possit indici ex leui suspicione dicto, num.29 & 30.
Abiuratio nunquid indici possit ex sola suspicione, & quæ nu.31. & sequenti.
Leuis suspicio, leuiaque indicia sufficiunt ad condemnandum suspectum de hæresi in aliquam pœnitentiam, vt puta in opus pium, nu.33.
Leuia signa, & indicia nihil operantur, nisi fuerint plene probata, num.34. Et quid ad effectum inferendi torturam, nu 35.
Tortura numquid possit inferri ex pluribus indiciis non perfecte probatis, d.nu 35.

QVÆST. CLXXXVII. §. II.

23 Præmitto I. † Quid sit suspicio, quotuplex sit, quid præsumptio, & quotuplex sit præsumptio; in quo differat suspicio à præsumptione, ad quam materiam vltra ea, quæ dixi supra *in tit. de indiciis, & tortura, in prima quæstione illius tituli*; vide late Vmbert. Locat *in iudicial. inquisitorum in verbo Præsumptio, nu.1. & omnibus sequentibus in discursu, & in verbo Suspicio, nu.1. & seqq. etiam in discursu*; Simanch. *Cathol. Inst. tit.50. rubr. de præsumptionibus, nu.3. & sequentibus, & n.22.* vbi, quod dicta de præsumptionibus dici possunt etiam de suspicionibus, sed non è contra, quia suspicio minor est quam præsumptio, *& nu.23.* vbi quod suspicionum aliæ sunt leues, aliæ vehementes, aliæ temerariæ, & aliæ probabiles, *& num.24. & sequentibus* præsumptiones prædictas bene declarat, *& in Enchiridion Violat. Religion. tit.41. rubr. de suspicionibus, nu.2.* vbi pariter ponit triplicem suspicionum speciem, Eymeric. *in Director. inquisitorum, par.2. quæstion.55. nu.1. & nu.8.* & ibi Fransc. Pegna *in additionibus comment. 80. versic. Tametsi vero suspicio, & præsumptio, & sequentibus versiculis fol. mihi 404. colu.2.* Menoch. *de præsumptionibus, lib.5. præsump.6.n.15.* vbi pariter tres suspicionum species ponit, leuem, scilicet, vehementem, & violentam.

Præmitto II. † Quid sit leuis suspicio; Qua in re vide Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo Suspicio, num.2.* vbi dixit, quod leuis, seu modica suspicio dicitur illa, quæ leui, vel modica defensione tollitur, vel quæ ex leuibus, & modicis oritur coniecturis, & ibi huius leuis suspicionis ponit aliqua exempla; Repert. inquisitorum *in verbo Suspectus vers. Nota, quod suspicio leuis*, vbi dixit leuem suspicionem esse eam, quæ probabilis est, licet leuem faciat probationem; Simanch. *Catholic. instit. tit.50. rubr. de præsumpt. nu.23.* vbi quod leuis suspicio est illa, qua leuiter aliquid suspicamur, *& nu.24.* vbi quod leuis suspicio prouenit ex signis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus capitur coniectura, qua concludi potest non quidem frequenter, sed raro, seu casu, quod talia dicens, vel faciens, hæreticus sit, & ibi ponit exemplum, *& in Enchiridion Violat. Religion. tit.41. rubr. de suspicionibus, num.2.* Eymeric. *in Director. inquisitor. par.2. quæst.54. num.10. in fine*, vbi dixit, quod qui dicit, vel facit aliquid contra fidem, semel tantum leuiter suspectus est de hæresi, Arnald Albert. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, qu.34. nu.46.* vbi dixit leuem suspicionem esse eam, quæ à raro contingentibus oritur; idem Eymeric. *in eodem Direct. inquisitorum dicta par.2. qu.55. num.2. vers. Et hæc suspicio*, vbi pariter dixit, quod leuis suspicio dicitur ea, quæ aut modica, & leui defensione tollitur, aut ex modicis, & leuibus oritur coniecturis, *& num.3.* ponit exemplum huius leuis suspicionis, *& ibi* Franc. Pegna *in additionibus Commentar. 80. litera B. fol. mihi 404. col.2.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.35. num.47.* vbi quod leuis suspicio est illa, quæ raro hæreticum iudicat, & ponit exemplum in frequenter peierante; Menoch. *de præsumptionibus lib.1. qu.100. nu.1.* vbi pariter dixit, leuem suspicionem esse eam, quæ ex signis exterioribus operum, aut verborum prouenit, concluditque non frequenter, sed raro, & ponit exemplum & ipse in frequenter peierante, item & in habente vitam, & mores dissimiles à Christiane viuentibus; Læl. Zecch. *in summa par.1. tit. de fide rubric. de hæresi cap.11. nu.5.* vbi & ipse dixit, leuem suspicionem esse eam, quæ ex leuibus oritur coniecturis, non frequenter, sed raro concludentibus, tolliturque leui defensione. Addo & Martin. del Rio Iesuitam *de disquisitionibus magic. lib.5. sect.12. vers. Exempla huiusmodi*, vbi & ipse bene declarat, quid sit leuis suspicio, & etiam ponit nonnulla exempla leuis suspicionis in lamiis, & maleficis. 24

Regvla † Sit, quod licet hæresim ex leui suspicione probari videatur *ex l. 2. in fine C. de hæreticis*, vbi dicitur; *Latis aduersus eos sanctionib. debent succumbere, qui vel ex leui argumento à iudicio Catholicæ Religionis, & tramite detecti fuerunt deuiare*, intelligendo illa verba *ex leui argumento* quoad probationem hæresis, prout intelligit Henrich. Boich *in cap.2. nu.7. extra, de hæreticis*; Archidiac. *in cap. Vt officium num.9. vers. Et adde quod dictum est, de hæreticis in 6.* vbi dixit, quod leuia signa sufficiunt ad præsumendum aliquem hæreticum, & *ibi* Ioan. Andr. *nu 2.* vbi amplius quod sufficiunt ad conuincendum, post Glossam ibi, & Geminian. *in §. Verum num.6. vers. Super Glossa penultima* vbi dixit idem: Ioan à Rojas *in tract. de hæreticis par.2. assertion. 6. sub numer. 148.* summa Syluestrin. *in verbo* 25

Hære-

Hæreticus, §. 2. *num.* 7. *in princ.* Repertor. Inquisitorum *in verbo*, *Conuinci*, *versic. Primo*, vbi dixit, quod leuia signa sufficiunt ad conuincendum quem de hæresi, & *in verbo*, *Probationes*, *versic. Item nota*, *quod leuia signa sufficiunt ad probandum hæreticum*, Squillacens. *in tractat. de fide Catholica*, *cap.* 34. *nu.* 1. Gundisalu. *in tract. de hæreticis*, *post numer.* 9. Mascard. *de probationibus*, *libr.* 2. *conclus.* 861. *num.* 4. Et faciunt, quæ dixi *supra*, *quæst.* 178. *nu.* 62.

26 Veritas † tamen est, quod leuis suspicio ad condemnandum non sufficit, vt bene scripsit Henric. Boich. cum allegatis per eum *in cap.* 1. *n.* 7. & 8. *extra*, *de hæreticis*, Ioan. à Rojas cum allegatis per eum *in tract. de hæreticis*, *part.* 2. *assert.* 6. *sub num.* 148. Vmbert Locat. *in iudicial. inquisitorum*, *in verbo*, *Suspicio*, *nu.* 6. Repert. Inquisit. *in verbo*, *Testes*, *versic. Nota sufficit*, *quod probentur leuia argumenta*, Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.* 50. *rub. de præsumptionibus*, *nu.* 28. vbi leuia signa mouere non debent animum constantis viri, ad suspicandum tam graue crimen, & quod ex leuibus signis male suspicari de homine Christiano, haud leue peccatū est, imo est iudicium temerarium, & *tit.* 51. *rubr. de probationibus*, *num.* 1. & *in Enchiridion violata religion. tit.* 41. *rubr. de suspicionibus*, *num.* 5. & *num.* 6. vbi amplius generaliter dixit, quod leuia signa mouere non debent animum viri prudentis, ad suspicandum tam graue crimen, Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus*, §. 12. *post medum*, Decian. *in tractat. crimin. libr.* 5. *cap.* 20. *num.* 21. & *cap.* 35. *nu.* 20. *post princ. versic. Et quod leue indicium*, Carer. *in tract. de hæreticis*, *num.* 116. *versic. Intellige tamen*, Conrad. *in pract. tit. de hæreticis*, *nu.* 8. & 9. Eymeric. *in Directorio Inquisitorum*, *parte* 2. *quæst.* 55. *num.* 2.

27 Amplia, vt † leuis suspicio, leuiaq; indicia, nec etiam sufficiant ad torturam, vt dixi *supr. quæst.* 185. *nu.* 141. & *seqq.* Hic repetere non est necesse.

28 Limita I. Quia † leuis suspicio etsi non sufficiat ad condemnandum, sufficit tamen ad inquirendum & examinandum reum, quod, an verum sit, & quando, dixi *supra*, *quæst.* 185. *num.* 54. & *seqq.* Hic repetere superfluum est.

29 Limita II. Quia † leuis suspicio sufficit ad purgationem indicendum, Archidiacon. *in cap. Vt officium*, *num.* 9. *versic. Et adde*, *quod dictum est*, *de hæreticis*, *in* 6. Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis*, *part.* 2. *assertion.* 6. *sub num.* 149. Vmbert. Locat *in iudicial. inquisitorum*, *in verbo*, *Suspicio*, *num.* 6. Afflict. *in Constitution. Regni de hæreticis & Patarenis*, *rubr.* 1. *num.* 31. Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus*, §. 12. *post medium*, Mascard. *de probationibus*, *lib.* 2. *conclus.* 861. *num.* 6. Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis*, *nu.* 1. Gundisalu. *in tract. de hæreticis*, *num.* 11. Nicol. Arelatan. *notabil.* 26. *numer.* 1. Boss. *in tit. de hæreticis*, *num.* 22. Conrad. *in practic. tit. de hæreticis*, *num.* 9. Eymeric. *in Directorio Inquisitorum*, *part.* 2. *quæst.* 55. *num.* 9. & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus*, *litera F. folio mihi* 405. *colum.* 2. vbi tamen subdit, periculosum esse, ex leui suspicione honestum hominem in iudicium trahere, de quo particulariter dixi *supra*, *quæst.* 185. *num.* 57. idem Franciscus Pegna *in additionibus ad eundem Eymericum*, *in Director. inquisitorum*, *part.* 3. *quæst.* 87. *Commentar.* 136. *versic. Nec refert*, *fol. mihi* 690. *col.*... *in fine*, Decian. *in tract. crimin. libr.* 5. *cap.* 47. *nu.* 2. *in fin. vers. Catholica enim Christi Ecclesia*, Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap.* 59. *nu.* 10. & 11. Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis*, *lib.* 5. *sect.* 13. *in princ.*

30 Quamuis † contrarium Doctores communiter tenuere, quod scilicet ex leui suspicione in crimine hæresis ad purgationem nō deueniatur, & hoc testari videatur Gab. *consil.* 160. *nu.* 7. *lib.* 1. nisi ipsum saluando dixeris, loquitur, ex leui suspicione non esse deueniendum ad purgationem Necessario, non autē quod deueniri possit, vel melius, quod ex leui suspicione non possit deueniri ad purgationem, quando talis suspicio sit apud priuatas personas, nisi etiam fuerit penes Episcopum, vel Inquisitorem, vt seipsum declarat, *nu.* 6.

Limita III. Quia † quando quis est leuiter de hæresi suspectus, abiurat etiam de leui, Repert. Inquisitorum *in verbo*, *Abiuratio*, *versic. Sed abiurationis*, & *in verbo*, *Suspectus*, *versic. Nota*, *quod quando*, Squillac. *in tractat. de fide Catholica*, *cap.* 31. *nu.* 2. Eymeric. *in Directorio inquisitorum*, *parte* 2. *quæst.* 55. *nu.* 9. & 10. & *ibi* Francisc. Pegna *in additionibus*, *litera F. folio mihi* 405. *col.* 2. vbi tamen subdit, periculosum esse, honestum hominem ex leui suspicione in iudicium trahere, prout dixi *supra*, *quæst.* 158. *num.* 56. idem Eymeric. *in eodem Directorio inquisitorum*, *part.* 3. *rubr. de quarto modo terminandi processum fidei per abiurationem de leui*, *num.* 161. & *num.* 163. & 164. vbi ponit formam abiurandi hæresim, quando delatus est leuiter suspectus, idem Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum*, *vbi supra*, *in eodem Directorio inquisitorum*, *dict. parte* 3. *quæst.* 87. *Commen.* 136. *versic. Nec refert*, *folio mihi* 690. *col.*... *in fine*, Decian. *in tract. crimin. libr.* 5. *cap.* 47. *num.* 2. Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. crimin.* & *hæretical. cap.* 59. *nu.* 10. & 11. 31

Quod † enim sola suspicio sufficiat, vt quis hæresim abiurare teneatur, si vult Ecclesiæ reconciliari, probat exemplo ex Synodo Calcedonensi, Simanc. *Catholicarum institutionum tit.* 1. *rubr. de abiuratione*, *nu.* 18. & *nu.* 21. & *seqq.* vbi bonas reddit rationes, quare scilicet suspectus de hæresi abiurare cogatur errores suas, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum*, *in Directorio Inquisitorum*, *parte* 3. *quæst.* 87. *Commentar.* 136. *versic. Primo*, *fol. mihi* 690. *col.* 1. 32

Et quod sola suspicio multo magis sufficiat ad purgationem indicendam, statuit Fridericus Imperator in sua Constitutione, *incip. Catharos*, *versic. Qui autem*, relata per Franc. Pegn. inter literas Apostolicas *in Director. inquisitor. folio mihi* 19. & etiam hoc idem voluit Innocentius IV. in alia Constitutione, edita de anno 1254. *incip. Nouerit vniuersitas*, *versic. Qui autem inuenti*, relata per Pegn. *vbi supra*, *fol. mihi* 21. Nicolaus IV. in alia Constitutione, edita de ann. 1281 *incip. Nouerit vniuersitas*, *vers. Qui autem*, relata per Franc. Pegn. *vbi supra*, *fol.* 67.

Limita IV. Quia † leuis suspicio, leuiaque indicia sufficiunt ad condemnandum suspectum de hæresi in aliquam pœnitentiam, vt in Repert. Inquisitorum *in verbo*, *Testes*, *versic. Nota*, *quod sufficit*, Carer. *in tract. de hæreticis*, *num.* 118. *post medium*, *versic. Aut attendet Inquisitor*, vbi dixit, quod ex leui suspicione poterit quis condemnari ad construendum aliquem pium locum, vel Ecclesiam aliquam dotandum, Decian. *in tractat. crim. libr.* 5. *cap.* 38. *nu.* 7. 33

Sublimita † omnes præcedentes limitationes, in quibus dixi, leuem suspicionem, leuiaque indicia sufficere, vt intelligi debeant, quando dicta indicia sint plene probata, alias secus, ex allegatis per Ioan. de Anania *in rubric. extra*, *de hæreticis*, *sub num.* 3. Archidiacon. *in cap. Vt officium*, *nu.* 9. *versic. Sed illa signa*, *de hæreticis*, *in* 6. & *ibi* addentes ad eum *liter. A.* plures referunt concordantes, Ioan. Andr. *nu.* 2. Geminian. *num.* 6. *ante finem*, *versic. Super Glossa penultima*, Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis*, *part.* 2. *assert.* 6. *nu.* 148. *vers. Sed illa signa oportet plene probari*, summa Syluestri *in verbo*, *Hæreticus*, §. 2. *nu.* 7. Repert. inquisitorum *in verbo*, *Inditia*, *vers. Indicia hæresis*, Simanc. *Catholicarum Institutionum tit.* 50. *rubr. de præsumptionibus*, *nu.* 27. Squillac. *in tract. de fide Catholica*, *cap.* 34. *num.* 1. Oldrad. *consil.* 210. *in fin. prin.* Nicol. Arel. *notab.* 27. Boss. *in tit. de hæreticis*, *nu.* 5. *ante medium*, *versic. Volunt tamen.* Conrad. *in pract. rub. de hæreticis*, *num.* 8. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 35. *nu.* 20. *in princ.* Menoch. *cons.* 82. *nu.* 155. *libr.* 1. Mascard. *de probationibus*, *libr.* 2. *conclus.* 861. *num.* 7. Ioan. à Rojas *sing.* 164. *post nu.* 6. Qui quidem præallegati Do- 34

ctores loquuntur non solum in leuibus indiciis, sed etiam in præsumptionibus, & coniecturis, vt nihil operentur, nisi fuerint plenè probatæ.

35 An †autem ad effectum torquendi indicia plura debeant esse plene probata, dixi *supra, quæst.185.num.145.* & 146. Hic repetere non est necesse.

ARGVMENTVM.

De vehementi suspicione in crimine hæresis.

SVMMARIA.

Vehemens suspicio seu præsumptio dicitur illa, quæ tantum vrget apud iudicem, vt illum vehementer suspicari faciat, nu. 26. Vbi aliæ ponuntur diffinitiones.

Vehementer suspectus de hæresi dicitur quis in pluribus casibus, de quibus, nu.37.

Suspiciones vehementes nō sufficiunt ad condemnandum in crimine hæresis, num.38.

Suspicio vehemens admittit probationem in contrarium, n.39.

Vehemens suspicio sufficit ad faciendum abiurare suspectum de hæresi, nu.40.

Forma abiurationis, quam facit vehementer suspectus de hæresi, num.41.

Vehemens suspicio in crimine hæresis sufficit ad condemnandum in pœnam extraordinariam, nu.42.

Vehemens suspicio sufficit ad indicendam purgationem, nu.43.

Indicia indubitata sufficiunt in crimine hæresis ad condemnandum, num.44.

QVÆST. CLXXXVII. §. III.

36 PRÆMITTO I. Quid † sit vehemens suspicio, quà in re vide Vmbert. Locat. *in iudic. inquisitorum, in verbo, Præsump. nu.8. ad fin.* vbi dixit, vehementem præsumptionem dici eam, quæ tantum vrget apud iudicem, vt illum vehementer suspicari faciat cōtra reum, & *in verbo, Suspicio, n.3.* vbi, quod vehemens seu magna suspicio dicitur ea, quæ non nisi magnis & fortibus, ac vehemētibus defensionibus tollitur, & quæ non nisi ex magnis, fortibus, ac vehementibus coniecturis, argumentis & indiciis oritur, & ibi ponit exempla huius vehementis suspicionis, & *nu.10. & pluribus seqq.* vbi ponuntur plures casus vehementis suspicionis. Simanc. *Catholicarum institutionum tit.50. rub. de præsumptionibus, n.23.* vbi, quod vehemens suspicio est illa, qua vehemēter suspicamur, & *nu.25.* vbi, quod vehemens suspicio sumitur ex signis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus capitur argumentum concludens frequenter, & vt in pluribus, quod talia dicens vel faciens, est hæreticus, & ibi ponit exemplum, & *in Enchirid. violatæ religion. tit.41. rub. de suspicionibus, num.3.* Eymeric. *in Director. inquisitorum, part.2. quæst.56. nu.10. in fin.* vbi, quod qui dicit vel facit aliquid contra fidem bis, vel ter, de hæresi vehementer suspectus est, Arnald. Albertin *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst.34. nu. 46.* vbi, quod vehemens suspicio oritur ex his, quæ frequenter contingunt, Menoch *de præsumptionibus, lib.1. qu.100. nu.7.* vbi idem dicit, & ponit exemplum in publice asserere propositiones hæreticales, vel adorante sepulchrum Mahumeti, Eymeric. *in Director. Inquisitorum, part.2. quæst.55. nu.4.* vbi primo probat, quod vehemens suspicio idem est, quod fortis suspicio, & postea dicit, quod hęc vehemens seu fortis suspicio est illa, quæ non nisi fortibus & vehementibus defensionibus repellitur, & quæ etiam ex fortibus & vehementibus coniecturis, argumentis, & indiciis oritur, & *ibi* Franc. Pegna *in additionibus, Comment.80. vers. Secundo suspicio, & duobus seqq.* vbi ponit exemplum in eo, qui diebus prohibitis absque necessitate, & superioris facultate carnem comederit, item, & in eo, qui propositiones fidei contrarias in his, quæ quis explicite scire debet, proferret, *folio mihi 404. colum. 2. in fine, & folio 405. colum.1.* Addo præmissis Læl. Zech. *in summa, part.1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.11. num.5. versic. Secunda suspicio*, vbi etiam declarat, quid sit suspicio vehemens, vehementisque suspicionis aliqua ponit exempla Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus Magicis, lib.5. sect.12. vers. Exempla*, vbi & ipse bene declarat, quid sit vehemens suspicio, ponitque nonnulla exempla vehementis suspicionis in lamiis & maleficis.

PRÆMITTO II. Quod † vehementer suspectus de hæresi quis dicitur in pluribus casibus, de quibus remitto lectorem ad Concilium Tarraconense, registratum per Pegnam *in Directorio inquisitorum, part.2. fol.234. in princ. Concilij, versic. Suspectus*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Suspicio, nu.10. versic. Casus autem*, & *num.19. & seqq.* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.20. liter. A. in verbo, Suspecti*, & per Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part.2. quæst.56. per totam*, vbi ponuntur decem casus, in quibus hæresis vehemēs suspicio incurritur, & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.81. per totam*, vbi recensentur alii casus, ex quibus oritur vehemens suspicio hæresis, & tandem *in vltimo versic. incipien. Postremo vnum hoc, folio mihi 409. colum.2. in fine*, id totum remittit arbitrio iudicis, ex personarum & causarum circumstantiis considerare debentis, quando vehemens, quando leuis, & quando nulla contra aliquem ex aliquo actu oriatur hæresis suspicio. 37

REGVLA † firmari potest, quod suspiciones quamuis vehementes non sufficiunt ad condemnandum in crimine hæresis, text. est *in cap. Accusatus, in prin. de hæreticis, in 6.* in illis verbis: *Licet ante abiurationem suam hæresis crimen plene probatum non fuerit contra ipsum*, & *ibi* Gloss. *in figuratione casus, in fine*, Ioan. Monach. *nu.2.* Archidiacon. *ante num.1. verbo, Vehementis*, Geminian. *nu.1. versic. Nota, quod propter vehementem, & nu.2. versic. Nota, quod delictum, & num.3. versic. Glossa secunda*, & Franch. *in princ. nu.1. & 2. in 2. & 3. notabil.* Communiter dicentes, quod hæresis crimen non dicitur plene probatum ex vehementi suspicione, ergo non sufficit ad condemnandum, & est melior textus *in cap. Literas, extra, de præsumptionibus*, in illis verbis: *Quocirca mandamus, quatenus eum propter solam suspicionem, quamuis vehementem, nolumus illum de tam graui crimine condemnari*, & *ibi* Communiter notant Doctores omnes, & præsertim Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 2. Commentar.15. ad illud cap. versic. Primo, folio mihi 123. col.1. in fin.* & sic etiam voluerunt Alberic. *in rub. C. de hæreticis, n.10.* Hostiens. *in cap. Excommunicamus, il 1. num.28. versic. Alias autem propter solam suspicionem, quamuis vehementem, extra eodem*, & *ibi* etiam Ioan. de Anania *in §. Credentes, num.11. versic. Quia in isto crimine non sufficit vehemens præsumptio*, idem Ioan. de Anania *in rubric, extra, de hæreticis, sub nu.3.* Archidiacon. *in cap. Quicunque, post num.2. versic. Nam in hoc crimine, de hæreticis, in 6.* & *ibi* etiam Ioan. Andr. *nu.3. ad medium, versic. Quia nec in hoc crimine*, & Geminian. *nu.6. versic. Quoniam in isto crimine*, Gloss. *in capit. Cum contumacia, in verbo, Vehementem, ad finem, eod. tit. de hæreticis, in 6.* & *ibi* Geminian. *nu.12. vers. Glossa secunda*, & Franch. *nu.3. versic. Et sic nota ex Glossa*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Suspicio, nu.7.* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Præsumptio, versic. Sed nota*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit.50. rubr. de præsumptionibus, num.3.* Oldrad *consil.210. ante nu.1.* Ioann. Calderin. *in tit. de hæreticis, cons.5. col.2. versic. Vnde hoc casu vehemens præsumptio non sufficeret*, Carer. *in tract. de hæreticis, nu.116.* Paril *consil. 2. nu.91. & nu.99. lib.4.* Conrad *in pract. rubr. de hæreticis, post nu.9.* Menoch. *de præsumptionibus, libr.1. qu.100. nu.11.* Eymeric. *in Director. inquisitorum, part.2. quæst.55. num 11.* & *ibi* Francisc. Pegna *in additionibus, Comment.80. liter. C. vers. Et ob hanc præsumptionem, fol. mihi 405. col.1. in prin. & col.2. litera G. versic. Nullus enim.* 38

AMPLIA

39 Amplia † hanc regulam, vt suspicio vehemens admittat etiam probationem in contrarium, ex allegatis per Ioan. à Rojas *singular.* 165. qui nimis lato ore loquens, ampliando dicit, quod etiam contra præsumptionem iuris & de iure admittitur probatio in contrarium, per Geminian. & Franch. *in cap. filij, de hæreticis, in* 6. qui loquuntur in diuersis terminis, & nihil prorsus dicunt de admittēdo probationem, contra præsumptionem iuris, & de iure, sed tantum loquuntur de admittenda probatione non sanæ mentis, aduersus petitam hæreticorum consolationem ab infirmo, qui termini sunt longe diuersi, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 2. *quæst.* 55. *Commentar.* 80. *lit. C. follo mihi* 404. *col.* 2. *in fine*, vbi accuratius loquens dixit, contra vehementem suspicionem admitti probationem in contrarium, quia ex ea oritur sola iuris præsumptio.

40 Limita I. Eandem † regulam, vt vehemens suspicio, etsi non sufficiat ad condemnandum quem, tanquam hæreticum, bene tamen sufficit ad faciendum illum abiurare, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Suspicio, nu.* 7. Repertor. Inquisitorum *in verbo, Abiuratio, versic. Sed abiurationis*, Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap.* 31. *num.* 2. Menoch. *de præsumptionibus, lib.* 1. *quæst.* 106. *nu.* 11. Decian. *in tractat. criminal. libr.* 5. *cap.* 47. *num.* 2. Eymeric *in Directorio inquisitorum, part.* 2. *quæst.* 55. *nu.* 12. *& par.* 3. *rub. de quinto modo terminandi processum, &c. num.* 166. *versic. Circa istum*, Didac. Cantera *in quæst. crim. rubr. de hæreticis, cap.* 1. *num.* 56. *versic. Quando quis est tantum lapsus.*

41 Et † de forma abiurandi hæresim propter suspicionem de vehementi, vide eundem Eymeric. *vbi supra, in eodem Director. inquisitorum, dict. part.* 3. *rubr. de quinto modo terminandi processum fidei per abiurationem de vehementi, numer.* 166. *& seqq.* & *ibi* Francisc. Pegnam *in additionibus, Commentar.* 41. *fol. mihi* 529. *& seqq.*

42 Limita II. Quia † vehemens suspicio, etsi pariter non sufficiat ad condemnandum aliquem vt hæreticum, sufficit tamen ad imponendum illi pœnam extraordinariam tantum, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Suspicio, nu.* 26. *versic. Plura tamen considerare debet prudens Inquisitor*, vbi bene explicat considerāda per iudicem, in impositione huius pœnæ extraordinariæ, & *nu.* 30. & vide, quæ dixi *supr. hac eadem qu. nu.* 9.

43 Limita III. Vt † & multo magis vehemens suspicio sufficiat ad indicendam purgationem, & hoc non habet difficultatem; Si enim sufficit ad purgationem leuis suspicio, vt dixi *supra, hac eadem quæst. num.* 29. & etiam ad abiurationem, vt dixi pariter *supra, hac eadem quæstione, num.* 31. *& sequenti*, multo magis debet sufficere suspicio vehemens, prout est textus *in capit. Inter sollicitudines, versic. Attendentes, extra, de purgatione Canonica*, & probarunt Ioan. de Anania *in cap. Ad abolendam, num.* 26. *ad finem, versic. Ad indicendam purgationem sufficit vehemens, extra, de hæreticis*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Suspicio, num.* 7. Repert. Inquisitorum *in verbo, Purgatio, versic. Item quando*, Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.* 56. *rubr. de purgatione Canonica, nu.* 8. Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap.* 31. *num.* 3. *in fine*, *& cap.* 32. *num.* 2. Ioan. Calderin. *in titul. de hæreticis, consil.* 5. *num.* 2. Menoch. *de præsumptionibus, lib.* 1. *quæst.* 100. *num.* 11. Gabriel. *consil.* 160. *num.* 6. vbi tamen declarat hoc procedere, quando talis vehemens suspicio sit apud Episcopum, vel Inquisitorem, secus, si penes alios, quia tunc non sufficit ad indicendam purgationem, nisi sit timor scandali, vt *ibi* per eum; Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 2. *Commentar.* 14. *ad cap. Inter sollicitudines, extra, de purgatione Canonica, versic. Est autem purgatio, fol. mihi* 121. *col.* 1.

Limita IV. Quia † etsi vehemens suspicio non sufficiat ad condemnandum, bene tamen sufficiunt indicia indubitata, per text. *in leg. fin. C. de probationibus*, voluit Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.* 13. *nu.* 2. *& nu.* 3. vbi declarat, iudicis arbitrio remitti, quæ sint indicia indubitata; Et faciunt, quæ dixi *infra hac eadem quæstione, nu.* 46. vbi probatur, violentam suspicionem sufficere ad condemnandum; Ergo multo magis debent sufficere indicia indubitata. 44

Argumentum.

De præsumptione violenta in crimine hæresis.

Summaria.

Violenta suspicio seu præsumptio est illa, quæ surgit ex violenta probatione, & iudicem cogit ad credendum, quem esse hæreticum, nu. 45. *vbi ponuntur aliæ diffinitiones, & exempla.*

Violenta præsumptio in crimine hæresis sufficit ad condemnandum, nu. 46. *licet alij contra, nu.* 47.

Præsumptio seu suspicio violenta non admittit probationem in contrarium, nu. 48. *licet alij contra, nu.* 49. *Declara, vt non admittat probationem in contrarium directam, indirectam autem sic, nu.* 50.

Violenta suspicio seu præsumptio in crimine hæresis sufficit ad indicendam abiurationem, nu. 51.

Violenta suspicio licet ad condemnandum sufficiat, tamen ex ea condemnatus, non dicitur hæreticus verus, sed præsumptus, num. 52.

QVÆST. CLXXXVII. § IV.

Præmitto, † Quid sit violenta suspicio, de qua vide Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Præsumptio, nu.* 4. vbi dixit, violentam præsumptionem esse eam, quæ surgit ex verisimili probatione, & *in verbo, Suspicio, nu.* 4. vbi, quod violenta dicitur suspicio illa, quæ iudicem cogit & arctat ad credendum, quem esse hæreticum, & ponit exemplum in adorantibus hæreticos, consolationemve vel communionem ab eis recipientibus, & similia facientibus, Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 50. *rub. de præsumptionibus, nu.* 26. vbi, quod violenta suspicio est illa, quæ prouenit ex signis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus cōcludi solet efficaciter, & fere semper, quod talia dicens, vel faciens, est hęreticus, & *ibi* ponit exemplum, & *in Enchirid. violatæ religionis, eadem rub. tit. de præsumptionibus, nu.* 4. *&* 5. vbi ponit plura exempla, & *tit.* 41. *rubr. de suspicionib. num.* 4. Eymeric. *in Director. Inquisitorum, part.* 2. *quæst.* 56. *nu.* 10. vbi, quod qui dicit vel facit aliquid contra fidem pluries, & frequenter, de hęresi vehementissime suspectus est, Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, qu.* 34. *nu.* 46. vbi, quod violenta suspicio est illa, quæ oritur ex his, quæ contingunt vt in omnibus, vel vt semper, idem Eymeric. *vbi supra, in eodem Director. inquisitorum, dicta part.* 2. *quæst.* 55. *nu.* 6. vbi, quod violenta præsumptio est illa, quæ cogit & arctat iudicem ad credendum, nec tergiuersatione qualicunque refellitur, ex violentis conuincentibus atque coercentibus coniecturis oriens, & *num.* 7. vbi ponit exemplum in adorante hæreticos, eisq; reuerentiam suo more exhibente, consolationem vel communionem ab illis recipiente, & *ibi* Franc. Pegna *in additionibus, litera D. versic. Hæc præsumptio, & sequ.* vbi remissiue ponit plura exempla violentæ suspicionis, & præsertim in transeunte & redeunte ad ritus Iudæorum, Ludouic. à Paramo *de origine S. inquisitionis, libr.* 3. *quæst.* 4. *rubr. de expeditione processus in causis fidei, num.* 25. Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, libr.* 5. *sect.* 12. *versic. Violentia, & versicul. Exempla huiusmodi*, quem pariter videas bene declarantem, quid sit violenta suspicio, & violentæ suspicionis aliqua ponit exempla, de quibus etiam 45

per

per Lælium Zecchium *in summa, part.1.tit.de fide, rubr. de hæresi, cap.11.nu.5.versic. Tertiò suspicio.*

46 Regula † sit affirmatiua, hæreticum scilicet posse condemnari ex violenta præsumptione, sicut probarunt Ioan. de Anania, qui tamen loquitur in præsumptione violentissima, *in cap. Ad abolendam, num.26.colum. penult. post medium, versic. Sed ad condemnationem, extra, de hæreticis,* Gloss *in capit. Cum contumacia, in verbo, Vehementem, ad finem, eodem tit. in 6.* & *ibi* Geminian. *num.12. versic. Glossa secunda,* & Franch. *num.3. versic. Et sic nota ex Glossa,* idem Geminian *in cap. accusatus, in princip. num.3. versic. in Glossa secunda, eodem tit. de hæreticis, in 6.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Præsumptio, num.4. & nu.19. in verbo, Suspicio, nu.4. & n.19. in verbo, Suspicio, n.9. versic. Si autem nolunt abiurare,* Repert. inquisitorum *in verbo, Præsumptio, vers. Sed nota,* licet contrarium videatur asseruisse *supra, in versic. An ex violenta præsumptione,* Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap.31. num.3.* vbi de præsumptione vehementissima, & *cap.32. num.2. ad fin.* vbi de præsumptione violentissima, Caret. *in tract. de hæreticis, num.118. post medium,* vbi loquitur in præsumptione violentissima, Boss. *in tit. de hæreticis, num.5. versic. Quod etiam patet,* Eymeric. *Director. Inquisitorum, parte 2. quæst.55. nu.20.* vbi propterea, quod violenta præsumptione grauatus, nisi pœnitens abiurauerit, curiæ seculari tradendus est, & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, litera I. fol. mihi 406. col.1.* Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.20. nu.23.* Menoch. *de præsumptionibus, lib.1. quæst.100. nu.15.*

47 Quicquid † secus consuluisse videatur Hippol. Riminald. *conf.686. num.47. & seqq.* vbi Doctores allegati per eum non loquuntur in crimine hæresis, & vide pro hac contraria opinione quæ dixi *infra, nu.51.*

48 Amplia I. Vt † violenta præsumptio seu suspicio non admittat probationem in contrarium, quia à iure putatur præsumptio iuris, & de iure, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Suspicio, nu.4. & nu.9. versic. Si autem nolunt abiurare,* Simanch. *Catholicarum institutionum tit.50. rub. de præsumptionibus, nnm.4. versic. Hæc autem,* Francis. Pegn. *in addition. ad Eymericum, in Director. inquisit. par.2. quæst.55. Commentar.80. lit.D. vers. Tertia suspicio, & seq. fol. mihi 405. col.1. & col.2. vers. Obseruandum est autem,* vbi tamē declarat, quandoq; etiam aduersus hanc suspicionem admitti probationem in contrarium, & *fol.406. liter. I. versic. Violenta suspicio,* Læl *in summa, part.1. tit. de fide, rub. de hæresi, cap.11. nu.5. vers. Tertia suspicio.*

49 Quicquid † secus suaderi videatur ex allegatis per Ioan. à Rojas *singular.165.*

50 Aduerte † tamen, quod licet violenta præsumptio in crimine hæresis probationem in contrarium non admittit directam, indirectam tamen admittit, vt si inquisitus probare velit, falsos esse testes contra ipsum examinatos, aut indicia, ex quibus violēta præsumptio ducitur, non esse vera, Simanch. *Catholicarum institutionum tit.51. rub. de probationibus, nu.13.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, part.2. quæst. 55. Commentar.80. versic. final. fol. mihi 406. col.1.*

51 Amplia II. Vt † violenta præsumptio multo magis sufficiat ad indicendam abiurationem; Si enim vehemens suspicio hoc operatur, multo magis operabitur violenta, vt in specie voluit Eymeric. *in Director. inquisitor. par.3. rub. de sexto modo terminandi processum fidei, n.173.* vbi ponit exemplum de substinente excommunicationem in causa fidei per annum, de quo in specie dixi *infr. quæst.192. nu.20.* Mont. Maran. *in pract. Archiepisc. cap.84. nu.8.* vbi, quod violenta suspicio quo ad modum procedendi secundum hodiernum vsum non differt à vehementi, Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib.3. quæst.4. rub. de expeditione processus in causis fidei, n.21. & seqq.* Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, lib.5. sect. 12. versic. Si vero datur abiuratio,* & hodie in supremo vniuersæ Reipublicæ Christianæ Generalis Romanæ Inquisitionis Tribunali sententia condemnationis propter violentam hæresis suspicionem non est in vsu; Sed omnes abiurant, vel vt formales hæretici, vel de vehementi, & sic, vt *supr.* dixit Mont. Marant. *in loco prealleg.* violenta suspicio quoad modum procedendi secundum hodiernum vsum non differt à vehementi.

Limita † propositam regulam, quia licet violenta suspicio sufficiat ad condemnandum quem vt hæreticum; est tamen aduertendum, quod quis sic condemnatus ex violenta præsumptione, non dicitur verus hæreticus, sed præsumptus, secundum Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Suspicio, nu.30.* Menoch. *de præsumptionibus, lib.1. quæst.10. nu.15.* 52

Argumentum.

De infamia, seu diffamatione in crimine hæresis.

Summaria.

Diffamati de hæresi dicuntur illi, de quibus est publica vox & fama, & communiter apud omnes, vel maiorem partem ciuitatis, viciniæ, aut villæ, quod talem hæresim prædicauerint, seu defensauerint, vel aliter illi hæresi adhæserint, nu.53.

Testes famam in crimine hæresis probare volentes, quomodo deponere debeant, & de modo interrogandi eos, nu.54.

Infamia seu diffamatio sola sufficit ad purgationem indicendam in crimine hæresis, nu.55.

Infamia seu diffamatio in crimine hæresis sufficit ad inquirendum & procedendum, nu.57.

Diffamatio seu infamia in crimine hæresis nisi præcedat, inquiri non potest, nu.58.

Diffamatio seu infamia in crimine hæresis si fuerit grauis, sufficit ad inquirendum, num.59.

Infamia seu diffamatio sola, etiam quod non plenè constet de Apostasia, præsertim irregularitatis, seu religionis, sufficit ad indicendam Canonicam purgationem, & ad compellendum clericum & religiosum Apostatam, ad deferendum habitum, num.60.

Infamia seu diffamatio iunctis adminiculis sufficit ad indicendam purgationem & abiurationem simul, nu.61.

Purgatio non est indicenda suspecto de hæresi, nisi cum reus publica laboret infamia, quod an verum sit, nu.62.

Infamia seu diffamatio in crimine hæresis probatur etiam per testes inhabiles, nu.63. contra, nu.64.

Diffamatio seu infamia in crimine hæresis probatur per duos testes, nu.65.

Diffamatio seu infamia in crimine hæresis dicitur probata, etiam quod de ea non constet apud bonos & graues viros, n.66. contrarium verius, nu.67.

Infamia seu diffamatio in crimine hæresis dicitur probata, etiam quod ortum habuerit ab æmulis, & inimicis, num.68. contra, num.69.

Diffamatio seu infamia contra hæreticum sufficit ad purgationem, dummodo ortum habuerit ex verisimilibus & probabilibus causis, aliter secus, nu.70.

Infamia seu diffamatio in crimine hæresis non sufficit ad purgationem indicendam, quando contra eum adest aliqua præsumptio, nu.71.

Infamia seu diffamatio in crimine hæresis non sufficit ad indicendam purgationem, nisi fuerit publica, grauis, & vehemens, num.72.

QVÆST. CLXXXVII. §. V.

Præmitto † inprimis, quinam dicantur diffamati de hæresi? Dic, quod diffamati de hæresi dicuntur illi, de quibus est publica vox & fama, & Communiter apud omnes, vel maiorem & saniorem partem ciuitatis, vel viciniæ, aut villæ, quod talem hæresim prædicauerint, seu defensauerint, vel aliter illi hæresi adhæserint; 53

ſerint, Vmbert.Locat.in iudicial.inquiſitor.in verbo, Diffamati, nu.3. Eymeric.in Directorio inquiſitorum, parte 2.quæſt. 57.nu.1.& ibi Franc.Pegna in addition.Commentar.82.litera A.fol.mihi 410.col.2.verſic.Ad hanc reſpondemus.

54 Quomodo † autem debeant deponere teſtes ſuper fama contra hæreticum laborante, & de modo eos interrogandi, vltra ea, quæ ſcripſi ſupra, in titul.de indiciis & torturis, in materia famæ, vide Eymeric. in Directorio inquiſitorum, part.3. rubric.de forma examinandi teſtes ſuper fama, nu.79.& ſeq.& ibi Franciſcus Pegna in additionibus, Commentar.19.verſic.Ergo teſtes, fol.mihi 456.col.1.vbi quod teſtes deponentes ſuper fama debent ſui dicti ſufficientẽ rationem reddere, & nominare perſonas, à quibus audiuerunt, & verſ.Rurſus qui teſtes, vbi, quid ſi teſtes ſuper infamia deponentes, ſint diuerſi in tempore, aut in loco, aut in perſonis, à quibus audiuerunt, & verſic.Rurſus, qui teſtes, vbi, quid ſi teſtes ſuper infamia deponẽtes ſint diuerſi in tempore, aut in loco, aut in perſonis, à quibus audiuiſſe aſſerunt, & in verſ.Præterea, vbi, quid ſi ſunt diuerſi in cauſa ſcientiæ, & in verſic. Ad hæc, vbi, vtrum fama cenſeatur probata per teſtes dicentes, ſic publice dici audiuiſſe, & vide etiam eundem Eymeric.in eodem Directorio Inquiſitorum, dict.parte 3.rubr.de forma examinationis teſtium, nu.72.verſic. Interrogatus quid eſt fama, & ibi Franciſcus Pegna in additionibus, Comment.17.litera A.verſic.1. & 2.fol.mihi 449.col.2.

55 Regvla † ſit, quod ſola infamia ſeu diffamatiò ſufficit ad indicendam purgationem, text.eſt in cap.Inter ſollicitudines, extra, de purgatione Canonica, in illis verbis: Ipſum igitur ad te remittentes, vt ibi purgetur, vbi noſcitur infamatus, Gloſſ in cap.Excommunicamus, il primo, §.qui autem, in verbo, Suſpicione, in fine, extra, de hæreticis, & ibi hoc etiam adnotarunt Anton.de Butrio ante numer.1.in figuratione caſus, verſic.Si vero non conſtat de crimine, & num.42 verſic. Tertio nota, & Marian.Socin. num.64.in 25.notab. & voluit Martin.V.in ſua Cõſtitutione, edita de anno 1418. incip.Inter cunctas, relata per Pegnam in Director. Inquiſitor.inter literas Apoſtolicas fol.mihi 97.verſic.Et quæ de præmiſſis. Addentes ad Azzon.in ſumma, rubr. de hæreticis, litera C.in fine, verſic.Infamatus præterea, Roſella in ſumma, in verbo, Hæreticus, nu.13. ſumma Sylueſtrina in eodem verbo, Hæreticus, §.nu.10.verſic.Nonum, &c. Vmbert.Locat. in iudiciali inquiſitorum, in verbo, Diffamati, nu.3.ad finem, & in verbo, Inquiſitor, nu.34.verſic.Sed ſi non confitetur, Repertor. Inquiſitorum in verbo, Purgatio, verſic.Infamato de crimine hæreſis, & verſic. Accuſatus deficientibus probationibus, Campeg in additionibus in tract.de hæreticis, cap.11.lit.A.in verbo, Fama publica, verſic.Doctrinam hanc, vbi, quod ita ſeruatur in S.Inquiſitionis officio, Squillac.in tract.de fide Catholica, cap.31.n.1.verſic.Si vero non confiteatur, Oldrad.conſ.271. poſt nu.5. Eymeric in Directorio inquiſitor.part.3.rubr.de ſecundo modo finiendi proceſſum in cauſa fidei per purgationem Canonicam, nu.144.& ſeqq.vbi etiam ponit formam purgationis diffamato de hæreſi indicendæ, & ab eo faciendæ, & ibidem Franc.Pegn in addit.Comment.38.verſic. Et cum in omnib.fere crim.fol.mihi 512.col...in fine, & fol.514. col.1.etiam in fine, & idem Eymeric vbi ſupra, dicta parte 3. rubr.de ſeptimo modo, &c.num.181.& 182. vbi ponit etiam formam purgationis faciendæ à diffamato de hæreſi, & d.part.3.quæſt.57.nu.2.in prin. Menoch.de præſumptionibus, lib.1.quæſt.100.nu.5.in fine, vbi amplius, quod ſufficit ad abiurandum de leui, Sigiſmund. Scaccia in tract. de iudicio cauſar. ciuil. crimin. & hæretical.cap.95.nu.1.verſic.Si ſumus in crimine hæreſis, vbi idem dixit Lud. à Paramo de origine S.Inquiſitionis, libr.3.quæſt.4.rubr.de expeditione proceſſus in cauſis fidei, nu.2.Martin del Rio Ieſuita de diſquiſitionibus magicis, lib.5.ſect.13.verſic.Sed de infamia.

56 Amplia I. Propoſitam † regulam, vt infamia ſeu diffamatio ſufficiat ad inquirendum & procedendum in crimine hæreſis, ſecundum Geminian. in cap.vt officium, nu.2.verſic. Nota, quod in crimine hæreſis, & ante eum Ioan.Monac.nu.3.in verbo, Suſpectus, & poſt eum Franch. nu.1.de hæret.in 6. Zabarell.in Clementin.1.§.verum, il ſecundo, nu.5.de hæret. & ibi in addit. litera A. vbi etiam referuntur contrarium tenentes, Vmbert.Locat.in iudicial. inquiſitorum, in verbo, Procedere, nu.8. Repert.inquiſitorum in verbo, Accuſatio, verſic.Sed ponamus, quod nullus comparet, & ibi Quintilian.Mandoſ. in addit.litera O. vbi generaliter, quod fama ſuccedit loco accuſatoris, & ſufficit ad inquirendum, Zanchin in tract.de hæreticis, cap.11. nu.3. Eymeric.in Director.inquiſitorum, part.3.rub.de tertio modo procedendi, &c.nu.69.vbi ponit formam inquiſitionis formatæ ex præcedente fama, rub.de modo continuandi proceſſum per inquiſit. num.78.& ſeqq. vbi pariter ponit formã procedendi & inquirendi ex præcedente fama.

Quicquid † ſecus ſcripſerit Decian. in tract.crim.libr. 57
5.cap.56.num.8. vbi dixit, ex ſola fama non poſſe inquiri, præterquam contra relapſum, ex Caterio, quem allegat in tract.de hæreticis, nu.80. Qui tamen contrarium dicit probari in cap.Vt officio, in princ.de hæreticis, in 6.

Imo, quod † non præcedente diffamatione inquiri 58
non poſſit, dixi ſupra, quæſt.185.nu.48.& ſeqq. Hic repetere non eſt neceſſe.

Amplia II. Quia † diffamatio in crimine hære- 59
ſis ſi fuerit grauis, ſufficit etiam ad torturam, vt dixi ſupra, quæſt.185.nu.136. Hic repetere ſuperfluum eſt.

Amplia III. Vt † idem ſit in crimine Apoſtaſiæ, 60
ſola enim infamia, etiam quod non plene conſtet de Apoſtaſia, præſertim irregularitatis, ſeu Religionis, ſufficit ad indicendam Canonicam purgationem, & ſic eſt etiam remedium ad cogendum & compellendum clericum, & religioſum ad deferendum habitum, text.eſt apertus in cap.Tuæ, extra, de Apoſtatis, & ibi Gloſſ in figuratione caſus, in fine, verſic.Item infamatus ad purgationem cogi debet, Abb.antiqu ante nu.1.Hoſtienſ.nu.1.in verbo, Coercendi, verſic.Niſi auctoritate deficiente ſe purgauerint, debet dicere, Niſi probatione deficiente, & num.2. verſic.Sed etſi dubium ſit, & in verbo, Purgationem, & in verbo, Exhibere, Ioan. Andr n.1.in fine, in eodem verbo, Exhibere, Anton.de Butrio nu.3.in 3.notab. Abb.Siculus num.1.in 1.& 2.notab.vbi etiam de modo indicẽdi hanc purgationem, Marian.Socin.nu.1.in ſummario, & nu.2.vbi pariter ponit practicam indicendi hanc purgationem, de qua etiam per Ioa. de Anania ante num.1.in ſummario, & num.6.in tertio notabil.& num.7.& per Cardinal.Zabarell in ſummario, & num.1. verſic.Nota ſummarium, Diaz in pract.criminal.canonic.in verbo, Apoſtatæ, cap.mihi 111.num.2.in fine, verſic. Quæ pœnæ procedunt, Decian in tractat.crim.libr.5.cap.76. num.5.

Amplia IV. Vt † ſola infamia ſeu diffamatio iun- 61
ctis adminiculis, vtputa familiaritate cum hæreticis, ſufficiat non ſolum ad purgationem, ſed etiam inſimul ad abiurationem, vt per Eymeric. in Directorio inquiſitorum, part.3.rubr.de ſeptimo modo, &c.num.181.Purgatio enim iniungitur ratione infamiæ: Abiuratio autem ratione alterius ſuſpicionis, & num.183.vbi ponit formam abiurationis faciendæ per illum, qui eſt de hæreſi diffamatus inſimul, & ſuſpectus, Franciſc. Pegna in additionibus ad eundem Eymeric.vbi ſupra, in eod.Director.inquiſitorum, part.2.quæſt.57. Commentar.82.verſic.Purgatio vero, folio mihi 410.col.2. Et eſt text. in cap.Inter ſollicitudines, de purgatione Canonica, & alios refert Ludouic à Paramo de origine S.Inquiſitionis, lib.3.quæſt.4. rubr.de expeditione proceſſus in cauſis fidei, num.26.& ſeqq.

Amplia V. Vt † imo purgatio indicenda non ſit, 62
niſi cum reus publica laboret infamia, Simanch. Catholicarum Inſtitution.tit.56.rub.de purgatione Canonica, nu.6. & in Enchiridion violatæ religion.tit.54.ead.rub.de purgatione, nu.3. Verum contra hanc concluſionem faciunt quæ dixi infra, in purgationis materia, 194.nu.45. vbi probaui,

propter scandali timorem indici purgationem, & quæ dixi etiam *hac eadem quæst. supra, num. 43.* vbi probaui, ex vehementi suspicione pariter indici purgationem; Ergo non est verum, quod purgatio solum indicatur, cum reus publica laborat infamia, vt bene aduertit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, part. 2. Commentar. 14. ad cap. inter sollicitudines, de purgatione Canonica, versic. Est tamen purgatio, fol. mihi 121. col. 1.* Nec dissentit Gab. *consi. 160. nu. 6.* quem bene hanc materiam declarantem omnino videas *lib. 1.* Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 48. nu. 6.* vbi propterea dixit, quod si contra inquisitum nō adest nec infamia, nec probatio, absoluendus est: Si vero adest infamia, & probatio, cōdemnandus, si vero præcedat sola infamia, purgandus est, & *d. cap. 48. nu. 34.* vbi dixit, quod etiam non præcedente diffamatione poterit indici purgatio ei, contra quem apud Episcopum, & aliquos alios adest vehemēs suspicio hæresis, ex Archidiacono, quem allegat *in cap. omnibus, nu. 72. quæst. 4.* Nec dissentit Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, lib. 5. sect. 13. versic. Quare putat,* vbi dixit, etiam non præcedente diffamatione purgationem indici posse, si aliqua præcedit suspicio.

63 AMPLIA VI. Vt † diffamatio in crimine hæresis probetur etiam per testes inhabiles, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Diffamati, sub num. 3.* vbi licet primo loco dicere videatur, testes probantes infamiam debere esse bonæ, & honestæ famæ, contrarium tamen concludere videtur arguendo de maiori ad minus; nam si ad conuincendum, & condemnandum hæreticum de hæresi sufficiunt testes inhabiles, vt dixi *in sequ. quæst. num. 67.* multo magis debent sufficere ad probationem diffamationis, propter quam non nisi purgatio indicitur, Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part. 2. quæst. 57. nu. 2. versic. Nec refert.*

64 Contrarium, † & verius, vt diffamatio non probata per testes idoneos non sufficiat ad indicendam purgationem, ex Concilio Tholosano per eum allegato, defendit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Directorio Inquisitor. part. 2. quæst. 57. Comment. 82. lit. C. versic. Nec refert, fol. mihi 410. col. 2. in fine, iuncto versic. Et Eymericus, fol. 411. col. 1.* vbi tamen hanc contrariam negatiuam opinionem declarat duobus modis; *Primo,* vt licet diffamatio probata per testes inhabiles, non sufficiat ad purgationem, sufficiat tamen ad Inquisitionem; *Secundo,* quando testes inhabiles essent plures, quam duo, & deponerent verisimilia, quia tunc per illos probata infamia sufficeret etiam ad purgationem, vt ibi per eum, idem Pegna *in additionibus ad eundem Eymeric. vbi supra, in Director. inquisitor. part. 3. Comment. 19. versic. Duo autem testes, fol. mihi 456. col. 1.* vbi pariter dixit, quod testes probantes famam, debent esse omni exceptione maiores.

65 AMPLIA VII. Vt † testes duo probent, quem de hęresi diffamatum esse, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Diffamati, num.... versic. Ad probandum autem talem infamiam, & in verbo, Fama, nu. 2. in fin. versic. Nota etiam, & nu. 4. versic. Per quot autem testes,* Franciscus Pegna *in additionibus ad eundem Eymericum, in Director. inquisitorum, part. 3. Comment. 19. versic. Ex his primum colligo, fol. mihi 455. col. 2.* vbi aliis relatis testatur de Communi.

66 AMPLIA VIII. Vt † diffamatio hæretici satis dicatur probata, etiam quod de ea constet, non apud bonos & graues viros, sed apud infames, & viles, ex allegatis, per Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Diffamati, sub nu. 3.* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 11. versic. Vnum tamen singulariter notandum, & versic. sequen.* licet ibi hanc opinionem prima fronte duram videri affirmet; Eymeric. *in Directorio Inquisitor. part. 2. quæst. 57. num. 3.*

67 Contrarium, † quod fama non sufficit ad purgationem aliquam indicendam contra eum, qui de hæresi diffamatus reperitur apud infames, & viles personas, Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitorum, in verbo, Purgatio, num. 4.* Simanch *in adnotationibus ad Zanchinum, capit. 10.* vbi propterea reprobat Campegium *vbi supra* allegatum, contrarium tenentem, iuribusq; & rationibus per Campegium adductis respondet Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, par. 2. quæst. 57. Commen. 82. versic. Ad hanc respondemus ex Concilio Tholosano,* quem allegat *cap. 16. §. Illos autem, fol. mihi 410. colum. 2.* & sic etiam videtur de mente eiusdem Eymeric. *vbi supra, part. 3. rubric. de modo continuandi processum per Inquisitionem, num. 78. versic. Primo, in fine, & versic. Secundo, etiam in fine,* Decian. *in tract. crim. Com. lib. 5. cap. 48. nu. 55. in princip.* Gabr. *consil. 160. num. 5. libr. 1.* vbi de veriori & magis Communi Doctorum opinione.

AMPLIA IX. Vt † hæretici diffamatio diffamatum afficiat, etiam quod infamia ortum habuerit non ab amicis, sed ab æmulis, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Diffamati, nu. 3. ante fin. & in verbo, Fama, nu. 3. versic. In negotio autem fidei,* Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, part. 2. quæst. 57. nu. 4.* Et faciunt pro hac nona ampliatione scripta per Pet. Binsfeld. *in leg. final. C. de malef. & mathemat. in 6. indicio, versic. Quia fama debet originem habere, & in vers. seq. & vers. Sed aduertendum.* 68

Contrarium, quod † infamia non afficiat, si orta fuerit ab inimicis maleuolis, vel ab infamibus, & vilibus hominibus, tenuit Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo, Purgatio, nu. 4.* Simanch. *Catholicarum Institutionum tit. 56. rub. de purgatione Canonica, nu. 7.* vbi presertim, quādo apud bonos & graues viros alicuius æstimatio læsa non est, & *in Enchirid. violatæ religion. tit. 54. eadem rubr. de purgatione, nu. 4.* Oldrad. *cons. 210. num. 9.* Franc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Direct. inquisit. par. 2. quæst. 57. Commentar. 82. vers. Nec refert, & seq. fol. mihi 411. col. 1.* vbi testatur de Communi, eam tamen declarat, quando diffamatio & infamia ortum habuisset à pluribus ęmulis & maleuolis, ex verisimilibus causis producta, quia tunc etiam ad purgationē sufficiet, vt ibi per eum, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 48. num. 7.* vbi etiam reprobat Campegium, vbi *supra* allegatum, contrarium tenentē, & *nu. 9.* declarat, hanc contrariam opinionem non procedere, quando ex infamia etiam à maleuolis orta esset productum scandalum in populo, quia tunc adhuc indicenda est purgatio diffamato, arbitrio tamen iudicis, vt ibi per eum, Gabr. *consil. 160. nu. 5. libr. 1.* vbi de veriori & magis Communi Doctorum opinione. 69

LIMITA I. Propositam † regulam, vt diffamatio contra hęreticum sufficiat ad purgationem, dummodo ortum habuerit ex probabilibus & verisimilibus causis, alias secus, Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part. 2. quæst. 57. nu. 4. & ibi* Francisc. Pegna *in additionibus, Commentar. 82. vers. Et Eymer. in fin. fol. mihi 411. col. 1.* Gab. *cons. 160. nu. 5. lib. 1.* Vmb. Loc *in iud. inqu. in verbo, Purgat. n. 4.* 70

LIMITA II. Vt sola † publica infamia, quod quis sit hæreticus, non sufficiat ad indicendam purgationē, quando talis infamia habet pro non delicto aliquam contrariam præsumptionem, Repert. Inquisitorum *in verbo, Purgatio, versic. Non indicitur purgatio.* 71

LIMITA III. Quia † nō quælibet infamia ad purgationem indicendam sufficit, sed illa tantum, quæ publica sit, grauis & vehemens, *cap. Inter sollicitudines, versic. Attendentes ibi vulgatam infamiam, extra, de purgatione Canonica, & ibi* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Directorio inquisitorum, part. 2. Comment. 14. versic. Est autem purgatio, fol. mihi 121. col. 1.* Gabr. *consil. 160. nu. 4. & seq. lib. 1.* vbi, quod infamia, vt sufficiat ad purgationem, debet esse publica, non solum penes multos & graues viros, sed etiam penes maiorem partem grauium virorum Parochiæ aut viciniæ, aut saltim illorum, ad quos spectat de ea re scire, quive id, de quo quæritur, verisimili- 72

militer ignorare non debent, imo neque sufficit, vt infamia sit penes multos & graues viros, nisi etiam originé traxerit ex iusta causa, & à viris fide dignis, vt *ibi* per eum, qui testatur de magis Communi Doctorum opinione, idem Franciscus Pegna *in additionibus ad eundem Eymericum, vbi supra, in Director. inquisitorum, parte 3. rub. de secundo modo finiendi processum, &c. Comment. 38. versic. Sed quaeret quispiam, folio mihi 515. colum. 2.* vbi bene declarat, quando & quot modis infamia dicatur grauis & vehemens, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 48. nu. 8.* vbi dixit, quod licet ad purgationem indicendam requiratur infamia vehemens, nõ tamen debet esse tam vehemens, vt transeat in notorium, quia tunc non purgatione, sed condemnatione opus est, & *num. 7. & 9.* vbi, quod infamia debet habere ortum à viris fide dignis, & non à maleuolis, nisi ex ea oriretur scandalum in populo, quia tunc etiam orta à maleuolis sufficit ad purgationem, (de quo particulariter vide, quæ dixi *supra, hac eadem qu. num. 68.* vbi generaliter posui, an probet infamia à maleuolis orta, & *infra, quæst. 149. nu. 45.* vbi generaliter posui, an, & quando propter scandalum purgatio indicẽda sit) & *nu. 45.* vbi, quod ex leui diffamatione non debet indici purgatio.

ARGVMENTVM.

De confessione in crimine hæresis.

SVMMARIA.

Confessio in crimine hæresis, sicut & in aliis criminibus, ad condemnandum sufficit, nu. 73.

Confessio generalis dubia & incerta non sufficit ad condemnandum in crimine hæresis, nu. 74.

Confessio in crimine hæresis reuocari potest, etiam non docto de errore, & non allegata probabili causa erroris, nu. 75. & 76. vbi ampliatur hæc conclusio, etiam quod fuerit acceptata ab accusatore, vel à Fisco.

Confessio emanata in tortura in crimine hæresis ad condemnandum non sufficit, nisi fuerit ratificata, nu. 77.

QVÆST. CLXXXVII. §. VI.

73 CONFESSIONIS † materiam latè explicaui *supr. in tit. de reo confesso & conuicto*, hoc ideo hic multum insistere non est necessarium; REGVLA tamen sit, quod in crimine hæresis, sicut in aliis criminibus, confessio ad condemnandum sufficiat, in specie voluerũt Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 13. rubr. de confessis, num. 1.* vbi plura adducit, & *in Enchiridion violata religion. tit. 99. eadem rub. de confessis, num. 1.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, capit. 12. num. 1. in fine, versic. Tertio modo*, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 2. nu. 255. & seqq.* vbi pluribus hanc exornat conclusionem, Mascard. *de probationibus, libr. 2. conclus. 859. nu. 1. seqq.* vbi alios refert concordantes, & pluribus hanc exornat conclusionem, Ludouic. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib. 1. tit. 2. cap. 3. nu. 9. & seqq. & libr. 3. quæst. 4. rub. de forma & ordine iudiciario S. Officij, nu. 47. & quæst. 6. num. 80. & sequentibus*, Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus Magicis, libr. 5. sect. 11.* vbi etiam ponit, quæ requirantur ad hoc, vt ex confessione in hoc crimine reus condemnari possit.

74 LIMITA I. Hanc † regulam, nisi confessio fuerit generalis, dubia, & incerta; Tunc enim non sufficit ad condemnandum in crimine hæresis, secundum Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 13. rubr. de confessis*, vbi ponit exemplum in eo, qui simpliciter fatetur, se hæreticum, nõ declarans, quibus sit hæresibus infectus, & *nu. 4.* vbi declarat, nisi confessio generalis posset haberi pro speciali, præsertim si esset relata ad alia, ex quibus certa redderetur, & ponit exemplum in eo, qui fatetur, se esse Lutheranum, credereque ea omnia, quæ Lutherus docuit, quia tunc sic confitẽs potest damnari, vt hæreticus, vt *ibi* per eum, & *in Enchiridion violata religionis, titul. 29. eadem rubr. de confessis, nu. 2.* Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis, parte 2. num. 268.* Decian *in tractat. crimin. libr. 5. cap. 35. nu. 19.* vbi pluribus probat, non valere confessionem incertam, & in genere emanatam, quod scilicet quis sit hæreticus, nisi etiam exprimantur à confitente particulares errores, & hæreses, quas tenuit, cum possit esse, quod is crediderit esse hæresim, & non sit.

LIMITA II. Quia † confessio potest reuocari etiam non docto de errore, & non allegata probabili causa erroris, sicut enim in sancto Inquisitionis officio seruari testatur Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 13. rub. de confessis, nu. 13. & 14. in Enchiridion violat. religion. tit. 29. eadem rub. de confessis, nnm. 6.* vbi tamen præsupponit constare de errore, & *tit. 52. rubr. de tormentis, num. 43. & sequentibus*, Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis, parte 2. nu. 260. & seqq.* vbi, quod confessio hæretici incõtinenti, & in præsentia iudicis reuocari potest, etiam non probato errore, probato autem errore etiam deliberata, & iurata quandocunque reuocari potest. Et licet Didac. Canter *in quæst. crimin. rubr. de hæreticis, &c. capit. 1. num. 70.* teneat, eum, qui etiam ex interuallo confessus est, non posse tradi Curiæ seculari, si cõfessionem suam reuocauit, licet de errore non doceat, ea motus ratione, quia negari non potest, quin per hanc reuocationẽ aliquid diminuatur de fide confessionis, nisi saltim cõstaret ex coniecturis, quod confessio fuerit reuocata ex malitia. Ego tamen crederem isto casu, etiam quod reuocatio fuerit facta ante reconciliationem, hunc, qui suam confessionem, præsertim sponte factam, non docto de errore reuocat, posse tutè Curiæ seculari relaxari, & non docto de errore semper in sic reuocante præsumerem dolum, & malitiam, ad effectum effugiendi condemnationem in formam ordinariam, & si aliter diceremus, omnibus hæresim confitentibus esset aperta via pœnam debitam effugiendi, quia omnes sic reuocarent suam confessionem, & pro hac sententia adest decisio Triuisani 31. *lib. 2.* vbi amplius dicit, in pœnitentiam vocari eum, qui confessionem iam factam reuocat non docto de errore. 75

Et † rursus eadem hæretici confessio reuocari potest, etiam quod fuerit acceptata ab accusatore, vel à Fisco, vt per Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 13. rabr. de confessis, nu. 21. & 30.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, parte 2. nu. 262.* quod intellige, probato errore. 76

LIMITA III. Quia † si confessio emanauit in tortura, nec pariter ad condemnandum sufficit, nisi fuerit ratificata, vt dixi *supra, quæst. 184. num. 150.* Hic repetere superfluum est. 77

ARGVMENTVM.

De testibus communia.

SVMMARIA.

Hæresis crimen testibus probatur, sicut probantur alia crimina, num. 1.

Testes in crimine hæresis cogi & compelli possunt ad se examinandum, non obstante quocunq; eorum priuilegio, nu. 2.

Testes recusantes se examinari in causa hæresis, suspecti de hæresi reputantur, possuntque puniri tanquam fautores hæreticorum, nu. 3. Nisi sic recusarent propter affinitatem, vel consanguinitatem, vel propter amicitiam, dict. nu. 3.

Testes in causa hæresis existentes in vna Diœcesi citari, & vocari possunt ad aliam ab Inquisitore infra terminos suæ iurisdictionis, non obstante constitutione de duabus Dietis, num. 4. vbi ampliatur hæc conclusio duobus modis; Primo, vt procedat etiam in Episcopis; Secundo, vt nec etiam Inquisitor requirens Episcopum, vt transmittat testes, teneatur requisito transmittere processum.

Declara vt ibidem.

QVÆST. CLXXXVIII. §. V.

1 REGVLA † sit, testibus hæresis crimen probari, & de hoc nulla est dubitatio, & probat text. in *cap. Vt officium, §. verum, in princip.* & in *capit. Accusatus, §. licet, de hæreticis, in 6.* & in *cap. Cum ad sedem, §. nos prioris,* vbi Glossa *de testibus,* & in specie voluit Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 12. n. 1. versic. Secundo modo,* Mascar. qui alios plures refert concordantes, *de probationibus, libr. 2. conclus. 855. num. 1.* vbi, quod nullus est, qui dissentiat; Hieronym. Cæuall. *in commun. contra commun. quæst. 271. nu. 1. in principio.*

2 AMPLIA I. Propositam † regulam, vt in crimine hæresis testes cogi & compelli possint ad se examinandum, non obstante quocunque eorum priuilegio, secundum Archidiacon. *in cap. vt officium, num. 9. versic. Et quando agitur,* & ibi etiam Ioan. Andr. *post num. 2.* Geminian *in §. verum, nu. 7.* & Franch. *in §. denique, num. 2. de hæreticis, in 6.* Ioan. Monach. *in cap. final. nu. 2. versic. Sed quare, de hæreticis, in 6.* & ibi etiam Ioan. Andr. *num. 1. in verbo, Secretè,* & Geminian. *in §. iubemus, post nu. 5.* extat Extrauagans Ioannis XXII. edita de anno 1318. *incip. Gloriosam, versic. Testes autem,* relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, *folio mihi 79.* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de his, quæ pertinent ad exequutionem officij, sub nu. 11.* summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §. 2. num. 7. versic. Quintum, si testes,* Ioan. à Rojas *singular. 42.* vbi præsertim, quod consanguinei cogi possunt ad ferendũ testimonium contra suum consanguineum hæreticum, & *singular. 196.* & *singular. 70.* vbi de cogendo fratrem, ad testificandum contra fratrem in crimine hæresis, Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Testes, versic. Est tamen speciale,* vbi etiam, quod in hoc crimine potest cogi frater contra fratrem, ad ferendum testimonium, & *in versic. An si testes recusant,* & ibi Quintilian. Mandos. *in additionibus, litera R.* Simanch. *Catholicarum Institutionum tit. 64. rub. de testibus, nu. 12. & 13.* vbi tamen declarat, quod egregia persona rogari potius quam compelli videtur, & *in Enchiridion violatæ religionis, tit. 35. eadem rub. de testibus, num. 7.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 13. num. 9.* & ibi Campeg. *in additionibus, liter. C. in verbo, Cogi poterit,* Squillacen. *in tract. de fide Catholica, cap. 36. nu. 1.* Conrad. *in pract. rubr. de hæreticis, nu. 11. post principium,* Eymeric. *in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 62. nu. 1. & sequentibus,* vbi amplius, quod cogi possunt ad se examinandum, non solum semel, sed pluries, præsertim si obscure deposuerũt, vt eorum depositiones declarent, & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Comment. 111. fol. mihi 649. & sequ.* Declan. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 35. nu. 13. & num. 35.* vbi ampliat etiam in egregiis personis, Mascard. *de probationibus, libr. 2. conclus. 857. nu. 16.* vbi de cogendis testibus consanguineis, & *nu. 22. & sequentibus,* vbi de cogendis testibus familiaribus & domesticis, Dixi etiam *supra, in tract. de testibus, quæstion. 54. num. 111.* vbi de fratre cogendo ad se examinandum contra fratrem, & *quæst. 55. num. 94. & sequ.* vbi de vxore contra maritum, de filio contra patrem, aliisque familiaribus & domesticis, & *quæst. 78. num. 12.* Ludouic. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib. 3. quæst. 4. rubr. de forma & ordine iudiciario S. officij, nu. 21.* Mont. Marant. *in pract. Archiepiscop. cap. 84. nu. 3. versic. His stantibus, in fine,* vbi dixit, quod si testes examinati subterfugiunt repetitionem, excommunicantur, vt ad se repetendum veniant.

3 AMPLIA I. Præcedentem † primam ampliationem, vt imo testis recusans in causa hæresis se examini subiicere, suspectus reputetur, & tanquam fautor & celator hæreticorum haberi, & puniri potest, ex allegatis per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 62. Commentar. 111. versic. Sed opportune hic quæritur, & seqq. fol. mihi 649. colum. 2.* vbi tamen declarat, nisi quis citaretur ad testificandũ contra affines, vel consanguineos, vel etiam amicissimos; Tunc enim licet propter inobedientiam puniri possit; non tamen de hæresi suspectus habendus est.

4 AMPLIA rursus † hanc primam ampliationem, vt testes in causa hæresis non solum possint cogi ad se examinandum, sed etiam existentes in vna Diœcesi citari, & vocari ad aliam ab Inquisitore infra terminos suæ iurisdictionis, non obstante constitutione de duabus dietis; de qua *in cap. Nonnulli, de rescriptis;* & *in cap. statutum,*

eodem

eodem tit. in 6. prout est tex. in cap. vt officium, §. Denique, & ibi Communiter notant omnes Canonistæ, de hæreticis, in 6. & voluerunt Simanch. Catholicarum Institutionum, tit. 34. rub. de Inquisitoribus Apostolicis, num. 24. Repert. Inquisitorum in verbo, Dicta, Ioan. à Rojas sing. 95. Eymeric. in Directorio Inquisitorum, part. 3. quæst. 74. & ibi Franciscus Pegna in additionibus, Commentar. 123. folio mihi 678. colum. 1. & 2. vbi ampliat hanc conclusionem duobus modis. Primo, vt procedat etiam in Episcopis. Secundo, vt nec etiam Inquisitor requirens Episcopum, vt transmittat testes, teneatur requisito Episcopo transmittere processum, & declarat vno modo, videlicet in egregiis personis, & viris Illustribus, & Monialibus, & aliis honestis fœminis, quas cum non deceat facile in iudicium trahere, idcirco vrbanius & modestius est, vt vel iudices adeos eant, vel alteri examen committant, idem Pegna in additionibus ad eundem Eymericum, vbi supra, in Directorio inquisitorum dicta par. 3. quæst. 70. Commentar. 119. litera B. folio mihi 664. col. 1.

5 AMPLIA II. Hanc † principaliter propositam regulã, vt in crimine hæresis testes examinentur, etiam post eorum publicationem, & dudicita testificata, secundum Ioan. Andr. in cap. Vt officium, post nu. 2. versic. Possunt etiam aliprecium, & ibi Geminian. in §. Verum, num. 7. versic. Sed publicatis attestationibus, de hæreticis, in 6. Ioan. Andr. in c. Per tuas, sub nu. 2. in verbo, Veritas, eodem tit. de hæreticis, in 6. & ibi etiam Geminian. in §. Verum, nu. 5. summa Syluestrina in verbo Hæreticus, §. 2. nu. 7. in fine, versic. Septimum post publicationem, Ioan. à Rojas cum allegatis per eum singul. 22. & sing. 202. Simanch. Catholicarum Institutionum tit. 64. rubr. de testibus, num. 52. & sequ. Squillacens. in tractat. de fide Catholica, cap. 36. nu. 1. versic. Quinimo post publicatas attestationes, Petr. Conrad. rubr. de hæreticis, num. 21. in princip. Franciscus Pegna in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum part. 3. quæst. 62. Commentar. 111. versic. Iam quod de examinandis, folio mihi 650. colum. 2. Decian. in tractat. crim. libr. 5. cap. 20. num. 25. Mascard. de probationibus, libr. 2. conclus. 857. num. 37. vbi de communi, & dixi iterum hac de re supra in tract. de testibus, quæst. 75. nu. 409. & sequ.

6 LIMITA † hanc secundam ampliationẽ, dummodo in causa Inquisitionis procedatur ex officio iudicis, secus, si ad partis instantiam, si credendum est Repert. Inquisitorum in verbo, Testes, versic. Item in causa inquisitionis, & vers. seq. ex Innocentio, Ioan. Andrea & Archidiacono in locis per eum relatis, qui, ni fallor, non loquuntur in crimine hæresis, sed in aliis criminibus, ideo dubito de hac declaratione, quia si vera esset, nulla in hoc esset specialitas, propter criminis enormitatem, cum, vt suo loco dixi, in tract. de testibus, iudice procedente ex officio, testes semper possent examinari post publicationem.

7 AMPLIA III. Vt † in crimine hæresis, & in causis hæreticalibus non publicentur nomina testium, & accusatorum, tex. est expressus, & ibi Communiter notant omnes, in cap. final. §. Iubemus, de hæreticis, in 6. Ioan. Calderin. in tract. de hæreticis, rub. de materia processuum Inquisitionis, num. 1. summa Rosella in verbo, Hæreticus, num. 48. Syluestrina in summa, in eodem verbo, Hæreticus, §. 2. nu. 10. versic. Secundum, quando accusatores, vel testes, Vmbert. Locat. in iudicial. inquisitorum, in verbo, Aduocatus, num. 1. & in verbo, Defensiones, sub num. 1. versic. Quando vero crimen, & in verbo, Publicatio, nu. 1. & in verbo, Testis, nu. 93. & 94. & post iudicial. inquisitorum inter decreta sancti officij, fol. mihi 476. refert decretum Illustrissimorum Cardinalium Inquisitionis Generalis, factum in ordinaria congregatione, sub die 14. Maii 1566. quo cauetur, dari nuda testium dicta absque nominum publicatione, aliarumque circumstantiarum, propter quas posset deueniri ad ipsorum testium notitiam, nec non responsiones testium factas interrogatoriis rei pariter dandas non esse, si ex illarum publicatione deueniretur in notitiam, quinam fuerint testes ipsi, Repertor. Inquisitorum in verbo, Accusatio, versic. Sed an accusatorum nomina, & in verbo, Nomina, versic. Nunc videndum est, Simanch. Catholicarum institutionum tit. 64. rubr. de testibus, num. 26. & sequenti, vbi pariter ampliat, quod nec sunt publicandæ circumstantiæ, ex quibus reus possit venire in cognitionem testium, & in Enchiridion violatæ religionis, titul. 35. rubr. de testibus, num. 13. & num. 16. vbi propterea infert, in causa hæresis testes non esse confrontandos, Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 9. num. 6. versic. Si tamen inquireus, vbi propterea dixit, quod Inquisitor debet Inquisitum interrogare, & ab eo perquirere, quos habeat testes suspectos, & ibi Campeg. in additionibus, numer. 7. versic. Amplius si timetur, Gundisaluu. in tract. de hæreticis, quæst. 10. num. 4. & quæst. 14. num. 1. Boss. in tit. de hæreticis, num. 8. Eymeric. in Directorio inquisitorum, parte 3. quæstion. 75. num. 1. & ibi Franciscus Pegna in additionibus, Comment. 124. versic. Primo, & seqq. folio mihi 679. vbi & hanc probat conclusionem ex rescripto Innocentii IV. & Vrbani IV. ex Concilio Biterrensi, & Narbonensi, nec non etiam in Hispania ex quadam instructione Hispalensi, & folio 680. colum. 1. versic. Quod de nominibus testium, vbi ampliat, quod nec etiam sunt publicanda cognomina ipsorum testium, etiam si instanti & postulanti delato; Rescriptum autem, seu Constitutionem Vrbani, editam de anno 1261. incip. Licet ex omnibus, in versic. Quid si testibus, reperies registratam per Franciscum Pegnam post Directorium Inquisitorum inter literas Apostolicas, folio mihi 52. & sequentibus, quibus adde etiam Constitutionem Pii IV. editam de anno 1561. incip. Cum sicut, relatam per Pegnam vbi supra, fol. mihi 162. Adde ad præmissa eundem Eymeric. vbi supra, in eodem Directorio inquisitorum, dicta part. 3. num. 119. vbi ponit sex modos tradendi copiam depositionis testium Inquisitorum de hæresi, suppressis eorundem testium, seu delatorum nominibus, ad effectum, vt per huiusmodi suppressionem non afferatur aliquod præiudicium ipsi Inquisito. & ibi vide bene declarantem Franciscum Pegnam in additionibus, Commentar. 29. folio mihi 484. & sequenti, Decian. in tract. crimin. libr. 5. cap. 35. num. 16. & capit. 20. numer. 13. & cap. 34. num. 2. Ioan. à Rojas singular. 207. Læl. Zech. in summa, part. 1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11. nu. 14. versic. Id quoque, vbi amplius dixit, mortaliter peccare Inquisitorem, qui nomina testium ac denunciantium, vel circumstantias eorum depositionis publicat.

AMPLIA † rursus hanc tertiam ampliationẽ, quia 8
Inquisito de hæresi non solum non sunt publicanda nomina testium, & accusatoris, sed nec etiam circumstantiæ depositionis eorum, quibus idem Inquisitus possit deuenire in cognitionem dictorum testium; Sic enim cauetur in Constitutione Pii IV. relata in præcedenti numero, in qua propterea statuitur, quod testium dicta truncata & secreta dentur. sic etiam sentiunt omnes fere Doctores præallegati, & in specie Franciscus Pegna in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 75. Commentar. 124. versic. In his concilijs, folio mihi 679. colum. 2. & folio 680. col. 1. versic. Quod si quæras, & sequentibus, vbi arbitrio Inquisitorum relinquit, quænam sint istæ circumstantiæ, ex quibus delatus possit venire in cognitionem testium, & præsertim, an instanti & petenti delato sit exprimendus locus & tempus commissi criminis, de quo etiam eundem Franciscum Pegnam in additionibus ad eundem Eymericum, vbi supra, in eodem Directorio Inquisitorum, dicta parte 3. rubric. de modis sex tradendi copiam processus, &c. Commentar. 29. versic. Et propterea, folio mihi 484. col. 1. & dixi hac de re iterum supra, in tract. de testibus, quæst. 39. num. 86. & sequentibus.

9 LIMITA, † Eandem tertiam ampliationem procedere, dummodo ex publicatione nominum testium, & accusatorum, oriatur aliquod periculum personæ, aut bonorum ipsorum testium, & accusatorum, seu eorum consanguineorum, propter potentiam inquisiti hæretici; Sic enim in casu periculi propter potentiam inquisiti hæretici loqui videntur omnes ferè præallegati Doctores, alias secus; Et sic declarat Text. *in dict. cap. final. §. iubemus, & §. cessante, de hæreticis, in 6.* vbi ad literam dicitur: *Cessante vero periculo supradicto, accusatorum & testium nomina, prout in aliis fit iudiciis, publicentur,* & ibi hoc adnotarunt Gloss. *in figuratione casus, versic. Aut imminet periculum, & versic. Si autem Episcopus, & in verbo, Statuta, in princ. versic. In secunda,* Ioan. Monach. *etiam in princ. in verbo, Iubemus, & nu. 4. in verbo, Cessante,* Ioan. And. *num. 1. in verbo, Secrete,* Geminian *in summario, & in §. iubemus, in princ. & nu. 3. versic. Nota, quod in causa hæresis, & num. 5. versic. Quaro non publicantur nomina testium, & in §. Et vt, nu. 4. versic. Nota, quod vbi non timetur periculum, & versic. Quare textus dicit cessante periculo,* & Franch. *in §. iubemus, num. 1.* qui fere omnes Doctores dicunt, hoc esse speciale in crimine hæresis, cum in aliis iudiciis criminalibus publicanda sint nomina testium, & accusatorum, etiam quod propter potentiam inquisiti de eorũ periculo timeatur, de quo dixi *in tit. de indiciis & tortura, quæst. 39. nu. 86. & seq.* Ioan. Calderin. *in titul. de hæreticis, rub. de materia processuum Inquisitionis, num. 1. versic. Cessante periculo supradicto, & nu. 7. in princip.* summa Rosella *in verbo, Hæreticus, num. 48.* Syluestrina *in summa, in eodem verbo, Hæreticus, §. 2. num. 10. versic. Cessante tamen periculo supradicto,* Vmbert. Locat *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Aduocatus, nu. 1.* vbi bene declarat, quando dicatur imminere periculum accusatoris, & testium, propter potentiam Inquisiti, & quomodo consideretur ista potentia, & *in verbo, Defensionis, post num. 1. sub versic. Quando vero crimen,* vbi idem dixit, & *in verbo, Potentia, nu. 1.* & *in verbo, Testis, nu. 93.* Repertor. inquisitorum *in verbo, Nomina, versicul. Nunc videndum est,* Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap. 27. num. 6.* Caret. *in tractat. de hæreticis, num. 122.* Conrad. *in practic. rubric. de hæreticis, num. 11. versic. Item quod publicatio testium,* Paris. *consil. 2. num. 156. & sequentibus, & num. 159. & sequentibus. libr. 4.* Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, parte 3. quæst. 75. nu. 2. & eadem part. 3. rubr. de defensionibus reorum, versic. Primo, in fine, & versic. Vbi autem non videatur tale periculum.*

10 SVBLIMITA † præcedentem limitationem, quia ad hoc, vt nomina testium & accusatorum non publicentur in crimine hæresis, non sufficit qualequale periculum, sed requiritur graue, prout videtur probari *in dicto cap. final. de hæreticis, in 6. in verbo, Graue periculum,* vbi ponit exemplum, quando timetur mors, vel detruncatio testium, & accusatoris, vel eorum filiorum, aut parentum, vel deuastatio substantiæ ipsorum, & his similia. Archidiacon. *in fine principij, in verbo, Graue,* Ioan. Andr. *ante num. 1. in eodem verbo, Graue,* & Geminian. *in §. iubemus, num. 4.* Eymeric *in Directorio Inquisitorum, parte 3. quæst. 75. num. 3. & 4.* vbi idem dicit, quod scilicet graue periculum oriatur ex timore mortis, vel detruncationis ipsorum testium, vel filiorum, aut parentum, vel deuastationis substantiæ, & his similia, & amplius declarat, Inquisiti potentiam posse tribus modis considerari. *Primo,* scilicet ratione generis, vel familiæ. *Secundo,* ratione diuitiarum, & pecuniæ. *Tertio,* ratione malitiæ, & subdit amplius, quod rarissime est, quin testibus graue periculum immineat, si eorum depositiones dictis publicentur, & de hac triplici specie potentiæ vide eundem Eymericum *vbi supra, in eodem Directorio Inquisitorum, dicta part. 3. rubr. de defensione reorum, num. 117. versic. Intelligas hic potentiam, & versic. sequen.* vbi propterea concludit, quod in publicatione nominum testium multum attendenda est delati conditio, an scilicet sit malitiosus, vel simplex, pauper, vel diues, & an habens societatem hominum peruersorum, vel p. coorum, & his similia.

Et † an periculum sit graue, vel non sit, iudicum 11 scientiæ, & arbitrio relinquitur, *dict. cap. final. §. cæterum, de hæreticis, in 6.* & ibi hoc præsertim adnotarunt Archidiacon. *colum. 1. in fine, in verbo, Cæterum onerantes,* Ioan. Andr. *post num. 1. in verbo, Onerantes,* & Geminian. *in §. Cæterum, numer. 1.* Repertor. inquisitorum *in verbo, Nomina, versic. Nunc videndum est,* Eymeric. *in Director. Inquisitorum, parte 2. quæst. 76.* & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 125. folio mihi 681. col. 1.* vbi de materia.

SVBLIMITA † rursus eandem limitationem, quia 12 quicquid sit de iure, contrarium de consuetudine seruatur in Sancto Inquisitionis officio, vt scilicet indistincte etiam, vbi non adest potentia Inquisiti, non dentur, nec publicentur nomina testium, & accusatoris, prout testatur in Repertorio Inquisitorum, *in verbo, Nomina, versicul. Nunc videndum,* & hanc consuetudinem fundatam asserit in quadam extrauaganti Innocentii, cuius tenorem ibi refert, quam etiam refert Simanch. *in Enchiridion violatæ religionis, tit. 35. rubr. de testibus, num. 14. & 15.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, parte 3. quæstion. 75. Commentar. 124. versic. Tametsi vero. & seqq. folio mihi 679. colum. 1. in fine,* vbi testatur de eadem consuetudine, & quod etiam ita statutum est ex Constitutione Pii IV. & *fol. 680. col. 1. versic. Atque ex his,* vbi reprobat Parisium contrarium tenentem *in loco præallegato,* quod & idem voluit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in eodem Directorio inquisitorum, dicta parte 3. rubr. de defensionibus reorum, Comment. 28. litera A. versic. Vbi autem, fol. mihi 48. col. 1. in fine,* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, parte 2. nu. 98.* Ludouic. à Paramo *de origine S. inquisitionis, libr. 3. quæst. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei, num. 48. & seqq.* vbi ita vsu & communi stylo receptum esse testatur, & ita in supremo Vrbis, & totius Christianæ Religionis Generalis & Sanctæ Inquisitionis Tribunali seruari regulariter, dubitandum non est.

LIMITA † rursus dictam tertiam ampliationem, 13 quia licet in crimine hæresis nomina testium & accusatorum, non sint publicanda, debet tamen Episcopus Inquisitori, & inquisitor Episcopo, seu eius Vicario, in absentia Episcopi, & etiam aliquibus prouidis, & honestis iurisperitis, sub præcepto silentii, & pœna excommunicationis, quoad iuris peritos, dicta nomina publicare, prout docet textus *in dict. capit. final. sub §. iubemus, & in §. Et vt eorum, de hæreticis, in 6.* & ibi Gloss. *in figuratione casus, versic. Aut imminet periculum, & versic. Sed ponamus, & in verbo, Absente,* Ioann. Monach *in principio, versic. Et tunc Episcopus, & num. 2. in fine, versic. Vel dic, vbi periculum,* Geminian. *in §. Et vt, num. 1. & seqq.* & Franch. *in §. iubemus, nu. 1. in 2. notabil. & num. 3. in 5. notabil.* summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §. 2. sub nu. 10. versic. Secundum, quando accusatores,* Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, quæst. 14. num. 1.*

AMPLIA IV. Et † principaliter propositam regulam, 14 vt in crimine hæresis, quando testes examinantur, non admittantur interrogatoria rei inquisiti; & propterea inquisitores diligenter perscrutari debent testium fidem, illosque interrogare de vita, & moribus, de loco, tempore, & personis, ac etiam de omnibus aliis, ex quibus conijci possit, an testis dicat vel non dicat veritatem, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 64. rub. de testibus, nu. 10. & in Enchiridion tit. 35. rubr. de testibus, num. 3. & 4.*

Vide tamen Montemarant. *in sua pract. Archiepiscopali, cap. 84. nu. 3. versic. Quarto loco, & versic. Item his stantibus,* vbi

vbi non solum admittit interrogatoria danda pro parte inquisiti, sed etiam vult, ipsum citari debere ad dandum interrogatoria in repetitione testium, & quod super dictis interrogatoriis primo sunt interrogandi testes, & postea examinandi super capitibus datis à fisco, absque eo, quod ipsis legatur prima depositio, quod & idem affirmauit Pegna *in sua practic. seu instructione ad Inquisitores, lib. 2. cap. 28. & melius cap. 31.* vbi amplius ponit formam interrogatoriorum pro parte inquisiti dandorum, & hæc contraria sententia indistincte seruatur in supremo Vrbis, totiusque Christianæ Reipublicæ generalis & S. Inquisitionis Tribunali.

De forma examinandi & interrogandi testes, vide Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, fol. mihi* 482. *& folio* 485. vbi ponit formam confrontandi testes cum inquisito, (de quo vltimo vide latius per Ambrosin. *in sua pract.* & per Cartar. *in pract. interrogandorum reorum*, & dixi *infra hac eadem quæst. num. 28.*) Repertor. Inquisitor. *in verbo, Examinatio testium, versic. Quantum ad secundum*, & *in versic. Item nota formam, & seqq.* Eymeric. *in Directorio inquisitor. part. 3. rub. de forma examinationis testium, nu. 72. & ibi* Francisc. Pegna *in additionibus, Commentar. 17. fol. mihi* 449. Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, par. 2. nu. 36. & seqq.* Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap. 87. nu. 18.*

15 AMPLIA V. Vt † in crimine hæresis examinentur testes etiam lite non contestata, vt in Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Testes, versic. Nota, quod cum causa est mere spiritualis*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 64. rubric. de testibus, nu. 15. & in Enchiridion violatæ religion. tit. 35. eadem rub. de testibus, nu. 8.* Arnald. Albert. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 34. num. 17. iuncto nu. 25. & seqq.* vbi tamen videtur tenere, quod licet in crimine hęresis, lite non contestata, possint recipi testes pro informatione curiæ, non tamen probant, nisi iterum examinati & repetiti post litem contestatam, vt dicam *infra*, & sic secundum eum nulla erit differentia, aut specialitas, inter crimen hæresis & alia crimina; Addo pro hac eadem conclusione Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 2. Comment. 19. ad cap. veritatis, de dolo & contumacia, fol. mihi* 330. *col. 2.* vbi etiam, quid operentur testes in crimine hæresis sic recepti, lite non contestata, dicitque, quod ad inquirendum iuuabunt; deinde repetiti indicium facient, & demum, si fuerint integri, & omni exceptione maiores, ad conuincendum & condemnandum sufficient, & sic etiam ipse videtur concludere, nullam in hoc esse specialitatem in crimine hæresis, cum, vt dixi, etiam in aliis criminibus testes recepti lite non contestata, si postea fuerint repetiti, probant.

16 AMPLIA VI. Vt † in crimine hæresis possit quis esse accusator & testis, vt dixi *supra, quæst. 185. nu. 32.* Hic repetere non est necesse.

17 AMPLIA VII. Vt † in crimine hæresis contra clericum hæreticum fauore fidei admittantur etiam laici, *cap. Oues, & cap. Sacerdotes, in fine, 2. quæst. 7.* cum aliis per Ioan. à Rojas *singular. 118. nu. 2.*

18 AMPLIA VIII. Quia † in crimine hæresis testes de auditu ab hæretico, & ex eius ore profluentem aliquam hæreticalem propositionem deponentes, dubium non est, quod plene probant, & in specie aduertit Simanch. *in Enchiridion violatæ religion. titul. 35. rub. de testibus, num. 19. & sequenti.*

19 LIMITA I. Propositam † regulam, quia in causa hæresis, quicquid sit in aliis criminibus, speciale est, vt testium examen alteri committi non possit, sed iudex omnino per seipsum illos examinare tenetur, vt in Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Examinatio testium, versic. Primo*, & *in verbo, Commissio, versic. An Inquisitor possit committere*, Simanch *Catholicarum institution. tit. 64. rubr. de testibus, nu. 11. & in Enchirid. violat. religion. tit. 35. ead. rubr. de testibus, num. 6.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. Commentar. 10. nu. 37. versic. Docet tamen Simanch. & sequentibus, fol. mihi* 434. *colum. 1.* vbi facit conclusionem negatiuam, quod scilicet testium examen ab Inquisitore alteri committi non potest, & ampliat hoc etiam procedere in Episcopis, qui & per se ipsos testes examinare debent, Ioan. à Rojas *singul. 204.* vbi hanc veriorem credidit opinionem, & ab Inquisitoribus seruandam, & sic caueri per instructionem Hispalensem *cap. 17.* affirmat, licet alii per eum relati contrarium dixerint, Sigismund. Scaccia *in tractat. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap. 87. numer. 15.*

Quamuis † contrarium, quod imo speciale sit in crimine hæresis, vt testium examen per iudicem alteri committi possit, post Felynum, quem allegat, voluerit Nicol. Arelatan. *notab. 35.* Conrad. *in pract. rubr. de hæreticis, num. 11. versic. Item, quod testium examinatio committi possit*, Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 35. nu. 17. & cap. 20. num. 45.* relati per Ioan. à Rojas *singular. 204. num. 6.* vbi etiam testatur de Communi, ex Francisc. Squillacens. *in loco per eum relato*, & cum hac contraria opinione concordat constitutio Vrbani IV. edita de anno 1261. *incip. Licet ex omnibus, versic. Vt ergo*, relata per Franciscum Pegnam post Director. Inquisit. inter literas Apostolicas, *folio mihi 52. & seqq.* 20

SVBLIMITA † hanc primam limitationem, nisi testes sint iuste impediti venire ad iudices, iudicesque ad eos ire, tunc enim Inquisitores possunt eorum examen committere vicario Episcopi, vel alteri iudici Ecclesiastico, aut alicui perito & prudenti viro, qui tabellione seu secretario scribente testes diligenter examinet, modum, constantiam & alias circumstantias describat, & ad Inquisitores mittat, Simanch. *Catholicar. institution. tit. 64. rubr. de testibus, nu. 11.* vbi sic pluribus instructionibus apud eum cautum & de iure statutum affirmat, & *nu. 13.* vbi, quod Illustres viri, & Moniales, atque aliæ honestiores fœminæ non sunt facile in iudiciũ ab Inquisitoribus trahendæ, sed iudices ad eas ire, vel alios ad examinandum mittere debent, Ioann. à Rojas *singul. 204. in fine*, vbi de testibus legitime impeditis, & quando non decet Inquisitorem ad eos accedere. 21

LIMITA II. Quia † sicut in aliis criminibus, ita & in crimine hæresis, testes examinati parte nõ citata pro informatione curiæ, vt puta in inquisitione generali, non probant contra reum inquisitum de crimine hæresis specialiter, nisi ipso citato in eadem inquisitione speciali fuerint repetiti, ex plene traditis per Arnald. Albertin. cum allegatis per eum *in repetitione cap. 1. de hæreticis, in 6. quæst. 6. n. 18.* Repertor. inquisitorum *in verbo, Copia, versic. Item ex testibus in generali inquisitione receptis*, & *in verbo, Testes, versic. Vtrum testes in generali inquisitione recepti*, & *ibi* Quintilian. Mandos. *in additionibus, litera Q.* Simanch. *Catholicar. institut. tit. 64. rub. de testibus, nu. 16.* vbi testatur, hanc sententiam ab omnibus probatam esse, sed non loquitur in crimine hæresis, *& nu. 22. & seqq.* vbi loquitur in crimine hæresis, & dixit, testes esse repetendos, sed de citatione nihil, Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 10. n. 5.* idem Arnal. Albertin *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 34. num. 16. & sequentibus*, pluribus hanc probat sententiam, proponit contraria, & illis respondet, vbi tamen *num. 19.* declarat, nisi stylus esset in contrarium, Paris. *consil. 2. num. 165. & sequentibus, libr. 4.* Decian *in tractat. crimin. libr. 5. cap. 27. num. 3. & capit. 29. num. 2.* Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis, part. 2. num. 104. & sequentibus*, Gabr. *consil. 17. num. 7. libr. 1.* Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretic. cap. 98. nu. 7. in fine, versic. Si loquimur in secundo casu*, Montemaran. *in practic. Archiepiscopi*, cap.

cap.84.nu.3.versic. Quarto loco, & versic. Item his stantibus, vbi dixit, testes esse repetendos parte citata, ad dandum interrogatoria, super quibus primo interrogantur, & postea super capitibus fisci examinātur, absq; eo, quod ipsis legatur prima depositio, & pro hac conclusione faciunt Doctores allegati *supra hac eadem quæst. num.15.* dicentes, quod licet in crimine hæresis recipiantur testes lite non contestata, sunt tamen repetendi ad hoc, vt faciant iudicium, vel probēt, & quicquid alias secus sentire ausi fuerint nonnulli Doctores, quos mox referam, ab hac conclusione nullo modo recedas, quæ etiam passim recepta est in supremo totius Christianę Reipublicæ Generalis & Romanę Inquisitionis Tribunali, in quo finito processu informatiuo Promotor fiscalis iuxta ea, quæ in processu probata reperiuntur, format articulos, eorumque copiam carcerato exhibet, si decarceratus testes pro curiæ informatione examinatos pro rite & recte examinatis habere noluerit, eos cum interrogatoriis ab inquisito, seu eius procuratore dandis iterum examinare & repetere facit.

23 Et † licet Arnaldus Albertin. *in repetitione cap. primi, de hæreticis, in 6. num.18. & seqq.* videatur dare plures casus & limitationes, in quibus testes examinati in Inquisitione Generali non sint repetendi in Inquisitione Speciali, aduerte tamen, ni fallor, quod limitationes per eum datæ nō respiciunt citationem rei inquisiti, de qua loquimur, sed repetitionem testium, quando scilicet semel formaliter examinati possint iterum repeti ad instantiam rei, vel ex officio iudicis, & sic non faciunt ad propositam materiam.

24 Contrarium, † quod in causa hæresis testes examinati parte non citata pro informatione Curiæ, & in inquisitione Generali non sint repetendi parte citata, voluit Franch. *in cap. final. §. iubemus, num.1. de hæreticis, in 6.* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Citatio, versic. Sed contra non citatum*, & *in verbo, Testes, versic. Item nota, quod si in inquisitione*, vbi tamen loquitur, quando inquisitio est formata contra quemlibet, dicitque, isto casu absque alia testium repetitione satis esse nominatum in Inquisitione Generali citare, vt veniat ad opponendum, si quid opponere intendit. Ioan. Calderin *in tractat. de hæreticis, rub. de materia processuum Inquisitionis, nu.2.* Simanch *Catholicarum institutionum tit.64. rub. de testibus, nu.16. & seqq. & nu.28.* Bernard. Comens. *in lucerna Inquisitorum, in verbo, Tortura, nu.51.* Carer. *in tract. de hæreticis, num.121.* Decian *in tract. crim. lib.5. cap.20. nu.24.* Ioan. à Rojas *singul.196.* vbi alios refert Bursat. *consil.7. nu.10.* vbi tamen loquitur in aliquo casu

25 Et † hanc contrariam opinionem admittit Paris. *in consil.2. num.165. & seqq. lib.4.* quando inquisitus est potens, nec dissentit Decian post alios, quos allegat *in tractat. crimin. libr.5. cap.35. num.15.* Nec etiam dissentire videtur Ioan. à Rojas *singular.196. nu.6. in fine, & seq.*

26 Amplia I. Hanc † secundam limitationem, quia in tantum testes examinati in Inquisitione Generali sunt repetendi in Inquisitione speciali, vt procedat hæc cōclusio, etiam quod reus fateatur delictū, ex rationibus adductis per Simanch. *Cath. inst. tit.17. rub. de defens. reor. n.54. & seq.* Io. à Rojas *in tract. de hæret. part.2. n.111. & seqq.*

27 Amplia II. Eandem † secundam limitationem, vt testes sint repetendi in causa hęresis, etiam quod inquisitus declaret, se eorum depositiones habere ratas, nec velle vt repetantur secundum, de qua testatur Simanch. *Catholicar. institut. tit.17. rubr. de defensione reorum, nu.53. & tit.64. rub. de testibus, num.25.* & *in Enchirid. violat. religion. tit.35. ead. rub. de testibus, nu.11.* Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, lib.5. sect.5. versic. Secundo receptio testium*, Io. à Rojas *in tract. de hæret. p.2. nu.111. & seq.*

Contrarium, quod imo testes possint à reo haberi pro repetitis, nisi tamen iudex ex aliqua causa voluerit eos ex officio repetere, scripsit Montemar *in practic. Archiepiscop. cap.84. nu.5.* Et hæc contraria opinio seruatur in supremo Vrbis totiusq; Christianæ Reipublicæ sanctæ & Generalis Inquisitionis Tribunali, præterquam quando ageretur de conuincendo hæreticum negatiuum, ad effectum, illum postea tradēdi Curiæ seculari; Tunc enim, cum de grauissimo agatur præiudicio, non obstante inquisiti declaratione prædicta, inquisitor repetit testes contra ipsum examinatos, & dixi generaliter hac de re *sup. in tract. de testibus, qu.72. nu.149. & seqq.*

Amplia III. Dictam † secundam limitationem, quia sicut in causa hæresis testium nomina delato publicanda non sunt, ita & multo minus iidem testes ad eiusdem delati faciem confrontari debent: Licet enim Eymeric. *in Directorio inquisitor. part.3. in rub. de cautelis inquisitoriis, &c. in 3. cautel. nu.101.* hanc confrontationem admittat, adhoc, vt reus rubore & verecundia ex facie testium affectus veritatem fateatur, præsertim, quando iudex iam reum induxerit ad confitendum, si coram eo venient deponentes, quod & idem admittere videtur idem Eymeric. *vbi supra, in eodem Director. inquisitor. dicta par.3. in rub. de forma puniendi & condēnandi falsos testes, nu.209. ante medium*; contrarium tamen, hanc scilicet confrontationem minime faciendam esse, pluribus docet Francis. Pegn. *in addition. ad eundem Eymericum, vbi supra, Commentar.23. lit. E. versic. Primo, & seqq. fol. mihi 467. colum.2. in fin. & fol.468. col.1. & 2.* vbi amplius, quod nec Inquisitor potest testes cogere ad se confrontandum cum reo, si se confrontare recusent, & quod aliter faciendo imprudentissime faceret, Montemaran *in pract. Archiepiscp. cap.84. nu.6.* 28

Limita I. Præcedentem † tertiam ampliationem, quia confrontatio etiam testis cum reo permittitur in causa hæresis, quando testis non cognoscit illum, contra quem deposuit, tunc enim ad effectum faciendę recognitionis (si recognitio necessaria erit ad conuincendum reum) confrontatur testis cum ipso reo hoc modo videlicet, aperte, & palam, quando periculum non est, vt testi confrontato aliquod præiudicium nascatur; Si vero tale periculum imminet, fiet confrōtatio ipso reo non vidente testem, sed bene teste vidente reum, ipso existente laruato, & cooperto à capite, vsque ad plantas pedum, vel per rimulas alicuius ostii, vt bene hanc formam & practicam docet Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap.87. nu.19.* Nec dissentit Montemar *in pract. Archiepis. cap.84. nu.4.* 29

Limita II. Eandem † secūdam ampliationem in complicibus & sociis criminis, quos confrontandos esse dubium non est, & voluit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Directorio Inquisitor. part.3. Commentar.48. versic. Sit secundum axioma, folio mihi 566. colum.1.* Nec dissentire videtur Montemarant. *in practic. Archiepiscop. cap.84. num.6.* Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, lib.5. in secunda appendice, quæstion.39.* vbi tamen subdit, iudicis arbitrio remissum esse, quando sit facienda confrontatio sociorum criminis, & præsertim lamiarum, & *eodem libr.5. sect.5. versic. Secundo receptio testium, in fine.* 30

Limita III. Dictam † tertiam ampliationem, vt non semper hæc confrontatio prohibita sit, sed quādoque licita etiam in crimine hæresis, præsertim, quando de testium falsitate dubitatur, ne innocens ex eorum falsis depositionibus damnetur; dummodo tamen magna adfuerit causa testes confrontandi, omneque periculum cessauerit, iudicis arbitrio, ne ob hanc confrontationem testibus aliquod detrimentum proueniat, prout erit, quando testes & rei essent vilissimæ personæ, non curantes bonam vel malam famam, hoc enim casu posse confrontationem fieri, admittit idem Franciscus Pegna *in additionibus ad eundem Eymeric. vbi supra,* 31

in eodem

in eodem Director. inquisitorum dicta part. 3. Commentar. 48. rubr. de duodecimo modo terminandi processum &c. dicto num. 209. vers. Primo, & seqq. fol. mihi 566. colum. 1. vbi amplius subdit, quod hinc confrontationem solus Inquisitor, sine Episcopi, & peritorum consilio, facere nequit; super quibus omnibus vide bene loquentem Sigismund. Scacciam *in tractat. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap. 87. num. 19. vers. Si vero non imminet*, & amplius subdit, quod in supremo Romanæ Inquisitionis Tribunali, huiusmodi confrontationes non fiunt nisi ex decreto Illustrissimorum Cardinalium eidem Sancto Tribunali propositorum. Adde ad præmissa Montemaran *in sua pract. Archiepisc. cap. 84. num. 6.* vbi pariter de confrontatione testium facienda, quando cessat periculum, ne ipsi testes offendantur à reo.

32 Limita III. † & principaliter propositam regulam, quia in causa hæresis testes deponentes etiam non interrogati, debent reddere rationem scientiæ. Decian. cum allegatis per eum *in tract. crim. lib 5. cap. 35. n. 18.* Mascard *de probationibus lib. 2. concl. 855. nu. 12. & sequentibus*, vbi amplius, quod si intertogatus testis, quis dicatur hæreticus, respondeat se ignorare, non probat.

33 Limita IV. † Quia in examine testium in crimine hæresis vltra Notarium adhibendæ sunt duæ religiosæ, & discretæ personæ, & deficiente notario ipsius loco adhibendi sunt alij duo idonei viri; text. *est in cap. vt officium §. verum, de hæreticis in 6.* cuius verba sunt hæc; *Volumus, & mandamus, vt in examinatione testium adhibeatis duas Religiosas, & Discretas personas, in quarum præsentia per publicam si commode potestis habere personam, aut per duos Viros Idoneos fideliter eorumdem depositiones testium describantur*, Et ibi Gloss. *in figuratione casus* amplius dicit, quod postquam fuerint scripta testium, debet notarius illa legere coram illis Discretis, & Religiosis personis, quæ approbabunt sic per Notarium scripta. Quę autem in proposito dicantur Discretę, & Religiosę personæ, & an sufficiat eas Discretas, etiam quod non sint Religiosæ & alia ad materiam vide ibi Ioan. Monach. *nu. 3. in fine, & in verbo Cautela, & nu. 4. in verbo Duos viros*, Archidiac. *post nu. 7. vers. Verum quia, & n. 9. in verbo Duas, & in verbo Religiosas, & in verbo Præsentia, & in verbo Publicam, & in verbo Duos Viros*, Ioann. Andr. *post nu. 2. in verbo Religiosas*, Geminian. *num. 3. & num. 7. vers. Quæro de quibus personis, & num. 8. & 9.* Franch. *in principio num. 4.* Extat Constitutio Vrbani IV. edita de anno 1261. incip. *Licet ex omnibus, vers. Verum quia, & versic. Quod si testibus* relata per Francisc. Pegn. post Direct. Inquisitor inter literas Apostolicas *fol. mihi 52. & seqq.* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubric. de pœna officialium &c. num. 2.* Rosella *in summa in verbo hæreticus, numer. 41.* Summa Syluestrin. *in eodem verbo hæreticus, §. 2. num. 7. versic. Sextum in examinatione testium*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo Inquisitor, num. 29. & in verbo Notarius, nu. 4. vers. Poterunt etiam Inquisitores*, vbi etiam, an loco Notarij possint duo viri idonei deseruire, & scribere, an vero sufficiat, quod vnus scribat, & alter subscribat, & alia ad materiam vide ibi etiam bene declarantem Repertor. Inquisitor. *in verbo Commissio, versic. An Inquisitor non possit committere examinationem testium, & in verbo Examinatio Testium, vers. Quantum ad secundum*, vbi etiam in loco Notarij scribentis possunt deputari duo alij viri Religiosi, & *in vers. Nota causam*, vbi ponit rationem, quare isto casu testes non possint examinari, nisi in præsentia aliorum. Simanch. *Catholicar. Institut. tit. 64. rubr. de testibus num. 9. & numer. 21. & 22. & in Enchiridion Violat. Religion. tit. 35. eadem rubr. de testibus num. 5.* Francisc. Squillacen *in tract. de fide Catholic. cap. 35. nu. 1.* Gundisalu *in tract. de hæreticis quæst. 13. num. 18.* Boss. *in tit. de hæreticis num. 7. ad finem*, ad hanc materiam vide omnino Eymeric *in Director. inquisitorum par. 3. rubric. quot personæ esse debeant in examinatione testium, & delatorum in causa fidei, num. 81. & sequentibus*, vbi dixit, quinque personas interuenire debere, tam in examinatione testium, quam in examinatione reorum, videlicet Iudex, Testis, vel Reus, Notarius, & duo Religiosi, & ibi, officium harum quinque personarum in quibus cõsistat, bene declarat, & amplius, quod, quando non potest haberi Notarius scriptor, illius loco sufficit adhiberi duos viros idoneos seculares, vel Ecclesiasticos, qui depositiones testium, seu reorum, fideliter scribant, & quod istos duos Religiosos sufficit esse duas honestas personas, clericos, vel laicos, nec non etiam, quod sufficit easdem duas personas saltim interuenire in fine depositionis, quibus earum depositione per Notarium lecta reus interrogatus illam confirmet in eorum præsentia, & ibi in addit. latissime Pegn. *Comm. 20. fol. mihi 457. & sequentibus*, vbi multa alia ad eandem materiam notabilia ponit, & explicat; Et quod attinet ad examen reorum, dixit, multarum Inquisitionum stylum seruare, vt non adhibeantur istæ duę personę Religiosæ, & de iuramento præstando à duabus honestis, & discretis personis, loco Notarij vocatis, & an insimul scribere debeant depositionem testium, an vero sufficiat, quod vnus scribat, & alter subscribat, & concludit sufficere; Et rursus ad eandem materiam vide Eymeric. *vbi supra in eodem Director. Inquisitorum, dicta par. 3. quæst. 63.* Vt ibi etiam Francisc. Pegna *in additionibus commentar. 112. fol. mihi 651. & sequenti*, vbi inter alia dicit, potius de consilio, quam de præcepto esse, vt in examine testium, & Reorum, adhibeantur duæ illæ Religiosæ personæ, de quibus in dicto, cap. *vt officium*; præsertim, quando examinantur testes, qui difficilius dicunt veritatem coram tot personis, timentes ne eorum dicta reuelentur, & quod propterea sanctæ Romanæ, & Generalis Inquisitionis Senatus, & reos, & testes absque istarum religiosarum personarum præsentia examinari permittit, quamuis subdat, vtilissimum esse coram dictis duabus personis finitis examinibus omnia per testes, seu reos deposita repetere, & confirmationem ab eisdem testibus seu reis procurare; Et quidem in supremo vrbis totiusque Reipublicæ Christianæ, sanctæ, & Generalis Inquisitionis tribunali, tam rei, quam testes, vt plurimum examinantur coram assessore commissario Generali, Fiscali, & Notario, absque alia Religiosarum personarum præsentia, qui omnes cum sint viri omni Religione & doctrina insignes, nõ est propterea mirum, si aliorum interuentus non requiritur. Adde tamen pro hac eadem limitatione Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 35. nu. 4. & cap. 24. nu. 26.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis singul. 187.* Sigismund. Scaccia *in tractat. de iudicio causar. ciuil. crimin. & hæretic. cap. 87. num. 16.* vbi & ipse refert, & sequitur Franc. Pegnam *in loco præallegato, & n. 17.* vbi quod isto casu sufficit subscriptio testis per æquipollens, & quod ita seruant Inquisitores in insula Melitensi, Lælius Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubric. de hæresi, ca. 11. n. 14. vers. Non tamen debet solus Inquisitor*, vbi pariter testatur, in Curia in examine testium non solere interuenire aliquas religiosas personas. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib. 3. quæst. 4. rubr. de forma, & ordine iudiciario Sancti Officij, num. 50. & seqq.* vbi pariter dixit, in repetione testium interuenire debere personas religiosas. Montemaran. *in pract. Archiepiscop. cap. 84. num. 1. vers. Secundo loco*, vbi idem dixi.

Limita † hanc IV. limitationem non procedere in Episcopis, qui cum procedunt contra hæreticos non habent necesse conuocare personas Religiosas ad examinationem testium, sed sufficit eos solos cum Notario testes examinare, ex allegatis in Repertor. Inquisitor. *in verbo Examinatio testium, versic. An hoc procedat*, cui an credendum sit valde dubito, per ea, quæ dixi *supra quæst. 186. num. 16.* Quod scilicet Episcopi in procedendo ser- 34

uant modum Inquisitoribus statutum, & per hanc rationem Episcopum in examinandis testibus, & reis, debere adhibere dictas duas Religiosas personas, expresse voluit Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. 3. quæst. 63. commentar.* 112. *vers. Quod si quæras, fol. mihi* 652. *colum.* 1. Nec dissentit Læl. Zecch. *in summa par.* 1. *tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.* 11. *nu.* 14. *vers. Non tamen debet solus Inquisitor* (quicquid seruari testetur) Vide tamen pro prima opinione Francisc. Squillacen. *in tract. de fide Catholica, cap.* 35. *nu.* 1. *&* 2.

35 Limita V. † Quia licet testis semel examinatus super vna causa, si contingat iterum examinari, potest se, vt variationem vel vacillationem euitet, ad primum dictum referre, vel instare, vt primum examen sibi legatur, secundum Bart. *in l. eos, qui diuersa, num.* 6. *ff. de falsis*, & alibi suo loco dixi; in causa tamen hæresis speciale est, vt testes iterum examinati non possint se referre ad primum examen, nec etiam petere illud sibi exhiberi, sed debent per extensum iterum deponere secundum Boer. & Iacob. Septimanch. in locis relatis per Ioan. à Rojas *singul.* 206. vbi tamen hoc sibi inhumanum videri existimat, quando intercessit longum tempus inter vnum, & aliud examen, & sic obliuio sit verisimilis, quare consulit, isto casu vtilem esse protestationem, de qua per eundem Bart. *vbi supra*, quod scilicet testis dicat, quod si apparuerit aliter dixisse in secundo examine, quam in primo, ex tūc corrigit dictum suum, & primum ratificat, cum tempore primi examinis memoria erat magis recens; Simanch. *in Enchiridio Violat. Religion. tit.* 35. *rubr. de testibus, num* 10. vbi quod in crimine hæresis testes debent instante iudice saltim summarie referre primam depositionem, absque eo quod sibi legatur, seu ostendatur.

Argumentum.

De Teste falso.

Summaria.

Testis falsus in crimine hæresis multo grauius punitur, quam qui in aliis criminibus falsum deposuit, nu. 36.

Testis falsus non pœna talionis, sed pœna arbitraria puniri debet, si falsum deposuit in causis hæreticalibus, n. 37. *Contra, quod imo puniatur pœna talionis, nu.* 39. *Declara, & concorda, vt num.* 38.

Testis falsus potest puniri ab illo iudice, coram quo falsum deposuit in crimine hæresis, num. 40. *Vbi etiam quod ab eodem iudice puniri potest subornans testes ad falsum deponendum in eodem crimine hæresis, sed ad hanc punitionem inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore deuenire non potest, num.* 41.

Testis falsus in crimine hæresis dicitur non solum is, qui falsum deponit, sed etiam, qui verum tacet, nu. 42.

Testem falsum in crimine hæresis non excusat pœnitentia, nisi sponte se ipsum detulerit, req; integra falsum dixisse fateatur, sociosq; & complices reuelauerit, nu. 43.

Testes falsos corrumpens, & subornans in crimine hæresis ad falsum deponendum punitur pœna talionis, num. 44.

Falsus denunciator in crimine hæresis punitur pœna talionis, nu. 45.

Testis falsus in crimine hæresis multo magis puniendus est, si ex sua depositione reus fuit condemnatus, & punitus, num. 46.

Testis falsus in crimine hæresis punitur pœna talionis, etiam quod is contra quem deposuit non fuerit punitus, num. 47. *contra num.* 48.

Testis falsus in crimine hæresis deponens ad defensionem inquisiti non punitur pœna talionis sed mitiore, numer. 49. *contra num.* 50.

Testis falsus in crimine hæresis mitius punitur, quando non grauiter, sed leuiter nocuit, num. 51. *Et multo magis si nihil nocuit, num.* 52.

Testis falsus in crimine hæresis nunquam punitur pœna talionis, nisi consulto supremo Inquisitore, nu. 53.

Filij falsorum testium in crimine hæresis nullam incurrunt pœnam propter delictum paternum, nu. 54.

Quæst. CLXXXVIII. §. II.

Regula † sit, quod testis falsus in crimine hæresis puniendus grauius, & atrocius sit, quam in aliis criminibus, cum multo grauius sit delictum falsum deponere in crimine hæresis, quam in aliis criminibus, vt præsertim adnotarunt Iacob. de Arena, Cyn. Alberic. Bald. & Angel. *in final. C. de accusat.* Simanch. *Catholicar. institut. tit.* 64. *rubr. de testibus, nu.* 84. *&* 49. *& in Enchirid. Violat. Relig. tit.* 38. *nu.* 1. Pegna *in addit. ad Eymer. in Direct. Inquisit. par* 3. *q.* 73. *comment.* 122. *vers. Ac primum quam ingens scelus, & seq. fol. mihi* 675. *col.* 1. Et dixi supra *in tract. de testibus, quæst.* 67. *num.* 13. 36

Amplia I. † Vt testis falsus puniri possit, & debeat, pœna arbitraria, licet non pœna talionis, prout scripserunt Repert. Inquisitor. *in verbo Testes, versic. Nunc videndum est.* Zanch. *in tract. de hæreticis, cap.* 14. *n.* 1. & ibi Campeg. *in addit. litera A, vers. His iam colligere possumus*; Eymer. *in Director. Inquisitor. part.* 3. *rubric. de forma procedendi, & condemnandi falsos testes, nu.* 209. vbi falsis testibus in crimine hæresis imponit pœnam perpetui carceris, & in vinculis, & insuper ad standum ligatis manibus, & capite discooperto, & in camisia vsque ad horam prandij in scala, seu porta Ecclesiæ, & ibi hoc adnotauit Franc. Pegna *in additionibus commentar.* 48. *litera E, fol. mihi* 566. *col.* 2. idem Eymeric. *vbi supra in eodem Director. Inquisitorum dicta par.* 3. *quæst.* 73. *nu* 2. *& nu.* 4. cum ibi relatis per eundem Francisc. Pegn. *in additionibus comment.* 122. *vers. Sed iam quæ pœna, & sequentibus, fol. mihi* 675 *col.* 1. Bertaz. *cons.* 72. *nu.* 1 *vers. Et primo, quod licet, & nu.* 12. & ibi Claud. *in additionibus litera A*, & quod pœna testis falsi in crimine hæresis sit pœna arbitraria, licet bene hæc arbitraria pœna possit extendi ad traditionem Curiæ secularis, & sic vsque ad mortem inclusiue statuit Leo X. in sua constitutione seu rescripta edita de anno 1518. *incip. Intelleximus*, relata per Francisc. Pegnam inter literas Apostolicas post Director. Inquisitor. *fol. mihi* 114. 37

Verum † ex præmissis Doctorum auctoritatibus, vere colligi non potest, pœnam testis falsi in crimine hæresis esse arbitrariam, & extraordinariam; nam prædicti Doctores hoc non dicunt, sed bene dicunt, quod testes falsi ab Inquisitore coram quo deposuerunt, possunt puniri pœna extraordinaria, quia testis falsum deponens coram delegato Principis, non potest nisi extraordinaria pœna puniri, vt dixi *in tract. de testibus quæst.* 67. *nu.* 48. *& sequentibus.* 38

Contrarium † propterea, quod imo testis falsus in crimine hæresis pœna Talionis puniatur, & sic tradendus sit Curiæ seculari vna cum publicatione bonorum, voluisse videtur Simanch. *Catholic. Instit. tit.* 64. *rubr. de testibus num.* 86. *iuncto num.* 90. vbi & hoc cautum esse affirmat ex Diplomate Leonis X. directo Adriano Cardinali Generali Inquisitori Hispaniæ, quo, vt supra eum retuli, illis inquisitoribus datur facultas falsum testem Curiæ seculari tradendi absque incursu irregularitatis, si sic arbitrariam pœnam extendere ipsis visum fuerit, *& in Enchiridion Violat. Religion. tit.* 38. *rubr. de testibus nu.* 2. *&* 3. Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis par.* 2. *assert.* 8. *nu.* 156. *& sequentibus*; vbi testatur de Communi; Anton. Gomez *in ll. Thauri* 83. *num.* 8. *in fine*, vbi quod isto casu pœna Talionis est iustissima pœna, licet subdat, quod aliquando soleat practicari contrarium, leuiorque, & arbitraria pœna imponatur, nec dissentit Claud. *in additionibus ad Bertazol. cons.* 72. *litera A. in fine*; Franc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Directorio Inquisitorum par.* 3. *qu.* 73. *commentar.* 122. *vers. Sed in contrarium, & sequentibus, fol. mi-* 39

fol. mihi 675. col. 2. & fol. 976. col. 1. per totam, vbi & ipse refert Diploma Leonis X. prædictum. Et licet plura prius pro contraria opinione adduxerit, concludit tamen iustissimum esse, vt falsi testes in causa hæresis pœna Talionis afficiantur, & Curiæ seculari quandoque relinquantur, imo vero plures, & maiores rationes suadent, testem falsum in hoc crimine pœna Talionis fore plectendum, quam in aliis delictis, Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz in pract. crim. Canonic. cap. 93. litera B, vers. Hic sane*, vbi dixit, in Sacris Tribunalibus Sacræ Inquisitionis falsificum testem pœna talionis puniri, licet postea *in vers. seq. incip. In Romana quidem Curia*, dicat, in Romana Curia supremum Senatum Generalis sacrosanctæ Inquisitionis minime consueuisse testes falsos seculari Curiæ tradere, ex Francisco Pegna *in loco per eum relato*, quem sic dicentem non inueni. Et quod testes falsum deponētes in crimine hęresis possint puniri pœna talionis, de ordine tamen supremi Inquisitoris, & sic tradi Curiæ seculari, scripsit Læl. Zecc. *in summa par. 1 tit. de fide rub. de hæresi cap. 11. nu. 14. vers. Quod si testes falsum deponunt.*

Vide quæ dixi supra *in tract. de testibus quæst. 67. nu. 13.* & conclusiue dicas, quod licet forsan de iure substineri possit, testes falsum deponentes in causa hæresis contra aliquem puniendos esse eadem pœna, qua puniretur inquisitus, si testes verum dixissent, & consequenter intraret pœna mortis, quando pariter inquisitus de hæresi pœnam mortis mereretur ex depositionibus testium si veræ essent, & licet etiam verum sit, quod ex rescripto Leonis X. etiam quod pœna testis falsi sit arbitraria, possit vsque ad mortem inclusiue à iudice extendi; in supremo tamen vrbis totiusque Christianæ Reipublicæ Sanctæ Inquisitionis tribunali regulariter falsi testes pœna mortis non puniuntur, sed vel fustigantur, vel ad triremes transmittuntur, vel insimul ad vtramque pœnam condemnantur, nisi forsan qualitas & dignitas personarum contra quas deponunt, vel graue damnum ex eorum depositione productum, iudicem ad maiorem imponendam pœnam suaderet, & si ex eorum depositione mors alicuius inquisiti sequuta non fuerit.

40 Amplia II. † vt Inquisitores possint punire testes falsos deponentes coram ipsis, tum quia, vt dixi *in tract. de testibus qu. 67. nu. 51.* delegatus Principis ad vnam causam etiam ciuilē potest punire testes falsum deponentes coram ipso; Ergo multo magis Delegatus ad Vniuersitatem causarum criminalium, & in specie voluerunt etiam Doctores allegati *supra hac eadem qu. num 36.* Tum etiam quia sic de consuetudine receptum est, & hęc cōsuetudo apud nos in vrbe est notoria, vltra quod de ea testatur Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisit. par. 3. qu. 73. Comment. 122. vers. Quantum ad primum, & seq. fol. mihi 674. col. 2.* & cum hac consuetudine concordat constitutio Leonis X. de qua supra, edita de anno 1518. incip. *Intelleximus*, relata per Franc. Pegnam post Director. Inquisitor. inter literas Apostolicas *fol. mihi 114.* Et licet Bertaz. *in cons. 72. lib. 1.* pluribus contendere conetur, hanc Inquisitorum facultatem non habere locum contra subornatores, & Mandatores, nec etiam contra testes, de quorum falsitate notorie in iudicio non constet, & sic quod non possint de nouo contra falsos testes inquirere, seu nouum processum formare, & ibi Claud *in additionibus litera D*, caueas tamen ab illius opinione, tum quia de consuetudine indistinctè seruatur contrarium, prout in casu, in quo ipse Bertazolus consuluit, fuit seruatum, fuitque deuentum ad torturam contra illum prætensum subornatorem, prout ipse testatur in fine consilij; tum etiam quia vt dixi *supra quæst. 186. nu. 26. & sequenti.* Inquisitor non solum est iudex competens in causa hæresis, sed etiam in omni alia causa ab ea incidenti, & dependenti. Et huic rationi etsi ipse Bertazol. *in dicto cons. 72. num. 17.* respondere conetur, nihil tamen pro sua opinione, & declaratione allegat, & contra Bertazoli opinionem non modice facit ratio considerata per Claudium filium in additionibus ad ipsum, *nu. 1. in fine litera B*, nempe quia, si Inquisitor potest punire testem coram ipso deponentem falsum, multo magis potest punire corrumpentem, & sobornantem, in quo maior est ratio, vt dixi infra hac de re remissiue *in tract. de testibus quæst. 67. nu. 37* Adde pro hac secunda Ampliatione Læl. Zecch. *in summa parte prima tit. de fide rubri. de hæresi cap. 11. num. 14. vers. Quod si testes falsum deponant*, vbi testatur de recepta consuetudine.

Limita † præcedentem II. Ampliationem, quia bene verum est, quod solus Episcopus sine Inquisitore, aut solus Inquisitor sine Episcopo non potest testem falsum punire, vt per Eymeric. *in Director. Inquisitorum par. 3. in 12. modo terminandi processum fidei &c, nu. 209.* & cautum est rescripto Leonis X. relato per Pegn *in additionibus ad eundem Eymeric. vbi supra dicta par. 3. quæst. 73. Comment. 122. vers. Illa etiam fol. mihi 677.* quamuis Paul. de Leazano *in Clemen. multorum §. Propter super, vers. Vel tormentis exponere num. 3. & seqq. de hæreticis*, dixerit, posse Inquisitorem sine Episcopo, & econtra, testem coram ipso falsum deponentem tanquam coram eo notorie delinquentem extraordinarie punire, licet secus credat, si contra eum propter hoc nouam vellet formare Inquisitionem. 41

Amplia III. † Vt puniatur falsus testis in crimine hæresis, non solum si falsum deponat, sed etiam si veritatem taceat, vel si verba illius, contra quem deponit, non integre refert ad hoc, vt in alium sensum recipiantur, quam prolata fuerint, vel si eadem verba affirmando, dicta fuisse asserat causa solum referendi, aut interrogandi prolata fuerint, vt per Simanch. *Catholicar. Institut. tit. 64. rubric. de testibus num. 89. vers. Est quoque falsus testis*, refert eum Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisitor. par. 3. quæst. 73. Comment. 122. vers. Falsum autem testem, & seq. fol. mihi 675. col. 1.* & faciunt verba Diplomatis Leonis Decimi, de quo supra *numer. 39. & 40.* mentionem feci, relata per eundem Pegn. *vbi supra* ibi aut verem tacendo induxisse, Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi cap 11. num. 14. vers. Quod si testes falsum deponunt.* 42

Amplia IV. † Quia testis falsus in crimine hæresis non excusatur nec admittitur ad pœnitentiam, & si pœnitens ad Ecclesiam conuertatur, sicut admittitur hæreticus, nisi sponte se ipsum detulerit, falsumque dixisse, antequam testibus sit conuictus, & re integra libere fateatur, præsertim si alios etiam eiusdem conjurationis socios Iudicibus indicauerit, tunc enim eum mitius puniendum esse, publica vtilitas, & ipsa clementia suadet, pluribusque iuribus, & exemplis comprobatur, de quibus per Simanch. *Catholic. institut. tit. 64. rubr. de testibus nu. 94. & 95. & in Enchirid. Viol. Relig. tit. 38. ead. rub. de testibus n. 6. & 7.* Ioan. Rojas *in tract. de haret. par. 2. assert. 8. num. 156. in princ. & nu. 158. vers. Neque ad gremium Ecclesiæ recipiendus est, & nu. seq.* Ant. Gomez *in ll. Tauri 83. nu. 8.* Pegn. *in addition. ad Eymer. in Director. Inquisitor. par. 3. quæst. 73. Commentar. 122. versic. Cum vero iudices fol. mihi 676. colum. 6. in fine*, vbi quod testi falso sic se ipsum deferenti, antequam is, contra quem deposuit, Curiæ seculari tradatur, grauissima iniungenda est pœnitentia, nempe perpetui carceris, aut triremium, *& fol 677. colum. 1. vers. Multis modis*, vbi simpliciter dixit, testi falso minuendam esse pœnam, quando sponte crimen fatetur, & erroris veniam petit, & *vers. seq.* dixit secus esse, si non sponte se detulit, licet antequam Curiæ seculari tradatur pœnitentia ductus veniam petat. Læl Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubric. de hæresi cap. 11. num. 14. vers.* 43

Quod

Quod si testes falsum deponunt, vbi pariter dixit, testem qui falsum deposuit mitius puniendum, si falsitatem quam dixit sponte detexerit.

44 AMPLIA V. † Vt eadem pœna, qua puniendi sunt in crimine hæresis falsi testes, puniendi etiam sint, prece, aut precio corrumpentes testes, vt falsum dicant, nec non etiam mandantes, vel persuadentes ad falsum testimonium perhibendum, aut etiam mandantes alicui, vt testes corrumpat, his inquam omnibus casibus pœna falsi testis intrat, vt per Simanch. *Catholic. instit. tit. 64. rubr. de testibus nu. 96. Et in Enchiridion Violat. Religion. tit. 38. eadem rubr. de testibus nu. 8.* faciunt verba Diplomatis Leonis Decimi, de quo supra *num. 39. & 40.* mentionem feci, relata per Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymer. vbi supra in Direct. Inquisitorum par. 3. Comment. 122.* in illis verbis, *Qui ad talia committenda minis cogunt, aut pecunia alliciunt, & nerum infra, aut alium ad falsum deponendum, aut verum tacendum induxisse.* Et ibi idem Pegna *in additionibus versic. Atque hoc ipsum, & seq. fol. mihi 676. col. 2.* Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz. in pract. crimin. Canon. cap. 93. litera B. in fine, vers. Et quod de testibus, fol. mihi 378. col. 1.* Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide, rubric. de hæresi cap. 11. nu. 14. vers. Quod si testes falsum deponunt.*

45 AMPLIA VI. † Vt eadem pœna talionis puniatur etiam falsus denunciator in crimine hæresis, cum, vt dixi supra *quæst. 185. nu. 32.* Accusator, seu denunciator loco testis habeatur, & in specie habemus Bullam Pij V. in ordine 5. in Bullario par. 2. *fol. mihi 926. vers. Monemus præterea il secondo*, vbi Pontifex ille generaliter voluit, in omni crimine denunciantes per calumniam pœna Talionis puniri, & quidem si testis, qui citatus, & vocatus ad se examinandum, & falsum deponens, hac pœna tenetur, multo magis eadem pœna teneri debet, qui sponte se defert Curiæ, & alium denunciat.

46 AMPLIA VII. † Vt multo magis pœna Talionis, imo & traditionis Curiæ seculari locum habeat in teste falsum deponente, quando ex falso testimonio quis fuit condemnatus, si enim colligitur ex verbis Diplomatis Leonis Decimi relati per Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymeric. vbi supra in Director. Inquisitor. par. 3. Commentar. 122.* in illis verbis; *Sicque huiusmodi Diabolica artis ministerio, plerumque vel damnantur insontes*, & infra ibi, *Vel iniquæ condemnationis actores*, & ibi idem Francisc. Pegna *in additionibus in vers. Illi vero fol. mihi 676. col. 2.* vbi ponit exemplum, quando quis propter falsam testificationem fuit traditus Curiæ seculari.

47 AMPLIA VIII. † Vt pœna Talionis locum habeat etiam quod inquisitus, contra quem falsus testis deposuit, non fuerit punitus, vtputa quia falsitas fuerit detecta, vel forsan reus in tortura sustinuit, si credendum est Ioan. à Rojas *in tract. de hæret. par. 2. assertion. 8. nu. 160.* & pro hac opinione faciunt alias per me allegati *in tract. de testibus qu. 67. n. 16.* Nec dissentit Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz. in pract. crim. Canon. cap. 93. litera B, vers. Quæ pœna locum habet, fol. mihi 367. col. 1.* vbi refert, & sequitur Ioannem à Rojas *in loco præallegato.*

48 Contrarium † suadetur ex his, quæ scripsi *in tract. de testibus quæst. 67. nu. 15. & nu. 17.*

49 LIMITA I. † Propositam regulam, quia testis falsus in crimine hæresis ad defensionem inquisiti non puniendus est pœna Talionis, sed extraordinaria, secundum Simanch. *Cathol. institut. tit. 64. rubrica de testibus nu. 90.* vbi ponit exemplum in testibus deponentibus falsum, quando fuerint producti ad reprobandum testes Curiæ, & ita dicit rescriptum esse apud eum *in quibusdam Epistolis Senatus Sanctæ Inquisitionis, nec non etiam Toletana instructione 4. c. 11. & in Enchiridion Violat. Rel. tit. 38. eadem rub. de testib. nu. 4.* vbi generaliter loquitur de teste falso in probatione defensionum, & hæc opinio comprobatur ex alias per me traditis *in tract. de testibus q. 67. n. 18.*

Contrarium † suadere videtur ex verbis Diplomatis 50 Leonis X. de quo mentionem feci supra *nu. 39. & 40.* relatis per Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymeric. in Directorio Inquisitorum par. 3. Commentar. 122. ibi Vel Diuinæ Maiestatis Dei, & orthodoxæ fidei soli Christiano nomine derisores veniam consequantur, & iterum infra, ibi, Vel iniustæ absolutionis*, & ibi idem Pegna *in additionibus vers. Porro tertio fol. mihi 676. col. 2.* & pro hac contraria opinione adde Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi c. 11. nu. 14. vers. Quod si testes falsum deponunt.*

LIMITA II. † Quia testis falsus in crimine hæresis 51 punitur pœna Talionis, seculari que Curiæ relinquendus est, quando cum eius falsa depositione grauiter & notabiliter nocuit illi contra quem deposuit, secus si leuiter, Simanch. *Cathol. instit. tit. 64. rubr. de testibus nu. 90. & 91.* vbi quod isto secundo casu, quando falsi testis depositio leuiter nocuit, aut Mitriæ, aut fustium, aut exilij, aut triremium pœna imponitur, *& nu. 93.* vbi pariter dixit, quod Inquisitores non debent hanc Talionis pœnam testibus falsis imponere, nisi ex maxima causa. Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. vbi supra in eodem Director. Inquisitorum dicta par. 3. commentar. 122. vers. Cæterum obseruandum est, fol. mihi 676. colum. 2. & fol. 677. col. 1. vers. Quod si leuiter nocuerit*, Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz. in pract. crimin. Canon. cap. 93. litera B. in fine, versic. Quibus assimulari possunt, & vers. seq. fol. mihi 368. col. 1.* vbi grauis nocumenti exemplum affert, quando quis ex falsa depositione vehementer suspectus redditus est, adde pro hac secunda limitatione Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi cap. 11. num. 14. vers. Quod si testes falsum deponunt.*

LIMITA III. † Et multo magis, quando testis fal- 52 sum deposuit in eo, quod si verum fuisset nihil nocuisset inquisito de hæresi: tunc enim nulla pœna punitur, vt in pulchro casu consuluit Socin. *in cons. 103. lib. 1.* vix tamen isto casu falsum testem aliquam pœnam effugere posse crediderim, si animo nocendi deposuerit, de qua latius dixi *in meo tract. de testibus quæst. 67. num. 187. & sequentibus, vbi vide.*

LIMITA IV. † Quia quando testis falsus propter 53 falsam depositionem Curiæ seculari traditur, cum agatur de vita hominis; Inquisitores hoc facere non debent, nisi consulto supremo sanctæ Inquisitionis Tribunali, ex consilio Francisci Pegnæ, quod optimum est, *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. 3. quæst. 73. commentar. 122. vers. Iam quamuis fol. mihi 676. col. 2. in fine*, Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz in pract. crimin. Canonic. cap. 93. litera B. vers. In Romana quidem Curia fol. mihi 367. colum. 2.*

LIMITA V. † Quia licet falsi testes in crimine hæ- 54 resis eadem pœna qua hæretici puniendi sint; non tamen eorum filij & nepotes redduntur infames, nec aliis pœnis obligantur quibus hæreticorum liberi obligati sunt, ex allegatis per Simanch. *Catholicar. institution. tit. 64. rubric. de testibus num. 92. & in Enchiridion Violat. Religion. tit. 38. eadem rubr. de testibus num. 5.* Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubr. hæresi cap. 11. num. 14. vers. Quod si testes falsum deponant.* Thom. Sanchez *in preceptis Decalogi lib. 2. cap. 27. nu. 25.*

ARGVMENTVM.

Testes duo vel vnus in crimine hæresis, an & quando ad condemnandum sufficiant.

SVMMARIA.

Testes duo probant crimen hæresis, num. 55. contra nu. 56.

Testes duo conuincunt Papam in crimine hæresis, nu. 57.

Testes duo in crimine hæresis sufficiunt ad condemnandum, dummodo sint omni exceptione maiores, alias secus, nu. 58.

Testis vnius valde digni fides non supplet defectum, & infamiam alterius in crimine hæresis, nu. 59.
Testes duo in crimine hæresis non sufficiunt ad condemnandum hominem bonæ famæ, nu. 60. licet alii contra, nu. 61.
Testes duo non probant plene hæresim dictam, nu. 62.
Testes duo in crimine hæresis sufficiunt, & non sufficiunt ad condemnandum arbitrio iudicis, nu. 63.
Testis vnus in crimine hæresis non sufficit ad condemnandum, num. 64.
Testis vnus in crimine hæresis, nunquid sufficiat ad condemnandum iuncta fama, nu. 65.
Testis vnus in crimine hæresis, nunquid sufficiat ad torturam, remissiue, num. 66.

QVÆST. CLXXXVIII. §.3.

55 REGVLA I. † sit, quod hæresis probatur per duos testes, secundum communem Doctorum opinionem, de qua testatur Anton. de Butrio *in capit. Excommunicamus, il primo, numer. 42. in fine, versic. Quæro, An de crimine hæresis*, Marian. Soccin. *num. 60.* Ioan. de Anania *in §. Adiicimus numer. 1.* & Cardinal. Zabarell. *in eodem §. Adiicimus numer. 2. extra de hæreticis*; Arnald. Albertin. *in repetitione cap. primi de hæreticis in 6. quæstion. 16. numer. 13. & sequentibus*, vbi pluribus hanc probat sententiam, testatur de Communi, & contrariis respondet, Geminian. *in cap. vt officium §. Verum, numer. 6. de hæreticis in 6.* vbi relatis & reprobatis contrariis testatur de veriori opinione, & ibi etiam Franch. *numer. 3. & in additionibus litera A.* alij referuntur concordantes; Ioan. de Imola *in Clementin. prima numer. 19. versiculo Sed in contrarium, de hæreticis*, & ibi etiam Cardin. Zabarell. *in §. Verum, il secondo numer. 5.* summa Syluestrin. *in verbo hæreticus, §. 2. numer. 6. versic. Quartum &c.* vbi relatis contrarium tenentibus in hac sententia residere videtur, *& num. 7.* vbi ita tenendum expresse concludit, quia iure contrarium non probatur; Repertor. Inquisitorum *in verbo Testes, versic. per quot testes*, vbi relatis contrariis dixit hanc opinionem sibi veram videri, & ibi Quintilian. Mandos. *in additionibus litera C. & litera E. la seconda*, vbi de veriori, & communi opinione; Simanch. *Catholicar. institution. tit. 51. rubric. de probationibus numer. 8. & tit. 64. rubr. de testibus num. 36. & in Enchiridion Violat. Religion. tit. 34. rubric. de probationibus numer. 4.* Gundisalu *in tractat. de hæreticis quæstion. 13. numer. 9.* vbi relatis contrarium tenentibus hanc opinionem sibi veriorem videri dixit; Clar. *in pract. criminal. §. Hæresis numer. 18. in fine, versic. Habet etiam*, vbi de Communi, & quod opinio contraria non est vera; Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 34. num. 2.* vbi testatur de communi opinione; Villalob. *in Commun. opinion. litera H, num. 40.* vbi etiam de communi ex Boer. quem allegat *decis. 142. num. 2.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Directorio Inquisitorum parte 3. quæst. 71. commentar. 120. versic. At posteri iuris interpretes, & vers. seq. fol. mihi 665. col. 2. & fol. 666. col. 1. vers. Hoc tamen*, aliis relatis testatur de communi Doctorum sententia, & etiam de communi vsu tribunalis Inquisitionis; Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 35. nu. 6.* Ioan à Rojas *singul. 164.* vbi de communi, relati per Mascard. *de probationibus lib. 2. conclus. 855. num. 2.* vbi de communi, Hieron. Cæuallos *in commun. contra commun. in quæst. 721. num. 1.* vbi testatur de receptissima sententia. Petr. Binsfeld. *de confess. malef. ad l. & si excepta C. de malef. & mathematic. q. 3.* Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubric. de hæresi cap. 11. num. 14. vers. Quo vero ad numerum testium*, vbi testatur de communi Doctorum opinione.

56 Contra, † quod duo testes in crimine hæresis non sufficiant ad condemnandum hæreticum, sed quod plures requirantur, voluisse videtur Archidiacon. *in cap. Vt officium, numer. 8.* & ibi etiam Ioan. Andr. *post nu. 1. in verbo Testium, de hæreticis in 6.* Ioann. Calderin. *in tractat. de hæreticis rubric. de materia processuum Inquisitionis numer. 10. in fine, & in rubricis de sententiis Inquisitorum numer. 1.* Zanchin. *in tractat. de hæreticis capit. 13. numer. 5.* Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus §. 13. in principio.* Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæstion. 34. numer. 3.* vbi licet prius *numer. 2.* testatus fuerit, contrariam opinionem esse communem, apud eum tamen seruari affirmat, saltim tres testes requiri ad conuincendum aliquem de hæresi, & ita sentire videtur Eymeric. *in Director. Inquisitor. par. 3. rubric. de testium multiplicatione numer. 116.* prout ibi adnotauit Francisc. Pegna *in additionibus commentar. 27. litera A. fol. mihi 478. colum. 2.* & expresse voluit idem Eymeric. *vbi supra dicta parte 3. quæst. 71.* vbi propterea dixit, 57
quod licet de iuris rigore ad condemnandum in crimine hæresis duo testes sufficere videantur, de æquitate tamen eiusdem iuris, duo testes non sufficiunt; proponit contraria, & illis respondet, & concludit, quod, quando contra inquisitum de hæresi duo testes deponunt, non deuenitur de tanto crimine ad condemnationem, sed vel ad purgationem, si esset diffamatus, vel ad abiurationem de vehementi, vel ad torturam, vel differtur sententia. & hanc Eymerici opinionem secuti sunt plures Doctores relati per eundem Franc. Pegnam *ibi in eisdem additionibus commentar. 120. versic. Primo, & sequenti fol. mihi 665. colum. 2. & fol. 666. col. 1. vers. Quamuis autem*, Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis par. 2. num. 93. & sequentibus*, vbi licet supra *num. 86.* dixerit, primam opinionem esse communem, multa tamen contra hanc communem adducit, & considerat Menoch. *consil. 82. nu. 166. lib. 1.* relati per Mascard. *de probationibus lib. 2. conclus. 755. num. 3. & lib. 3. conclus. 1221. nu. 78. & sequenti*, vbi refert Eymericum *vbi supra in dicta quæst. 71.* relati per Hieron. Cæuallos *in commun. quæst. 721. nu. 2. vide in tract. de testibus quæst. 63. nu. 261.*

LIMITA I. † propositam regulam, & cum hac limitatione concordantur contraria, vt in crimine hæresis, licet duo testes sufficiant ad conuincendum reum, hoc tamen intelligendum est, dummodo sint omni exceptione maiores, alias secus; & cum hac distinctione concordari possunt Doctores inter se dissentientes, prout videtur voluisse Ioan. Calderin. *in tractat. de hæreticis in rubric. de sententia Inquisitorum num. 1.* Arnald. Albertin. *cum allegatis per eum in repetitione cap. primi de hæreticis in 6. quæstion. 16. num. 25. & sequenti*; Simanch. *Catholicar. institution. tit. 51. rubric. de probationibus num. 9. & tit. 64. rubric. de testibus num. 36. & in Enchiridion Violat. Religion. tit. 34. rubric. de probationibus numer. 5.* Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus § 13. & §. 14.* vbi propterea infert, ad effectum condemnandi hæreticum in pœnam ordinariam non sufficere depositionem duarum mulierum, idem Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assercionibus Catholicis & hæreticis, sub num. 3. & num. 4.* vbi amplius dicit, quod nisi testes fuerint omni exceptione maiores, ad condemnandum non sufficiunt etiam concurrentibus verisimilibus coniecturis, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitor. par. 3. qu. 71. Comment. 120. fol. mihi 105. col. 2. vers. fin. & fol. 666, col. 1. vers. 1.* Decian. *in tractatu crim. lib. 5. cap. 35. nu. 6. versic. Sed oportebit*; Ioan. à Rojas *singul. 164. nu. 11. & singul. 188. nu. 1. & 2. & in tract. de hæreticis par. 2. nu. 86.* vbi de communi, *& num. 88. & sequentibus*, vbi qui dicantur testes omni exceptione maiores, & quis debeat hoc probare, (de qua re latius dixi suo loco *in tract. de testibus* (& *num. 115. & sequentibus*, vbi quod nec etiam hæresis probatur per tres testes, quando non sunt idonei; Gabriel. *cons. 178. num. 29.* vbi de communi, & ampliat, quod nisi testes fuerint omni exceptione maiores, coniecturæ non supplent; Menoch. *cons. 82. numer. 163. lib. 1.* Mascard. *de proba-*

probationibus lib.2.conclus.855.nu.8.& sequentibus, Ludou. à Paramo *de origine S.Inquisitionis lib.3.quæst.5.rubr.de forma & ordine iudicario S.Officij num.*27. vbi de communi. Læl.Zecch.*in summa par.1.tit.de fide rubric. de hæresi cap.11. nu.14.vers.Quo vero ad numerum testium.*

59 AMPLIA † hanc I.Limitationem, vt in crimine hæresis vnius integri, & valde digni testis fides non suppleat defectum, & infamiam alterius testis, ex allegatis per Franc.Pegnam *in additionibus ad Eymeric.in Directorio Inquisitorum par.3.quæst.64. Commentar.113.fol.mihi 653. col.2.vers.primo incipien.Sit iam tertium, & postremum Axioma, & seqq.* vbi tamen videtur hoc declarare, nisi cum fide testis integri, & valde digni concurrant aliæ coniecturæ, tunc enim hæresim plene probari admittere videtur, vt ibi per eum.

60 LIMITA II. † Vt duo testes in crimine hæresis non sufficiant ad condemnandum hominem bonæ famæ; secus si inquisitus sit malæ famæ, vt per Eymer.*in Directorio Inquisitorum par.3. quæst.71.nu.5.in fine*, & ibi Franc. Pegna *in additionibus Comment.120.vers.primo, & sequenti*, alios refert concordantes, *fol.665.colum.2.* nec dissentit Mascard.*de probationibus lib.2.conclus.855.nu.11.*

61 Et † licet contrarium, quod duo testes sufficiant ad condemnandum quemlibet, & sic etiam hominem bonæ famæ, sentire videatur idem Francisc.Pegna *vbi supra in additionibus ad eundem Eymericum in Directorio Inquisitorum dicta par.3.quæst.71. Commentar.120.in vers. At posteri*, vbi & alias refert, & de communi testatur, hanc tamen distinctionem amplecti videtur, & concordantes refert, *vers. Quamuis autem, & vers.sequenti. & vers. Hoc tamen non possumus diffiteri, fol.mihi 666.col.1.* vbi propterea dixit, quod quando reus est spectatæ virtutis, & probitatis, integræ famæ, & incorruptæ vitæ, tunc iuxta Eymerici sententiam non erit incongruum, aut mitius punire, aut sententiam differre, donec forte aliæ superueniant coniecturæ.

62 LIMITA III. † quando agitur de probanda hæresi verbo, aut facto commissa publice in populosa ciuitate, coram personarum multitudine, tunc enim plures quam duo testes requiruntur etiam integri, secundum Arnald. Albertin.*in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst.34.nu.55.*

63 LIMITA IV. † quia an in crimine hæresis ad conuincendum aliquem duo testes sufficiant, an vero plures requirantur, iudicis arbitrio remissum videtur ex Hostiense, Cardinale, Philippo Franco, & Gundisaluo in locis relatis per Conrad.*in pract.rubr.de hæreticis nu.10.* (sed an isti Doctores tale quid dicant per te ipsum videas) Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitorum par.3.quæst.71.commentar.120. versic. Postremo, & vno verbo dicam fol.mihi 666.col.1.* vbi relatis Doctoribus sibi inuicem contradicentibus in hac quæstione, vtrum in crimine hæresis ad condemnandum sufficiant duo testes, concludit, non esse absurdum dicere, hoc esse relinquendum arbitrio Episcopi, & Inquisitoris, habita consideratione personæ delinquentis, & testium, Hieron.Gabr.*cons.*178.*num.*31.Mascard. *de probationibus lib.2.conclus.855.num.7.*

64 REGVLA II. † sit quod in crimine hæresis vnus testis ad condemnandum non sufficiat, vt plene scripsit Simanch. *Catholicar. institut.tit.64. rubr. de testibus, nu.31. & sequentibus.*

65 AMPLIA † hanc regulam, vt in crimine hæresis testis vnus non sufficiat ad condemnandum etiam iuncta fama, summa Syluestr.*in verbo hæreticus, §.2.num.6.in fine, vers.Certum est autem*; Repert. Inquisitorum *in verbo Testes, vers.Per quot testes*; Simanch. *Catholicarum institutionum tit.51. rubr.de probationibus nu.3. & in Enchiridion. Violat.Religion.tit.34.eadem rubr.de probationibus num.2.* Gundisalu.*in tract.de hæreticis quæst.13.post num.9.* Boss.*in tit.de hæreticis num.6.in fine*, vide quæ dixi supra *in tit.de reo confesso, & conuicto quæst.86.nu.23.& sequentibus.*

LIMITA † eandem II.Regulam, vt licet testis vnus 65 in crimine hæresis non sufficiat ad condemnandum, sufficit tamen ad torturam, dixi supra *quæst.185.num.12.* Hic repetere non est necesse.

ARGVMENTVM.

De Testibus excommunicatis, criminosis, infamibus, sociis, & participibus in crimine hæresis, & alias inhabiles an & quando recipiantur in testes ad probandum hæresim; quid & quantum probent.

SVMMARIA.

Testes excommunicati, criminosi, infames, socij criminis, & inhabiles ad probandum hæresin admittuntur, nu.67.

Testes infames, & criminosi admittuntur in crimine hæresis etiam sine tortura nu.68.contra, nu.69.

Testes Birroarij in crimine hæresis admittuntur, & plene probant, nu.70.declara, vt nu.71.& sequentibus.

Testes inhabiles, infames, criminosi, excommunicati, & socij criminis admittuntur in crimine hæresis etiam in non defectum probationis, nu.74. licet alij contra, nu.75.

Testis Mulier, an, & quando admittatur in crimine hæresis, dicto nu.75.in quarta ampliatione.

Testis minor, an & quando admittatur in crimine hæresis, dicto num.75.in fine in quinta ampliatione.

Testes inhabiles, infames, criminosi, excommunicati, & socij criminis non admittuntur in crimine hæresis, nisi ex verisimilibus coniecturis, ex numero testium, ex personarum qualitate, & aliis circumstantiis falsa non dixisse præsumantur, numer.76.

Socius criminis in crimine hæresis nihil probat quando ex aliis delictis infamatus reperitur, dicto num.76.in fine.

Testes inhabiles non omnes in crimine hæresis admittuntur, sed tantum illi qui à iure expressi sunt, videlicet infames, criminosi, excommunicati, socij, & participes criminis, nu.77.

Testes inhabiles infames, criminosi, excommunicati, & socij criminis, admittuntur in crimine hæresis, quando proceditur ex officio & per Inquisitionem, secus si per accusationem, nu.78. contra, num.79.

Testes inhabiles, infames, criminosi, excommunicati, & socij criminis, non admittuntur in crimine hæresis ad probandum adminicula, nu 80.

Testes inhabiles, infames, criminosi, excommunicati, & socij criminis in crimine hæresis non probant defensionem rei inquisiti, nu.81.

Testes inhabiles, infames, criminosi, excommunicati & socij criminis, licet admittantur in crimine hæresis, non per hoc tamen prohibetur opponere, & excipere contra eorum dicta, num.82.

Testes inhabiles, infames, criminosi, excommunicati, & socij criminis, licet admittantur in crimine hæresis, non tamen reputantur integri testes, nec propterea sufficiunt ad condemnandum, sed tantum ad inquirendum, vel ad torquendum, vel ad pœnam extraordinariam, nu.83.

Testes inhabiles, infames, criminosi, excommunicati, & socij criminis, si plures fuerint, & cum eorum depositionibus concurrant verisimiles circumstantiæ, plene, & concludenter hæresim probare dicuntur, nu.74.

QVÆST. CLXXXVIII. §. IV.

REGVLA † sit, quod testes excommunicati, partici- 67 pes, vel socij criminis, seu alias criminosi, infames, ex speciali fauore fidei in crimine hæresis admittuntur, Text. *in cap. In fidei fauorem, de hæreticis in 6.* vbi ad literam dicitur, *In fidei fauorem concedimus, vt in negocio Inquisitionis hæreticæ prauitatis excommunicati, & participes vel so-*

vel socij criminis, ad testimonium admittantur contra haereticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, & ibi hoc adnotarunt Glossa in figuratione casus, versicul. Nota vnum speciale, & versic. Nota quod propter fauorem fidei, & in verbo Excommunicati, & in verbo Participes, Geminian. in summario, & num.1. in primo, & 2. notab. & num.2. versic. Nota quod Papa, & numer.5. versic. Quid si testis est inhabilis. Franch. in summario, & numer.1. in primo notab. & num.2. in secundo notab. & numer.3. in fine, versic. Quid autem de testibus inhabilibus; & extat constitutio Alexandri IV. edita de anno 1261. incip. Consuluit, relata per Francisc. Pegnam in Director. Inquisitor. inter literas Apostolicas fol. 61. Ioan. Calderin. in tractat. de haeret. rubric. de his quae pertinent ad exequutionem &c. numer. 8. & 9. & num.11. Armilla, in summa in verbo Haeresis, num. 10. summa Rosella in verbo haereticus, num. 31. Angelica in summa in eod. verbo haereticus, numer.13. summa Syluestrin. in d. verbo haereticus, §.1. numer.14. versic. Nota quod contra eos, & §.2. numer.6. in principio. Tabien. in summa in eod. verbo Haereticus, nu.13. Vmbert. Locat. in iudicial. Inquisitor. in verbo Aduocatus, numer.1. in fine, vbi propterea, quod in causa fidei omnes testes admittuntur praeter capitales inimicos, & in verbo Complices, num.1. & in verbo Exceptio, num.4. vers. Verum quia, vbi quod excepta exceptione falsitatis, & capitalis inimicitiae, omnes aliae exceptiones aduersus testes repelluntur in causa fidei, & in verbo Excommunicati. n.4. & in verbo Inimicitia, numer.3. & in verbo Poena, versic. Nono quia contra haereticos, & in verbo Testis, n.34. vers. Et nota quod testes infames; Repertor. Inquisitorum in verbo Exceptiones, versic. Item solum, vbi quod contra testes duae solum exceptiones possunt opponi in crimine haeresis, videlicet capitalis inimicitiae, vel cohabitationis cum illis, & in verbo Testis, vers. Circa praedicta dicendum, & in vers. Est tamen speciale, & sub vers. Nota quod quando obijciuntur, post principium; ibi, Ex supradictis collige, &c. vbi pariter dixit, quod in causa haeresis nulla alia exceptio repellit testem, nisi inimicitia capitalis, & ibi Quintilian. Mandos. in additionibus litera H, Simanch. in Enchiridion violat. Religion. tit.35. rubr. de testibus. num.17. & num.23. Zanchin. in tract. de haereticis cap.13. nu.1. Campeg. in additionib. ad eundem Zanch. in eodem tract. de haereticis, cap. 31. vers. Tertium quoque impedimentum; Squillac in tract. de fide Catholica, cap.34. num.1. Ioan. Lopez in allegationibus haereticalibus, cap.15. in principio, Federic. de Senis, cons.252. col. fin. vers. Secunda quoniam dictae exceptiones; Gundisal. in tract. de haereticis, qu.13. nu.10. Carer. in eodem tract. de haereticis num.104. & nu.118. Conrad. in pract. in rubr. de haereticis, numer.11. vers. Item quod admittantur testes excommunicati, & vers. Et infames admittendos, Boss. in tit. de haereticis, num.2. & 5. vers. Sic etiam in crimine laesae Maiestatis; Simanch. Catholicar. Institutionum cap. 64. num.79 & 80. Eymeric. in Director. Inquisitor. par.3. quaest.64. & ibi Pegn. in addit. comment.113. vers. Primo, fol. mihi 652. col.2. Idem Eymer. vbi supra, d.p.3. rubr. de defensionibus reorum, num.118. Et iterum eadem par.3. quaest. 66. & ibidem pariter Pegna in addit. comment.115. Paris. cons.2. nu.53. lib.4. Decian. in tract. crim. lib.5. cap.35. nu.1. in principio, & cap.20. nu.11. Ioan. à Rojas singul.50. vbi de teste excommunicato, & singul.188. vbi de teste criminoso, & singul.190. vbi de testibus infamibus, & singul.191. vbi de sociis criminis, & singul.84. nu.3. Mascard. de probationib. lib.2. concl 8. nu.1. & seqq. & nu.8. Lael. Zecch. in summa par.1. tit. de fide rubr. de haeresi, cap.11. nu.14. vers. Admittuntur vero. Scacc. in tract. de iudic. caus. ciuil. crim. & haeret. cap.82. num.2. vide in tract. de testibus, quaest.62. nu.82. & nu.84. vbi de teste inhabili, & in quaest.56. num.273. vbi de excommunicato, & nu.70. vbi de infame, & in quaest.43. nu.58. vbi de socio criminis, & nu.150. Ludou. à Paramo de origine sanctae Inquisitionis, lib.3. quaest.6. nu.97. & seqq. vbi pariter de socio criminis, Petr. Binsfeld. de confess. malefic. memb. 1. conclus. 1 per totam, vbi pluribus probat, in crimine maleficorum credendum esse socio criminis, affertque ad huius conclusionis comprobationem duodecim rationes, Martin. del Rio Iesuita, qui pariter loquitur in sortilegis & maleficis, de disquisitionibus magicis, lib.5. sect.6. vers. Quoad personam.

68 Amplia I. † Vt testes infames, criminosi, excommunicati, & participes criminis admittantur in crimine haeresis etiam sine tortura; Simanch. Catholicar. Institut. tit.64. rubric. de testibus, num.37. & seqq. vbi testatur de veriori opinione, & in Enchiridion violat. Relig. tit.35. rubr. de testibus, nu.18. & in adnotationibus ad Zanchin. in tractat. de haereticis, cap.2. vbi reprobando Campeggium contrarium tenentem in loco infra mox allegando dixit, eius opinionem esse sine lege, & ratione; Francisc. Pegna in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitorum, par.3. qu.64. commentar.113. versic. Illa est etiam & sequentib. fol. mihi 654. colum. 1. vbi dixit, quod licet testes infames, & minus idonei, & socij criminis secundum veram sententiam regulariter non admittantur sine tortura; In crimine tamen haeresis nimis dura, & aspera talis sententia sibi videtur, & propterea concludit, etiam sine tormentis testes praedictos, & socios criminis indicium facere modo maius, & modo minus, pro personarum qualitate arbitrio iudicis, qui etiam poterit, si sibi videbitur, torturam adhibere ex causa, & hanc esse beniguiorem & commodiorem sententiam affirmat, Ioan. à Rojas in tract. de haereticis par.2. nu.153. & sequentibus, vbi quod contraria opinio omni ratione caret; Mascard. de probationibus lib.2. conclus.857. numer.3. vbi de socio criminis, Sigismund. Scaccia in tract. de iudicio causarum ciuil. crimin. & haeretical. cap.82. num.2. vbi concludit, socium criminis, aut alium infamem testium in causa fidei admitti cum tortura, & sine arbitrio iudicis. Lael. Zecch. in summa par.1. tit. de fide rubr. de haeresi cap.11. num.14. vers. Et idem si sit socius criminis. Et licet contra hanc sententiam senserint alij plures grauissimi viri, & doctores, quomodo referam; attamen in supremo totius Christianae Reipublicae generalis, & Romanae Inquisitionis officio regulariter testes huiusmodi criminosi, & socij criminis admittuntur sine tortura, licet quandoque, sed raro, cum tortura admissi fuerint.

69 Contrarium, † quod admittantur sine tortura, voluit Vmbert. Locat. in iudicial. Inquisitorum in verbo Excommunicati, nu. 6. qui tamen loquitur dubitatiue per verbum Forte, Repertor. Inquisitorum in verbo Testes, vers. An autem huiusmodi testes, Campeg. in additionibus ad Zanchin. in tract. de haereticis cap 9. litera C. in verbo Inquisitor, versic. Adsunt insuper. Gundisal in tractat. de haereticis, quaest.13. num.5. Ioan. à Rojas singul.84. nu.3. Paris. cons.2. nu.83. lib.4. Decian. in tract. crim lib.5. cap.35. nu.12. vbi tamen loquitur, quando sunt viles personae, & n.14. in fine, vbi et loquitur in testibus inhabilibus, quos in hoc crimine admittendos esse non fuit specialiter in iure expressum; relati per Mascard. de probationibus lib.2. concl.857. n.32. & n.24. Nec dissentit. Gregor. de Valentia in Comm. ad Thomam disputat.6. quaest.13. puncto 4. vers. Caeterum in fine, licet subdat sufficere torturam, aut torturae metum. Thom. Triuisan. Decis.39. numer.7. lib.2. Petr. Binsfeld. de confess. malefic. membro 2. conclus.5. vers. Circa hanc conclusionem, vbi tamen dixit, contrarium statui in constitutione Caroli V. & propterea subdit in hoc seruandam esse loci consuetudinem. Nec dissentit Montemar. in pract. Archiep. c.84. nu.11. vbi testatur, hanc contrariam sententiam in practica apud eum seruari. Martin. del Rio Iesuit. de disq. Magic. lib.5. in 2. appendice, qu.11. vbi dixit, quod vnus socius criminis sine tortura non probat; si vero fuerint plures, admittuntur sine tortura, iudicis tamen arbitrio, & hanc sententiam testatur satis probabilem, & tutam, & d. lib.5. sect.3. vers. Sed quadam, vbi simpliciter dixit, depositionem socij criminis non afficere, nisi fuerint in

tortura confirmata, reprobato Simancha contrarium tenente ex constitutione Carolina, quæ in Imperio solum seruanda erit, subditque, hanc torturam socio criminis esse inferendam specialiter pro confirmatione suæ depositionis, leuiter tamen: vide *in tractat. de testibus qu. 43. nu. 34. qu. 56. nu. 57. & qu. 62. nu. 379.*

70 AMPLIA II. † (Et quidem illatiue ex regula) in Birroariis, qui cum infames sint, & vt plurimum vilissimæ personæ, licet à testificando repellantur, præsertim in criminalibus, etiam in iis, quæ ab eorum officio dependent, & præsertim etiam si dicant quem in fragranti crimine reperiisse, vbi agitur de graui, & corporali pœna, vt dixi supra *in tractat. de testibus quæst. 56. num. 370. & sequentibus, & numer. 378. & sequen. & in tit. de delictis & pœnis quæst. 21. numer. 147. & sequentibus, & num. 155. & 157. & in tit. de variis, & extraordinariis criminibus qu. 108. numer. 150. & sequentibus*, contrarium tamen videtur in Birroariis Sancti Officij, quibus plenam fidem esse exhibendam de his omnibus, quæ ad eorum officium pertinere noscuntur, statuit Innocentius IV. in sua constitutione IV. edita de anno 1252. *in vers. officialibus vero prædictis*, registrata inter literas Apostolicas post Director. Inquisitorum *fol. mihi* 8. vbi postquam ille Pontifex statuit, per potestates, & rectores ciuitatum prouideri Inquisitoribus duodecim viros probos, & Catholicos, duos Notarios, duos seruitores, vel quotquot fuerint necessarij, qui debeant hæreticos, & hæreticas capere, & eorum bona illis auferre, captosque ducere, & duci facere in potestatem Episcopi, vel eius Vicarij, deinde subdit, per hæc verba videlicet, *officialibus vero prædictis plena fides de his omnibus habeatur, quæ ad eorum officium pertinere noscuntur sine aliquo specialiter præstito iuramento, probatione aliqua in contrarium non admissa, vbi duo, vel tres, vel plures præsentes fuerint ex eisdem.* & hoc idem statuerunt Alexander IV. in alia constitutione edita de anno 1259. registrata vbi supra *fol. mihi 39. in fine*, & Clemens VI. in alia constitutione edita de anno 1265. registrata vbi supra in eodem Director. Inquisitorum *fol. mihi 62.*

71 Verum † circa prædictas constitutiones est aduertendum, quod dicunt, plenam esse adhibendam fidem dictis officialibus, non in iis, quæ pendent, & sequuntur ex eorum officio, vtputa quando deponunt super impedimento exequutionis, aut super iniuriis verbalibus, vel personalibus ipsis illatis, sed solum quando deponunt in iis, quæ ad eorum officium pertinent, vtputa si deponant super exequutione ab ipsis facta, vel non facta, aut quid simile non magni præiudicij, & est magna differentia inter ea quæ pendent, & sequuntur ex officio Birroariorum, & ea quæ pertinent ad eorum officium, prout loquuntur constitutiones, primo enim casu Birroariis non creditur, secundo autem sic, prout dixi *in tract. de testibus qu. 56. nu 376. & seq. & nu. 380. & seq.*

72 Et † est aduertendum circa easdem constitutiones, quod licet velint, plenam adhibendam esse fidem seruitoribus capientibus hæreticos in his quæ ad eorum officium pertinent, non tamen declarant, an hoc etiam velint in grauibus delictis, & vbi agitur de pœna corporali, & propterea declarandæ videntur, vt cum hoc non exprimant recipere debeant interpretationem à iure communi, quo pariter cauetur, vt *in meo tract. de testibus, in locis supra allegatis*, probaui, Birroariis esse plene credendum in his quæ ad eorum officium pertinent, etiam quod ad illud in specie deputati non sint in leuibus, non autem in grauibus; & hanc declarationem puto verissimam.

73 Nisi † istorum Birroariorum depositiones essent cõadiuuatæ aliis coniecturis, & adminiculis: tunc enim non erit absurdum dicere, quod plene probent etiam in grauibus, iuxta ea quæ dixi *in dicto tract. de testibus qu. 63. nu. 335. & seqq. & nu. 385.* Et secundum hanc subdeclarationem de præsenti anno 1614. fuit furca suspensus quidam carceratus in carceribus sancti Offi.ij, qui præparata fuga, vt inde aufugeret, duos carcerum custodes ad mortem vulnerauerat; fuit enim de hoc delicto reputatus conuictus non solum ex depositione vulneratorum, sed etiam aliorum custodum de visu deponentium, concurrente quod dicti vulnerati fuerunt reperti sic vulnerati in eius carcere, aliisque pluribus verisimilibus coniecturis, & præsumptionibus concurrentibus.

AMPLIA III. † Vt testes inhabiles infames, criminosi, excommunicati, & socij criminis admittantur in 74
crimine hæresis, non solum in defectum aliarum probationum, sed etiam non existente tali defectu, prout videtur text. *in cap. in fidei fauorem, de hæreticis in 6.* in illis verbis, *Præsertim in probationum aliarum defectum*, ponderando verbum *Præsertim*, quod est ampliatiuum, & significat idem quod verbum *Maxime*, prout ibidem aduertit Ioan. Andr. *num. 3. in verbo Præsertim*, & ita etiam ampliatiue loqui videntur cum eodem verbo *Præsertim*; Rosella *in summa in verbo hæreticus, numer. 31.* summa Syluestrin. *in eodem verbo hæreticus, §. 2. num. 6. in principio.* Vmbert. Locat. *in iudic. inquisitor. in verbo Excommunicati, num. 4.* Repertor. Inquisitorum *in verbo Testes, sub vers. Est tamen speciale.* Ioan. Calderin. *in tractat de hæret. rubr. de his quæ pertinent ad executionem officij nu. 9.* Simanch. *in Enchir. Violat. Relig. tit. 35. rubr. de testib. num. 17.* Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 35. num. 1.* Sigismund. Scacc. *in tract. de iudic. causar. ciuil. crim. & hæret. cap. 82. nu. 2. in fine vers. Vel ponderando illud aduerbium Præsertim.*

Etsi † contrarium, quod scilicet participes criminis, 75
& alij prænarrati inhabiles in testes non admittantur, nisi in defectum aliarum probationum, sentire videatur Simanch. *in additionibus ad Zanch. de hæret. cap. 10. vers. Sed hæc opinio*, & videtur de mente Eymeric. *in Direct. Inquisitor. par. 3. quæst. 64. in princip. & qu. 69. vers. In defectum tamen aliarum probationum*, Martin. del Rio *de disquisitionibus Magic. lib. 5. sect. 5. versic. Tertio possunt hæc causa.*

AMPLIA IV. † etiam in mulieribus, quæ quod in 76
crimine hæresis admittantur nulla est dubitatio; si enim admittuntur infames, vtique multo magis admitti debent mulieres, maior enim est exceptio infamiæ, quam sexus, sed quando hoc verum sit, & de materia dixi latè supra *in tractat: de testibus, quæst. 59. in primo casu, nu. 1. & seqq. & præsertim num. 10.* & ibi per me scripta refert, & sequitur Martin. del Rio Iesuita, qui & ipse in specie ad crimen hæresis, & magiæ materiam ponit *in tract. de disquisitionibus Magicis, lib. 5. in 2. appendice, qu. 12.* vbi affirmat in crimine maleficij mulieres etiam complices, & socias criminis admittendas esse in testes, cum per alios verisimiliter veritas haberi non possit, & postea hanc conclusionem declarat, dummodo fuerint plures, secus si vna tantum fuerit socia criminis, tunc enim esset repellenda, cum vltra defectus sexus patiatur etiam defectum infamiæ, & multo magis si esset minor viginti annorum, vt ibi per eum, *& quæst. 13.* vbi pariter affirmat quod in crimine maleficij, & magiæ plures, quam duæ mulieres sociæ criminis sufficiunt ad torturam, vnica autem non, duæ autem mulieres sociæ criminis pariter ad torturam sufficiunt, si ita iudici videbitur, nisi aliud illis obsistat, eorumque depositiones fuerint bonis circumstantiis munitæ; alias secus, vt ibi per eum, dicta *quæst. 13. & 14.* ad condemnationem autem in pœnam ordinariam, nec etiam tres mulieres sufficiunt, in extraordinariam autem sic.

Imo † ex depositionibus duarum mulierũ sagarum, 77
seu lamiarum aliquem nominantium posse deueniri ad torturam, etiam quod alia non concurrant adminicula, cum vna alteri adminiculetur, nisi illis aliud subsistat

sistat

sistat, & verius credo, & in practica seruatur in omni crimine, nedum in crimine hæresis, & maleficiis, quicquid secus senserit Petr. Binsfeld. *de confess. malefic. membro 2. post. 6. conclusionem in 2. dubio, vers. Septimum illatum,* vbi dixit, neminem esse torquendum, nisi ad minimum à tribus, vel à quatuor mulieribus fuerit denunciatus, nisi alia concurrant indicia, quod si prædictæ lamiæ, seu sagæ aliquem inculpent dicēdo eum vidisse in conuentu, & congregatione aliarum sagarum, tunc quod nec etiam faciant indicium ad torturam, dixi supra *quæst. 185. nu. 152. vers. Quamuis contrarium.*

Amplia V. † etiam in minoribus, qui quod in crimine hæresis admittantur in testes nulla est dubitatio, si enim sic admittuntur in crimine læsæ maiestatis, vt pluribus probaui supra *in tract. de testibus, q. 58. n. 22.* multo magis admitti debent in crimine hæresis, de qua re vide late tractantem Martin. del Rio Iesuitam *in tract. de disquisitionibus Magicis, lib. 5. in 2. appendice, qu. 15.* vbi distinguit inter puberes, & impuberes, pubertatique proximos, & concludit, quod in casu, in quo minores admittuntur in criminibus exceptis, atrocibus & occultis, prout est maleficium, non faciunt indicium nisi ad torturam, & hoc si plures fuerint, secus si vnus, & ante eum Petr. Binsfeld. *de confess. malefic. membro 2. post 6. conclusionem principalem in 2. dubio, vers. Dicet iterum hic aliquis.*

76 Limita I. † propositam regulam, vt prædicti testes inhabiles, infames, criminosi, excommunicati, & socij criminis non admittantur indistinctè, & simpliciter, sed ita demum: *Si ex verisimilibus coniecturis, & numero testium, aut personarum tam deponentium, quam eorum, contra quos deponitur qualitate, & aliis circumstantiis sic testificantes falsa non dicere præsumantur,* prout sunt verba clara textus *in d. c. in fidei fauorem, de hæreticis in 6.* & ibi Gloss. & Doctores bene declarant, quando isto casu præsumatur testem non falso dicere, & præsertim quando Inquisitus est alias suspectus, & diffamatus, & in summa concludunt de istis coniecturis, circumstantijs, & verisimilitudinibus standum esse arbitrio iudicis, vt ibi videre est apud Gloss. *in figuratione casus in fine, vers. Nota quod isti infames, & vers. Nota quod circumstantiæ, & in verbo, Coniecturis, & in verbo, Deponitur,* Ioan. Monach. *n. 1. in fine*, Archidiac. *nu. 3. in verbo, Coniecturis, & nu. 4.* Ioan. Andr. *nu. 3. in verbo, Numero, in verbo, Non falsa, & in verbo, Circumstantiis,* Gemin. *in summario, & nu. 1. vers. Nota quæ circumstantiæ, & num. 6. & 7. vers. Quæro penes quos,* Franch *in summario, & num. 2. in 2. notab. & nu. 3. vers. Vltimo nota,* Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de his quæ pertinent ad executionem officij, nu. 9.* summa Rosella *in verbo hæreticus, nu. 31.* addentes ad Angelic. *in summa in eodem verbo hæreticus, litera A.* summa Syluestr *in dicto verbo, hæreticus, §. 2. nu. 6. in prin. vers. Si ex numero testium,* Vmb. Locat. *in Iudicial. Inquisitorum, in verbo, Excommunicati, nu. 4. & 5.* vbi pariter declarat, an & quando præsumatur hos testes inhabiles vera, vel falsa dicere, & in verbo, *Testis, n. 34. vers. Secunda est,* Repert. Inquisit. *in verbo, Testes, vers. Est tamen speciale in fine*, Simanch. *Cathol. Instit. tit. 51. rubr. de probationibus, nu. 10. in fine,* Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus §. 15. ad medium, vers. Si ex verisimilibus coniecturis,* Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, qu. 13. num. 12. vers. Aduerte tamen,* Paris. *cons. 2. nu. 78. lib. 4.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 35. nu. 1.* Ioan. à Rojas *singul. 188. num. 5.* vbi propterea dixit, quod in crimine hæresis socius criminis admittitur, nisi ex aliis delictis infamatus fuerit, Mascard. *de probationibus lib. 2. concl. 855. num. 9.*

77 Limita II. † Quia licet dicatur, in crimine hęresis, & ad illius probationem admitti testes inhabiles, hoc tamen intelligendum est, non generaliter in omnibus testibus inhabilibus, sed tantum in expressis à iure, prout sunt excommunicati, participes criminis, Iudæi, & alij, (de quibus suo loco dictum est) vt bene docet Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 35. nu. 14.* vbi propterea infert etiam in crimine hæresis non esse admittendos, personas viles, periuros in omni casu, sed tantum in casu à iure expresso, (de quo etiam suo loco dictum est) quando scilicet primo loco veritatem celauerint, & postea eam velint aperire, item nec admittendos damnatos de falso & similes, si enim, vt ipse inquit, omnes inhabiles admitterentur vltra expressos, hoc vtique non esset fauere fidei, sed fideles innocentes perditorum hominum calumniis exponere, ex *Corras.* per eum alleg. Miscellan. *lib. 5. cap. 20.* & si admittantur, nonnisi cum tormentis admitti deberent, vt ibi per eum.

Limita III. † Regulam habere locum, quando proceditur contra hæreticum per viam Inquisitionis, prout videtur loqui text. *in d. c. in fidei fauorem, de hæreticis in 6. in verbo Inquisitionis*; secus si procedatur per viam accusationis, quia tunc infames, & criminosi, excommunicati, & socij criminis, & alias inhabiles ad testificandum non admittuntur, secundum Gloss. *in dicto cap. in fidei fauorem, in verbo Inquisitionis*, vbi arguit pro, & contra, & in hac residet sententia, prout, & in eandem sententiam ibidem descenderunt, Ioan. Andr. *num. 3. in fine, vers. In Glossa secunda*, Geminian. *num. 7. vers. Glossa secunda, & num. 8.* Franch. *num. 3. vers. In Glossa secunda*, qui omnes pluribus comprobant limitationem, & respondent contrariis, summa Syluestr. in. *in verbo hæreticus, §. 2. nu. 6. vers. Si tamen per viam accusationis*, Repertor. Inquis. *in verbo Testes, vers. Nota distinctionem,* Carer. *in tract. de hæreticis, num. 104.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 35. nu. 2. & nu. 8. & cap. 27 nu. 5. & cap. 29. eodem nu. 5.* Mascard. *de probationibus, lib. 2. concl. 857. nu. 30.* 78

Contrarium, † quod etiam si procedatur per viam accusationis in crimine hæresis, infames, inhabiles, criminosi, excommunicati, & socij criminis admittantur ad testificandum, cum vtroque casu militet fauor fidei, propter quem prædicti testes admittuntur, voluit Archid. *in eodem cap. in fidei fauorem, num. 2. in fine, in verbo Inquisitionis, & nu. 3. de hæreticis in 6.* Repertor. Inquisitor. *in verbo Testes, vers. Sed quæro iuxta prædicta,* Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, qu. 13. num. 16. & 17.* vbi proponit contraria, & illis respondet, Carer. *in eodem tractat. de hæreticis, num. 120.* vbi in hac opinione residere videtur; Ioan. à Rojas *singul. 188. nu. 6. & seqq. & singul. 191. nu. 3.* vbi testatur de veriori opinione, *& singular. 84. num. 4.* relati per Mascard. *de probationibus, lib. 2. concl. 857. nu. 31.* 79

Limita IV. † Vt testes infames, criminosi, & alias inhabiles, licet admittantur in crimine hæresis, hoc vtique intelligendum est, quando deponunt super ipso delicto, & delicti substantia, secus si super adminiculis, Paris. *cons. 2. num. 81. lib. 4.* Mascard. *de probationibus, lib. 2. concl. 857. nu. 35.* vide, quæ dixi *in tract. de testibus, quæst. 56. nu 72. & seqq.* 80

Limita V. † Vt testes infames, criminosi, & alias inhabiles, licet in crimine hæresis admittantur contra hæreticum, non tamen admitti debent si ab eo inducantur pro sua defensione, Repertor. Inquisit. *in verbo Testes, vers. Item an illi testes inhabiles*, Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 13. num. 14.* Boss. *in tit. de hæreticis, nu. 3. vers. Non admittantur tamen tales testes ad defensionem*, Ioan. à Rojas *singular. 188. nu. 9. & 10. & in tract. de hæreticis, par. 2. nu. 177. assertion. 46.* 81

Limita VI. † Quia, & si in crimine hęresis admittantur testes infames, criminosi, & alias inhabiles, hoc tamen intelligendum est, vt non possit contra eorum personas excipi de inhabilitate, secus contra eorum dicta, vtputa quod essent contrarij, varij, & vacillantes, quia hæc exceptio aduersus eos opponi in crimine hæresis non prohibetur, vt bene adnotauit Vmbert. Loc. *in Iudicial. Inquisitorum, in verbo Testis, num. 34. vers. Tertia est,* Repertor. Inquisitorum *in verbo Exceptionis, vers. Sed aliæ exceptiones*, vbi loquitur de exceptione falsitatis, *& in vers.* 82

in vers. Nota, quod si excipiens, vbi dixit, quod si excipiens falsitatem testium offert se illam incontinenti probaturum, Inquisitores debent supersedere, Zanch. *in tractat. de hæreticis, c. 13. nu. 3. vers. Aliæ vero exceptiones*, Oldrad. *cons. 210. num. 6. & seqq.* vbi contra testes in crimine hæresis examinatos opponit, quod deponunt de credulitate, & eorum iudicio inuerisimilia per eundem præmeditatum sermonem, sunt discordes, & vocant in contestes negantes se contestes fuisse.

83 LIMITA VII. † Quia testes infames, criminosi excommunicati, participes criminis, & alias inhabiles, licet admittantur in crimine hæresis, non tamen sunt integri testes, & propterea ad condemnandum non sufficiunt, sufficient solum, vel ad inquirendum, vel ad torquendum, vel ad pœnam extraordinariam, secundum quod iudici videbitur, iuxta qualitatem personarum, & adminiculorum concursum, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de his, quæ pertinent ad executionem officij nu. 10. in fine*, vbi dixit, quod licet in crimine hæresis admittantur testes infames, criminosi, & participes criminis, eorum tamen depositio debilitatur ex prædictis criminibus, præsertim si crimine fuerint emendati, *& numer. 11.* Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitorum, in verbo Complices, n. 1.* vbi dixit, quod complices in crimine hæresis admittuntur ad inquirendum tantum, non autem ad torturam, vel condemnationem, ex Emil. Ferret. quem allegat *respons. 28. & in verbo Confessio, nu. 38.* dixit confessionem socij criminis de se solam facere indicium ad torturam arbitrio iudicis considerata qualitate deponentis, & eius, contra quem deponitur, *& in verbo Excommunicati, nu. 6.* vbi quod prædicti testes non sunt integri, nec indicium faciunt ad torturam, *& in verbo Testis, num. 34. vers. Prima est*, vt admittantur ad indicia tantum, non autem ad condemnationem, Simanch. *Cathol. Instit. tit. 51 rubr. de probationibus, num. 10.* vbi quod testes inhabiles prædicti recipiuntur solum ad Inquisitionē, ad indicium, ad præsumptionem, & ad summum ad qualem qualem probationem, *& tit. 64. rubr. de testib. num. 79. & seqq.* vbi dixit, quod aduersus infames, fures, raptores, facinorosos, excommunicatos, seruos, pauperes, & perfidæ nationis non prohibetur reus opponere exceptiones, & ad illas probandum admitti debet, licet in totum non repellant eorum testimonium, & *in Enchiridion Violat. Relig. eadem rubr. de testibus, numer. 17.* Ioan. Lopez *in additionibus hæreticalibus, §. 15. vers. Ad hoc respondetur*, Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 118.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. 3. qu. 64. commentar. 113. versic. Cæteris tamen, & sequentibus, fol. mihi 652. col. 2. & fol. 653. col. 1.* Paris *cons. 2. num. 83. lib. 4.* Ioan. à Rojas *singular. 188. nu. 11. & seqq.* vbi testatur, hunc intellectum esse communiter receptum ad text. *in d. c. in fidei fauorem, de hæreticis in 6. & singular. 191. nu. 4.* Mascard. *de probationibus, lib. 2. conclus. 857. nu. 38.* vbi etiam de communi, *& concl. 855. n. 9.* Petr. Binsfeld. *de cōfess. malef. membro 2. in 7. conclusione*, Montemar. *in pract. Archiepiscop. cap. 184. num. 11.* Læl Zecch. *in summa, par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi, cap. 11. nu. 14. vers. Admittuntur vero.*

84 SVBLIMITA † præcedentem limitationem, nam licet secundum Arnald. Albertin. cum allegatis per eum in repetitione *cap. primi de hæreticis in 6. qu. 16. nu. 26.* testes infames non sufficiant ad condemnandum in crimine hæresis etiam iunctis adminiculis, & coniecturis; contrarium tamen, quod testes infames, criminosi, & alias inhabiles, si plures fuerint, quam duo, & cum eorum depositionibus concurrant verisimiles circumstantiæ plures, plene & concludenter hæresim probare dicantur, suadetur ex verbis positis *in dicto c. in fidei fauorem, de hæreticis in 6.* dum ibi dicitur: *Si ex verisimilibus coniecturis, & ex numero testium aut personarum, tam deponentium, quam eorum contra quos deponitur, qualitate, ac aliis circumstantiis sic testificantes falsa non dicere præsumantur*: Quibus verbis sic ponderatis per Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus, §. 15.* dixit, isto casu non sufficere duos testes infames, criminosos, aut alias inhabiles, sed debere esse plures quam duos, ad hoc vt iunctis aliis coniecturis, & circumstantiis, hæresim plene & concludenter probare dicantur, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisit. par. 3. qu. 64. comment. 113. vers. Nec refert, & versic. sequenti, fol. mihi 653. col. 1.* vbi amplius dixit, plures, quam duos testes excommunicatos, participes criminis, seu alios inhabiles sufficere in crimine hæresis ad condemnandum in pœnam ordinariam, non solum additis, & concurrentibus aliis coniecturis, sed etiam quando ex circumstantiis, & coniecturis, & personarum qualitate verisimiliter vera deposuisse præsumuntur, & hanc doctrinam securam; Ioan. à Rojas *singular. 188. num. 3.* vbi dixit in crimine hæresis in fidei fauorem speciale esse, vt numerus testium suppleat eorum defectus, *& singular. 200. nu. 3.* vbi idem dixit Mascard. *de probationibus, lib. 2. conclus. 857. nu. 39.* vbi refert, & sequitur Franciscum Pegnam *in loco præallegato.* Nec dissentit etiam quoad pœnam ordinariam, Læl. Zecch. *in summa, par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi, cap. 11. num. 14. vers. Admittuntur vero*, Petr. Binsfeld. *de confess. malef. membro 2. post 6. conclusionem principalem in 2. dubio, versic. Imo, vt hoc addam, & conclus. 7. vers. Maius autem dubium*, vbi tamen se restringere videtur ad pœnam extraordinariam, & quod quo ad pœnam extraordinariam, quando testes infames, seu alias inhabiles sunt, plures quam duo sufficiant ad condemnandum, communem testatur, Martin. del Rio *de disquisitionibus Magicis, lib. 5. versic. Quarto quantumvis*, (licet ibi hanc communem reprobet.)

ARGVMENTVM.

De teste periuro.

SVMMARIA.

Testis periurus, & varius admittitur regulariter in crimine hæresis, nu. 85.

Testis periuri, & varij statur secundo dicto, & non primo, num. 86. Etiam quod varietas contingat fieri ex interuallo, numer. 87.

Testis periuri, & varij in crimine hæresis statur secundo dicto, & non primo, quando deponit etiam contra se, secus si de aliis fateatur, de se negaret, nu. 88. Contra, nu. 89.

Testis varij, & periuri, tunc demum statur secundo dicto, & non primo in crimine hæresis, quando ex manifestis indiciis appareat, eos non animi leuitate, aut odij fomite, seu corruptione pecuniæ, sed zelo fidei primum dictum correxisse, nu. 90. Vbi declaratur, An, & quando dicti testes præsumantur zelo fidei deposuisse,

Testis varij, & periuri, tunc demum statur secundo dicto, & non primo in crimine hæresis, quando illud est verisimile, aliter secus, num. 91.

Testis periurus admittitur in crimine hæresis, quando periurium causatur diuersitate & varietate depositionis, secus si aliunde, num. 92.

Testis varij, & periuri secundo dicto statur, non primo in crimine hæresis, quando primo negauit, & postea fateatur, secus è contra, num. 93. & 94. Vbi quod isto casu sic negans in secundo dicto, vehementer redditur de hæresi suspectus, contra, num. 95.

Testis qui in articulo mortis fatetur pro suæ conscientiæ exoneratione falsum deposuisse contra aliquem, maxime probat exculpati innocentiam, nu. 96.

Testis periurus admittitur in crimine hæresis, dummodo non patiatur alios defectus vltra periurium, nu. 97.

Testis periurus licet admittatur in crimine hæresis, diminuitur tamen de illius fide, & non est integer testis, num. 98.

Testis

Testis periurus, & varius in crimine hæresis non admittitur sine tortura, nu.99.

Testis periurus licet admittatur in crimine hæresis, punitur tamen de periurio, num.100.

QVÆST. CLXXXVIII. §. 5.

82 Regula † sit, quod in crimine hæresis admittitur in testem periurus, etiam quod periurij pœnitentiam non egerit, text. est *in cap. accusatus §. licet, de hæreticis, in 6.* & ibi Ioan. Monach. *numer.1.* Geminian. *in summario,* & Franch. *in §. ille quoque, etiam in summario, & n.2. in quarto notab.* & voluit Gloss. *in eodem cap. accusatus §. porro, in figuratione casus, vers. Nota, in §. licet.* Et extat constitutio Alexandri IV. edita de anno 1258. incip. *Quod super, versic. Præterea nonnulli*, relata per Franciſc. Pegnam inter literas Apostolicas, *fol. mihi 30.* Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de his, quæ pertinent ad exequutionem officij, nu.8. & nu.9. vers. Periurij etiam,* Repertor. Inquisitor. *in verbo, Testes, sub vers. Est tamen speciale,* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.13. num.12. in principio,* Eymeric. *in Director. Inquisitorum, par.3.2. quæst.65.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.35. num.3.* Mascard. *de probationibus, lib.2. conclus.857. num.5.* Ioan. à Rojas *singul.194. nu.1.* dixi hac de re iterum supra *in tract. de testibus, quæst.58. num.203.*

83 Et † isto casu quando testis, qui in crimine hæresis deposuit, est varius, & periurus, statur secundo dicto, & non primo, text. expressus *in c. accusatus, §. licet, de hæreticis in 6.* & ibi Gloss. *in figuratione casus,* Ioan. Monach. *nu.7.* Archidiac. *nu.4. vers. Regulare est tamen,* & Gemin. *in summario,* & voluit Alexander IV. in sua constitutione edita de anno 1258. incip. *Quod super, vers. Præterea nonnulli,* relata per Pegnam, vbi supra, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de his, quæ pertinent ad exequutionem officij, num.8. vers. Periurij,* etiam Rosell. *in summa, in verbo hæreticus, num.31.* summa Syluestrin. *in eodem verbo, hæreticus, §.2. numer.6. vers. Secundum similiter,* Repertor. Inquisitorum, *in verbo Testes, versic. Item nota, quod quando, & in vers. Si vero deposuit,* Zanchin *in tract. de hæreticis, cap.14. num.5. vers. Si vero prius deposuerat pro hæretico,* Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, quæstion.13. num.12. versic. Aut dictum suum,* Nicol. Arelaten. *notab.13.* Paris. *consil.2. nu.52. lib.4.* Eymeric. *in Director. Inquisitorum, par.3. quæstion.65.* & ibi Franciſc. Pegna *in additionibus comment 114. litera A. vers. Regulare est, & sequentibus fol. mihi 655. col.1.* vbi testatur de communi, Decian. *in tractat. crimin. lib.5. cap.35. num.3. & cap.20. num.42.* Mascard. *de probation. lib.2. conclus.857. num.7.* Ioan. à Rojas *singular.193. num.4.* vbi de communi, ex Couar. quem allegat *Variar. resolution. lib.2. cap.13. num.9.* Pract. Conrad. *rubr. de hæret. num.11. vers. Item quod stetur vltimo dicto,* Petr. Binsfeldius *de Confess. malefic. membro 2 post 5. conclusionem §. hæc quæstio, vers. Prima conclusio, & ab hac conclusione non recedas.*

84 Quicquid † secus voluisse videatur Martin. del Rio Iesuita *in tractat. de disquisitionibus Magicis, lib.5. sect.5. vers. Sexto quando malefici isti,* vbi tamen in fine dicti versiculi se ipsum bene declarare videtur.

85 Amplia † propositam regulam sic vt supra declaratam, vt testis varij, & periuri in crimine hæresis stetur secundo dicto, etiam quod secundum dictum ex interuallo testis se correxerit, secundum Gloss. *in c. accusatus, §. licet, in figuratione casus, vers. Respondetur, & vers. Nota quod testis in causa hæresis, & in verbo, Postmodum, de hæreticis in 6.* vbi ad id ponderat dictione, *Postmodum,* & ibi hoc idem adnotarunt Ioan. Monach. *num.6. in fine, vers. Sed hoc,* Archid. *nu.3. etiam in fine, in dicto verbo, Postmodum,* & Gem. *nu.3. vers. Nota, quod testis,* & voluit iterum etiam Gloss. *in d. cap. accusatus, § porro, in figuratione casus, vers. Nota quod testis,* Ioan. à Rojas *singul.186.* vbi alios in idem refert concordantes, Squill. *in tract. de fide Catholica, c.36. nu.1. vers. Et possunt ex interuallo,* Decian. *in tract. crim. lib.5. c.35. nu.3.*

Limita I. † propositam regulam, vt tunc demum testis varij & periuri credatur secundo dicto, quando deponit non solum contra alios, sed etiam contra se, secus si de aliis fateretur, & se negaret, aut nihil diceret, sic enim probare videtur text. *in cap. accusatus, §. licet, de hæreticis in 6. in illis verbis, in principio: Iurantes tam de se, quam de aliis super facto hæresis dicere veritatem, & iterum infra: Stari debet tam contra se, quam contra reliquos;* & sic videtur in eo textu præsupponi, quod etiam fateatur de se, & non sine ratione, quia inculpando se ipsum verisimile etiam redditur eius dictum de aliis, secus si aliter, Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.13. nu.12. in principio,* Couaruu. *Variar. resolution. lib.2. cap.13. num.9.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.35. num.3. vers. Pondero tamen,* Mascard. *de probationibus, lib.2. conclus.857. nu.6.* Bertazol. *cons.157. num.16.* 88

Contrarium, † quod testi periuro credatur reuocando primum dictum etiam, quod non deponat contra se, sed solum simpliciter deponat contra alios, defendit Franciſc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisitor. par.3. quæst.65. commentar.114. vers. Rursus hac sententia, & seqq. fol. mihi 655. col.2.* 89

Limita II. † Vt tunc demum stetur secundo dicto testis varij, & periuri in crimine hæresis: *Si ex manifestis indiciis apparuerit, tales non animi leuitate, aut odij fomite, seu corruptione pecuniæ, sed zelo fidei Orthodoxæ dictum suum velle corrigere;* Verba sunt expressa text. *in dicto cap. accusatus, §. licet, de hæreticis in 6.* & ibi Gloss. *in figuratione casus, versic. Quod verum, & in verbo, Indiciis,* Archidiacon. *num.4. in eodem verbo, Indiciis,* Gemin. *etiam, num.4. in fine,* & Franch. *in §. ille quoque, in summario,* & voluit Alexand. IV. in sua prædicta Constitutione, edita de anno 1258. incip. *Quod super, vers. Præterea nonnulli,* relata per Franciſc. Pegn. vbi supra, Ioan. Calderin. *in tractat. de hæreticis, rubr. de his, quæ pertinent ad exequutionem officij,* summa Rosella *in verbo hæreticus, num.31.* Syluestrin. *in summa, in eodem verbo hæreticus, §.2. nu.6. vers. Secundo similiter,* Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Testes, sub versic. Est tamen speciale, & in versic. Si vero deposuerit,* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.14. nu.5. vers. Nisi appareat, quod in secundo dicto deponat ex odii fomite,* Gundis. *in tract. de hæreticis, qu.13. nu.12. vers. Dum tamen ex manifestis apparuerit indiciis,* Paris. *cons.2. num.78. lib.4.* Eymer. *in Direct. Inquisitorum, par.3. q.65.* & ibi Franc. Pegna *in additionibus commentar. 114. vero periuri, vers. fol. mihi 655. col.1. & col.2. vers. Hæc tamen sententia,* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.35. sub n.3.* vbi tamen subdit amplius, quod corrigentes se, & deponentes contra hæreticos, præsumuntur bono zelo id facere, nisi contrarium probetur, Mascard. *de probationibus, lib.2. conclus.857. num.6.* Ioan. à Rojas *singular.193. nu.4.* Bertazol. *cons.157. nu.17.* nec dissentit Martin. del Rio Iesuita *in tractat. de disquisitionibus Magicis, lib.5. sect.5. in fine, vers. Vno tamen casu.* 90

Limita III. † Quia in crimine hæresis, licet admittantur periuri testes, & eorum secundo dicto stetur, hoc tamen intelligitur, dummodo ex verisimilibus coniecturis appareat verum dixisse, aliter secus, secundum Franciſc. Pegnam *in additionibus ad Eymer. in Direct. Inquisitor. par.3. qu.65. commentar.114. vers. vt autem, fol. mihi 655. col.1. & vers. Hac tamen sententia dicto fol.655. colu.2. in principio,* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.35. num.3.* Ioan. à Rojas *singular.205. nu.3.* 91

Limita IV. Quia non omnis periurus in crimine hæresis ad probandum admittitur, sed tantum is, qui variando in examine peierauit dicendo contrarium eius, quod primo loco dixerat, confitendo scilicet crimen, quod prius celauerat, & de se, & de aliis, vt per Decian. *in tractat. crimin. lib.5. cap.35. num.14. vers. Nam, & periuri, & versic. Cum igitur prædicta,* vbi propterea infert, quod si testis in alia causa, vel alio modo periurium, seu falsitatem commiserit, non erit idoneus testis etiam 92

in crimine hæresis, & limitationem credo verissimam.

93 LIMITA V. † Vt in crimine hæresis testis secundo dicto potius stetur, quam primo, dummodo in primo negauerit, in secundo fateatur, alias secus, sic enim præsupponere videtur text. *in d.c. accusatus, §. licet, de hæreticis in 6. in illis verbis: Etiam celando deierent, & iterum infra: Ac modo, quæ prius tacuerant reuelare*, Repert. Inquisitorum, *in verbo Testes, vers. Sed ponamus, quod testis primo deposuit*, & ibi Quintil. Mandos. *in additionibus litera H.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 14. nu. 5. vers. Et circa hoc dicas*, Franciſc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitorum, par. 3. quæst. 65 comment. 114. vers. Postremo prædicta sententia, fol. mihi 655. col. 2. in fine*, Bertazol. *cons. 157. nu 17.* Læl. Zecch *in summa, par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi, cap. 11. nu. 14. vers. Et etiam si testes testificentur.*

94 Bene † verum est, quod qui primo fatetur de se, vel aliis, & postea negat se dixisse, vel quem inculpauit excusat, dicitur vehementer de hæresi suspectus, prout est text. *in cap. literas, extra, de præsumptionibus*, vbi dicitur: *Nos vero prædictum G. suspectum de hæresi vehementer habuimus, tum quia vel mendacium prius dixit in fratrem, asserendo illum Hæreticum, vel periurium postea commisit in Deum purgando illum de Hæresi.*

95 Contrarium, † quod scilicet non sit vera opinio eorum, qui putant non aliter posteriori testimonio fidem adhibendam, cum testis prius testimonium corrigit contra hæreticos in fauorem fidei Catholicæ, aliter secus, plene defendit Simanch. *Cathol. Inst. tit. 64. rubric. de testibus, n. 56. & seqq.* vbi *n. 60.* eam reddit rationem, quia in iudiciis seruanda est æqualitas, neq; in tam graui crimine fauorabilior esse debet detectio hæresis, quam innocentis liberatio, & propterea huic secundo dicto omnino standum esse concludit, *& nu. 58.* quando constat reuocationem primi dicti factam esse, non leuitate, odio, aut precio, sed zelo Catholicæ fidei, adducta etiam probabili causa reuocationis, & correctionis, & *in Enchiridion Viol. Relig. tit. 36. rub. de retractatione testiũ, nu. 4.* & pro hac contraria opinione faciunt scripta per Franc. Pegnam *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisitorum, par. 2. ad cap. literas, extra, de præsumptionibus, commentar. 15. litera C. vers. quamquam verisimilibus videatur, fol. mihi 124. col. 1.* vbi iuxta terminos illius textus de eo, quod prius de se, aut aliis dixerat, asserendo se, aut alios hæreticos, aut postea negauit se sic dixisse, vel purgauit inculpatum, videtur concludere standum esse secundo dicto, & cum hac contraria opinione pertransire videtur Martin. del Rio Iesuita *in tract. de disquisitionibus magicis, lib. 5. sect. 5. versic. Sexto quando Malefici isti*, vbi tamen in fine dicti versiculi se ipsum declarare videtur, vide quæ dixi supra *in tract. de testibus, quæst. 66. num. 160. & 161.*

96 Et † hæc contraria opinio eo magis procedere potest, quando testis iudicialiter examinatus in crimine hæresis deposuit contra aliquem, & postea in articulo mortis, pro suæ conscientiæ exoneratione suam depositionem reuocauit: tunc enim maxime probat inculpati innocentiam, si apparuerit eum non leuitate, odio, aut precio, sed zelo Catholicæ fidei se corrigere velle, suæ retractationis probabilem, & verisimilem causam retractando, quod maxime præsumitur in articulo mortis, vt per Simanch. *Cathol. Institut. tit. 64. rubr. de testibus, nu. 66. & seqq. & in Enchiridion Violat. Religion. tit. 36. rubr. de retractatione testium, nu. 1. & seqq.* Ioan. à Rojas *singular. 203. nu. 1. & seqq.* vbi pariter declarat, quando reuocatio primi dicti facta in articulo mortis iuuatur aliquibus coniecturis, & indiciis verisimilibus, exprimitque testis causam probabilem suæ reuocationis.

97 LIMITA VI. † Regulam procedere, dummodo huic testi sic in secundo dicto inculpanti alium de crimine hæresis aliud non obsistat, aliumve quam periurij defectum non patiatur, prout videtur de mente tex *in cap. accusatus, §. licet, de hæreticis in 6.* in illis verbis *Nisi aliud obsistat*, & ibi hoc adnotarunt Gloss. *in verbo Aliud*, vbi ponit exemplum, quando testis de falso redargueretur vltra periurium, Ioan. Monach. *num. 6. in fine, in verbo Obsistat*, & Archidiac. *num. 4. in verbo Aliud, & in eodem verbo Obsistat*; & voluit Alexander IV. in sua constitutione edita de anno 1258. incip. *Quod super, versic. Præterea non nulli*, relata per Franciſc. Pegnam inter literas Apostolicas, *fol. mihi 30.* Paris. *cons. 2. num. 78. lib. 4.* vbi propterea infert, quando periurus vltra periurium esset persona leuis, vel odio, seu pecuniæ corruptione id faceret, Bertazol. *cons. 157. num. 17. vers. Quarto textus ille*, ponit exemplum, quando testis pluries fuisset periurus.

LIMITA VII. † Quia etsi testi periuro credatur, eiusque secundo dicto stetur in fidei fauorem, negari tamen non potest, quin eius depositioni aliquid detrahatur propter periurium, & variationem arbitrio iudicis, secundum Franciſc. Pegnam *in additionibus ad Eymer. in Director. Inquisitor. par. 3. quæst 65. comment. 114. vers. Illud tamen verum est, fol. mihi 655. col. 2. in fine.* 98

LIMITA VIII. † Quia licet testi periuro eiusq; secundo dicto in crimine hæresis stetur, nõ videtur tamen admittenda eius probatio, nisi cum tortura, ad videndum in quo dicto persistat, & in periuro maior viget ratio illum torquendi quam in aliis inhabilibus testibus, vt per Franciſc. Pegn. *in addit. ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. 3. quæst. 65. commentar. 114. vers. Vt autem fol. mihi 655. col. 1.* & ita apud eum in practica seruari testatur Montemaran. *in pract. Archiepisc. cap. 84. nu. 11.* 99

LIMITA IX. † Quia licet, quando testis primo contra aliquem examinatus negauit nolens illius hæresim detegere, si postea veritatem fateatur, stetur illius secundo dicto, & non primo, non per hoc credas eum impunitum admittendum, si hæreticum, contra quem examinabatur, occultare volebat, quia punitur tanquam falsus testis, & de forma sententiæ contra istum talem, quando culpam suam recognoscendo misericordiam petit, vide in Repertor. Inquisitor. *in verbo Sententia, vers. Sequitur forma sententiæ, quæ pronunciari potest contra testes, & sequentibus, & in verbo Testes, vers. Si vero deposuerit ad finem*, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 14. nu. 5. in fine, vers. Nec propterea tollitur*, Franciſc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitorum, par. 3. qu. 65. commentar. 114. vers. Illud tamen verum est fol. mihi 655. colum. 2. in fine.* Læl. Zecch *in summa, par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi, cap. 11. nu. 14. vers. Et generaliter.* 100

ARGVMENTVM.

De teste inimico.

SVMMARIA.

Testis inimicus in crimine hæresis à testificando repellitur, num. 101.

Testes conspiratores contra eum, contra quem conspirarunt in crimine hæresis, non admittuntur, nu. 102.

Inimici in crimine hæresis, nec etiam ad accusandum admittuntur, nu. 103.

Testi inimico in crimine hæresis non creditur etiam quod deposuerit in tortura, & in articulo mortis, nu. 104.

Inquisitores ex proprio officio interrogant testes, si quam habeant inimicitiam cum Inquisito, nu. 106.

Testis inimicus in crimine hæresis repellitur à testificando, etiam quod sit reconciliatus, num. 105.

Testis inimicus in crimine hæresis, licet repellatur, non tamen repellitur suspectus de inimicitia nu. 107. Contra, nu. 108.

Testes inimici in crimine hæresis, quandoq; etiam recipiuntur si sit Iudici visum fuerit ex qualitate personarum, nu. 109.

Testis inimicus repellitur à testificando dummodo inimicitia sit capitalis, aliter secus, nu. 110.

Regu-

QVÆST. CLXXXVIII. §. VI.

101 REGVLA sit † negatiua, quod in crimine hæresis inimicus testis ad probandum non admittitur, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de his, quæ pertinent ad exequutionem officij, nu. 8. & num. 19.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Aduocatus, nu. 1. in fine, & in verbo, Complices, num. 1.* & *in verbo, Exceptio, nu. 4. versic. Verum quia,* & *in verbo, Excommunicati, num. 4.* & *in verbo, Inimicitia, num. 3.* Repertor. inquisitorum *in verbo, Exceptiones, versic. Item solum,* & *versic. Nota, quod excipiens,* & *ibi* Quintilian. Mandos. *in additionibus, litera C.* vbi ampliatur hæc conclusio etiam in cohabitantibus cum inimicis, & amplius subditur, quod si excipiens inimicitiam offert se illam statim probaturum, Inquisitores debent supersedere, & *in verbo, Testes, versic. Conspiratores tamen & inimici,* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. de defension. reorum, num. 12. & tit. 64. rubr. de testibus, num. 80.* & *in Enchiridion violatæ religionis, tit. 35. rubr. testibus, num. 23. & tit. 47. rubr. de defensionibus, num. 48.* Zanchin. *in tractat. de hæreticis, capit. 13. num. 3.* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 13. nu. 13.* Paris. *consil. 2. nu. 49. in fine, versic. Circa tertiam dubitationem, & num. 50. & sequentibus, lib. 4.* vbi pluribus hanc probat conclusionem, proponit contraria, & illis respondet, Eymeric. *in Director. Inquisitorum, parte 3. quæst. 67.* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 116. versic. Primo, & sequentibus, folio mihi 657. col. 1.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 35. num. 10.* Mascard. *de probationibus, libr. 2. conclus. 857. num. 40. & seqq.* vbi aliis relatis testatur, hanc conclusionem communi scribentium calculo receptam esse, Ioan. à Rojas *singular. 199.* & *in tractat. de hæreticis, parte 2. numero 231.* vbi ampliat, quod testi inimico credendum non sit, etiam in articulo mortis, & etiam quod deponat in tortura, Gabr. *consil. 178. num. 8. libr. 1.* vide *in tractat. de testibus, quæst. 91. num. 5. & 6.*

102 AMPLIA I. Vt † in crimine hæresis multo minus admittantur testes, qui contra aliquem conspirauerunt: sic enim vltra præallegatos Doctores voluerunt Ioan. Calderin. *in tractat. de hæreticis, rubr. de his, quæ pertinent ad exequutionem officij, nu. 10. in fine, & nu. 11. & nu. 19.* Speculat. Innocent. & Bald. *in locis relatis in* Repertor. inquisitorum *in verbo, Conspiratores,* & *ibi* Petr. Vendramen. *in additionibus* declarat, conspiratores esse duos, vel plures improbe in alienam vitam, perniciemve coeuntes *ex leg. ex Senatusconsulto, ff. ad legem Iuliam, de re priuata, cum aliis, ibi per eum allegatis,* Quintilian. Mandos. *in additionibus ad eundem Repertor. Inquisitor. in verbo, Exceptiones, litera C.* & *in verbo, Testes, versic. Conspiratores tamen, & inimici,* Simanch. *in Enchiridion violatæ religionis, tit 35. rubr. de testibus, nu. 23. & tit. 47. rubr. de defensionibus, num. 48.* & *Catholicarum institutionum tit. 64. rubr. de testibus, num. 86.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 13. num. 3.* & *ibi* Campeg. *in addit. litera B. versic. Conspiratores iterum,* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 13. nu. 13.* Paris. *consil. 2. nu. 49. in fine, & seqq. lib. 4.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 67. Commentar. 116. versic. Iura, quibus vtitur, fol. mihi 657. col. 1.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 35. nu. 10.*

103 AMPLIA II. Vt † inimici in crimine hæresis, nec etiam ad accusandum admittantur, quod an verum sit, & quando, dixi *supra, quæst. 185. nu. 25. & seqq.* Hic repetere non est necesse.

104 AMPLIA III. Vt † testi inimico credendum non sit, etiam quod deponat in articulo mortis, & in tortura, dixi *supra, hac eadem quæst. num. 101.* Hic repetere superfluum est.

105 AMPLIA IV. Vt † in crimine hæresis ad illius probationem, nec etiam admittantur inimici reconciliati, si reconciliatio fuit recens, secus, si antiqua, ex allegatis per Mascard. *de probationibus, libr. 2. conclus. 857. nu. 47. & sequent.* Ioan. à Rojas *singul. 199. nu. 4. & in tract. de hæreticis, part. 2. nu. 233.*

AMPLIA V. Vt † propterea de inimicitia testium Inquisitores debeant ex officio interrogare, tam ipsos testes, quam etiam inquisitum, & indiligenter inquirere, secundum Archidiacon *in cap. Vt officium, nu. 9. versic. Debeat etiam inquirere de inimicitia,* & *ibi* Ioan. Andr. *post num. 2. eodem versic.* Debent etiam inquirere de inimicitia testium, & Geminian. *in §. verum, num. 7. post medium, versic. Debet etiam, de hæreticis, in 6.* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rub. de materia processuum Inquisitionis, post nu. 6. & num. 10. ante finem,* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitorum, in verbo, Index, num. 16.* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tractat. de hæreticis, cap. 13. litera B. in verbo, Conspiratores, post versic. De aliis vero inimicitiis, & sequentibus,* vbi docet plures modos, quibus Inquisitor potest se certificare, an examinati testes contra reum sint illius inimici, necne, Squillacens. *in tractat. de fide Catholica, cap. 36. num. 1. versic. Insuper debet Inquisitor inquirere de inimicitia,* Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, parte 3. rubr. de modis sex tradendi copiam processus, &c. num. 119.* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 29. fol. mihi 484. & sequent.* vbi bene ponunt practicam, qua Inquisitores interrogando Inquisitos, antequam illis copiam processus concedant, certificari possint de testium inimicitia, idem Eymeric. *in eod. Director. Inquisitorum, d. part. 3. quæst. 67. versic. Debent etiam Inquisitores,* & *ibi* Fran. Pegna *in additionibus, Commentar. 116. lit. B. folio mihi 660. col. 2.* Decian. *in tractat. crim. libr. 5. cap. 35. nu. 10. in fine, versic. Et cum testium dicta.* 106

LIMITA I. Propositam † regulam, quia licet in crimine hæresis inimici testes à testificando repellantur, hoc tamen intelligendum est de illis, quos constat verè esse inimicos, secus de his, qui tantummodo de inimicitia suspecti sunt, secundum Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, de his, quæ pertinent ad exequutionem officij, num. 8. & nu. 10.* vbi declarat, hos de inimicitia suspectos recipi, si Inquisitori visum fuerit expedire, & omni casu illis non credi, nisi in quantum legitimo adminiculo adiuuentur, & *in rubr. de materia processuum Inquisitionis, num. 6. ante finem, & num. 7.* Campeg *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 31. vers. Testium quoque impedimentum,* vbi simpliciter dixit, quod in causa fidei admittuntur suspecti de inimicitia. 107

Contrarium, † quod à testificando repelluntur non solum inimici, sed etiam suspecti de inimicitia, & sic præsumpti inimici, vt puta amici, subditi, aut cõsanguinei capitalis inimici, voluit Hieron. Gabr. *consil. 178. nu. 8. & nu. 24. libr. 1.* 108

LIMITA II. Vt † testes inimici in crimine hæresis quandoque etiam recipiantur, si sic iudici visum fuerit, illis tamen non est credendum, nisi legitimo adminiculo adiuuentur, secundum Io. Calderin. *in tract. de hæreticis, rub. de his, quæ pertinent ad exequutionem officij, n. 10. & num. 19. & rubr. de materia processuum inquisitionis, numer. 7.* & videtur de mente Campegii *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 13. lit. D. in verbo, Omnis, in fine additionis, versic. Ideo debet Inquisitor.* 109

LIMITA III. Regulam † procedere in inimico capitali, secus in inimico nõ capitali, qui non prohibetur in crimine hæresis testimonium ferre, licet de eius fide diminuatur, ex traditis per Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Inimicitia, nu. 3. & 4.* Campeg *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 13. litera B. in verbo, Conspiratores, versic. Primo, & seqq.* vbi tamen subdit, quod licet inimicitia non sit capitalis, & in crimine hæresis non omnino testem repellat, diminuit tamen illius fidem, Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap. 36. nu. 1. in fine,* Federic. de Senis *consil. 252. col. 2. in fine.* 110

Paris.*consil.2.num.46.in fine, & seqq.libr.4.* vbi probando conclusionem illam, quod testis inimicus non admittitur in crimine hæresis, semper præsupponit capitalem inimicitiam, secus vtique sentiens, si non fuerit capitalis, & est etiam de mente Francisci Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 67. Commentar.116.versic. Causas vero, & seqq. folio mihi 657.colum.2.* vbi propterea recenset omnes causas, ex quibus oritur capitalis inimicitia, Eymeric. *vbi supra, dicta parte 3. rub. de defensionibus reorum, nu.118. versic. Primo, & seqq.* vbi expresse dixit, non quamcunq; inimicitiam repellere testem à testificando in crimine hæresis, sed eam duntaxat, quæ capitalis fuerit, orta scilicet vel ex morte, vel ex grauibus & lethalibus vulneribus, aut similibus, quæ animi peruersitatem & malignitatem peragẽtis contra passum indicent manifeste, aliæ autem inimicitiæ præsertim graues, non tamen capitales, non repellunt totaliter testes à testificando, eorum tamen dictum aliqualiter debilitant: ita vt eorum attestationibus plena fides non sit adhibenda, nisi aliis adminiculis, aliorumque testium depositionibus fuerint fulcita, & ibi Pegna *in addit. Commentar.28.versic. Illis tantum exceptionibus, & seqq. versic....liter.G.& lit.H.fol.mihi 481.col.2. & fol.482.colum.1.* Bene explicat materiam, & declarat, quando solum illius dictum debilitet, quod & idem facit Decian. *in tract.crimin.libr.5.cap.35.nu.10.versic. Aduerte tamen Iudex*, Petr.Binsfeld. *de confess.malef.in 2.membro, post 6.conclusionem principalem, in 2.dubio, versic. Verum quoniam*, vbi etiam in proposito plene declarat, ex quibus capitalis inimicitia oriatur, Læl.Zech. *in summa, parte 1. tit.de fide, rubr.de heresi, cap.11.num.14.versic. Inimici tamen capitales*, vbi & ipse in proposito declarat, qui dicantur capitales inimici.

ARGVMENTVM.

De teste hæretico, & Iudæo.

SVMMARIA.

Testis hæreticus contra Christianum præsertim, & ad fauorem hæretici à testimonio repellitur, nu.111.

Dubius in fide testis esse non potest, nu.112.

Testis Apostata à testimonio repellitur, nu.113.

Testes hæretici contra fidelem in causa fidei ad testificandum non admittuntur, nu.114. contra, nu.115. Dic, quod admittuntur, sed non sunt integri testes, nec sufficiunt ad condemnandum, sed tantum faciunt indicium, nu.116.

Fautores, defensores, & receptatores hæreticorum repelluntur à testificando, sicut hæretici, nu.117.

Testis hæreticus in testem productus ab hæretico contra Christianum, nec etiam probat ad fauorem Christiani, nu.118. contra, nu.119. Resolue, vt nu.120.

Testis Iudæus contra Christianum à testificando repellitur, num.121. Amplia etiam in Neophyta facto Christiano de recenti, num.122.

Testis Iudæus non prohibetur testimonium ferre contra alium Iudæum, num.123.

Testis Iudæus est idoneus testis contra Christianum transeuntem, vel redeuntem ad Iudaismum, nu.124.

Testes Iudæi videntur idonei testes contra Christianum in causa fidei, nu.125.

Testes hæretici non repelluntur in causa fidei ad fauorem fidelis, num.126. Contra, nu.127.

Testes hæretici repelluntur à testificando in causa fidei, ad fauorem alterius hæretici, post dictum nu.127. versic. Et hæc contraria opinio.

Testes hæretici repelluntur à testificando in iudicialibus, secus in extraiudicialibus, nu.128.

Testes hæretici possunt esse testes instrumentarij, & in vltimis voluntatibus, nu.129.

Declara in subsidium aliorum testium non hæreticorum, alias secus, nu.130. Item declara de iure Ciuili, secus de iure Canonico, nu.131.

Testes hæretici probant de consensu partium, nu.132.

Testes hæretici probant, quando deponunt de facto proprio, numer.133.

Testes hæretici probant in atrocioribus, vtputa simonia, læsa maiestatis, & expilatæ annonæ, nu.134.

Testes hæretici probant, si verisimilia deponant, nu.135.

Testes hæretici probant, quando sunt plures, & contestes, nu.136.

Testes hæretici probant, si tormentis fatigati aliquid occultum & Reipublicæ vtile patefecerint arbitrio iudicis, nu.137.

Testes hæretici admittuntur ad testificandum contra hæreticum, nu.138. Contra, nu.139.

Testes hæretici admittuntur ad testificandum, si pœnitentes fuerint Ecclesiæ reconciliati, num.140.

Testes hæretici admittuntur in causa fidei ad testificandum contra hæreticum, nu.141. Declara, vt nu.142.

QVÆST. CLXXXVIII. §. VII.

REGVLA † sit, quod hæreticus præsertim contra Christianum à testimonio repellitur, addentes ad 111
Butrigar. *in rubric. C. de hæreticis, versic. Quæro quarto*, & est text. *in leg. quoniam, C. eodem*, vbi dicitur: *Sancimus contra Orthodoxos quidem litigantes nemini hæretico esse in testimonia communionem, siue vtraque pars Orthodoxa sit, siue altera*, & ibi Glossa *in figuratione casus*, Iacob. Butrigar. *in summario*, Bellapertic. *in princip.* Odofred. *ante num.1. & nu.2. versic. Non contra Christianos*, Alberic. *nu.1.* vbi hanc regulam dixit procedere tam de iure Ciuili, quam de iure Canonico, & *nu. 2.* vbi pluribus hanc eandem probat regulam, & Salycet. *in princip.* & *ibi* addentes *litera A. in princip.* est etiam text. *in cap. Ipsa pietas, 23. quæst. 4.* vbi dicitur: *Qui enim diuina testimonia non sequuntur, pondus humani testimonij perdiderunt.* Et quod hæreticus regulariter à testificando repellatur, est text. expressus (qui tamen loquitur in defensore, seu fautore hæreticorum, ergo multo magis in ipso hæretico) *in cap. Excommunicamus, il 1. §. Credentes, extra, de hæreticis*, in illis verbis: *Nec ad testimonium admittatur*, & ibi hoc adnotarunt Hostiensis *num.19. in verbo, Nec ad testimonium*, Ioan. Andr. *numer.15. in verbo, Ad testimonium*, Marian. Socin. *num. 39. versic. Sexta pœna est*, Ioan. de Anania *num.6. eodem versic. Sexta pœna est*, Azzo *in summa, de hæreticis, num.4.7.& 8.* Hostiens. *in eadem summa, de hæreticis, §. Quæ pœna feriatur, num.8. versic. Iudicialia autem testimonia*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Pœna, num.9. versic. Quintodecimo sunt infames*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Testes, versic. Circa prædicta, in fine*, & *in versicul. An hæreticus possit esse testis*, vbi huius regulæ duas affert rationes, Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.46. rubr. de testibus, nu.41.* & *in Enchiridion violatæ religionis, tit.35. rubr. de testibus, num.21.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.13. nu.2.* Carer. *in tract. de hæreticis, nu.143.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, part.3. quæst. 68. Commentar.117. versic. Nec nouo iure ciuili, fol. mihi 661.* Decian. *in tractat. crimin. libr.5. cap.43. nu.2.* Ioan. à Rojas *singular.75. nu.1. & singul.84. etiam nu.1. & singul.189. pariter nu.1.* Burlat. *consil.14. nu.1.* Petr Gregor. *Syntagm. iuris, lib.33. cap.8. nu.15.* dixi *supra, in tract. de testibus, quæst.56. num.206.*

AMPLIA I. Vt † idem sit in eo, qui est dubius in fide, paria enim sunt ad hoc, vt quis à testimonio repellatur, hæreticum esse, vel dubium in fide, vt dixi *supra, quæst.178. nu.95. & seq.* Hic repetere non est necesse. 112

AMPLIA II. Vt † idem sit in Apostata, qui nec ipse testis esse potest, præsertim contra Christianum, vt dixi *supra, quæst.183. num.46.* Hic repetere superfluum est. 113

AMPLIA III. Vt † hæretici contra fidelem eo minus admittantur ad testificandum in causa fidei, ex allega- 114

legatis in Repert. inquisitorum *in verbo, Testes, versic. Circa prædicta, in fine,* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.* 13. *nu.* 2. Eymeric. *in Director. inquisitorum, part.* 3. *quæst.* 68. dixi *in tract. de testibus, quæst.* 56. *nu.* 227. *& seq.*

115 Contrarium, † quod etiam in causa fidei contra fidelem admittantur hæretici, videtur de mente Doctorum allegatorum *supra, hac eadem quæstione, num.* 67. quorum plerique inter testes inhabiles, qui in causa hæresis admittuntur, miscent etiam hæreticum, & amplius dicunt, in hoc crimine nullam exceptionem repellere testem propter capitalem inimicitiam, & voluisse videntur Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de his, quæ pertinent ad exequutionem officij, nu.* 8. Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 64. *rubr. de testibus, num.* 43. 44. *&* 45. vbi & hanc opinionem admittere videtur in occultis adhibitis tormentis, & quando iudici visum fuerit, quod verisimilia deposuerint, Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.* 31. *versic. Testium quoque impedimentum,* vbi generaliter dixit in causa fidei admitti testes hæreticos.

116 Pro † concordia vide Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, parte* 3. *quæst.* 68. *Commentar.* 117. *versic. Quantum vero ad secundam partem, & sequ. folio mihi* 661. *col.* 2. vbi tenet & probat, quod in causa fidei admittatur contra fidelem etiam hæreticus, eiusque dictum, licet non faciat semiplenam probationem non concurrentibus aliis coniecturis verisimilibus, & adminiculis, & ei propterea nō sit omnino credēdū, sicut creditur testi integro, & omni exceptione maiori, in tantum, quod illius depositio non sufficiat ad capturam, bene tamen sufficiet ad inquirendum, hoc est, ad assumēdas secretas informationes super eo, de quo deponit hæreticus, etsi alia superuenerint ad procedendum ad vlteriora, vt *ibi* per eum, qui subdit ab hac sententia, quam etiam ego verissimam credo, non esse recedendum. Nec dissentit Læl. Zech. *in summa, part.* 1. *tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.* 11. *num.* 14. *versic. Hæreticus etiam.*

117 AMPLIA IV. Vt † & idem sit in fautoribus, defensoribus, & receptatoribus hæreticorum, nam & ipsi à testificando repelluntur, prout dixi *supra, quæst.* 182. *nu.* 47. Hic repetere non est necesse.

118 AMPLIA V. Vt † hæreticus in testem productus ab hæretico contra Christianum, nec etiam probet ad fauorem Christiani, ex allegatis per Gloss. *in l. quoniam, in verbo, Contra Orthodoxos, C. de hæreticis,* & ibi Iacob. Butrigar *post nu.* 19. *in eodem verbo, Contra Orthodoxos.*

119 Contrarium † suadetur *ex capit. Si hæreticus, versic. Sin autem,* 2. *quæst.* 7. vbi ad literam dicitur: *Sin autem Orthodoxus contra hæreticum litiget, pro Orthodoxo quidem etiam hæretici testimonium valeat,* quem textum ad id ponderauit Archidiacon. *in cap. fidei fautorem, nu.* 3. *de hæreticis, in* 6. Ioan. à Rojas *singular.* 198. *num.* 2. Carer. *in tract. de hæreticis, nu.* 143.

120 Hæc † disputatio cessare videtur, quādo constat, testem esse hæreticum, nam tunc hæreticus, vt *suo loco* dixi, debet non solum capi & carcerari, sed etiam impune occidi, si capi non potest; hoc ideo, quia non datur casus, in quo possit admitti in testem, prout, ni fallor, aduertit Gloss. *in cap. Si hæreticus, in verbo, Si hæreticus, versic. Sed certè secundum Canones,* 2. *quæst.* 7.

121 AMPLIA VI. In † Iudæo, testis enim Iudæus contra Christianum non admittitur, *l. quoniam, C. de hæreticis,* in illis verbis: *Vel iis etiam, qui Iudaicam superstitionem colunt,* & *ibi* Glossa *in verbo, Angustetur, versic. Sed hodie,* Gloss. *in cap. Contra Christianos, in verbo, Iudæos, de hæreticis, in* 6. & *ibi* etiam Archidiacon. *ante nu.* 1. *col.* 2. *in princip. in verbo, Conuicti,* Hostiens. *in summa, de hæreticis, §. qua pœna feriatur, nu.* 8. *versic. Contra Orthodoxos autem,* Ioan. à Rojas *singular.* 75. *nu.* 1. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 2. *Commentar.* 13. *ad cap. Contra Christianos, de hæreticis, in* 6. *litera A. versic.* 1. *folio mihi* 113. *col.* 2. vbi loquitur non solum de Iudæis, sed etiam de omnibus aliis infidelibus, de quibus vide etiam idem probantem Lud. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib.* 3. *quæst.* 9. *num.* 103. dixi hac de re latius *in tract. de testibus, quæst.* 56. *per totam,* vbi vide.

AMPLIA † rursus hanc sextam ampliationem, vt idem sit in Neophyta: Iudæus enim de recenti factus Christianus, quia suspectus est, ne relabatur, & ne reiudaizet, verendumve sit, ne adhuc in eo restent Iudaismi reliquiæ, hoc ideo contra Christianum non sic de facili in testem recipitur, secundum Gloss. *in cap. Constituit,* & ibi Archidiacon. 17. *quæst.* 4. Ioan. de Anania & Felyn. *in cap. Iudæi, il secondo, extra, de Iudeis,* idem Felyn. Dec. & Ripa *in cap. Episcopi, extra, de rescriptis,* Roman *singular.* 679. Marsil. *singular.* 176. quos & alios refert & sequitur Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 15. *nu.* 4. vide *supra, in tit. de testibus, quæst.* 56. *nu.* 208. *& seqq.* 122

LIMITA I. hanc † sextam ampliationem, quia cōtra Iudæum Iudeus nō prohibetur esse testis, *l. quoniam, versic. Inter se autem, C. de hæreticis,* & ibi Glossa, *in verbo, Introducere,* Iacob. Butrigar. *in summario,* Bellapert. *in princip.* Odofred. *ante nu.* 1. *versic. Sed hæretici, vel Iudæi,* & *nu.* 1. *versic. Vnde nota,* Alberic. *post nu.* 4. & Salycet. *num.* 2. Hostiens. *in summa, de hæreticis, §. qua pœna feriatur, nu.* 8. *versic. Quod dixi, eos inter se testificari posse,* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 2. *Commentar.* 13. *ad cap. Contra Christianos, de hæreticis, in* 6. *versic. Ad hæc, fol. mihi* 114. *col.* 1. vbi præsertim loquitur in illis casibus, in quibus Iudęi possunt puniri ab Inquisitoribus. 123

LIMITA II. Eandem † sextam ampliationem, vt Iudæus sit etiam idoneus testis contra Christianum transeuntem vel redeuntem ad Iudaismum, textus est *in capit. Contra Christianos, de hæreticis, in* 6. in illis verbis: *Per Christianos, seu Iudæos,* & *ibi* hoc adnotarunt Gloss. *in verbo, Iudæos,* Ioan. Monach. *num.* 2. *in fine, in verbo, seu Iudæos,* Prob. *nu.* 9. *in verbo, Cetego,* & *in verbo, Nec iurare,* Archidiacon. *ante num.* 1. *col.* 2. *in princip. in verbo, Coniuncti,* & Geminian. *num.* 2. *versic. Nota casum, pro quo Iudæus,* Gundisaluus *in tract. de hæreticis, quæst.* 13. *num.* 10. *in princip.* Mascard. *de probationibus, libr.* 2. *conclusion.* 857. *nu.* 9. vbi aliis relatis testatur de communi, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, parte* 2. *Commentar.* 13. *ad cap. Contra Christianos, de hæreticis, in* 6. *versic. Cæterum in crimine hæresis, & sequenti, folio mihi* 113. *columm.* 2. vbi & ipse allis relatis testatur de Communi. 124

LIMITA III. Dictam † sextam ampliationem, vt Iudæi videantur idonei testes contra Christianum in causa fidei, per ea quæ dicta sunt in præcedenti *nu.* 124. & videtur de mente Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæstion.* 13. *nu.* 10. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 3. *quæstion.* 69. *Commentar.* 118. *versic. Secundo, folio mihi* 662. *columm.* 1. Ioann. à Rojas *singular.* 198. *num.* 2. Mascard. *de probationibus, lib.* 2. *conclusion.* 857. *nu.* 9. vbi aliis relatis testatur de Communi, & *nu.* 10. vbi expresse dicit, Iudęum contra Christianum in totum deserentem Religionem Christianam, sed etiam in vno tantum articulo delinquentem, & idem dixit idem Franciscus Pegna *vbi supra, in additionibus ad eund. Eymericum, in Directorio Inquisitorum, parte* 2. *Commentar.* 13. *versic. Cæterum in crimine hæresis, & sequ. folio mihi* 113. *colum.* 2. vide *in tract. de testibus, quæst.* 56. *numer.* 227. *& seqq.* 125

LIMITA I. Et † principaliter propositam huius quæstionis regulam, vt hæretici testimonium videatur recipiendum in causa fidei pro fidele, & ad eius defensionem, vt per Simanch. *Catholicarum institutionū tit.* 64. *rubr. de testibus, num.* 44. *&* 45. vbi tamen hoc admittere vide- 126

videtur adhibitis tormentis, & si iudici visum fuerit, quod vera dixerint.

127 Contrarium, † quod in causa fidei hæreticus nec etiam admittatur ad fauorem fidelis, voluit Eymeric. *in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 68.* & *ibi* Franciscus Pegn. *in additionibus, Commentar. 117. versic. final. folio mihi 662. col. 1.* Læl. Zech. *in summa, part. 1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11. nu. 14. versic. Hæreticus etiam.*

Et hæc contraria opinio multo magis procedat, quãdo hæreticus in causa fidei vellet deponere pro alio hæretico; Nam si non admittitur pro fideli, multo minus admittendus est pro hæretico, & plene probarunt Eymeric. *in eodem Directorio Inquisitorum, part. 3. quæst. 69.* & *ibi late* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 118. versic. In altera assertione, & seqq. fol. mihi 662. colum. 2.* vbi proponit contraria, & illis respondet, & declarat, nisi ex verisimilibus coniecturis hæretici aliquem excusantes vera dicerent, hoc enim casu inquit fauore veritatis non putarem iniquum dicere, hæreticorum voces esse audiendas, *ex allegatis ibi per eum.*

128 LIMITA II. Vt † regula procedat in iudicialibus, secus in extraiudicialibus, in quibus hæretici testimonium non repellitur, & quæ dicantur iudicialia, textus est *in leg. quoniam, §. aliis vero, C. de hæreticis,* & *ibi* Gloss. *in verbo, Testimonia,* Azzo *num. 22.* Iacob. Butrigar. *in summario, & in versic. Modo quæro, quid sit testimonium iudiciale,* Bellapertic. *post principium, versicul. Hoc est verum, & versic. Lex ista,* Odofred. *num. 3.* Cyn. *nu. 2.* vbi bene declarat, Bart. *nu. 1. & 2.* & Salycet. *numer. 2. in fine, versic. Quæro cum Glossa, & nu. 3. versic. Alio modo,* Azzo *in summa, de hæreticis, num. 8.*

129 Et † ideo in contractibus & vltimis voluntatibus testes adhiberi possunt, & probant text. *in leg. quoniam, §. final. C. de hæreticis,* vbi ad literam dicitur: *Cæterum testamenta eorum, & quæ in vltimis elogiis vel in contractibus consistunt, propter vtilitatem necessarij vsus eis sine vlla distinctione permittimus, ne probationum facultas angustetur,* & *ibi* Glossa, *in verbo, Permittimus,* vbi amplius, quod hæretici testes instrumentarii & testamentarii poterunt produci in iudicio, & *in verbo, Augustetur, versic. Sed videtur,* vbi proponit contrarium, & illis respondet, Iacob. Butrigar. *in summario, & in versic. Item oppono,* Bellapertic. *post principium, versic. Hoc est verum, & in versic. Verbi gratia facio testamentum,* Odofred *ante nu. 1. versic. Sed in testamentis, & num. 3. versic. Sed testimonia testamentaria, & versic. Sed ad legem istam, & num. 4. & 5.* vbi proponit contrarium, & illi respondet, Cynus *num. 2. in fine,* vbi dixit, quod licet contractus, in quo sunt adhibiti testes hæretici, valeat, non tamen tales testes possunt venire in iudicio ad deponendum, Alberic. *nu. 3. in fine, versic. Prædicta tamen,* vbi tamen videtur declarare, hoc non procedere in hæreticis notoriis, Salycet. *num. 1. & 2. versic. Secundo oppono, & ibi addentes, litera A. versic. Sed in contractibus,* Azzo *in summa, de hæreticis, num. 7. versic. Inter se etiam,* Hostiens. *in eadem summa, §. qua pœna feriatur, num. 8. versic. Sed contra Orthodoxos,* Carer. *in tract. de hæreticis, numer. 143.* Decian. *in tract. criminal. libr. 5. cap. 43. nu. 2. versic. Item possunt,* Ioan. à Rojas *singular. 75. nu. 2.* Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, lib. 33. cap. 8. nu. 15.* vide *supr. in tract. de testibus, quæst. 56. nu. 221. & seq.*

130 SVBLIMITA I. Præcedentem † secundam limitationem, vt tunc demum possint hæretici esse testes in contractibus & vltimis voluntatibus, quando in loco, vbi celebratur contractus, vel testamentum, non inuenitur alius, quam hæreticus; Sic enim videtur probari *in dict. l. quoniam, §. cæterum,* in illis verbis: *Ne probationum facultas angustetur, C. de hæreticis,* ergo secus, si in dicto loco inueniantur alii, quam hæretici; Tunc enim nõ admittuntur hæretici, nec in contractibus, nec in vltimis voluntatibus, vt *ibi* per Azzon. *in fin. versic. Et intellige.*

SVBLIMITA II. Eandem † secundam limitationem, vt quicquid sit de iure Ciuili, *vt in dict. leg. quoniam, Cod. de hæreticis,* de iure tamen Canonico testes hæretici non admittantur, nec in contractibus, nec in vltimis volũtatibus, cum hæretici sint excommunicati, & cum illis propterea omnis communicatio prohibita est, *cap. Excommunicamus, il primo & il secundo, extra, de hæreticis, c. non potest. 2. quæst. 7.* cum aliis in proposito allegatis per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, par. 3. quæst. 68. Commentar. 117. versic. Et quamuis, fol. mihi 661. col. 1.* 131

LIMITA III. De † consensu partium, testis enim hæreticus probat de consensu partium, quia potest Christianus huic priuilegio renunciare, secundum Glossam *in leg. quoniam, in verbo, Contra Orthodoxos, versic. Sed an pars Orthodoxa, C. de hæreticis,* & *ibi* Azzo *nu. 20. versic. Sed an patet,* Iacob. Butrigar. *in fine, versic. Modo quæro, an Orthodoxus,* & Salycet *num. 2. versic. Quæro modo,* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 64. rubr. de testibus, nu. 43.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 68. Commentar. 117. versic. Placet tamen, folio mihi 661. colum. 2. in fine,* post Iasonem, Alciatum, & Conradum Brunum, *in locis per eum relatis.* 132

LIMITA IV. Vt † pariter hæretico credendum videatur, si deponat de facto proprio, & de re à se gesta, vt per Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 64. rubr. de testibus, nu. 43. & 45.* vbi tamen declarare videtur, si deponat in tormentis, iuxta ea, quæ dixi *infra hac eadem quæstione, nu. 137.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, parte 3. quæst. 68. Commentar. 117. versic. Placet tamen, folio mihi 661. col. 1. in fine,* post Iasonem, Alciatum, & Conradum Brunum, *in locis per eum relatis.* 133

LIMITA V. In † atrocioribus delictis, prout est simonia, crimen læsæ maiestatis, & expilatæ annonæ, vt per Simanch. *Catholicarum Institutionum tit. 64. rub. de testibus, num. 43.* vbi tamen *nu. 45.* videtur hoc declarare, adhibitis tormentis, & dummodo iudici sic visum fuerit, quod verisimilia deposuerit, Frãciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 68. Comment. 117. versic. Placet tamen, folio mihi 661. col. 1. in fine,* post Iasonem, Alciatum, & Conradum Brunum, *in locis per eum relatis.* 134

LIMITA VI. Vt † & hæretico testi videatur credendum, si verisimilia deposuerit, vt per Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 64. rubr. de testibus, num. 43.* vbi tamen iuncto *num. 45.* declarat adhibitis tormentis, & non alias Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, part. 3. quæst. 68. Commentar. 117. versic. Placet tamen, folio mihi 661. colum. 1. in fine,* post Iasonem, Alciatum, & Conradum Brunum, *in locis per eum relatis.* 135

LIMITA VII. Vt † & hæreticorum testimonio credendum videatur, quando plures fuerunt contestes, vt per Simanch. *Catholicarum Institution. tit. 64. rub. de testibus, nu. 43. & 45.* vbi tamen hoc declarare videtur, si iudicis arbitrio visum fuerit, quod verisimilia dixerint, & adhibitis tormentis. 136

LIMITA VIII. Vt † hæretico testi credatur, si tormentis fatigatus aliquod occultum & Reipublicæ vtile patefecerit, quod tamen iudicis arbitrio verisimile sit, sic enim colligitur ex traditis per Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 64. rubr. de testibus, num. 43. & 45.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 69. Commentar. 118. versicul. Addit Simanchas, folio mihi 662. col. 2.* 137

LIMITA IX. Vt † hæreticus admittatur in testem contra hæreticum inter se, textus est *in leg. quoniam, versicul. Inter se autem, Cod. de hæreticis,* & *ibi* Glossa *in figuratione* 138

tione casus, in versic. Aut inter hæreticos, & in verbo, Introducere, Iacob. Butrigar. in summario, & in versic. Oppono, quod vnus reus, & in fine, versic. Item quæro, Bellapertic. in principio, & versic. Nota, quod hæreticus contra hæreticum, Odofred. ante num. 1. versic. Sed hæretici, vel Iudæi, & num. 1. versic. Vnde nota, & num. 5. in fine, versic. Item hæretici, qui sunt infames, & Salycet. num. 2. Est etiam textus apertus in cap. Si hæreticus. 2. quæst. 7. vbi ad literam dicitur: Si hæreticus contra hæreticum litiget, liceat cuiuis eorum hæreticum testem adducere, Azzo in summa, de hæreticis, §. qua pœna feriatur, num. 8. versic. Inter se etiam vicißim testificantur, Repertor. Inquisitorum, in verbo, Testes, versic. Circa prædicta dicendum, Simanch. Catholicarum Institutionum tit. 64. rubr. de testibus, num. 42. & in Enchiridion violatæ religionis, tit. 35. eadem rubr. de testibus, num. 22. Gundisalu. in tract. de hæreticis, quæst. 13. numer. 10. versicul. Et sic hæreticus contra hæreticum admittitur, Mascard. de probationibus, libr. 2. conclusion. 857. num. 4. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris, libr. 33. cap. 8. num. 15.

139 Contrarium, † quod nec etiam ratione infamiæ hæreticus sit bonus testis cõtra hæreticum, & inter se, probare videtur Alberic. in leg. quoniam, num. 1. iuncto num. 4. C. de hæreticis, Ioan. de Anania in cap. 1. num. 4. extra, de hæreticis, Azzo in summa, de hæreticis, num. 4. versic. Hi tamen etiam inter se, Hostiens. in eadem summa, de hæreticis, §. Qua pœna feriatur, num. 8. versic. Hi etiam secundum leges, vide supra, in tract. de testibus, quæst. 56. num. 216.

140 Limita X. Vt † hæreticus, quem pœnituit, & ad fidem rediit, non prohibeatur ferre testimonium, Alberic. in leg. quoniam, nu. 3. C. de hæreticis, vide sup. in tract. de testibus, quæst. 56. nu. 213. & seqq.

141 Limita XI. Quia † etsi hæreticus non admittatur in causa fidei ad testificandum contra fidelem, saltim ad effectum, vt integram faciat fidem, vt dixi supra hac eadem quæstione, nu. 118. Admittitur tamen in eadem fidei causa, ad testificandum contra hæreticum, & sic, quod hæreticus per hæreticos cõuinci possit, bene probat Eymeric. in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 69. & ibi Franciscus Pegna in additionibus, Comment. 118. versic. Primo, & sequentibus, fol. mihi 662. col. 1. vbi tamen declarat, & bene, dummodo concurrant requisita, de quibus dixi supra hac eadem quæstione, n. 76. Ioan. à Rojas singul. 84. num. 2.

142 Vide † tamen in hoc Decian. in tract. crimin. libr. 5. cap. 35. num. 36. vbi dixit, testes hæreticos nec etiam admittendos in causa hæresis. Et licet dicatur, hæreticum cõtra hæreticum admitti in testem, cap. Non potest, & cap. Si hæreticus, 2. quæst. 7. id tamen declarat verum esse, quando vterque iam esset damnatus pro hæretico, & in alia causa inter eos vertente, non autem in causa hæresis, quia cum vterq; præsupponatur hæreticus iam damnatus, non potest vlterius quæri de eorum hæresi.

ARGVMENTVM.

De testibus domesticis, familiaribus, & consanguineis.

SVMMARIA.

Testes domestici & familiares admittuntur in crimine hæresis ad probandum hæresim, nu. 143.
Testis seruus contra Dominum in crimine hæresis admittitur ad probandam illam, nu. 144.
Testes domestici & familiares in crimine hæresis non solum admittuntur ad testificandum, sed etiam cogi possunt, nu. 145.
Testes affines & consanguinei admittuntur in crimine hæresis contra affinem & consanguineum, nu. 146.
Testis filius contra patrem, & pater contra filium admittitur ad testificandum in crimine hæresis, nu. 147.
Testis vxor contra maritum, & maritus contra vxorem admittitur ad testificandum in crimine hæresis, num. 148.
Testes domestici, familiares, affines, & consanguinei in crimine hæresis non admittuntur ad defensionem inquisiti, nu. 149.
Contra, nu. 150. Declara, nisi testis esset persona valde digna, & spectata probitatis, & eius fides suppleretur ex testimonio alterius, nu. 151.

QVÆST. CLXXXVIII. §. VIII.

Regula † sit, quod in crimine hæresis testes domestici & familiares admittuntur ad probandum hæresim, tum quia sunt magis informati de his, quæ domi fiunt, tum etiam, quia deponẽdo contra dominum domus verisimile est, quod veritatem dicant, ex allegatis in Repertor. Inquisitorum, in verbo, Testes, versic. Est tamen speciale, Gundisalu. in tract. de hæreticis, quæst. 13. nu. 11. Eymeric. in Directorio Inquisitorum, par. 3. quæst. 70. in prin. & nu. 1. & 2. & ibi Franciscus Pegna in addit. Commen. 119. versic. Horum sententia, folio mihi 663. & fol. 664. col. 1. lit. B. versic. Quod autem, & versic. Sed in hac quæstione, & seqq. vbi declarat, qui bene dicantur domestici & familiares, Decian. in tract. crimin. libr. 5. cap. 35. nu. 9. Mascard de probationibus, lib. 2. conclus. 857. num. 22. & sequ. Ioan. à Rojas singular. 197. Læl. Zech. in summa, part. 1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11. nu. 14. versic. Quo vero ad domesticos. 143

Amplia I. Hanc † regulam, quia quamuis regulariter seruus contra Dominum testis esse non possit, neque in caput Domini torqueri, l. penultima, C. qui accusare non possunt, l. prima, Cod. de quæstionibus, hoc tamen fallit in crimine hæresis, in quo & contra Dominos testimonium perhibere coguntur, & etiam torquentur, Simanch. Catholicarum Institutionum tit. 61. rubr. de seruis, num. 13. Gundisalu in tract. de hæreticis, quæst. 13. nu. 11. vbi, quod serui contra Dominos admittuntur, sed cum tormentis, quia sic etiam admittuntur in crimine læsæ maiestatis, l. final. C. ad leg. Iul. maiestatis, Eymeric in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 66. & ibi Franciscus Pegn. in additionibus, Commentar. 115. versic. Quod vero, & seqq. folio mihi 656. col. 2. licet subdat, plerumque seruos & famulos suis Dominis infensissimos esse solere, idem Pegna in addition ad Eymeric. vbi supra, dicta part. 3. quæst. 70. Commentar. 119. versic. Doctores, & seqq. fol. mihi 664. col. 1. vbi idem de famulo & mercenario, & col. 2. versic. Primo, vbi generaliter de omnibus seruientibus in domo, Ioann. à Rojas singular. 183. 144

Amplia II. Vt † in crimine hæresis testes domestici & familiares non solum admittantur ad testificandum, sed etiam cogi possint, vt dixi supr. hac eadem quæst. num. 2. & seqq. Hic repetere non est necesse. 145

Amplia III. Vt † non solum domestici & familiares, sed etiam consanguinei & affines contra consanguineos & propinquos in crimine hæresis deponere possint, & faciant plenam probationem, prout videtur text. qui de fratre contra fratrem in crimine hæresis deponente, loquitur in capit. literas, extra, de præsumptionibus, prout bene adnotauit ad illud cap. Franciscus Pegnam in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, par. 2. Commentar. 15. litera B. versic. Et de fratre suo, folio mihi 123. col. 2. qui tamen declarat in subsidium, & in defectum aliarum probationum, aliter secus, Simanch. Catholicarum institutionum tit. 64. rubr. de testibus, num. 47. & 48. idem Franciscus Pegna in additionibus ad eundem Eymericum, vbi supra, in Directorio Inquisitorum, part. 3. quæst. 70. Comment. 119. lit. B. fol. mihi 664. col. 1. Decian. in tract. criminal. libr. 5. cap. 35. nu. 9. Mascard. de probationibus, lib. 2. conclus. 857. nu. 17. Ioan. à Rojas singular. 70. vbi de fratre contra fratrem, vide supra in quæst. 54. nu. 77. 146

Amplia IV. Vt † in crimine hæresis ad illius probationem admittatur filius contra patrem, & ècontra, Eymeric. in Director. inquisitorum, part. 3. quæst. 70. in princip. & num. 1. & 2. & ibi Franciscus Pegna in additionibus, Commentar. 119. versic. Item pater, folio mihi 664. colum. 1. 147

Mascard.

Mascard. *de probationibus, libr. 2. conclus. 857. nu. 18. & seqq.* Ioan. à Rojas *sing. 150.* vbi amplius, quando filius puniatur ex depositione patris, an sit mitius puniendus, vide *supra, in quæst. 54. num. 174.*

148 Amplia V. Vt † in crimine hæresis ad illius probationem admittatur vxor contra maritum, & econtra, Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 70. in princip. iuncto num. 2. & ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 119. versic. Item pater. fol. mihi 664. colum. 1.* Mascard. *de probationibus, lib. 2. conclus. 857. nu. 22. & seq.*

149 Limita † propositam † regulam sic, vt *supra* ampliatam, vt vxor, filii, familiares, & domestici non admittantur ad fauorem inquisiti pro crimine hæresis, ad probandum eius innocentiam, & hoc est speciale in crimine hæresis, text. est *in cap. filij, in fine, de hæreticis, in 6.* vbi loquitur, quando agitur de probando furorem, & non sanam mentem infirmi petentis in infirmitate consolationem ab hæreticis, in illis verbis: *Non autem per vxores, filios, familiares, vel de suis aliquos, sed per testes alios fide dignos, & specialiter fidei zelatores,* & ibi Gloss. *in figuratione casus, versic. Dum tamen, & versic. Nota vlterius,* Archidiacon. *num. 2. in verbo,* Familiares, vbi in proposito, quod appellatione domesticorum isto casu veniunt etiam mercenarii, Ioan Andr. *num. 1. & 2.* Geminian. *num. 3. in principio, & in 3. oppositione, & num. 4.* & Franch. *num. 2.* & extat Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1258. *incip. Ex parte,* relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas *fol. mihi 32.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 17. rubr. de defensione reorum, num. 56.* vbi loquitur in consanguineis, ea motus ratione, quia eorum interest reos absolui, cum eorum infamia ad eos quoque porrigatur, & quod propterea nec consanguinei, nec affines, nec familiares sunt integri testes, Rosella, *in summa, in verbo, Hæreticus, num. 29.* summa Syluestrina *in eodem verbo, Hæreticus, §. 2. num. 16.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Vxor, nu. 4.* idem Simanch. *vbi supra, Catholicarum institutionum tit. 64. rubr. de testibus, num. 48.* vbi de testibus consanguineis ad rei defensionem non admittendis, & *nu. 81.* vbi idem dixit, & *in Enchiridion violat. religion. tit. 35. rubr. de testibus, nu. 24.* vbi generaliter de consanguineis intra quartum gradum, & *tit. 47. rubr. de defensionibus, nu. 8.* Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, part. 3. quæst. 76. nu. 1.* & ibi Franc. Pegna *in addit. Commentar. 119 litera A. folio mihi 663. columnn. 2. & fol. 664. etiam col. 2. versic. Vbi ergo constiterit, & seq.* vbi loquitur de testibus domesticis & familiaribus, idem Eymeric. *vbi supra, in eodem Directorio inquisitorum, dicta parte 3. quæst. 121. & ibi* pariter Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 170. versic. Altera & postrema conclusio, fol. mihi 736. col. 1.* Decian *in tractat. crimin. libr. 5. cap. 35. num. 37.* vbi, quod consanguinei non sunt idonei testes, ad reprobandos testes contra inquisitum, Mascard. *de probationibus lib. 2. conclus. 857. nu. 24. & seqq.* Ioan. à Rojas *singular. 166.* Læl. Zech *in summa, part. 1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11. nu. 14. versic. Quo vero ad domesticos.*

150 Vide † tamen in proposito Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 29. rub. de filiis & minoribus, nu. 21.* vbi consentit, filios, familiares atque domesticos esse idoneos testes, ad probandum innocentiam inquisiti de hæresi, in his, quæ per alios probari non possunt, vide *supra, in quæst. 55. nu. 73. & seqq. quæst. 54. nu. 118.*

151 Sublimita † hanc limitationem, vt testes domestici & familiares in crimine hæresis etiam admittantur ad defensionem inquisiti, quando personæ ipsius testis essent valde dignæ, ac spectatæ probitatis, præsertim, quando cum huiusmodi teste domestico conueniret alius testis non domesticus, & omni exceptione maior, aut concurrerent aliqua indicia innocentiæ, vt per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 70. Commentar. 119. versic. final. incip. Et quamuis, fol. mihi 664. colum. 2.* Mascard. *de probationibus, lib. 2. conclus. 857. num. 28.* Læl. Zech *in summa, part. 1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11. nu. 14. versic. Quo vero ad domesticos.*

ARGVMENTVM.

De testibus singularibus.

SVMMARIA.

Testes singulares in crimine hæresis non sufficiunt ad condemnandum, nu. 152. Contra, nu. 153.

Testes singulares in crimine hæresis nō sufficiunt ad condemnandum, etiam iuncta fama, nu. 154.

Testes singulares probant hæresim in genere, licet non in specie, num. 155. Contra, nu. 156.

Testes singulares probant quem esse hæreticum de aliqua secta, num. 157.

Testes singulares in loco seu tempore, concordantes tamen in eadem specie hæresis, probant hæresim, nu. 158.

Testes singulares probant hæresim in connexis, nu. 159.

Testes singulares si plures fuerint, & fide digni, verisimiliaque deponant, ac etiam tendant ad eundem finem, probant hæresim, nu. 160. & 161.

Testes singulares quando faciant plusquam semiplenam probationem, dicto nu. 161.

Testes singulares in crimine hæresis sufficiunt ad inquirendum & torquendum, nu. 162.

Testes singulares sufficiunt in crimine hæresis, ad condemnandum in aliquam pœnam extraordinariam, seu pœnitentiam, nu. 163.

Testes singulares in crimine hæresis an probent, vel non probent, iudicis arbitrio remissum est, nu. 164. Contra, nu. 165.

QVÆST. CLXXXVIII. §. IX.

Regvla † sit negatiua, quod testes singulares nō probant hæresim, sic enim vltra relatos *supra in meo tract. de testibus, quæst. 64. num. 202.* voluerunt etiam relati per Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Testis, num. 18.* qui tamen loquitur, quando agitur de condemnando hæreticum in pœnam ordinariam, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 64. rubr. de testibus, num. 61. & seqq. & in Enchiridion violatæ religionis, titul. 37. rubr. de testibus singularibus, nu. 1. & seqq. & nu. 5.* vbi, quod contraria opinio est euidenter falsa, Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap. 45. num. 1. versic. Item testes singulares in hoc crimine non probant,* Ioan. Lopez *in allegation. hæretical. §. 12. versic. Aliter & secundo dici potest,* Paril. *consil. 2. num. 82 & sequentibus, libr. 4.* Decian *in tractat. crim. lib. 5. cap. 35. nu. 5.* vbi aliis relatis concordantibus testatur de communi Doctorum sententia, Ioan. à Rojas *singular. 203.* vbi relatis contrarium tenentibus, in hac sententia residere videtur. 152

Etsi † contrarium voluerint relati per me *supr. in tractat. de testibus, dict. quæst. 64. nu. 201.* quibus adde Prob. *in additionibus ad Ioan. Monach. in rub. de hæreticis, in 6. num. 11.* & relatos per Bursat. *consil. 7. nu. 9. lib. 1.* 153

Amplia † hanc regulam, vt testes singulares etiam iuncta fama non sufficiant ad condemnandum, Archidiacon. *in cap. Vt officium, num. 8. in fine, versic. Certum est enim,* & *num. 9.* & ibi etiam Ioann. Andr. *num. 1. ad finem, versic. Certum est autem,* Geminian. *in §. verum, nu. 6. versic. Sed dicit Innocentius, de hæreticis, in 6.* Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, rub. de materia processuum inquisitionis, n. 9.* summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §. 2. n. 6. in fin. versic. Certum est autem,* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Testes, versic. Item an per istos testes singulares,* vbi, quod testes singulares iuncta fama, nec etiam sufficiant ad condemnandum de hæresi in pœnam ordinariam, sed tantum ad indicendum purgationem, Simanch. *Catholicar. Instit. tit. 51. rub. de probationibus, nu. 3. & in Enchiridion. violatæ religion.* 154

ligion.tit.34.eadem rubr.de probationibus,nu.2. Campeg. in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.13. lit. B, in verbo, Conspiratores, versic. Cui tamen, vbi, quod testes singulares iuncta fama non ad condemnationem, sed tantum ad purgationem, vel abiurationem sufficiunt, Ioan. Lopez in allegationibus hæretical. §.12. ad medium, vbi testatur de Communi opinione, vide supra, in tract. de testibus, quæst.64.nu.203.

155 Limita I. Propositam † regulam, vt testes singulares probent hæresim non in specie, sed in genere, & sic vbi inquiritur aliquis in genere, quod sit hæreticus, testes singulares probant, secus, vbi inquiritur de aliqua hæresi specialiter, secundum Iacob. Butrigar. in leg. Arriani, versic. Modo pœna, C. de hæreticis, vbi ponit exemplum, quando vnus testis deponit, audiuisse accusatum dicentem: Christum non venisse in Virginem. Alter vero, audiuisse eum dicentem: Christum non esse verum Deum, concluditque, huiusmodi testes bene probare hæresim in genere, quando reus fuit in genere accusatus simpliciter, & generaliter de hæresi, secus, si in specie fuisset accusatus de vna ex prædictis hæreticalibus propositionibus, quia tunc nihil probarunt, Salycet. in leg. quicumque, post nu.1. C. eodem, vbi refert, & sequitur Iacob. Butrigar. in loco præallegato, Ioan. de Anania in cap.1. nu.7. in fine, versic. Vltimo scias, extra, de hæreticis, vbi pariter refert & sequitur Iacobum Butrigarium, & Salycetum, in locis præallegatis, Prob. in additionibus ad Ioannem Monachum in cap. Vt commissi, sub numer.1. de hæreticis, in 6. relati per Vmbert. Locat. in iudiciali inquisitorum, in verbo, Testis, versic. sub numer.19. versic. Secundo aduerte, Repert. Inquisitorum in verbo, Testes, versic. Ponamus, quod duo, vel tres testes, Zanchin. in tract. de hæreticis, cap.13. num.5. & ibi Campeg in additionibus, litera C. in verbo, Singulares, post versicul. Quod autem ad singularium testium efficaciam, & seq. vbi pluribus hanc probat sententiam, Paris. consil.2. nu.89. lib.4. Hippolyt. Riminald consil.395. nu.17. lib.4. relati per Pacian. de probat. libr.1. cap.14. nu.3.

156 Contrarium, † quod testes singulares nec etiam in genere probant hæresim, voluisse videtur Vmbert. Locat. in iudicial. inquisitorum, in verbo, Testis, num.20. Repertor. inquisitorum in verbo, Testes, versic. Item, si vnus testis dicat, Simanch. Catholicarum institutionum tit.64. rub. de testibus, num.66. & pluribus seqq. & in Enchiridion violatæ religionis, tit.37. rubr. de testibus singularibus, num.5. & sequentibus, & in adnotationibus ad Zanchinum, de hæreticis, cap.11. vbi propterea reprobat Zanchinum contrarium tenentem in loco præallegato, Decian. in tractat. crimin. libr.5. cap.35. nu.5. vbi aliis relatis concordantibus testatur de Communi Doctorum opinione, Menoch. consil.82. num.162. libr.1. Ioan. à Rojas singular.203. vbi relatis contrarium tenentibus in hac sententia residere videtur, relati per eundem Pacian. de probat. libr.1. cap.14. nu.7. vide supra, in tract. de testibus, quæst.64. nu.205. & seqq. vbi latius de veritate huius limitationis.

157 Limita II. Vt † testes singulares licet non probent, quem esse hæreticum, etiam in genere deponendo de diuersis hæreticalibus propositionibus, si tamen hæreticales propositiones, licet diuersæ, tenentur ab aliqua particulari secta hæreticorum, probant illum, contra quem deponunt, esse de illa secta, vt per Siman. in Enchiridion violatæ religionis, tit.37. rubr. de testibus singularibus, num.11. vbi propterea dixit, secundum hanc declarationem esse intelligendam opinionem tot Doctorum hominũ (ne tam pueriliter errasse videantur) volentium testes singulares probare hæresim in genere, Menoch. consil.82. nu.138. lib.1.

158 Limita III. Vt † testes singulares in loco seu tẽpore concordantes, tamen in eadem specie hæresis probent hæresim, secundum Simanch. Catholicarum institutionum tit.64. rubr. de testibus, num.75. & 76. cum allegatis per eum, volentibus isto casu diuersitatem loci, & temporis, non inducere singularitatem obstatiuam, dummodo adsit concordia depositionis in eadem substantia, & in specie hæresis, & in Enchiridion violatæ religion. tit.37. rub. de testibus singularibus, nu.8. & 9. vide supra, in tract. de testibus, quæst.64. nu.213. & seq.

Limita IV. Quia † testes singulares probant in connexis, vt per Simanch in Enchiridion violatæ religion. tit.37. rubr. de testibus singularibus, num.4. & 5. vbi tamen præsupponunt, quod tendant ad eundem rei finem, de quo dixi infra in sequenti limitatione, & amplius videtur tenere, quod non integram, sed plusquam semiplenam faciant probationem, quod & idẽ dixit idem Simanch. Catholicarum institutionum tit.64. eadem rub. de testibus, nu.64. & seq. 159

Limita V. Vt † testes singulares hęresim probẽt, quando eorum dicta tendunt ad eundem finem, Vmbert. Locat in iudicial. inquisitorum, in verbo, Testis, num.19. Simanch. Catholicarum institutionum tit.64. rub. de testibus, nu.77. vbi ad hoc, vt in crimine hęresis testes singulares probent, non solum requirit, vt tendant ad eundem finem, sed etiam, quod sint plures fide digni, & quod verisimilia deponãt, & in Enchiridion violatæ religion. tit.37. rub. de testibus singularibus, nu.10. & seqq. Nec dissentire videtur Pacian. de probat. libr.1. cap.14. nu.12. & seqq. Martin. del Rio Iesuita de disquisitionibus magicis, libr.5. in 2. appendice, quæst.10. versic. De testibus vero secundi generis, vbi tamẽ loquitur quo ad pœnam extraordinariam in crimine excepto & iterabili, prout est magia & hæresis, vide supra, in tract. de testibus, quæst.64. nu.208. 160

Limita VI. Quia † testes singulares, licet in crimine hæresis non faciant plenam probationem, faciunt tamen plusquam semiplenam, quando deponunt aut de rebus connexis, aut de his, quæ tendunt ad eundem finem, Simanch Catholicarum Institutionum tit.64. rubr. de testib. nu.64. & seq. & in Enchirid. violat. relig. tit.37. rub. de testibus singularibus, num.4. & 5. Menoch. consil.82. nu.129. lib.1. vbi, quod singulares in crimine hæresis faciunt semiplenam probationẽ, vel saltim præsumptionem, quæ aliis coniecturis, & præsumptionibus coadiuuata potest perfectam probationem inducere, & nu.162. vers. Non obstat secundum, vbi tenet contrarium, quod scilicet testes singulares in crimine hæresis non faciunt semiplenam probationem. 161

Limita VII. Quia † ad inquirendum & torquendum, testes singulares probant in crimine hæresis, vt dixi supra, in quæst.185. num.156. Hic repetere non est necesse. 162

Limita VIII. Quia † licet testes singulares non probent hæresim ad effectum cõdemnandi in pœnam ordinariam, bene tamen sufficiunt ad imponendam aliquam pœnitentiam, Repertor. inquisitorum in verbo, Testes, versic. An in causa hæresis, Vmbert. Locat. in iudicial. inquisitorum, cum allegatis ibi per eum, in verbo, Testis, numer.18. Ioan. Calderin. in tract. de hæreticis, rub. de sententia inquisitorum, nu.1. vbi, quod sufficiunt ad indicendã purgationem, Squillacens. in tractat. de fide Catholica, cap.34. num.1. in fine, & nu.2. Paris. consil.2. nu.93. libr.4. Menoch. consil.82. num.166. & sequ. libr.1. vbi declarat, dummodo non imponatur pœna corporalis, vide supra in tractat. de testibus, quæst.64. nu.218. 163

Limita IX. Quia † testes singulares an probent, & quantum in crimine hæresis, iudicis arbitrio videtur remissum, vt in Repertor. Inquisitorum, in verbo, Testes, versic. Item an per istos testes singulares, & per Prob. in additionibus ad Ioan. Monach. in cap. vt commissi, nu.1. vers. Quod id, n.2. Ioan. Calder. in tract. de hæreticis, rub. de materia processuum inquisitionis, n.6. in fine, vbi tamen loquitur de testibus singularibus concordãtibus in substantia, Campeg in additionib. ad Zanchin. in tract. de hæreticis, c.13. lit. A. 164

versic. Cui tamen, vbi loquitur de testibus singularibus, concordantibus tamen in substantia, seu in effectu, Menoch. *consil.* 82. *nu.* 141. *lib.* 1.

165 Contrarium, † quod in crimine hæresis non sit iudicis arbitrio remissum dare fidem testibus singularibus, voluit idem Menoch. *dicto consil.* 82. *nu.* 165. *vide supra, in tract. de testibus, quæst.* 64. *nu.* 215.

ARGVMENTVM.

De pœna mortis impœnitentibus & relapsis imponenda, siue laici siue clerici sint.

SVMMARIA.

Hæretici cogendi & compellendi, vt pœnitentes ad fidem redeant, etiam illis incusso timore mortis, nu. 1.

Hæretici si timore pœnæ ad fidem redire noluerint, expedit eos publice puniri, nu. 2.

Hæretici impœnitentes pœna mortis puniuntur, nu. 3.

Hæretici impœnitentes viui comburuntur, nu. 4. *&* 5.

Hæretici impœnitentes, siue clerici, siue laici fuerint, Curiæ seculari traduntur, nu. 6. *&* 7.

Forma traditionis Curiæ seculari, quando hæreticus est præsens, num. 8.

Hæreticus, quando traditur Curiæ seculari, iudex Ecclesiasticus rogat pro eo, ne morti tradatur, nu. 9. *&* 10.

QVÆST. CLXXXIX. §. I.

1 REGVLA † sit, quod hæretici cogendi & compellendi sunt, vt ad fidem redeant etiam illis incusso timore mortis, alioquin ad eam condemnabuntur, sic enim Communiter receptum esse, videre est apud Anton. de Butrio *in cap. Ad abolendam, num.* 22. *extra, de hæreticis*, & ibi etiam Abb. *num.* 11. *versicul. in Glossa, in verbo, Sponte*, vbi, quod hæreticus ante condemnationem compellitur ad fidem causatiue, scilicet per distinctionem personæ, comminationem pœnæ personalis, & per spoliationem bonorum, Marian. Socin *num.* 25. & Ioan. de Anania *num.* 19. *in fine, versic. In Glossa sponte*, vbi pariter, quod Clericus, antequam sit depositus, compellitur abiurare hęresim causatiue per carcerationem, per condemnationem pœnæ personæ personalis, & per confiscationem bonorum, &, quod hæretici omnino compellendi sint ad fidem redire, scripserunt omnes Canonistæ *in capit. de hæreticis, in sexto*, vt videre est apud Archidiacon. *nu.* 1. *versic. Hæretici autem ad fidem compelluntur*, Ioan. Andr. *num.* 2. & Geminian. *nu.* 5. qui omnes pluribus rationibus & argumentis hanc firmat conclusionem, quibus addo omnino Zanchin *in tract. de hæreticis, cap.* 33. & *ibi* Campeg. *in additionibus*, vbi pluribus hanc probant conclusionem, Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.* 12. vbi proponit argumenta contraria, & illis respondet, præsertim ex Diuo Augustino, *in loco per eum relato*, Petr Gregor. *Syntagma. iuris, lib.* 33. *cap.* 6. *numer. quarto, & sequentibus*, vbi pariter respondet contrariis rationibus, & argumentis, Decian *in tractat. crimin. libr.* 5. *cap.* 40. *per totum*, vbi latissime pluribus argumentis & rationibus hanc probat conclusionem.

2 AMPLIA I. Hanc † regulam, quia si hæretici sic timore pœnæ ad fidem redire noluerint, expedit eos in conspectu omnium puniri. Etsi enim dicant hæretici, fidem esse rem liberam, ac proinde neminem propter hæreses puniendum esse affirment; quam falsa sit eorum opinio, quantumve expediat hæreticos puniri, vide latissime exornantem Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 46. *rub. de pœnis, num.* 1. *& sequentibus pluribus*, vbi hanc firmat conclusionem ex ipsa lege Euangelica, ex authoritate sanctorum Pontificum, & Doctorum, ac etiam exemplo eorum, qui verum DEVM ignorabant, & demum ex ipsamet experientia, & Philosophorum sententiis, & *in Enchiridion violatæ religionis tit.* 1. *rubr. de punitione impiorum, num.* 1. *& sequentibus*, Alphons. de Castro *de iusta hæreticorum punitione, lib.* 2. *cap.* 12. Læl. Zech. *in summa, part.* 1. *tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.* 11. *num.* 16. Decian. *in tractat. crimin. libr.* 5. *cap.* 42. *num.* 1. vbi tres affert rationes huius conclusionis, Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum moralium parte* 1. *libr.* 8. *cap.* 13. *rubric. de quarta hæreticorum pœna, versic. Vltima pœna hæreticorum est, omnibus seqq.* vbi & ipse proponit contraria, & illis respondet, Thom. Sanchez Iesuita *in Præceptis Decalogi, lib.* 2. *capit.* 9. *rubric. de excommunicatione, num.* 1. & fuit opinio D. Thom. 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 3. vbi proponit contraria, & illis respondet, concluditque, hæreticos per mortem à mundo excludendos esse, & *ibi* Dominic. Bannes, & Gregor. de Valentia latissime docent, iustum esse, hæreticos puniri nō solum pœna spirituali, sed etiam temporali, capitali, & mortis.

AMPLIA II. Vt † impœnitentes hæretici pœna mortis puniantur, text. est *in l. Arriani, §. Manichæi, ibi, & vltimo supplicio tradendi, C. de hæreticis*, & *in l. quicunq. §. eos vero, versic. Vltimo etiam supplicio*, qui tamen loquitur in docentibus hæresim, & *ibi* Gloss. *in verbo, Damnetur, C. eodem, & in l. vbicunque, & l. sequ. & l. Manichæi, C. eodem*, vbi in specie loquitur de Manichæis, Hostiens. *in cap. ad abolendam, nu.* 7. *versic. Lex etiam humana, extra, de hæreticis*, & *ibi* hoc etiam adnotarunt Ioan. Andr. *num.* 6. *versic. Lex humana*, Henrich. Boich. *nu.* 19. *versic. Lex etiam humana*, Anchar. *num.* 7. *versic. Lex ciuilis*, Anton. de Butrio *nu.* 17. *versic. Lex humana*, Abb. *nu.* 13. *versic. Sed ius ciuile*, Cardinal. Zabarell. *numer.* 8. Ioan. de Anania *num.* 7. *ad medium, versic. Hanc etiam pœnam*, est etiam Gloss. *in cap. excommunicamus, il secondo, in verbo, Puniendi, extra, de hæreticis*, Archidiacon. *in cap. Vt inquisitionis officium, nu.* 3. *in verbo, Animaduersione, eodem tit. de hæreticis, in* 6. & *ibi* etiam Ioan. Andr. *ante num. primum, in eodem verbo, Animaduersione*, Geminian. *num.* 7. addentes ad Azzon *in summa, in rubr. de hæreticis, litera C. versic. Laicus autem*, Summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §.* 1. *num.* 14. *versic. Duodecima pœna, quod morte plectuntur*, Fr. Rayner. *in summa, in verbo, Hæresis, cap.* 5. *post versicul. Quartum est*, vbi plures reddit rationes, quare scilicet hæreticus morti traditur, Vmbert Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Pœna, numer.* 9. *vers. Duodecima pœna, quod morte plectuntur*, Afflict. *in Constitution. Regni, de hæreticis & Patarenis, rub.* 1. *nu.* 36. Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 46. *rub. de pœnis, num.* 42. *& sequenti*, vbi & hanc mortis pœnam iure diuino constitutam, pluribus sacræ scripturę auctoritatibus confirmauit, Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis, nu.* 6. *in fine, versic. Et condemnantur ad mortem*, Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis, quæst.* 3. *num.* 2. *in fine*, Carer. *in eodem tract. de hæreticis, sub num.* 132. *in prin. versic. Iure autem ciuili, & vers. Consuetudine autem introductum est*, Gundisalu. *in dicto tract. de hæreticis, quæst.* 15. *nu.* 4. *in princip. & versic. Et ius ciuile*, Boss. *in tit. de hæreticis, nu.* 37. vide, quod in hoc conueniunt lex ciuilis, canonica, & diuina, Conrad. *in pract. rubr. de hæreticis, nu.* 12. Anton. Gomez *de delictis, cap.* 2. *rubr. de crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ, num.* 1. *post versic. Item pro qualitate facinoris*, Couarr. *variarum resolutionum libr.* 2. *cap.* 10. *num.* 10. *in princip.* Menoch. *in arbitrar. quæst. libr.* 2. *casu* 374. *nu.* 1. Petr. Gregor. *Syntagmat. iuris, lib.* 33. *cap.* 8. *nu.* 20. Læl. Zech *in summa, part.* 1. *tit. de fide, rub. de hæresi, cap.* 11. *num.* 16. *versic. Multiplex vero pœna*. 3

AMPLIA III. Vt † hæreticus impœnitens non solum morti tradatur, sed etiam comburatur, & ista ignis pœna approbata est de iure diuino, ciuili, canonico, & consuetudinario, vt Communiter notant Doctores *in cap. Ad abolendam, extra, de hæreticis*, extat præterea Constitutio Friderici Imperatoris, *incip. Inconsutilem, in fin.* relatam per Pegnam inter literas Apostolicas in Directorio inquisitorum, *folio mihi* 18. & videre est apud Hostien- 4

stiensem *ibi num.7. in verbo, Debitam,* Henrich.Boich.*nu.* 19. Ancharan.*nu.*7. Anton.de Butrio *nu.*17. *versic. Quæro, quæ erit pœna,* Abb.*num.*2. *versic. Nota pœnitentiam Clerici,* Cardinal.Zabarell.*nu.*8. & Ioan.de Anania *nu.* 7. *versic. Istorum enim,* Abb.*in capit. Excommunicamus, il primo, ante nu.*1. *versic. Secunda corporalis,* & *ibi* etiam Marian.Socin. *nu.*7. *versic. Secunda corporalis, quia comburuntur, extra eodem,* Ioan Andr.*in cap.Excommunicamus, il secondo, num.*4. & *ibi* etiam Abb *nu.*2. *in fine, versic. Nam isti hodie igne cremantur, extra eodem,* Gloſſa *in cap.*1. *de hæreticis, in* 6. *in figuratione casus, in princip. versic. Si autem postea, & versic. Nota, quod, vbi clericus est relapsus,* Prob.*in addit. ad Ioan.Monach. in cap. Accusatus, §. Sacerdotes, nu.*3. *in fine, in verbo, Lapsus, & nu.*4. *de hæreticis, in* 6. vbi, quod ita alias tempore suo fuit seruatum in personis hæreticorum, vltra numerum viginti, Hostienſ *in summa, de hæreticis, §. qua pœna feriatur, nu.*9. *in fine, versic. Et licet in hæresi,* summa Armilla *in verbo, Hæresis, nu.*12. Angelica *in summa, in verbo, Hæreticus, nu.* 16. *versic. Duodecima pœna est,* summa Syluestrina *in eodem verbo, Hæreticus, §.*1. *nu.*14. *versic. Duodecima, quod morte plectuntur,* Tabien.*in summa, in dict. verbo, Hæreticus, num.*16. Repertor.Inquisitorum *in verbo, Relapsus, vers. Nota quod, & in verbo, Pœna, sub versic. Ab homine vero, ad fin. & vers. seq.* & *ibi* Quintil. Mandoſ. *in addit. lit.O.* Vmbert.Locat.*in iudicial.inquisitorum, in vers. Hæreticus, nu.*27. & *nu.*41. & *in verbo, Pœna, num.*8. Afflict.*in Constitut. regni, de hæreticis & Patterenis, rubr.*1. *post nu.*29. *versic. Si est laicus, punitur, quia comburitur, & nu.*41. Simanch. *Catholicarum institutionum tit.*46. *rubr. de pœnis, nu.*45. *& seqq.* vbi & hanc conclusionem, de pœna ignis hæreticis infligenda, pluribus rationibus, Sanctorum & Doctorum auctoritatibus cōfirmat, & *in Enchiridion violat. religion. tit.*61. *rubr. de impœnitentibus, nu.*3. & *tit.*67. *rub. de pœnis, nu.*1. & 2. & *num.*12. Zanchin.*in tract. de hæreticis, cap.*18. *nu.*8. Bonifac.de Vitalinis *in rub. de crimine hæresis, nu.*6. *in fine, versic. Sed de consuetudine comburuntur,* Carer.*in tract. de hæreticis, nu.*182. *in princ. & in versic. Consuetudine autem introductum est,* Gundisalu.*in eodem tract. de hæreticis, quæst.*15. *nu.*4. *vers. Debent ergo cremari, & dict. nu.*4. *in fine, versic. Vnde crederem,* Boſſ.*in tit. de hæreticis, num.*16. *in princ.* vbi, quod ita tenent Communiter Doctores, & *nu.*37. *in princ. vers. Sed quæro, quæ sit pœna,* vbi aliis relatis testatur de generali consuetudine, Conrad.*in pract. rubr. de hæreticis, num.*12. *ad finem,* Anton. Gomez.*de delict. cap.*2. *rubr. de crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ, nu.*1. *versic. Item pro qualitate facinoris,* vbi pariter dixit, quod hæc pœna seruatur de generali cōsuetudine, confirmaturq; omni lege humana & diuina. Couarr. *variar. resolution. lib.*2. *cap.*10. Ioan.à Rojas *sing.*91. Roland.*consil.*75. *num.*5. *lib.*3. Menoch.*de arbitrar. quæst. libr.*2. *casu* 374. Burſat.*consil.*7. *nu.*30. Decian. *in tract. crimin. libr.*5. *cap.*42. *nu.*4. vbi latissime pluribus argumentis & auctoritatibus hanc probat conclusionem, ad quam vide etiam Ioann.Azzor. Iesuitam *Institutionum Moralium parte* 1. *libr.*8. *cap.*13. *rubric. de quarta hæreticorum pœna, versic. Vltima pœna hæreticorum est,* Didac. Cantera *in quæst. criminal. rubric. de hæreticis, &c. nu.n.*59. *versic. Hoc præsupposito,* Martin.del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, lib.*5. *sect.*16. *versic. Quoad ignis pœnam,* vbi testatur de generali consuetudine Europæ, Lælius Zech.*in summa, part.*1. *tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.*11. *num.*16. *Multiplex vero pœna, & seqq.*

5 Amplia IV. Vt † & viui comburantur, vt in Repert.inquisitorum, *in verbo, Comburi, versic. Primo,* & ante eum per Ioan.Calderin.*in tractat. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum, filiorum, & nepotum, nu.*10. *in fine,* Afflict.*in Constitution. Regni de hæreticis & Patterenis, rub.*1. *num.*1. & *num.*37. & *num.*49. Simanch. *Catholicarum institutionum tit.*46. *rub. de pœnis, nu.*49. vbi tamen declarat, hanc iuris pœnam non esse imponendam impœnitentibus relapsis, & *in Enchiridion violatæ religionis, tit.*67. *rub. de pœnis, num.*11. vbi præsertim loquitur in hæresiarchis, Baiard. ad Clar.*in §. Hæresis, nu.*15. Ioan.à Rojas *in tract. de hæreticis, part.*2. *nu.*360. & *seqq.* Petr.Binsfeld *de confess. maleficor. membro* 2. *post* 7. *conclusionem principalem, in quarto dubio,* Læl.Zech.*in summa, part.*1. *tit. de fide, rubr. de hæresi, capit.*11. *nu.*16. *versic. Hac vero pœna ignis.*

Amplia V. Vt † propterea hæretici impœnitentes, siue clerici, siue laici, Curiæ seculari tradantur, textus est *in cap. ad abolendam, §. præterea, extra, de hæreticis,* in illis verbis: *Secularis relinquatur arbitrio potestatis animaduersione debita puniendus,* & *in §. Laicus,* in illis verbis: *Secularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris vltionem,* & *ibi* hoc adnotarunt Gloſſ. *in figuratione casus. versic. Secundo statuit, & versic. Si vero, & in verbo, Relinquatur,* Abb.antiquus *nu.*2. Hostienſ *nu.*5. *versic. Ab hac regula, & in verbo, Secularis relinquatur, & nu.*6. *in fine, versic. Laicus autem, & nu.*7. *versic. Et nisi pœnituerit, & num.*8. *versic. Idem autem,* Ioann. Andr.*in summario,* Henric.Boich.*nu.*20. *versic. Clerici prius, & num.*21. Ancharan. *in summario, & num.*4. Anton.de Butrio *num.*1. *versic. Et traditur curiæ seculari, & numer.*5. *versic. Nota primo,* Abb. *num.*1. *in princip. & num* 1. *figuratione casus, versic Si vero laici fuerint, & num.*11. Marian.Socin *in summario,* Felyn. etiam *in summario,* Cardinal.Zabarell *ante numer.* 1. & Ioan. de Anania *in secundo summario, & num.*6. est etiam text. *in cap. Excommunicamus, il* 1. *§. Damnati, in prin. extra, eodem,* vbi ad literam dicitur: *Damnati vero præsentibus secularibus potestatibus aut eorū Balliuis relinquantur, animaduersione debita puniendi,* & *ibi* hoc adnotarunt Innocent. *num.*1. *versic. Nota pro hæresi,* Ioan.de Anania *nu.*7. & Cardinal.Zabarell.*in summario,* similes tex *in cap. Excommunicamus, il* 2. *§. Damnati, extra eodem,* vbi pariter dicitur: *Damnati vero per Ecclesiam seculari iudicio relinquatur animaduersione debita puniendi,* item est text. *in cap. Nouimus,* & *ibi* Gloſſ.& Communiter Doctores omnes. *de verborum significat.* item Gloſſ.*in cap. Super quibusdam, in verbo, Puniuntur, eodem tit. de verb. significat.* & extat Constitutio Innocentii IV. edita de anno 1254. *incip. Nouerit vniuersitas, versic. Damnati,* relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas *fol. mihi* 21. *in princ.* & alia Nicolai III. edita de anno 1281. *incip. Nouerit vniuersitas, vers. Damnati vero,* relata vbi *supra* per Pegnam, *fol.*67. Ioan.Calderin.*in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum, filiorum, & nepotum, num.*7. Hostienſ.*in summa, de hæreticis, §. qualiter deprehendatur, nu.*3. *versic. Si vero negauerit & conuictus fuerit,* & *§. qua pœna feriatur, num.*8. *vers. Canones autem, & dict. nu.*8. *ante fin. versic. Si laici relinquuntur potestati seculari, & nu.*10. *versic. Primus est,* summa Armilla *in verbo, Hæresis, nu.*12. Rosella *in summa, in verbo, Hæreticus, nu.*14. *versic. Et demum,* summa Angelica *in eodem verbo, Hæreticus, nu.*16. *versic. Duodecima pœna est,* Tabien.*in summa, in dicto verbo, Hæreticus, nu.*16. Repertor.inquisitorum *in eod. verbo, Hæreticus, versic. Item hæretici damnati, & vers. sequ.* & *in verbo, Pœna, versic. Ab homine vero,* Vmbert.Locat *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Clericus, nu.*10. Zanchin.*in tract. de hæreticis, cap.*18. *nu.*6. Squillacenſ.*in tract. de fide Catholica, cap.*28. *nu.*1. Bonifac.de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis, nu.*6. *in fine, vers. Et si perseuerauerit, & nu.*17. *vers. Idem dico,* Carer.*in tractat. de hæreticis, num.*62. Gundisaluu.*in eodem tract. de hæreticis, quæst.*19. *nu.*3. *versic. Si vero laici fuerint,* Clar.*in pract. §. Hæresis, num.*6. *versic. Scias tamen,* vbi, quod ita seruat consuetudo ex Boſſio, quem allegat *in tit. de foro competenti, post nu.*161. Conrad *in pract. rubric. de hæreticis, num.*12. *vers. Traditurque curiæ seculari,* Decian.*in tractat. crimin. libr.*5. *cap.*38. *nu.*24.

Et † licet Gloſſ.*in d. cap. Ad abolendam, in verbo, Laicus,* 7
dicat, laicum hæreticū non tradi Curiæ seculari, sed solum clericum, quia laicus semper est de foro seculari, & Gloſſam sic dicentem referat, & sequatur Anton. de Butrio *ibidem nu.*23. Ioan.Andr.*in c. Nouimus, n.*1. *in fin. in ver-*

in verbo, Vt clericus, de verbor. significat. non tamen per hoc negat, quin laicus ab Ecclesia sit condemnadus vti hæreticus, secularisque iudex illius sententiam exequi debeat, quod in substantia importat idem, quod traditio Curiæ seculari, & tam in clerico, quam in laico hæreticum Curiæ seculari relinquendum, debita pœna puniendum, dicit text. *in d. cap. Ad abolendam*, aliud enim non est, hæreticum Curiæ seculari relinquere, quam eundē eidem seculari Curiæ tradere, vt bene declarat text. *in d. cap. Nouimus, in fine principij, de verborum significatione*, & Henric. Boich *in dict. cap. Ad abolendam, nu. 20. versic. Vnde dic*, & declarat *in eodem cap. Ad abolendam*, Hostiens. *nu. 7. versic. Et nisi pœnituerit, & nu. 8. versic. Ideo autem dixi, & ibi* Abb *nu. 7. & nu. 12.* Marian. Socin. *post nu. 9.*

8 De † forma autem traditionis Curiæ seculari, quando hæreticus est præsens, videas per Henric. Boich *in c. Ad abolendam, nu. 20. versic. Et sic Ecclesia, extra, de hæreticis*, vbi, quod Ecclesia clericum degradatum & depositum in præsentia iudicis secularis, non manualiter vel corporaliter Curiæ seculari tradit, sicut quidam malè intelligentes dicere voluerunt, sed illum eidem iudici relinquunt, vt in suum forum recipiat, & sic intelligitur tradere, dum hæreticum seculari potestati relinquit, & bene probat textus, & *ibi* Communiter omnes Canonistæ & etiam Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, parte 2. Commentar. 20. in cap. Nouimus, ad finem, de verbor. signific.* vbi dicitur: *Cum ab Ecclesiastico foro fuerit proiectus, eius est degradatio celebrata seculari potestate præsente, ac pronunciãdum eidem, cum fuerit celebrata, vt in suum forum recipiat degradatum, & sic intelligitur tradi Curiæ seculari*, Hostiens. *in summa, de hæreticis, §. Qua pœna feriatur, num. 9. versic. Qualiter autem debeat tradi potestati seculari*, Goffred. *in eadem summa, de hæreticis, num. 2. versic. Et sic Ecclesia tradit clericum depositum Curiæ seculari*, Vmbert. Locat *in iudiciali inquisitorum, in verb. Hæreticus, nu. 28. & post iudicial. inquisitorum, fol. mihi 509.* vbi ponit specialem formam tradendi & relinquendi brachio seculari hæreticum impœnitentem, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Degradatio, versic. Forma autem degradationis, in fine, & in verbo, Iudex, versicul. Nota formam, & in verbo, Sententia, versic. Sequitur sententia condemnatoria, & seqq.* vbi ponit duas formulas sentētiarum, quando hæreticus traditur Curiæ seculari, Zanchin *in tract. de hæreticis, cap. 18. num. 7. versic. Nec credas, quod iudex*, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. rubr. de decimo modo terminandi processum fidei, Commentar. 46. litera G. nu. 203. folio mihi 557. colum. 2.* vbi post Eymericum ibi ponitur forma tradēdi hæreticum pertinacem, non tamen relapsum, Curiæ seculari, idem Eymeric. *vbi supra, in eodem Director. inquisitorum, dict. parte 3. quæst. 101. nu. 1. 2. & 3.* vbi pariter ponitur forma tradendi Curiæ seculari hæreticum impœnitentem, siue præsentem, siue absentem.

9 Limita † hanc quintam ampliationem, quia quādo clericus post degradationem traditur Curiæ seculari, & etiam laicus, quando relinquitur seculari potestati debita pœna puniendus, Ecclesia orat pro illo, ne morti tradatur, text. expressus *in cap. Reos, 23. quæst. 5.* vbi ad literam dicitur: *Reos sanguinis defendat Ecclesia, ne effusione sanguinis particeps fiat*, & voluit Henric. Boich *in cap. Ad abolendam, num. 20. versic. Non autem, & versic. Vnde dic, extra, de hæreticis*, Arnald. Albertin. *in repetitione capit. primi, de hæreticis, in 6. in princip. nu. 43.* text. expressus *in capit. Nouimus, §. 1. in fine, de verbor. significat.* in illis verbis: *Pro quo tamen debet Ecclesia efficaciter intercedere, vt citra mortis periculum circa eum sententia moderetur*, & *ibi* Canonistæ omnes adnotarunt, hanc intercessionem debere esse non simulatam aut fictam, sed veram & efficacem, vt videre est apud Innocent. *num. 2. in verbo, Efficaciter*, Hostiens. *nu. 3. in eodem verbo, Efficaciter*, Ioan. Andr. *etiam n. 3. in fine, in eodem verbo, Efficaciter, & nu. 5. versic. In Glossa tertia*, Anton. de Butrio *num. 5. in fine, versic. Sexto nota, & nu. 11. versic. Quæro, qualiter debeat Ecclesia intercedere*, Abb. *numer. 3. versic. Nota ibi efficaciter, & nu. 8.* & Cardinal Zabarel *ante num. 1. in verbo, Efficaciter, & nu. 3. col. 2. in fine, versic. Quæro in eo, quod dicit*, Vmbert. Locat *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Hæreticus, nu. 28. & 29.* Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Rogare, versic. 1.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 18. num. 7.* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 19. numer. 1. versic. Precibus interpositis apud eum*, Ioan. à Rojas *singul. 48. nu. 4. & singular. 107. nu. 6.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 38. nu. 23.* Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 2. Commentar. 20. ad cap. Nouimus, de verborum significatione*, vbi late proponit contraria, & illis respondet.

Et † licet hæc Ecclesiastici iudicis intercessio videatur potius vocalis, & colorata, quam effectualis, est tamē necessaria, & satis operatur, excusando iudicem Ecclesiasticum ab irregularitate, quam incurreret sine intercessione prædicta, vt bene deducit Arnald. Albert. *in repetitione dicti cap. 1. de hæreticis, in 6. in princip. num. 43.* & per Canonistas omnes *in dict. capit. Nouimus, de verborum significatione*, vt *ibidem* videre est apud Hostiens. *numer. 3. versic. Sed quid prodest, vsque ad num. 4.* Ioan. Andr. *etiam num. 3. versic. Sed qualiscunque fiat color*, Anton. de Butrio *num. 9. versic. Sed qualitercunque*, Abb. *numer. 8. versic. Sed Hostiensis*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Hæreticus, num. 30.* & Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, parte 2. Commentar. 20.* vbi dixit, quod licet ex Constitutione & Decreto Pauli IV. & Pii V. *ibi* per eum relatis, quibus Consultores S. officii, & etiam Inquisitores sint securi ab irregularitate, quia tamen sic in practica seruatur, non est ab ea recedendum. 10

ARGVMENTVM.

De degradatione.

SVMMARIA.

Degradatio quotuplex sit, nu. 11.

Clericus hæreticus antequam Curiæ seculari tradatur, degradandus est, nu. 12.

Clericus hæreticus degradandus est etiam, quando pœnitens ad carceres perpetuos condemnatur, num. 13. etiam quod condemnetur pro aliis criminibus, quam pro crimine hæresis, numer. 14. & etiam quando condemnatur ad triremes, nu. 15. Istis tamen casibus degradatio non erit actualis sed verbalis, num. 16.

Clerici hæretici etiam in minoribus ordinibus constituti degradantur, antequam Curiæ seculari tradantur, nu. 17.

Clerico hæretico degradato Ecclesia cum eo nihil aliud agere debet, nu. 18.

Forma degradationis in præsentem, nu. 19.

Forma autem degradationis in absentes, num. 20. & de forma degradationis monachi vel monialis, dict. nu. 19.

Contumax hæreticus clericus verbaliter degradatur, si ad manus Curiæ deuenerit, an possit absque alia degradatione tradi Curiæ seculari, nu. 21.

Degradatur Clericus coram Episcopis, & quot Episcopi debeant in degradatione interuenire, nu. 22.

QVÆST. CLXXXIX. § II.

PRÆMITTO † quotuplex sit degradatio, de qua re dixi *supra, in tit. de inquisition. quæst. 8. num. 72. & in tit. de delictis, quæst. 19. num. 49.* vbi aliam esse actualem, & aliam verbalem affirmaui; Verbalem degradationem idem esse, quod depositio, affirmaui, actualem vero eam esse ostendit, quando clericus per sententiam non solum deponitur, & sic priuatur ordinibus clericalibus, sed etiā actualiter & personaliter degradatur, exuitur, & spoliatur ordinibus Ecclesiasticis, secundum formam 11

mam, de qua *infra* mox dicam. Addo modo Arnal. Albert. *in repetitione cap. primi, de hæreticis, in 6. quæst. 14. nu. 1. & sequentibus*, vbi facit eandem distinctionem & declarationem, & verbalem degradationem iterum distinguit, vnam scilicet, quatenus est terminus pœnæ, & sic idem est, quod verbalis depositio, *vt supra* prædixi, alteram vero, quæ non respicit personam principaliter, sed est præparatoria ad traditionem Curiæ secularis, & *ibi* bene declarat, & exemplicat vtramque huius verbalis degradationis speciem & materiam; Repertor. Inquisitorum *in verbo, Degradatio, versic. Degradatio autem est duplex, verbalis, & actualis*, & vtramque bene declarat & exemplificat.

12 Regula † sit, quod clericus hæreticus antequam tradatur Curiæ seculari, degradandus est, textus est *in cap. Ad abolendam*, §. *Præterea*, in illis verbis: *Totius Ecclesiastici ordinis prærogatiua nudetur, extra, de hæreticis*, & *ibi* hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, versic. Secundo statuit*, Abb. antiquus *num. 2.* Hostiens. *num. 6. in fine, versicul. Prius tamen à suis ordinibus degradatus*, Ioan. Andr. *in summario*, Henric. Boich. *num. 20. versic. Clerici prius, & sequentibus versiculis*, Ancharan. *in summario, & numer. 4. in quarto notabil.* Anton. de Butrio *num. 1. versic. Si clericus est, degradatur, & nu. 5. versic. Nota primo*, Abb. *nu. 1. in princip. & nu. 1. in figuratione casus, & nu. 5. in quarto notab.* Marian. Socin. *in princ. versic. Si clericus est, & nu. 5. in quinto notabil.* Felyn. etiam *in summario*, Cardinal. Zabarel. *ante nu. 1.* & Ioan. de Anania *in secundo summario, & nu. 6. versic. Nota de pœna clerici*; item est textus *in capit. Excommunicamus, il primo*, §. *damnati*; *extra eodem*, in illis verbis: *Clericis prius à suis ordinibus degradatis*, & *ibi* hoc adnotarunt Hostiens. *numer. 19. in verbo, Si vero clericus*, & *in verbo, Deponatur*, Anton. de Butrio *ante numer. 1. in figuratione casus, versic. Secundo eis, & num. 37. Nota primo*, & Cardinal. Zabarell. *in summario*, similis textus *in capit. Excommunicamus, il secundo*, §. *Damnati*, in eisdem verbis: *Clericis prius à suis ordinibus degradatis*, & *ibi* præsertim Ioan. de Anania *num. 1. versic. Et si est clericus*, est etiam textus *in cap. 1. extra, de hæreticis, in 6.* & *ibi* hoc notant Franch. *num. 1. versic. Secundo nota*, Geminian. *num. 2. versic. Nota casum*, & Arnald. Albertin *in principio, num. 22.* & extat Constitutio Innocentii IV. edita de anno 1254. *incip. Nouerit Vniuersitas, versic. Damnati*, relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, *fol. mihi 21. in princip.* & alia Nicolai III. edita de anno 1281. *incip. Nouerit Vniuersitas, versic. Damnati vero*, relata per Pegnam *vbi supra, folio 67.* & alia Martini V. edita de anno 1418. *incip. Inter cunctas, versic. Similiter Clerici*, relata per Pegnam *vbi supr. fol. 97.* Addentes ad Hostiensem *in summa, de hæreticis*, §. *Quis dicatur, num. 1. litera A. versic. Clerico prius à suis ordinibus degradato, & §. qua pœna feriatur, nu. 8. ad finem, versic. si Clerici sint degradati, & nu. 10. versic. Nota, quod licet quilibet degradatus*, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum filiorum, & nepotum, nu. 7.* Goffred. *in summa, de hæreticis, num. 2. versic. Clerici prius*, summa Rosella *in verbo, Hæreticus, numer. 14. versic. Et si clericus sit*, Angelica *in summa, in eodem verbo, Hæreticus, n. 16. versic. Duodecima pœna est*, summa Syluestrina *in dict. verbo, Hæreticus, §. 1. num. 14. versic. Duodecima, quod morte plectuntur*, Tabien. *in summa, in eodem verbo, Hæreticus, nu. 16.* Ioan. à Rojas *singul. 32.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Clericus, nu. 10. & in verbo, Degradatio, num. 2. & in verbo, Pœna, nu. 8.* Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Degradatio, versic. An omnis degradatus, & in verbo, Pœna, sub versic. Ab homine vero*, Afflict. *in Constitutione regni de hæreticis & Pacterenis, post num. 29. versic. Si est clericus in sacris, degradatur*, Simanch. *Catholicarum Institutionum titul. 46. rubr. de pœnis, num. 69.* Squillacen. *in tract. de fide Catholica, cap. 28. nu. 1.* Oldrad. *consil. 271. num. 3. in fine, versic. Et si de hoc constiterit*, Bonifac. de Vitalinis *in rubric. de crimine hæresis, num. 6. in fine, versic. Item si est clericus*; Ghirland. *in tract. de hæreticis, quæstion. 3. num. 2. versic. Et si clericus est*, Carer. *in eodem tract. de hæreticis, num. 132. in fine, versic. Clerici vero prius degradantur*, Gundisalu. *in dict. tract. de hæreticis, quæstion. 19. num. 1.* Boss. *in tit. de hæreticis, num. 16. in principio*, Diaz *in pract. criminal. Canonic. cap. 114. in verbo, Hæretici, nu. 3. versic. Alia pœna est*, Petr. Gregor. *Syntagma iuris, lib. 33. cap. 8. num. 5. in princip.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. Commentar. 45. litera C. versic. considerandum est, & seqq. num. 198. folio mihi 551. colum. 2.* post Eymeric. *ibidem dicta parte 3. rubr. de nono modo terminandi processum fidei, &c. eodem num. 198.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 43. nu. 7.* Ludouic. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, libr. 3. quæst. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei, num. 37.*

Amplia I. Hanc † regulam, vt quando hæreticus pœnitens perpetuo carceri damnatur, antequam illud conducatur, degradetur, textus est expressus *in cap. 1. de hæreticis, in 6.* vbi ponitur forma degradationis, quando clericus in sacris constitutus pro hæresi seculari Curiæ relinquendus est, aut perpetuo immurandus, & *ibi* hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, in princip. versic. Pœna hæresis est, & versic. Si autem non inciderit, & versic. Nota, quod clericus pro hæresi*, Archidiacon. *num. 1. in verbo, Immurandus*, Franch. *num. 2. versic. Tertio nota*, Geminian. *num. 3. versic. Nota, quod Clericus*, & Arnald. Albertin. *nu. 27. in 6. notab. & nu. 28. & nu. 55.* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis redeuntibus, & conuersis, num. 11.* Abb. *in cap. Excommunicamus, il secundo, nu. 2. extra, de hæreticis*, vbi pluribus hanc probat sententiam, & *ibi* eum sequuti sunt Ancharan. *nu. 5.* Felyn. *in versic. Et adde, quod clericus*, & Marian. Socin. *nu. 4.* & extat Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1258. *incip. Quod super, versic. Quæstioni vero*, relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, *folio mihi 30.* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Degradatio, versic. Primo, & Secundo*, Paul. Ghirland. *in eodem tract. de hæreticis, quæst. 7. num. 1. versic. Et nota, quod clericus*, Gundisalu. *in eodem tract. de hæreticis, quæst. 19. n. 3.* Ioan. à Rojas *singul. 49. nu. 1.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 42. nu. 8.* Ioan. Lopez *in additionibus ad Diaz. in pract. criminal. Canon. cap. 114. in verbo, Hæretici, litera D.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. Commentar. 46. nu. 202. litera F. in verbo, Et consequenter, fol. mihi 557. col. 1.* vbi dixit, quod quicquid alias fuerit de hoc dubitatũ, omnis dubitatio fuit sublata ex rescripto Vrbani IV. *ibi* per eum relato; & *ibidem in vers. Quod si quis quærat*, vbi ponit rationem, cur perpetuo immurandus sit prius degradãdus, Eymeric. *vbi supra, in eodem Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 94.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 43. num. 7. versic. Degradatio autem.* 13

Amplia II. Quia † licet Franch. *in dicto capit. 1. de hæreticis, in 6. num. 2. versicul. Et videtur hoc probari*, videatur tenere, hoc esse speciale in damnato pro crimine hæresis, ad perpetuos carceres, non in damnato ad eosdem carceres pro aliis criminibus; Vide tamen *ibidem* Arnald. Albertin. *in princip. num. 27. versic. Nota sexto*, & *numer. 28.* vbi reprobato Francho contrarium tenenre ampliat, hanc conclusionem procedere, etiam quod clericus perpetuo carceri damnetur pro alio crimine, quam hæresis. 14

Amplia III. Quia, † sic condemnatum ad perpetuos triremes debere prius degradari, si clericus fuerit, voluit Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 20. liter. G. in verbo, Pœnas, vers. Obserua denique*, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, part. 3. Commentar. 46. num. 202. ante finem, versic. De eo vero, folio mihi 557. col. 2.* 15

Limita † præcedentes tres ampliationes, quia, quando clericus nõ condemnatur ad mortẽ, sed vel ad per- 16

perpetuos carceres, vel ad triremes, non degradatur realiter, & actualiter, sed verbaliter, ex allegatis per Vmbert. Locat *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Clericus, num.4.* & *in verbo, Degradatio, nu.3.* & idem voluit Campeg. vbi *supra* allegatus *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.20. litera G. in verbo, Pœnas, versic. Obseruа denique*, vbi dixit, quod ex benignitate Tribunalis ista degradatio consueuit fieri non actualiter, sed verbaliter, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. Commentar. 46. num.202. versic. Ne quis autem putet, folio mihi 557. columm.1. & col.2. versic. Tametsi vero*, vbi dixit, quod licet de iure talis degradatio deberet esse actualis, & non verbalis, quia tamen regulariter dispensari debet cum illis, qui vel in perpetuum carcerē, vel in perpetuum ad triremes condemnantur; hoc ideo condemnati ad has pœnas ex benignitate Tribunalis actualiter degradari non solet, sed tantum verbaliter, & ita laudabiliter introductum esse testatur, & hodie ad perpetuos carceres damnati ex consuetudine supremi totius Christianæ Reipublicæ, & generalis Inquisitionis Romanæ Tribunalis non actualiter, sed verbaliter tantum degradatur regulariter, licet quandoque etiam actualiter fuerint degradati arbitrio sacræ congregationis.

17 AMPLIA IV. Vt † degradentur etiam Clerici in minoribus constituti, antequam morti tradantur, verbaliter tamen, non autem realiter, vt per Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Degradatio, num.5.* ex Abbate, quem allegat *in capit. Clerici, il secondo, de vita & honestat. clericorum*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Degradatio, versic. Degradatio autem*; vbi ponit formam huius degradationis.

18 AMPLIA V. Quia, † postquam clericus propter hæresim fuit degradatus, & traditus Curiæ seculari ab Episcopo, Ecclesia non habet, quid amplius faciat circa illum, *cap. Cum non ab homine, in fin. de iudic.* Et ideo Inquisitores non debent amplius instare ad talē damnatum reducendum, Repertor. inquisitorum *in verbo, Iudex, versic. Et his expeditis*, & *in verbo, Pœna, sub versic. Ab homine vero, post medium.* Zanchin *in tract. de hæreticis, cap.18. num.7. in fine, versic. His expeditis*, & ibi Campeg. *in additionibus, lit. A. in verbo, Ecclesiasticus.*

19 De † forma degradationis in præsentem vide textum & Doctores, *in cap. Degradatio, de pœnis, in 6.* & *in cap. Nouimus, de verbor. significat.* & vtrobiq; Canonistas omnes, Speculator. *in tit. de accusationibus, §. Secundo loco, versic. Et nota*, Arnald. Albertin. *in repetitione cap.1. de hæreticis, in 6. quæst.14. num.8.* Vmbert. Locat *post iudicial. inquisitorum, folio mihi 506. & 507.* vbi ponit formam degradationis formalis, & degradationis realis, Repertor. inquisitor. *in verbo, Degradatio, versic. Forma autem degradationis*, & ibi Quintilian. Mandosi *in additionibus, litera B.* & *versic. Degradatio autem est duplex*, vbi ponit formam degradationis tam existentis in sacris ordinibus, quam clerici non existentis in Sacris, & *in verbo, Pœnas, sub versic. Ab homine vero*, Simanch. *Catholicarum institutionum titul.46. rubr. de pœnis, nu.70.* & de forma degradationis Monachorum in Sacris constitutorum, vel Monialium, vide Martin. del Rio Iesuitā *de disquisitionibus magicis, lib.5. sect.16. versic. Maius opus, & sequ.* vbi, quod dicti Monachi vel Moniales sunt degradandi per nudationem seu spoliationem habitus Monastici, vt scilicet masculis Caputium, fœminis autem velum cum scapulari & habitu supremo auferatur, laicaq; veste induantur, & ab ordine, cui se addixerant, eiecti, spoliatiq; omni religiosorum priuilegio degradentur, Curiæ seculari tradantur.

20 Forma † autem degradandi verbaliter absentem condemnandum, vt impœnitentem, ponitur per Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, parte 3. num.215. folio mihi 570. col.1.* & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 49. litera D. fol. mihi 572. colum.2. in fine*, Decian *in tractat. crim. lib.5. cap.38. nu.22.*

An † autem hæreticus condemnatus absens, & in contumaciam, & verbaliter degradatus vt *supra*, si ad manus Curiæ secularis deuenerit, possit absque alia actuali degradatione morti tradi, vide omnino bene declarantem Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. Commentar. 49. num.215.. versic. In his verbis, & pluribus seqq. folio mihi 572. col.2. in fine, & fol.573.* 21

In † degradatione autem quod Episcopi interuenire debeant, dic, quod licet secundum Canones in degradatione Presbyteri sex requirantur Episcopi, in degradatione autem Diaconi tres; *cap. Si quis tumidus, cum duobus seqq. 15. quæst.7.* speciale tamen est in crimine hæresis, quod solus Episcopus conuocatis Abbatibus & Prælatis suæ Diœcesis, textus est *in cap.1. de hæreticis, in 6.* vbi ad literam dicitur: *Quoniam Episcoporum numerus ad degradationem clericorum a Canonibus constitutus, non potest de facile conuenire, concedimus, vt sacerdotem, vel alium clericum in sacris ordinibus constitutum, cum pro hæresi fuerit seculari Curiæ relinquendus, aut perpetuo immurandus, conuocatis Abbatibus, aliisque Prælatis, & Religiosis personis, ac literatis suæ Diœcesis, de quibus expedire videbitur, suus solus possit Episcopus degradare*; Et ibi Glossa, & Communiter omnes Canonistæ tractant materiam numeri Episcoporum, Prælatorum, seu aliorum, qui interuenire debent in degradatione, tam in crimine hæresis, quam in aliis criminibus clerici in sacris, vel in non sacris constituti, & ibi præsertim Arnald. Albertin. *nu.33. & seqq. pluribus*, comprobat, dispositionem illius textus esse intelligendam non de degradatione actuali, sed de verbali, ea scilicet, quę est præparatoria ad actualem, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum, filiorum, & nepotum, num.8.* Tabien. *in summa, in verbo, Hæreticus, nu.6. versic. Vbi vero deberet degradari*, Repertor. inquisitorum *in verbo, Degradatio, versic. Sed qualiter ista degradatio debeat fieri*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 46. rubr. de pœnis, num.69.* Zanchin *in tract. de hæreticis, cap.18. nu.6. in fine*, Carer. *in tract. de hæreticis, num.34.* Gundisalu. *in eodem tract. de hæreticis, quæst.19. num.2.* Ioan. à Rojas *singular.48.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. Commert. 45. versic. Olim autem, folio mihi 551. colum.2. & fol. 552. colum.1. versic. Primo*, vbi, quid vigore Concilii Tridentini, *session.13. de reformat. cap.4.* Decian *in tractat. crim. libr.5. cap.43. num.7. versic. Notandum tamen.* 22

ARGVMENTVM.

De hæretico diffidato, & bannito.

SVMMARIA.

Hæreticus à iure diffidatus & bannitus est, nu.23.

Hæreticus impune occidi potest, nu.24. Contra, nu.25.

Hæreticus propria auctoritate capi potest, nu.26. Contra, numer.27. Prima opinio procedit in hæretico manifesto, Secunda in hæretico occulto, numer. 28. Item prima opinio procedit, quando hæreticus est suspectus de fuga, num.29. Tutius tamen est, iudicis auctoritatem semper requirere, num.30.

Hæreticus bonis suis spoliari potest, nu.31. Contra, nu.32.

Hæreticus clericus impunè offendi & occidi potest, nec occidens incurrit excommunicationem, nu.33.

Hæreticis bellum indici potest, nu.34.

Hæreticum occidere, & bonis spoliare tutius est cum auctoritatē iudicis, quam ex sua propria auctoritate, nu.35.

Hæreticus impune occidi non potest, nisi sequuta declaratione, nu.36. Sufficit tamen, ipsum esse deprehensum in manifestis hæresibus, nu.37. Contra, nu.38.

Hæreticum impune occidi licet, quando volenti eum capere resistit, alias secus, nu.39.

QVÆST.

QVÆST. CLXXXIX. §. 3.

23 REGVLA † sit, quod hæreticus à iure est diffidatus, & bannitus, text. est in authen. *Gazzaros, in principio, ibi Diffidamus, atque bannimus, C. de hæreticis*, & ibi Bellapertic. *in principio*; Extat Constitutio Frederici Imperatoris *incip. Catharos*, relata per Franc. Pegnam inter literas Apostolicas, *fol. mihi* 19. vbi *in vers. Credentes*, hoc ampliatur procedere etiam contra receptatores, fautores, defensores, & credentes hæreticorum. extat etiam Constitutio Clementis IV. edita de anno 1255. *incip. Ad extirpanda, vers. Idem quoque potestas*, relata per Franc. Pegnam *vbi supra fol.* 61. & alia Leonis X. edita de anno 1520 *incip. Exurge Domine, vers. Necnon quo ad omnes*, relata vt supra *fol. mihi* 115. Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum, filiorum, & Nepotum num.* 2. Boss. *in tit. de hæreticis nu.* 28. Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Director. Inquisitorum par.* 3. *tit. de forma denunciandi excommunicatum &c. commentar.* 36. *litera B. vers. Sed ipsum, & sequentibus, fol. mihi* 507. *col.* 1. Decian. *in tractat. crim. lib.* 5. *cap.* 41. *nu.* 12. *vers. Quinto diffidantur, & banniuntur, & cap.* 42. *nu.* 2. Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap.* 79. *num.* 2.

24 AMPLIA I. † hanc regulam, vt cum hæreticus, vt supra, à iure sit diffidatus, & bannitus, hoc ideo impune offendi, & occidi possit, sic enim caueri videtur in eadem constitutione Clementis IV. edita de anno 1265 *incip. Ad extirpanda, vers. præcipiant autem*, relata per Francisc. Pegn. inter literas Apostolicas *fol. mihi* 61. Marian. Socc. *in cap. excommunicamus, il primo, nu.* 12. *extra, eodem*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo Pœna, num.* 9. *vers. Sexto decimo possunt à quocumq. percuti, & occidi*, Repert. Inquisitorum *in verbo Occidere, vers. Hæretici iuste occiduntur, & seq.* Campeg *in additionibus ad Zanch. in tractat. de hæreticis cap.* 10. *litera A. in verbo Carcerabitur, in fine additionis, vers. Facit ad hoc*; Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par.* 2. *num.* 10. *& singular.* 3. *num.* 31. *& singular.* 73. *nu.* 6. Carer. *in tract. de hæreticis num.* 148. Boss. *in tit. de hæreticis nu.* 28. Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Direct. Inquisitorum par.* 3. *Commentar.* 36. *tit. de forma denunciandi excommunicatum &c. litera B. vers. Sed ipsum, & seqq fol. mihi* 507. *col.* 1. Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio caus. ciuil. crim. & hæret. cap.* 79. *nu.* 2. Iacob. de Graffijs *lib.* 2. *suarum decisionum cap.* 11. *nu.* 15. & faciunt quæ dixi supra de reo læsæ Maiestatis *quæst* 103. *nu.* 13.

25 Contrarium † voluit Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis nu.* 17. Decian *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 42. *n.* 2. *vers. Sed in contrarium est veritas*, qui videtur loqui in hæretico non condemnato, Petr. Binsfeld. *de confess. malefic. ad l. fin. C. de malef. & mathemat.* vbi per illum Tex. dicit, maleficum etiam manifestum occidere non licere, & si quis eum occiderit, homicidij pœna plectetur.

26 AMPLIA II. † vt & multo magis hæreticus capi possit ab omni priuata persona etiam sine iudicis mandato; faciunt scripta per Alber *in rubr. C. de hæreticis num.* 6. *vers. Contra prædicta*; Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum filiorum, & Nepotum nu.* 5. *vers. Non solum hæretici*; Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par.* 2. *nu.* 8. *& sequenti & singul.* 3. *nu.* 31. *& singul.* 73. *nu.* 6. Francisc Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisitorum par.* 3. *commentar.* 36. *tit. de forma denunciandi excommunicatum &c. litera B. vers. Sed ipsum, & seqq. fol. mihi* 707. *col.* 1. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.* 3. *quæst.* 8. *nu.* 95. Petr. Binsfeld. *de confess. malefic. ad l. final. C. de malefic. & mathematic.* vbi per illum Text. dicit, maleficum in manifesto crimine deprehensum posse à quacunque persona priuata capi & iudici præsentari.

27 Contrarium, † quod non possit hæreticus propria auctoritate capi, faciunt scripta per eundem Alberic. *vbi supra in eadem rubr. C. de hæreticis num.* 5. *&* 6. vbi pluribus hæc contraria opinio comprobatur, & contrariis respondetur, Simanch. *in Enchiridion Violat. Religion tit.* 25. *rubr. de comprehendendis nu.* 6. vbi dixit, opinionem affirmatiuam esse periculosam, & propterea eam non admittit, nisi vbi hæreticus sit fugitiuus, vel copia iudicis haberi non possit.

Distingue, † vt prima opinio procedat in hæretico manifesto; secunda autem in occulto, idem Alberic. *vbi supra dicta rubr. C. de hæreticis nu.* 6. *vers. Sed dici possit.* Ioan. à Rojas *singular.* 34. *& singul.* 35. *& in tract. de hæreticis par.* 2. *nu.* 8. & voluit Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis lib.* 5. *sect.* 7. *in princip.* vbi idem affirmat, quando hæreticus seu sortilegus esset bannitus. 28

Potest † etiam prima opinio sustineri, quando hæreticus esset suspectus de fuga, prout videtur de mente Alberic. *in dicta rubr. C. de hæreticis nu.* 6. *vers. Nisi forte esset de fuga suspectus*, & ego non dissentio, dummodo ad iudicem ducatur, Simanch. *Catholicar. institut. tit.* 16. *rubr. de custodia reorum num.* 8. vbi tenet, quod nec manifestus possit à quocumq; priuato comprehendi, nisi sit suspectus de fuga; & copia iudicis haberi nequeat; idem Simanch. *in Enchiridion Violat. Religionis tit.* 25. *rubr. de comprahendendis nu.* 6. Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis lib.* 5. *sect.* 7. *in princ.* 29

Tutius † tamen est iudicis auctoritatem semper requirere; idem Alber. *vbi sup. in ead. rub. C. de hæret. dict. n.* 6. *ad fin. vers. Tutius tamen est*; Ioan. à Rojas *in tract. de hæret. par.* 2. *nu.* 12. *&* dixi infra in 1. *limitatione.* 30

AMPLIA III. † vt hæreticus multo magis possit impune bonis suis spoliari 23. *q.* 7. per totam, vbi præsertim in fine post plures auctoritates ad id adductas dicitur, *His igitur autoritatibus liquido monstratur, quod ea, quæ ab hæreticis male possidentur, à Catholicis iuste auferantur, hæc ideo aliena possidetur*, extat constitutio Clementis IV. dicta de anno 1265. *incip. ad extirpanda, vers. Præcipiant autem*, vbi amplius, quod bona mobilia, quæ penes hæreticum in actu capturæ inuenta fuerint; fiant capientium, nisi capientes essent officiales, & voluit Alberic *in rubr. Cod. de hæreticis nu.* 6. *vers. contra prædicta*, Gloss *in cap. si aduersus, in verbo Auxilium in fine, vers. Imo licite, extra de hæreticis*, vbi concordantia iura adducit; summa Syluestrin. *in verbo Hæreticus*, §. 1. *nu.* 13. *vers. Et si aliter fieri non potest*, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum Filiorum, & Nepotum nu.* 3. *& nu.* 5. *in fine*, Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis nu.* 14. *&* 15. Ioan. à Rojas *singular.* 3. *nu.* 31. *& singular.* 73. *nu.* 6. *& singular.* 184. *nu.* 3. vbi propterea quod hæretico spoliato restitutionem petenti obstat exceptio criminis hæresis; Francisc. Pegn. *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitorum par.* 3. *commentar.* 36. *tit. de forma denunciandi Excommunicatum &c. vers. Sed ipsum, & sequentibus, fol. mihi* 507. *colu.* 1. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.* 3. *qu.* 8. *nu.* 95. 31

Contrarium, † quod bona hæreticorum non possint propria auctoritate auferri, sed de licentia Magistratuum, voluit Petr. Gregor. *Syntagma. Iuris lib.* 33. *c.* 8. *n.* 19. vide quæ in simili dixi *supra quæst.* 102. *nu.* 20. *&* 21. 32

AMPLIA IV. † vt Hæreticus impune offendi, & occidi possit, etiam quod sit clericus, non enim illum percutiens est excommunicatus, & sic hæreticus perdit priuilegium, *cap. si quis suadente Diabolo*, prout voluit Carer. *in tract. de hæret. nu.* 148. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 41. *nu.* 12. *ante fin. vers. Duodecimo si quis illum percusserit, & cap.* 42. *num.* 2. *in principio.* 33

AMPLIA V. † vt propterea liceat hæreticos oppugnare, & prosequi, quando aliter puniri nequeunt bello, vt per Francisc. Aras *in tract. de bello num.* 101. & latissime per Alphons. de Castro *in tractat. de iusta hæreticorum punitione lib.* ... *cap.* 14. vbi declarat, dummodo concurrat bonus zelus, & auctoritas publica, & postquam sequuta est condemnatio, non antea, refert & sequitur Decian. 34

cian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 42. nu. 3. & nu. 15.* vbi alios refert concordantes, Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi, c. 11. nu. 16. vers. Secundo pœna,* & vide in proposito constitutionem Alex. IV. editam de anno 1260. incip. *Licet vniuersi,* relatam per Pegnam inter literas Apostolicas *fol. mihi* 48. & aliam eiusdem Pontificis incip. *Ex insinuatione,* relatam *vbi supra fol.* 49.

35 LIMITA I. † propositam regulam sic, vt supra ampliatam, quia, etsi liceat hæreticum diffidatum, & declaratum occidere, & spoliare, tutius tamen est iudicis auctoritatem perquirere, Alberic. *in rubr. C. de hæreticis nu. 6. vers. Tutius tamen est,* Gloss *in cap. si aduersus, in verbo Auxilium, in fine, vers. Sed melius est, extra, de hæreticis,* & ibi Hostiens. *nu. 1. in eodem verbo Auxilium, vers. Melius tamen est,* Archidiacon. *in cap. Præsidentes, nu. 1. in verbo Iustitiam, de hæreticis in 6.* vbi proposita quæstione, an hæreticus possit à priuata persona impune occidi, vel bonis spoliari, adducit multa iura pro vna, & altera opinione, & deinde concludit, quod licet Ecclesia concedat generalem auctoritatem, & speciale priuilegium exterminandi hæreticos, satis tamen videtur æquum, vt semper hoc fiat speciali edicto aut licentia Principis, vel Ecclesiæ, & Archidiaconum sic dicentem sequuti sunt Io. Andr. *nu. 2.* Geminian. *nu. 7.* & Franch. *post n. 3. vers. Extra Glossam;* Hostiens. *in summa de hæreticis §. qualiter deuitetur nu. 7. vers. Sed nunquid Catholici;* Goffred. *in eadem summa de haret. nu. 4. & 5.* summa Syluestrin. *in verbo Hæreticus, §. 1. nu. 13. vers. Tamen satis videtur tutum,* Repert. Inquisit. *in verbo Comburi, versic. Viso qualiter ciuitas, ante medium,* Gundisaluu. *in tractat. de hæreticis quæst. 24. post principium,* Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis num. 15. vers. Sed tantum tutius est,* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitorum par. 3. Commentar. 36. tit. de forma denunciandi excommunicatum &c. versic. Rursus addo, fol. mihi 507. colum. 2.*

36 LIMITA II. † Vt non possit hæreticus impune offendi, & occidi, nisi postquam fuerit declaratum ipsum esse hæreticum, nedum probatum, ex plene deductis per Alber. *in rubr. C. de hæreticis nu. 5. & 6.* vbi idem quando hæreticus esset manifestus, Geminian. *in cap. Præsidentes nu. 7. vers. Crederem,* & ibi Franch. *nu. 3. in fine eodem tit. de hæreticis in 6.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo Pœna, num. 9. vers. Sextodecimo,* Repert. Inquisitorum *in verbo Exequutio, vers. Spoliatio hæreticorum,* Gundisl. *in tractat. de hæreticis quæst. 24. post principium,* Boss. *in tit. de hæreticis nu. 28. in fine,* Bursat. *cons. 14. nu. 19.* vbi aliis relatis testatur de Communi opinione; Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisitorum par. 3. Comment. 36. tit. de forma denunciandi excommunicatum &c. vers. Verumtamen fol. mihi 507. colum. 2.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 42. nu. 2. in fine, & nu. 3.* Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. crim. & haret. cap. 79. nu. 2.*

37 Sufficere † tamen, hæreticum licet non condemnatum aut declaratum esse deprehensum in manifestis hæresibus, voluisse videtur Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. inquisitor. par. 3. Comment. 36. tit. de forma denunciandi excommunicatum &c. vers. Verumtamen fol. mihi 507. col. 2.*

38 Cuius † contrarium voluit Sigism. Scaccia *in tract. de iudicio causar. ciuil. crim. & haret. cap. 79. nu. 2.*

39 LIMITA III. † Vt tunc demum liceat occidere hæreticum, quando ipse violenter resisteret volenti eum capere; aliter secus, prout videtur de mente Francisci Pegnæ *in additionib. ad Eymer. in Direct. inquisitorum par. 3. Commentar. 36. tit. de forma denunciandi excommunicatum &c. versiculo, Verumtamen fol. mihi 507. colum. 2.* & voluisse videtur etiam Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio caus. ciuil. crim. & haret. cap. 72. nu. 2.* vide quæ in simili de occidente bannitum, quem quis capere potest, dixi supra *quæst. 102. nu.* ....

ARGVMENTVM.

De pœna Infamiæ.

SVMMARIA.

Hæretici propter hæresim infamiam incurrunt, nu. 40.

Nobilitas non excusat hæreticum à pœna ignominiosa, dicto numer. 40.

Infamia plures effectus, nu. 41.

Credentes, Receptatores, fautores, & defensores hæreticorum sunt infames, & propterea priuantur omnibus officiis publicis, honoribus, & dignitatibus, nu. 42. & 43.

Hæretici sunt ipso iure irregulares, dicto nu. 43.

Hæretici non possunt exercere officia publica, num. 44.

Hæretici priuantur omnibus priuilegiis quibus fruebantur, quando Catholice viuebant, nu. 45. vbi enumerantur plura iuris priuilegia, quibus hæretici & hæreticæ priuati remanent.

Hæretici censentur priuati, & exclusi ab omni actu legitimo, num. 46.

Hæreticorum omnia acta sunt nulla, num. 47.

Hæretici non agere, sed conueniri possunt, nu. 48.

Hæretici, hæreticorumque fautores, defensores, credentes, receptatores Iudices esse non possunt, nu. 49.

Hæretici, hæreticorumque credentes, fautores, Defensores, & Receptatores Notariatus officium exercere non possunt, numer. 50. Et quid de Notario pœnitente, & Ecclesiæ reconciliato, nu. 51.

Hæretici, hæreticorumque Fautores, Defensores, Credentes, & Receptatores non possunt esse aduocati, Doctores, num. 52.

Hæreticus miles esse non potest, num. 53.

Hæretici sunt Infames & iuris, & facti Infamia, nu. 54.

Hæretici sunt infames ipso iure, & absque alia sententia eo ipso quod in hæresim incurrunt, nu. 54. Requiritur tamen declaratoria, num. 56.

QVÆST. CLXXXIX. §. 4.

REGVLA † sit, quod hæretici propter hæresim incurrunt infamiam, &, si fuerint nobiles, vt viles & plebeij puniendi sunt, Text. *in authent. Gazzaros, in principio C. de hæreticis,* vbi ad literam dicitur; *Et omnes hæreticos vtriusque sexus quocumque nomine censeantur perpetua damnamus infamia,* Bellapert. *in principio,* vbi tamen in hoc legem valde sibi duram videri affirmat (sed eius affirmatio est sine ratione) extat constitutio Frederici Imperatoris incip. *Catharos, in princ.* relata per Francisc. Pegnam inter literas Apostolicas *fol. mihi* 19. & constitutio Leonis X. edita de anno 1520. *incip. Exurge, Domine, vers. Necnon quod omnes,* relata per Pegnã *vbi supra fol. mihi* 115. Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum filiorum, & nepotum num. 2.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo Pœna, nu. 9. vers. Quintodecimo sunt infames,* Repertor. Inquisitorum *in eodem verbo Pœna, vers. Item fiunt infames;* Simanch. *in Enchirid. Viol. Relig. tit. 67. rubr. de pœnis, nu. 5. & 6.* vbi propterea quod nobiles, si in hæresim labantur, vt viles, & infames pœna plebeiorum afficiendi sunt, Zanchin. *in tract. de haret. cap. 18. n. 3.* Ghirland. *in tract. de hæreticis quæst. 3. sub nu. 2. & 3.* Carer. *in eodem tract. de haret. nu. 143.* Ioan. à Rojas *singul. 81.* Hyppol. Riminald. *cons. 185. n. 1.* Petr. Gregor. *Syntagma Iuris lib. 33. cap. 8. nu. 3. in fine, vers. Item sunt infames; & nu. 12.* vbi ampliat, quod ob solam hæresis suspicionem, nisi quis ab ea se purgauerit, infamis est. Addo pro hac eadem regula tex. *in l. cunctos populos C. de summa Trinit. & fide Cathol. in vers. Reliquo verò, in illis verbis; hæretici dogmatis infamiã sustinere,* & ibi præsertim Franc. Pegn. *in additionib. ad Eymer. in Direct. inq. par. 1. Comm. 4. in verbo Reliquos, litera E. fol. mihi 30 col. 2. & fol. 41. col. 1. vers. His ita positis.* Didac. Cantera *qu. crim. rub. de hær. &c. cap. 1. nu. 9.* Læl. Zecch *in summa par. 1. tit. de fide rub. de hæresi c. 11. n. 16. vers. Nona pœna.* 40

De

41 De † pluribus autem effectibus infamiæ in crimine hæresis, vide late declarantem & inserentem Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 43. per totum*, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Director. inqu. par. 1. Comment. 4. ad l. cunctos populos C. de summ. Trinitat. & fid. Catholic. vers. Hac autem infamia fol. mihi 31. col. 1.* vbi remissiue.

42 Amplia I. † Vt etiam infames sint, credentes, receptatores, fautores, & defensores hæreticorum, vt dixi *supra qu. 182. num. 43. & 44.* vbi propterea quod priuantur omnibus officijs publicis honoribus, & dignitatibus.

43 Amplia II. † Vt propterea hæretici repellantur ab omnibus honoribus, & dignitatibus, text. *est in l. Quæ de Samaritis, in principio. C. de hæreticis* in illis verbis; *Neq; vlla dignitate decorantur, neq; publicam adipiscuntur curam*, extat constitutio Alexandri IV. edita de anno 1258. *inc. Quod super, versic. Frequenter etiam*, relata per Franc. Pegn. inter literas Apostolicas *fol. mihi 30.* & Honorij IV. edita de anno 1286. *incip. Exhibita*, relata per Pegnam *vt supra fol. 71.* & Martini V. edita de anno 1418 *incip. Inter cunctas, versic. Necnon præsentes*, relata per Pegnam *vbi supra fol. 97.* & Innocentij IV. *incipien. Hisque ad ampliandam fidem*, relata per eundem Pegnam *vbi supra folio 1.* Henrich. Boich. *in cap. ad abolendam nu. 20. vers. Item depositione, extra, eodem*, Felin. *in cap. Excommunicamus, il primo nu. 3. col. 3. vers. Nota ibi infamis, extra de hæreticis. Est etiam text. expressus in cap. vt commissi, vers. Priuandi, eodem tit. de hæreticis in 6.* Fr. Rayner. *in summa in verbo hæresis, cap. 4. vers. Secundo depositiones*, Afflict. *in Constit. Regni de hæreticis & Pacterenis, rubr. 1. post n. 29. vers. Item hæreticus deponitur ab omni dignitate:* Carer. *in tract. de hæret. num 145.* Ioan. à Rojas *singular. 81.* Decian *in tract. crimin. lib. 5. cap. 43. num. 8.* Didac. Cant. *in quæst. crim. rubr. de hæret. &c. cap. 1. num. 10.* vbi tamen declarat hoc esse verum in vero hæretico; secus in suspecto tantum.

Et hinc, quod propter hæresim incurrat quis irregularitatem statim, est text. *in cap. Nos 51. distinct. §. idem Daniel. 2. qu. 7.* nec ab ea per pœnitentiam liberatur hæreticus, nisi absolueretur, *cap. Presbyter, de pœnitentia distinct. 5. cum alijs per Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 54. nu. 17. & 18. & seqq.* vbi etiam ponit, quod super hac irregularitate potest dispensare ordinarius Episcopus, nec eam sine iusta causa denegare debet, & alia huiusmodi ad hanc materiam; Et quod super hac irregularitate possint etiam Inquisitores dispensare, extat rescriptum Clementis VII. *incipien. Cum sicut*, prout illud refert Vmbert. Locat. *in iudic. inquisit. in verbo Irregularitas, nu. 2.* Campeg. *in addit. ad Zanchin. in tractat. de hæreticis, cap. 27. versic. Adde vlterius*; verum in hoc vide Eymeric. *in Direct. inquisit. par. 3. quæst. 126.* vbi dixit, Inquisitores de iure communi non posse dispensare super irregularitate propter hæresim incursa, & ibi Francisc. Pegna *in additionibus commentar. 175. fol. mihi 741. colum. 1.* dixit, quod licet ex rescripto Clementis VII. Inquisitoribus, & eorum Commissariis data sit facultas dispensandi cum clericis secularibus, ac personis Religiosis cuiuslis Ordinis, super quauis irregularitate contracta ob hæresim, vel Apostasiam; hoc tamen Clementis VII. rescriptum videtur reuocatum per Pium V. in eius Rescripto directo Didaco de Spinosa Generali Hispaniæ inquisitori, ibi per eum relato, & propterea concludit, super irregularitate propter hæresim contracta solum Romanum Pontificem dispensare, imo ex Maiolo quem allegat *lib. 5. de irregularitate cap. 46.* & Nauar. *in Manual. confessor. cap. 27. numer. 105.* generaliter concludit, solum Papam dispensare in irregularitatibus prouenientibus ex defectu animæ, vide infra *quæst. 192. §. 5. num. 67. & seqq.* vbi latius irregularitatis materiam reassumpsi.

44 Amplia III. † (Et quidem illatiue ex præcedenti ampliatione) vt propterea hæretici non possint exercere aliqua officia publica; sic enim cautum est in constitutionibus Apostolicis, relatis *supra in præcedenti numero*, Hostiens. *in cap. Si aduersus post num. 2. in verbo Sub eorum, extra, de hæreticis*, & ibi etiam Ioan. Andr. *in verbo Eorum*, & Zabarell. *nu. 1. in eodem verbo Eorum*, Marian. Socc. *in cap. Excommunicamus, il primo, nu. 34. vers. Tertia pœna est priuatio publici officij, extra, eodem*, Ioan. de Anania *in §. credentes, num. 2. vers. Nota textum, & nu. 6. eodem, vers. Tertia est pœna. Est tex. expressus in ca. Quicumque §. hæretici, de hæreticis in sexto*, vbi clare disponitur, Hæreticos non admitti ad aliquod publicum officium, & ibi Communiter notant omnes Canonistæ; Est etiam textus *in cap. vt commissi, vers. priuandi*, in illis verbis, *Et officiis publicis, & honoribus quibuscumque*, item est tex. *in l. Quæ de Samaritis, in principio, C. de hæreticis*, in illis verbis: *Neque publicam adipiscantur curam*, Azzo *in summa rubr. de hæreticis, nu. 10. vers. Item ad Regimen Republicæ*, Hostiens. *in eadem summa, §. qua pœna feriatur, nu. 8. vers. Nec ad regimen Republicæ creari debent*; Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum filiorum, & Nepotum, nu. 4.* summa Syluestrina *in verbo hæreticus, §. 1. nu. 14. vers. Quarta hæreticorum pœna est, & §. 2. num. 12. vers. priuandi, vel priuatos nunciandi.* Tabien. *in summa in eodem verbo hæreticus nu. 8.* Repert. Inquisitorum *in verbo Officium, vers. Omnes hæretici debent priuari, & spoliari omnibus officiis publicis*, & iterum *infra in vers. Quando hæretici*, vbi in proposito, quod isto casu officia publica intelligantur omnia, quocumq; nomine vocentur, & quæ etiã de facili non possunt specialiter nominari, Io. à Rojas *singul. 86.* vbi propterea, quod hæretici non sunt creandi Decuriones, neque ad regimen Reipub. eligendi, *& singul. 119.* vbi declarat hoc procedere passiue, non autem actiue, Simanch. *Cathol. Inst. tit. 46. rub de pœnis, num. 61.* Decian. *in tractat. crimin lib. 5. cap. 43. num. 6.* Ioan. Azzor. Iesuita *instit. moral. par. 1. lib. 8. cap. 13. rubr. de quarta hæreticorum pœna qu. 3.*

Amplia IV. † Vt ex infamia prædicta oriatur etiam effectus, vt hæretici priuentur omnibus priuilegiis, quibus fruebantur quando erant catholici, tex *in l. 1. Cod. de hæret.* cuius textus verba sunt hæc; *Priuilegia quæ contemplatione religionis indulta sunt Catholicæ tantum legis obseruatoribus prodesse oportet, hæreticos non solum ab his priuilegiis alienos esse volumus, sed diuersis muneribus constringi, & subijci*, & ibi Glossa, & Communiter Doctores, & dixit Azzo *in Authentic. seq. incipien. Item priuilegium*; quod hæreticis denegantur non solum Priuilegia causa Religionis inuenta, *vt in dicta l. 1.* sed etiam denegari priuilegia inuenta ex causa Reipublicæ, prout est tacita hypotheca, & prælatio fauore dotis, de quibus in eadem Authent. & in corpore, vnde sumitur *in rub. de priuilegiis dotis hæreticis mulieribus non præstandis, circa principium*, vbi pariter Gloss. & Communiter doctores, & cum dicta l. 1. concordat tex. *in l. curiales*, & ibi præsertim Salyc. *& in l. hæretici la 3. §. 1. C. eod.* Azzo *in summa de hæret. vers. Illud certum est*, Hostien. *in eadem summa de hæret. §. qua pœna feriatur, & nu. 8. vers. Cum etiam tales pœnas patiantur*, Vmbert. Locat. *in iud. inquisit. in verbo Mulier, num. 5.* vbi quod mulier hæretica priuatur omnibus priuilegiis concessis dotatis mulieribus, nisi pœnitens ad fidem conuersa fuerit (de quo vltimo dixi *infra quæst. 194 nu. 71.*) Simanch. *Cathol. institut. tit. 29. rubr. de filiis, & minoribus num. 18. vers. Sed si is cui priuilegium concessum fuit*; Ioan. à Rojas *singul. 81. & singul. 129. nu. 4.* vbi propterea, quod mater hæretica tenetur dotare filiam orthodoxam, licet alias dotare non teneretur, *& singular. 135. nu. 3.* vbi pariter quod mulieres hæreticæ non habent tacitam hypothecam, quam alias haberent si essent hæreticæ in bonis maritorum, *& singular. 136. nu. 2.* vbi quod mulieribus hæreticis pro aliis fideiubentibus denegatur beneficium Senatus consulti Velleiani, quod alias non denegaretur, *& sing. 139. nu. 2.* vbi quod hæretico mutuanti ad refectionem 45

alicu-

alicuius rei denegatur priuilegium prælationis in illa re aduersus alios creditores, quod non denegaretur, si non esset hæreticus, *& singular.* 149. vbi quod pater non tenetur dotare filiam hæreticam, licet alias eam dotare teneretur, *& singul.* 214. vbi pariter dixi, quod vxor hæretica non gaudet priuilegijs concessis mulieribus dotalis *de quibus in l. 1. & in l. assiduis C. qui potiores in pignore habeantur*; Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 43. sub num.* 8.

46 AMPLIA V. † Vt hæretici censeantur priuati, & exclusi ab omni legitimo actu, vt ex constitutione Leonis X. edita de anno 1520. *incip. Exurge Domine, vers. Necnon quoad omnes*, relata per Franc. Pegna post Direct. inquisitor. inter literas Apostolicas *fol. mihi* 110. Alber. *in rubr. C. de hæreticis nu. 7. & in l. cognouimus num. 1. in fine, vers. Et quia sunt exclusi C. eodem & est Gloss. in c. Excommunicamus il primo, §. credentes, in verbo Sit etiam intestabilis*, & ibi Ant. de Butrio *nu. 35. extra, de hæreticis*; Hostiens. *in summa de hæreticis §. Qua pœna feriatur num.* 8 *vers. Quibus per legem omnis legitimus actus interdicitur.* Repert. Inquisitorum *in verbo Pœna, vers. Item omnes actus legitimi sunt eis interdicti, & ibi in additionibus litera H.* Simanch. *in Enchiridion Viol. Relig. tit. 67 rubr. de pœnis nu.* 4. Zanchin. *in tract. de hæreticis cap. 18. nu.* 3. Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crim. hæresis nu. 6. vers. Item repelluntur ab omni actu legitimo, de apostata dixi supra quæst. 183. num. 44. & de defensoribus, & fautoribus dixi pariter supra quæst.* 182. *nu.* 48.

47 AMPLIA VI. † Et generaliter, vt omnia acta per hæreticum sint nulla, ex plene deductis per Bursat. *consil. 14. nu. 1. & nu.* 6. vbi ampliat etiam parte non contradicente, *& nu. 9. & seqq.* vbi declarat, an, & quando præmissa conclusio procedat in hæretico occulto.

48 AMPLIA VII. † Vt hæreticus non agere, sed conueniri possit; text. *est in l. credentes §. Nullus* (qui tamen etiam loquitur in credentibus, receptatoribus, fautoribus & defensoribus hæret.) *C. de hæreticis*, vbi ad literam dicitur; *Nullus præterea ei super quocumque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur*, & ibi præsertim Butrig. *in vltimis verbis, vers. Et attende*, quod agere non possunt, sed conueniri, & de iure canonico est idem tex. *in cap. Excommunicamus, il primo*, §. *Credentes* (qui pariter loquitur in credentibus, fautoribus, defensoribus, & receptatoribus hæreticorum; ergo multo magis in ipso hæretico) in illis verbis, *Nullus præterea ipsi super quocumque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur*, & ibi hoc adnotarunt Host *num. 19. in verbo Nullus præterea.* Ioan. Andr. *nu. 15. in verbo Nullus*, Anchar. *nu.* 4. Marian. Socc. *nu. 34 vers. Nona pœna est.* Io. de Anan. *nu.* 10. Hostiens. *in summa rubr. de hæreticis §. qua pœna imponatur nu. 13. vers. Item elapso anno*, & extat constitutio Innocentij IV. edita de anno 1252. *incip. Ad extirpanda, in vers. Quicumque vero fuerit deprehensus*, relatam per Pegnam inter literas Apostolicas *fol. mihi* 10. & alia eiusdem Innoc. IV. edita de anno 1254. *incip. Nouerit vniuersitas, in vers. Item receptatores*, relata vbi supra *fol.* 21. extat & Constitutio Frederici Imp. *inc. Catharos, in vers. Credentes*, &c. relata *vbi sup. fol.* 19. necnon alia constitutio Nicolai III. edita de anno 1281. *incip. Nouerit vniuersitas, vers. Similiter statuentes* relata vbi supra *fol.* 67. summa Angelica *in verbo Hæret. numer. 21. vers. Nullus eis cogitur respondere*; summa Syluestri. *in dicto verbo Hæret. §. 1. nu.* 16. Vmbert. Locat. *in iudic. inquisitor. in verbo Pœna. nu.* 11. Repertor. Inquisit. *in verbo Credentes, vers. Quæ pœna*; Ioan. Calderin. *in tract. de hæret. rubr. de pœnis receptatorum, &c. num. 1. ante fin.* Simanch. *Cathol. instit. tit. 46. rubr. de pœnis num.* 57. Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis, nu.* 9. Carer. *in tract. de hæreticis, nu.* 151. Bursat. *consil. 14. num. 1. & seqq in discursu*, vbi bene materiam declarat.

49 AMPLIA VIII. † vt hæretici, hæreticorumque fautores, defensores, credentes & receptatores iudices esse non possint, vt in constitutione Innocentij IV. edita de anno 1252. *incip. Ad extirpanda, versic. Quicunque vero fuerit deprehensus*, relata per Pegnam inter literas Apostolicas *fol. mihi* 10. & alia eiusdem Innocentij IV. edita de anno 1254. *incip. Nouerit vniuersitas, vers. Item receptator*, relata vbi supra *fol.* 21. & Clementis IV. edita de anno 1265. *incip. etiam Ad extirpanda, eodem vers. Quicunque vero*, relata *vt supra fol.* 61. Et extat etiam alia Constitutio Frederici Imperatoris, *incip. Catharos, in vers. Credenti*, relata *vbi supra fol.* 19. item & Constitutio Nicolai III. edita de anno 1281. *incip. Nouerit vniuersitas, vers. Quod si forte*, relata *vbi supra fol.* 67. & Paul IV. edita de anno 1558. *Cum ex Apostolatus officio. versic. Et insuper qui ipsos*: relata per Pegnam *vbi supra fol. mihi* 157. *& seqq.* Alberic. *in rubr. Cod. de hæreticis, num.* 7. (qui tamen loquitur in hæretico notorio) & est text. *in Authen. Credentes, §. quod si forte*, qui loquitur etiam de credentibus, receptatoribus, fautoribus, & defensoribus hæreticorum) *C. eodem*, vbi dicitur, *quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causa aliqua ad eius audientiam perferantur*, & ibi præsertim Odofred. *in cap. si aduersus, post nu. 2. in verbo Sub eorum, extra de hæreticis*, & ibi etiam Ioan. Andr. *nu. 3. in verbo Eorum*, & Zabarell. *num. 1. & in eodem verbo Eorum*, & de iure Canonico est tex. *in cap. excommunicamus, il primo §. Credentes, versic. Quod si forte, extra de hæret.* vbi referuntur eadem verba d. Auth. *credentes*, & ibi hoc adnotarunt Hostiens. *num. 19. in verbo Quod si forte*, Ioan. Andr. *nu. 15. in eodem verbo quod si forte, & in verbo Sententia*, Anchar. *num.* 3. Marian. Soccin. *num. 39. vers. Decima pœna est*, Ioan. de Anan. *post n. 10. vers. Nona pœna est* & Zabar. *n. 4. vers. Nota quod sententia lata a iudice hæretico est nulla etiam inter ignorantes*, quod, & idem dixerunt aliqui ex præallegatis Doctoribus, Ioan. Calder. *in tract. de hæret. rubr. de pœnis hæreticorum, & similium, sub nu. 2. & in rubr. de hæreticis §. qua pœna imponatur, nu.* 14. vbi quod sententia ab hæretico data nullius est momenti, summa Rosel. *in verbo hæreticus, num.* 21. summa Syluestr. *in verbo hæreticus, §. 1. nu.* 16. Ioan. à Rojas *sing.* 20. vbi quod hæreticus nec etiam potest esse arbiter, aut arbitrator, Vmbert. Locat. *in iud. inq. in verbo Pœna, nu.* 11. Repert. Inquisit. *in verbo Credentes, vers. Quæ pœna, & in verbo Iudex, vers. item nota, quod si hæreticus sit iudex eius sententia nullam obtinet firmitatem, & in verbo Iurisdictio vers. Hæreticus in committendo delictum*, vbi dixit, quod hæreticus eo ipso, quod in hæresim incurrit, iurisdictionem admittit, *& in verbo Pœna. versic. item nec possunt creari iudices.* Simanch. *Cathol. instit. tit. 46. rubr. de pœnis num. 58. & seq.* Zanch *in tract. de hæret. cap. 18. nu.* 3. Bonifac. de Vital. *in rubr. de crimine hæresis, nu.* 9. Idem Ioan. à Rojas *singul.* 88. vbi propterea, quod iudicium agitatum coram iudice hæretico est nullum, *& sing.* 119. *&* 178. vbi ampliat etiam, quod hæreticus communi opinione reputetur fidelis, Decian *in tractat. crim. lib. 5. cap. 43. num.* 3. vbi propterea, quod sententia à iudice hæretico lata nulla est, *& cap. 51. sub nu.* 79.

AMPLIA IX. † vt hæreticus, hæreticorumque fautor, defensor, credens, & receptator, notarius esse non possit, & ideo instrumentum ab eo factum non valeat, 50
Alber. *in rubr. C. de hæret. num. 7. vers. & idem puto de instrumento confecto per hæreticum, & est text. in Authen. credentes, §. si tabellio*, qui tamen loquitur etiam in credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus hæreticorũ) *C. eodem*, vbi dicitur, *Si tabellio: instrumenta per ipsum confecta, nullius penitus momenti censeantur*, & ibi præsertim Odofred. & de iure canonico est etiam text. *in capit. excommunicamus il primo, §. credentes, vers. Si tabellio, extra de hæreticis* (qui pariter loquitur in receptatoribus, & defensoribus hæreticorum) vbi ad literam dicitur; *Si tabellio: Instrumenta confecta per ipsum nullius sint momenti, sed cum authore damnato damnentur*, & ibi hoc adnotarunt Abb. antiquus *num. 2. in verbo Instrumenta*, vbi quod non valebunt instrumenta postea facta, non antea, Hostien. *nu. 19. in verbo Si Tabellio*, Ioan. Andr. *nu. 15. in eodem verbo Si Ta-*

si Tabellio, Henrich. Boich. *ante nu.* 11. Anchar. *nu.* 3. Marian. Socc. *num.* 39. *vers. Duodecima, & vltima pœna est:* Hostiens. *in summa rubric. de hæreticis* §. *qua pœna imponatur nu.* 14. *vers. nec instrumenta ab eo confecta aliquam obtinent firmitatem,* Ioan. Calderin *in tract. de hæreticis rubr. de pœnis receptatorum nu.* 1. *in fine num.* 2. summa Rosella *in verbo hæreticus, sub nu.* 16. Angel. *in summa in eodem verbo Hæret. nu.* 21. summa Syluestr. *in dicto verbo hæret.* §. 1. *nu.* 16. Tabien. *in summa in eodem verbo hæreticus, nu.* 21. *in fine, vers. Si tabelliones,* Vmbert. Locat. *in iudic. inquisit. in verbo Pœna, nu.* 11. Simanch. *Cathol. instit. tit.* 46. *rubr. de pœnis num.* 61. Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis num.* 9. Carer. *in tract. de hæreticis nu.* 151. Ioan. à Rojas *singul.* 119. *& singul.* 89. vbi tamen declarat, valere instrumenta rogata ab hæretico antequam esset hæreticus, Sigismund. Scaccia *in tractat. de iudicio causar. ciuil. crim. & hæret. cap.* 98. *nu.* 19. vbi ponit eandem declarationem. Hyppolit. Riminald *cons.* 185. *num.* 2. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 43. *nu.* 5. *& cap.* 51. *sub num.* 79. & extat etiam Constitutio Innocentij IV. edita de anno 1252. *incip. Ad Extirpanda, vers. Quicunque vero fuerit deprehensus,* relata per Francisc. Pegnam inter literas Apostolicas *fol. mihi* 10. & alia eiusdem Innocentij edita de anno 1254. *incip. Nouerit vniuersitas, vers. Item receptatores,* relata vt sup. *fol.* 21. & Clementis IV. edita de anno 1265. *incip. Ad extirpanda. eodem vers. Quicumque vero,* relata vt supra *fol.* 61. extat etiam constitutio Frederici Imperatoris *incip. Catharos, in vers. Credētes &c.* relata vbi supra *fol.* 19. nec non alia constitutio Nicolai III. *incip. Nouerit vniuersitas,* edita de anno 1281. *vers. Quod si forte,* relata vbi supra *fol.* 67. & extat etiam constitutio Pauli IV. edita de anno 1558. *incip. Cum ex Apostolatus officio, vers. Et insuper qui ipsos,* relata per Pegnam *vbi supra fol.* 157. *& seqq.*

51 Nunquid † autem notarius hæreticus, & pœnitens Ecclesiæ reconciliatus possit notariatus officium exercere, vide quæ generaliter dixi *infra quæst.* 193. *num.* 66. & in specie Hyppolit. Riminald. *cons.* 185. *lib.* 2. vbi arguit pro, & contra, & concludit pro affirmatiua.

52 Amplia X. † Quia hæreticus hæreticique fautor, defensor, credens, & receptator nec etiam potest esse Aduocatus, *Authen. Credentes,* §. *si vero fuerit aduocatus* (qui etiam loquitur in credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus hereticorum) *C. de hæreticis,* vbi ad literam dicitur, *Si vero fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur,* & ibi præsertim Odofr. est tex. *in l. quæ Samaritis, ibi; Neque aduocatione funguntur, C. eodem,* & de iure canonico est etiam tex. *in c. excommunicamus il primo,* §. *credentes vers. Nec aduocatus, extra, de hæreticis,* vbi referuntur verba dictæ Authen. *credentes,* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum &c. post nu.* 2. *& in rubr. de pœnis receptatorum num.* 1 *in fine, & nu.* 2. summa Rosell *in verbo hæreticus, sub num.* 16. Angelica *in summa in eodem verbo hæreticus, num.* 21. summa Tabien. *in d. verbo hæreticus eodem nu.* 21. *in fine, vers. Si sunt aduocati,* Vmbert. Locat. *in iudic. inq. in verbo Pœna nu.* 11. Repertor. Inquisit. *in verbo aduocatus, vers. Sed vtrum hæreticus possit esse aduocatus, & in vers. Nota quod licet aduocatus,* vbi tamen declarat, quod non per hoc sententia lata aduocante hæretico est nulla, *& in verbo Credentes, vers. Qua pœnæ,* Simanch. *Cathol. inst. tit.* 46. *rubr. de pœnis n.* 61. Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis nu.* 9. Carer. *in tract. de hæret. nu.* 151. Ioan. à Rojas *singular.* 105. vbi amplius, quod hæretici sunt incapaces gradus Doctoratus. Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 43. *num.* 4. *& cap.* 51. *sub num.* 79. & extat constitutio Innocentij IV. *incip. Ad extirpanda,* edita de anno 1252. *in vers. Quicunque vero fuerit deprehensus,* relata per Francisc. Pegn. inter constitutiones Apostolicas *fol. mihi* 10. & alia eiusdem Innocentij IV. edita de anno 1254. *incip. Nouerit vniuersitas, in vers. Item Receptatores,* relata *vt supra fol.* 21. Clementis IV. *etiam incip. Ad extirpanda, eodem vers. Quicumque vero,* edita de anno 1265. relata *vt supra fol.* 61. extat constitutio Frederici Imperatoris *incip. Catharos, in vers. Credentes, &c.* relata *vbi supra fol.* 19. Nec non alia Constitutio Nicolai III. edita de anno 1281. *Incip. Nouerit vniuersitas, vers. Quod si forte,* relata, *vbi supra fol.* 67. & Pauli IV. edita de anno 1558. *incip. Cum ex Apostolatus officio, vers. Et insuper qui ipsos,* relata per Pegnam, *vbi supra fol.* 157. *& seqq.*

Amplia XI. vt cum hęreticus sit infamis, hoc ideo 53
nec etiam miles esse possit *l. quicumque* §. *Nullum, Cod. de hæreticis,* vbi dicitur: *Nullum præterea Apollinaristam, vel Eutychianistam ad aliquam iubemus aspirare militiam, & si inuēti fuerint, militari cingulo soluti honestorum hominum & Palatij communione priuentur,* & ibi Buttrigar. *in fine.* Est etiam tex. *in l. Manichæi, la prima, ibi Item militare quoque prohibentur, & in l. Quæ de Samaritis, C. eodem;* Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 43. *num.* 4. *in fine.*

Amplia XII. † Vt hæretici infames sint non solum 54
infamia facti, quia turpe factum committunt, sed etiam sunt infames infamia iuris, vt pluribus probat Francisc. Pegna *in additionibus ab Eymeric. in Director. Inquisitorum, par.* 1. *Commentar.* 4. *ad l. Cunctos populos, C. de summ. Trinit. & fid. Catholic. vers. His ita positis, & seq. fol. mihi* 31. *colum.* 1. Qua in re vide Didac. Canter. *in quæst. crimin. rubr. de hæretic. &c. cap.* 1. *num.* 9. *versic. Sed accipiendo, & seq.* vbi dixit, quod post sententiam hæretici sunt infames infamia iuris & infamia facti, ante autem sententiam sunt solum infames infamia iuris, non autem facti, nisi essent notorie hæretici, quia tunc etiam ante sententiam sunt infames infamia iuris, & facti, quod & idem affirmauit Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi, lib.* 2. *capit.* 26. *num.* 2.

Amplia III. † Vt hæretici ipso iure absque alia 55
sententia eo ipso, quod in hæresim incurrunt, infames reputentur; Bart. *in l. cunctos Populos, num.* 11. *& nu.* 12. *in* 9. *oppositione,* & ibi etiam Paul. de Castro *num.* 18. *C. de summa Trinitat, & fid. Catholic.* Alphons. de Castro *de iusta hæreticorum punitione, lib.* 2. *cap.* 9. Quos in proposito refert, & sequitur Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitorum par. prima Commentar.* 4. *ad dictam l. cūctos populos, vers. His ita positis, & seqq. fol. mihi* 31. *col. prima, & secunda,* vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus testatur de veriori opinione.

Requiri † tamen declaratoriam plene consuluit 56
Bursat. *cons.* 14. *nu.* 18. *& seqq. & nu.* 23. *& seqq. lib.* 1. imo secundum Ioan. Azzor. Iesuitam *institutionum moralium par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *rubr. de quarta hæreticorum pœna qu.* 7. Verius videtur hæreticum pœna infamiæ non affici, nisi post sententiam iudicis, licet ibi postea subdat sufficere declaratoriam, quod & idem in substantia affirmauit Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi, lib.* 2. *cap.* 26. *nu.* 1. vbi etiam bene aduertit, hanc sententiam sufficere declaratoriam criminis, & non condemnatoriam.

Argumentum.

Debitor hæretici an liberetur à debito ab omnique alia obligatione propter heresim creditoris, & illius ad cuius fauorem se obligauit.

Summaria.

Hæretici debitores omnes sunt liberati ab omni debito, & obligatione facta ad fauorem hæretici, nu. 57.
Amplia etiam quod debitum, & obligatio sit iurata, nu. 58.
Licet alij contra, nu. 59.
Amplia secundo, vt per pœnitentiam, & reconciliationem obligationes non reuiuiscant, nu. 60.
Licet alij contra, nu. 61.
Nisi in casu, in quo pœnitens recuperat bona confiscata, num. 62.
Hæreticorum debitores sunt liberati ipso Iure ab omni obligatione, etiam ante condemnationem hæretici, num. 63.

Requiritur tamen declaratoria, nu. 64. verſ. Et faciunt.
Debitores occulti non ſunt liberati ab eorum obligationibus, nu. 64. contra nu. 65.
Declara niſi hæreſis, quamuis occulta, fuerit probata, nu. 66.
Declara ſecundo in foro conſcientiæ, nu. 67.
Debitores hæretici, licet ſint liberati ab obligatione, & debito, talis tamen liberatio non cedit lucro debitoris, ſed fiſci, nu. 68.

QVÆST. CLXXXIX. §. 5.

57 REGVLA † ſit, quod eo ipſo, quod quis eſt hæreticus, omnes eius debitores, & obligati, à quocumque debito, & obligatione ſunt liberati, nec contra eos hæreticus amplius agere poteſt; *tex. eſt in cap. fin. extra, de hæreticis*; qui licet loquatur in obligatione fidelitatis, communiter tamen per Canoniſtas extenditur ad omnia debita, & ad quaſcumque obligationes, vt videre eſt ibi apud Gloſſ. *in figuratione caſus, verſicul. Nota quod ipſo iure*, Abb. antiq. *nu. 1. etiam in figuratione caſus*, Ant. de Buttrio *n. 3.* Abb. Siculum *nu. 1. in ſummario, & in figuratione caſus.* Marian. Soccin. *ante num. 1. in ſummario*, Ioan. de Anania *in principio in primis verbis, & in verſ. liberantur ab omni obligatione*, & Cardin. Zabarell. *ante numer. 1. cum ſummario*; ſumma Armilla *in verbo Hæreſis, nu. 11.* Angelic. *in ſumma in verbo Hæreticus, num. 15.* Summa Tabien *in eodem verbo hæreticus, num. 15.* Ioan. à Rojas *ſingul. 43 num. 1.* Simanch. *Catholicar. inſtitut. tit. 46. rubr. de pœnis num. 57.* Zanchin. *in tract. de hæreticis cap. 18. num. 2.* Burſat. *Conſ. 14. num. 2. lib. 1.* Eymeric. *in Director Inquiſitorum par. 3. quæſtion. 119.* & ibi Franciſc. Pegna *in additionibus comment. 168. fol. mihi 732. col. 2. & ſeq.* vbi facit plures illationes, Læl. Zecch *in ſumma par. 1. tit. de fide rubr. de hæreſi cap. 11. num. 16. verſ. Quinta pœna*, & faciunt quæ dixi *ſupra hac eadem quæſt. nu. 48.* vbi quod hæreticus non poteſt contra aliquem agere, ſed ſolum conueniri.

58 AMPLIA I. † Hanc regulam, vt omnes debitores hæretici ſint liberati ob omni obligatione etiam pœnata, & iurata, ſecundum Gloſſ. *in dicto cap. final. in verbo Aliquo pacto, extra de hæreticis*, & ibi Hoſtienſ. *in eodem verbo Aliquo pacto*, & Anton. de Butrio *numer. 5.* ſumma Armilla *in verbo Hæreſis numer. 11.* Angelic. *in ſumma in verbo Hæreticus, num. 15.* ſumma Sylueſtrin. *in eodem verbo Hæreticus, §. 1. nu. 14. verſ. Vnde ſi quis promiſiſſet*, Tabien *in ſumma in dicto verbo Hæreticus, num. 15.* Ioan. à Rojas *Singul. 43. num. 2.*

59 Quamuis † contrarium voluiſſe videatur Innocent. *in dicto cap. final. in verbo Teneantur*; *ibi, Secus ſi iuraſſet ei perſoluere debitum.*

60 AMPLIA II. † Quia extinctæ obligationes non reuiuiſcunt propter pœnitentiam hæretici, qui propterea non recuperat nomina debitorum iam confiſcata, ſecundum Abb. antiquum *in dicto cap. final. ante finem, verſ. Contra iſtam declarationem, extra de hæreticis*, vbi ſic in ſubſtantia concludere videtur, & ibi hoc idem adnotarunt Hoſtienſ. *numer. 1. verſicul. ſed nunquid ſi talis reconcilietur*; Ioan. Andr. *numer. 3.* Anton. de Butrio *numer. 4.* Panormitan. *num. 4.* Marian. Soccin. *num. 4. verſ. Et ex prædictis ſequitur, num. 5.* vbi quod ita Doctores communiter tenent, *& numer. 9.* vbi etiam ampliat in debito in diem, vel ſub conditione non purificata ante reconciliationem, quod minime recuperat & ſi dies venerit, & conditio fuerit purificata poſt reconciliationem, & Ioan. de Anania *numer. 4. ad finem, verſic. In Gloſſa prima*; addentes ad Angelic *in ſumma in verbo Hæreticus, numer 15. litera D. in verbo Elident.* Burſat. Concil. 14. *numer. 2. libr. 1.*

61 Contrarium † tenere videtur Tabien. *in ſumma in verbo Hæreticus num. 15. verſ. Et hoc intellige.*

62 Et cum † hæretico pœnitenti denegetur recuperatio nominum debitorum, quia iam fuerunt confiſcata, vt aduertit Abb. antiquus *in loco præallegato*; hinc eſt, quod ſecus videtur dicendum, quando ſumus in caſu, in quo hæreticus pœnitens, vt ſuo loco dicam, recuperat bona confiſcata, vt in ſpecie aduertit Marian. Soccin. *in dicto cap. final. num. 6. verſ. Prædicta tamen, extra de hæret.* vbi amplius loquitur, quando pœnitens fuit plene reſtitutus: tunc enim ſecundum eum recuperat etiam nomina debitorum.

AMPLIA III. † vt debitores, cum, vt prædixi in regula, ſint liberati ipſo Iure ab omni obligatione, hoc ideo dicuntur liberati etiam ante condemnationem, licet enim bona ante condemnationem non confiſcentur, dici tamen poteſt, quod hęretico nullum debitum ſolui poteſt, ſunt verba Innocentij *in dicto cap final. in fine verſ. eſt etiam ibi argumentum, extra de hæreticis*; & voluit Alph. de Caſtro *de iuſta hæreticorum punitione lib. 2. cap. 7. paulo poſt princip.* 63

LIMITA I. † Hanc regulam in hæretico occulto, cuius obligationes tam fidelitatis quam aliæ quæcumque non extinguuntur, ſecundum Innocent. *in cap. fin. in verbo Manifeſte extra, de hæreticis*, & ibi Hoſtienſ. *in eodem verbo Manifeſte*, Ioan. Andr. *poſt num. 1. in eodem verbo Manifeſte*, Anton. de Buttrio *numer. 3. verſic. Quia ſi occulte*; Ioan. de Anania *numer. 3. verſic. Nota in verbo Manifeſte*, Felin. *in principio, verſicul. Et pondera verbum Manifeſte*, & Cardin. Zabarell. *numer. 1.* Burſat *conſil. 14. numer. 26. verſic. Quarto principaliter, & num. 27. lib. 1.* Franciſc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquiſitorum par. 3. quæſtion. 119. commentar. 167. verſic. Poſtremo illud fol. mihi 733. col. 2.* & faciunt plene ſcripta per Burſat. vbi ſupra *dicto conſil. 14. num. 18. & ſeqq. lib. 1.* vbi pluribus probat requiri declaratoriam ad hoc, vt debitores ab obligatione facta ad fauorem hæretici ſint liberati, eique ſoluere non teneantur, quod & idem concludere videtur Ioan. Azzor. Ieſuita *inſtitutionum Moralium par. 1. lib. 8. cap. 13. rubr. de quarta hæreticorum pœna, quæſt. 2.* dum dixit, debitorem hæretici non poſſe hæretico ſoluere poſt condemnationem, ſecus autem ante condemnationem. Nec diſſentit Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib. 2. cap. 24. num. 8.* 64

Et † licet Abb. *in dicto cap. final. numer. 2.* quem ibidem referunt Marian. Soccin. *poſt num. 11.* & Ioan. de Anania *num. 3. verſic. Sed Dominus Abbas*, videatur voluiſſe *textum illum procedere etiam in occulto*, quod & idem affirmauit Franciſc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquiſitorum par. 3. quæſtion. 119 commentar. 168. verſ. Equidem hoc veriſſimum eſt fol. mihi 734 col. 2.* aduerte tamen, quod ipſe Dominus Abbas hanc ſuam opinionem reſtringit iuxta terminos ſequentis limitationis, quando ſcilicet hæreſis cauſa fuerit manifeſte probata, ergo ſecus ſi hæreſis non eſt probata, & ſic occulta, prout loquuntur præallegati Doctores. 65

SVBLIMITA I. † præcedentem limitationem duobus modis; *Primo*, niſi hæreſis quamuis occulta potuerit probari, & etiam fuerit probata; tunc enim diſpoſitio textus *in dicto cap. final.* locum habebit etiam in hæretico occulto (licet, vt mox admonui, non crederem, hæreſi probata hæreticum dici occultum) ſecundum Ioan. Andr. *in eodem c. fin. n. 1. in dicto verbo Manifeſte, extra de hæreticis*, & ibi etiam Anton. de Butrio *nu. 3. verſ. Quid ſi occulto*, Abb. *nu. 1. in ſecundo notab. & nu. 2.* Marian. Soccin. *num. 10. in fine, verſ. Et prædicta vendicant ibi locum*, Ioan. de Anania *num. 3.* & Cardin. Zabarell. *nu. 1.* Angelic *in ſumma in verbo hæreticus, num. 15. verſic. Et hoc intellige*, ſumma Sylueſtrina *in eodem verbo hæreticus, §. 1. num. 14. verſ. Quod intellige*, vbi amplius quod ſufficit ſola probatio facti; etiam ſine ſententia, Tabien *in ſumma in dicto verbo Hæreticus, num. 15.* Franciſc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquiſitorum par. 3. quæſtion. 119. comment. 168. verſic. Poſtremo illud fol. mihi 533. colum. 2.* vbi etiam declarat, an iſto caſu ad hoc, vt hæreticus occultus priuetur omni- 66

omnibus obsequiis, obligationibus, sufficiat possibilitas probandi, quod quis sit hæreticus; an vero sit necessaria probatio in actu, & an etiam requiratur sententia, Ioan. Azzor. Iesuita *institutionum moralium par. 1. lib. 8. cap. 13. rubric. de quarta hæreticorum pœna quæst. 1.* vbi & ipse relatis Doctorum diuersis sententiis concludere videtur, etiam debitores occulti hæretici liberari ab eorum obligatione hæresi probata.

67 SVBLIMITA II. † eandem limitationem, in foro conscientiæ, in quo occultus hæreticus non potest exigere obligationes, & nomina suorum debitorum, secundum Felin. *in dicto cap. final. in principio vers. Et pondera verbum Manifeste, extra, de hæreticis.*

68 LIMITA II. † supradictam regulam, quia licet debitores sint liberati ab obligatione hæretici, non tamen sibi acquirunt debitum, quia, vt suo loco dixi, bona sunt ipso iure confiscata, & hoc est, quod voluerunt Abb. antiquus *in dicto cap. fin. extra, de hæreticis, ante finem, versic. sed contra istam decretalem*, Panormitan. *num. 1. versic. Et hodie clarum est*, Marian. Soccin. *etiam nu. 1. vers. Et maxime hoc procedit, & numer. 4.* Ioan. de Anania *num. 2. & 3.* & Felin. *in principio, versic. Nec mirum, dum in proposito considerant*, quod bona hæreticorum ipso iure sunt confiscata, & in specie aduertit idem Marian. Soccin. *numer. 14.*

ARGVMENTVM.

De pœna Priuationis beneficiorum.

SVMMARIA.

Clericus hæreticus propter hæresim beneficiis priuatur, num. 69.
Clericus hæreticus propter hæresim redditur inhabilis ad alia beneficia obtinenda, nu. 70.
Beneficij collatio facta hæretico nulla est, & fructus restituendi sunt, nu. 71.
Clericus etiam hæreticus occultus beneficiis priuatur, nu. 72.
Episcopus conferendo Beneficium hæretico scienter punitur, numer. 73.
Beneficia vacantia propter hæresim non possunt conferri nisi à Papa, nu. 69. in fine.
Clerici credentes, defensores, & receptatores hæreticorum priuantur beneficiis si quæ habent, & ad alia obtinenda inhabiles redduntur, numer. 73. etiam ipso iure, numer. 74. contra, num. 81.
Clerici schismatici priuantur beneficiis, inhabilesque redduntur ad alia obtinenda, nu. 76. & ibi etiam de Apostata.
Clerici hæretici eo ipso, quod hæresim incurrunt, beneficijs priuati censentur ipso iure, numer. 77. contra, num. 78. & quæ sit differentia, & effectus isto casu inter priuationem ipso Iure, & non ipso iure, nu. 79. Requiritur tamen declaratoria, numer. 80.
Pœnitens hæreticus beneficia non admittit, nu. 82. Contra, n. 83. Distingue, vt nu. 84. & 85.
Clerici propter solam hæresis suspicionem beneficiis non priuantur, nu. 86.

QVÆST. CLXXXIX. §. 6.

69 REGVLA † sit, quod clericus propter hæresim beneficiis priuatur, *Tex. est in cap. vt commissi: §. priuandi, de hæreticis in 6.* vbi ad literam dicitur, *Priuandi præterea vel priuatos nunciandi dignitatibus, ac alius beneficiis Ecclesiasticis*, & ibi hoc adnotarunt Ioan. Monach. *sub num....* Ioan. Andr. *nu. 7. col. 3. in principio in verbo Priuandi*, & Gemin. *etiam in verbo Priuandi, num. 4.* est etiam Tex. *in cap. ad abolendam §. præterea, extra, de hæreticis*, in illis verbis, *Et sic omni officio, & beneficio spolietur Ecclesiastico*, & ibi communiter Canonistę omnes, Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum filiorum, & Nepotum num. 4.* extat constitutio Alexandri IV. edita de anno 1358. *incip. Quod super, versic. Frequentes etiam*, relata per Francisc. Pegna inter literas Apostolicas, *fol. mihi 30.* & alia constitutio Nicolai III. edita de anno 1281. *incip. Nouerit vniuersitas, versic. si vero clericus*, relata *vbi supra fol. 67.* & Martini V. edita de anno 1418. *incip. Inter cunctas, vers. Nec non præsentes*, relata *vbi supra fol. mihi 96.* & Honorij IV. edita de anno 1286. *incip. Exhibita*, relata *vbi supra fol. 71.* summa Rosell. *in verbo hæreticus, sub num. 16. vers. si vero sit Clericus*, Angelic. *in summa in eodem verbo hæreticus, num. 21. in fine, eodem versic. si vero Clericus*, summa Syluestrin. *in dicto verbo hæreticus §. 1. num. 14. versic. Quarta hæreticorum pœna, & §. 2. num. 12. vers. Priuandi, vel priuatos nunciandi*, Carer. qui alia concordantia iura allegat *in pract. criminal in 4. tract. de hæreticis §. Nunc de pœnis, numer. 4.* Simanch. *Catholicar. institut. tit. 46. rubric. de pœnis num. 63.* Ioan. à Rojas *Singular. 24. num. 2.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 45. nu. 4. versic. Item perdunt*, Clar. *in pract. criminal. §. hæresis, num. 14. versic. Item Clericus*, vbi quod hæc est Concors Sanctorum Patrum sententia; Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitor. par. 3. quæstion. 113. in principio*; & extat Bulla Gregorij IX. contra Pacterenos, registrata per eumdem Franciscum Pegnam post Director. Inquisitorum inter literas Apostolicas, *fol. mihi 3. vers. si vero Clericus*, dixi iterum de hac materia, *in fragmentis litera C. num. 335. & seqq.* & vide etiam ad comprobationem huius regulæ scripta per Ioan. Azzor. Iesuitam *institutionum moralium par. 1. lib. 8. cap. 13. rubr. de quarta hæreticorum pœna quæst. 3.*

Qua in re vide Bullam Pij V. editam de anno 1566. *incipien. Cum ex Apostolatus officio*, relatam per Franciscum Pegnam post Director. inquisitorum inter literas Apostolicas, *fol. mihi 163.* qua cauetur, collationem beneficiorum, quibus clerici propter hæresim sunt priuati, Sedi Apostolicæ reseruatam esse, & quod huiusmodi beneficia nunquam collata intelligantur, nisi in collatione fuerit facta expressa mentio, quod beneficium collatum vacauerit propter hæresim, concordat Bulla Gregorij XIII. edita de anno 1580. *incip. in Ecclesiis*, & relata per Francisc. Pegnam, *vbi supra*, inter literas Apostolicas, *fol. mihi 178.*

AMPLIA I. † hanc regulam, vt hæretici clerici non solum beneficijs priuentur, sed etiam sint inhabiles ad alia obtinenda beneficia, *text. est in cap. statutum, il primo, de hæreticis in sexto*, vbi expresse cauetur, *ne hæretici ad aliquod beneficium Ecclesiasticum admittantur*, & ibi hoc notant Communiter omnes Canonistæ, & voluit Innocent. IV. in Constitutione edita de anno 1254. *incip. Nouerit vniuersitas, versic. hæretici autem*, relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, *fol. mihi 21.* & Nicolaus III. in Constitutione edita de anno 1281. *incip. Nouerit vniuersitas, versic. hæretici autem*, relata *vbi supra, fol. 67.* Bonifac. de Vitalin. *in rubric. de crimine hæresis, num. 6. versic. Item repelluntur*: summa Armilla *in verbo hæresis nu. 7.* summa Angelic. *in verbo hæreticus, numer. 8.* Tabien. *in summa in eodem verbo hæreticus, etiam num. 8.* Ioan. à Rojas *singular. 24. num. 2.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo Beneficium, nu. 1.* Simanch. *Cathol. Instit tit. 46. rubr. de pœnis, nu. 63.* Zanchin. *in tract. de hæreticis cap. 18. nu. 3.* 70

Hinc † sequitur, collationem beneficij factam hęretico ipso iure nullam esse, fructusque ex beneficio sic nulliter collato, tanquam inique & iniuste acceptos, restituendos esse, secundum Lambertin, *in tractat. de iure patronatus, lib. 2. par. 1. quæst. 9. art. 6.* Alphons. de Castro *de iusta hæreticorum punitione lib. 2. cap. 9.* Quos in proposito refert, & sequitur Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitorum par. 3. quæst. 113. comment. 162. versic. Ad hæc collatio beneficij, fol. mihi 724. colum. 1. ante finem*; Nec dissentit Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz in practic. criminal. canon. cap. 114. in verbo hæretici, litera A, vers. Sicque collatio beneficij*, Ioan. Azzor. *institutionum moralium* 71

*ralium, par.1.lib.8.cap.13.quæst.*8. Thom.Sanchez *in præceptis Decalogi, lib.2.cap.26.num.*4.

72 AMPLIA II. † vt priuationem beneficiorum patiatur non solum hæreticus notorius, sed etiam occultus, ex allegatis per Carer. *in pract.criminal.in 4.tractat. de hæreticis, §. Nec de pœnis, numer.*4. vide ad hæc, quæ de pœna hæretici occulti dixi *infra quæst.*192.*nu.* 4.*& seqq.*

73 AMPLIA III. † Vt non solum hæretici, sed etiam eorum credentes, receptatores, fautores & defensores beneficijs Ecclesiasticis, si quæ habent, priuentur, & ad alia obtinenda inhabiles reddantur, text. est *in cap. vt commißi, §. Priuandi, de hæreticis in sexto*, in illis verbis; *Credentes, receptatores, & defensores ipsorum*; & ibi Communiter Canonistæ omnes, qui per illum textum loquuntur in pœna priuationis beneficiorum, *& in cap. statutum, il primo, eodem tit. de hæreticis in sexto*, qui loquitur in pœna inhabilitatis ad alia beneficia, in illis verbis, *Credētes, receptatores, defensores, & fautores eorum*, & ibi pariter notant Communiter Canonistæ omnes. Est etiam alius text. hæc eadem expresse comprobans *in c. excommunicamus, §. credentes, vers. si vero clericus, extra, de hæret.* Hostiens. *in summa de hæret. §. qua pœna imponatur, n.*14. *vers. Tales etiam receptatores*; Exstat Constitutio Innocen. IV. *incip. Nouerit vniuersitas, vers. Si vero clericus, & vers. Hæretici autem*, edita de anno 1254. relata per Pegn. inter literas Apostolicas, *fol. mihi* 21. & alia Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1258. *incip. Quod super, vers. Frequenter etiam*, relata per Francisc. Pegnam inter literas Apostolicas, *fol. mihi* 30. Nec non & alia Constitutio Nicolai III. edita de anno 1281. *incip. Nouerit vniuersitas, vers. Hæretici autem*, relata vbi supra per Pegnam, *fol.* 67. & Pauli IV. edita de anno 1558. *Cum ex Apostolatus officio, vers. Et insuper qui ipsos*, relata per Pegnam *vbi supra fol mihi* 157.*& seqq.* summa Armilla *in verbo Hæresis, num.*7. Angelic. *in summa in verbo hæreticus, num.*8. summa Syluestrina *in eodem verbo Hæreticus, §.*1. *numer.*14. *vers. Quarta hæreticorum pœna est & nu.*16. *vers. Si vero sit clericus. & §.*2. *nu.*12. *vers. Priuandi vel priuatos nunciandi*, Ioan. à Rojas *Sing.*24. *num.*2. summa Tabien. *in verbo Hæreticus num.*8. Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo Beneficium, numer.*1. Repert. Inquisitorum *in verbo Credentes, vers. Quæ pœnæ, in fine, & in vers. Item tales credentes hæreticorum*; Zanchin. *in tract. de hæreticis cap.*17. *nu.*3. Ghirland. *in tract. de hæreticis qu.*9.*n.*1.*vers. Clerici, vbi tamen loquitur postquam in excommunicatione stetit per annum*, Diaz. *in pract.crim.Canon. in verbo hæretici, cap.*114.*num.*4. *vers. Clerici vero; secundum vltimam impreßionem*, vbi pariter loquitur, quando Clericus stetit in excommunicatione per annum. Decian. *in tract.crim.lib.*5.*cap.*51.*n.*45. Ioan. Azzor. Iesuita *in summa par.*2.*lib.*7.*c.*17. *sub vers. Primo quæritur.* Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi lib.*2.*cap.*26.*nu.*15.*&* 16. vbi dixit, Receptatores, Fautores, & Defensores Hæreticorum non esse priuatos beneficiis ipso iure, sed priuandos per sententiam, & quod propterea ante sententiam valde possunt in fauorem tertij illis renunciare, nec lata sententia renunciatio rescinditur.

74 Hæreticorum † autem credentes, receptatores, fautores, & defensores priuantur beneficijs & ad illa obtinenda inhabiles redduntur ipso iure, vigore Bullæ Cœnæ Domini, de qua per Diaz. *in pract.crimin.Canon. in verbo Hæretici, cap.*114. *in fine, secundum vltimam impreßionem*, licet de iure communi contrarium forsan posset attētari, vt dixi in sequenti ampliatione, vide *infr.n.*77.

AMPLIA IV. † vt Episcopus conferendo beneficium
75 hæretico scienter puniatur, vt in ca. *vt commißi, in fine, de hæreticis in 6.* cuius verba sunt hæc; *Nisi forte constaret legitime, quod iidem scienter huiusmodi personis eadem beneficia contulissent: tunc enim eos in his requirendos non esse censemus, sed potius à suo iudice puniendos*, & ibi hoc adnotarunt Ioan. Andr. Archidiac. & alij, qui propterea dicunt hunc Episcopum esse puniendum tanquam fautorem hæreticorum. Lambertin. *in tract. de Iure patronatus lib.*2.*par.*1.*quæstion.*9.*art.*6. late Franc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Direct. Inquisitorum par.*3. *quæst.*113. *comment.*162. *vers. Secunda vero assertio, & seqq. fol. mihi* 724. vbi quod hęc conclusio habet in se magnam æquitatem.

AMPLIA V. † etiam in schismaticis, de quibus dixi 76
*supra quæstion.*184. *num.*42. hic repetere non est necesse, quibus addo Ioan. Azzor. *in summa par.*2. *libr.*7. *capit.*17. *versic. Primo quæritur*, vbi loquitur in schismatico & in Apostata.

AMPLIA VI. † vt Clerici propter hæresim benefi- 77
ciis Ecclesiasticis, quæ habent, ipso iure priuati sint, nec propterea opus est alia sententia priuationis, prout est text. *in cap. vt commißi §. priuandi, de hæret. in 6.* ponderando illa verba; *Vel priuatos nunciandi*, quæ iam vt incurrant ipso iure priuationem significant, & sic quod illa dicto *Vel* stet in illo Textu declaratiue, pro *Id est*, voluerunt ibidem Ioan. Andr. *colum.*3. *post principium sub nu.*4. *ante finem in verbo Priuandi, vel priuatos nunciandi*, videtur indistincte concludere, Clericum hæreticum ipso iure beneficio quod habet priuatum remanere, & sic quod disiunctiua *Vel*, in textu posita, veniat expositiue, quamuis, vt ipse inquit, inquisitores & Episcopi in occurrenti casu priuationis vtantur prædictis verbis, prout iacent, dicendo scilicet, *Priuamus, priuatos denunciamus*; &c. Geminian. *numer.*4. vbi refert verba, Ioan. Andr. Franch. *colum.*2. *in principio sub numer.*2. *versic. Quinto nota*; facit Text. *in cap. ad abolendam, §. si clericus, extra de hæreticis*, ponderando ibi verbum *Spoliatos*, quod exequutionem ipso iure importat, Rebuff. *in pract. beneficial. par.*3. *rubric. de modo amittend. benefic. numer.*4. post Anton. de Butrio, & Felin. *in locis per eum relatis, & numer.* 29. vbi ampliat etiam in schismatico; Couarruu. *variar. resolution. lib.*2.*cap.*8. *numero quarto, versic. Nihilominus ex materia subiecta fol. mihi* 488. *in parua impreßione*, vbi dixit, hoc probari *cap. quo iure* 8. *distinction.* & testatur de communi reprobato Alphonso de Castro, quem mox allegabo contrarium tenentem, Vmbert. Locat *post iudicial. Inquisitorum fol. mihi* 473. vbi refert Decretum Pauli IV. factum in congregatione Sancti Officij coram illustrissimis & reuerendissimis Dominis Cardinalibus, quod hęreticorum beneficia vacent à die commissi criminis, *& fol.* 475. *rubr. Ne ordinarij Conferente*, &c. refert aliud Decretum Pij Papæ V. prohibens ordinariis collationem beneficiorum vacantium propter hæresim; Ioan. à Rojas *Singular.*74. vbi pluribus hanc probat *in verbo Hæretici, nu.*2. vbi allegat Glossam *in dicto cap. Quo iure*, cum ibi notatis per Præposit. post Dominic. Compostellan. Ancharan. Felin. & Nicol. de Miluis *in locis per eum relatis*, & ibi Ignat. Lopez *in additionibus litera A, vers. Quæ hodie*, vbi quod hodie hæc sententia procedit sine difficultate ex constitutione Pij, eam ponderando, vt ibi per eum, Menoch. *de arbitr. qu. lib.*2. *cas.*316. *post nu.*6. & ab hac sententia non dissentit Ioan. Azzor. Iesuita *in summa par.*2. *lib.*7. *cap.*17. *vers. Primo quæritur*, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitorum par.*3. *quæst.*113. *Comment.*162. *vers. Illa vero, & seqq.* vbi relatis & reprobatis contrariis testatur de veriori sententia, & præsertim hodie vigore dictæ Bullæ Pij V. Ioan. Azzor. Iesuita *institutionum moralium par.*1. *lib.*8. *capit.*13. *rubric. de quarta hæret. pœna quæst.*3. *& qu.*8. vbi relatis opinionibus hinc inde contrariis, adhibita distinctione, vt tamen requiratur declaratoria, nec ante eam clericus amittat beneficij possessionem, hanc amplectitur opinionem, quam etiam sequitur, & alios in idem refert concordantes. Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi* 2. *cap.* 26. *num.*5. *& seqq.* vbi testatur de veriori sententia, & at

ista opinione nullo pacto recedas, & ante Bullam Pij V. hoc etiam cautum reperio per constitutionem Nicolai III. editam de anno 1281. *incip. Nouerit vniuersitas, vers. Nos enim*, relatam per Francisc. Pegn. post Director. inquisitorum inter literas Apostolicas *fol. mihi 67*. vbi quod hæretici ipso iure beneficijs priuantur, & etiam ipso iure ad alia obtinenda sunt inhabiles.

78 Licet † contrarium suaderi videatur ex eodem textu *in cap. vt commissi* §. *priuandi de hæreticis in 6*, ponderando illam dictionem *priuandi*, quæ non latam à lege sententiam, sed ab homine proferendam significat, & sic voluere Alph. de Castro *de iusta hæreticorum punitione lib. 2. c. 4.* Simanch. *Cathol. inst. tit. 46. rub. de pœnis nu. 72.* plures in idem asserens rationes; nec dissentire, vide Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz. in pract. crim. Canon. in eodem verbo hæretici, d. cap. 114. litera A, in principio*, vbi testatur de benigniori, & forsan veriori sententia. Luoou. Gomez *regula de annali possessore quæst. 52.*

79 Effectus † huius conclusionis est multiplex; *Primo*, quia beneficium hæretici potest impetrari tanquam vacans ipso iure; *Secundo*, quia impetrans beneficium hæretici, non est necesse, quod exprimat requisita *in* regula cancellariæ 32. *Tertio*, quia beneficium resignatum ab hæretico nullũ ius tribuit Resignatario. *Quarto*, quia in sententia declaratoria, quem hæreticum fuisse, illumque incidisse in omnes pœnas à iure contra hæreticos statutas; censetur etiam imposita pœna priuationis beneficiorum, etiam si expresse non dicatur. *Quinto*, quia ad solum Papam spectat restituere ad beneficia clericos, qui fuerunt hæretici, cum vigore Bullæ Pij V. ipso iure propter hæresim dicantur vacare, & reseruata dispositione Sedi Apostolicæ, de quibus omnibus effectibus vide apud Rebuff. *pract. beneficial. par. 3. rubr. de modis amittendi beneficia nu. 5. in princ.* Diaz. *in pract. crim. Canon. cap. 114. in verbo hæretici, num. 2. vers. Et prædicta conclusio*, & ibi Ignat. Lopez *in additionibus litera A, sub versic. Quæ hodie, ibi, Et huc pertinet, &c.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitorum par. 3. qu. 113. Commentar. 162. vers. Huc quoq; accedit, & seq. fol. mihi 724. colu. 1. in princip. & vers. Restituere autem fol. mihi 725. col. 2. etiam in principio.* Vide ad hæc Ioan. Azzor. Iesuitam *institutionum moralium par. 1. lib. 8. cap. 13. rubr. de quarta hæreticorum pœna quæst. 8. post vers. Cæterum mihi videtur*, & latius Thom. Sanchez *in precept. Decalogi lib. 2. cap. 26. nu. 7. & 8.* vbi ex præmissa ampliatione plures facit illationes; & *Primo*, quod non solum ante sententiam declaratoriam clericus non tenetur dimittere beneficium; sed nec etiam ante exequutionem dictę sententię idem clericus non tenetur se beneficijs spoliare. *Secundo* infert, non posse hæreticum in fauorem tertij, beneficium resignare, & si beneficium resignat ante declaratoriam, sequuta declaratoria resignatio rescinditur, *ibidem num. 9. Tertio* infert, post dictam declaratoriam hæresis clericum priuari etiam fructibus beneficij à die commissi criminis, ante tamen hanc declaratoriam non priuari *num. 10. Quarto* infert, beneficia hæretici hæresis declaratoriam posse impetrari tanquam vacantia, & alteri conferri etiam hæretico non citato, cum ipsis ipso iure careat. possessio autem eo non vocato alteri conferri nequit, *ibidem nu. 12. Quinto* infert hæreticum pœnitentem non recuperare beneficia nisi ex dispensatione Papæ, *vt ibidem num. 13.*

80 LIMITA Hanc VI. † Ampliationem, quia adhuc requiritur declaratoria, vt probatur *in d. cap. vt commissi §. priuandi, de hæreticis, in 6.* in illis verbis, *Vel priuatos nunciandi.* Facit regula generalis, quod in omni casu, in quo pœna ipso iure incurritur, delicti declaratoria requiritur, & in specie post Innocen. Dominic. Compostellan. Ancharan. Alciat. & Menoch. *in locis per eum relatis* aduertit Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz. in pract. crim. canonic. in dicto verbo hæretici, eodem cap. 114. litera A, versic. Fateor tamen.*

LIMITA II. Eandem VI. † ampliationem, vt non procedat in clericis receptatoribus & defensoribus hæreticorum, qui licet & ipsi priuentur beneficijs, non tamen censentur priuati ipso iure, *cap. Excommunicamus, §. credentes, vers. Si vero clericus, de hæreticis*, quem textum in id allegat Couarr. *variar. resolut. lib. 2. cap. 8. nu. 4. vers. Ipsi vero hæreticorum fautores fol. mihi 488. in fine, secundum paruam impressionem*, quem refert, & sequitur Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. inquisitorum par. 3. quæst. 113. Commentar. 162. versic. Quod si nobis fol. mihi 723. colum. 2. & versic. De hæreticorum vero receptatoribus, fol. mihi 724. col. 1.* licet contrarium verius videatur vigore Bullæ Cœnæ Domini, vt dixi supra *hac ead. quæst. nu. 74.* 81

LIMITA I. † Propositam regulam in hæretico pœnitente, & ex bono corde ad fidem redeunte, qui beneficia non admittit, nec ad alia obtinenda inhabilis redditur, nec deponitur, secundum Archid. *in dict. cap. vt commissi in fine nu. 4. de hæret. in 6.* & ibi etiam Geminian. *post num. 6. ad medium vers. Tamen subdit*, & iterum infra *in vers. Nota hic dictum Archidiac.* & Philip. Franch. *post nu. 4. vers. Et vide hic, & est tex. in cap. ad abolendam, vers. Si clericus, ibi, Nisi continuo, &c. extra de hæretic.* voluit Glossa *in cap. non autem, in verbo Marcellinus, in fine 21. dictione*, Rebuff. *in pract. beneficial. num. 5.* Carer. *in pract. crimin. in 4. tractat. de hæreticis, §. modo qualiter prædicta pœna n. 1.* Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis quæst. 7. ad finem*, Eymeric. *in Director. inquisitorum par. 3. quæst. 113. vers. Considerandum vero fol. mihi 722. col. 2. per tex. in ca. statutum Fœlicis, de hæreticis in 6. & in quæst. 115. vers. Hoc sane, de filiis fol. mihi 728. col. 2.* Roland. *cons. 63. nu. 24. & omnibus seqq. lib. 3.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 54. nu. 8.* vbi reprobat Simanch. contrarium tenentem, summa Tabien. *in verbo hæreticus, num. 8. in fine*, vide *infra quæst. 193. nu. 66.* 82

Contrarium † suaderi videtur ex Concilio Vbertino vbi dicitur: *Ex omni hæresi qui ad nos fidelis venerit, minime est ad clerum promouendus, vel hi qui sunt in præteritum ordinati sine dubio deponentur*, & dum ibi dicitur; *Deponentur*, significatur, vt depositio fieri debeat in perpetuum, ad Gloss *in dicto cap. 1.* & ibi Dominic. *distinct. 50. cum aliis per* Diaz. *in pract. crim. canon. cap. 172. in principio, secundum antiquam impressionem*, & propterea clericos ad Ecclesiam redeuntes post alias pœnitentias deponendos esse saltim degradatione verbali, voluit Conrad. Brun *in tract. de hæreticis lib. 3. cap. 7. num. 4. & seqq.* Simanch. *Catholicar. institut. tit. 47. num. 76. & in Enchiridion Violat. Relig. tit. 58. rubr. de pœnitentibus num. 3.* Repert. Inquisit. *in verbo Conqueruntur, vers. Item conqueruntur dum reconciliantur*, Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi cap. 11. nu. 16. in 12. pœna vers. Quod si hæretici reuertantur*, vbi dixit, quod pœnitens clericus beneficia non recuperat nisi ex dispensatione Papæ. 83

Vide infra *qu. 193. nu. 68.* & de schismatico vide supra *qu. 184. nu. 42.* Et quid de apostata vide Ioan. Azzor. Iesuitam *inst. moral. par. 1. lib. 8. cap. 21. rubr. de apostatis qu. 8.*

In † hac contrarietate distingue, vt prima opinio procedat in pœnitente ante sententiam, secundum Gemin. *in cap. vt commissi, in verbo Priuandi, nu. 6. in fine.* & ibi Franch. *nu. 7. vers. Et idem videtur sentire, de hæret. in 6.* Nec dissentit Paul. Ghirland *in tractat. de hæret. quæst. 7. in fine*, Carer. *in eod. tract. de hæret. nu. 150. post medium, vers. Potest autem commutari*, Diaz *in pract. crim. canon. in verbo hæretici, cap. 114. n. 2. ad finem*, Decian *in tract. crim. lib. 5. c. 44. n. 10. & cap. 54. n. 24.* Simile est, quod voluit Pegna *in addit. ad Eymer. in Direct. Inqu. par. 3. comment. 162. ad qu. 113 fol. mihi 725. col. 1. vers. Penultimo, & fin.* vbi pariter primam opinionem admittit in sponte reuersis; secundam autem in reuersis tardius post multas admonitiones, Læl. Zec. *in summa, tit. de fid. rub. de hæresi cap. 11. n. 16. in 12. pœna, vers.* 84

Quod si hæretici reuertantur, vbi dixit, quod si Clerici hæretici pœnitentes sponte ad fidem reuertantur, possunt ab Episcopo, & Inquisitore ad beneficia restitui.

85 Est † etiam hac in re valde considerandum, nunquid hæreticus pœnitens esset simplex Religiosus, & alios non corruperit, an vero esset animarum Rector, aut Religioni præfectus, subditosque infecerit; si enim nulli alij quam sibi nocuerit, mitius agendum est cum eo, quam si alijs malum exemplum dederit, vt per Pegnam *in addit. ad Eymer. in Direct. Inquisit. par. 3. Comment. 162. ad quæst 113. fol. mihi 725. col. 1. vers. antepenultimo.*

86 Limita II. † regulam procedere in hæretico de hæresi plene conuicto, vel confesso, is enim ipso iure beneficiis priuatur, secus in hæretico de hæresi suspecto, vel diffamato, cuius beneficia non vacant ipso iure, sed pro qualitate criminum illis quandoque priuari potest, prout aduertit Pegna *in addit. ad Eymeric. in Direct. inquisitor. par. 3. comment. 162. ad quæst 113. vers. Beneficia vero, fol. mihi 725. col. 2.* quem refert Thom Sanchez *in præcept. Decalogi lib. 2. cap. 26. num. 14. & 16.* vbi propterea infert, suspectum de hæresi posse ante sententiam in fauorem tertij beneficijs renunciare, nec sequuta sententia renunciationem rescindi. Et vide omnino decisionem Rotæ coram Comitulo in vna Gadicen. Canonicatus 20. Iunij 1587. registratam post mea consilia, *lib. 1. dec. 51.* vbi late tractatur de suspecto de hæresi abiurante de vehementi, an peracta pœnitentia remaneat inhabilis ad beneficia obtinenda, & an etiam priuetur obtentis, qua in re vide Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi, lib. 2. cap. 25. nu. 12.* vbi concludit, quod non, vide infra *quæst. 192. §. 5.* vbi latius explicaui, an, & quando hæreticus irregularis euadat, & ad beneficia inhabilis, & faciunt, quæ in materia filiorum hæreticorum dixi infra *q. 641. nu. 38. & nu. 67. & quæst. 192. nu. 80.*

ARGVMENTVM.

De confiscatione bonorum.

SVMMARIA.

Confiscantur bona hæreticorum, num. 1.

Confiscationis bonorum propter crimen hæresis materia, numer. 2.

Confiscatio bonorum hæreticorum ipso iure inducitur, nu. 3.

Licet alij contra, num. 4.

Requiritur tamen declaratoria, num. 5.

Confiscantur etiam bona Apostatarum, nu. 6.

Confiscantur etiam bona schismaticorum, nu. 7.

Confiscantur etiam bona credentium, fautorum, & defensorum hæreticorum, nu. 8.

Confiscatio bonorum locum habet etiam quando memoria defuncti damnatur, nu. 9. 10. & 11. vbi etiam an isto casu bonorum confiscatio præiudicet filiis.

Filij an priuentur hæreditate paterna, quando eorum Pater declaratur hæreticus post mortem, nu. 10. & 11.

Confiscatio bonorum ex crimine hæresis comprehendit etiam donata causa mortis etiam inter coniuges, nu. 12.

Confiscatio bonorum propter crimen hæresis comprehendit etiam iura conditionalia, nu. 13.

Confiscatio bonorum propter crimen hæresis comprehendit etiam bona materna, num. 14.

Peculium profectitium confiscatur propter paternam hæresim, nu. 15. Et quid propter hæresim filij, num. 16.

Peculium castrense venit in confiscatione bonorum propter crimen hæresis, nu. 17.

Bona censualia veniunt in confiscatione bonorum propter crimen hæresis, nu. 18.

Fructus bonorum hæretici ipso iure sunt confiscati, nu. 19.

Pœna confiscationis bonorum statuta est etiam in crimine sortilegij, nu. 20.

Purgationem facere recusantis bona confiscantur, nu. 21.

Bona confiscata possunt retineri in foro conscientiæ, num. 22.

Occulti hæretici bona non confiscantur, nu. 23.

Ius patronatus non venit in confiscatione bonorum propter crimen hæresis in præiudicium filiorum, nu. 24.

Bona futura, & acquisita post condemnationem in crimine hæresis non veniunt in confiscatione bonorum, nu. 25.

Suspecti de hæresi bona non confiscantur, nu. 26.

Peculium aduentitium propter paternam hæresim non confiscatur, nu. 27.

Confiscatis bonis hæretici, fiscus tenetur soluere debita, num. 28. & si non soluerit hæreticus adhuc remanet liberatus, nu. 29.

QVÆST. CXC. §. I.

Regvla † sit, quod propter crimen hæresis hæretici bona confiscantur, *text. est in l. Manicheos §. 1. C. de hæreticis*, in illis verbis, *Quos bonorum etiam omnium publicatione prosequimur*, & ibi Salycet. *in summario*; est etiam text. *in Authen. Gazzaros, in principio C. eodem*, vbi ad literam dicitur, *Censentes vt omnia bona talium confiscentur, nec ad eos vlterius reuertantur*, & ibi Ballaper. *in princ.* & de iure canonico est etiam tex. *in c. Vergentis §. 1. extra de hæreticis*, vbi ad literam dicitur; *In terris vero temporali nostræ iurisdictioni subiectis bona hæreticorum statuimus publicari, & in alijs idem præcipimus fieri per potestates, & Principes seculares*, & ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, & in verbo Bona eorum*, vbi alia concordantia iura adducit Abb. antiquus. *in summario*, Ioan. Andr. *num. 1. in figuratione casus.* Henrich Boich. *nu. 4.* Ancharan. *in summario*, Anton. de Butrio, *nu. 1.* Felin. *etiam nu. 1.* Marian. Socc. *in summario*, Cardin. Zabarella *nu. 1.* Ioan. de Anania *nu. 1. & post nu. 9.* est etiam text. *in cap. Excommunicamus il primo §. Damnati, versic. Ita quod, extra eodem*, vbi ad literam dicitur; *Ita quod bona huiusmodi damnatorum si laici fuerint confiscentur, si vero clerici applicentur Ecclesiis, à quibus stipendia receperunt*, & ibi hoc adnotarunt Innocent. *in verbo Confiscentur*, vbi quod ex hoc canone colligitur Authentic. *idem de Nestorianis*, Cod. eodem, deferens bona hæreticorum cognatis, Hostiens. *numer. 1. in eodem verbo Confiscentur*, Anton. de Butrio *ante num. primum in figuratione casus, vers. Item quod bona ipsorum, & num. 6.* Abb. *in summario, versic. Et bona laicorum confiscantur, & ante num. 1. vers. Tertia bonorum.* Marian. Soccin. *ante num. 1. vers. Secundo ibi, & num. 7. versic. Tertia bonorum*, Ioan. de Anania *ante numer. 1. vers. Et bona hæreticorum, & nu. 8. in fine, vers. Nota casum.* Felyn. & Cardin. Zabarell. *in summario*; Est etiam tex. *in cap. super quibusdam, de verbor. signification. in illis verbis, Quorum propria bona confiscantur*, & ibi Gloss. *in figuratione casus, vers. Quorum bona propria confiscantur, & in verbo Confiscantur*, Innocent. *in principio, in verbo Quibusdam*, Anton. de Butrio *num. 3. in fine vers. Nota vnam pœnam*, & voluit Fredericus Imperator in sua Cōstitutione incip. *Inconsutilem*, relata per Pegnam inter literas Apostolicas in Director. inquisitorum, *fol. mihi 18.* & in alia constitutione incip. *Catharos*, relata vbi supra *fol. 19.* Hostiens. *in summa rubr. de hæreticis, §. qualiter deuitetur n. 6. ante finem, vers. Si Ecclesia contra Rebelles*, vbi pulchre dicit hæreticis omnia bona auferenda esse non solum de iure ciuili, & canonico, sed etiam de iure naturali, & diuino, *& §. qua pœna feriatur num. 8. vers. Canones autem, & nu. 10. vers. Patiuntur etiam pœnam*, Goffred. *in ead. summa de hæret. nu. 2. & nu. 3.* vbi pariter dixit, quod hæc pœna est inducta iure canonico, ciuili, naturali, & diuino, Io. Calder. *in tract. de hær. rub. de pœnis hæreticorum, filiorum, & nepotum nu. 2.* summa Rosell. *in verbo hæreticus, nu. 14.* Simanc. *Cath. inst. tit. 9. rub. de bon. hæretic. numer. 1. & 2.* vbi optimam huius regulæ rationem reddit, *& in Enchirid. Violat. Relig. tit. 56. nu. 1. & n. 3.* Vmbert. Locat. *in iudic. inq. in verbo Bona hæreticorum, num. 1.* Afflict. *in Constitution. Regni de hæreticis & Pacterenis, rubr. 1. num. 1.* Guidantan. *in tractat. de hæreticis quæst 15. nu. 1.* Bonif. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis n. 6.* Iaus.

cons- 1

*conf.2.n.112.& 177.lib.4.*Ghirland.*in tract.de hæreticis post nu.2.& num.3.*Boss.*in tit.de hæreticis num.16.*Diaz.*in pract. crim. Canon. cap.114.in verbo hæretici,nu.4.* Clar.*in pract.§. Hæresis num.11. vers. Item bona,in principio*; Franciſc. Pegna *in additionibus ad* Eymeric. *in Director. Inquiſitorum par.3. quæst.109.Commentar.158. verſic. Nec refert*, vbi amplius, quod ad hoc, vt pœna confiſcationis bonorum imponi poſſit in crimine hæreſis, non refert, An multo, vel paruo tempore hæreticus in hæreſi permanſerit, dummodo impœnitens, & pertinax, *fol.mihi 655.col.2.* idem Franc. Pegna *vbi ſupra in additionibus ad eundem* Eymer. *in Director.inquiſit.part.2.comment. 9.ad cap. Vergentis, extra de hæreticis litera B, in verbo Bona hæreticorum, fol.mihi 102. col.2.* Decian. *in tract.crim.lib.5.cap.57.num.23. verſ. Tertia quia publicantur bona*; Anton. Gomez. *de Delictis; c.3.rubr. de crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, & Humanæ, verſ. Item etiam eſt pœna confiſcationis bonorum*; Menoch. *de arbitr.qu.lib.2 caſ.374.num.3.* Roland. *conſ.75 nu.6.lib.3.* Burſat. *conſ.7. nu.30.lib.1.* Petr. Gregor. *ſyntagma.iuris,lib.33.cap.9 nu.1.* vide ſupra *in quæſt.25.nu.10.& ſeqq.*

2 Ad † quam materiam confiſcationis bonorum in crimine hæreſis, vltra ea quæ dixi *ſupra quæſt.25. num.10.& ſeqq.* vide Conrad. Brun. *in tractat. de hæreticis, lib.5. cap.6.* Eymeric. *in Director.inquiſ.part.3. quæſt.109. & ſeqq.* & ibi Franc. Pegna *in addit. comment. 158. & ſeqq.* & præſertim relatos per eum *d.commentar.158.verſ. De ea igitur.fol.mihi 655.col.1.* Decian. *in tractat.crimin.lib.5. cap.44.per totum in diſcurſu*, Læl. Zecch. *in ſumma par.1. tit. de fid.rubric.De hæreſi cap.11.nu.16.per tot.* vbi ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus, dixi etiam ſupra *quæſt. 15, num.14.*

3 AMPLIA I. † Vt hereticorum bona ipſo iure dicantur confiſcata à die commiſſæ hæreſis, tex. eſt *in cap.cum ſecundum, de hæreticis in 6.* vbi ad literam dicitur; *Bona hæreticorum ipſo iure decernimus confiſcata*, & ibi hoc adnotarunt Gloſſa *in verbo Cum ſecundum, & in verbo Ipſo iure*, Io. Monach. *in principio, & in verbo Confiſcata*, Archid. *num.1. ante finem, in verbo Ipſo iure, & in verbo Confiſcata*, & Franch. *in §.confiſcationis nu.1.* Alber. *in Authent. Gazzaros, in principio C.de hæreticis, & in l. cognouimus, ſub nu.1. in fine, verſ. Et quia eorum bona C. eodem*, Henrich Boich. *in cap. Vergentis, nu.4.extra de hæreticis*, & ibi etiam Anchar. *nu.4. verſ. Et eſt ratio*, Abb. *nu.2. verſ. Et aduerte*, & Card. Zabar. *n.1. in verbo Seculares*, Ioan. Andr. *in c.Excommunicamus il primo, §.damnati, num.1. in fine, in verbo Confiſcentur, extra eodem*, & ibi etiam Anton. de Butrio *num.3. in fine, verſ. Et bene dicitur*, qui tamen loquitur facta condemnatione de hæreſi, & *num.16.& 17.* & Card. Zabar. *num.1. in ſecunda oppoſitione*, Ioan. Andr. *in cap ſuper quibuſdam nu.3. in verbo Confiſcantur, de verbor. ſignific.* & ibi etiam Card. Zabar *nu.2. verſ. Nota quod bona hæreticorum*; Armilla *in ſumma in verbo hæreſis, num.5.* extat conſtitutio Martini V. edita de anno 1418. *incip. Inter cunctas, verſ. Bona tamen*, relata per Franc. Pegnam poſt Direct. Inquiſit. inter literas Apoſtolicas *fol.mihi 88.* ſumma Roſella *in verbo hæreticus, num.14. verſ. Tertia punitur*, Angelic. *in ſumma, in eodem verbo hæreticus, num.1.* ſumma Sylueſtrin. *in dicto verbo hæreticus, §. primo num.12. verſ. Tertia pœna eſt*, Ioan. à Rojas *ſingular.18.nu.2. & ſingular.26 etiam num.2.* Simanch. *Cathol.inſtitut.tit.9. rubr. de bonis hæreticorum nu. 7. & 8. & nu. 21.* vbi quod ita Communi omnium Doctorum conſenſu receptum eſt, & *in Enchiridion Violat.Relig.tit.56 num. 2. & num.4.* ſumma Tabien. *in verbo hæreticus, numer.5.* Fr. Rayner. *in ſumma in verbo hæreſis, cap. 4. verſic. Tertio rerum ablatione*, Repertor. Inquiſitorum *in verbo Confiſcatio, verſic. Primo, & in verbo Pœna, verſic. Item alia pœna*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquiſitorum in verbo Alienationes, ſub num.1. in principio*; Peregrin. *in tractat. de iure fiſci lib.4.tit.5.nu.29.* idem Vmbert. Locat. *in iudicial. inquiſitorum in verbo pœna, nu.9. verſic. Tertio omnia eorum bona*, Afflict. *in Conſtitut. Regni de Hæreticis & Pacterenis, rubric.1. numer.29.* Zanchin. *in tractat. de hæreticis cap.25. num.1. verſic. Et ipſa bonorum confiſcatio fit ipſo iure, & cap.18.numer.4.* Squillacen *in tractat. de fide Catholica cap.30. numer.1.* Carer. *in tractat. de hæreticis numer.136.* Paril. *conſil.2. numer.177. lib.4.* Boſſ. *in tit. de hæreticis numer.26.* Clar. *in pract.crimin.§.hæreſis num.11. verſic. Item Bona, in princip.* & ibi Hieron. Giaccar. *in addit. litera V. in verbo ipſo Iure*, Pegna *in additionibus ad* Eymeric. *in Director. Inquiſitorum par.3. quæſtion.109. Comment. 158. verſ. His ita poſitis fol mihi 655. column. in fine*, Decian. *in tract.crimin.lib.5.cap.44.nu.1.* Ant. Gomez *de delictis cap.2. rubr. de crimine læſæ maieſtatis diuinæ & humanæ, num.1. verſ. Item etiam*, Roland. *conſ.8.num.7.lib.3.* vbi de Communi, Burſat. *conſ.7.num.31.lib.1.& conſ.14.nu.3.* vbi etiam alijs relatis teſtatur de Communi, & *conſil.43.num.3.* Didac. Canter. *in quæſt.crim.rubr. de hæret. &c. cap.1.num.14.* Læl. Zecch. *in ſumma part.1.tit. de fide rubr. de hæreſi cap.11.nu.16. verſ. Septimo ampliatur*, vbi teſtatur de communi opinione. Sigiſmund. Scaccia *in tractat. de iudicio cauſarum ciuil. crim. & hæret. tom.1.c.98. poſt nu.20.* vbi pariter de Communi. Ioan. Azzor. Ieſuita *in ſumma par.1.lib.8.c.12.rubr. de alijs hæreticorum pœnis in 1.qu.* & rurſus eodem *cap.12.in 6. quæſt.* vbi teſtatur, hanc ampliationem omnium conſenſu receptam eſſe. Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib.2.cap.14.nu.1.* vbi quod hæc concluſio neminem habet contradictorem, & *cap.22.num.26. & ſeq.* vbi etiam bene declarat, quem effectum habeat, quod confiſcatio in crimine hæreſis ipſo iure impoſita ſit.

Contrarium, † quod confiſcatio bonorum in crimine hæreſis non intret ipſo iure, voluit Azzo. *in l. Manichæos nu.1. C. de hæreticis, & ibidem nu.11. in verbo Confiſcatio, verſ. Ergo non ipſo iure.* 4

LIMITA Hanc I. † Ampliationem, vt licet non requiratur ſententia in confiſcatione bonorum hæretici, quia ipſo iure confiſcantur, requiritur tamen declaratoria, ſecundum Anton. de Butrio *in cap. Excommunicamus; il primo num.3. in fine, verſic. Et bene dicitur, & num.16. & 17. extra, de hæreticis*, Geminian. *in cap. cum ſecundum, §. confiſcationis num. 1. & ſeqq. de hæreticis in 6.* & ibi etiam Franch. *poſt num. primum, verſic. Secundo tene menti*, vbi etiam an in notorio requiratur declaratio; ſumma Sylueſtrin. *in verbo hæreticus, §. num.13. verſic. Pro his tamen notandum primo eſt*, Simanch. *Catholicar. inſtitut. tit.9. rubric. de bonis hæreticorum num.126.* Quintilian. Mandoſ. *in addit. ad Repertor. inquiſitor. in verbo Confiſcatio, litera C.* Vmbert. Locat. *in iudic. inquiſit. in verbo Alienationes, ſub num.1. verſic. Quamuis incorporatio, & in verbo Bona hæreticorum, nu.1.* Peregr. *in tract. de iure fiſci lib.4.tit.5.nu.29.* Zanchin. *in tract. de hæreticis cap.25.nu.1. verſ. Sed tamen neceſſaria eſt ſententia ſuper crimine, & cap.18.n.5.* Squillac. *in tract. de fide Cathol. cap.30 nu.1.* Carer. *in tract. de hæreticis nu.136. verſ. Requiritur tamen declaratio*, Boſſ. *in tit. de hæreticis num.26.* Hieron. Giaccar. *in additionibus ad Clar. in pract. crimin. §. hæreſis nu.11. litera V, in verbo, Ipſo iure*, & ibi etiam Baiard. *num.19.* Decian. *in tractat. crimin. lib.5. cap.44. num.1. & num.3. verſic. Et quod prius declaratoria requiratur.* Roland. *conſ.8.nu.7 lib.3.* Burſa *t.conſ.14.n.18.& ſeqq.lib.1.* vbi pluribus hanc probat concluſionem, & *conſil.43. num.1. & num.22. & nu.25. & ſeqq.* Nauar. *conſ.20. nu.4. tit. de hæreticis lib.5.* vbi quod hanc limitationem tenent omnes Doctores, niſi hæreſis eſſet notoria, quia tunc non eſſe neceſſariam declaratoriam videtur concludere ibidem *num.5. & ſeqq.* licet plura adducat pro, & contra, quod & idem concludere videtur Pacian. *conſil. 19. num. 16. & ſeqq. iuncto num.30. & num.47. & ſeqq. & num.84. & ſeqq.* declarat, quod licet in hæreſi notoria non ſit neceſſaria declaratoria ſententia, eſt tamen ſaltim neceſſaria aſſignatio termini ad excuſandum factum, quo elapſo executio fieri poteſt; alias ſecus, vt ibi per eum Didac. Cantera *in quæſtion. crimin. rubric. de hæretic. &c. cap.1. num.14.* 5

vers. Et licet ipso iure, & num.16. ante finem, vbi quod hæc declaratoria requiritur tam de iure ciuili, quam canonico. Thom Sanchez. *in præcept. Decalogi lib.2. cap.22. nu.14. & seqq.* vbi hanc limitationem pluribus concordantibus Doctoribus exornat, & contra præallegatos Doctores eam ampliat, etiam quod hæresis crimen sit notorium, & etiam quod sit in iudicio confessatum, & etiam quod aliqua lege caueatur declaratoriam non requiri, & quod propterea, si Fiscus ante hanc declaratoriam sententiam hæretici bona ipso iure confiscata occupauerit, illa restituere teneatur, *& num.27.* Iacob. de Graff *lib.2. suarum decisionum cap.11. nu.4. & seqq. & nu.36. & seq. & nu.41. & seq.* vbi præmissa conclusio ampliatur, vt supra ampliauit Didacus Cantera.

6 Amplia II. † Etiam in apostatis, quorum bona confiscari propter apostasiam, dixi *supra quæst.183. nu.35.* Hic repetere non est necesse.

7 Et † idem in schismaticis, quorum bona confiscari dixi pariter *supra dicta quæstione 183. nu.47.* Hic repetere superfluum est.

8 Amplia III. † vt Confiscationis pœna locum habeat etiam contra credentes, fautores, & defensores hæreticorum, dixi supra *quæst.182. num.51.* Hic repetere non est necesse.

9 Amplia IV. † vt bona hæreticorum confiscentur, etiam quando post mortem eorum memoria damnatur; tunc enim proceditur etiam ad illius bonorum confiscationem, text. est *in cap. accusatus §. in eo vero casu, de hæreticis in 6.* in illis verbis, *Ad confiscationem bonorum post mortem eiusdem nihilominus procedatur,* & ibi hoc adnotarunt Gloss. §. *Porro in figuratione casus, versicul. Ideo si quis fuit accusatus, & versic. Imo si durante vita hæretici;* Geminian. *in summario,* & Franch. *etiam in Summario, & in § si vero num.2.* Hostiens. *in cap. vergentis, in principio, in verbo Publicari, extra, de hæreticis,* & ibi etiam Ioan. Andr. *numer.1. in eodem verbo Publicari.* Marian. Soccin *post num.2.* & Ioan. de Anania *num.16.* Gloss. *in cap. filij in Glossa 1. in verbo Filij, litera A. de hæreticis in 6.* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis in rubric. de iis, qui fuerunt consolati ab hæreticis, & in rubric. de hæredibus hæreticorum num.1, in fine, versic. in sexto melius,* Rotella *in summa in verbo hæreticus, numer.6.* summa Syluestrin *in eodem verbo hæreticus, §.1. numer.14. post principium,* Tabien. *in summa in dicto verbo hæreticus, numer.5. in fine, & numer.12. versic. Secundus effectus.* Repertor. Inquisitorum *in verbo Confiscatio, versic. Nunquid post mortem hæretici,* & ibi Quintilian. Mandol. *in additionibus litera H. in verbo Defunctus, versic. Supradictum est in secundo effectu, & in verbo Filij, sub versic. Nunc videndum,* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitorum in verbo Inquisitor, numer.26. vers. Inquisitor potest inquirere, & in verbo Sententia, num.33.* Afflict. *in Constitut. Regni de Hæreticis & Pacterenis rubric.3. de Apostatis num.3.* Simanch. *Catholicar. institut. tit.4. rubr. de accusationibus num.4. & tit.18. rubric. de defunctis num.6. & in Enchiridion Violat. religion. tit.62. rubric. de mortuis nu.3.* Sanchis. *in tractat. de hæreticis capite 24. nu.4. versic. Secundus effectus;* Squillacen *in tractat. de fide Catholica cap.54. numer.1.* Gundisalu *in tractat. de hæreticis, quæst.22. num.3. versic. Confidero tamen,* Boss. *in tit. de hæreticis numer.30.* Conrad *in pract. rubr. de hæreticis num.15.* Decian. *in tractat. criminal. lib.5. cap.57. numer.4. & num.7.* Anton. Gomez. *de delictis cap.2. rubr. de crimine læsæ Maiestatis Diuinæ & Humanæ, num.1. sub versic. Item etiam est pœna.* Roland *consil.8. num.8. lib.3.* Bursa. *consil.43. num.2. lib.1. vbi de communi.*

10 Limita † præcedentem IV. Ampliationem, quia licet filij, vt infra dicam, propter paternam hæresim priuentur illius hæreditate, tam ex testamento, quam ab intestato succedere volentes, hoc tamen procedit, quando illius bona confiscantur in vita; secus si post mortem; nam si hæreticus mortuus est ante accusationem, & denunciationem, tunc videtur quod filij Orthodoxi non veniant priuandi illius hæreditate, sic enim concordando contrarias opiniones Azzonis, & Placentini, voluisse videtur Hostiens. *in summa rubr. de hæreticis §. qua pœna feriatur n.8. vers. Verumtamen & prima sententia.*

Aduerte † tamen, quod Hostiens. loqui videtur secundum quod loquitur Azzo ibi per eum allegatus, videlicet, de iure ciuili, de quo dixi *infra in quæstione seq. nu.29.* vnde secus de iure Canonico, quod isto casu seruandum est, vt mox dixi supra *hac eadem quæstione num.9.* vbi Doctores omnes aperte sentiunt, etiam bona hæreticorum confiscari post eorum mortem, damnata memoria, in præiudicium filiorũ, & propterea in iudicio contra defunctum ad illius memoriam damnandam moto filios & hæredes citandos esse propter præiudicium confiscationis bonorum, quod pati possunt, si memoria defuncti damnetur, dixi infra *quæst.198. num.160.* & ideo non immerito Roland. *in cons.8. nu.41. & nu.58. in fine lib.3.* dixit, opinionem Hostiensis non esse à Doctoribus receptam. 11

Amplia V. † Quia in confiscatione bonorum hæretici veniunt etiam bona per ipsum donata causa mortis, ideo si aliquis mortis causa donauerit, & in hæresim inciderit, bonaque eius fuerint confiscata, reuocatur donatio, vt imperfecta, & cum cæteris bonis hæretici ad fiscum pertinet, quia Donationes vice legatorum funguntur, *l.3. §. penultimo ff. de bonis libert. cum aliis allegatis per Simanch. Catholicar. institut. tit.9. rubr. de bonis hæreticorum num.9. & 10.* vbi etiam quod si maritus vxori donauerit, & post mortem propter hæresim eius memoria damnata fuerit, reuocabitur donatio, quamuis ea quæ alijs donauerit valeant: non enim hæretici morte donatio inter virum & vxorem confirmatur, *l. cum hic status §. si maritus vxori ff. de donation. inter vir. & vxor.* Qua in re vide Didac. Canter *in suis quæstion. Crimin. rub. de hæreticis cap.1. num.21. vers. Tota ista distinctio,* vbi proponit quæstionem, vtrum donationes factæ inter patrem & filium, virum & vxorem, ante hæresim, quæ morte confirmantur, valeant, si tempore mortis donator erat hæreticus: & sic an isto casu attendatur tempus donationis, vel mortis, arguit pro & contra, & postea concludit, sibi videri verius, attendi debere tempus mortis; & sic quod huiusmodi donationes non valeant, & consequenter transeant in fiscum, & rursus vide eundem Canter. *ibidem num.28.* vbi proponit quæstionem, an donata à viro vxori ante vel post matrimonium veniant in fiscum viro existente hæretico, & concludit quod non, si donatio fuit facta ante crimen hæresis; secus si post: & idem etiam concludit, *num 31.* nisi in donatione fraus interuenerit, quia tunc indistincte huiusmodi bona donata transeunt in fiscum, & demum vide eundem Canteram *ibidem num.26. vers. Ego intelligo,* vbi pariter dixit, quod si maritus, puta ignobilis, vxori nobili dotem fecisset, eadem dos non confiscatur, si tempore promissæ dotis vir non erat hæreticus, secus si tunc hæreticus erat, vide supra *in quæstion.25. num.127. & seq. pluribus.* 12

Amplia VI. † vt in confiscatione bonorum hæreti- 13
ti, veniant etiam iura conditionalia, & propterea si ex contractu conditionali hæreticus sit creditor alicuius in aliqua re, aut pecunia, huiusmodi creditum transit in fiscum, & in ipsum ius implendæ conditionis transmittitur, si conditio sit talis, vt commode per fiscum adimpleri possit, iuribus allegatis per Simanch. *Catholicar. institution. tit. nono rubric. de bonis hæreticorum num.11. & num.62.* vbi hoc limitat non procedere in iuribus conditionalibus ex vltima voluntate, quæ in fiscum non transeunt, si conditio fuerit purificata post condemnationem; quod & ante eum voluit Gabriel. Quemada

*quæst.*10. vbi pariter distinxit inter ius conditionale proueniens ex contractu, & prouenienes ex vltima voluntate, vt primo casu transeat in fiscum, secundo autem casu vide *supra, in quæst.*25.*num.*142.*& seqq.* vbi latè hanc materiam pertractaui, & late etiam eam pertractantem vide Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib.*2.*cap.*15.*numer.*13.*& omnibus seqq. per totam illam quæstionem.*

14 Amplia VII. Vt † propter hæresim filii confiscetur etiam omnia bona materna, tametsi pater eum habeat in potestate, cum eorum proprietas filiifamilias sit, *l.*1.*&* 2.*C.de bonis maternis, cap. cum secundum, de hæreticis, in* 6. per quæ iura sic scriptum reliquit Simanch. *Catholicarum institutionum tit.*9.*rubr. de bonis hæreticorum, numer.*16. licet aliqui contrarium dicant, vt *ibi* per eum.

15 Amplia VIII. Vt † propter patris hæresim confiscetur etiam filii peculium profectitium, dum in eo idem filius non habeat nisi administrationem, pluribus probat Gabriel Quemada *quæst.*19.*nu.*1.*& sequ.* licet in aliis criminibus, quam læsæ maiestatis humanæ, & diuinæ, contrarium & verius esse, & Communiter teneri testetur, refert eum Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.*9.*rubr. de bonis hæreticorum, nu.*17. Vmbert. Locat *post iudicial. inquisitorum, quæst.*18. Didac. Canter *in quæst. criminal. rub. de hæreticis, cap.*1.*num.*36.*&* 37. vbi relatis contrarium tenentibus, hanc probat ampliationem, & *numer.*38. declarat, eam non procedere in præiudicium creditorum patris hæretici, cuius contrarium, ni fallor, firmasse videtur Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.*2.*cap.*16.*num.*20.*& seqq. quæst.*3.*per totam*, vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus, firmataque conclusione, quam probabiliorem testatur, quod propter Patris crimen peculium profectitium non confiscetur, illam postea ampliat procedere etiam in crimine læsæ maiestatis, seu etiam alio crimine, pro quo perdatur patria potestas, & sic videtur etiam de hæresi intellexisse, licet bene admittat, creditores isto casu filiis præferendos esse: verum pro hac octaua ampliatione adde Læl. Zech. *in summa, part.*1. *tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.*11.*num.*16. *Quarto ampliatur.*

16 Sic † & propter hæresim filii, quod vsusfructus patri debitus in bonis profectitiis veniat etiam in confiscatione bonorum, probauit idem Simanch. *Catholicarum institutionum tit.*9.*rubr. de bonis hæreticorum, num.*18. *& num.*80. vbi declarat, quod non publicatur quoad proprietatem, & ita etiam sentire videtur Didac. Cantera *in quæst. criminal. rub. de hæreticis, cap.*1.*num.*39.*in princip.* sic & pariter peculium profectitium, quoad proprietatem, propter filii hæresim non venire in confiscatione bonorum, post alios plures, quos allegat, voluit Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.*2.*cap.*15. *rubric. de confiscatione peculiorum, numer.*16.*& sequentibus*, vide *supra, in quæstione* 24.*numer.*3.*&* 4.*& num.*26.*& sequentibus.*

17 Amplia IX. Quia † filio existente hæretico confiscatur illius peculium Castrense, secundum magis Communem, de qua aliis relatis & reprobatis, contrarium tenentibus, testatur Simanch. *Catholicarum institutionum tit.*9.*rubr. de bonis hæreticorum, nu.*13.*& seqq.* Læl. Zech. *in summa, parte* 1.*tit. de fide rubr. de hæresi, cap.*11.*n.*16. *versic. Sexto ampliatur*, Gabriel. Quemada *quæst.*19.*nu.*7. *&* 8. vbi, quod ita practicaret, si in suo tribunali casus veniret, Repertor. inquisitorum *in verbo, Confiscatio, versic. Item, an propter hæresim confiscetur peculium Castrense*, nec dissentit Vmbert. Locat *post iudicial. inquisitorum, qu.*18. *versic. Sed vt nihil remaneat indecisum*, vbi testatur de veriori opinione, patre autem hæretico existente non cōfiscatur peculium filii Castrense, vel quasi, vt per Didacum Canter. *in quæst. crim. rubr. de hæreticis, nu.*34. & hoc non habet difficultatem, prout bene dixit Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.*2.*cap.*16.*nu.*1.

Sed quod imo Castrense peculium nec etiam confiscari possit propter hæresim filii, dixit communem idē Didacus, vbi *supra, nu.*39. *versic. Quoad peculium Castrense, & num.*40. vbi etiam subdit, quod ab hac negatiua opinione Communi in iudicando & consulendo non esset recedendum, licet contrariam affirmatiuam sententiam veriorem affirmet, & in hac negatiua opinione residere videtur Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.*2.*cap.*15.*num.*3. vide, quæ dixi *supra, quæst.*24.*num.*11.*& seqq.*

Amplia X. Quia † in confiscatione bonorum hæretici veniunt etiam bona & prædia, quæ Ecclesiæ censum soluunt, saluo tamen iure dicti census præstandi Ecclesiæ, ex allegatis per Simanch. *Catholicarum institutionum tit.*9.*rub. de bonis hæreticorum, num.*20. Ioan. Azzor Iesuita *institutionum moralium parte* 1.*libr.*8.*cap.*12.*rubric. de aliis hæreticorum pœnis, quæst.*12. vbi pariter dixit, res censui obligatas fisco deferri, reseruato tamen iure, quod in ea habet Dominus census, ex Simanch. quem allegat, *Catholicarum institutionum tit.*9.*num.*28. vide ad materiam Didac. Canter. *quæst. crimin. rub. de hæreticis, &c. cap.*1.*nu.*47. & Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib.*2. *cap.*19.*nu.*18. 18

Amplia XI. Quia † effectus cōfiscationis bonorum hæretici, ipso iure à lege indictæ, est, vt à die commissi criminis fisco debeantur omnes fructus dictorum bonorum, quod secus esset, si confiscatio non fuisset ipso iure indicta, ex traditis in Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Confiscatio, versic. Secundo, incipien. Item nota, quod quando bona*, generale enim est, quod quando bonorum confiscatio ipso iure à lege imposita est, tunc in ea veniunt fructus à tempore delicti percepti, vt per Archidiacon. *in cap. Felicis, nu.*13.*de pœnis, in* 6.*& ibi* Ioan. Andr. *num.*4. Domin. *in prin. num.*8. Franch. *in §. nullus, num.*3. Tiraquell *in leg. si vnquam, in verbo, Reuertatur, num.*268. *C. de reuocanda donat.* Angel *de malefic. in verbo, Et eius bona publicamus, num.*24. Couarru. *in* 4. *decret. part.*2.*cap.*6.§.8. *num.*8. Ioan. Azzor. *institutionum moralium parte* 1.*libr.*5. *cap.*3.*qu.*5. quos, & alios plures in idem refert & sequitur Thom. Sanchez *libr.*2.*cap.*23.*num.*194.*& seqq.* quem omnino videas bene declarantem, an, & qui fructus veniant in confiscatione bonorum in crimine hæresis, vide, quæ dixi *infra, hac eadem quæst. nu.*80. vbi, an, & qui fructus veniant restituendi à tertio possessore, in quem hæreticus bona sua post contractam hæresim alienauit, quando fiscus alienata reuocat. 19

Amplia XII. Quia † pœna confiscationis bonorum locum habet contra sortilegos, de cuius ampliationis veritate dixi *supra, quæst.*181.*nu.*53. Hic repetere non est necesse. 20

Amplia XIII. Vt † deficientis se purgare, bona, quando vt hæreticus condemnatur, etiam confiscētur, imo isto casu confiscatio intret ipso iure, ex allegatis per Vmbert. Locat. *post iudicial. inquisitorum, quæst.*15. vbi tamen, quod isto casu bona dicuntur confiscata ipso iure à die confiscationis, propter deficientiam in purgatione, non autem à die, quo testes deposuerunt super hæresi, propter quam indicta fuit purgatio, & dixi hac de re *infra, hac eadem quæst. nu.*73. Et vide additionem *in fine huius quæstionis.* 21

Limita I. Propositam † regulam, quia etsi hæreticorum bona ipso iure confiscata sint, non tamen in foro cōscientiæ hæreticus tenetur illa restituere seu offerre fisco, secundum crebriorem, æquiorem & veriorem opinionem, quam pluribus defendit, & sic testatur Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.*9.*rub. de bonis hæreticorum, num.*257.*& sequentibus pluribus, vsque ad nu.*252. vbi latissime proponit contraria, & illis respondet, reprobato Alphonso de Castro *in loco per eum relato*, quem etiam reprobat Ioan. à Rojas *singular.*26.*numer.*5.*&* 6, 22

vbi testatur de Communi, & in idem allegat etiam Dominicum de Soto *in tract. de iustitia & iure, libr. 1. quæst. 6. art. 6.* & hanc eandem sententiam, relatis concordantibus, & reprobatis contrarium tenentibus, defendit, verioremque & tutiorem affirmat Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 100. Commentar. 158. versic. Grauis tamen est difficultas, & sequentibus, folio mihi 656. col. 1. & 2.* Anton. Gomez. *de delictis, cap. 2. rubr. de crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ, nu. 5.* vbi relatis Doctoribus hinc inde contrarium tenentibus, in hac & ipse residere videtur sententia, licet postea subdat, quod si hæreticus bona ipso iure confiscata alienaret titulo oneroso, non esset immunis à peccato, ex eo, quod possessor maximo damno afficeretur dictis bonis postea confiscatis, de quo particulariter dixi *infra, hac eadem quæstione, num. 82.* Didac. Cantera *in quæstion. criminal. rubric. de hæreticis, &c. capit. 1. num. 16.* vbi testatur de veriori opinione, pro qua adde etiam Gregorium de Valentia *ad Thom. 2. 2. quæst. 11. artic. 3. versic. Nunc quod attinet, & sequentibus,* vbi testatur de veriori & communiori sententia, & late differentem Ioann. Azzor. Iesuitam *institutionum moralium parte 1. lib. 5. capit. 7. quæst. 3.* vbi relata contraria Doctorum sententia, eiusque rationibus & argumentis confutatis, hanc substinet limitationem, vti iuri communi magis consentaneam, & mitiorem, siue hæreticus sit occultus, siue etiam notorius, & idem repetit *lib. 8. capit. 12. in 3. 4. & 5. quæstione,* vbi ampliat, hanc limitationem procedere, vt non solum hæreticus in foro conscientiæ non teneatur fisco bona sua tradere, antequam sit condemnatus, sed nec etiam post condemnationem, immo etiamsi fuerit absolutus, eo, quia crimen, quod verè commisit, negauit, & non fuit probatum, Thom. Sanchez. *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 22. num. 6. & seqq. quæst. 2. per totam,* vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus, eorumque rationibus, hanc sententiam, quam longe probabiliorem testatur, amplexus, eam ampliat pluribus aliis modis, quos *ibi* per eum videas, cũ exactè huius limitationis materiam pertractet. Adde pro hac prima limitatione Bannes *ad Diu. Thomam, 2. 2. quæst. 12. artic. 2. versic. Tertium argumentum, & seqq.* vbi pluribus eam probat, Iacob. de Graffiis *lib. 2. suarum decisionum, cap. 11. nu. 1. & seqq.* vbi testatur, quod ita Communiter Doctores asserunt, & *n. 40.* vbi ampliat, quod nec etiam sequuta sententia condemnatoria, vel declaratoria, tenetur quis bona sua confiscata in foro conscientiæ fisco offerre, cum nemo teneatur, sententiam contra se latam exequutioni mandare.

23 LIMITA II. Vt † occulti hæretici bona non confiscentur, ex plene deductis per Henric. Boich. *in capit. Vergentis, numer. 1. versic. Aut sunt occulti, extra, de hæreticis,* & licet, quod imo occulti hæretici bona ipso iure sint confiscata, voluerit Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Confiscatio, in princip. versic. Et etiam licet crimen sit occultum,* eius tamen dictum intelligendum est, si hæresis probetur, alias secus, & ita etiam intelligendus est Arnald. Albertin. *in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæstion. 33. num. 27. & num. 29.* vbi pariter dixit, occulti hæretici bona ipso iure esse confiscata, & eorum dominium ipso iure amitti. Vide ad præmissa, quæ mox dixi *supra, in præcedente limitatione,* vbi videtur eadem materia, ad quam adde Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 109. Commentar. 158. versic. Et præfata sententia, & sequentib. folio mihi 656. col. 2.* vbi dixit, quod occultus hæreticus, siue mentalis solum, quia sola cogitatione hæresim animo retinet, nec vllis signis exterioribus eam profert, siue etiam per exteriora signa hæresim manifestauerit, nemo tamen viderit, aut audiuerit, non tenetur vllo pacto bona ipso iure confiscata fisco restituere, & idem concludit de hæretico emendato ex sola fraterna admonitione, Didac. Cantera *in quæst. criminal. rubr. de hæreticis, &c. cap. 1. num. 18.* vbi, licet multa dicat, concludere tamen videtur, quod hæreticus occultus, cuius hæresis probata non fuit, non priuatur dominio rerum suarum, & propterea potest easdem res suas alienare, Thomas Sanchez Iesuita *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 8. num. 1. versic. Et quamuis,* vbi, quod hæreticus occultus ipso iure incurrit pœnam confiscationis bonorum, ex Surdo, Peregrino, & Menochio, *in locis per eum relatis, & num. 6. versic. At vtrum,* videtur requirere ad hoc, vt occulti hæretici bona confiscari possint, vt non sit sola hæresis mentalis, sed quod etiam sit perducta ad aliquos exteriores actus, & ad effectum reuocandi donationes factas ab hæretico occulto, quod etiam sit necesse, quod fuerit deuentum ad aliquem actum exteriorem, scripsit idem Thomas Sanchez *vbi supra, cap. 22. nu. 34.*

LIMITA III. Quia † in confiscatione bonorum hæretici non venit ius patronatus in præiudicium filiorum, quod, an verum sit, & quando, vide late per Ioan. de Anania *in cap. Vergentis, num. 5. 6. & 7. extra, de hæreticis,* & in specie, an Clericus hæreticus amittat ius patronatus, vide Simanch. *Catholicarum Institutionum tit. 46. rub. de pœnis, num. 63.* vbi tenet, quod sic ex Lambertin. Gomes. & Bruno *in locis per eum relatis, & cap. 9. rubr. de bonis hæreticorum, num. 95. & seqq.* vbi dixit, quod licet de iure ius patronatus Ecclesiasticum transeat de sua natura etiam ad hæredes extraneos, & sic ad fiscum, vsus tamen obtinuit, vt non publicetur, sed Ecclesia libertatem consequatur, sicut liberantur alii, qui de iure dominii & obsequii hæretico erant astricti, Vmbert. Locat. *post iudicial. inquisitorum, quæst. 7.* vbi relatis Doctoribus hinc inde contrarium tenentibus distinguit, quod viuente condemnato fiscus habet ius præsentandi, & veniente casu vacationis beneficii patronalis, sicut præsentare potuisset condemnatus ante cõdemnationem, mortuo autem condemnato hæretico, tale ius non erit amplius apud fiscum, sed transibit in descendentes condemnati, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, parte 3. quæst. 112. Commentar. 161. versic. final. folio mihi 722. colum. 1.* vbi remissiue allegat Doctores tractantes, an & quando ius patronatus Ecclesiasticum in bonis hæretici publicatis repertum, ad fiscum pertineat, Ioan. à Rojas *singular. 117. num. 4.* vbi, quod si hæreticus habebat ius patronatus Ecclesiasticum, illud remanet penes Ecclesiam, & sic Ecclesia remanet libera, Ioan. Azzor Iesuita *institutionum moralium parte prima, libr. 8. cap. 12. rubr. de aliis hæreticorum pœnis, quæstion. 9.* vbi refert & sequitur dicta per Simanch. *in loco præallegato,* Didac. Cantera *in quæstion. criminal. rubr. de hæreticis, &c. capit. 1. num. 49. & 50.* quem bene loquentem videas in materia, vide *supra, quæst. 85. numer. 151. & sequentibus,* vbi iterum dixi hac de re, & vide demum ad hanc eandem materiam Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr. 2. capit. 19.* ex cuius dictis elici possunt infrascriptæ conclusiones: *Prima* est, quod ius patronatus non transitorium ad extraneos hæredes confiscari à nullo iudice potest, vt *ibi* per eum, *nu. 2.* Transitorium autem ad extraneos hæredes confiscari potest à iudice Ecclesiastico, *num. 3.* secus à iudice laico, *num. 4. & num. 11.* *Secunda* est conclusio, quod etiam iudex laicus potest confiscare ius patronatus transitorium ad extraneos nõ principaliter, vt puta dicendo: *Publico omnia bona talis & ius patronatus,* sed accessoriè dicendo puta: *Publico omnia bona vna cum iure patronatus,* vt *ibi* per eum, *dicto num. 11. 12. & 13.* *Tertia* est conclusio, quod in generali confiscatione bonorum, in qua non est facta expressa mentio iuris patronatus, quando illud est transitorium ad extraneos hæredes,

continetur etiam ius patronatus, & si confiscatio sit facta à iudice laico, ex allegatis *ibi* per eum, *num.* 10. quibus tamen non consentiunt per eundem allegati *ibid. num.* 5. cum quibus & ego etiam pertransiui *supra, quæst.* 25. *nu.* 151. *& seqq.* quod & iterum confirmo. *Quarta* est conclusio, quod licet iudex secularis non possit confiscare ius patronatus, integrum tamen est, iudici Ecclesiastico post sententiam iudicis secularis illud confiscare in fauorem Ecclesię, ex allegatis *ibi* per eundem Sanchez *num.* 7. quibus tamen non assentior *in dict. quæst.* 25. *nu.* 152. *versic. Si vero confiscatio bonorum sit de iure communi, & sequ. Quinta* est conclusio, quod ius patronatus nunquam venit in confiscatione bonorum, nisi illa esset vniuersalis, secus, si solum essent confiscata bona mobilia & immobilia, quia eorum appellatione non venit ius patronatus, *ibidem nu.* 14. *Sexta* est conclusio, vt nec in confiscatione bonorum veniat ius patronatus, quãdo in illius fundatione expressum esset id, vt agnati, aut certæ conditionis personæ succedere debeant, ex allegatis *ibi* per eum, *nu.* 15. *Septima* & vltima est conclusio, quod quoties ius patronatus publicatur, illius exercitum non transit in fiscum, nec in delinquentes hæredes, sed illo iure extincto, Ecclesia remanet libera sub potestate Episcopi, vt *ibi* per eum, *nu.* 16. *&* 17. vbi hanc vltimam conclusionem declarat duobus modis, declarationes *ibi* videas.

25 LIMITA IV. In † bonis futuris, & acquisitis ab hæretico post condemnationem, quæ in confiscatione bonorum minime veniũt, ex allegatis per Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.* 9. *rubr. de bonis hæreticorum, num.* 61. *& in Enchiridion violatæ religionis, titul.* 56. *num.* 5. Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Bona, versic. Sed bonorum publicatio, & versic. Nota, quod bona*, vbi dixit, quod bona futura non veniunt in confiscatione, nisi dicatur, sed quod fiscus ea postea aufert, tanquam ab indigno, & *in verbo, Confiscatio, versicul. final.* vbi pariter concludit, quod confiscatione bonorum non veniunt bona futura, Bursat. *consil.* 43. *num.* 40. *&* 41. Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Publicatio, num.* 5. Lælius Zecchius *in summa, parte* 1. *tit. de fide, rubric. de hæresi, capit.* 11. *num.* 16. *in prima fallentia*, Baiard. *in additionibus ad Clarum, in §. Hæresis, num.* 19. vbi dixit, quod bona acquisita per hęreticum à die commissi delicti citra vsque ad sententiam, non veniunt in confiscatione bonorum, sed ea tantum, quæ tempore delicti possideret, & testatur de Communi, ex Bursato, quem allegat *in consil.* 14. *num.* 28. *libr.* 1. vbi alii referuntur concordantes, & *consil.* 43. *num.* 4. *& num.* 41. Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.* 2. *cap.* 14. *nu.* 7. *seqq.* vbi aliis relatis concordantibus, & contrarium tenẽtibus reprobatis, ampliat hanc limitationem, vt procedat etiam in bonis acquisitis post delictum, licet ante sententiam, proponit contraria, & illis respondet, vide *supra, in quæst.* 25. *num.* 138. *& seqq.*

26 LIMITA V. In † suspecto de hæresi, cui non confiscantur bona, confiscatio enim bonorum hæretici non habet locum, nisi in hæretico confesso, vel legitime cõuicto, Tabien. *in summa, in verbo, Hæreticus, nu.* 5. *ad finem, versic. Et aduertenda*, Repert. inquisitorum, *in verbo, Confiscatio, versic. Item sciendum, quod ista pœna, & vers. Actis, quia tunc*, Vmbert. Locat. *in iudicali inquisitorum, in verbo, Bona hæreticorum, nu.* 1. *in fine, versic. Et aduerte*, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.* 25. *num.* 1. *& cap.* 28. *nu.* 3. *& cap.* 18. *num.* 5. *in fine*, Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz. in pract. crimin. canon. cap.* 116. *num.* 12. *in fine, versic. Sexto erit etiam memoriæ condemnandum*, vbi propterea infert, quod excommunicato perseueranti per annum in excommunicatione, ex quo solùm est de hæresi suspectus, bona non publicantur, Didac. Cantera *in quæstion. criminal. rubr. de hæreticis, cap.* 1. *nu.* 54.

LIMITA VI. Quia † propter patris hæresim non confiscatur filii peculium aduentitium, nec quod ad proprietatem, quæ est filii, nec quoad vsumfructum viuente patre, eò, quod propter patris hæresim filius liberatur à patria potestate, relatis contrarium tenentibus concludit Gabriel Quemada *quæst.* 19. *num.* 4. *& sequentibus*, Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.* 9. *rub. de bonis hæreticorum, num.* 81. Nec dissentit Vmbert. Locat. *post iudicial. inquisitorum, quæst.* 18. *versic. Sed in aduentitio*, Didac. Cantera *in quæst. criminal. rubr. de hæreticis, capit.* 1. *num.* 34. *&* 35. vbi etiam, quod si pater hæreticus pœnitens fuerit Ecclesiæ reconciliatus, Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.* 2. *cap.* 16. *num.* 18. vbi aliorum relatis opinionibus in hac residet sententia, & pro ea alios plures refert concordantes, vide *supra, in quæst.* 24. *nu.* 9. *& sequentibus*, & quid propter hæresim filii, vide etiam supradictam *quæstion.* 24. *num.* 5. *& sequentibus*, & Didacum Canteram *vbi supra, dict. cap.* 1. *num.* 39. *versic. Aut loquimur quoad peculium aduentitium*, Thomam Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.* 2. *cap.* 15. *rubr. de confiscatione peculiorum, num.* 6. *& seqq.* vbi aliis relatis contrarium tenentibus, videtur residere in hac sententia, quàm dicit probabiliorem, quod scilicet ob patris crimen non publicetur filii peculium aduentitium, nec quoad vsumfructum, nec quoad proprietatem, proponit contraria, & illis respondet, quibus addo etiam Ioan. Azzor. Iesuitam *institutionum moralium parte* 1. *lib.* 8. *cap.* 12. *rubr. de aliis hæreticorum pœnis, quæst.* 15. vbi concludit, aduentitium peculium non confiscari in præiudicium filii propter paternam hæresim, nec etiam in præiudicium patris propter hæresim filii, & hanc dicit probabiliorem sententiam. 27

LIMITA VII. Quia † fiscus ex bonis hæretici confiscatis soluere debet debita per ipsum contracta, ex allegatis per Lælium Zecchium *in summa, tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.* 11. *nu.* 16. *in* 7. *fallentia*, intellige de debitis contractis ante delictum, vt per Iacob. de Graffiis *libr.* 2. *suarum decisionum, cap.* 11. *num.* 28. & præsertim mutuatam pecuniam ab aliquo bona fide, & ignorante, illum, cui pecuniãs mutuauit, esse hæreticũ, quod quando verum sit, & de materia, vide Simanch *Catholicarum institutionum tit.* 9. *rub. de bonis hæreticorum, num.* 35. vbi loquitur, quando hæreticus occultus ex pecunia mutuatã vestiuit & aluit se, & suam familiam, & *num.* 36. vbi loquitur, quando ex pecunia mutuata fecerit aliquod ædificium nouum, aut ruens refecerit, & *num.* 37. vbi, quando pecunia mutuata fuit impensa in res necessarias, & vtiles, quamuis postea casu perierint, & *num.* 43. *& sequentibus*, vbi ponit, an, & quando censeatur probatum, mutuatam pecuniam in hæretici vtilitatem fuisse impẽsam, & an mutuans hoc teneatur probare, & quomodo, ponitur hæc materia exactissime, generaliter, & particulariter per eundem Simancham *in loco præallegato, vsque ad numerum* 57. & *in Enchiridion violatæ religionis, tit.* 56. *num.* 7. vbi ponit regulam, quod fiscus ex bonis publicatis tenetur soluere creditoribus omne id, quod antequam in errores incideret, eis debebat hæreticus, & nos alibi diximus *in quæstionibus ciuilibus*, quibus adde eundem Simancham *vbi supra, numer.* 65. vbi pariter fiscus tenetur restituere depositum, seu commodatum, inter hæretici bona repertum, & etiam rem conductam, & *nu.* 120. vbi facit generalem conclusionem, quod fiscus tenetur soluere creditoribus existentibus ante incursam hæresim, & *numer.* 121. *& sequenti*, vbi ampliat Didacus Cantera *in quæstion. criminal. rubric. de hæreticis, &c. cap.* 1. *num.* 21. vbi & ipse facit generalem conclusionem, quod fiscus tenetur satisfacere creditoribus pro debitis contractis ab hæretico ante hæresim, secus pro debitis contractis post incursam hæresim, & ibi etiam declarat, an in dubio præsumatur, de- 28

bita

ta fuisse contracta ante contractam hæresim, vel post, & quis debeat hoc probare, & concludit, debere probari per opponentem; Sed verius credo, hoc esse onus fisci, cum in dubio quis non præsumatur hæreticus, nisi probetur, quod & idem contra Canteram voluit Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 22. nu. 77.* præmissa prius conclusione, *ibidem num. 74. & sequentibus*, quod fiscus tenetur soluere omnia debita contracta ab hæretico ante delictum, etiam illa, in quibus naturaliter tantum obligatus est: debita autem contracta post delictum soluere non tenetur, nisi quatenus cesserint in hæretici vtilitatem, Læl. Zech *in summa, part. 1. tit. de fide, rubric. de hæresi, cap. 11. num. 16. in 7. ampliatione, versic. Quintum fallit*, vbi pariter & ipse dixit, fiscum soluere debere pecuniam mutuatam hæretico ab ignorante, eum esse hæreticum, & quod ignorantia probatur coniecturis, addo etiam Gabriel. Quemada *quæst. 7. num. 6. & sequ.* vbi particulariter ponit, an fiscus teneatur ad debita per hæreticum contracta ex causa necessaria, vt puta pro victu, pro vestitu, pro medicinis, & similibus, & videtur concludere sic quod secundum æquiorem opinionem, licet de iure dicat, contrariam esse veriorem, Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium parte 1. libr. 5. cap. 7. sub 8. quæstione*, vbi & ipse bene declarat debita, ad quæ fiscus teneatur de bonis hæretico confiscatis creditoribus soluere, Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 22. num. 70.* vbi & ipse pariter proponit plura exempla, in quibus mutuum dicitur versum in vtilitatē mutuarii hæretici, ad effectum, vt fiscus illud soluere teneatur mutuanti, & *nu. 72.* facit conclusionem, quod mutuanti incumbit onus probandi, mutuatas pecunias fuisse versas in vtilitatem mutuarii, licet bene subdat, hoc probari per coniecturas, de quibus *ibi* per eum, & *num. 71.* pariter declarat, quid si res necessariæ, seu vtiles emptæ ex mutuo facto hæretico postea perierint, dicitque, adhuc fiscum teneri mutuum mutuanti restituere, secundum Simanc. *in loco præallegato*, & Ioan. Azzor. *institutionum moralium parte 1. libr. 5. cap. 7. quæst. vltima, ad finem, vide supra, quæst. 25. num. 169. & sequentibus*, vbi latius ad hanc materiam explicaui.

29 AMPLIA † præcedentem septimam limitationem, quia si fiscus succedens hæretico in bonis suis confiscatis, non soluerit creditoribus hæretici sua debita, hæreticus pœnitens, & ad misericordiam admissus, etiam quod ad pinguiorem fortunam deuenerit, non tenetur dictis creditoribus amplius satisfacere, sed per subsequutam confiscationem suorum bonorum censetur liberatus, quando bona, quæ ad fiscum peruenerunt, erunt sufficientia ad solutionem suorum debitorum, secus, si non sufficerent, quia in eo, in quo non sufficiebant, remanet obligatus, Gabriel Quemada *quæst. 20.* & dixi *supra, dict. quæst. 25. nu. 177.* vbi vide.

ARGVMENTVM.

Domus, in qua hæretici conueniunt, & in qua se retrahunt, & recipiuntur, nunquid confiscentur, an vero funditus destruatur, & quando.

SVMMARIA.

Domus, in qua fiunt congregationes hæreticorum, destruitur absque spe, quod vlterius reædificetur, nu. 30. licet alij dixerint, quod non destruatur, sed confiscetur, nu. 31.

Forma sententiæ super destructione talis domus, dicto num. 31. in fine, versic. De forma autem domus, in qua inuentus fuit hæreticus, destruitur, nu. 32.

Domus, in qua illius dominus prohibuit intrare curiam ad perquirendum & capiendum hæreticum, destruitur, etiam quod ibi non esset hæreticus, ibid.

Domus contiguæ, & appenditiæ domui, in qua hæreticus inuentus est, si fuerint eiusdem Domini, etiam destruuntur, nu. 33.

Domus, quando destruitur ex eo, quod hæreticus ibi inuētus fuerit, bona ibidem existentia fiunt capientium hæreticum, n. 34.

Dominus domus, in qua hæreticus inuētus fuit, vltra destructionem domus incurrit infamiam, & pœna pecuniaria punitur, nu. 35.

Domus destructa nullo vnquam tempore præscribitur, nu. 36.

Domus, in qua fiunt congregationes hæreticorum, destruitur, & non confiscatur, etiam quod fuerit propria alicuius hæretici, nu. 37.

Lapides & rudimenta domus destructæ fisco applicantur, nu. 38.

Procurator Domini domus, in qua fiunt congregationes hæreticorum, siue conductor, accommodantes domum hæreticis, puniuntur, nu. 39.

Domus, in qua fiunt congregationes hæreticorum, vel vbi hæreticus inuentus est, nō destruitur, quando eiusdem domus Dominus est ignorans, & innocens, nu. 40. & 41. vbi etiam, an ista ignorantia præsumatur, & quomodo probetur.

Domus, in qua hæreticus inuentus est, non destruitur, quando illius Dominus hæreticum curiæ reuelauit, nu. 42.

QVÆST. CXC. §. II.

REGVLA † fit, quod domus, in qua hæretici conueniunt, faciuntq; eorum conuenticulas, & congregationes, prædicant, & alia similia, destruitur, nullo vnquam tempore reædificanda, voluit Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubric. de pœnis hæreticorum, filiorum, & nepotum, num. 6. & in rubr. de pœnis receptatorum, etiam num. 6. & 7.* vbi ampliat etiam in domibus appendicibus ad domum, in qua hæreticalia exercebantur, & *num. 8.* vbi etiam ampliat ad domum, in qua hæreticus fuit exemptus ex manibus Curiæ, Repertor. inquisitorum *in verbo, Confiscatio, versic. An quando domus, & in verbo, Domus, versic. Secundo*, vbi ampliat etiam ad illam domū, in qua hæreticus se retraxit, ne à curia caperetur, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 39. nu. 4.* & *ibi* Campeg. *in addition. lit. A.* Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 43. Comment. 92. in fine*, vbi ex pluribus Conciliis & Cōstitutionibus docet, domum, in qua conuenticulam celebrarunt, funditus dirui debere, & solo æquari, sine vlla spe illam reædificandi, *folio mihi 621. col. 1. & 2.* & extat Constitutio Frederici Imperatoris, *incip. Catharos, in fine*, vbi dicitur, quod domus hæreticorum receptatorum, defensorum, in quibus docuerint, vel manus imposuerint, nullo vnquam tempore restituendæ destruantur. 30

De forma autem sententiæ super destructione domus, vide Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 41. post num. 5. & seqq.* & Franciscum Pegnam *in loco præallegato*, vbi etiam ponit, quomodo post sententiam ad hanc deuastationem & destructionem deueniri debeat.

Contrarium, quod † talis domus non destruatur, sed fisco applicetur, videtur text. *in leg. 3. C. de hæret.* vbi dicitur: *Cuncti hæretici procul dubio docuerint omnia sibi loca adimenda*; Et infra, *Siue in priuatis ædibus, vel locis huiusmodi cœtibus copiam præbere videantur, his ædibus vel locis priuatis Ecclesiæ Catholicæ vendicandis*, & ibi Glossa, & Communiter Doctores, est etiam textus *in leg. Arriani, §. cunctis, versic. Siue priuatis ædificiis*; & *in leg. quicunque*; §. *vniuersi, versic. Quid si fecerint, & in leg. hæretici, la 3. in princip. C. eodem*, Azzo *in summa, rubr. de hæreticis, num. 10. versic. Item in aliquem locum*, Hostiens. *in eadem summa, de hæreticis, §. quæ pœna feriatur, num. 8. versicul. In nullo autem loco*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 46. de pœnis; num. 88. 89. & 90.* & *in Enchiridion violat. religion. tit. 67. eadem rub. de pœnis, nu. 13.* vbi, quod olim domus, in qua hæreticorum conuenticula fiebant, fisco vendicabatur, sed postea posterioribus legibus Ecclesiæ Catholicæ iudicatur, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 44. n. 13. & c. 51. nu. 50.* vbi 31

vbi, quod domus, in qua hæretici conueniunt, applicanda est Ecclesiæ, & *nu.* 79. *in fine*, vbi de confiscatione domus, in qua hæretici receptantur, Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis, nu.* 22.

32 AMPLIA I. Vt † destruenda sit domus, non solum illa, in qua hæretici solent conuenire, conciones & cõgregationes facere, prout in regula, sed etiam omnis alia domus, in quam illius dominus prohibuit ingredi curiam, ad ibi perquirẽdum & capiendum hæreticum, etiam quod hæreticus ibi non esset, & multo magis destruenda est illa domus, in qua hæreticus inuentus; Sic enim statutum video in Constitutione Innocentii IV. *incipien. Ad extirpanda, in versicul. Quicumque autem hæreticum*, & *in versic. Domus autem*, registrata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas post Director. Inquisitor. *folio mihi* 7. extat in idem & alia Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1259. pariter incip. *Ad extirpanda*, relata per eundem Franc. Pegnam, vbi *supra*, inter literas Apostolicas, post eundem Direct. Inquisitor. *fol. mihi* 41. *vers. Domus autem*; item & alia Constitutio Clementis IV. edita de anno 1265. *incip. Ad extirpanda*, registrata per eundem Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, vbi *supra. fol. mihi* 61. & *seqq. in vers. Et domus illa, & vers. Domus autem*, in qua confirmantur Constitutiones prædictæ Innocentii IV. Alexandri IV. earundemq; constitutionum verba referuntur, pluribus docet Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part.* 3. *quæst.* 45. *nu.* 92. *in fin. fol. mihi* 621. *col.* 2.

33 AMPLIA II. Vt † non solum destruenda sit domus, in qua hæreticus inuentus est, vel in quam Dominus domus prohibuit ingredi curiam ad perquirẽdum & capiendum hæreticum, sed etiam aliæ domus contiguæ, & appẽdices, si fuerint eiusdem domini, ex eadem Cõstitutione Innocentii IV. *incip. Ad extirpanda*, edita de anno 1252. & relata per Pegn. inter literas Apostolicas post Director. inquisit. *fol. mihi* 10. *vers. Domus autem*, quod etiam confirmauit idem Innocentius IV. in alia Constitutione, edita de anno 1255. *incip. Cum in constitutionibus*, pariter relata per eundem Pegn. vbi *supra*, inter literas Apostolicas, post Direct. inquisitor. *folio mihi* 23. *in fine*, & Alexander IV. in alia Constitutione, *incip. Felicis recordationis*, edita de anno 1257. & relata per Pegnam inter literas Apostolicas, vbi *supra, folio mihi* 27. *in versic. Quartum vero dubitationis capitulum*, idem Alexander IV. in alia Constitutione, edita de anno 1259. pariter *incip. Ad extirpanda*; registrata per eundem Pegnam inter literas Apostolicas, vbi *supra*, post Director. inquisitor *folio mihi* 41. *versic. Et si Dominus*, & Clementis IV. in alia Constitutione, edita de anno 1265. pariter *incip. Ad extirpanda*, relata per eundem Franciscum Pegnam, vbi *supra, fol. mihi* 64. *versic. Domus autem.*

34 AMPLIA III. Vt † bona, quæ fuerint inuenta in domo, vbi hæreticus inuentus est, vel in quam Dominus domus prohibuit, ne Curia ingrederetur ad perquirendum & capiendum hæreticum, etiam quod hæreticus ibi non adesset, fiant capientium, nisi capientes sint publici officiales, ex Innocentio IV. in dicta Constitutione, *incip. Ad extirpanda*, edita de anno 1252. *versic. Quicumque autem hæreticum*, & *versic. Domus autem*, relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, post Director. inquisitorum, *folio mihi* 9. & 10. quæ quidem Innocentii Constitutio fuit postea confirmata ab Alexandro IV. de anno 1257. in Constitution. *incip. Felicis recordationis*, pariter relata per Franciscum Pegnam inter dictas literas Apostolicas, vbi *supra*, post Director. Inquisitorum, *folio mihi* 27. *versic. Bona vero*; vbi tamen subdit, bona in istis domibus inuenta debere publicari, nisi legitime constiterit per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, ipsa bona esse aliarum personarũ, quam Dominorum earundem domorum. Ad idem extat alia Constitutio eiusdem Alexandri IV. edita de anno 1259. pariter incipien. *Ad extirpanda*, registrata per eundem Franciscum Pegnam, vbi *supra*, inter easdem literas Apostolicas, post Directorium inquisitorum. *folio mihi* 41. *versic. Et si Dominus*, & prædictæ Constitutiones Alexandri IV. & Innocentii IV. fuerint pariter cõfirmatæ à Clemente IV. de anno 1265. in sua Constitutione pariter incipien. *Ad extirpanda*, relata per eundem Francis. Pegnam inter dictas literas Apostolicas, vbi *supra, folio mihi* 63. *versic. Et bona, & versic. Domus autem*, vbi pariter statuitur, bona in istis domibus inuenta fieri capientium, vel inquirentium, *Nisi forte legitimè constiterit per testes fide dignos & exceptione maiores, ipsa bona esse aliarum personarum, quam Domini domus eiusdem.*

AMPLIA IV. Vt † dominus domus, in qua hæreticus inuentus fuit, vel etiam, in quam idem dominus prohibuit curiam intrare, ad effectum inquirendi & capiendi hæreticum, perpetuam infamiæ notam incurrat, & amplius quinquaginta librarum Imperialium pœna afficiatur, quam si non soluerit, in perpetuum carcerem detruditur, ex Innocentio IV. in sua Constitutione, *incip. Ad extirpanda*, edita de anno 1252. *in versic. Domus autem, folio mihi* 10. registrata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, post Director. inquisitorum; Extat & alia Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1259. similiter incip. *Ad extirpanda*, relata per eundem Franciscum Pegnam, vbi *supra, fol. mihi* 41. *versic. Et si Dominus item*, & etiam alia Constitutio Clementis IV. edita de anno 1265. pariter *incip. Ad extirpanda*, relata etiam per eundem Pegnam inter easdem literas Apostolicas, vbi *supra*, post Director. Inquisitorum *folio mihi* 64. *versic. Et insuper Dominus.* 35

AMPLIA V. Quia, † quando domus hæreticorum destruitur, nullo vnquam tempore reædificanda, tunc neq; etiam ab aliquo ex longa quauis possessione præscribi potest, & vt in Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Præscriptio, versic. Sed pone, quod domus*, vbi tamen subdit; Inquisitores asserere, se ex Apostolicis priuilegiis habere auctoritatem concedendi Catholicis hæredibus licentiam claudendi cum sepibus & cum muris, terrena, in quibus iacebat domus destructa & in illis faciendi scalas, porticus, & domum, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.* 40. *nu.* 5. & *seqq.* vbi idem dicit; Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 44. *nu.* 13. *vbi de eadem re.* 36

AMPLIA VI. Quia † licet in hac contrarietate Doctorum relatorum *supra, hac eadem quæst. nu.* 30. & 31. aliqui distinxerint inter domum hæretici, & domum alienam, vt primo casu intret confiscatio, secundo autem casu intret destructio, vt in Repertor. Inquisitor. *in verbo, Domus, versic. Item eo casu, in fine*, & per Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 46. *rub. de pœnis. num.* 91. verius tamen est vtroque casu, siue domus fuerit committentis hæresim, siue scientis in ea hæresim committi, illam omnino destruendam, vt in eodem Repert. Inquisitor. *in dict. verbo, Domus, vers. Secundo*, imo secũdum Simanch. *vbi supra, Catholicarum institutionum dict. tit.* 46. *eadem rub. de pœnis, dict. nu.* 91. quandoque etiam diruitur domus aliena restituto pretio domino ignoranti, cum id expedire videbitur ad publicam vtilitatem, & aliorum terrorem, & *in Enchiridion violatæ religion. tit.* 67. *eadem rubr. de pœnis, nu.* 14. Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.* 39. vbi pariter reprobat distinctionem prædictam, præterquam in casu, in quo dominus domus esset ignorans eorum, quę per hęreticos in eius domo committuntur, & *nu.* 7. particulariter testatur de generali consuetudine officii S. Inquisit. & *ibi* Campeg. *in additionibus, lit. A. in verbo, Est penitus destruenda.* 37

Bene † verum est, quod lapides & rudimenta destructæ domus, applicantur fisco, ad quem pertinet confiscatio bonorum hæretici, vt in Repertor. inquisitor. *in* 38

verbo,

verbo, Confiscatio, vers. An, quando domus, & in verbo, Domus, versic. Secundo, & versic. Item eo casu, Vmbert. Locat. in iudicial. inquisitorum, in verbo, Domus haeretici, num. 1. & 2. Zanchin. in tract. de haereticis, cap. 39. nu. 5.

39 LIMITA I. Propositam † regulam, quia si procurator Domini domus, seu dictae domus conductor, scienter domum haereticis accommodauit, domus non destruitur, sed ipse procurator vel conductor punitur, aut poena pecuniaria, aut exilii, aut verberum, iuxta conditionem personarum, prout bene declarat Text. in dicta leg. Arriani, §. cunctis, versic. Siue de priuatis aedificiis, & ibi Butrigar. in princip. C. de haereticis, Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 51. nu. 50.

40 LIMITA II. Regulam † procedere in domino domus sciente & consentiente, &c. aut scire debente, & non curante scire, secus eo ignorante, prout est textus in leg. Arriani, §. cunctis, vers. Si de priuatis aedificiis, & ibi Butrigar. in princip. & in leg. quicunque, §. vniuersi, versic. Si vero ignorante domino, & ibi praesertim Salycet. nu. 1. in fine, versic. Item nota textum, C. de haereticis, Azzor. in summa, rubric. de haereticis, num. 10. versic. Si autem dominus fuerit ignorans, Hostiens. in eadem summa, de haereticis, §. qua poena puniatur, nu. 8. versic. Quod si Domini ignorent, Ioan. Calderin. in tractat. de haereticis, rubr. de poenis receptatorum, num. 6. 7. & 8. in discursu, Repertor. Inquisitorum in verbo, Domus, vers. Secundo, Vmber. Locat. in iudiciali inquisitorum, in verbo, Domus haeretici, nu. 1. & 2. Zanchin. in tract. de haereticis, cap. 39. nu. 2. & nu. 4. in fine, & extat Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1257. incip. Felicis recordationis, & relata per Franc. Pegnam inter literas Apostolicas post Director. Inquisitorum. folio mihi 27.

41 SVBLIMITA † praecedentem secundam limitationem, vt ignorantia & innocentia Domini domus non praesumatur, & ideo per eum non solum probanda est, sed etiam probanda manifeste, & per testes omni exceptione maiores, vt per Ioan. Calderin. in tract. de haeretic. rubr. de poenis receptatorum, num. 6. & sequentibus, in discursu, & extat Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1257. incipien. Felicis recordationis, relata per Pegnam inter literas Apostolicas, post Director. Inquisitor. folio mihi 27. in illis verbis: Nisi legitime constiterit, praedictarum domorum dominos penitus innocentes, & prorsus inculpabiles extitisse, & eiusdem Alexandri IV. extat etiam alia Constitutio, edita de anno 1259. registrata per eundem Franciscum Pegnam inter easdem literas Apostolicas vbi supra, folio mihi 42. versic. Quae autem, vbi expresse statuitur, ignorantiam & innocentiam Domini domus esse legitime probandam per testes fide dignos, & omni exceptione maiores; Quae quidem constitutiones Alexandri IV. fuerunt confirmatae à Clemente IV. de anno 1265. in alia sua Constitutione. incipien. Ad extirpanda, relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, post Director. inquisitor. folio mihi 63. in versic. Et domus illa, & in versic. Quae autem, in illis verbis: Nisi legitime constiterit, praedictae domus Dominum penitus innocentem & prorsus inculpabilem extitisse; & quae sequuntur.

42 LIMITA III. Quando † Dominus domus, in qua haereticus inuentus fuit, ipsemet reuelauit curiae, quod haereticus ibidem erat; Tunc enim nec domus destruitur, nec ipse vllam incurrit poenam, ex Innocentio IV. in dicta Constitutione, incipien. Ad extirpanda, edita de anno 1252. in versic. Domus autem, relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, post Director. Inquisitorum, folio mihi 10. in illis verbis: Nisi Dominus domus eos ibidem procurauerit reperiri; Et ad idem extat alia Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1259. pariter incip. Ad extirpanda, relata vt supra, per eundem Franciscum Pegnam. folio mihi 41. vers. Domus autem, item extat alia Constitutio Clementis IV. edita de anno 1265 similiter. incip. Ad extirpanda, pariter per eundem Pegnam registrata inter literas Apostolicas, post Director. Inquisitor. folio mihi 64. vers. Domus autem.

ARGVMENTVM.

Vxoris dos propter mariti haeresim an confiscetur; & quid, si ipsa vxor fuerit haeretica.

SVMMARIA.

Dos vxoris Catholicae propter haeresim mariti confiscari non potest, nu. 43.

Bona paraphernalia propter haeresim mariti confiscari non possunt, num. 44.

Donatio propter nuptias propter mariti haeresim confiscari non potest, num. 45.

Donata à consanguineis vxori alicuius tempore nuptiarum, confiscari non possunt, nu. 46.

Acquisita ab vxore constante matrimonio confiscari non possunt propter haeresim mariti, nu. 47.

Dos confessata à marito nō praeiudicat fisco confiscari bona mariti haeretici, nu. 48.

Dox vxoris, quae scienter contraxit matrimonium cum haeretico, confiscatur, num. 49. Declara, si scienter contraxit matrimonium cum haeretico, secus, si ignoranter, num. 52. Et an isto casu praesumatur ignorantia, nu. 53.

Mulier, quae scienter contraxit matrimonium cum haeretico, est suspecta de haeresi, nu. 50.

Matrimonium cum haeretico contractum, an & quando valeat, num. 51.

Dos vxoris haereticae confiscari potest, num. 54. licet alij contra, num. 55.

Vxorem haereticam numquid alere teneatur, num. 56. & 57.

QVAEST. CXC. §. III.

REGVLA † sit, quod dos vxoris Catholicae non confiscatur propter mariti haeresim, text. est in cap. Decreuit, de haereticis, in 6. vbi ad literam dicitur: Decreuit felicis recordationis Innocentius Papa IV. quod propter haeresim maritorum vxorum Catholicarum dotes non debeant confiscari, & ibi hoc adnotarunt Glossa in figuratione casus, in princip. & in versic. Nota primo, & in verbo, Confiscari, Ioan. Monach. ante num. 1. in verbo, Confiscari, Ioan. And. ante num. 1. Geminian. ante num. 1. in primo notabil. & num. 1. versic. Nota, quod propter delictum mariti, & nu. 2. versic. Dic, quod aut haeresis mariti sequitur matrimonium, & Franch. in summa, Alberic in leg. Manichaeos, num. 2. Cod. de haereticis, Armilla in summa, in verbo, Haeresis, num. 5. versic. Vxor tamen dotem suam non perdet, summa Angelica in verbo, Haereticus, num. 11. summa Sylvestrina in eodem verbo, Haereticus, §. 1. num. 13. versic. Dos autem vxoris, Tabien. in summa, in dicto verbo, Haereticus, num. 6. in fine, versicul. Vxor tamen, Simanch. Catholicarum institutionum tit. 9. rubric. de bonis haereticorum, num. 66. Repertor. inquisitorum in verbo, Dotes, versic. Primo, Ioan. Calderin. in tract. de haereticis, rubr. de poenis haereticorum, filiorum, & nepotum, num. 3. Zanchin. in tract. de haereticis, cap. 25 nu. 4. ad finem, versic. Sed quid de vxore, Gundisalu. in tractat. de haereticis, quaest. 15. num. 8. Carer. in eodem tract. de haereticis, nu. 141. ad finem, versic. Quid autem de dotibus, Eymeric. in Directorio inquisitorum, parte 3. quaest. 111. & ibi Franciscus Pegna in additionibus, Commentar. 160. versic. Sed in viam reuertor, folio mihi 719. colum. 1. in fine, Decian. in tract. crimin. libr. 5. cap. 45. num. 10. Didac. Canter. in quaest. criminal. rub. de haereticis, cap. 1. num. 22. versic. Aut contraxit ignoranter, & numer. 24. vers. Aut mulier ignorabat maritum, Thomas Sanchez in Praeceptis Decalog, lib. 2. cap. 17. nu. 3. & per totum caput, vbi alia ad hanc materiam, vide late supra, quaest. 25. nu. 111. & pluribus seqq. 43

AMPLIA I. Hanc † regulam, vt propter haeresim mariti nec etiam confiscanda sint bona paraphernalia ipsius vxoris, Simanch. Catholicarum institutionum tit. 9. 44

rubr.

rubr. de bonis hæreticorum, nu. 70. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, parte* 3. *quæst.* 111. *Commentar.* 160. *versic. Ad hæc restituenda sunt, folio mihi* 719. *col.* 2. Didac. Canter. *in quæst. crim. rubr. de hæreticis, cap.* 1. *num.* 27. Læl. Zech. *in summa, part.* 1. *tit. de fide, rub. de hæresi, cap.* 11. *num.* 16. *in* 5. *ampliatione, versic. Similiter restitui debent.*

45 Amplia II. Vt † propter mariti hæresim confiscari non possit donatio propter nuptias, quam vxor lucratur, Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 9. *rubr. de bonis hæreticorum, nu.* 72. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, par.* 3. *quæst.* 111. *Comment.* 160. *versic. Ad hæc restituenda sunt, folio mihi* 719. *colum.* 2. cuius contrarium voluit Didac. Canter. *in quæst. criminal. rubr. de hæreticis, cap.* 1. *nu.* 3. *versic. De donatione propter nuptias,* sed pro ampliatione vide Thom. Sanchez *in Præceptu Decalogi, lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 10. vide *supra, quæst.* 25. *nu.* 129. *& nu.* 132.

46 Amplia III. Vt † propter hæresim viri, nec etiam confiscari possint res donatæ vxori, à consanguineis viri, nisi expresse fuerit tempore donationis dictũ, quod donatur, vt marito acquiratur, ex allegatis per Simanc. *Catholicarum institutionum tit.* 9. *rubr. de bonis hæreticorum, nu.* 76. *& seqq.* Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part.* 3. *quæst.* 111. *Commentar.* 160. *versic. His verbis, & seq. fol. mihi* 719. *col.* 2. vbi & idem de arris, & aliis muneribus à sponso sponsæ datis, Didac. Canter. *in quæst. criminal. rub. de hæreticis, cap.* 1. *num.* 32. vbi late hanc materiam tractat, an, & quando confiscentur donata vxori à consanguineis mariti, propter hæresim mariti, & è contra; Sed quid postea concludat, & quam tueatur sententiam, ingenue fateor, non benè ex eius dictis percepi, vide tamen Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib.* 2. *cap.* 17. *nu.* 13. & Læl. Zech. *in summa, tit. de fide, rub. de hæresi, cap.* 11. *nu.* 16. *in* 5. *ampliatione, versic. Similiter restitui debent,* vbi tenet, huiusmodi bona vxori donata, non confiscari propter hæresim mariti.

47 Amplia IV. Vt † propter hæresim mariti non solum non confiscetur dos vxoris, sed nec etiam confiscari possint acquisita ab vxore constante matrimonio, ex allegatis per Palac. Rub. *in rub. de donation. inter virum & vxorem,* Gabriel. Quemada *quæst.* 6. Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 9. *nu.* 71. quos sic dicentes refert, & sequitur Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part.* 3. *quæst.* 111. *Comment.* 160. *versic. final. folio mihi* 719. *col.* 2. *in fine,* vbi etiam testatur de Communi, Didac. Cantera *in quæst. crim. rubr. de hæreticis, cap.* 1. *num.* 27. Iacob. de Graffiis *libr.* 2. *suarum decisionum, cap.* 11. *num.* 33. vbi generaliter dixit, propter hæresim mariti non confiscari bona vxoris quocunque modo quæsita.

48 Limita I. Propositam † regulã procedere, quando de numeratione, seu consignatione constat vere aliter, quam ex confessione mariti, sola enim dotis confessio non probat dotem in præiudicium fisci, ex allegatis per Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 9. *rubr. de bonis hæreticorum, num.* 67. 68. *&* 69. vbi declarat duobus modis; Primo, nisi præcesserit promissio dotis, vel nisi fuerit lapsus annus à die condemnationis, quo casu non potest amplius dari de nõ numerata dote, Vmber. Locat. *post iudicial. inquisitorum, quæst.* 13. vbi dat easdem declarationes, & loquimur etiam, quando fuit renũtiatum exceptioni non numeratæ dotis, Gabriel Quemada *quæstion.* 4. vbi distinguit de confessione dotis facta in instrumento ex interuallo ante hæresim incursam, cum renunciatione exceptionis non numeratæ dotis, & factam post incursum crimen heresis, vel paruo tempore antea, vt primo casu dos non confiscetur, nec cõfessio præsumatur facta in fraudem; Secundo autem casu secus, & deinde facit aliam conclusionem, quod quando præcesserit promissio dotis, subsequens confessio præsumatur vera, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 3. *quæst.* 111. *Commentar.* 160. *versic. Non ergo sufficit, folio mihi* 719. *colum.* 2. Didac. Canter. *in quæst. criminal. rub. de hæreticis, capit.* 1. *num.* 26. vbi pluribus hanc probat limitationem, & eam ampliat etiam transacto biennio, Thom. Sanchez *libr.* 2. *cap.* 17. *num.* 5. *& sequentibus,* vbi temen contrarium credit, lapso tempore dato ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, qua de re vide omnino, vltra ea, quæ dixi *in quæstionibus ciuilibus,* ea etiam, quæ dixi *supra, in tit. de delictis & pœnis, quæst.* 25. *num.* 120.

49 Limita II. Quando † vxor scienter cum hæretico nupsit, tunc enim eius dos confiscatur, Textus est *in capit. Decreuit, de hæreticis, in* 6. in illis verbis: *Nisi fortè mulieres ipsæ cum viris matrimonia contraxissent, quos hæreticos tunc sciebant,* & ibi hoc adnotarunt Glossa, *in figuratione casus, versic. Imo fallit,* Ioan. Monach. *num.* 2. *in verbo, Tunc sciebant,* Prob. *in princip.* Archidiacon. *in verbo, Sciebant, & in versic. Vnde cum talis vxor,* Ioan. Andr. *nu.* 1. *versic. Secus, si tunc sciuit, & num.* 1. *in verbo, Sciebant,* & Geminian. *num.* 2. *versic. Nota, quod vxor, & versic. Aut sciebat, & num.* 3. Alberic *in leg. Manichæos, in princ. num.* 2. *C. de hæreticis,* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum, filiorum, & nepotum, num.* 3. summa Armilla *in verbo, Hæresis, num.* 5. *versic. Nisi ipsa scienter cum hæretico contraxisset,* Angelica *in summa, in verbo, Hæreticus, numer.* 11. summa Syluestrina *in eodem verbo, Hæreticus,* §. 1. *num.* 13. *versic. Dos autem vxoris, & num.* 14. *versic. Septima, quod vxores,* Tabien. *in summa, in dict. verbo, Hæreticus, num.* 6. *versic. Vxor tamen,* Simanch. *Catholicarum Institutionum titul.* 9. *rubr. de bonis hæreticorum, nu.* 66. *& num.* 73. *&* 74. Repertor. Inquisitorum *in verbo, Dotes, vers. Primo,* Vmbert. Locat *post iudicial. inquisitorum, in verbo, Pœnas, num.* 9. *versic. Septimo vxores,* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.* 25. *num.* 4. *in fine, versic. Nisi ipsa scienter cum hæretico contraxisset,* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.* 15. *num.* 8. Carer. *in eodem tract. de hæreticis, nu.* 141. *in fine,* Ioan. à Rojas *singular.* 137. *num.* 2. Eymeric. *in Director. Inquisitorum, part.* 3. *quæst.* 111. *in fine, versic. Quod intelligendum fore censemus,* & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.* 160. *versic. Ratio vero, folio mihi* 718. *colum.* 2. *in fine,* vbi alios refert concordantes, Decian. *in tract. crimin. libr.* 5. *cap.* 45. *num.* 10. *versic. Quod tamen verum intellige,* Didac. Canter. *in quæst. crimin. rubr. de hæreticis, cap.* 1. *num.* 22. *& num.* 23. *in fine, & numer.* 24. vbi, quod isto casu mulier amittit non solum dotem, sed etiam omnes alias res donatas, & traditas ipsi marito, & *dict. num.* 24. *in fine, versic. In casu autem supra posito,* vbi hãc eandem limitationem ampliat, etiam quod hereticus obligauerit se ad restituendum dotem ipsi vxori, & *dict. num.* 24. *versic. Aut dos non erat libera,* vbi econtra hanc eandem limitationem declarat non procedere in duobus casibus. Primo, quando dos est aduentitia, & data ab aliquo extraneo, & sic restituenda eidẽ extraneo in casu mortis, quia tunc in præiudicium illius, qui dotem dedit, non potest confiscari, etiam quod scienter nupserit cum viro hæretico. Secundo eadem limitatio non procedet, quando dos fuisset tantum promissa, & non consignata. Nam tunc nec etiam confiscaretur ex sola scientia, quod vir esset hæreticus, quando cum eo nupsit, nisi etiam condemnaretur tanquam fautrix, vt *in sequ. ampliatione.* Vide tamen Thomam Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.* 2. *cap.* 17. *num.* 17. 18. *&* 19. vbi bene declarat dicta per Canter. *in loco præallegato, & nu.* 20. *& seqq.* vbi etiam ponit, an vxoris scienter nubentis cum hæretico omnia bona publicentur, & *num.* 23. quid è contra, si vir Catholicus scienter hæreticam vxorem duxerit.

50 Amplia † hanc secundam limitationem, quia immo mulier scienter cum hæretico matrimonium contrahens,

trahens, est de hæresi suspecta, & contra eam de hæresi procedi potest, secundum Glossam *in dict. cap. Decreuit, in figuratione casus, versicul. Immo ipsa est de hæresi suspecta, & versic. Ideo contra ipsam*, & ibi etiam Ioan. Andr. *post n.1. in verbo, Sciebant*, vbi, quod isto casu mulier nubendo cum hæretico, ipsum fauisse videtur, Geminian. *num. 2. versic. Nota, quod vxor*, vbi, quod immo punitur vt hæretica, & Franch. *num. 1. in primo notabil.* vbi etiam, quod punitur vt hæretica, vel potius, vt fautrix, Didacus Cantera *in quæstion. criminal. rubric. de hæreticis, cap. 1. num. 2.* vbi pariter dixit, quod mulier nubens cum viro hæretico, est suspecta de hæresi, & etiam censetur hæreticorum fautrix.

51 Matrimonium † autem cum hæretico, an, & quando valeat, vide *in dict. capit. Decreuit, de hæreticis, in sexto*, Archidiacon. *in verbo, Sciebant*, Ioan. Andr. *numer. 1.* Geminian. *post num. 2.* & Franch *num. 1. versic. Vltimo nota*, & vide etiam omnino Campeg. *in tract. de hæreticis*, vbi ab hæreticis matrimonium contractum an Papa possit dirimere, *inter tractatus. tom. 9. folio mihi 113.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Pœna, num. 9. in fine, versic. Vigesimo matrimonium*, Ioan. à Rojas *singular. 128.* vbi facit conclusionem negatiuam, quod scilicet matrimonium contractum inter Catholicum & hæreticam, & ècontra nullum est, & hanc conclusionem, quod tale matrimonium non valeat, pluribus comprobat, pluribusque Conciliorum decretis corroborat, Simanch. *Catholicarum institutionum titul. 40. rubic. de matrimonio, num. 17. & omnibus seqq.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 41. num. 12. versic. Quarto Matrimonium*, vbi videtur concludere, quod matrimonium factum cum hæretico, quoad sacramentum, validum est; Dicitur tamen cum peccato mortali contractum, & ideo dirimẽdum, quoad cohabitationem, Azzor. Iesuita *Institutionum moralium parte 1. libr. 8. cap. 11. quæst. 5. per totam.*

52 SVBLIMITA, hanc † secundam limitationem procedere, prout loquitur, quando mulier matrimonium contrahit cum hæretico scienter, secus, si ignoranter, quia tunc eius dos non confiscatur, etiam quod postea superueniat scientia, &c. secundum Gloss. *in d. cap. Decreuit, in verbo, Tunc. de hæreticis, in 6.* & ibi etiam Archidiacon *in fine, versic. Vbi autem ignoranter*, Ioan. Andr *ante num. 1. versic. Idem si mulier ignorauit*, Geminian. *numer. 2. versic. Aut præcessit matrimonium*, & Franch *nu. 2. in fin. versic. Et nota ex Glossa*, summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §. 1. num. 14. versic. Septima, quod vxores*, Repertor. inquisitorum *in verbo, Dotes, versic. Primo*, Cater. *in tract. de hæreticis, num. 141. in fine*, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 111. Commentar. 160. versic. In hac tractatione, & sequ. folio mihi 719. colum. 1.* vbi tamen declarat, nisi superueniente scientia, quod maritus est hæreticus, vxor peccato consentiat, tunc enim perinde est, ac si à principio sciuisset hæresim mariti. Addo pro hac eadem sublimitatione Lælium Zecchium *in summa, tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11. num. 16. versic. Quinto ampliatur.*

53 Et † isto casu in dubio præsumitur ignorantia, secundum Gloss. *in dict. cap. Decreuit, in verbo, Tunc, versic. Præsumitur autem ignorare, de hæreticis, in 6.* summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §. 1. nu. 13. versic. Dos autem vxoris*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Dotes, versic. Primo.*

54 LIMITA III. Regulam procedere, vt dos vxoris non confiscetur propter hæresim mariti, secus propter hæresim eiusdem vxoris, secundum veriorem opinionem, de qua in Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Dotes, versic. An autem propter*, & *ibi in additionibus, litera B.* Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, quæst. 15. num. 9.* quos & alios refert & sequitur Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 2. assert. 40. nu. 323. & nu. 325.* vbi bonam reddit rationem, quia scilicet maritus non cogitur habitare cum vxore hæretica etiam reconciliata, cuius dos cum fuerit ipso iure confiscata, remanet propterea sua culpa indotata, & indotatam vxorem maritus alere non tenetur, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 6. rubr. de bonis hæreticorum, nu. 12.* vbi dixit, quod omnia hæreticæ vxoris bona etiam dotalia, & paraphernalia, lucraue ad eam pertinentia veniunt in confiscatione bonorum, saluis tamen merito omnibus actionibus, quas habet contra fiscum, à quo nec etiam cogi potest vltra id, quod facere potest, idem Ioan. à Rojas *singul. 127.* vbi, quicquid sit in aliis delictis, in crimine hæresis dos vxoris hæreticę cõfiscatur in totum, etiam quoad commoditatẽ vsusfructus in præiudicium mariti, Zanchin *in tract. de hæreticis, cap. 25. nu. 4. in fine*, Lælius Zecchius *in summa, parte 1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 16. versic. Quinto ampliatur, in fine*, vbi dixit, vxoris hæreticę non solum confiscari dotem, sed etiam omnia alia eius bona, Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 17. nu. 25. & seqq.* quem omnino videas bene declarantem hanc materiam.

Etsi † contrarium voluerit Geminian. *in cap. Decreuit, nu. 2. ad fin. versic. Idem est è conuerso, & versic. Tamen maritus, de hæreticis, in 6.* & *ibi* etiam Franch *nu. 2. versic. Quid autem èconțra*, Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 2. §. 2. nu. 5. folio mihi 95.* cum allegatis per eum, quem sic dicentem refert, sed non sequitur, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 2. assert. 40. num. 324.* 55

Et † hæc contraria opinio potest comprobari ex eo, quod maritus non solum nõ perdit dotem propter hæresim vxoris, sed si vxor propter hæresim fuerit condemnata ad carceres perpetuos, non tenetur illi alimenta subministrare, licet secus esset, si ex alio crimine damnata fuisset, ex allegatis per Ioannem à Rojas *singular. 118.* 56

Sed † contrarium defendit Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 16. rubr. de custodia reorum, nu. 18. & 19.* 57

ARGVMENTVM.

De confiscatione feudi & emphyteusis in crimine hæresis.

SVMMARIA.

Feuda Apostatarum & hæreticorum propter hæresim confiscantur, nu. 58.

Feuda quando propter hæresim confiscantur, confiscatio fit saluo iure directi Domini, & sic redeunt ad Ecclesiam, si feuda sunt Ecclesiastica, & ad Dominum temporalem, si non sunt Ecclesiastica, nu. 59.

Bona subiecta primogenituræ nunquid veniant in confiscatione bonorum propter crimen hæresis, nu. 60.

Vasalli, seu feudatarij propter hæresim Domini feudi liberantur à iuramento fidelitatis, nu. 61.

Censualia bona veniunt in confiscatione bonorum propter crimen hæresis, nu. 62.

Emphyteotica bona, quãdo propter crimen hæresis confiscantur, applicantur eorum Dominis directis, Ecclesiæ scilicet, si emphyteusis est Ecclesiastica; Domino autem directo, si non est Ecclesiastica, nu. 63. Limita, nisi dominus directus fuerit persona priuata, quia tunc emphyteusis transit in fiscum, & non in illam personam priuatam, nu. 64. Limita secundo in emphyteusi transitoria ad extraneos hæredes, quia tunc transit in fiscum, etiam in præiudicium domini directi, nu. 65. Declara hanc limitationem, nu. 66. & 67.

Vasalli propter hæresim Apostatarum & hæreticorum suorum dominorum sunt absoluti a iuramento, & an ipso iure, nu 1.

QVÆST. CXC. § IV.

REGVLA † sit, quod hæreticorum & Apostatarum feuda veniunt in confiscatione bonorum, prout extat constitutio Leonis X. edita de anno 1520 *incipien. Exurge Domine*, relata per Franciscum Pegnam in Dire- 58

ctorio

ctorio Inquisit. inter literas Apostolicas, *fol. mihi* 115. *versic. Quo vero ad seculares*, vbi statuitur, hæreticos amittere bona feudalia, tam à Romana Ecclesia, quam ab aliis obtéta, ac etiam fieri inhabiles ad alia in posterum obtinenda, & de Apostatis dixi *supra, quæst.* 183. *n.* 36. *& seqq.* vbi etiam posui, an vasalli sint à iuramento fidelitatis absoluti ipso iure. Hic repetere non est necesse.

59 Amplia I. Quia,† quando propter hæresim confiscantur feuda, illa inquam confiscantur, saluo tamen iure directi Domini, & propterea redeunt ad Dominum directum, & si feudum fuerit Ecclesiasticũ, redit ad Ecclesiam, secundum Henric. Boich. *in cap. Vergentis, nu.* 10. & *ibi* Ancharan. *nu.* 1. *versic. Quid de feudo*, Felyn. *num.* 1. *in fine, versic. Et limitat diffuse*, & Ioan. de Anania *num.* 4. *& post num.* 7. *extra, de hæreticis*; Est text. *in cap. Excommunicamus, il primo*, §. *moneantur, in fine, extra eodem*, in illis verbis: *Saluo iure Domini principalis, dummodo super hoc ipse nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat*, & *ibi* hoc adnotarunt Gloss. *in verbo, Saluo iure*, Abb. antiquus *num.* 1. *in eodem verbo, Saluo iure, & in verbo, Dummodo, & in verbo, Eodem*, Hostiens. *num.* 15. *in verbo, Saluo iure, & in verbo, Domini principalis*, Ioan. Andr. *numer.* 11. Ancharan *num.* 7. Anton. de Butrio *nu.* 19. Abb. *num.* 3. *versic. Item nota, quod delictum vasalli, & nu.* 7. *versic. Sed iste textus loquitur in extraneo*, Marian. Socin. *num.* 27. *versic. Decimo nota*, Felyn. *num.* 1. *versic. Limita nisi, colum.* 1. *& 2. post medium, versic. Nota ibi saluo iure*, & Cardinal. Zabarel *in* §. *Si vero, num.* 3. Archidiacon. *in capit. Cum secundum, num.* 1. *ante finem, in verbo, Confiscata, de hæreticis, in* 6. & *ibi* etiam Franch. *in* §. *Confiscationis, column. final. versic. Et posset sic breuiter concludi*, Ancharan. *in Clementin. secunda, sub num.* 4. & *ibi* etiam Cardinal. Zabarell. *in* §. *Inquisitoribus, sub eodem num.* 4. *de hæreticis*, Simanch. *Catholicarum Institutionum tit.* 9. *rubr. de bonis hæreticorum, num.* 120. vbi dixit, feudum, quod hæreticus habuit, non esse confiscandum, sed Catholico Domino restituendum, nisi sit ad quoscumque etiam extraneos hęredes transitorium, & alienabile, quia tunc confiscatur, sicut confiscantur alia bona hæretici, Gulielmus de Benedictis *in repetitione cap. Raynutius, in verbo, Et vxorem, numer.* 244. *de testamentis*, Conradus Brun. *in tractat. de hæreticis, libr.* 5. *cap.* 6. *num.* 7. Carer. *in tract. de hæreticis, num.* 135. *versic. Nisi Clericus recognosceret indirectum Dominum*, Bursat. *consil.* 43. *num.* 15. *& num.* 37. *&* 39. Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 44. *num.* 2. Didac. Canter. *in quæstion. criminal. rubr. de hæreticis, &c. cap.* 1. *num.* 19. vbi facit generalem conclusionem, quod propter crimen hæresis confiscantur omnia bona hæretici, in quibus ipse habet dominium vtile, & directum, secus autem bona, in quibus hæreticus non habet nisi vtile dominium, quę propterea confiscari non possunt in præiudicium tertii, & sic directi Domini, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitorum, parte* 3. *quæst.* 112. *Commentar.* 161. *versic. Quid, si clericus bona feudalia habeat, fol.* 721. Ioan. Azor. Iesuita *Institutionum Moralium parte* 1. *lib.* 8. *cap.* 12. *rub. de aliis hæreticorum pœnis, quæst.* 10. vbi refert, & sequitur dicta per Simanch. vbi *supra* allegatum. Vide *supra, in quæst.* 25. *nu.* 62. *& seqq.*

60 Amplia II. Vt † idem sit de bonis Maioratus, seu Primogenituræ subiectis, quæ, numquid veniant in confiscatione bonorum, vide late disputantem Simancham *Catholicarum institutionum tit.* 9. *rubr. de bonis hæreticorum, num.* 252. *& omnibus sequentibus*, Læl. Zech. *in summa, parte* 1. *tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.* 11. *num.* 16. *in octaua fallentia, versic. Quod is, qui*, Ioan. Azzor. Iesuit. *institutionum moralium parte* 1. *libr.* 8. *capit.* 12. *rubric. de aliis hæreticorum pœnis, quæst.* 13. *per totam*, Didac. Canter. *in quæst. crimin. rubr. de hæreticis, &c. cap.* 1. *num.* 51. *& seqq.* vbi late, & latius per Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.* 2. *cap.* 18. *per totum.*

Amplia III. Quia † propter hæresim feudatarii vasalli ipso iure sunt absoluti ab omni fidelitatis iuramento, Textus est *in cap. final. extra, de hæreticis*, vbi ad literam dicitur: *Absolutos se nouerint à debito fidelitatis dominij, & totius obsequij, quicumque lapsis manifeste in hæresim aliquo pacto quacumque firmitate vallato tenebantur astricti*; Et *ibi* hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, & in verbo, Absolutos*, vbi amplius aduertit, Papam posse laicos absoluere à iuramento fidelitatis, quod & idem aduerterunt *in eodem cap. final.* Hostiens. *num.* 1. Anton. de Butrio *num.* 1. *& num.* 4. Abb. *num.* 1. *in figuratione casus, & in primo notabil.* Marian. Socin. *etiam num.* 1. *& in primo notabil.* Ioan. de Anania *in princip. versic. Hæreticus perdit obligationem fidelitatis, & numer.* 1. *& num.* 4. *versic. Nota, in verbo, Absolutos*, & Cardinal. Zabarel *colum.* 1. *versic. Quæro, an sint absoluti*, Arnald. Albertin. *in rubric. de hæreticis, in sexto, quæstione* 11. *in fine, num.* 6. *versic. Vnde quam cito*, Hostiens. *in summa, rubr. de hæreticis*, §. *Qua pœna feriatur, num.* 10. *ad finem, versic. Absolutos etiam se nouerint debito fidelitatis*, Goffred. *in eadem summa, dicta rubr. de hæreticis, num.* 11. Ioan. Calderin. *in tractat. de hæreticis, rubric. de pœnis hæreticorum, filiorum, & nepotum, num.* 5. Summa Rosella *in verbo, Hæreticus, num.* 15. Angelica *in summa, in eodem verbo, Hæreticus, num.* 15. Summa Syluestrina *in dicto verbo, Hæreticus*, §. *primo, num.* 14. *versic. Vndecima, quod eorum vasalli*, Tabiena *in summa, in eodem verbo, Hæreticus, num.* 15. Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Feudatarij, & in verbo, Pœna, versic. Vndecimo eorum vasalli*, Simanch. *Catholitarum institutionum tit.* 23. *rubric. de Dominis temporalibus, nu.* 11. *& tit.* 46. *rub. de pœnis, num.* 73. Franciscus Pegna cum allegatis per eum *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 3. *quæst.* 119. *Commentar.* 168. *versic. final. folio mihi* 734. *colum.* 1. Brun. *in tract. de hæreticis, libr.* 4. *cap.* 14. *num.* 11. idem Simanch. *in Enchiridion violatæ religionis, tit.* 21. *rubric. de Principibus, num.* 9. *& tit.* 67. *rubr. de pœnis, eodem num.* 9. Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap.* 18. *num.* 2. Ioan. à Rojas *singul.* 211. Eymeric *in Directorio inquisitorum, parte* 3. *quæst.* 119. & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.* 168. vbi latè de materia, *folio mihi* 732. *colum.* 2. *& sequentibus*, Læl. Zech. *in summa, part.* 1. *tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.* 11. *nu.* 16. *versic. Decima pœna, & cap.* 24 *rubric. de Apostasia, num.* 4. *versicul. Vt autem rectius id intelligatur*, Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.* 2. *cap.* 24. *num.* 5. *&* 6. vbi pariter & ipse tenet, omnes vasallos ab omnis fidelitatis debito liberari ipso iure statim, etiam nulla expectata sententia, quamuis eorum Dominus sit occultus hæreticus. 61

Numquid autem vasalli alicuius hæretici sint liberati à iuramento fidelitatis, & à debita obedientia ante sententiam declaratoriam, dic, quod non, secundum Iacob de Graffiis *libr.* 2. *suarum decisionum, cap.* 11. *num.* 39. Læl. Zech. *in summa, parte* 1. *tit. de fide, cap.* 24. *rubr. de Apostasia, num.* 4. Bannes *ad Diuum Thom.* 2. 2. *quæst.* 12. *artic.* 2. *versic. Dubium autem, & seqq.* Bene verum, quod si hæresis alicuius Principis est manifesta & notoria, ita, vt nulla possit tergiuersatione celari, tunc vasalli sunt à iuramento liberati, nec tenentur obedire, etiam quod declaratoria non sit lata, Bannes vbi *supra, versic. Quod autem in hac quæstione, & seqq. & versic. Nihilominus sit tertia conclusio.* Possunt tamẽ, si volunt, hæreticum Principem etiam notorium non expellere, nec de necessitate tenentur obedientiam illi denegare, si illam præstare volunt ante declarationem, vt *ibidem* per Bannes, *in versic. Vltima conclusio, & seqq.* A quo nec etiam dissentit Valentia *ibidem, versic. Quarta assertio, & seqq.* vide *supr. quæst.* 183. *nu.* 36. *& seqq.* vbi est eadem materia.

Amplia IV. Etiam † in bonis censualibus, dixi *supra, hac eadem quæstione, num.* 18. Hic repetere superfluum est. 62

63 Amplia V. Vt † propter hæresim bona emphyteotica hæretici quando confiscantur, applicentur tamen eorum Dominis directis, Ecclesiæ scilicet, si emphyteusis fuerit Ecclesiastica, Domino autem temporali, si non fuerit Ecclesiastica, secundum Felyn. *in cap. Vergentis, num. 1. in fine, versic. Et limitat diffuse*, & *ibi* etiam Ioan. de Anania *numer. 4. & post num. 7. extra, de hæreticis*, Franch. *in cap. Cum secundum, §. confiscationis, col. final. versic. Et posset sic breuiter concludi, de hæreticis, in 6.* Ancharan. *in Clementin. secunda, num. 2.* & *ibi etiam in cap. Cum secundum, §. Confiscationis, colum. fin. versic. Et posset sic breuiter concludi, de hæreticis, in 6.* Ancharan. *in Clementin. 2. num. 4.* & *ibi* etiam Cardinal. Zabarell. *in §. Inquisitoribus, eodem numer. 4. versic. Sed primo quæro, de hæreticis*, Gulielm. de Benedictis *in repetitione capit. Raynutius, in verbo, Et vxorem, num. 244. de testamentis*, Conrad Brun. *in tractat. de hæreticis, libr. 5. cap. 6. num. 7.* Bursat. *consil. 43. nu. 15. & nu. 37. & num. 3. lib. 1.* faciunt scripta per Didac. Canter. *in quæst. crimin. rubr. de hæreticis, &c. cap. 1. num. 19.* vbi facit generalem conclusionem, quod propter crimen hæresis cõfiscantur omnia bona hæretici, in quibus ipse habet dominium vtile, & directum, secus autem bona, in quibus hæreticus non habet nisi vtile dominium: quæ propterea confiscari non possunt in præiudicium tertii, & sic directi Domini, & *num. 46.* vbi ex professo declarat, an, & quando in crimine hæresis emphyteotica bona confiscari possunt, Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 19. nu. 24.* vbi, & ipse declarat, an, & quando emphyteusis non transiens ad hæredes extraneos, & ob id non publicata redeat ad Dominum directum. Quod enim propter hæresim bona emphyteotica amittantur tam à Romana Ecclesia, quam ab aliis obtẽta, & quod imposterum hæreticus efficiatur inhabilis ad alias emphyteuses obtinendas, statuit Leo X. in sua Constitutione, edita de anno 1520. *incip. Exurge Domine, versic. Quo vero ad seculares*, relata per Pegn. in Director. Inquisitor. inter literas Apostolicas, *fol. mihi* 115.

64 Limita I. Hanc † quintam ampliationẽ, vt tunc demum hæretici bona emphyteotica applicentur Domino directo, & non fisco, quãdo scilicet Dominus directus rei emphyteoticæ non est persona priuata, sed Dominus temporalis illius loci, vbi emphyteusis sita est, si vero Dominus directus non est Dominus temporalis, sed persona priuata, & tunc bona emphyteotica non redeunt ad illum Dominum priuatum, sed transeunt in fiscum, secundum Ancharan. *in Clementin. 2. num. 4. in fin. versic. Sed pondero, de hæreticis*, & *ibi* Cardinal. Zabarell. *in § Inquisitoribus, etiam nu. 4. versic. Emphyteusis vero priuati*, vbi tamen (secundum ea, quæ dicam *in sequenti limitatione*) declarat, dummodo emphyteusis sit transitoria ad hæredes extraneos, alias secus, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 9. rubr. de bonis hæreticorum, nu. 97.* vbi etiam, quod Domino directo reseruatur directum dominium, refert eum & sequitur Ioan. Azzor. Iesuita *institutionum moralium parte 1. libr. 8. cap. 12. rubr. de aliis hæreticorum pœnis, quæst. 11. in princip.*

65 Limita II. Quia † emphyteotica bona, etsi propter hæresim non transeant in fiscum, sed redeant ad Dominos directos, siue sint Ecclesiastica, siue priuata, hoc tamen procedit, quando non est transitoria ad hæredes extraneos; Si vero de sui natura transit ad hæredes extraneos, & tunc transit etiam in fiscum, & non in Dominos directos, ex allegatis per Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 9. rubr. de bonis hæreticorum, num. 97. & seqq.* vbi, licet multa deducat pro & contra, in hac tamen distinctione residere videtur, & loquitur in emphyteosi Ecclesiastica, & ante eum Cardinal. Zabarell. (qui loquitur in emphyteusi priuata) *in Clement. secund. num. 4. versic. Emphyteusis vero priuati, de hæreticis*, vbi facit eandem distinctionem, quam etiam facit Gabriel Quemada *quæst. 12.* qui loquitur in emphyteusi Ecclesiastica, testaturque hanc distinctionem communiter à Doctoribus receptam esse, licet subdat, apud eum ex priuilegio concesso à Regibus Ecclesiæ Toletanæ, indistincte emphyteusim Ecclesiasticam etiam trãsitoriam ad extraneos hæredes redire ad Ecclesiam, & non ad fiscum, & quod ita practicatur, Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum moralium parte 1. lib. 8. cap. 12. rubr. de aliis hæreticorum pœnis, quæst. 11. versic. At quæstio est*, Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 19. nu. 19. & sequ. & num. 25. & num. 28. & 29.* vbi pariter facit eandem distinctionem inter emphyteusim transitoriam ad extraneos hæredes, & non transitoriam, vt primo casu transeat in fiscum, secundo autem casu non, licet postea *numer. 26.* subdat, posse cogi fiscum ad instantiam Domini directi, vt emphyteusim alienet in personam non ita potentem, vt est ipse, & dixi iterum *supra, quæst. 25. num. 59. & seqq.* vbi vide.

Vide † tamen eundem Simanch. *Catholicarum institutionum d. tit. 9. ead. rub. de bonis hæreticorum, num. 104.* vbi dixit, quod licet emphyteusis ecclesiastica ad extraneos hæredes transitoria transeat in fiscum; potest tamẽ Ecclesia illam recuperare à fisco, sitq; in eius arbitrio intrà biennium deliberare, an velit fiscum habere in emphyteotam, an non, refert eum & sequitur Ioan. Azzor. Iesuita *institutionum moralium parte 1. lib. 8. cap. 12. de aliis hæreticorum pœnis, quæst. 11. versic. Quo fit*, Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 19. nu. 30. & seqq.* vbi pluribus relatis contrarium tenẽtibus hanc eandem tuetur sententiam, & alia ponit de materia, de qua vide *supr. quæst. 25. nu. 56. versic. Sed quod imo.* 66

Et † vide etiam Diaz *in pract. criminal. canonic. cap. 114. in verbo, Hæretici, nu. 4. versic. Quando autem talis clericus*, vbi concludit, quod, quando clericus habet bona emphyteotica à Domino temporali, propter illius hæresim dicta bona non redeunt ad Dominum directum, sed ad Ecclesiam, obnoxia tamẽ Domino directo temporali, & sub illius proprietate, quoad solutionem Canonis seu pensionis, refert eum & sequitur Decian. *in tractat. crimin. libr. 5. cap. 44. nu. 5.* 67

Vide ad materiam huius quintæ ampliationis, quæ dixi *supra, quæst. 25. nu. 50. & seqq.* vbi iterum illam pertractaui, & particulariter, quando emphyteusis transit in fiscum, an etiam transeant melioramenta facta. Vide Thomam Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 19. num. 33. & sequ.* Et quid, si delinquens sit Dominus emphyteusis directus, vide *ibidem, num. 38.*

ARGVMENTVM.

Hæreticus, qui ipso iure amittit dominium & administrationem suorum bonorum, an, & quando possit eadem bona sua in alium transferre, & contrahere in præiudicium fisci.

SVMMARIA.

Hæreticus amittit ipso iure dominium & administrationẽ suorum bonorum, num. 68. Etsi contrarium tenuerint relati num. 69.

Hæreticus bona sua alienare & donare non potest, talisque alienatio & donatio num valeat? num. 70.

Alienata seu donata ab hæretico, per fiscum reuocari possunt à donatario & ab emptore, nu. 71.

Alienatio seu donatio facta ab hæretico non est nulla ipso iure, sed reuocatione indiget, nu. 72. contra, nu. 74.

Alienatio seu donatio facta ab eo, qui defecit in purgatione, vel fuit condẽnatus in contumaciam, non est nulla ipso iure, n. 73

Hæreticus contrahere non potest, nu. 75.

Alienata & vendita ab hæretico reuocari possunt à fisco, etiam non restituto pretio, nu. 76. licet alij contra, nu. 77. declara, nisi

nisi pretium bonorum venditorum, vel aliquid loco pretij reperiretur in bonis confiscatis dicti hæretici, vel alias in fisci vtilitatem versum, nu.78.

Melioramenta facta ab emptore in bonis hæretici non sunt restituenda à fisco, nu.79.

Fructus percepti ab emptore bonorum hæretici sunt restituendi, vna cum re empta, nu.80.

Alienata seu donata ab hæretico reuocantur à fisco, etiam quod transierint per plures manus, nu.81.

Hæreticus alienans seu donans bona sua, quæ iam ipso iure sunt confiscata propter hæresim, peccat mortaliter, declara, vt numer.82.

Alienata per vxorem hæreticam sine consensu viri, requisito à statuto, reuocantur à fisco, etiam quod alienatio sit nulla, nu.83. & quid econtra, si maritus hæreticus dotalem fundum vendidit consentiente & iurante vxore, quem hæresi detecta fiscus ab emptore vendicauit: nunquid vxor fundum prædictum, quem propter eius consensum non poterat recuperare ab emptore, possit illum vendicare à fisco, nu.84.

Hæreticus, licet ipso iure amittat dominium bonorum suorum, non tamen possessio ipso iure transit in fiscum, nu.85.

Alienata seu donata ab hæretico in pios vsus, non vendicantur à fisco, nu.86.

Alienata ab hæretico ex causa necessaria non vendicantur à fisco, nu.87.

Ementes bona hæreticorum, non possunt à fisco conueniri pro restitutione bonorum emptorum exequutiue, nu.88.

QVÆST. CXC. §. V.

68 REGVLA † sit, quod hæreticus eo ipso, quod hæresim incurrit, amittit administrationem & dominium bonorum suorum ipso iure, Alberic. *in leg. Manichæos, nu.2. in verbo, Conuicto, C. de hæreticis,* vbi dixit, quod licet de hoc olim essent opiniones, hodie tamen de iure Canonico est expressum, & est Glossa *in cap. cum secundum, in figuratione casus, in prin. de hæreticis, in 6.* & ibi etiam Franch. *num.2. versic. Vltimo nota,* summa Tabien. *in verbo, Hæreticus, num.5.* Repertor. inquisitorum *in verbo, Bona, versic. Primo,* & *in verbo, Confiscatio, versicul. Et videndum,* & ibi Quintilian. Mandos. *in additionibus, litera B.* & *in verbo, Alienatio, versic. Primo in discursu,* & *in verbo, Dominium, versic. Primo, in verbo, Pœna, versic. Item alia pœna,* & ibi pariter Quintilian. Mandos. *in additionibus, liter. K. in fine additionis,* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Alienationes, num.1. in princip.* Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap.18. num.4.* Anton. Gomez. *de delictis, cap.2. rubr. de crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ, num.1. ante finem, sub versic. Item etiam est pœna,* Decian. *in tractat. crimin. libr.5. cap.20. num.3.* Bursat. *consil.14. num.3.* vbi aliis relatis testatur de Communi, & *num.5. libr.1.* Toledo *de instructione sacerdotum, libr.4. cap.4. num.4.* Addo pro hac eadem regula alios per me allegatos *supra, quæst.25. num.13.* & quamplures alios, relatos per Thomam Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.2. cap.22. num.2.* (vbi tamen eos non sequitur) & facit generalem conclusionem in omnibus delinquentibus, quorum bona ipso iure publicantur nedum in hæreticis, quod scilicet à die commissi criminis dictorũ bonorum dominium transeat in fiscum. Ex quibus negari non potest, conclusionem in hac regula firmatam magis Communiter à Doctoribus receptam esse, & ab ea propterea in iudicando non recedendum, quicquid secus alii modo allegandi senserint, & pro hac eadem regula vide Valentiam ad D. Thom. *2.2. quæst.12. artic.2. versic. Quomodo autem hæretici,* vbi propterea dixit, contra Bannes contrarium sentientem, vt infra eum referam, esse Communem Doctorum sententiam.

69 Etsi † contrarium, quod hæreticus non amittat dominium bonorum suorum ipso iure, voluisse videatur Hostiens. *in cap. Vergentis, nu.1. in verbo, Eorum, extra, de hæreticis,* dum dixit: Dominium amitti per publicationem bonorum; Ergo non ipso iure, sed per sententiam, idem Vmbert. Locat. *vbi supra, in iudiciali inquisitorum, in verbo, Donatio, nu.6. versic. Et nota, quod licet donatio,* vbi concludit, quod licet hæretico à die commissi criminis sit interdicta administratio, & alienatio bonorum suorum, non tamen eorundem bonorum dominium in fiscum transfertur, nisi sequuta sententia & condemnatione, etsi condemnationis effectus retrotrahatur ad diem commissi criminis, etsi etiam hanc contrariam sententiam amplexi fuerint plures alii Doctores, quos refert & sequitur Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr.2. cap.22. num.1. & seqq.* vbi etiam pluribus hanc eandem sententiam defendere, & contrariis rationibus respondere conatur, testaturque, esse Communem sententiam inter discipulos D. Thomæ, Bannes ad Diu. Thomam *2.2. quæst.12. artic.2. versic. Vltima conclusio, & seq.*

AMPLIA I. Hanc † regulam, & illatiue ex ea, vt 70 hæreticus nullo pacto alienare aut donare possit bona sua, & si alienauerit seu donauerit talis alienatio seu donatio minime valet, *l. Manichæos, §. Præterea, C. de hæreticis,* vbi expresse dicitur, quod hæretico de hæresi conuicto adimitur facultas donandi & vendendi, & ibi etiam Odofred. *nu.1. versic. Item istis est interdictum commercium donandi,* est etiam text. *in leg. Arriani, §. cunctis,* ibi, *Siue de donationibus in hæreticorum conuenticula,* & *in leg. Manichæi, la seconda,* ibi, *Seu per donationem,* & *in leg. Sanctæ,* ibi, *Neq; donant aut aliter alienant hi, qui non sunt Orthodoxi,* & *in leg. quæ de Samaritis, versic. Si vero, il secondo, C. eodem,* vbi loquitur etiam in hæretico occulto, in illis verbis: *Si vero etiam lateat, non potest quid suarum rerum donare, aut aliter alienare hæretico,* Glossa *in cap. Excommunicamus, il.1. §. Credentes, in verbo, Sit etiam intestabilis, extra, de hæreticis,* Archidiac. *in cap. Cum secundum, nu.2. de hæreticis, in 6.* Ioan. Calderin. *in tractat. de hæreticis, rubric. de pœnis hæreticorum, filiorum, & nepotum, nu.4. vers. Præterea donandi, nec emendi,* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Fiscus, n.1. versic. Et quia quandoque,* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Alienatio, in 1. vers. in discursu,* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.27. nu.1. & sequentib.* Ioan. à Rojas *singular.185. nu.4.* Ioann. Azzor. Iesuita *institutionum moralium parte 1. lib.5. cap.7. quæst.7. versic. Quoad secundum,* vbi, quod hæc conclusio vtriusque iuris Doctorum Communi consensu recepta est, Thom. Sanchez. *in Præceptis Decalogi, libr.2. cap.22. num.48.* vbi alios plures refert concordantes, Læl. Zech. *in summa, part.1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.11. num.16. versic. Ampliatur, vt procedat,* vbi, quod hæreticus nec inter viuos, nec causa mortis donare potest bona sua, faciunt, quæ in simili de Apostata dixi *supra, quæst.183. num.47.* & ad materiam huius primæ ampliationis vide, quæ dixi *supra, in tract. de falsitat. & simul. quæst.164. nu.35. & seqq.*

Et † propterea alienata ab hæretico, per fiscum reuocari posse, probat text. *in leg. Apostatarum, in fine, in verbo, Rescissis, C. de Apostatis,* Addentes ad Glossam *in cap. Cum secundum, in verbo, Ipso iure, de hæreticis, in 6.* & ibi etiam Geminian. *num.5. versic. Et ideo intellige,* & Franch. *nu.2. versic. In Glossa, in verbo, Ipso iure,* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Alienationes, num.1. in princip. & versic. Et cum igitur,* & *in verbo, Donatio, post numer.6. versicul. Et nota, quod licet donatio, in discursu,* & *in verbo, Fiscus, nu.1. versic. Et quid quandoque, & versic. Et cum igitur,* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.27. nu.2. in fin.* & ibi Campeg. *in additionibus* alios plures refert concordantes, Carer. *in tractat. de hæreticis, num.137.* Anton. Gomez. *de delictis, cap.2. rub. de crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ, nu.2.* vbi testatur de Communi, & pluribus hanc probat sententiam, Decian. *in tract. crim. libr.5. cap.44. nu.4.* Burlat. *consil.14. nu.4. lib.1.* Nec dissentit Læl. Zech *in summa, part.1. tit. de fide, rubric. de hæresi, cap.11. num.16. in 10. ampliatione,* & in 71

& in 7. ampliatione, versic. Vnde sequitur, Azzor. Iesuita institutionum moralium parte 1. lib. 8. cap. 12. rubr. de aliis hæreticorum pœnis, sub 6. quæst. Thom. Sanchez in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 22. nu. 31. Pacian. consi. 19. nu. 2. & seqq.

72 LIMITA † hanc primam ampliationem, vt alienatio facta ab hæretico, licet non valeat; non tamen ipso iure inualida est, sed, vt dixi, reuocatione indiget, & probari videtur in leg. Manichæos, §. præterea, C. de hæreticis, vbi requirit in proposito, hæreticum esse conuictum; ergo, antequam sit conuictus, non prohibetur emere, vendere, donare, & contrahere, prout ibidem adnotauit Azzor. nu. 10. relati per Sigismund. Scacciam in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & haretical. cap. 98. num. 12. in fin. versic. Quidam vero dicunt, & bene post Bannes Valent. & Azzor. in locis per eum relatis comprobat hanc limitationem Thomas Sanchez in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 22. nu. 50. & n. 51. vbi declarat diuersitatem effectus alienationum ipso iure irritarum, & earum, quæ irritandæ sunt.

73 Et † hæc opinio eo magis procedet, quando alienatio est facta ab eo, qui defecit in purgatione, vel qui per annum in excommunicatione existens fuit postea in contumaciam condemnatus, tunc enim alienatio facta ante condemnationem non est nulla ipso iure, quia bona non censentur confiscata, nisi à die contumaciæ, & non à die, quo testes probant hæresim, ex plene deductis per Gabriel Quemada quæst. 8. quem refert & sequitur Simanch. Catholicarum Institutionum tit. 9. rubr. de bonis hæreticorum, num. 26. vbi quod hæc opinio benigna interpretatione recepta est. Nec dissentit Vmbert. Locat. in iudiciali inquisitorum, quæst. 15. Couarru. in cap. Alma mater, §. 7. sub numer. 11. versic. Sed & in causa hæresis, Menoch. consil. 159. nu. 19. versic. Non obstat tertium, lib. 2. Thomas Sanchez in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 22. num. 35. & dixi iterum hac de re infra, quæst. 194. num. 49. & vide omnino pulcherrimum consilium eruditissimi iurisconsulti Lucensis D. Stephani Benassai, quod infra in fine huius quæst. imprimi curaui.

74 Contrarium † quod imo alienatio & contractus factus ab hæretico, sit ipso iure nullus, facit, quia, vt dixi supra, hac eadem quæstione, num. 68. eo ipso, quod quis est hæreticus, amittit dominium & administrationem rerum suarum; Et in specie videtur de mente Salyceti, in dict. leg. Apostatarum, nu. 1. C. de apostatis, vbi dicit, quod Apostatis alienationes sunt ipso iure interdictæ, summa Syluestrina in verbo, Hæreticus, §. 1. nu. 14. vbi, quod alienatio seu donatio facta ab hæretico ante condemnationem, non valet, & sequuta sententia effectus condemnationis retrotrahitur ad tempus commissi delicti, Simanch. Catholicarum institutionum tit. 9. rub. de bonis hæreticorum, num. 22. & nu. 25. Ioan. à Rojas singular. 18. num. 2. Quintilian. Mandos. in addit. ad Repert. Inquisitor. in verbo, Alienatio, litera A. versic. Crimine autem hæresis, Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 27. nu. 1. & seqq. Anton. Gomez. de delictis, cap. 2. rubr. de crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ, num. 2. vbi de Communi, Clar. in pract. crimin. §. hæresis, num. 11. versic. Item bona condemnatorum, & ibi Hieronym. Giaccar. in additionibus, litera V. in verbo, ipso iure, relati per Sigismund. Scacciam in tract. de iudicio causarum ciuil. criminal. & hæretical. cap. 98. sub nu. 12. versic. Nam quidam dicunt, vbi de Communi, & per Thomam Sanchez, qui tamen eos non sequitur, vbi supra, dict. cap. 22. nu. 48.

75 AMPLIA II. Quod † hæreticus non solum nec vendere, nec donare, nec alienare potest, sed generaliter nec etiam contrahere l. Manichæos, §. præterea, C. de hæreticis, in illis verbis: Non postremo contrahendi, &c. & ibi etiam Odofred. num. 1. versic. Item istis est interdictum, facit etiam text. (qui tamen in specie loquitur de hæreticis ementibus prædia, vel domus, in quibus erant constitutæ Ecclesiæ, vel Oratoria) in leg. si qui, C. de hæreticis, Gloss. in cap. Excommunicamus, il primo, §. credentes, in verbo, Sit etiam intestabilis, & ibi Anton. de Butr. num. 35. ext. eodem, Azzo in summa, rubr. de hæreticis, nu. 3. versic. Hi nec inter viuos pacisci, Hostiens. in eadem summa, de hæreticis, §. qua pœna feriatur, n. 8. vers. Nec inter viuos pacisci, Simanch. Catholicarum institutionum tit. 46. rubr. de pœnis, num. 55. & in Enchiridion violatæ religionis, tit. 67. eadem rubr. de pœnis, nu. 3. Carer. in tract. de hæreticis, nu. 151. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris, lib. 33. cap. 8. nu. 10. Pacian. consil. 19. nu. 2. & sequentib. Thom. Sanchez in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 22. nu. 48. vbi alios plures refert concordantes.

AMPLIA III. Quia † bona hæretico um post crimen hæresis incursum distracta vendicantur à fisco, etiam nullo restituto precio emptori, seu possessori eorũ, secundum addent. ad Gloss. in cap. cum secundum, in verbo, Ipso iure, de hæreticis, in 6. & ibi etiam Archidiacon. num. 2. versic. Et vbi hæreticis, Ioan. Andr. colum. fin. ad finem, versic. in Glossa terminatum, Geminian. num. 5. versic. Et ideo intellige, & num. 7. versic. In Glossa, & Franch. nu. 2. versic. In tantum, quod vendicantur bona, Bart. in l. si debitor, in fine, ff. qua in fraud. credit. Ancharan. in cap. final. nu. 2. in fine, nu. 2. in 6. notab. de præscript. in 6. Syluestrina in summa, in verbo, Hæreticus, §. 1. nu. 14. versic. Et si hæreticus alienauit, Ioan. à Rojas singular. 18. per totum, in discursu, Simanch. Catholicarum institut. tit. 9. rubr. de bonis hæreticorum, nu. 27. vbi, quod ita Communi sententia receptum est, Vmber. Locat. in iudiciali inquisitorum, in verbo, Alienationes, num. 1. ad medium, & in verbo, Fiscus, nu. 1. ad finem, versic. Et cum igitur, Repert. inquisitorum, in verbo, Alienatio, sub versic. Primo, in discursu, Zanchin in tractat. de hæreticis, cap. 27. num. 6. Anton. Gomez de delictis, cap. 2. rub. de crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ, nu. 2. vbi testatur de Communi, & pluribus eam comprobat, Gabriel Quemada quæst. 7. nu. 1. & seq. Bursat. consil. 14. nu. 4. lib. 1. Sigismund. Scaccia in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretic. cap. 98. nu. 13. versic. Contrariam sententiam, vbi de Communi, à qua dicit non esse recedendum, & nu. 15. vbi ampliat etiam, quod tertius possessor esset bonæ fidei possessor, & num. 17. vbi ampliationem declarat, & numer. 18. vbi respondet contrariis, Ioan. Azzor. institutionum moralium parte 1. lib. 5. cap. 7. quæst. 8. ante fin. versic. Deinde quæres, Thom. Sanchez in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 22. nu. 68. cum aliis pluribus ibi per eum relatis Doctorum authoritatibus, & num. 69. vbi ampliat etiam, quod emptor non fuerit conscius criminis emptoris. 76

Quamuis † contrarium scripserint Cyn. in l. meminisse, in fin. C. ad l. Iul. Maiest. Rom. in l. post contractũ, n. 3. & ibi Imol. nu. 1. ff. de donat. Alciat. in eadem l. post contractum, nu. 21. & seqq. Carer. in tract. de hæreticis, nu. 138. quem refert Hieron. Giaccar. in addit. ad Clarum, in pract. crim. §. hæresis, nu. 11. litera V. in verbo, Ipso iure, relati per Sigismundum Scacciam in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap. 98. nu. 13. in princip. 77

LIMITA † hanc tertiam ampliationẽ, nisi precium bonorum ipsius hæretici, vel aliquid loco precii reperiretur in bonis confiscatis dicti hæretici, & sic in fisci vtilitatem versum fuit, tunc enim fiscus dictum precium restituere tenetur, secundum Ioannem Andr. in dict. capit. Cum sciendum, col. final. versic. In Gloss. terminatum, & ibi etiam Franch. num. 2. versic. Nisi precium, de hæreticis, in 6. summa Syluestr. in verbo, hæreticus, §. 1. nu. 4. vers. Et si hæreticus alienauit, Ioan. à Rojas sing. 18. nu. 40. Simanch. Catholicarum institutionum tit. 9. rub. de bonis hæreticorũ, nu. 29. vbi loquitur, quando precium bonorum venditorum reponitur in bonis hæretici, & num. 30. vbi idem si pars precii in dictis bonis reperiatur, & num. 31. vbi idem, si hæreticus venditor ex precio rei venditæ factus sit locupletior, vtpura, quia emerit aliam rem, & num. 32. vbi idem, si res suas meliores fecerit, & nu. 33. vbi idem, quando soluit propria debita, & nu. 34. vbi generaliter, quando 78

quando precium versum est in rem hæretici, *& nu.39.& seqq.vsque ad nu.57.in discursu*, vbi, an, & quomodo probandum sit precium rei venditæ fuisse versum in vtilitatem alienantis hæretici, & consequenter fisci; in occurrenti materia eum adeas, quia multa ponit, & generaliter, & particulariter in hac materia, prout etiam dicta per Simancham *in loco præallegato* refert, & sequitur, Gabriel Quemada *q.7.n.4. & seqq.* quem etiam videas, Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verbo Alienationes, num.1. ad medium, versic. Quia aut extat precium, & in verbo Fiscus, num.1. in fine, vers. Et cum igitur*, Repertor. Inquisit. *in verbo Alienatio, versic. Primo post medium, & versic. Item quando in re vendita, & versic. Item alienatio bonorum hæreticorum non valet.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.27.nu.6.* Anton. Gomez *de delictis, cap.2. rubr. de crimine læsæ Maiestatis diuinæ & humanæ, num.2. vers. Quod tamen intellige, & sequentibus versiculis*, vbi pro hac declaratione ponderat quatuor iura, Decian. *in tract. criminal. lib.5. cap.44. nu.4.* Læl. Zecch. *in summa, par.1. tit. de fide rubr. de hæresi, cap.11. num.16. in 7. ampliatione, versic. Et si occultus hæreticus res suas vendidit*, vbi dixit, fiscum teneri restituere emptori precium in quatuor infrascriptis casibus. *Primo*, si precium datum reperitur in bonis hæretici. *Secundo*, si ex precio hæreticus factus est locupletior. *Tertio*, si ex illo precio res hæretici vtilitatem receperunt. *Quarto*, si precium fuit consumptum in vtilitatem rerum, seu personæ ipsius hæretici, vtputa quia ex eo familiam aluit, horreum emerit, arbores plantauerit, vel alias expensas necessarias, seu vtiles fecerit, Iacob. de Graffijs *lib.2. suarum decisionum, cap.11. nu.26.* Sigismund. Scaccia *in tract. de Iudicio causarum Ciuil. crimin. & hæretic. cap.98. num.16.* Azzo. *vbi supra d. lib.5. cap.7. ead. quæst.8. ad finem, vers. Si tamen precium*, Thom. Sanchez *in præcept. decalogi, lib.2. c.22. n.20.* vbi huius limitationis plura affert exempla, quando scilicet precium dicatur conuersum in vtilitatem venditoris, ita vt huic limitationi locus sit, vt puta precium cesserit pro alimentis venditoris, vel suæ familiæ, idem si fuerit expensum pro eiusdem valetudine, idem si res suæ ex eo fuerint factæ meliores, idem si fuerit ædificatum aliquod horreum, aut reparatum aliquod ædificium ruinam minas, idem si olineta fuerint restaurata, idem si ex eo fuerit redemptus census, *& numer.71.* declarat, quid si precium fuerit versum in res necessarias, aut vtiles emptoris, quæ tamen postea casu perierint, *& numer.72.* pariter declarat, quis debeat probare precium versum in vtilitatem emptoris, vide supra *in quæst.25. nu.169.*

79 AMPLIA IV. † Vt nec etiam fiscus teneatur restituere melioramenta facta per emptorem in bonis hæretici, quod an verum sit, & quando, vide multa docentem Simanch. *Catholicar. institut. tit.9. rub. de bonis hæreticorum, nu.107. & pluribus seqq.* Repertor. Inquisitorum, *in verbo Alienatio, vers. Sed melioramenta*, vbi dixit, quod melioramenta in re empta ab hæretico per emptorem retinētur, quando per Inquisitorem reuocatur alienatio, ex Baldo, quem allegat *in l.2. §. final. C. commun. de legat, & in verbo Inquisitores, vers. Inquisitor hæresis*, Decian. *in tractat. criminal. lib.5. cap.44. num.4.* vbi idem dicit, quod de melioramentis factis in re emphyteotica, quando propter emphyteutæ hæresim eius bona confiscantur, vide Thom. Sanchez *in præcept. decalogi, lib.2. cap.19. nu.33.* vide ad præmissa Læl. Zecch. *in summa par.1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.11. nu.16. post 10. ampliationem, vers. Et si res sit meliorata*, dixi hac de re latius *in quæstionibus ciuilibus.*

80 AMPLIA V. † Vt pariter à fisco reuocari possint omnes fructus percepti ab emptore bonorum hæretici, ex allegatis per Læl. Zecch. *in summa, par.1. tit. de fide, rub. de hæresi, cap.11. n.16. in 10. ampliatione*, quod an verum sit, & quando, vide Simanch. *Catholicar. Institut. tit.9. rubr. de bonis hæreticorum, nu.58. & 59.* vbi distinguit inter malæ fidei possessorem, & possessorem bonæ fidei, vt primo casu indistincte malæ fidei possessor fructus fisco restituat, secundo autem casu non, nisi post litem contestatam, & idem dicit *tit.18. rub. de defunctis, nu.18.* Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitorum, in verbo Donatio, post nu.6. vers. Et nota, quod licet donatio:* vbi videtur concludere, quod licet hæreticorum bona ipso iure sint confiscata, ipse tamen hæreticus, vel eius heredes non tenentur fisco restituere fructus perceptos ex dictis bonis vsque ad diem sententiæ, Sigismund. Scaccia *in tract. de iudicio causarum Ciuil. crim. & hæretic. cap.98. nu.12. ad medium, vers. Sed prouenit*, vbi quod fiscus reuocat alienata per hæreticum cum omnibus fructibus à die quo alienator cœpit esse hæreticus, qua de re dixi latius *in quæstionibus ciuilibus*, & vide latissime pertractantem hanc materiam Thom. Sanchez *in præcept. decalogi, lib.2. c.23. per totum, nu.1. & omnibus seqq.*

AMPLIA VI. † Vt alienata per hæreticum reuocentur, etiam quod alienata bona transierint per plures manus, summa Syluestrin. *in verbo hæreticus, §.1. num.14. vers. Et intelligas*, post Ioan. Monach. Archid ac. & Ioan. Andr. quos allegat *in cap. cum sim. de hæreticis in 6.* Ioan. à Rojas *singular 18. nu.3. in fine*, Repertor. Inquisit. *in verbo Alienatio, vers. Primo ante finem*, Sigismund. Scaccia *in tractat. de iudicio causarum Ciuil. crimin. & hæret. cap.98. nu.14.* Thom. Sanchez *in præcept. decalogi, lib.2. cap.22. num.36.* vbi alios plures refert concordantes, & amplius subdit, bona sic alienata ab hæretico posse per fiscum reuocari, etiam à bonæ fidei possessore. 81

AMPLIA VII. † quia hæreticus, cuius bona ipso facto propter hæresim sunt confiscata, non potest sine mortali peccato dicta bona vendere, cum sciat dicta alienata bona posse ab emptore vendicari precio non restituto, & sic est causa damni ipsius emptoris. Summa Syluestr. *in verbo hæreticus, §.1. num.14. vers. Et ideo*, vbi hoc declarat quatuor modis; *Primo* si esset in necessitate vitæ, & pro comedendo, & nisi venderet, fame periret; *Secundo* si alias esset soluendo, & sic posset aliunde emptori resarcire damnum; *Tertio* si suam conditionem emptori reuelasset; *Quarto* si delictum erat prorsus improbabile, qua de re vide Simanch. *Catholic. Instit. tit.9. rubr. de bonis hæreticorum, nu.28.* vbi dixit, hæreticum occultum peccare vendendo bona sua, & ponendo emptorem in discrimen amittendi rem, & precium, licet secus sit si donationes fecerit, aut alio lucratiuo titulo alienauerit, Anton. Gomez *de delictis cap. secundo rubr. de crimine læsæ Maiestatis diuinæ & humanæ, n.5.* vbi dixit, quod si hæreticus bona ipso iure confiscata alienaret titulo oneroso, non esset immunis à peccato ex eo, quod possessor maximo damno afficeretur dictis bonis postea confiscatis. Iacob. de Graffijs *lib.2. suarum decisionum cap.11. num.27*, vbi dixit, delinquentem, cuius bona ipso iure confiscantur, non esse immunem à peccato, si sua bona post delictum alienauerit in emptorem ignorantem illum decipiens, nisi eidem emptori delictum reuelauerit, aut alias delictum esset improbabile, & vide etiam omnino Ioan. Azzor. Iesuitam *in summa par.1. lib.5. cap.7. rubric. de potestate legis humanæ, pœnam in reos constituentis, qu.2.* vbi proponit quæstionem, an hæreticus ante condemnationem in foro conscientiæ sit priuatus dominio, & proprietate bonorum suorum, dans refert contrarias opiniones, & residet in affirmatiua, quam testatur receptam esse communi consensu Canonici & Ciuilis iuris interpretum, ac etiam Theologorum, proponit contraria, & illis respondet, idemque repetit *eadem par.1. lib.8. cap.12. num.2. in 2. quæst.* & rursus vide eundem Azzo. eodem *lib.5. dicto cap.7. quæst.7.* vbi præmissa conclusione, quod hæreticus post incursam hæresim alienans bona sua ex titulo lucratiuo non peccet, vt puta ex contractu donationis, secus si ex titulo oneroso, vt 82

so, vtputa venditionis; secundam conclusionis partem declarat pluribus modis, sicut declarauit Syluestrina *in locis praeallegatis*, Thom. Sanchez *in praecept. decalogi, lib. 2. cap. 22. nu. 58. & seqq.* vbi firmata conclusione, quod minime peccent, qui ante sententiam bona ipso iure publicata in alios alienant, quando illis, in quos est facta alienatio, nullũ damni periculum imminet, & pro hac conclusione pluribus aliis relatis Doctorum autoritatibus, ac etiam contrarium tenentibus, illam postea pluribus modis ampliat, & declarat in occurrenti casu, eum omnino adeas.

83 AMPLIA VIII. † Quia si vxor aliquid alienauit sine licentia viri, quo casu alienatio sit nulla vigore alicuius statuti, & post alienationem in haeresim incidat, fiscus sic per vxorem nulliter alienata reuocabit, etiam quod alienationis contractus fuerit iuramento firmatus, ex allegatis per Simanch. *Cathol. Institut. tit. 9. rubr. de bonis haereticorum, num. 57.*

84 Et † quid è contra si maritus occultus haereticus dotalem fundum vendidit, consentiente, & iurante vxore, quem haeresi detecta fiscus ab emptore vendicauit, nunquid vxor fundum praedictum, quem propter eius consensum non poterat recuperare ab emptore, possit illum vendicare à fisco, dic quod sic secundum Simanch. *Catholicar. Institut. tit. 9. rubr. de bonis haereticorum, nu. 75.* vbi testatur, ita alias pronunciasse contra fiscum duplici ratione, tum scilicet, quia non est nouum, quod quis ex alterius persona consequatur, quod ex sua persona consequi non valet; tum etiam quia aequum non est, vt fiscus cum alterius iactura locupletetur, vide ad haec scripta per Thom. Sanchez *in praecept. Decalogi, lib. 2. cap. 22. nu. 43. & seqq.*

85 LIMITA I. † propositam regulam, quia licet bonorum confiscatorum dominium ipso iure in fiscum transeat in crimine haeresis, non tamen eorundem bonorum transit possessio sine reali apprehensione, secundum Franch. *in cap. cum secundum, nu. 2. vers. Vltimo nota, de haereticis in 6.* Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitorum, in verbo Possessio, post numer. 6. vers. Et nota, & in verbo Fiscus, vers. Quamuis incorporatio, nu. 1.* cum aliis per Anton. Gomez *de delictis, cap. 2. rubr. de crimine laesae Maiestatis diuinae & humanae, nu. 3.* vbi facit generalem conclusionem, quod quando dominium sine traditione transit in aliquem, non tamen transit possessio, nisi expresse dicatur, ad text. *in l. cum haeredes ff. de acquirend. possess.* cum aliis ibi per eum allegatis, Didac. Canter *in quaest. crimin. rubr. de haeretic. &c. cap. 1. num. 16. in fine*, vide supra *in quaest. 25. num. 33. & seqq.*

86 LIMITA II. † quando haereticus antequam in haeresim incideret, fundasset hospitale, & bona sua illi dicasset, aut in aliud opus pium conuertisset, nam tunc si postea haereticus euadat, talis applicatio non reuocatur, & hoc non habet difficultatem, quia alienata ab haeretico reuocantur, quando alienauit postquam est effectus haereticus, non antea.

87 LIMITA III. † in bonis alienatis per haereticum ex causa necessaria, vtputa pro victu, pro vestitu, & pro medicinis, talis enim alienatio non poterit per fiscum reuocari, secundum Couar. *lib. 4. decreta. par. 2. cap. 6* §. 8. *n. 9. post Paul. de Montepico*, & Ioan. Ambal *in l. post contractum, quos allegat, ff. de donationibus*, summa Syluestr. *in verbo, haeresis, il primo quaest. 8.* Simanch. *Catholic. Inst. cap. 9. rub. de bonis haereticorum, num. 35.* Et licet ab istorum opinione dissentire videatur Gabr. Quemada *quaest. 7. n. 6. & seqq.* non tamen negat hanc sententiam esse aequiorem, & quatenus fisco competat rei vendicatio aduersus possessores istorum bonorum, ex necessitate alienatorum, adhuc admittit esse dictis debitoribus restituendum precium, Bursat. *cons. 14. num. 29. & 30.* Angelic. *in verbo Poena, num. 3.* Boss. *in tit. de bonor. publicat. nu. 77.* Peregrin. *de iure fisci, lib. 1. tit. 1. num. 166. & 176.* Couar. *in 4. decret. par. 2. cap. 6.* §. *6. nu. 9.* cum aliis pluribus relatis per Tho. Sanchez *in praecept. decalogi, lib. 2. cap. 22. num. 54. & seq.* vbi refert contrarium tenentes, & illos reprobat, *& nu. 56. & seq.* vbi ponit plura exempla alienationum factarum in causam necessariam, de quibus licet scripserim supra *in tract. de falsitat. & simulat. quaest. 164. num. 96. & seqq.* hic tamen illa referre incongruum non est; Primum est exemplum, quando haereticus alienat vt suis creditoribus satisfaciat, de quo latius dixi *d. qu. 164. nu. 100. & seqq.* Secundum, quando res aliquae alienantur ad effectum se, & familiam suam alendi, de quo pariter dixi, *qu. 164. num. 111. & seq.* Tertium, quando fit alienatio pro valetudine suorum, aut sua, & pro funere. Quartum in alienatione pro defendenda causa, vt pro aduocatis scripturis, ac aliis expensis litis pro tuendis rebus suis, Quintum in alienatione pro reparandis, & conseruandis bonis. Sextum pro dotandis filiabus, de quo etiam dixi *dict. quaest. 164. nu. 107. & seqq.* vide quae generaliter dixi supra *in tract. de falsitat. & simulat. quaest. 164. nu. 96. & seqq.*

LIMITA IV. † Quia etsi haereticus ipso iure administratione bonorum suorum priuatus non possit bona sua alienare, fiscusque contra alienantem habeat actionem pro reuocatione rerum alienatarum, non tamen ad eam agere potest via exequutiua, sed via ordinaria procedere debet, ex allegatis per Vmbert. Locat. *post Iudicial. Inquisitorum, quaest. 16.* vbi eam reddit praecipuam rationem, quia scilicet iure communi nunquam proceditur via exequutiua, etiam si actor habeat reum obligatum per scripturam, *l. minor vigintiquinque annis, cui fideicommissum, ff. de minoribus, cum aliis ibi per eum adductis*, vide quae dixi supra *in tract. de falsitat. & simulat. qu. 164. nu. 66. & seqq.* 88

ARGVMENTVM.

Haereticus quando testari possit.

SVMMARIA.

Testari non potest haereticus, & si testatur, testamentum est nullum, numer. 89. Sed an ipso iure, & ante sententiam, dicto num. 89.

Credentes, receptatores, defensores, & fautores haereticorum testari non possunt, nu. 99.

Apostatae testari non possunt, nu. 91.

Haeretici testari non possunt etiam ad pias causas, nu. 92.

Testamentum ab haeretico factum non reconualidatur per subsequutam poenitentiam, nu. 93.

Testari non potest poenitens de bonis acquisitis post abiurationem, dicto nu. 93.

QVAEST. CXC. §. 6.

REGVLA † sit negatiua, haereticum scilicet non posse testari, & si testetur, eius testamẽtum est nullum *l. Manichaeos, §. praeterea, vers. ergo C. de haereticis*, vbi dicitur: *Ergo & suprema illius scriptura irrita sit, siue testamento, siue codicillo, siue Epistola, siue quolibet alio genere reliquerit voluntatem*, & ibi Odofred. *nu. 1. vers. Ergo non poterunt testari*, Alberic. *nu. 2. in verbo Et suprema*, est etiam text. *in l. Manichaei, la seconda, ibi, Seu per institutionem, seu per legatum, & in l. sanctae, ibi, Non possunt successores habere ex testamento, C. eodem*, Alberic. *in l. cognouimus, nu. 1. C. eodem*, vbi propositis, & resolutis contrariis, dicit hoc esse expeditum, tam de iure Ciuili, quam de iure Canonico, Gloss. *in cap. si quis Episcopus, in figuratione casus in fine, vers. Nota quod haereticus, extra, de haereticis*, & ibi etiam Felin. *ante num. primum. vers. Nota haereticum incapacem*, & de iure canonico est text. *in cap. excommunicamus, il primo, §. credentes, extra, eodem* (qui tamen loquitur in fautore, seu defensore haereticorum; ergo multo magis in ipso haeretico) vbi ad literam dicitur 89

citur:

citur: *Sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem*, & ibi hoc adnotarunt Abb. antiquus, *num. 2. in verbo intestabilis*, Gloss. *in verbo Sit etiam intestabilis*, Ioan. Andr. *nu. 15. in verbo Intestabilis*, Henric. Boich. *ante nu. 11.* Ancharan. *num. 2.* Ioan. de Anania, *num. 6. vers. Septima pœna est*, Azzo. *in summa rubr. de hæreticis, num. 3. ante finem, versic. Nec in vltima voluntate*, Host. *in eadem summa dicta rubr. de hæreticis, §. qua pœna feriatur. nu. 8. vers. Nec in vltima voluntate aliquid alicui relinquere possunt, & §. quæ pœna imponatur, num. 13. vers. Sin autem receptator, vel fautor*, Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum filiorum, & nepotum, n. 4 vers. Testamenta eorum, & rubr. de pœnis hæreticorum post mortem, sub n. 1.* summa Angelica *in verbo, hæreticus, nu. 21.* Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitorum, in verbo Pœna num. 9. vers. Decimo septimo*, Repertor. Inquisitorum, *in verbo Pœna, vers. Item an hæreticus*, & ibi Quintil. Mandos. *in additionibus, litera G.* Simanch. *Catholicarum Institutionum, tit. 46. rubr. de pœnis, n. 55.* & in Enchiridion *Violat. Religion. tit. 67. eadem rubr. de pœnis, num. 3.* Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 151. in principio*, Pract. Conradi *in rubr. de hæreticis num. 7.* Bursatt. *cons. 14. num. 1. lib. 1.* Petr. Gregor. *Syntagma. Iuris, lib. 33. cap. 8. num. 10.* Ioan. à Rojas *singular. 61. num. 2.* vbi alij referuntur concordantes, & *singular. 185.* Thom. Sanchez *in præceptis decalogi, lib. 2. cap. 24. num. 1. & sequentibus*, vbi tamen subdit, testamentum factum ab hæretico ante sententiam declaratoriam non esse ipso iure nullum, sed bene per subsequuram sententiam reuocari, quicquid secus Pegna, Couarruuias, & alij *in locis ibi per eum relatis* contrarium dixerint.

90 Amplia I. † Vt nec etiam testari possint credentes, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum, de quo dixi supra *quæst. 182. nu. 45.* Hic repetere non est necesse.

91 Amplia II. † etiam in Apostatis, quos non posse testari dixi supra *quæst. 183. num 48.* Hic repetere superfluum est.

92 Amplia III. † Vt hæretici non possint testari, etiam ad pias causas, Vmbert. Locat *in Iudicial. Inquisitorum, in verbo Pœna, nu. 9. vers. Decimo septimo*, Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 151.*

93 Amplia IV. † Quia testamentum ab hæretico factum non reconualidatur per subsequutam pœnitentiam, ex allegatis in Repert. Inquisit. *in verbo Pœna, vers. Item nota quod si hæreticus reuertatur*, Ioan. à Rojas, *sing. 185. num. 3.* Imo hæreticus pœnitens, & Ecclesiæ reconciliatus, nec etiam potest testari de bonis acquisitis post abiurationem, ex allegatis in eodem Repertor. Inquisit. *in dicto verbo Pœna, vers. Item an hæreticus reconciliatus*, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum filiorum, & nepotum, nu. 3 in fine.*

ARGVMENTVM.

Hæreticus, an, & quando sit capax successionis, ex testamento, vel ab intestato.

SVMMARIA.

Hæreticus est incapax successionis, & hæreditatis sibi delata, tam ex testamento, quam ab intestato, n. 49. Etiam ex testamento Militis, nu. 95.

Hæretici sunt etiam incapaces donationis cuiuscumque alterius rei ex contractu inter viuos, num. 96.

Credentes, defensores, fautores, & receptatores hæreticorum sunt incapaces cuiuscumque successionis, & hæreditatis, tam ex testamento, quam ab intestato, num. 97.

Apostatæ sunt incapaces hæreditatis, & successionis, tam ex testamento, quam ab intestato, num. 98.

Hæreticus propter hæresim exhæredari potest, nu. 99.

Hæreticus pœnitens, & reconciliatus, capax est hæreditatis sibi delatæ post reconciliationem, & absolutionem, secus si nondum reconciliatus, & absolutus fuerit, etiam quod suum errorem confessus veniam petierit, nu. 101.

Legatum factum hæretico, sectæ, seu collegio hæreticorum non valet, nu. 100.

Hæreditas, quæ ab hæretico aufertur propter eius incapacitatem, non applicatur fisco, sed venientibus ab intestato, quando hæreticus est occultus, nu. 102. Contra, nu. 103.

Distingue, vt, nu. 104.

QVÆST. CXC. § 7.

Regula † sit, quod hæreticus priuatur successione hæreditatis alicuius, tam ex testamento, quam ab intestato, tex. est *in l. Manichæos, §. 1. in fine, Cod. de hæreticis*, vbi dicitur: *Ipsos quoq; volumus amoueri ab omni liberalitate & successione quolibet titulo venientes*, & ibi etiam Odofred. *nu. 1. vers. Item iusti non succedunt*, Alb. *nu. 2. in verbo, Liberalitatem*, est etiam text. *in l. Arriani, §. cunctis*, in illis verbis: *Siue ex vltima voluntate, rebus qualitercumque relictis, & in l. quæ de Samaritis*, in illis verbis: *Delatam ipsius successionem vendicat fiscus, C. eodem*, Odofr. *in authentic. Credentes, vers. Et dicit, C. eodem*, Hostien. *in cap. in eos, in principio, vers. Quia tales, extra, de hæreticis, & de iure canonico* est tex. *in cap. excommunicamus, il primo, §. credentes, extra, de hæreticis*, in illis verbis: *Nec ad hæreditatis successionem accedat*, qui quidem textus vere loquuntur in defensore, & fautore hæreticorum, ergo multo magis in hæretico, & ibi hoc adnotarunt Abb. antiquus, *num. 2. in verbo Accedat*, Anchar. *nu. 3.* Anton. de Butrio *nu. 33.* Marian. Soccin. *nu. 59. vers. Octaua pœna est*, Ioan. de Anania *nu. 6. vers. Nec etiam possunt succedere*, Zabarel. *in dict. §. credentes, nu. 6. in prima oppositione*, Azzo *in summa rubr. de hæreticis, num. 19. vers. Item non capiunt ex alicuius vltima voluntate*, Hostien. *in eadem summa, dicta rubric. de hæreticis, §. qua pœna feriatur, num. 8. vers. Nec capiunt ex alicuius vltima voluntate, & §. quæ pœna imponatur, nu. 13. vers. Sin autem receptator*, summa Armilla *in verbo hæresis, num. 10. vers. Nec eis aliquid relinquendum*, Angelica in summa *in verbo hæreticus, num 14. & 21.* summa Syluestrin. *in eod. verbo hæreticus, §. 1. num. 14. vers. Decima, quod siue heretici*, Tabien *in summa in dicto verbo hæreticus, num. 14.* Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitorum in verbo Pœna, vers. Decimo siue sint conuicti, & vers. Decimo septimo, &c.* Repertor. Inquisitorum, *in verbo Infamia, & vers. Infamis regulariter potest testari, & in verbo Pœna, versic. An hæreticus reconciliatus*, & ibi Quintilian. Mandos. *in additionibus litera G.* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis rub. de pœnis hæreticorum, & similium, num. 2.* Simanch. *Catholicar. Institut. tit. 46. rubr. de pœnis, nu. 55.* & in Enchiridion *Violat. Religion. tit. 67. eadem rubr. de pœnis, nu. 5.* Carer. *in tract. de hæreticis, num. 151.* vbi quod non solum sunt incapaces hæreditatis, sed etiam legati, & fideicommissi, & *nu. 154.* Petr. Gregor. *Syntagma. iuris, lib. 33. cap. 8. num. 10.* Ioan. à Rojas *Singular. 79. nu. 1.* Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis, num. 6. vers. Item non possunt hæredes institui*, Decian. *in tract. crimin, lib. 5. cap. 44. nu. 17. in principio, versic. Extende, vt procedat*, vbi ampliat etiam, quod filius instituerit Patrem hæreticum, *& dicto nu. 17. in fine, vers. Volumus hæreticum amoueri à qualibet successione quolibet titulo venientem, & cap. 45. nu. 5 versic. Amplia, vt sint incapaces.*

Amplia I. † hanc regulam, vt hæreticus non sit capax successionis etiam ex testamento militis, *l. vltima C. de hæreticis*, vbi ad literam dicitur: *Iussimus neminem errore constrictum hæreticorum hæreditatem, vel legatum, vel fideicommissum accipere etiam in vltimis Militum voluntatibus*, & ibi Alberic. & Salicet. Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 151.* Petr. Gregor. *Syntagma. Iuris, lib. 33. cap. 8. nu. 11.* Decian *in tract. crim. lib. 5. cap. 44. num. 17. versic. Neque etiam ex testamento Militis.* 95

Amplia II. † Vt hæreticus non solum sit incapax hæreditatis ipsi delatæ ex testamento, vel ab intestato 96

seu

sed etiam ex contractu inter viuos, vtputa donatione, text. est *in l. Ariani §. cunctis, ibi: Siue de donationibus hæreticorum conuenticula, C. de hæreticis*, Butrigar. *in l. si quis C. eodem*, vbi generaliter dixit, prohibitum esse transire inter viuos ad hæreticos, & ad eorum congregationes; & propterea pœna statuta relinquentibus in testamento hæreticis aliquid, vel eos instituentibus, habet locum etiam in dantibus & donantibus, extra testamentum, & inter viuos, vt probari videtur *in cap. in eos, extra, de hæreticis*, ponderando verbum, *Conferant*, in textu positum, quod generale est tam ad dispositionem vltimæ voluntatis, quā inter viuos, vt ibidem adnotauit Glossa, *in verbo, Nihil conferant*, Hostiens. *in eodem verbo, Nihil conferant*, Marian Soccin. *num. 3. & 4.* Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis, num. 6. vers. Item non possunt hæredes institui*, & cum vt dixi hæreticus sit incapax non solum successionis ex testamento, sed etiam cuiuslibet acquisitionis ex contractu; hoc ideo res illi donatas non ad fiscum pertinere, sed donanti reddendas esse scripserunt Quemada *in suis quæstionibus fiscalibus qu. 18.* Azzor. *Institutionum Moralium par. 1. lib. 5. cap. 8. quæst. 1. & lib. 8. cap. 12. quæst. 8.* Ex quibus, iunctis alijs præallegatis, cum negari non possit, ita communiter à Doctoribus receptum esse, ab hac communi in iudicando non recedas, licet Thom. Sanchez *in præceptis decalogi, lib. 2. c. 14. n. 36.* dixerit, hæretico donata post sententiam fisco acquiri, vide infra *num. 102.*

97 AMPLIA III. † etiam in credentibus, receptatoribus, defensoribus & fautoribus hæreticorum, quos esse incapaces hæreditatis, tam ex testamento, quam ab intestato dixi supra *quæst. 182. num. 46.* Hic repetere non est necesse.

98 AMPLIA IV. † in Apostatis, quos pariter esse incapaces, vt supra dixi *in quæst. 183. num. 49.* & hic repetere superfluum est.

99 AMPLIA V. † Vt filius propter hæresim exhæredari possit, ex allegatis per Decian. *in tractat. criminal. lib. 5. cap. 44. num. 17. vers. Ideo filius hæreticus ex hac sola causa exhæredari poterit.*

100 AMPLIA VI. † Quia legatum factum hæretico, sectæ seu Collegio hæreticorum reprobato, non valet; Bonifac. de Vitalinis *in cap. ad nostram, & num. 8. & seqq. de Hæreticis*, Ioan. à Rojas *Singul. 37.* cum allegatis per eum, Decian. cum allegatis per eum *in tract. crim. lib. 5. cap. 44. num. 17. vers. Et licet vni ex collegio.*

101 AMPLIA VII. † Quia hæreticus pœnitens, & reconciliatus, dubium non est quod est capax hæreditatis sibi delatæ, post reconciliationem, & absolutionem habitam, secus si nondum reconciliatus fuerit, & per sententiam absolutus, etiam quod iam suum errorem confessus veniam petierit, secundum Simanch. *Catholicar. Institut. tit. 9. rubr. de bonis Hæreticorum, num. 125.* vbi tamen subdit, quod pœnitens habetur pro absoluto, & reconciliato, quando iudices iam ad pœnitentiam ipsum receperunt, etiam quod non fuerit lata sententia. Ad quę vide idem dicentem Thom. Sanchez *in præcept. decalogi, lib. 2. cap. 14. num. 40.* vbi amplius, quod in foro conscientiæ pœnitens ex die, qua resipiscens ad fidem redit, capax est successionis, & propterea hæreditatem eo tempore delatam, aut legatum non tenetur restituere, nec postea dicta hæreditas, seu legatum ad fiscum pertinet.

102 LIMITA † Propositam regulam sic, vt supra, ampliatam, quia hæreditas delata hæretico ex testamento, vel ab intestato, cuius ipse propter hæresim incapax est, defertur proximioribus venientibus ab intestato non autem fisco, (prout aliqui voluerunt) defendit Ioan. de Anania *in cap. excommunicamus il primo §. credentes, num. 7. extra, de haeret.* & ibi etiam Felin. *nu. 3. ante finem, versic. Nota ibi de intestabili*; vbi loquitur, quando testamentum hæretici non valet, & dicit idem, quod hæreditas non vadit ad fiscum. Nec dissentire videtur Simanch *Catholic. Institut. tit. 9. rubr. de bonis hæreticorum, nu. 124. & tit. 46. rubr. de pœnis, num. 56.* vbi & hanc negatiuam opinionem admittit in occulto hæretico, secus si in publico, & propterea subiungit, quod hæreditas hæretico relicta ab eo, qui ignorabat illum esse hæreticum, non fisco, sed proximioribus testatoris ignorantis applicatur, secus si fuerit relicta ab eo, qui sciebat institutum esse hæreticum, & ante eum idem pluribus comprobauit Gabriel. Quemada *in quæst. 18.* affirmans, bis ita fuisse pronunciatum apud eum, quod scilicet delata hæreditas occulto hæretico fisco non acquiratur, Vmbert. Locat. *post Iudicial. Inquisit. qu. 17.* vbi quatuor fundamentis hanc firmat sententiam, & respondet cōtrariis Azzor. *Institution. Moral. par. 1. lib. 8. cap. 12. rubric. de alijs hæreticorum pœnis, quæst. 8.* vbi refert, & sequitur distinctionem positam à Simancha *in loco præallegato.* Addo pro hac eadem opinione alios plures relatos Doctores per Thom. Sanchez (qui tamen eos non sequitur) *in præcept. decalogi, lib. 2. cap. 14. num. 32. & 33.* Ex quorum dinumeratione, si veritatem fateri velimus, ita communiter à Doctoribus receptum esse dubitandum non est.

Contrarium † videtur probari *in l. quæ de Samaritis C. de hæreticis*, in illis verbis: *Delatam ipsius successionem vendicat fiscus*, Carer. *in tract. de hæreticis, num. 151. vers. Imo tunc fiscus vendicat*, Ioan. à Rojas *singul. 79. num. 2.* Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 44. nu. 17. vers. Et si ei quid relinquitur vendicat fiscus, & dicto nu. 17. in fine, vers. Quod si fiat bona ipsi fisco applicabuntur*, & hanc contrariam sententiam secuti sunt Imol. Leonard. Less. Molina, Azzor. quos in proposito refert, & sequitur Thom. Sanchez. *in præcept. decalogi, lib. 2. cap. 14. nu. 31. & 34.* Quicquid secus sit de iure Regio; vt ibi per eum, ea motus ratione, quia credidit, & probauit, nullo iure caueri, hæreticum esse incapacem hæreditatis sibi delatæ, & consequenter cum sit capax, fiscus ab eo aufert tanquam ab indigno, quod non faceret si esset incapax, per regulam à me positam supra *qu. 25. nu. 139.* 103

In † hac contrarietate distingue, vt hæreditas propinquorum aliis proximioribus deferatur, hæreditas vero extraneorum fisco applicetur, secundum Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisit in verbo Filij, nu. 11.* vide tamen eundem Vmbert. Locat. *post iudic. Inquisit. qu. 17.* vbi indistincte videtur tenere, & defendere primam opinionem, & pro hac eadem distinctione, vide in Repertor. Inquisitor. *in verbo Filij, vers. An autem nepotes hæretici*, vbi loquitur in filijs hæreticorum incapacibus, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 28. num. 11. & 12.* 104

Sed certe primam opinionem veriorem esse crederem, siue delata hæreditas sit proximiorum, siue extraneorum. Vtroque enim casu militat ratio eadem incapacitatis scilicet, quæ facit vt fiscus ab incapace hæreditatem tanquam ab indigno auferre nequeat, & quod hæreticus sit incapax successionis, & hæreditatis sibi delatæ, probant omnes Doctores supra per me relatis, *num. 64.* & plures alij pariter relati per Thom. Sanchez vbi supra *nu. 32. & 33.* Et quibus negari non potest, ita à Doctoribus communiter receptum esse, quicquid secus tentauerit idem Sanchez *ibidem num. 31.* Poterit forsan contraria opinio procedere in hæreditate hæretico relicta scienter ab eo, qui illum esse hæreticum non ignorabat. Tunc enim in pœnam sic instituentis hæreticum, vel illi aliquid relinquentis, hæretico delata hæreditas fisco applicabitur, secundum Simanch. & Azzor. *in locis præallegatis* à quibus non dissentit Thom. Sanchez, vbi supra *numer. 38. & 39.* Verum extra hunc scientiæ casum, & data ignorantia illius, qui hæreticum instituit, aut illi aliquid legat, siue sit proximior, siue extra-

extraneus, fisco nihil acquiri, sed proximioribus ab intestato venientibus testatori, & verius, & magis communiter, vt dixi, receptum est.

ARGVMENTVM.

Instituentes hæreticum an, & qua pœna puniantur.

SVMMARIA.

Episcopus instituens hæredes hæreticos est excommunicatus, siue instituti sint extranei, siue etiam consanguinei, nu. 105. *Eiusque nomen inter Dei Sacerdotes nullo modo recitatur, numer.* 106.

Sepultura denegatur instituentibus hæredes hæreticos, nu. 107.

Instituens hæredes hæreticos de hæresi damnari potest, num. 108.

Instituens hæredes hæreticos ipso iure excommunicatus est, num. 109.

Presbyteri, & Clerici sunt excommunicati instituentes hæreticos hæredes, nu. 110.

Laici Catholici excommunicationem incurrunt instituentes hæredes hæreticos, nu. 111.

Donantes aliquid hæreticis sunt excommunicati, ac si ex testamento reliquissent, nu. 112.

Paganis, aliisque infidelibus nihil in testamento relinqui potest, num. 113.

Hæreticos instituentes hæredes possunt inquiri, & excommunicari etiam post mortem, nu. 114.

Declara, vt num. 115.

Hæreticum pœnitentem hæredem instituere nemo prohibetur, num. 116.

Hæretico ex causa pietatis existenti in necessitate aliquid relinqui potest, nu. 117.

Hæreticos hæredes instituens ignorans eos esse hæreticos, nullam incurrit pœnam, nu. 118.

QVÆST. CXC. §. 8.

105 REGVLA † sit, quod Episcopus instituens in suo testamento hæreticos hæredes excommunicatus est, siue instituti sint extranei, siue etiam consanguinei, text. est *in cap. Episcopus, extra, de hæreticis*, vbi ad literam dicitur: *Si quis Episcopus hæredes instituerit extraneos à consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos, aut paganos pertulerit, saltim post mortem ei anathema dicatur.* Et ibi hoc adnotarunt Gloss. *in figuratione casus, & in verbo Si quis Episcopus*, Innoc. *in fine*, Henric. Boich *num.1. versic. Aut alias*, Anton. de Butrio, *in summario, & in secundo notab.* Abb. *etiam in summario, & num.2. in primo notab.* Felin. *etiam in summario*, Cardin. Zabar. *nu.1.* Marian. Socc. *etiam nu.1.* summa Armilla *in verbo hæresis, num.10. in fine*, Angelic. *in summa in verbo hæreticus, nu.*14. Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitorum in verbo Pœna, num.9. vers. Decimo siue sint coniuncti*, Decian *in tractat. crim. lib.5. cap.43. nu.8. vers. Et Episcopus, qui hæreticum instituit.*

106 AMPLIA I. † Quia Episcopus instituens hæredes hæreticos non solum excommunicatur, sed etiam eius nomen inter Dei Sacerdotes nullo modo recitatur; sunt verba expressa, *in d. cap. si quis Episcopus, in fine, extra, de hæreticis*, & ibi adnotarunt Hostiens. *in verbo Nomen, & in verbo Inter Dei Sacerdotes*, vbi propterea eos infames existimat, Anton. de Butrio, *nu.3. in 3. notab.* Zabarel. *num.1. vers. Nec nomen eius:* Marian. Soccin. *nu.5. & 6.*

107 AMPLIA II. † Vt instituentes hæreticos, non solum incurrant pœnam excommunicationis, sed etiam eis denegetur sepultura, secundum Hostiens. *in cap. si quis Episcopus, num.3. in verbo Anathema, vers. Ergo non sepeliatur, extra, de hæreticis*, & ibi etiam Henrich. Boich *nu.1. in fine, vers. Non ergo sepelietur.* Marian. Soccin. *nu.11.*

108 AMPLIA III. † Vt instituens hæreticos non solum incurrat excommunicationem, sed etiam de hæresi damnetur, secundum Marian. Soccin. *in cap. si quis Episcopus, num.1. in fine, extra de hæreticis*, & ibi etiam hoc expresse dicit Ioan. de Anania *in primo & tertio summario*, Decian. *in tractat. crimin. lib.5. cap.44. num.17. versic. Instituens autem, & cap.43. num.8. versic. Et Episcopus, qui hæreticum instituit.*

AMPLIA IV. † Quia instituens hæreticos hæredes, 109
à die facti testamenti dicitur excommunicatus, secundum Marian. Soccin. *in cap. si quis Episcopus, nu.12. extra, de hæreticis*, & ibi etiam Ioan. de Anania *num.3. vers. Alij dicunt*, vbi tamen dubitat de hac conclusione.

AMPLIA V. † Quia non solum Episcopi, sed etiam 110
Presbyteri, & Clerici sunt excommunicati instituentes hæredes hæreticos, secundum Gloss. *in dicto capit. si quis Episcopus in figuratione casus, vers. Et idem intellige de omnibus Clericis, extra, de hæreticis*, & ibi Hostiens. *num.1. vers. Sed & hoc prohibetur*, Henric. Boich. *nu.2. vers. Et quod dictum est, & num.6. vers. Tertius casus est*, & est text. expressus *in cap. in eos, extra, eodem*, vbi ad literam dicitur: *Deniq; hoc, quod de Episcopis, & Presbyteris dictum est, debet de reliquis Clericis exaudiri:* & ibi hoc adnotarunt Gloss. *in figuratione casus, in verbo Dereliquis*, Hostiens. *num.4.* Anton. de Butrio *in primo, & secundo notab.* Abb. *num.1.* & Ioan. de Anania *in principio, & sub nu.1.*

AMPLIA VI. † Quia non solum Episcopi, Presbyte- 111
ri, & Clerici, sed etiam omnes alij Laici Catholici incurrunt excommunicationem instituendo hæreticos, secundum Hostiens. *in cap. si quis Episcopus, num.3. ad medium, vers. Et quocumque Catholico, extra, de hæreticis*, & ibi Henric. Boich *num.1. versic. Aut alias, & nu.2. versic. Et idem quod dictum est, & num.6. sub vers. Tertius casus est*, Ioan. de Anania, *num.1. post medium, vers. Comprehendit illa decretalis, & vers. seq.*

AMPLIA VII. † Vt nec etiam inter viuos hæreticis 112
aliquid dari, aut donari possit, dantesque, seu donantes, pœnas prædictas incurrunt, vt dixi *supra hac eadem quæst. num.96.*

AMPLIA VIII. † Quia non solum hæreticis, sed nec 113
etiam Paganis omnibus, qui Catholici non sunt, Episcopus in testamento nihil relinquere potest, *cap. si quis Episcopus in verbo, Aut Paganos, extra, de hæreticis*, & ibi hoc adnotarunt Glossa *in verbo Paganos*, Hostiens. *nu.1. in eodem verbo Paganos*, Anton. de Butrio, *in summario, & nu.6.* Abb. *nu.2. in primo notab.* Felin. *in fine principij*, Cardin. Zabarel. *in 3. oppositione*, Marian. Soccin. *nu.2. in primo notab.* Ioan. de Anania *in primo & secundo summario, & num.2.* Idem Cardin. Zabarel. *in principio, & in fine*, & Marian. Soccin. *nu.1. & 2.* & Ioan. de Anania *nu.1. & nu.6.*

AMPLIA IX. † Quia instituens in suo testamento 114
hæredes hæreticos potest inquiri, & excommunicari etiam post mortem; tex. *in cap. si quis Episcopus*, in illis verbis: *Saltem post mortem, extra, de hæreticis*, & ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, in fine, vers. Item aliquis potest post mortem excommunicari, in verbo Post mortem*, Host. *num.3. ante medium, versic. Tertius est casus*, Henric. Boich. *post nu.6. vers. Tertius casus est*, Ancharan. *nu.2. in prima oppositione*, Anton. de Butrio, *in summario, & n.7.* Abb. *etiam in summario, & nu.3. in secundo notab.* Felin. *etiam in summario, & num.1.* Cardin. Zabarel. *post num.1. & in quarta oppositione.* Marian. Soccin. *num.10. vers. Vltimo quæro*, Ioan. de Anania *in primo & tertio summario, & nu.3.* Paul. Ghirland. *in tractat. de hæreticis, quæst.9. num.2.* vbi generaliter dixit, quod in euentum, in quem post mortem alicuius inuentum fuerit, quod is in vita sua vel causa mortis aliquid ex bonis suis, hæreticis reliquerit, vel donauerit, vt hæreticus damnandus, & declarandus est, eius ossa in loco sacro sepulta exhumanda, & in prophanis locis proijcienda.

LIMITA hanc IX. † ampliationem, vt isto casu pos- 115
sit procedi contra Episcopum de crimine, & quoad pœnam excommunicationis, non autem quoad confisca-

fiscationem bonorum, secundum Hostiens. *in cap. si quis Episcopus, num. 3. ad medium, vers. In his autem duobus casibus vltimis, extra de hæreticis*, & ibi etiam Henric. Boich *post nu. 6. ad medium.*

116 LIMITA I. † propositam regulam, vt non prohibeatur quis hæreticos instituere si pœnituerint, secundum Gloss. *in cap. si quis Episcopus in Gloss. prima in fine, vers. Hoc intellige nisi pœnituerint, extra de hæreticis*, & ibi Hostiens. *num. 1. vers. Quod si verum est nisi pœniteant*, Anton. de Butr. *num. 5.*

117 LIMITA II. † Quia hæretico in necessitate constituto, ne fame pereat, ex causa pietatis potest aliquid relinqui, vt dixi supra *quæst. 182. n. 13.* Hic repetere non est necesse.

118 LIMITA III. † Vt instituens hæreticos non incurrat excommunicationem, si probabiliter ignorabat eos esse hæreticos, secundum Henric. Boich. post Ioann. Andr. quem allegat, *in c. si quis Episcopus, n. 1. vers. Quod verum, extra de hæreticis*, vbi propterea secus dixit, si ignorantia esset crassa, & supina, & ibi etiam Anchar. *num. 2. vers. Et intellige*, Anton. de Butrio *nu. 4.* Felin. *in principio, versic. Et limita, dummodo scienter*, vbi quod præsumitur ignorantia, & non scientia, nisi probetur, Card. Zabar. *in secunda oppositione*, Marian. Socc. *nu. 9.* Ioan. de Anania, *nu. 1. ante finem, vers. Et intellige.*

ARGVMENTVM.

De præscriptione Iuris confiscandi bona hæreticorum.

SVMMARIA.

Ius confiscandi quanto tempore præscribatur, & de materia generaliter, nu. 119.

Confiscandi ius præscribi per quinquennium, etiam quod bona sint incorporata, voluerunt relati nu. 120.

Confiscandi Ius in crimine hæresis præscribitur spatio quadraginta annorum, nu. 121. Vbi etiam quid si agatur contra Romanam Ecclesiam.

Ius confiscandi in crimine hæresis nunquam præscribitur secundum aliam opinionem, de qua nu. 122.

Ius confiscandi in crimine hæresis quadriennio præscribitur, nu. 123. Vbi loquitur in bonis vacantibus fisco denunciatis, secus in non denunciatis.

Ius confiscandi præscribitur per decem annos, nu. 124. Vbi relati Doctores loquuntur in bonis vacantibus fisco delatis, & non denunciatis.

Ius confiscandi præscribitur spatio quadraginta annorum in crimine hæresis secundum aliam opinionem, de qua, nu. 125.

Ius confiscandi præscribitur spatio centum annorum contra Romanam Ecclesiam, quando bona sunt incorporata, num. 126.

Ius confiscandi præscribitur minori spatio, quando agitur contra fiscum secularem, quam quando agitur contra fiscum Ecclesiasticum, nu. 127.

Ius confiscandi in bonis defuncti hæretici præscribitur spatio quadraginta annorum, si tempore mortis hæreticus reputabatur Catholicus, si vero non reputabatur Catholicus nunquam currit præscriptio, num. 128.

Præscriptio nulla currit quando est interrupta, nu. 129.

Præscriptio Iuris confiscandi in bonis hæreticorum, an, & quando currat sine titulo, & bona fide, nu. 130.

Viuente hæretico nulla currit præscriptio, nu. 122.

QVÆST. CXC. §. 9.

119 HÆRETICORVM † bona in fisci præiudiciũ præscribi posse ab hæredibus defuncti hæretici nulla est dubitatio, & probat text. *in cap. fin. vers. Si post mortem, de præscriptionibus in 6.* Verum an, quando, & quanto tempore præscribantur, vltra ea, quæ dixi *supra quæst. 25. nu. 156. & seqq.* vide late disputantem, & distinguentem Alberic. *in l. si quis defuncto C. de Apostatis*, Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo Fiscus, num. 2. & omnibus seqq.* Gabriel. Quemad. *qu. 16.* Molin. *de Iustitia & Iure, tom. 1. disputat. 73. per totam*, Thom. Sanchez *in precept. decalogi, lib. 2. cap. 22. nu. 41.* vbi ponit quatuor conditiones à iure requisitas in præscriptione bonorum hæretici, & quidem est quæstio multum intricata, cum varij varia dixerint, quorum singulas opiniones fideliter referre curabo, cum non potuerim solitum ordinem meum per regulam, ampliationes, & limitationes, seruare, & ex relatis opinionibus, quid iure statuendum sit, facile lector percipiet, nec errare poterit, si communem amplectetur.

PRIMA † fuit opinio eorum, qui dixerunt, bona hæreticorum ipso iure confiscata quinquennio præscribi, per text. *in l. secunda C. de Apostatis secundum Bart. & alios relatos, per Gabriel. Quemad. q. 16. nu. 5. & 6.* vbi testatur de communi, & ampliat quoad fiscum secularem, etiam in bonis incorporatis, *& num. 11. & num. 18. & nu. 22.* vbi reddit rationem, quare hæreticorum bona sic breui tempore, quinquennio scilicet, præscribantur, & per Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitorum, in verbo Fiscus, n. 4. vers. Si vero non sunt incorporata, & vers. Et quando confiscantur bona hæreticorum, præscribuntur per quinquennium, & versic. Tertio bona confiscata propter hæresim*, vbi tamen loquitur, quando bona applicantur fisco seculari, Cater. *in tract. de hæreticis, nu. 142. in principio*, Bursat. *cons. 43. n. 38. in fine*, vbi tamen loquitur, quando agitur de præscriptione contra fiscum secularem, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 44. nu. 12. in principio, & vers. Et quod contra fiscum*, Iacob. de Graffijs, *lib. 2. suarum decisionum, cap. 11. num. 11.* Alios retuli supra *quæst. 25. numer. 158.* & pro hac prima opinione faciunt Doctores allegati *infra quæstion. 197. num. 112.* 120

SECVNDA † fuit opinio eorum, qui dixerunt, quod bona confiscanda propter hæresim præscribuntur spatio quadraginta annorum, per tex. *in cap. final. §. 1. de præscriptionibus in 6.* Felin. *in c. Vergentis, nu. 4. in quarta fallen. extra de hæreticis*, vbi loquitur de filiis præscribentibus tanto tempore bona Patris hæretici, secundum Glossam *in cap. accusatus §. in eo vero casu, in verbo post mortem, vers. Intellige hoc vsque ad quadraginta annos, de hæretic. in 6.* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rub. de executione sententiæ, num. 4. in fine*, summa Syluestrin *in verbo hæreticus, §. 1. num. 14. vers. Excipe tamen casum*, Simanch. *Catholicar. Institut. tit. 9. rubr. de bonis hæreticorum, num. 133.* vbi quod ita apud eum in Tribunali Inquisitionis receptum est explosis & eiectis aliorum opinionibus volentium, quinquennij vel viginti annorum præscriptionem sufficere, & in Enchiridion *Violat. Religion tit. 62. rubr. de mortuis, nu. 7.* Gabriel. Quemad. *quæst. 16. nu. 1.* vbi requirit etiam bonam fidem, *& n. 2.* vbi ampliat, tam contra Ecclesias inferiores, quam contra Ecclesiam Romanam, *& nu. 3. & 4.* vbi quod sufficit bona fides sine titulo, & ampliat etiam quod bona sint iam incorporata, *& nu. 9. & n. 17. & nu. 31.* summa Tabien. *in verbo hæreticus, nu. 12. vers. Secundus est effectus*, Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis, par. 1. nu. 495. & seq.* vbi in idem quam plures Doctorum authoritates adducit, Quintilian. Mandos. *in additionibus ad Repertor. Inquisitor. in verbo, Confiscatio, litera T.* Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo Alienationes, nu. 1. vers. Adde super præscriptionibus, & in verbo Cadauera, nu. 4. vers. Nisi filij fideles, & Catholici per annos quadraginta iam ea bona possedissent, & in verbo Fiscus, nu. 2. & nu. 4. versic. Nota tamen distinctionem*, vbi ampliat etiam, quod agatur contra Romanam Ecclesiam, quando bona non sunt incorporata, *& in vers. Directorium Inquisitionis, & iterum infra in versic. Secundo bona confiscata*, vbi pariter dixit, spatio quadraginta annorum præscribi bona confiscata pertinentia ad fiscum Ecclesiasticum, *& in verbo Quadragenalis, nu. 1.* 121

Bursat.

Barsat *cons.* 43. *num.* 38. *in fine*, vbi loquitur, quando præscribitur contra Ecclesiam, Mol. *de Iustitia, & Iure, tom.* 1. *disputat.* 73. *vers. Obiter inseramus in* 3. *conclusione*, vbi etiam requirit ignorantiam præscribentis, quod esset hæreticus ille, cuius bona possidet, Zanch. *in tract. de hæreticis, cap.* 24. *num.* 4. *vers. Quod intellige, & cap.* 40. *nu.* 1. Carer. *in tract. de hæret. nu.* 142. *vers. Glossa tamen.* Ioan. à Rojas cum allegatis per eum *in tract. de hæret. par.* 1. *nu.* 495. *& singul.* 158. Pegn. *in addit. ad Eymeric. in Direct. Inquisit. par.* 3. *q.* 43. *comment.* 92. *versic. His ita positis, & seqq. fol. mihi* 617. *col.* 1. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 44. *nu.* 12. *vers. Glossa autem, & cap.* 45. *nu.* 12. *vers. Limita secundo, & cap.* 57. *nu.* 12. *ad medium*: vbi tamen declarat, quod hæc præscriptio quadraginta annorum sufficiat contra Ecclesias inferiores, contra vero Romanam Ecclesiam requiratur centenaria præscriptio, & hanc secundam opinionem procedere, siue agatur de bonis applicandis fisco Ecclesiæ, siue etiam fisco seculari, alias probaui supra *q.* 25. *n.* 163. & pluribus aliis relatis concordantibus Doctoribus, hocidem voluit Thom. Sanchez *in præcept. decalogi, lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 40. nec dissentit Ludou. à Paramo *de origine sanctæ Inquisitionis, lib.* 3. *quæst.* 4. *rubr. de forma, & ordine iudiciario sancti officij. nu.* 80. *& seqq.* Adde pro hac quadragenaria præscriptione idem tenentem Azzor. Iesuitam *Institut. Moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 7. *in fine, vers. Vnde hæredes hæretici, & lib.* 8. *cap.* 12. *qu.* 16. *& par.* 3. *lib.* 1. *cap.* 18. *vers. Octauo quæritur*, Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus Magic. lib.* 5. *sect.* 19. *in fine, & sect.* 2. *vers. Octauo requiritur*, vide de materia supra *quæst.* 25. *nu.* 158. *& seqq.*

122 TERTIA † fuit opinio eorum, qui dixerunt, quod bona ipso iure confiscata nullo vnquam tempore præscribuntur; nec etiã per mille annos, per text. *in §. res fisci. Instit. de Vsucapion.* Marsil. *in l. qui falsam §. accusatio, nu.* 5. *ff. ad l. Cornel. de falsis*, Prælati per Ioan. à Rojas (qui tamen eos non sequitur) *singul.* 18. *sub nu.* 2. *& nu.* 5. quæ opinio reprobatur per eundem Ioan. à Rojas *in loco præallegato*, & ante eum per Carer. *in tract. de hæreticis, nu.* 142. *in fine*, & hæc opinio indubitanter procedit hæretico viuente, cum tunc, quando contra ipsum proceditur, nulla præscriptione iuuari possunt possessores suorum bonorum, vt per Ioan. Andr. *in c. fin. de præscript. in* 6. *num.* 3. & ibi Anchar. *in* 7. *notab. etiam nu.* 3. & Dominic. *in §. si post mortem, num* 3. *in prima oppositione*, Gundisl *in tract. de hæret. qu.* 22. *nu.* 3. quos sic dicentes refert, & sequitur, Thom. Sanchez *in præcept. decalogi, lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 37.

123 QVARTA † fuit opinio eorum, qui dixerunt, bona hæreticorum ipso iure confiscata quadriennio præscribi, per text. *in l. intra quatuor ff. de diuers. & temporal. præscription.* Qui idem textus loquitur, quando bona vacantia siue delata fisco sunt illi nunciata. Tunc enim lapso quadriennio post denunciationem præscribuntur, si vero non fuerint denunciata, & tunc requiritur præscriptio decem annorũ cum titulo, & bona fide, prout declarat Gabriel Quemada *qu.* 16. *num.* 10. & ante eum Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitorum. in verbo Fiscus, n* 4. *vers. Et est textus in d. l. intra quatuor, & iterum infra in versic. quarta, & vers. quinta.*

124 QVINTA † fuit opinio eorum, qui dixerunt, bona hæreticorum ipso iure confiscata præscribi per decem annos, per text. *in l. quamuis ff. de Vsucapion.* Qui textus loquitur in bonis vacantibus, siue alias fisco delatis, & illi non denunciatis, concurrente tamen titulo, & bona fide, prout declarat Gabriel. Quemada *quæst.* 16. *nu.* 10. *& nu.* 20. & ante eum per Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitorum, in verbo Fiscus, nu.* 4. *vers. Sed si bona vacantia, & in vers. Quinta si prædicta.*

125 SEXTA † fuit opinio eorum, qui dixerunt bona hæreticorum ipso iure confiscata præscribi spatio viginti annorum, per tex. *in l. in omnibus ff. de diuers. & tempor. præscript.* qui quidem textus loquitur in bonis vacantibus, seu delatis fisco, & nõ denunciatis, concurrente tamen bona fide sine titulo, prout declarat Gabriel Quemada *quæst.* 16. *num.* 10. *&* 11. & ante eum Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo Fiscus, nu.* 4. *vers. Aut possidentur sine titulo*, & iterum infra *in quinta conclusione.*

SEPTIMA † fuit opinio eorum, qui dixerunt, quod 126
bona hæreticorum non solum confiscata, sed etiam incorporata non præscribuntur, nisi spatio centum annorum contra Ecclesiam Romanam, contra alias vero Ecclesias sufficit præscriptio quadraginta annorum, ex allegatis per Gabriel. Quemad. *quæst.* 16. *nu.* 2. 3. *&* 4. vbi tamen videtur tenere, quod etiam sufficiat præscriptio quadraginta annorum contra fiscum secularem, *& n.* 5. 6. *&* 9. *&* 21. & ante eum Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo Fiscus, num.* 4. *vers. Verum est, & vers. Abbas autem*, & iterum infra *in vers. Restat nunc intelligere, & dicto num.* 4. *in fine, vers. Sexta.*

OCTAVA † fuit opinio eorum, qui distinxerunt inter fiscum secularem, & fiscum Ecclesiasticum, vt primo casu sufficiat minoris temporis præscriptio, quam secundo, qua de re vide scripta per Gabriel. Quemad. *quæst.* 16. *nu.* 3. 4. *&* 16. & ante eum Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo Fiscus, numer.* 4. *versic. Nota tamen distinctionem, & iterum infra versic. Prima, & versic. Secunda*, vbi aperte tenet, quod contra fiscum Ecclesiasticum requiratur præscriptio quadraginta annorum, contra fiscum vero secularem modo sufficiat præscriptio quatuor annorum, modo quinq; annorum, modo decem annorum, & modo viginti annorum, Caret. *in tractat. de hæreticis, num.* 142. *versic. Panormitanus vero*, Ioan. à Rojas *singul.* 158. vbi dixit, quod contra Ecclesiam Romanam requiritur præscriptio quadraginta annorum, Barsat. *cons.* 43. *num.* 38. *in fine*, Decian. *in tract. crim. lib.* 5 *cap.* 44. *nu.* 12. *vers. Panormitanus autem*, Relati per Thom. Sanch. (qui tamen eos non sequitur) *in præcept. decalogi, lib.* 2. *cap.* 22. *nu.* 39. Iacob. de Graffijs *lib.* 2. *suarum decisionum, cap.* 11. *num.* 12.

NONA † fuit opinio eorum, qui in præscriptione bo- 128
norum defuncti hæretici distinguendo dixerunt, in illis procedere præscriptionem quadragenariam; si tamen tempore mortis reputabatur Catholicus; si vero non reputabatur Catholicus, eius hæredes, & possessores bonorum nullo vnquam tempore præscribunt etiam per mille annos, Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisit. in verbo Alienationes, numer.* 1. *ad finem, versic. In secundo vero casu*, vbi tamen *in versic. Melius* videtur tenere, sufficere centenariam præscriptionem, licet in illo contextu sit addita dictio, Non, vt credo per errorem, *& in verbo Fiscus, numer.* 3. *in eodem vers. In secundo vero casu, & in verbo, Quadragenalis, in eodem versic. In secundo vero casu*, & ante eum hæc eadem habentur in Repertor. Inquisitor. *in verbo Præscriptio, in versic. Sed præscriptione, & vers. Exigitur quarto, & seq.* vbi tunc dixit, hæreticos non reputari Catholicos, quando tempore mortis erant damnati, aut diffamati aut saltem suspecti, Zanch. *in tract. de hæret cap.* 40. vbi facit eandem distinctionem, videlicet, quod si defunctus hæreticus tempore mortis suæ reputabatur Catholicus, tunc hæredes si Catholici fuerint illius bona præscribunt spatio quadraginta annorum, concurrentibus titulo, bona fide, continua possessione absque aliqua interruptione; si vero tempore mortis non erat reputatus Catholicus, quia forte erat damnatus, vel saltem suspectus, & diffamatus, tunc hæredes sui bona non præscribunt minori spatio, quam centum annorum, concurrentibus tamen omnibus prædictis, Pegna *in addit. ad Eymer. in Direct. Inquisit. par.* 3. *comment.* 92. *vers. Filij vero*, vbi dixit, quod si filij, & hæredes defuncti crediderunt defunctum Catholicum decessisse, tunc eius bona præscribunt spatio quadraginta annorum, si crediderunt decessisse hæreticum, vel quandocumq; post

Aa eius

eius mortem hoc sciuerint, tunc nullo vnquam tempore stante eorum mala fide præscribunt, Decian. *in tract. crimin.lib.5.cap.35.nu.3. vers. Decimo hæres*, vbi pariter dixit, quod hæres hæretici manifesti, nec etiam per quadraginta annos præscribit illius bona, licet secus, si sit hæres hæretici occulti. Ad quæ vide etiam Thom. Sanchez *in præcept. decalogi, lib.2.cap.22.num.41.* & Azzorium *institut. Moral. par.3.lib.1.cap.18. vers. Octauo quæritur ad medium, & par.1.lib.5.cap.7.in fine, vers. Vnde hæredes hæretici, & lib.8.cap.12.quæst.16.*

129 Vides † ergo, quam controuersa sit proposita quæstio, in qua hoc vnum indubitanter est verissimum, quod nulla præscriptio currit, aut quadragenalis, aut centenaria contra fiscum in bonis Inquisitorum, quando fuit interrupta, vt in Repert. Inquisit. *in verbo Præscriptio, vers. Sed supra præscriptione, & in vers. Exigitur quarto*, & voluit etiam Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitorum, in verbo Alienationes, nu.1.ante finem*, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.40. sub num.1.2. & 3.*

130 Nunquid † autem in præscriptione bonorum hæreticorum confiscatorum requiratur titulus, & bona fides, vide Gabriel. Quemad. *qu.16.n.1.* vbi quod in præscriptione quadraginta annorum contra Ecclesiam, & illius fiscum requiritur bona fides, *& numer.3. & 4.* vbi quod de iure Canonico sufficit bona fides sine titulo, *& num.10.* vbi quod in præscriptione quadriennali bonorum vacantium post denunciationem requiritur titulus, & bona fides insimul; si vero non fuerit denunciata, in præscriptione decennali requiritur titulus, & bona fides, in præscriptione autem viginti annorum sufficit bona fides sine titulo, Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verbo Alienationes, nu.1. vers. Adde super præscriptionibus*, vbi quod vltra lapsum quadraginta annorum requiritur titulus, & bona fides, ad quæ vide eundem Vmbert. Locat. idem dicentem *in Iudicial. Inquisitorum, in verbo Fiscus, nu.2. & 4. vers. Quæ omnia, & vers. Sed si bona vacantia, & vers. Aut possidentur sine titulo*, & iterum *infra in vers. Secunda, & vers. Tertia, & in verbo Quadragenalis, n.1.* Repertor. Inquisitor. *in verbo Præscriptio, sub vers. Sed supra præscriptione, & vers. Item exigitur, & in vers. Sed dato*, vbi distinguit plures casus, & semper requirit titulum, & bonam fidem, Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap.40. sub nu.1.* Iacob. de Graffijs *lib.2. suarum decisionum, cap.11. numer.12. ad finem, vers. Secunda differentia est*, vbi dixit, quod in præscriptione bonorum hæretici fisco sæculari applicandorum non requiritur bona fides, & sic illa præscribuntur, etiam quod possessor sciuerit defunctum esse hæreticum, secus in præscriptione bonorum fisco Ecclesiæ applicandorum, ex Couar. quem allegat *in tit. de sponsa, lib. par.2.cap.6.§.8.nu.16.* Non sic distinxit Thom. Sanchez. *in præcept. decalogi, lib.2.cap.22.n.41. vers. Tertia, vt bona fide possideant ea bona*, Azzo. Iesuita *Institut. Moral. par.3. lib.1. cap.18. vers. Nihilominus tamen, ad finem*, vbi dixit, quod in præscriptione bonorum hæreticorum contra fiscum requiritur bona fides de iure canonico, quod in hac parte seruandum est, & non ciuile, reprobato Couarru. contrarium tenente in loco ibi per eum relato.

ARGVMENTVM.

Pœnitentis hæretici bona, nunquid confiscentur, & si confiscata fuerint, an per pœnitentiam recuperentur.

SVMMARIA.

Bona hæretici pœnitentis non confiscantur, nu.131. Contra, nu.132.

Pœnitens hæreticus recuperat bona confiscata, num.133. Contra, nu.134.

Pœnitens hæreticus ante sententiam recuperat bona confiscata, nu.135. Et quid si post sententiam, nu.136. & 137.

Hæretico occulto, & pœnitenti bona non auferuntur, num.138. Contra, nu.139.

Pœnitentis hæretici ante mortem bona excluso fisco hæredibus relinquuntur, num.140. Declara si pœnituerit ante sententiam, secus si post, nu.141.

Pœnitentis hæretici postquam est traditus curiæ sæculari bona ipsi non restituuntur, nu.142.

Relapso hæretico pœnitenti bona non restituuntur, num.143.

Pœnitenti hæretico bona non restituuntur nisi ex misericordia, nu.144. Licet aliqui dixerint, nec ex misericordia esse restituenda, nu.145. Et aliqui dixerint Inquisitores teneri hæretico pœnitenti bona restituenda esse, nu.146.

Pœnitenti hæretico bona non censentur restituta, nisi id expresse dicatur, nu.147.

Pœnitenti hæretico non restituuntur bona in alium translata, nu.148.

Pœnitenti hæretico post tempus gratiæ sibi concessum bona non restituuntur, nu.149.

Feudum nunquid recuperet pœnitens hæreticus, num.150.

Pœnitens hæreticus non recuperat male acquisita, nu.151.

Ius patronatus non recuperat pœnitens hæreticus, numer.142. Contra, nu.153.

QVÆST. CXC. §.10.

REGVLA † sit, quod omnes hæretici quamuis pœnitentes, & non relapsi, condemnantur in pœnas 131
hæreticorum, inter quas sine dubio bonorum confiscatio comprehenditur. Voluerunt tamen plures Doctores, quod pœnitentibus non relapsis bona non confiscentur, vt videre est apud Ioan. Monach. *in secundum, in verbo Confiscata, vers. Et hoc intellige, de hæreticis in 6.* vbi proponit contraria, & illis respondet, & ibi etiam Archidiacon. *num.1. in fine, vers. Hoc tamen quidam intelligunt*, Ioan. de Imola *in Clementin.1. nu.23. de hæreticis*, vbi dixit, quod licet hæreticorum bona sint ipso iure confiscata, si tamen non fuerunt à fisco occupata, non amplius occupantur, Tabien. *in summa, in verbo hæreticus, num.5. in fine, vers. Et similiter dic.* Simanch. *Catholicarum Institutionum tit. 42. rubr. de occultis. num.1...* & hanc sententiam admittit ex consuetudine Italiæ, licet secus de iure Pontificio, Squillacen. *in tractat. de fide Catholica, cap.30. sub num. primo*, Clar. *in practic. criminal. §. hæresis, nu.7. vers. Sed quæro quæ sit pœna in fine*, vt dixit, quod quando hæreticus non relapsus (loquitur tamen ante sententiam, de quo dixi *infra hac eadem quæstione num.135.*) pœnitere, & abiurare paratus est, non modo euitat pœnam mortis, sed etiam confiscationem bonorum ipso iure à die commissi delicti incursam; Eymeric. *in Director. Inquisit. par.3. quæst.109. nu.1. in principio*, & ibi Franc. Pegna *in additionib. comment. 158. vers. Prima est, fol. mihi 655. colum.1.* dixi etiam supra *qu.25. nu.16.*

Contrarium † suadetur ex traditis supra hac eadem 132
quæst. num.3. vbi dixi, bona hæreticorum ipso iure confiscari à die commissi criminis, ergo tempore pœnitentiæ iam reperiuntur confiscata, an vero sic confiscata recuperet, nec ne, est quæstio, vt bene aduertit Franch. qui propterea contrarium tenet *in dicto cap. cum secundum, nu.2. ante finem, de hæreticis in 6.* & ibi etiam Geminian. *nu.5. vers. Quæro an intelligantur confiscata*, vbi aliis relatis antiquioribus hanc contrariam sententiam dixit probabiliorem, Repert. Inquisitorum, *in verbo Absolutio, vers. Sed nota quod quando*, vbi propterea dixit, quod non potest Inquisitor confessum hæreticum absoluere, nisi prius ei imponat restitutionem omnium bonorum fisco à tempore commissi delicti, Simanch. *Catholic. Institut. tit.42. rubric. de occultis, num.17.* vbi quod tam de iure, quam de consuetudine Hispaniæ confiscantur bona hæreticorũ pœnitentium, & in adnotationibus ad Zan-

ad Zanchin. *cap.*14. vbi propterea reprehendit eundem Zanchinum, vbi supra allegatum, contrarium tenentem, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, par.*1. *nu.*115. *& seqq.* vbi quod hæc opinio est communiter recepta, reprobatq; Iulium Clarum, vbi supra contrarium tenentem, *& par.*2. *num.*190. *& nu.*201. *& nu.*275. vbi, & quod plus est, loquitur in hæretico occulto sponte suos errores deferente, de quo dixi *infra hac eadem quæstione num.*138. Thom. Sanchez *iu præceptus decalogi, lib.*2. *cap.*14. *nu.*12.

133 Dic, vt supra admoui, quod sanctum, vniuersalis Reipublicæ Christianæ Inquisitionis Tribunal omnes pœnitentes hæreticos semper condemnat in hæreticorum pœnis, in exequutione tamen, & occupatione bonorum, magna cum misericordia ac circumspectione procedere solet consideratis qualitatibus, & circumstantiis facti, & personarum.

134 AMPLIA I. † Vt si bona fuerint iam confiscata per pœnitentiam recuperentur, secundum Alberic. *in authen. Gazzaros ante num.*1. *in verbo Reuertentur, C. de hæreticis, & in authentic. idem de Nestorianis, num.*1. *C. eodem:* vbi hanc conclusionem pluribus exornat, Hostiens. *in cap. si quis Episcopus, num.*3. *ante medium, vers. His forsan, extra eodem,* Ioan. de Imola *in Clementin.* 1. *numer.*23. *de hæreticis,* Summa Armilla, *in verbo hæresis, num.*5. *versic. Sed si ad misericordiam acceptantur debent eis bona dimitti,* Repert. Inquisitor. *in verbo Bona, vers. Sed vtrum Inquisitor,* vbi dixit, quod hodie de necessitate Episcopi, vel Inquisitores, redeuntibus ad fidem debent bona dimittere, nec ab illis bona auferre; Mandos. *in additionibus ad eundem Repertor. inquisitorum in verbo Abiuratio, litera A, vers. Pulchra etiam, & vtilis,* vbi testatur de communi, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo Inquisitor, n.*33. *vers. Etsi redire voluerit,* idem Repert. Inquisitorum *in verbo Alienatio, vers. Sed quod reconciliati, & vers. seq.* vbi dixit, quod reconciliati possunt recuperare omnia debita ante reconciliationem contracta, item quod donationes, & venditiones per eos factæ ante reconciliationem omnesque eorum contractus firmi remanent, Simanch. *Catholicar. Institution. tit.*47. *rub. de pœnitentibus, & conuersis nu.*15. vbi post Paris. & Rebuff. *in locis per eum relatis* hanc opinionem in Italia de consuetudine seruari testatur, Squillacen. *in tract. de fide Catholica cap.*27. *post nu.*4. *vers. Post quam abiurationem hæresis bona debent ei restitui;* Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis quæst.*6. *num.*1. 2. *&* 3. vbi disputat quæstionem, & in hac residere videtur sententia: Bursat. *cons.*14. *nu.*31. *& seqq.* vbi alios plures refert concordantes, & insuper addit, quod pœnitentibus, & redeuntibus ad fidem, Episcopus, & Inquisitor, coguntur omnia bona sua relaxare, & quod ita ex consuetudine seruatur, Francisc. Pegn *in addition. ad Eymeric. in Director. inquisitorum par.*2. *Commentar.* 9. *ad cap. Vergentis, extra, de hæreticis litera C. versic. Primo & secundo fol. mihi* 103. *col.*1. vbi testatur de communi, & seruata opinione in vniuersa Italia, reprobato Simancha *in loco per eum relato* contrarium tenente; Decian. *in tractatu criminal. libr.*5. *cap.*44. *num.*10. *in principio, & cap.*54. *num.*2. *post vers. Statim ergo, ibi, Adeo vt & bona, quæ iam fisco erant acquisita, restituantur, modo non fuerit relapsus, & n.*9. *in principio;* Surd. *cons.*386. *& seqq.* vbi amplius ex Bursato, quem allegat, quod inquisitores debent relinquere pœnitentibus bona confiscata, ex necessitate, & non ex voluntate, licet contrarium verius opinati fuerint Doctores plures, quos *in seq. num.* referam.

134 Contrarium, † quod pœnitenti non restituantur bona confiscata, pluribus exornat Felyn. *in c. vergentis n.*2. *vers. Sed in contrarium,* & ibi Marian. Soccin. *nu.*3. *extra de hæreticis;* Summa Rosella *in verbo hæreticus, num.*7. Angelica *in summa in eodem verbo hæreticus, num.*18. *in principio;* Ioan. à Rojas *Singular.*26. *num.*4. Contrad. Brun *in tract. de hæreticis lib.*5. *cap.*6. *n.*10. vbi quod hæc sententia tamquam iuri, & rationi magis consona, sequenda est, & eam ampliat, quod nec ex misericordia sibi restituenda sunt, de quo dixi *infra in limitationibus,* Vmbert. Locat *in iudicial. inquisitorum in verbo Pœna, num.*10. Repertor. Inquisitorum *in verbo Absolutio, vers. Sed nota quod quando quis confitetur hæresim,* vbi amplius dixit, quod quando quis hæresim confitetur, non potest inquisitor eum absoluere, nisi prius imponat ei restitutionem omnium bonorum fisco à tempore commissi delicti; Simanch. *Catholic. instit. tit.*57. *rubr. de pœnitentibus & conuersis, nu.*15. vbi hanc contrariam opinionem veriorem existimat de iure Pontificio, eamque in Hispania seruari testatur; quicquid secus seruetur in Italia, *& in Enchiridion Violat. religion. tit.*58. *eadem rubr. de pœnitentibus num.*3. vbi reprobat Parisium, & Rebuffum contrarium tenentes *in locis per eum relatis,* Didac. Canteta *in quæst crimin. rubric. de hæreticis cap.*1. *nu.*18. vbi & hanc contrariam substineat sententiam, quando hæresis non fuit occultum, sed in iudicium deducta, & probata, Iacob. de Grassijs *lib.*2. *suarum decisionum cap.*11. *nu.*35.

AMPLIA II. † propositam regulam sic vt supra ampliatam, vt multo magis pœnitentis bona non confiscentur, quando quem pœnitet ante sententiam, secundum Henrich. Boich *in c. Vergentis n.*2. *vers. Quod verum, extra, de hæreticis,* Vmb. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo Gratia, nu.*3. *vers. At vbi inquisitus,* vbi quod hæretico redeunti ad misericordiam ante sententiam inquisitor potest, si vult, facere gratiam bonorum confiscatorum propter hæresim; Zanchin. *in tract. de hæreticis cap.*25. *nu.*3. *vers. Imo hodie de necessitate,* & ibi Campeg. *in additionibus litera A.* Paris. *cons.*2. *n.*184. *vers. Ad vndecimam dubitationem, & seqq. lib.*4. vbi pluribus hanc probat sententiam, & testatur de communi, refert eum, & sequitur Clar. *in pract. criminal. §. hæresis num.*7. *versic. Sed quæro quæ sit pœna; in fine,* Roland. *cons.*92. *num.*24. *& seq. lib.*3. Franc. Pegna *in additionib. ad Eymer. in Direct. inquisitorum par.*2. *comment.*9. *ad cap. vergentis, extra de hæreticis, litera C. vers. Primo & secundo, fol. mihi* 103. *col.*1. vbi aliis relatis testatur de communi, & obseruata sententia in tota Italia; idem Eymeric. *in eodem Director. inquisitorum par.*3. *quæst.*109. *nu.*3. & ibidem Francisc. Pegna *in additionibus commentar.*158. *vers. Tertia conclusio est fol. mihi* 655. *colum.*1. *vers. Tertia similiter conclusio, & seqq* Lælius Zecch. *in summa par.*1. *tit. de fide rubr. de hæresi cap.*11. *num.*16. *versic. Vndecima pœna,* vide quæ dixi *infra hac eadem quæst. num.*141. *& supra quæst.*25. *nu.*16. 135

Quamuis Contrarium, quod imo pœnitenti non restituantur bona etiam ante sententiam, post Ioan. de Imola *in loco per eum relato,* consuluerit Felyn. *in consil.*10. *num.*10.

AMPLIA III. † vt hæretico pœnitenti restituenda sint confiscata, etiam quod pœnitentia superueniat post sententiam, secundum Paul. Ghirland. *in tractat. de hæreticis quæst.*5. *num.*8. *in fine. vers. Vnde sequitur & nu.*14. *vers. Quod potissime probari videtur,* Paris. *cons.*2. *nu.*184. *& seqq lib.*4. vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus testatur de æquiori & communiter recepta sententia; Roland. *cons.*63. *num.*27. *lib.*3. vbi de æquiori, humaniori, & communi opinione ex Parisio *in loco præallegato;* Bursat. *cons.*14. *nu.*31. *& seqq. lib.*1. vbi alios refert concordantes; Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitorum par.*3. *quæst.*109. *comment.*158. *versic. Tertia similiter conclusio & seq. fol. mihi* 656. *col.*1. vbi videtur loqui de pœnitente post sententiam, antea tamen quam curiæ seculi tradatur. 136

Contrarium, † quod condemnatus & declaratus hæreticus non recuperat bona confiscata per pœnitentiam, plene consuluit Felyn. *consil.*10. vbi proponit quæstionem, arguit pro, & contra, & in hac residet sententia, Decian. *in tract. crim. lib.*5. *cap.*44. *nu.*3. *in fine vers.* 137

Notandum quoque, vbi quod inquisitor non potest post condemnationem facere gratiam de bonis confiscatis, Læl. Zecch. *in summa par.1. tit. de fide rubr. de hæresi cap.11. num.16. vers. Vndecima pœna*, vbi dixi pœnitenti hæretico post sententiam bona non restitui, nisi ex gratia, & faciunt quæ dixi *infra hac eadem quæst. nu.141.*

138 AMPLIA IV. † vt bona non auferantur hæretico occulto pœnitenti, & sponte se deferenti, ex allegatis per Simanch. *in additionibus ad Sanchinum cap.14. in fine, & Catholicar. institut. tit.13. rubr. de confessu num.22. & seq.* & quod alienationes factæ ab hæretico occulto etiam per aliquos exteriores actus deducta hæresi, nõ rescindantur à fisco, si alienans ante sententiam resipuerit, post Bursat. quem allegat *in cons.289. nu.10. lib.3.* voluit Thom. Sanchez *in precept. Decalog. lib.2. cap.22. nu.34.* & quod hæreticus pœnitens recuperet bona ipso iure confiscata, si eius hæresis fuerit occulta in iudicium non deducta, & non probata, voluit Didac. Cantera *in quæst. crim. rubr. de hæreticis cap.1. nu.18.*

139 Contrarium † voluit Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par.2. nu.275. assert.28. prima verior.*

140 AMPLIA V. † vt pœnitentis ante mortem vnitati Ecclesiæ incorporati hæredes admittantur ad successionem bonorum excluso fisco ex misericordia, & æquitate quæ rigori præferenda est, secundum Ioan. Monach. *in cap. accusatus § Sacerdotes nu.10. in fine, in verbo Admittuntur, vers. Et si nota, de hæreticis, in 6.* & ibi etiam Archid. *nu.7.* Ioan. Andr. *nu.5.* & Gemin. *in § si vero post n.4. vers. Oppono quod ex quo & num.5.*

141 LIMITA † hanc V. Ampliationem procedere in eo, qui errorem confessus fuit ante sententiam diffinitiuam, & paratus erat recipere pœnitentiã: tunc enim si moritur ante condemnationem, filij, & hæredes succedunt, si vero moritur post condemnationem, tunc filij, & hæredes non succedunt, nisi ex misericordia, vt supra secundum Ioan. Menoch. *in cap. accusatus § Sacerdotes num.11. vers. Vel dic de hæreticis in 6.* & ibi etiam Ioan. Andr. *num.5. vers. Sed si sponte confessus*, & Geminian. *in § si vero post num.4. & num.5. versic. Vel dic, & versic. Aut pater, & vers. seq.* faciunt quæ dixi supra hac eadem quæstione *nu.135. & seq.*

142 LIMITA I. † quia quando hæreticus impœnitens declaratus est, & post sententiam traditus est etiam iudici seculari, si postea conuertatur, & pœniteat etiam quod de misericordia ad pœnitentiam admittatur; non tamen ei restituenda sunt bona confiscata, prout videtur de mente Eymeric. *in Direct. inquisitorum par.3. quæst.109. nu.1. vers. Si post*, & clarius ibi declarat Franç. Pegna *in addit. ad Eym. comment.158. vers. Secunda conclusio est. fol. mihi 655 colum.1. & col.2. vers. Præterea in hac conclusione, & duabus seqq.*

143 LIMITA II. † Quia relapsus non recuperat bona confiscata etiam quod pœniteat, & hoc transit sine dubio recenta communi Doctorum sententia, quod relapsus etiam pœnitens ad misericordiam non recipiatur, de qua suo loco dictum est. Verum etiam admissa contraria opinione, quod scilicet relapsus admittatur ad pœnitentiam, adhuc admissus bona non recuperabit, secundum Glossam *in cap. ad abolendam in verbo Audientiam, vers. Sed audientia denegatur, extra de hæreticis*, & ibi etiam Hostiens. *num.9. in verbo Sine vlla audientia*, Anton. de Butrio *numer.24.* Henrich. Boich *in cap. vergentis, nu.7.* vbi relatis contrarijs in hac residet sententia, *extra de hæreticis.*

144 LIMITA III. † Quia bona iam ipso iure confiscata pœnitenti non restituuntur, nisi ex misericordia, ex gratia, & quatenus sic visum fuerit eorum misereri; Tex. est *in cap. Vergentis, extra de hæreticis*; vbi ad literam dicitur; *Nec ad eos bona eorum vlterius reuertantur, nisi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hæreticorum consortium, misereri aliquis voluerit*; & ibi hoc adnotarunt Gloss. *in figuratione casus, versic. Nec ad eos, & in verbo Misereri*, vbi alia concordantia iura adducuntur, Henrich. Boich *colum. vers. Et bona talium*, Ancharan. *numer.3.* Anton. de Butrio *etiam num.3.* Abb. *nu.1. in figuratione casus, & nu.2. in tertio notab.* Felyn *nu.2. in secundo notab.* Hostiens. *in cap. si quis Episcopus num.3. ante medium, versic. Secundus casus est in fine versiculi, extra de hæreticis*; Ioan. de Imola *in Clement. prima nu.23. de hæreticis*, Cardin. Zabar. *in Clementin. Secunda § inquisitoribus nu.6. vers. Vndecimo quæro de hæreticis*, Goffred. *in summa, de hæreticis nu.6.* Squillac. *in tract. de fide Catholica cap.20 num.3.* summa Rosella *in verbo hæreticus, nu.7.* Angelica *in summa, in eodem verbo hæreticus num.38. versic. Et similiter*; summa Syluestrina *in dicto verbo Hæreticus, §.1. numer.17. versic. Alias quando etiam remittuntur ei bona*; Repertor. Inquisitorum *in verbo Bona, versic. Nota quod iure fori, & versic. Sed si hæretici conuertantur, & versic. Sed an bona restituantur, & in verbo confiscatio, sub versic. Item sciendum, & in verbo abiuratio, versic. Sed An istis, & in verbo, Dispensare. versic. Primo in fine*; Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo Pœna, numer.10.* vbi quod ex consuetudine reuersis ad fidem relinquuntur ex misericordia bona temporalia, vt cum illis vitam substentare valeant; Simanch. *in Enchiridion Violat. Relig. tit.58. rubr. de pœnitentibus num.4.* Squillacen. vbi supra *in tract. de fide Catholica cap.30. num.1.* Carer. *in tract. de hæreticis nu.161. in principio*; Paris. *cons.2. num.191. lib.4.* vbi dixit saltem ex misericordia bona restituenda esse condemnato pœnitenti.

145 Quamuis † Contrarium; quod nec etiam ex misericordia pœnitenti hæretico confiscata bona restituenda sint eo quia ius fisco acquisitum, ei sine facto suo auferri non possit, verius crediderit Conrad. Brun. *in tract. de hæreticis lib.5. cap.6. nu.9. & nu.10.*

146 Imo † quod pœnitentibus, & conuersis ad fidem puro corde Episcopus, & inquisitor teneatur relaxare bona confiscata, voluit Bursat. cum allegatis per eum *cons.14. num.33.* sed hæc Bursati opinio tenenda non est, licet enim, vt testatur Franc. Pegn. *in addit. ad Eymeric. in direct. inquisit. par.2. comment.59. ad cap. vergentis extra de hæretic. litera C. vers.1. & seq. fol. mihi 103. col.1.* inquisitores in Italia soleant regulariter condonare bona seu remittere confiscationem hæreticis redeuntibus, loquitur tamen non quod cogantur hoc facere, sed quod possint & soleant.

147 LIMITA IV. † vt bona confiscata non restituantur hæretico pœnitenti & ad misericordiam admisso, nisi sic expresse dicatur, secundum Ancharan. *in cap. vergentis num.3.* & ibi etiam Felyn. *nu.2. in secundo notab.* Carer. *in tract. de hæreticis nu.161. in principio*; Decian. *in tract. criminal. lib.5. cap.44. nu.10. vers. Nota tamen, & cap.54. nu.9. in principio.*

148 LIMITA V. † Quia hæreticus pœnitens non recuperat bona confiscata, & in alium translata; Io. de Imola *in Clementin. prima nu.23. de hæreticis*; Squillacen. *in tractatu de fide Catholica, cap.30. num. primo ad finem.* Repert. Inquisitorum *in verbo Confiscatio, sub vers. Item sciendum quod occupatio talium bonorum*, Paul. Ghirland. *in tractat. de hæreticis quæst.6. nu.4. & seq.* vbi distinguit de alienatione facta à fisco ex titulo lucratiuo, vel oneroso, vt primo casu pœnitens recuperat bona in alium translata, secundo autem casu non, licet bene possit agere contra fiscum in id, ex quo alienatione onerosa, vt puta ex venditione fuerit factus locupletior ex precio, alias secus; Carer. *in eodem tract. de hæreticis num.161. versic. An restituatur ad bona, quæ erant alienata*, vbi facit eandem distinctionem, Decian. *in tract. criminal. lib.5. cap.44. num.10. versic. Item recuperabit, & cap.54. numer.9. versic. Quid autem*, vbi refert Paul. Ghirland. & Carer. *in locis præællegatis.*

LIMI-

149 LIMITA VI. † quia hæretico pœnitenti, & venienti ante lapsum temporis gratiæ, bona restituuntur, nec ei auferuntur, secus si post tempus gratiæ, & post receptas probationes, vt per Vmbert. Loc. *in iud. inq. in verbo Gratia, num.* 3. Repert. Inquisit. *in eodem verbo Gratia, verf. An inquisitores,* vbi amplius, quod comparenti, & pœnitenti in tempore gratiæ, inquisitor non solum potest, sed etiam facere debet gratiam bonorum, *& in verbo Misericordia, verf. penultimo, incip. & dicendum;* Ioan. Calderin. *in tractat. de hæreticis rubric. de hæreticis redeuntibus, & conuersis nu.* 2. *& sequentibus,* vbi latissime, & magistraliter more suo defendit hanc distinctionem de comparente in tempore gratiæ, & ante receptas probationes, & sic re non integra, vt primo casu restituantur bona; secundo autem non; Simanch. *Catholicar. institut. tit. 47. rubric. de pœnitentibus, & conuersis num. 16. & 17.* Zanchin. *in tract. de hæreticis cap. 25. num.* 3. Squillacen. *in tract. de fide Catholica cap. 50. num.* 2. vbi de deprehenso in hæresi itatim reuertente; verum quod etiam pœnitenti, & ad fidem reuertenti post lapsum temporis gratiæ restituenda sint bona confiscata, faciunt quæ dixi supra *numer.* 133. *&* 136. cum declaratione tamen super hac materia tradita *numer.* 144.

150 LIMITA VII. † in feudo quod pœnitens hæreticus non recuperat, si illi prohibitus est armorum vsus, nisi feudum si tale, in quo per alium seruire possit, vt in Repertor. Inquisitorum *in verbo Feudum, verf. Primo.*

151 LIMITA VIII. † Quia pœnitens non recuperat male acquisita; non enim simpliciter verum est, quod pœnitens bona confiscata recuperet, sed ita demum si iudici videbitur, & ideo si hæreticus bona sua, vel eorum maiorem partem acquisiuerit, vel ex fœnore, vel ex alio crimine, vtique tunc iudex non debet etiam pœnitenti restituere bona male acquisita, vt per Paul. Girland. *in tract. de hæreticis quæst. 6. num. 3. verf. Ponamus enim, & nu. 4. verf. Primo casu.*

152 LIMITA IX. † Quia pœnitens, & ad misericordiam receptus non recuperat ius patronatus, quod propter hæresim amiserat, secundum Felyn. cum allegatis per eum *in cap. Vergentis num. 2. verf. Sed in contrarium, extra de hæreticis, & conf.* 10. *n.* 10. vbi tamen loquitur post latam sententiam, Carer. *in tractat. de hæreticis nu. 161. verf. Et an recuperet ius patronatus* vbi remissiue, Paris. *conf. 2. nu. 186. & seqq. & num. 203. lib.* 4. Gundisalu. *in tract. de hæreticis quæst. 20. nu.* 12. Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 54. n.* 10. vbi tamen loquitur, quando sumus in casu, in quo pœnitens non recuperat bona.

153 Contrarium, † quod imo hæreticus ad fidem rediens non amittit ius patronatus, voluit Glossa *in cap. Maximum; prima quæst.* 7. Abb. *in capit. quia diligentia col. final. de electionibus,* Paul. de Citadinis *in tractat. de iure patronatus quæst.* 7. Squillac. *in tract. de fide Catholica cap. 23. in fine, & cap. 27. nu.* 40. Paris. *conf. 2. nu. 185. lib.* 4. Roland. *conf. 63. nu. 24 & seqq. lib.* 3.

ARGVMENTVM.

Bona clericorum hæreticorum confiscata cui applicentur.

SVMMARIA.

Clericorum bona propria & patrimonialia propter hæresim confiscantur, nu. 154.

Clericorum bona confiscata applicentur illi Ecclesiæ, à qua stipendia accipiunt, n. 155. *licet alij contra, n.* 156. *si vero Clericus inseruit pluribus Ecclesiis eadem confiscata bona diuidenda sunt inter Ecclesias, quibus clericus inseruit, num.* 157.

Clericorum bona confiscata applicantur fisco Ecclesiæ Episcopalis, si Clericus non habet stipendia ab aliqua Ecclesia, nu. 158. *licet alij contra, nu.* 159.

Clericorum fructus acquisiti ex bonis Ecclesiæ confiscari possunt propter hæresim ipsius clerici; sic & omnia bona acquisita ex dictis fructibus, num. 160.

Monachi Religiosi bona acquisita ex fructibus alicuius Ecclesiæ cuius curam habebat, numquid confiscari possint, nu. 161.

Bona Ecclesiæ non confiscantur, & confiscans punitur pœna excommunicationis ipso iure, nu. 162. *nisi ignorauerit esse bona Ecclesiæ, nu.* 163.

QVÆST. CXC. §. 11.

REGVLA † sit, quod Clericorum bona patrimonialia & propria propter hæresim confiscantur, secundum Glossam *in Clementin. 2. in verbo Ecclesiarum, in principio, de hæreticis,* & ibi Cardin. Zabarell. *in §. inquisitoribus num. 2. ad finem, versic. Tertio quæro,* & Bonifac. de Vitalinis *num. 67. & seqq.* Carer. *in tract. de hæreticis num. 135. ante medium, versic. Bona vero Clericorum,* & iterum intra *ante finem, versic. Limita tamen,* Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz. in pract. criminal. Canonic. cap. 114. in verbo Hæretici, litera F.* vbi quod applicantur fisco Ecclesiæ, & Episcopi in vsus pios distribuenda, ex Ancharano, Antonio de Butrio, Mariano Soccino & Felino *in cap. Excommunicamus, il primo, §. 1. extra de hæreticis,* & sine dubio est Communis opinio, quicquid secus apud eum in Hispania, & in Francia seruari testetur idem Ioan. Lopez. cum allegatis per eum, qui si videantur in fonte, eorum plures non loquuntur in bonis Clericorum, sed in bonis laicorum, de quibus dixi infra *in seq. §.* Decian. *in tract. criminal. lib. 5. cap. 44. num. 2. in principio, & verf. fiscus autem Ecclesiæ, & verf. Confiscatio autem debet fieri,* Tho. Sanchez *in præcept. Decalogi lib. 2. cap. 20. & nu. 22. & n.* 23. vbi ampliat idem esse de bonis quasi patrimonialibus ipsi scilicet, quæ à Clerico acquiruntur, non ex fructibus beneficij, sed ratione alicuius Ministerij Ecclesiastici, vtputa pro sacris faciendis, concionibus, Sacramentorum ministerio, sepeliendis defunctis, & his similibus, vt ibi per eum *nu.* 1. 154

AMPLIA I. † propositam regulam, vt bona Clericorum propria propter hæresim confiscata applicentur Ecclesiæ, à qua stipendia accipiunt, Alberic. *in l. Manichæos num. 1. in fine, verf. Si autem Clerici, C. de hæreticis,* est Tex. *in c. excommunicamus, il primo, §. Damnati, in fine, extra, eodem,* in illis verbis; *Si vero Clerici applicentur Ecclesiis, à quibus stipendia receperunt.* Et ibi hoc adnotarunt Anton. de Butrio *ante nu. 1. in figuratione casus, verf. Si vero Clerici;* Abb. *in summario versic. Et clericorum bona, & ante num. 1. versic. Nota quod bona clericorum;* Marian. Soccin. *num.* 8. Ioan. de Anania *ante num. 1. versic. Et clericorum bona.* Felin. *num. 1. verf. Et pondera colum. 1 & col. 2. in principio, versic. Et vide textum,* & Cardin. Zabarell. *in dicto §. Damnati num. 2. in vltima oppositione;* Franch *in cap. cum secundum colum. final. versic. Sed si loquimur, de hæreticis in 6.* Hostiens. *in summa de hæreticis, §. Qua pœna feriatur nu. 8. ad finem, versic. Bona vero clericorum,* summa Angelica *in verbo Hæreticus, num.* 5. summa Syluestrin. *in dicto verbo hæreticus; §. 1. num.* 13. Simanch. *Catholicar. institution. tit. 9. rubr. de bonis hæreticorum num.* 89. Repertor. Inquisitor. *in verbo Confiscatio, versic. Bona clericorum hæreticorum, & verf. seq.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo Bona hæreticorum, num.* 2. Conrad. Brun. *in tract. de hæreticis lib. 5. cap 6. num.* 8. Bursat. *conf. 43. nu.* 37. Peregrin. *in tract. de iure fisci lib. 4. tit. 5. num. 31. versic. Clericorum vero bona,* Gundisalu. *in tractat. de hæreticis quæst. 15. num 2. verf. Bona autem hæreticorum;* Clar. *in pract. §. hæresis num. 11. sub versic. Item bona condemnatorum, ibi, Punctus est,* &c. Diaz *in pract. criminal. canon. cap. 114. in verbo hæretici, nu.* 4. Eymeric. *in Director. inquisitorum. par. 3. quæstion. 112. versic. Bona vero hæreticorum,* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus commentar. 161, versic. Alterum vero Axioma, & seq. fol. mihi 720. col. 2.* Decian. *in tract. criminal. lib. 5. cap. 44. num. 2. in principio, versic. Fiscus autem Ecclesiæ,* Didac. Cantera *in quæstion. crimin.* 155

rubr. de hæreticis, Apostatis &c. cap. 1. num. 41. Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi cap. 11. num. 16. post 10. ampliationem vers. Quod si Clerici.*

156 Quicquid † secus, quod imo bona clericorum hæreticorum etiam habentium beneficia, seculari fisco applicentur, voluisse videatur Couarruu. *variar. resolut. lib. 2. cap. 9. num. 12. versic. Sed quod bona ex Gulielmo de Benedictis, quem allegat in repetitione cap. Raynutius, in verbo Et Vxorem, num. 2. 2. de testamentis, & in libro meo, num. 245. in fine, versic. Quod seruatur etiam,* refert eum Quintilian. Mandos. *in additionibus ad Repertor. inquisitorum, in verbo Diuisio, litera A.* licet idem Couar. procuret cohonestare opinionem suam occasione magnarum expensarum, quas regius fiscus subministrat pro S. Tribunali inquisitionis.

157 Amplia II. † Quia si clericus hæreticus, cuius bona confiscantur, habeat stipendia à pluribus Ecclesijs, ipsius bona diuiduntur inter Ecclesias à quibus stipendia recipit, secundum Gloss. *in capit. excommunicamus il primo §. Damnati, in verbo Stipendia, extra, de hæreticis,* vbi & idem scripserunt Hostiens. *num. 1. in fine, in eodem verbo Stipendia,* & Anton. de Butrio *num. 10.* & est Gloss. *in Clementin. 2. in verbo Applicare, de hæreticis,* & ibi Anchar. *numer. 3.* & Bonifac. de Vitalinis *numer. 80.* Hostiens. *in summa de hæreticis §. qua pœna feriatur, numer. 8. ad finem, versic. Quod si plures sint Ecclesiæ,* vbi quod inter plures Ecclesias bona Clericorum hæreticorum diuiduntur, secundum quod Clericus hæreticus magis percipiebat ab vna, quam ab altera, Diaz. *in pract. criminal. Canonic. in verbo hæretici cap. 114. num. 4.* Decian. *in tractat. criminal. lib. 5. cap. 44. numer. 2. versic. Sed quid si clericus hæreticus,* Didacus Cantera *in quæst. criminal. rubr. de hæreticis, Apostatis &c. cap. 1. nu. 41. versic. Quod si à pluribus Ecclesijs.*

158 Amplia III. † Quia bona Clericorum patrimonialia propter hæresim confiscata applicantur fisco Ecclesiæ Episcopalis, si ipse clericus non habebat stipendia ab aliqua alia Ecclesia, Felin. *in cap. Vergentis num. 1. ad finem, vers. Subdit tamen cum allegatis per eum,* Marian. Soccin. *nu. 2. in fine, vers. Arbitrarer tamen, extra de hæreticis;* Anchar. *in cap. excommunicamus, il primo nu. 4. in fine, extra, eodem,* & ibi etiam Anton. de Butrio *nu. 6. in 6. notab.* Abb. *ante num. 1. vers. Et aduerte;* Marian. Soccin. *nu. 8. vers. Alias applicantur Episcopo loci;* Ioann. de Anania *sub numer. 2. & 3.* Felin. *numero primo, in princip. versic. Sed si hoc non esset;* & Cardin. Zabarel. *in §. damnati, in Summario;* Franch. *in cap. cum secundum col. finali, vers. Aut non erat Beneficiatus, de hæreticis in 6.* Cardin. Zabar. *in Clement. 2. § inquisitoribus nu. 3. in fine, vers. Sexto quæro;* & ibi Ioan. de Imola *nu. 8. in fine, de hæreticis;* Angelica *in summa in verbo hæreticus, n. 5.* summa Syluestr. *in eodem verbo hæreticus, §. 1. nu. 13. vers. Vel si sunt clerici.* Vmbert. Loc *in iudicial. inquisitorum, in verbo Bona hæreticorum, num. 2.* Conrad. Brun *in tract. de hæreticis lib. 5. cap. 6. nu. 8.* Bursat *cons. 43. nu. 37.* Peregr. *in tractat. de iure fisci lib. 4. tit. 5. nu. 31. vers. Clericorũ vero bona,* Afflict. *in const. Regni de Hæreticis & Patherenis, rubr. 1. post n. 29.* Carer. *in tract. de hæreticis nu. 135. ante medium, vers. Bona vero clericorum;* Clar. *in pract. crim. §. Hæresis nu. 11. sub vers. Item bona condemnatorum, ibi, Et si non habet beneficium,* Diaz *in pract. crimin. Canonic. in verbo hæretici, cap. 124. num. 4.* Decian. *in tractat. criminal. lib. 5. cap. 44. num. 2. in principio, & versic. Et si clericus nulla habeat stipendia, & versic. Et quod bona clericorum.*

159 Et si † contrarium, quod bona Immobilia Clericorum patrimonialia applicentur domino temporali, voluisse videtur Oldrad. *cons. 17.* Repert. Inquisitorum *in verbo Confiscatio, vers. Bona clericorum,* & Guliel. de Benedictis *in repetitione cap. Raynutius, in verbo Et vxorem, num. 242. & seqq. de testamentis,* vbi præsertim *num. 245. in fine,* dixit, in Regno Franciæ seruari, vt etiam bona clericorum immobilia pro delicto confiscata ad fiscum regium pertineant, eumq; refert Couarru. *variar. resolut. lib. 2. c. 9. nu. 12.* Peregr. *in tract. de iure fisci lib. 4. tit. 5. nu. 31. vers. Clericorum vero bona.* Ignat. Lopez. *in additionibus ad Diaz in pract. crim. Canon. cap. 114. in verbo hæretici, litera E.* vbi alios refert, & ita seruari testatur in Regno Hispaniæ, & in Regno Franciæ, Didacus Cantera *in qu. crim. rubr. de hæreticis Apostatis &c. cap. 1. num. 41.* vbi testatur, in Hispania bona clericorum hæreticorum applicari pro salario, & expensis inquisitionis, Læl. Zecch. *in summa part. 1. tit. de fide rubr. de hæresi cap. 11. num. 16. post 10. ampliationem vers. Quod si clerici,* vbi dixit, quod si clericus hæreticus habebat beneficium simplex & non curatum, tunc eius bona applicantur non Ecclesiæ, in qua beneficium habebat, sed Sancto inquisitionis officio.

Amplia IV. † Quia sicut confiscari possunt omnes 160
fructus, quos clericus hæreticus ex Ecclesiastico beneficio percepit, sic & confiscari possunt omnia bona acquisita ex dictis fructibus; cum in illis clericus habeat verum dominium, & ad sui libitum distribuere, & alienare possit; Simanch. *Catholicar. institution. tit. 9. rubr. de bonis hæreticorum num. 90. & seqq.* vbi etiam ponit, an dicta bona & fructus pertineat ad fiscum Episcopi, an vero ad Sanctum officium, (de qua re alibi suo loco dicetur) Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitorum par. 3. quæstion. 112. commentar. 161. vers. Alia sunt bona; & seqq. fol. mihi 720. colum. 2. & fol. 721. column. 1.* vbi distinguit inter clericos habentes curam Animarum & non habentes curam Animarum, sed beneficia simplicia, vt primo casu, cum non omnes fructus perceptos clericus faciat suos, sequitur etiam, vt nec omnes fructus confiscari possint, sed illi, vel ad Ecclesiam, à qua eos perceperunt, vel ad Cameram Apostolicam spectabunt; nam cum huiusmodi fructus ratione administrationis, & Curiæ Animarum sint in vsus pauperum, in cultum diuinum, & in necessitates Ministrorum eius Ecclesiæ, cui seruiunt, expendendi, nullum super his dominium habent, & consequenter confiscari non possunt, fructus vero, qui per Canones Clericis ad curam Animarum deputatis sunt applicati, pro sua, suorumque sustentatione, iuxta tex. *in cap. de redditibus 12. quæstion. 2.* & in quibus verum habent dominium, confiscari possunt; Quod si clericus non habeat curam Animarum, sed sit simpliciter beneficiatus, tunc quia in fructibus perceptis verum dominium habere videretur, hoc ideo, vt eos confiscari, & bona ex illis acquisita, si clericus in hæresim labatur, non Ecclesijs, à quibus stipendia habuit, sed sacro Inquisitionis officio applicantur, ex Simanch *in loco præallegato,* & ibi etiam subdit idem esse in acquisitis ex distributionibus Ecclesiastic. beneficij, subdit tamen ibidem Francisc. Pegna, quod quoad applicationem horum fructuum, & bonorum ex illis acquisitorum, an scilicet fieri debeat ad fauorem illius Ecclesiæ, cui clericus inseruit, an vero ad fauorem sancti officij, vt supra, attendenda est cõsuetudo loci, vel, & melius, consulendum supremum senatum sanctæ & Vniuersalis Inquisitionis Romanæ, Ioan. Azzor Iesuita *instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 12. rubr. de alijs hæreticorum pœnis quæst. 14.* vbi pariter concludit, in hac re seruandum esse id quod fuerit vsu receptum; vbi autem nihil vsu receptum est, fructus huiusmodi ex beneficio perceptos non confiscari, sed ad Cameram Apostolicam pertinere tanquam spolium clericorum, verius esse affirmat Thom. Sanchez *in precept. Decalogi lib. 2. cap. 28. num. 24.* vbi firmat conclusionem, quod acquisita per Clericum ratione beneficij Ecclesiastici non transeunt in fiscum, sed applicantur Ecclesiæ, cui inseruiunt, iuxta ea quæ dixi supra *nu. 155. & seq.* eandemque conclusionem ampliat in bonis acquisitis non solum ex beneficio simplici, sed etiam in acquisitis ex beneficio Curato, reprobata distinctione Pegnæ, de qua supra

pra

bra, & deinde hanc conclusionem declarat non procedere, quando legitima consuetudine contrarium fuisset inductum, prout in Hispania in regno Castellæ introductum testatur, vt Clericorum bona mobilia, siue immobilia, propter hæresim publicata, fisco seculari applicentur, de qua re latius *infra, suo loco* dicam, *hac eadem quæst. nu. 275. & seqq.*

161 Limita I. Quia † si hæreticus fuerit aliquis Monachus, alicuius Ecclesię Prælatus, cum id, quod acquirat, non sibi, sed Ecclesiæ acquirat, hoc ideo eius bona confiscari possunt, secundum Gloss. *in Clementin. secunda, in verbo, Ecclesiam, de hæreticis*, & ibi etiam Cardinal. Zabarel *in §. Inquisitoribus, num. 2. in fine, versic. Quarto*. Ioan. de Imola *num. 7. versic. Ex hoc infert Glossa*, & Bonifac. de Vitalinis *num. 71.* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Confiscata, versic. Sed confiscatio bonorum Monachi*, vbi, quod Monachus de iure nihil potest habere, sed tantum de facto, Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 22. num. 13. & 14.* vbi etiam, quid si hæresis fuerit commissa ab aliquo religioso Franciscani ordinis prorsus proprii incapace.

162 Limita II. Quia, † quamuis propter hæresim bona Clericorum confiscentur, non tamen confiscantur bona Ecclesiæ, etiam illi per Clericum hæreticum acquisita, & iudex sic confiscans incurrit pœnam excommunicationis ipso iure, textus est expressus *in Clement. secunda, de hæreticis*, in illis verbis: *Nec scientes attentent Ecclesiarum bona ob Clericorum delictum prædicti occasione officijetiam Ecclesiæ applicare, quod si secus*, & quæ sequuntur, & ibi hoc adnotarunt Glossa *in Glossa 1. in figuratione casus, versic. Nota, quod pro delicto Prælati*, Ancharan. *num. 3. in 3. notab.* Cardinal. Zabarel in §. *Inquisitoribus, ante num. 1. in summario, & num. 1. in quarto notab. & dict. nu. 1. in septimo notab. & dict. num. 1. ante finem, versic. Quarto oppono, & num. 5. versic. Octauo quæro*, Ioan. de Imola *numer. 1. versic. Item nota, versic. Nota pœnam, & num. 7. versic. Glossa delictum*, & *versic. Glossa etiam Ecclesiæ*, & Bonifac. de Vitalinis *num. 68. & num. 93.* Henric. Boich. *in cap. Vergentis, numer. 7. vers. Et quod dictum est, extra, de hæreticis*, Ioan. Andr. *in cap. Excommunicamus, il primo, num. 2. extra, de hæreticis*, & ita etiam Ioan. de Anania *num. 3. versic. Et procedit illa Glossa, & num. 4. & 5.* vbi infert ad nonnullas quæstiones, Ioan. Andr. *in capit. Accusatus, num. 6. in fine, in verbo, Quam alias, eodem titul. de hæreticis, in 6.* & ibi etiam Geminian. *in §. Sacerdotes, num. 3. versic. Quæro, an bona Ecclesiarum*, & Franch. *in §. in eo vero, num. 1. in fine*, Glossa *in cap. Cum secundum, in verbo, Bona hæreticorum, de hæreticis, in 6.* summa Armilla *in verbo, Hæresis, num. 5. in fine, versic. Bona tamen Ecclesiarum non confiscatur*, Tabien. *in summa, in verbo, Hæreticus, numer. 6. in fine, versic. Bona tamen Ecclesiæ*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 9. rub. de bonis hæreticorum, nu. 88.* Repert. Inquisitorum, *in verbo, Confiscatio, versic. An bona hæreticorum*, (quamuis, quod imo res Ecclesiæ confiscari possint pro delicto rectoris, dicatur in eodem Repert. Inquisitorum, *in dict. verbo, Confiscatio, versic. Res Ecclesiæ*) Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Inquisitor, num. 37.* Squillacen *in tract. de fide Catholica, cap. 35.* Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 135. ante fin. versic. Limita tamen*, Eymeric. *in Director. Inquisitorum, parte 3. quæst. 112. versic. Est tamen considerandum*, & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 161. versic. Quo autem plenius, folio mihi 720. col. 2.* Ad quam materiam vide Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 20. num. 1. & num. 2. & nu. 16.* vbi, quod hæc excommunicatio non incurritur, nisi cum affectu Ecclesiæ bona fisco applicentur, & *nu. 17.* vbi, quod eadem excommunicatio incurritur, si iudex non fisco, sed sibi vel aliis bona Ecclesiæ applicet, & *nu. 21.* vbi, quod absolutio ab hac excommunicatione non est reseruata Papæ, nec ad eius absolutionem exigitur restitutio bonorum Ecclesiæ.

163 Iudex † autem confiscans bona Ecclesię ignoranter, nesciens scilicet, bona esse Ecclesiæ, non incurrit pœnam prædictam, secundum Gloss. *in dict. Clementin. 2. in verbo, Scienter, de hæreticis*, & *ibi* Cardinal. Zabarell. *in §. Inquisitoribus, ante num. 1. in 3. notab.* Ioan. de Imola *num. 6. in fine, versic. Nota scienter*, Thom. Sanchez *dict. cap. 20. nu. 11.* vbi amplius dixit, quod quæcunque ignorantia excusat, dummodo non sit affectata, vel adeo crassa, vt ingens temeritas dicatur.

Argumentum.

Laicorum bona propter hæresim à quo iudice confiscanda, & quibus applicentur.

Summaria.

Bona laicorum confiscata in terris Ecclesiæ, applicantur fisco Ecclesiæ, in terris vero Imperij, & alias extra statum Ecclesiasticum, applicantur fisco temporali, nu. 164.

Iudices seculares in terris Imperij confiscabant olim bona hæreticorum, & sententiam ferebant super cõfiscatione bonorum hæretici, nu. 65. hodie autem indistincte iudex Ecclesiasticus facit declarationem super cõfiscatione bonorum hæretici, nec secularis iudex, nisi requisitus, in ea se intromittit, nu. 168.

Bona hæreticorum confiscata applicantur Domino loci, vbi sita sunt, & non vbi hæreticus condemnatur, nu. 166.

Bona hæreticorum confiscata applicantur non Principi, cui hæreticus est mediate subiectus, sed illi Domino, cui immediate subditus est, nu. 167.

Iudex secularis, cuius fisco hæretici bona applicantur, non potest dicta bona cõfiscata, nec eorum possessionem accipere, nisi post sententiam iudicis Ecclesiastici, nu. 169. Sed nunquid teneatur expectare emendationẽ hæretici condemnati, n. 170. & 171.

Confiscatio bonorum hæretici regulanda est secundum decreta, statuta, seu constitutiones particulares, Principis scilicet Ecclesiastici, non autem secularis, nu. 172. 173. & 174.

Bona laicorum confiscata cui hodie applicentur, non videtur bene resolutum, nu. 175.

Bona hæreticorum confiscata diuiduntur in tres partes, vna pars applicatur communitati Ciuitatis, seu loco, vbi hæreticus cõdemnatur, secunda applicatur officialibus Sancti Officij, tertia ponitur in aliquo tuto loco distribuenda arbitrio Inquisitoris seu Episcopi, in fauorem fidei, & ad extirpandos hæreticos, nu. 176. & nu. 178. licet alij contra, nu. 177.

Nunquid autem hæc tripartita diuisio sit seruanda extra Italiam, nu. 179. & nu. 180.

Bona laicorum confiscata secundum aliorum opinionem diuiduntur in duas partes, quarum vna applicatur Cameræ Apostolicæ, alia autem Officio Sanctæ Inquisitionis, & pro subueniendis eiusdem Sancti Officij necessitatibus, nu. 181.

Contra, num. 182.

Bona laicorum confiscata secundum aliam opinionem omnia applicantur Cameræ Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ, nu. 183.

Contra, nu. 184.

Bona hæreticorum laicorum confiscata secundum aliam opinionem hodie applicantur Sancto Officio, nu. 185.

Licet alij contra, nu. 186.

Bonorum confiscatorum applicatio regulatur secundum consuetudinem loci, nu. 178. vbi declaratur, dummodo consuetudo fuerit rationabilis, legitime præscripta, & conformis iuribus, & Papalibus Constitutionibus.

Confiscata bona hæreticorum cui applicentur de consuetudine Hispaniæ, nu. 188.

Quid de consuetudine Franciæ, nu. 192.

Quid de consuetudine Mediolani, nu. 191.

Quid de consuetudine Mantuæ, nu. 190.

Et quid de consuetudine Placentiæ, nu. 189.

Quæst. CXC. §. XII.

Regula sit, † quod alias de iure Canonico bona laicorum hæreticorum ipso iure propter hære- 164

 sim

sim confiscata applicabantur fisco seculari extra statutum Ecclesiæ, in terris vero Ecclesiæ, fisco Ecclesiæ, Text. est in cap. Vergentis, in princip. extra, de hæreticis, vbi sic dicitur: In terris vero temporali nostræ iurisdictioni subiectis bona hæreticorum statuimus publicari, & in aliis idem præcipimus fieri per potestates & Principes seculares, & ibi hoc adnotarunt Glossa in figuratione casus, in princip. Hostiens. nu.1. in verbo, Seculares, Henric. Boich. nu.8. Anton. de Butrio nu.2. in 1. & 2. notabil. Abb. in summario, nu.1. & 2. Felyn. num.1. versic. Nota confiscationem, & versic. Sed aduerte, Marian Socin. in summario, & num.1. & 2. vbi proponit contrarium, & illi respondet, & Ioan. de Anania nu.3. versic. Nota, quod quando, & num.14. & 15. facit etiam textus in cap. Excommunicamus, il primo, §. Damnati vero, extra eodem, vbi, postquam statutum fuit, damnatos hæreticos secularibus potestatibus relinquendos esse, subduntur hæc verba, videlicet, Ita quod huiusmodi damnatorum, si laici fuerint, confiscentur, & ibi per istum textum adnotarunt Ancharan. num.4. Anton. de Butrio num.1. in figuratione casus, versic. Ita, quod bona ipsorum, & num.6. in sexto notabil. & Ioan. de Anania post num.2. & sub num.3. item facit textus in cap. Cum secundum, §. final. de hæreticis, in 6. vbi statuitur, occupationem bonorum hæreticorum non esse faciendam per Principes, aut alios Dominos temporales ante sententiam iudicis ecclesiastici, ergo post sententiam Dominos temporales posse hæreticorum bona occupare permittit, per regulam, quod prohibitum vno tempore, alio tempore censeatur permissum, & ibi in specie adnotarunt Franch. col. final. versic. Si vero erat laicus, est etiam Glossa in Clementin. 2. in verbo, Ecclesia, & ibi Ioan. de Imola num.8. in fine, eodem titul. de hæreticis, Alberic in leg. Manichæos, num.1. in fine, versic. Si sunt laici, & num.2. versic. Inquisitores tamen, C. de hæreticis, vbi subdit, se audiuisse, quod Inquisitores prætendunt de facto habere priuilegium confiscandi etiam bona laicorum, officio sanctæ inquisitionis, & Romanæ Ecclesiæ, quod tamen credit esse contra iura, Angelica in summa, in verbo, Hæreticus, num.5. summa Syluestrina in eodem verbo, Hæreticus, §.1. num.13. in princip. Repertor. Inquisitorum in verbo, Confiscatio, versic. Nota, quod bona laicorum, & versic. sequ. & in verbo, Salarium, versic. Quarto, ante finem, in quibusdam tamen videtur, Felyn consil.10. num.5. versic. Sed in contrarium, vbi tacite pertransit cum hac opinione, Aym. consil.128. num.6. versic. Secundo respondeo, qui tamen loquitur in bonis applicandis feudatario, de quo dixi infra hac eadem quæstione, nu.67. Carer in tract. de hæreticis, sub num.135. versic. Ita tamen, quod bona laicorum, Couarr. variar. resolut. libr.2. cap.9. num.12. Guido Pap. decis.76. nu.1. & ibi in additionibus, liter. A. Francisc. de Aluarot. cons. crim. diuersor. 84. num.1. & 2. in folio, Martin. Laudensis consil. criminal. diuersor. 58. ante num.1. lib.1. pariter in folio, (vbi tamen reseruat debitam portionem, si priuilegio vel consuetudine aliquid inquisitori debetur,) Ambros. de Vignate in tract. de hæreticis, quæst.20. nu.210. summa Tabien. in verbo, Hæreticus, num.7. versic. Vnde idem Innocentius III. vbi testatur, quod ita Communiter scripserunt Doctores Canonistæ, in dict. cap. Vergentis, (etsi hodie illam Decretalem non seruari affirmat) Eymeric. in Directorio Inquisitorum, parte 3. quæstion.188. numer.3. & quæstione 110. versic. Respondemus, quod confiscatio bonorum, & versic. sequ. & quæstion.112. versic. Respondemus, quod bona laicorum confiscantur, Conradus Brun. in tract. de hæreticis, libr.5. cap.6. num.8. Simanch. in Enchiridion violatæ religionis, tit.56. num.8. Arnald. Albertin. in repetitione rubr. de hæreticis, in 6. quæst.8. num.30. in septima conclusione, (vbi tamen se remittit ad ea, quæ litera S scripsit in cap. Cum secundum, eodem titulo, Boss. in tit. de hæreticis, num.33. Foller. in pract. criminal. in fragmentis, num.10. Alphons. de Castro, de iusta hæreticorum punitione, lib.2. cap.5. post principium, versic. Nam qui hæreticus est, Roland. consil.8. num.9. & sequentibus pluribus, vsque ad num.35. libr.3. vbi reiectis aliis opinionibus hanc tenet sententiam, & Communem dicit; item relati per Bursat. in consil.43. num.56. & num.38. libr.1. Anton. Gomez de delictis, cap.2. rubr. de crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ, num.1. versic. Item etiam est pœna confiscationis, Nauarr. consil.20. tit. de hæreticis, num.1. vbi testatur de Communi (licet verius crediderit, omnia hæreticorum bona ad fiscum Ecclesiæ pertinere) Peregrin. in tract. de iure fisci, libr.4. tit.5. numer.31. vbi de Communi, Afflict. in constitutione Regni, de hæreticis & Pacterenis, rubr.1. post nu.9. Franciscus Pegna in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst.109. Commentar.158. folio mihi 713. column.1. versic. Primum Dominus Innocentius, & versic. sequ. & col.2. in fine, versic. Iam Bonifacius VIII. & folio 714. versic. Eymericus ergo, & versic. sequ. Ioan. Azzor. Iesuita Institutionum Moralium parte 1. lib.8. cap.12. rub. de aliis hæreticorum pœnis, quæst.14. in princ. Iacob. de Graffiis libr.2. suarum decisionum, capit.11. sub nu.4. versic. Quoad intellige, & nu.13. versic. Si vero erat laicus.

AMPLIA I. Vt † propterea in terris Imperii iudices seculares confiscabant bona hæreticorum, & sen- 165
tentiam ferebant super confiscatione bonorum, ad textum in cap. Vergentis, extra, de hæreticis, in illis verbis: Et in aliis idem præcipimus fieri per potestates & Principes seculares, Repertor. inquisitorum, in verbo, Confiscatio, versic. Item sciendum, in fine, Vmbert. Locat. in iudicial. inquisitorum, in verbo, Bona hæreticorum, num. primo, versic. Quæ quidem sententia, & in verbo, Fiscus, num.1. versic. Et si olim, & iterum infra, in versic. Et ista incorporatio, Zanchin. in tract. de hæreticis, cap.25. num.2. & cap.18. num.5. versic. Quæ sententia declaratoria olim fiebat, Eymeric. in Director. inquisitorum, part.3. quæstion.109. numer.2. & ibi Franciscus Pegna in additionibus, Commentar.158. versic. Primo, fol. mihi 754. colum.2. idem Eymericus vbi supra, quæst.110. & ibi pariter Franciscus Pegna in additionibus, Commentar.159. folio mihi 718. colum.1. faciunt, quæ mox dixi in præcedenti regula.

LIMITA I. Propositam † regulam, sicut supra am- 166
pliatam, vt bona hæretici confiscata applicentur domino loci, vbi sita sunt, & non vbi condemnatur, Henric. Boich in cap. Vergentis, nu.8. versic. Et vide, extra, de hæreticis, & ibi etiam Ancharan. num.1. in primo notabil. & Ioan. de Anania num.3. versic. Nota, quod quando; Verum quando hæc conclusio vera sit, & quando non, vide latissime per Canonistas in cap. Cum secundum, de hæreticis, in 6. & præsertim per Prob. in addit. ad Ioan. Monach. nu.8. Ioan. Andr. nu.2. in verbo, Temporales, & nu.3. & seqq. Geminian. num.4. per totum, in §. Confiscationis, & Franch. in eodem §. nu.3. summa Syluestrina, in verbo, Hæreticus, §.2. numer.15. Simanch. Catholicarum Institutionum tit.9. rub. de bonis hæreticorum, nu.129. vbi dixit, quod quando bona hæretici reperiuntur in diuersis Regnis, tunc non omnia pertinent ad fiscum eius Regni, in quo hæreticus cōdemnatus est, sed vnusquisq; Rex occupat, & confiscat bona, quæ in suo Regno posita sunt, & hanc post alios, quos allegat, à plurimis receptam testatur sententiam, & nu.130. & seqq. vbi, quid in iuribus, actionibus, & nominibus debitorum, Repertor. Inquisitorum, in verbo, Confiscatio, versic. Sed quoad confiscationem, vbi disputata ad partes quæstione videtur concludere, quod tertia pars bonorum confiscatorū, quæ spectat ad Inquisitores, iuxta opinionem eorum, qui dixerunt, hæreticorum bona in tres partes diuidenda, vna applicanda erit Inquisitoribus, qui fecerunt processum, & hæreticum condemnarunt, pro eorum laboribus; Aliæ vero duæ tertiæ partes debent applicari fisco, vbi bona sita sunt, & non vbi hæreticus fuit condemnatus, Gundisalu. in tract. de hæreticis, quæst.15. nu.6. & seqq. vbi idem concludit, Decian. in tract. crimin. libr.5. cap.44. num.8. vbi aliis relatis & ipse

etiam

etiam idem concludit, Conrad. Brun. *in tract. de hæreticis, lib.5. cap.6. nu.8. in fin.* vbi, quod si bona hæretici sita fuerint in diuersis territoriis, diuersos Dominos habentibus, vnusquisque vendicabit, quæ in suo territorio sita sunt: Baiard. *in additionibus ad Clar. in pract. crim. in §. hæresis, num.20.* vbi, quod bona immobilia hæretici applicantur fisco, vbi sita sunt, & testatur de Communi, ex Bursato, quem allegat *in consil.43. nu.14.* vide *supr. in quæstion.25. nu.161. & seqq. & nu.104.*

167 LIMITA II. Quia † hæreticorum laicorum bona applicantur non Principi, cui hæreticus est mediate subiectus, sed illi Domino, cui immediate subditus est, Bonifac. de Vitalinis cum allegatis per eum *in Clementin.2. num.84. & seqq. de hæreticis,* Simancham *Catholicarum institutionum tit.6. rub. de bonis hæreticorum, nu.127. & sequentib.* vbi declarat hoc procedere, quando inferior Princeps habet Imperium & iura regalia, & sic ius confiscandi, alias secus, Guido Papæ *decis.76.* pluribus hanc probat conclusionem, Martinus Laudens. *consil. crimin. diuersor. libr.1. in folio, consil.58.* vbi late proponit contraria, & illis respondet Aymon *consil.128. num.6. versic. Secundo respondeo,* Roland *consil.75. num.7. & seqq. libr.3.* vbi alios refert Decian. *in tract. crimin. libr.5. capit.44. numer.3. in princip.* Didac. Canter. *in quæstion. criminal. rubr. de hæreticis, apostatis, &c. nu.42.* vbi dixit, hanc limitationem de iure Communi veriorem, licet in Hispania, prout ipse testatur, hæreticorum laicorum bona applicentur supremo Principi, qui postea illa erogat in vtilitatem inquisitionis, pro solutione salariorum, vt officialium, & *ibi* etiam declarat, quid de bonis mobilibus, vide ad materiam huius limitationis, quæ dixi *supra, quæst.25. nu.104.*

168 LIMITA III. Et † hæc limitatio respicit præcipue præmissam primam ampliationem, quod quicquid olim esset hodie indistincte iudex Ecclesiasticus, facit declarationem super confiscatione bonorum hæretici, nec secularis iudex, nisi requisitus se intromittit, quia hoc sibi interdictum est, vt dixi *supra, quæst.186. nu.166.* & volunt omnes Doctores allegati *supra, num.165. in dicta 1. ampliatione,* & in specie Vmbert. Locat *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Bona hæreticorum, num.1. versic. Sed hodie indistincte, & in verbo, Fiscus, num.1.* Tabiena *in summa, in verbo, Hæreticus, num.7. in princip. & infra, versicul. Tempore vero Bonifacii VIII. & iterum infra, in versic. Primo, quod exequutio,* Zanchin. *in tract. de hæreticis, capit.24. num.2. versic. Sed hodie,* & amplius subdit, quod non solum iudex Ecclesiasticus pronunciat super confiscatione bonorum, sed etiam exequitur, & bonorum confiscatorum possessionem accipit, & *cap.18. num.5. versic. Hodie, & cap.27. numer.4. versic. Et ista incorporatio,* Bursat. *consil.90. num.15. & pluribus sequentib. num.1.* vbi late probat, iudicem Ecclesiasticum etiam in terris Imperii posse bona hæreticorum confiscare, proponit contraria, & illis respondet.

169 Et † propterea secularis iudex, cuius fisco hæretici bona applicantur, non potest vllo pacto confiscare, nec bonorum possessionem apprehendere, nisi post sententiam iudicis Ecclesiastici, Textus est *in capit. Cum secundum, §. Confiscationis, de hæreticis, in 6.* cuius verba sunt hæc: *Confiscationis tamen huiusmodi exequutio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per Principes, aut alios dominos temporales, antequam per Episcopum loci, vel aliam personam Ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata,* & ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, versic. Sed sanctissime Pater, & in verbo, Cum secundum, versic. Sed apprehensio bonorum,* Ioan. Monach. *in principio, versic. Confiscationis tamen exequutio, & in verbo, Promulgata,* Archidiacon *col.2. in fine, in verbo, Confiscationis,* Ioan. Andr. *in cap. final in verbo, Promulgata,* Geminian. *in §. Confiscationis, num.1. & numer.3.* & Franch. *in eodem §. num.2.* vbi tamen, quod lata sententia declaratoria a iudice Ecclesiastico, statim iudex secularis, sine alio iussu dicti iudicis Ecclesiastici potest occupare bona confiscata, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum, filiorum, & nepotum, nu.3.* Ioan. Andr. *in cap. Vergentis, nu.2. in verbo, Seculares, extra, de hæreticis,* & *ibi* etiam Ancharan. *post num.1.* Anton. de Butrio *num.7.* & Cardinal. Zabarell. *etiam num.1. in eodem verbo, Seculares,* extat Constitutio Martini V. edita de anno 1418. *incipien. Inter cunctas, versicul. Bona tamen,* relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, *post Director. inquisitorum folio mihi 88. & sequ.* summa Rosella *in verbo, Hæreticus, num.14. in fine,* Angelica *in summa, in eodem verbo, Hæreticus, num.5. in fine,* summa Syluestrina *in dicto verbo, Hæreticus, num.12. versic. Tertia pœna est,* Fr. Rayner. *in summa, in verbo, Hæresis, capit.4. versic. Tertio rerum ablatione,* Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Bona, versic. Sed bona hæreticorum, & in verbo, Confiscatio, versic. Tertio, incip. Item sciendum, in princ. & in fine,* Afflict. *in tit. Quæ sint regalia, in verbo, Bona contrahentium, numer.19.* Carer. *in tract. de hæreticis, num.135. versic. Ita tamen, quod bona laicorum,* Ghirland. *in eod. tract. de hæreticis, quæst.5. nu.7.* Sot. *de iustitia & iure, libr.6. versic. In contrarium autem facit.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst.109. Commentar.158. folio mihi 713. colum.2. in fine, versic. Iam Bonifacius VIII.* Decian. *in tract. crimin. libr.5. cap.44. num.3. versic. Et nota,* Squillacens. *in tractat. de fide Catholica, cap.23. num.3.* Oldrad. *consil.271. nu.5.*

Non † tamen sequuta sententia tenetur expectare, 170 quod hæreticus pœnitens abiuret, quando forsan Ecclesiasticus iudex illum sic condemnatum retinet in carceribus ad effectum prædictum, & ideo statim post latam sententiam, per quam fisco ius acquisitum est, potest illam exequi, & confiscare bona hæretici, secundum Alciatum *in cap. Perniciosam, num.73. & 74. de officio ordinarii,* prout illum refert, sequitur Decian *in tract. crimin. lib.5. cap.44. nu.9.* Iacob. de Graffiis *lib.2. suarum decisionum, cap.11. nu.4.* vbi propterea dixit, quod sequuta declaratoria super crimine hæresis, statim sine alio processu, & infra iudicis potest iudex secularis capere bona hæretici confiscata.

Cuius † contrarium ex eodem Alciato *in dict. cap. Per-* 171 *niciosa, nu.51.* scripsit idem Decian. *vbi supr. in tract. crimin. cap.54. nu.3. versic. De æquitate vero.*

LIMITA IV. Vt † quicquid sit de iure antiquo, 172 hodie vigore constitutionum summorum Pontificum aliud statutum esse, dubitandum non sit. In hac autem materia, quod seruanda sint decreta particularia, statuta, seu constitutiones, antiquis leg bus & canonibus derogatoria, ad tradita per Bart. *in l. omnes populi, num.35.* & *ibi* Communiter alii Doctores *ff. de iustitia & iure,* voluit in specie Simanch. *Catholicarum institutionum tit.9. rub. de bonis hæreticorum, nu.142.* Nec dissentit Roland. *in consil.8. num.15. & 16. lib.3.* etsi constitutiones aliquas in hac materia minime reperiri ausus sit asserere, Bursat. *consil.43. nu.43. in fine, versic. Ideo pro resolutione, & num.46. & seqq.* vbi reprobato Rolando contrarium tenente, ampliat etiam, quod constitutiones Pontificiæ nõ sint publicatæ, & etiam ante lapsum duorum mensium: cum sufficiat, eas peruenisse ad manus Principis, Episcopi, & Inquisitoris, ex allegatis *ibi* per eum, vbi testatur de Communi Nauarr *consil.20. nu.3. rub. de hæreticis, libr.5.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst.109. Commentar.158. folio mihi 714. versic. Bursatus vero.*

Quod † intelligas de decretis & constitutionibus Põ- 173 tificiis; Cum enim hæresis crimen mere sit Ecclesiasticum, *cap. Vt inquisitionis, §. prohibemus, de hæreticis, in 6.* & ratione criminis Ecclesiastici, laici, & seculares Eccle-

siasti-

siasticorum iudicũ legibus & iurisdictioni subiiciantur, *cap. Licet,* vbi Glossa, *in verbo, Vacante Imperio,* & Communiter Doctores, *de foro competenti,* hoc ideo Pontificem in his, quæ ad hæresis punitionem spectant, omnino statuere posse, & consequenter in applicatione pœnæ confiscationis bonorum dubitandum non est, vt bene explicat Pegna *in additionib. ad Eymericum, in Directorio inquisit. part. 3. quæst. 109. Comment. 158. folio mihi 713. col. 1. versic. Nunquid de iure Canonico, & folio 717. colum. 1. versic. Ad hæc, & sequ.* vbi & aliam huius conclusionis affert rationem, quia scilicet Romanus Pontifex ratione latissimæ suæ iurisdictionis, & potestatis, non solum potest coercere, & punire laicos delinquentes, sed etiam Principes & dignitatibus priuare, & Reges suis regnis, *cap. Ad abolendam, §. statuimus. extra, de hæreticis, cap. Alius, 15. quæst. 6.* cum aliis per Turrecremat. *in summa, de Ecclesia, lib. 2. cap. 114.* ergo multo magis hæreticorum bona confiscare, & cui voluerit, applicare, quod & latius probauit idem Francisc. Pegna *vbi supra, in additionibus ad eundem Eymericum, in Directorio inquisitorum, dicta parte 3. eadem quæst. 109. Commentar. 158. folio mihi 716. columm. 2. versic. Neque his, quæ hactenus diximus, & versic. sequ.*

174 Vnde † secus in statutis, constitutionibus, seu statutis Principum secularium, qui, si forsan disponerent, & statuerent super confiscatione bonorum hæreticorum, & super illorum applicatione in præiudicium Romanæ Ecclesiæ, & Sancti Officii, eorum vtique statuta & constitutiones non solum non valerent, sed etiam possent puniri tanquam impedientes Sanctum Inquisitionis Officium, ad text. *in cap. Statutum, §. primo, de hæreticis, in 6.* & ibi Glossa, & Communiter omnes Canonistæ, & in specie adnotauit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæstion. 109. Commentar. 158. folio mihi 717. colum. 1. versicul. Postremo illud adiungam,* & ante eum pulchrè Paris. *consil. 2. num. 164. & sequentibus, & num. 139. & sequentibus, libr. 4.* vbi tamen subdeclarat, nisi huiusmodi secularium Principum decreta & statuta essent confirmata à summo Pontifice.

175 Quid † autem circa applicationem bonorum confiscatorum hæretici laici à dictis Constitutionibus Pontificiis statutum sit, & quid hodie statuendum propter tot tantasque Doctorum diuersas opiniones, pluresq; summorum Pontificum Constitutiones super hoc editas, non adhuc bene resolutum videtur, vt bene aduertit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 109. Commentar. 158. folio mihi 714. colum. 1. in fine, versic. Hæc sunt magis præcipua,* & propterea, vt cum eodem Francisco Pegna dicam *in loco præcitato, fol. 717. colum. 2. versic. Ex omnibus,* bene esset, quod summus Pontifex lege lata sanciret, ac constitueret, quid omnino seruandum esset circa hanc bonorum hæreticorum applicationem; Sic enim omnia Iurisperitorum responsa tacerent, quorum fortasse nonnulli humano affectu ducti illis fauent, à quibus temporale aliquod commodum vel acceperunt, vel accipere sperant, etsi contra veritatem & contra honorem, incrementum sacrosancti officii Inquisitionis consulant, & respondeant.

176 Prima † enim fuit opinio, quod bona hæreticorum confiscata diuidenda sint in tres partes, ex Constitutione Innocentii IV. edita de anno 1252. *incipien. Ad extirpanda, in versic. Teneatur insuper potestas,* relata per Frãciscum Pegnam inter literas Apostolicas, post Direct. inquisitor. *folio mihi 11.* & confirmata ab Alexandro IV. & Clemente IV. bene docet Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. quæstion. 109. Commentar. 158. folio mihi 713. col. 1. in fine, versic. Item Dominus Innocentius, & col. 2. versic. Postea vero, & versic. Ad hæc,* easque registrare fecit in fine sui operis, *fol. mihi 65. in fine, versic. Teneatur insuper,* vbi ad literam dicitur: *Teneatur insuper potestas, Capitaneus, Consul, seu quiuis alius Rector omnia bona hæreticorum, & receptatorum eorum, quæ per dictos officiales fuerint occupata, seu inuenta, & condemnationes pro his exactas, nec non & lignamina, lapides, & tegulas domorum, & turrium, quæ occasione hæresis destruentur, & bona tam mobilia, quam immobilia, quæ eadem occasione confiscabuntur, diuidere tali modo, vna pars deueniat in commune ciuitatis, seu loci, secunda in fauorem & expeditionem officii detur officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint, tertia ponatur in aliquo tuto loco, secundum quod dictis Diœcesano, & Inquisitoribus, vel Inquisitori videbitur, reseruanda & expendenda per consilium eorundem in fauorem fidei, & ad hæreticos extirpandos, non obstante huiusmodi diuisionis statuto aliquo condito, vel condendo,* & propterea secundum Constitutiones Papales prædictas hæreticorum bonorum vnam partem dandam esse iudici seculari, aliam officialibus, qui in causa laborarunt, & aliam Ecclesiæ Romanæ, dixerunt Alberic. *in prima parte statutorum, quæstion. 151. num. 3.* Ioan. Andr. *in cap. Cum secundum, nu. 2. in fine, versic. Et punitur, de hæreticis, in 6.* & ibi etiam Geminian. *col. fin. versic. Et secundum Constitutiones,* & Franch. *in §. Confiscationis, numer. 3.* summa Syluestrina, *in verbo, Hæreticus, §. 2. num. 14.* Ioan. Calderin. *in tractat. de hæreticis, rubr. de exequutione sententiæ, num. 1.* vbi tamen, quod fiscum secularem, tunc demum illi tertiam partem applicandam censuit, quando ex illius potestate sit datum auxilium Inquisitoribus contra hæreticos, rectoresque seculares seruauerint ea, quæ in Constitutionibus statuta sunt, alias secus. Felyn. *in cap. Cum nobis, numer. 12. versic. Cæterum, dum dicit Abbas, de præscriptionibus,* vbi expresse dixit: *Quod hodie bona damnatorum de hæresi non applicantur fisco seculari, etiam Principis non recognoscentis superiorem; vt in pluribus constitutionibus modernis, de quibus bibliotheca Papæ in libro, qui dicitur tractatus Inquisitorum, capit. 22.* Hæc sunt verba Felyni, quod & ante melius explicauerat *in capit. Irrefragabili, §. Cæterum, num. 5. in fine, versic. Et quando, de officio ordinarij,* vbi dicit: *Quod, quando fuit Romæ tempore Sixti, vidit in libraria Papæ librum de inquisitoribus hæresis multas extrauagantes, in quibus derogatur dispositioni cap. cum secundum taxando, quod bona condemnati de hæresi applicentur Sedi Apostolicæ, & ordinario Inquisitori, & omnia reduxit Francisc. Paun. Auditor Rotæ in consilio suo, incipien. Vt veritas elucescat super hoc articulo, vbi reuelauit multa secreta more suo.* Et hæc sunt alia præcisa verba Felyni, *in dict. cap. Irrefragabili,* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 19. litera A. versic. Addit denique,* vbi refert Felyn. *in dict. cap. Irrefragabili,* Paris. *caus. 2. num. 114. libr. 4.* vbi dixit, hodie hoc esse certum, quod per Constitutiones Papales dispositum est, bona hæreticorum in tres partes, vt *supra,* diuidenda esse, Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 15. num. 3.* Nec dissentit Repertor. inquisitorum *in verbo, Diuisio,* licet hodie per rescripta Apostolica contrarium seruari testetur, de quo tamen dixi *infra, hac eadem quæst. nu. 181.* & licet etiam de contraria Hispaniæ consuetudine pariter testetur, de quo etiam dixi *infra, hac eadem quæst. num. 188.* & hoc etiam admittere videtur Couarr. *variar. resolut. lib. 2. cap... nu. 12. versic. Quin & ipse Felynus,* licet & ipse prædictas extrauagantes Constitutiones in Hispania minime seruari affirmet; Guliel. de Benedict. *in rep. cap. Raynutius, in verbo, Et vxorem, nu. 244. ante fin. & num. 24. de testamentis,* vbi sic testatur fuisse diuisa bona Raymundi Comitis Tholosani fautoris hæreticorum, licet illius bona feudalia, quæ à Rege habebat, Regi fuerint applicata, incertus Auctor *in forma procedendi cõtra Inquisitos de hæresi, rubric. de officio & potestate cuiuslibet Rectoris, nu. 14.* vbi referuntur verba dictæ Constitutionis Clementis IV. Comens. *in lucerna Inquisitorum, sub versic. Bona hæreticorum secundum quandam Constitutionem,* & ite-

& iterum *infra, in versic. Sed Dominus Felynus*, vbi tamen hoc forte procedere intelligit in terris Ecclesiæ, nō autem in terris Imperii, de quo dixi *infra, hac eadem quæstione, nu.* 180. & de hac tripartita diuisione mentionem fecit Tabien. *in summa*, referendo consilium Thadei de Pepulis (licet eum non sequatur) *in verbo, Hæreticus, n.* 7. *in princ. versic. Vnde nota*, vbi testatur hanc Innocent. IV. *& Clement. IV. extrauagant.* vidisse plumbeam in Camera Inquisitoris Bononiæ, & iterum *infra, in vers. Vnde temporibus Innoc. IV.* Boss. *in tit. de hæreticis, nu.* 33. *versic. Hodie tamen*, Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap.* 30. *nu.* 2. *versic. Sed hodie*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Fiscus, nu.* 1. *in princ. versic. Etsi olim bona hæreticorum diuiderentur in tres partes*, relati per Roland. (qui tamen eos non sequitur) *in cons.* 8. *nu.* 10. 11. & 12. *lib.* 3. vbi duobus modis hanc tripartitam diuisionem bonorum hæreticorū distinguit; Primo modo inter fiscum temporalem, inter inquisitorem, & inter officium Inquisitionis; Secundo modo, vt vna pars detur communi ciuitatis, in qua hæreticus damnatus est. Alia detur officialibus secularibus, qui faciunt executionem contra hæreticum; & altera retineatur ad subministrandum necessaria in officio inquisitionis, Bursat. *cons.* 43. *nu.* 42. *& seqq.* vbi alios refert, & præcipue Roland (qui, vt *infr.* eum referam, contrarium tenuit) *in consil.* 75. *nu.* 8. *libr.* 3. Clar. *in pract. crim. § hæresis, nu.* 11. *vers. Dicit tamen Felynus*, Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 44. *nu.* 2. *vers. Hodie tamen*, & iterum *infra, versic. Attamen in terris Imperij, & versic. Et propterea*, vbi testatur, hodie seruari hanc trimembrem distributionem etiam in terris S. Imperii, & aliorum Principum, Menoch *de arbit. quæst. lib.* 2. *cas.* 374. *nu.* 4. & *ibi in additionibus* per eundem Menoch. reiecta opinione Rolādi, adde pro hac tripartita diuisione Læl. Zech *in summa, part.* 1. *tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.* 11. *nu.* 16. *versic. Vndecima pœna.*

177 Contrarium, † quod hæc tripartita diuisio non sit attendenda, sed quod omnia hæreticorum bona fisco seculari applicanda sint, iuxta Doctores allegatos *supr. hac eadem quæst. nu.* 164. dixit Roland. *consil.* 8. *num.* 16. *& seqq. vsq. ad nu.* 35. ea ratione motus, quia scilicet constitutiones, in quibus tripartita diuisio fundatur, non reperiuntur, nec manibus palpantur, & quatenus reperientur, non fuerunt publicatæ, neq; vsu receptæ, *lib.* 3.

178 Verum, † quod prædictæ Pontificiæ Constitutiones extent, cum de illis testentur tot tantiq; Doctores præallegati, & præsertim Franciscus Pegna, qui earum verba, locum, & diem, quo editæ sunt, refert, & quod sint attendendæ, etiam quod non appareat de earum publicatione, reprobato Rolando contrarium sentiente, ex Communi defendit Bursat. *consil.* 43. *num.* 48. *& seqq. omnibus, libr.* 1. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part.* 3. *quæst.* 109. *Commentar.* 158. *folio mihi* 714. *col.* 2. *versic. Rolandus à Valle, & versic. Ego vero, & folio* 715. *versic. Primo*, vbi reprobato Rolando *in dict. consil.* 8. vbi testatur, prædictas extrauagantes fuisse visas ab Illustrissimis & Reuerendissimis DD. Cardinalibus Inquisitionis Generalis, ipsumque etiam vidisse illas authenticas, & originales plumbeas, dictorumq; Cardinalium iussu in fine sui operis, & quod propterea idem Rolandus nimis audacter eas in dubium reuocauit, nimisque leuiter eas non vsu receptas asseruit, cum sciat, Romanos Pontifices iussisse earum obseruationem, & etiam frequenter obseruatas fuisse, & quidem, si Rolandus vidisset extrauagantem Benedicti XI. *cap.* 1. *§. fin. tit. de hæreticis*, non sic facilis fuisset ad falsò asserendum, non reperiri Constitutionem aliquam, de hac tripartita mentionem facientem, cum, ni fallor, eo loci Pontifex partem bonorum hæreticorum confiscatorum eo tempore Inquisitionis officio applicari præsupponat, dum in ea Inquisitores à Diœcesanis molestari non debere expresse prohibet. Quam quidem partem non nisi tertiam intelligere voluisse, ex præmissis & infra dicendis omnino concludendum est.

Et de hac tripartita diuisione quod plures Romani Pontifices disposuerint, hodie dubitandum non est, ex Constitutione Eugenii Papæ, cuius tenorem hic inserere placuit, & est talis: *Eugenius Episcopus seruus seruorum* DEI, *ad perpetuam rei memoriam Sedis Apostolicæ prouidentia circumspecta, nonnunquam concessa, & ordinata per eam, vt sperata proueniant commoda, & litium & controuersiarum succidatur materia, prout in Domino salubrius prospicit conuenire, in melius commutat, & vt hæreses studiosius eneruentur de medio populi Christiani, de remedio prouidet opportuno. Sane dudum felicis recordation. Innocentius IV. Nicolaus III. & alij Pontifices prædecessores nostri, pro extirpatione hæresum, quæ plus solito super seminante illas homine inimico subtriuerunt de medio populi Christiani, vt aduersus huiusmodi nequitiæ patratores operarij insurgerent, starentq; firmiter Ecclesiæ filij Orthodoxæ relatores nonnulla inter alia ordinarunt, atque statuerunt, videlicet, quod bona mobilia & immobilia quorumcunque hæreticorum, quæ per Officiales Inquisitorum hæreticæ prauitatis huiusmodi seu præsidum ciuitatum & locorum essent occupata, seu inuenta, & condemnationes pro ijs exactas, in tres partes diuiderentur, videlicet in commune: vna ciuitatis, vel vniuersitatis, locorum huiusmodi, alia vero in fauorem & expeditionem Officij Inquisitionis Officialibus, qui nunc negotia ipsa prosequerentur, attribuerentur, & reliqua tertia pars per æquales portiones in subuentionem occurrentium dispendiorum circa hæresum prosequutionem in aliquo tuto loco, secundum quod ipsis & ordinariis locorum, & Inquisitoribus videretur expendenda, & per consilium eorundem præseruaretur, & deinde piæ memor. Benedictus Papa XI. etiam prædecessor noster fide dignorum relatione percipiens, quod Episcopi & Ordinarij locorum huiusmodi tertiam partem dictorum bonorum sibi applicare, & attribuere proponebant, idem Benedictus viam volens Episcopis, & Ordinariis præfatis similia faciendi amputare tertiam partem bonorum huiusmodi Cameræ Apostolicæ voluit assignari & applicari, prout in literis eorundem prædecessorum hinc inde confectis plenius continetur: tum autem, sicut nuper ad nostram audientiam deductus est, ipsi & Ordinarij prædicti in nonnullis partibus minus diligenter se habeant in præmissis, & inter ipsos, ac inquisitores, & officiales præfatos, dissensiones & altercationes dietim oriantur, nos volentes Episcopos, & Ordinarios huiusmodi aduersus hæreticorum huiusmodi damnatam prauitatem reddere attentiores, tertiam partem bonorum huiusmodi præfatæ Cameræ per dictum Benedictum prædecessorem, vt præmittitur, assignatam Episcopis, & Ordinariis præfatis auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & etiam relaxamus. Decernentes insuper, & eadem auctoritate statuentes, quod in quibuscumque Ciuitatibus, Diœcesibus, & locis, in quibus Episcopi & Ordinarij prædicti dominium obtinent temporale, de quibus hæreticos huiusmodi esse constiterit, duas dumtaxat de bonis ipsis, & inter Episcopos & Ordinarios ex vna, & Inquisitores antedictos partibus ex altera æqualiter partiendos, & effectualiter inter vtrosque conuertendas fieri portiones. Itaque Episcopis & Ordinariis præfatis tertiam, & illam de terris, & dominiis, vt præmissum est, partes seu portiones huiusmodi, dum tempus occurrit, reciperet in suis, ac officialium suorum pro hæreticorum huiusmodi prosequutione disputatorum, & imposterum deputandorum conuertere libere liceat præmissis, & aliis Apostolicis Constitutionibus, & statutis ordinationibus in contrarium editis quibuscumque, &c. Non obstantibus, Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Bononiæ, Anno incarnationis Dominicæ, 1438. 17. Calendas Februarij, Pontificatus nostri anno septimo.*

Et ad probationē huius tripartitę diuisionis est aduertendum, quod licet nōnulli Doctores, qui illam impugnant, conentur probare Constitutiones Innocent. IV. & Cle-

& Clementis etiam IV. hanc tripartitam diuisionem admittentes fuisse abrogatas in procemio Bonifacii VIII. in 6. Decretal. *tit. de hæreticis*, veritas tamen est, quod idem Bonifacius *in cap. final. eodem tit.* reseruauit omnia suorum prædecessorum decreta in materia hæreticorum non obuiantia prædictis, & text. *in cap. Cum secundum, eodem tit.* in quo etiam impugnantes tripartitam diuisionem vim faciunt, non agit de hac tripartita diuisione, sed tantum dicit, quod occupatio bonorum hæreticorum à iudice seculari fieri non possit, nisi post sententiam iudicis Ecclesiastici, Constitutiones autem prædictæ Pontificum exequutionem dictæ tripartitæ diuisionis fieri debere iubebant per Principes temporales, & sic non sunt contrariæ dispositioni Tex. *in dict. cap. Cum secundum.*

179 Secunda † fuit opinio eorum, qui dixerunt, hanc tripartitam diuisionem bonorum hæreticorum iuxta Constitutiones prædictas habere solum locum in Italia, & Inquisitoribus Italiæ, eo, quia sic tantum de Inquisitoribus Italiæ loquitur, non autem extra Italiam; dixit Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.* 15. *num....* Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Diuisio, in fine.* vbi propterea dixit, tripartitam diuisionem bonorum hæreticorū confiscatorum, de qua per Clementem IV. non habere locum in Hispania, Bernard. Comens. *in lucerna inquisitorum, sub verbo, Bona clericorum hæreticorum, versic. Sed Dominus Felynus*, vbi amplius dixit, forte hanc tripartitam diuisionem habere locum in terris Ecclesiæ, non autem in terris Imperii, & cum hac distinctione pertransit etiam Bursat. *in cons.* 43. *post nu.* 52. *& nu.* 54. Conrad. *in pract. rubr. de hæreticis, sub nu.* 12.

180 Verum, † quod extrauagantes summorum Pontificum, super tripartita bonorum hæreticorum confiscatorum diuisione, vbique sint seruandæ, etiam extra Italiam, & in terris Imperii, verius & magistraliter defendit idem Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 3. *quæst.* 109. *Commentar.* 158. *versic. Bursatus vero, folio mihi* 714. *colum.* 2. *& fol.* 715. *versic. Præterea non arbitror, & pluribus sequ. col.* 2. Et hoc apud me transit sine difficultate.

181 Tertia † fuit opinio eorum, qui dixerunt, tripartitam diuisionem bonorum hæreticorum confiscatorum, de qua per Innocentium IV. Alexandrum IV. & Clementem IV. fuisse sublatam per Apostolica rescripta, quibus declaratur, Romanam Ecclesiam velle dimidiam dictorum bonorum assignari suæ Cameræ Apostolicæ, aliam dimidiam remanere officio Sanctæ Inquisitionis, pro subuentione illius necessitatis, & quod ita de consuetudine seruatur, secundum Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Diuisio, versicul. Hodie tamen*, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.* 19. *num.* 5. *& cap.* 26. *numer.* 1. *&* 2. vbi & ipse ita de Consuetudine seruari testatur, Tabiena *in summa, in verbo, Hæreticus, n.* 7. *versic. Hodie tamen dicunt inquisitores*, dum refert verba consilii Thadei de Pepulis, Vmbert. Locat. *post iudicial. inquisitorum, in verbo, Hæreticus, nu.* 7. *vers. Hodie tamen dicunt inquisitores*, Roland. (qui tamen hanc opinionem non sequitur) *consil.* 8. *nu.* 13. *lib.* 3. Bursat. *consil.* 43. *nu.* 44. *& seq.* vbi pluribus hanc probat sententiam, & *nu.* 52. *versic. Si vero*, vbi concludit, quod in terris Ecclesię, in quibus non adsunt contraria Pontificis decreta, aut consuetudines locales, seruanda est bimembris diuisio, Cardin. Tusch *practic. conclus. in verbo, Hæreticus, conclus.* 102. *nu.* 16.

182 Contrarium, † quod ista bimembris diuisio bonorum hæreticorum de iure non subsistat, sed quod habeat locum tripartita diuisio, de qua dixi *supra, hac eadem quæst. nu.* 176. tenet Decian. *in tract. crimin. libr.* 5. *cap.* 44. *nu.* 2. *versic. Et licet aliqui nimis fauentes.*

183 Qvarta † fuit opinio eorum, qui dixerunt, bona hæreticorum laicorum confiscata applicari Cameræ Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ, prout sic seruari audiuisse testatur Alberic. *in leg. Manichæos, num.* 2. *versic. Inquisitores tamen, C. de hæreticis.* Et licet subdat, hanc obseruantiam esse contra iura; potest tamen hæc sententia iuuari per text. *in cap. Ex eo, titul. de hæreticis, in extrauagant. commun. in fine*, vbi prohibetur Episcopis, exposcere ab Inquisitoribus rationem prouentuum obuenientium ex inquisitionis officio, eam reddendam reseruans Cameræ Apostolicæ, vel aliis, cui fuerit in specie mandatum, per quem textum, & alia iura *ibi* per eum allegata sic confirmare hanc sententiam videtur Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, capit.* 26. *litera A. in verbo, Fiscus, versic. Primo, & sequentibus*, licet postea concludat, verius esse, bona hæreticorum huiusmodi confiscata, Sancto Inquisitionis Officio applicari, de quo dixi *infra, hac eadem quæstione, numer.* 185. & pro hac opinione facit etiam text. *in capit. Cum secundum, de hæreticis, in* 6. ponderatus à Tabien *in summa, in verbo, Hæreticus, num.* 7. *versic. Tempore vero Bonifacij VIII.* (licet & ipse omnia Sancto Inquisitionis Officio applicari debere verius existimauerit) Potest etiam pro hac eadem sententia allegari Felynus, *in capit. Cum nobis, de præscriptionibus, & in capit. Irrefragabili, de officio ordinarij*, cuius verba retuli *supra, hac eadem quæstione, numer.* 176. Nauarr. *consil.* 20. *num.* 2. *rubr. de hæreticis, libr.* 5. vbi testatur de veriori opinione, & rationem reddit; Et pro hac sententia adest Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1260. *incipien. Discretioni vestræ*, & registrata à Francisco Pegna inter literas Apostolicas, post Director. Inquisitorum, *folio* 49. qui Inquisitoribus in Romana Prouincia, & administratione beati Francisci cōcessit, vt bona hæreticorum venderent, & precium ad opus Romanæ Ecclesiæ conseruarent, in hæc verba: *Discretioni vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, vendendi ac distrahendi liberè bona hæreticorum, eorumque fautorum credentium, receptatorum, & defensorum, publicata iam, seu confiscata, & in posterum publicanda & cōfiscanda, prout commisso vobis fidei negotio expedire videbitis, ita, quod eorum precium ad Opus Romanæ Ecclesiæ conseruetur, nec non & contradictores super hoc per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi plenam & liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem.* Et hanc quidem Constitutionem bene etiam retulit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 3. *quæstion.* 109. *Commentar.* 158. *folio mihi* 713. *colum.* 2. *versic. Idem Alexander IV. & folio* 717. *colum.* 1. *versic. Quod vero hæc applicatio*, vbi huius sententiæ optimam reddit rationem, quia scilicet hæretici offendunt Ecclesiam cum eorum hæresi, ideo satisfaciendum est eidē Ecclesiæ principaliter offensæ, & vbicumq; delictum est Ecclesiasticum, bona publicanda Ecclesiæ applicantur, ex Iacob. Buttrig. quem allegat *in l. Quicumque, C. de hæreticis*, addo eundem Franc. Pegn. *in addit. ad Eymer. vbi sup. folio mihi* 717. *col.* 1. *vers. Rursus non obstat*, vbi proponit contrarium, & illi respondet, & *col.* 2. *vers. Postremo ex prædictis*, vbi & hāc opinionem admitti in terris, & locis, in quibus non adsunt Inquisitores, sed Episcopus procedit.

Sed † certe, prout bene admonuit idem Franciscus 184
Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part.* 3. *quæst.* 109. *Comment.* 158. *folio mihi* 714. *versic. Sed ex his verbis*, Textus ille *in dict. extrauagant. Ex eo*, loquitur de reddenda ratione eorum, quæ peruenerunt ad manus Inquisitorū Cameræ Apostolicæ, non autem de bonis hæreticorum confiscatis eidem Camerę Apostolicæ applicandis. Et contrarium, quod hæreticorum bona non applicentur omnia Romanæ Ecclesiæ, seu Cameræ Apostolicæ, sed quod habeat locum tripartita diuisio (de qua dixi *supra, hac eadem quæst. numer.* 176.) tenet Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 44. *num.* 2. *versic. Et licet Campegius.*

185 Quinta † fuit opinio, & hæc magis tenenda, quod bona hæreticorum confiscata applicantur non Cameræ Apostolicæ, nec Imperiali, non communitatibus, aut officialibus temporalibus, non fisco seculari, & non etiam fisco Ecclesiæ, sed sancto Inquisitionis officio, & Inquisitoribus, ex quo nō Domini, seu Officiales, sed Inquisitores ipsi prouident carceribus, carceratis, & aliis necessariis impensis dicti sancti Officii, secundum Gloss. *in l. quicumque, in verbo, Fisco*, & ibi Iacob. Buttrigar. *in versic. Nota, quod vbicumque, C. de hæreticis*, Albetic *in 3. part. statutorum, quæst.* 18. *ante num.* 10. Felyn. *in cap. Cum nobis, post num.* 12. *versic. Cæterum, dum dicit Abbas, extra, de præsumptionibus*, Ioan. de Anania *in capit. Excommunicamus, il primo, ante num.* 6. *versic. Pondera etiam Glossam. extra, de hæreticis*, Lucerna Inquisitorum *in verbo, Bona hæreticorum, nu.* 6. *versic. Et quia nunc communiter*, Boer. *decis.* 264. *nu.* 5. Nauarr. *consil.* 20. *nu.* 2. *libr.* 5. Vmbert. Locat *in iudicial. inquisitorū, in verbo, Fiscus, versic. Hodie dicunt*, Ioan. Calderin *in tract. de hæreticis, rubr. de exequutione sententiæ, nu.* 1. *in fine*, vbi, quod de condemnationibus, quæ fiunt per Inquisitores, nō debet fieri aliqua diuisio, sed ipse Inquisitor debet satisfacere Officialibus, Notariis, & sapientibus, secundum quod & videbitur expedire, & *num.* 8. vbi ex Constitutione Papæ Benedicti, quam refert, concludit, bona hæreticorum cōfiscata, quæ applicantur officio Inquisitionis, dici bona Cameræ Papæ, summa Armilla *in verbo, Hæresis, nu.* 6. vbi allegat extrauagantem Ioannis, & ante eum Alberic. *in leg. Manichæos, nu.* 2. *versic. Inquisitores tamen, C. eodem*, vbi sic seruari ab Inquisitoribus de facto audiuisse testatur, licet subdit, hanc obseruationem esse contra iura, Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap.* 26. vbi relatis Constitutionibus, quibus probari videtur, hæreticorum bona Ecclesiæ fisco applicari, & etiam Constitutione Innocentii IV. & Clementis IV. tripartitam admittentibus diuisionem, concludit, quod ex quo hodie temporales Domini nullum præstant præsidium Inquisitoribus, & Sancto Inquisitionis officio; ideo omnia hæreticorum bona eidem Sancto Inquisitionis officio applicari, propter eiusdem Sancti officii onerum sustentationem, quod & latius explicauit, & contrariis respondendo probauit Tabien. *in summa, in verbo, Hæreticus, num.* 7. *versic. Sed quæritur*, & quod ita seruari vidit Brixiæ in occurrenti differentia, inter quendam exequutorem Cameræ Apostolicæ, & Inquisitorem, Bossi. *in tit. de hæreticis, num.* 33. *in fine*, vbi testatur, sibi dictum fuisse ab inquisitore hæresis, quod Princeps secularis nihil habet de bonis hæreticorum, nisi suscipiat onus militum, & aliarum impensarum, in perniciem talium scelestorum, Roland. (qui tamen hanc opinionem non sequitur) *consil.* 8. *nu.* 14. *lib.* 3. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 3. *quæst.* 109. *Commentar.* 158. *fol. mihi* 716. *colum.* 1. *versic. Cum autem in multis locis, & vers. sequ.* vbi eam præcipuam huius sententiæ reddit rationem, quia scilicet domini temporales hodie nullam habent curam Inquisitionis officii, nec illius expensis in aliquo subueniunt, & *folio* 717. *col.* 1. *versic. Rursus non obstat*, vbi proponit contraria, & illis respondet.

186 Quamuis † prædictam opinionem à Doctoribus cōmuniter reprobari audacter testatus fuerit, (& malè) Roland. *consil.* 8. *num.* 14. *lib.* 3. & non dissentiat Decian. *in tract. crimin. libr.* 5. *capit.* 44. *nu.* 2. *versic. Quinimo ausus sit Campegius*, subdens, quod attestatio Campegii est suspecta, ex quo ipse nimium indulget Inquisitoribus saltem, donec aliud per Sedem Apostolicam fuerit statutum, inter quos erat vnus.

187 Sexta † fuit opinio, & non spernenda eorum, qui dixerunt, circa applicationem bonorum hæreticorum confiscatorum attendendas & seruandas esse locorum consuetudines; Sic enim est de mente omnium Doctorum allegatorum *infra*, & expresse voluit Mandos. *in additionibus ad Repertor. Inquisitor. in verbo, Diuisio, litera A. in fine*, Martin. Laudens. *consil. crim. diuersor.* 58. *ante nu.* 1. *versic. Reseruata debita portione, libr.* 1. *in folio*, Bursat. *consil.* 43. *num.* 51. *& sequ.* Clar. *in pract. crim.* §. *Hæresis, nu.* 11. *versic. In hoc autem Ducatu*, Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 3. *quæst.* 109. *Comment.* 158. *folio mihi* 714. *colum.* 2. *post versic. Bursatus vero, & fol.* 716. *colum.* 2. *versic. Quod si quis*, vbi declarat, in hac materia consuetudinem seruandam, dummodo fuerit rationabilis, legitime præscripta, & conformis iuribus, & Papalibus Constitutionibus, cum sæpe Domini temporales de facto ea faciunt, atque inuadunt, quæ de iure licite facere non possint, & contra imbelles Inquisitores facilimè obtinent, quod in suis dominiis & terris cupiunt.

In † Hispania omnia hæreticorum bona confiscata ex concessione Sedis Apostolicæ, applicabantur fisco Regio, qui talia bona in tres partes diuidebat, vnam in vtilitatem sancti officii Inquisitionis, pro salario Inquisitorū, & aliorum Officialium mercede, aliam pro sustentatione belli contra Sarracenos, tertiam in pios vsus, adeo, quod nihil de confiscatis bonis imbursabat, vt in Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Diuisio, versic. Tamen hodie*, vbi propterea subdit, quod cum Hispaniæ Reges abūde prouideant officio Inquisitionis in omnibus necessariis, iuste ideo omnium hæreticorum bona possunt dictis Regibus applicari, quod & idem in praxi seruari in Hispania, testatur Couarr. *variarum resolut. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 12. refert eum Mandos. *in additionibus ad Repertor. Inquisitor. in verbo, Diuisio, litera A.* Simanch. *Catholicarum institut. tit.* 9. *rubr. de bonis hæreticorum, num.* 132. Clar. *in pract. crimin.* §. *hæresis, num.* 11. *versic. Sed hoc etiam in practica non seruatur*, Nauarr. *consil.* 2. *num.* 1. *ad finem, tit. de hæreticis*, vbi sic seruari testatur in Regnis Hispaniæ, Castellæ, Nauarræ, & Lusitaniæ, Peregrin. *in tract. de iure fisci, lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 31. *versic. Clericorum vero bona, in fine*, Card. Tusch. *pract. conclus. in verbo, Hæreticus, conclus.* 102. *nu.* 15. Ignat. Lopez *in addit. ad Diaz. in practic. crim. Canon. cap.* 114. *in verbo, Hæretici, litera F. versic. Quæ quidem opinio in Hispania seruatur*, Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisit. parte* 3. *quæst.* 109. *Comment.* 158. *fol. mihi* 716. *col.* 1. *versic. Hinc consequitur, & col.* 2. *versic. Et quanquam* Iacob. de Graffiis *lib.* 2. *suarum decisionum, cap.* 11. *nu.* 13. *versic. Verum quando.* Hodie tamen Reges Hispaniæ permittunt, omnia hæreticorum bona confiscata applicari in vtilitatem sancti Officii, immo quando opus fuit iidem Reges eidem sancto officio de eorum proprio necessaria subministrarunt. 188

Placentiæ † autem consuetudo est, quod bona hæreticorum diuiduntur in duas partes vna scilicet applicatur fisco Principis, qui benignissime brachium suum sancto Inquisitionis officio confert, altera autem sancto Inquisitionis officio pro eius conseruatione, teste Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Fiscus, nu.* 1. *versic. Consuetudo tamen*, vbi dixit, quod hoc modo facilius habetur possessio bonorum hæretici. 189

Mantuæ † etiam adsunt decreta Pontificia dispon̄etia, vt dimidia bonorum hæreticorum confiscatorum applicetur fisco Principis; alia vero dimidia remaneant libera Sancto Inquisitionis officio, teste Bursato *in consil.* 43. *nu.* 45. *lib.* 1. 190

Mediolani † autem seruatur, quod bona hæreticorū diuiduntur æquis portionibus inter fiscum Ducalem, Episcopum, & Inquisitorem, teste Claro *in pract. crim.* §. *Hæresis, n.* 11. *vers. In hoc autem Ducatu*, refert eum Tuschus *pract. conclus. in verbo, Hæreticus, concl.* 102. *nu.* 16. 191

De † consuetudine autem Franciæ inductum est, vt bona immobilia etiam clerici ad degradationem, vel per 192

perpetuos carceres condemnati ad Regem spectent, vel ad Dominum temporalem, imperium ibi habentem, mobilia vero Episcopo applicentur, secũdum Oldradum, Rebuffum, Petrum Gregorium, & alios relatos per Ignat. Lopez *in addition. ad Diaz. in pract. crim. cap. 114. in verbo, Haeretici, litera F. versic. fin.*

Sabaudiae autem haereticorum bona ex particulari concessione Gregorii XIII. *sub datũ Romae apud sanctum Marcum, die 28. Septembris 1584. anno sui Pontificatus XIII.* si eorum valor ad scuta mille ascẽderit, & vsq; ad illum valorem pro medietate Camerae, & fisco Ducali, pro altera vero medietate officio sanctae Inquisitionis applicantur; Si vero dicta bona excesserint valorem mille scutorum, omnia applicantur eidem Camerae, & fisco Ducali, sed dicti Ducis ministris pro qualibet confiscatione realiter, & cum effectu, & sine vlla mora sanctae Inquisitionis officio scuta quingenta omnino persoluere tenetur.

Aduertant itaque Principes & Domini temporales, qui aut ex consuetudine à Pontifice comprobata, aut ex particulari aliqua Pontificis concessione, partem habent in confiscatione bonorum haereticorum, ne sint negligentes in exequẽdis sententiis iudicum Ecclesiasticorum in omnibus, & per omnia; iuxta illarum formam Inquisitorumq; praeceptis, & mandatis omnino, & omni prorsus exceptione reiecta obedire festinent, alioquin non solum portione bonorum haereticorum confiscatorũ, ipsis, vt *supra*, debita, priuati remanebunt, & indigni reputabuntur, sed etiam tanquam haereticorum defensores & fautores inquiri iure poterunt.

ARGVMENTVM.

Excommunicationem substinens per annum in causa fidei, cõfiscationis, & aliis haereticorum poenis obnoxius declaratur à die, quem percutiunt probationes, quarum occasione fuerat citatus, & non à die sententiae tantum.

SVMMARIA.

1 *Dictio,* EX TVNC, *denotat extremitatem temporis, & num. 41.*

2 *Probatio ficta non nocet tertio, nec ficta criminis confessio nocet haeredi. Fallit in atrocioribus, nu. 42.*

3 *Contumax in causa fidei interim ante lapsum anni excommunicationis non censetur haereticus, intellige vt nu. 43.*

4 *In purgatione deficiens in causa haeresis non ideo traditur Curiae seculari, sed detruditur in Monasterium. Quae autem sit ratio, & quomodo id procedat, vide num. 44. & quod datur contra eum sententia à die, qua defecit, nu. 5. sed vide nu. 45.*

6 *Dictio, Velut, designificat similitudinariam comparationem secundum verbi proprietatem. Aliquando tamen est expressiuum veritatis, nu. 24. & 46.*

7 *Contumax per annum in excommunicatione in causa fidei punitur vti haereticus, ita, quod dictio illa, vti, debet poni in sententia, non autem haereticus iudicatur, sed contra, nu. 23. & 25. & 39. & 46.*

8 *Haereticum faciunt error in intellectu, & pertinacia in voluntate, & nu. 9.*

10 *Pertinacia non praesumitur. Probatur autem ex perseuerantia annali in excommunicatione, eo, quia monitus à iudice fidei non vult obedire, nu. 11. & 48.*

12 *Fautoria non est haeresis, quia potest esse sine haeresi.*

13 *Haereticus est, qui contemnit claues Ecclesiae, qui censetur non credere in illum Articulum, Et in vnam sanctam, &c.*

14 *Comparens post annum contumaciae, sed ante sententiam euitat condemnationem, abiurationem, & purgationem, & bonorum confiscationem, num. 15. intellige, vt 54. 55.*

16 *Comparens vero post sententiam non tenetur fateri errorem in fide, sed contumaciam tantum offerendo stare mandatis Ecclesiae, & num. 37. Sed contra, nu. 56. & abiurat vt haereticus, vel vt violenter suspectus, nu. 57.*

17 *Contumax non censetur condemnatus ob maleficium, sed ob suspicionem ex contumacia resultantem, intellige, vt nu. 23. & 58.*

18 *Excommunicationem substinens per annum, non auditur vlterius super delicto, quia contumacia transit in speciem illius delicti.*

19 *Puniri contumax nequit poena delicti, quando non est plene probatum, & nu. 31. Maxime, vbi agitur de poena capitali, nu. 20. vel vltimi supplicij, nu. 32. vel confessatorum criminum, nu. 33. aut confiscat. bonorum, nu. 34.*

21 *Confiscatio bonorum damnati de haeresi, eo, quia citatus, & ob contumaciam excommunicatus substinuit per annum, venit à die, quem percutiunt indicia & praesumptiones, quorum occasione processum est ad citationem, num. 36. & 38.*

22 *Poenae haereticorum veniunt à die commissi criminis.*

26 *Suspicio per contumaciam transit in praesumptionem eiusdem delicti.*

27 *Fictio quid differat à praesumptione.*

28 *Haeresis probata per praesumptionem, est vera haeresis, sicut si esset probata per testes, vel instrumenta.*

29 *Haeresis consistit in animo, nec potest eius haberi probatio vera & directa, ideo sufficere debet praesumptiua, & num. 47. Sicut etiam non potest in materia haeresis liquere iudici in aperto de alicuius innocentia, nu. 30.*

35 *Contumacia numquam potest esse tãtum delictum, sicut est haeresis, nec mereri tantam poenam.*

40 *Iudicium fugiens ostendit de sua iustitia diffidere.*

41 *c. Cum contumacia, de haeretic. lib. 6. declaratur.*

44 *c. Inter sollicitudinem, de purgat. Canon. qua ratione, & quando procedat.*

45 *Contumax in causa fidei, qui viuens excommunicationem per annum substinuit, damnari potest post obitum, & quare.*

49 *Conuictus & confessus de facto aut dicto haereticali contra Catholicam veritatem omnibus notam eo ipso censetur pertinax.*

50 *Damnatus ob fautoriam debet abiurare errorem, quem includit haeresis illa, cui fauebat, vel haeresim in genere.*

51 *Haereticus declarari quis potest in genere, vbi constat errare in genere contra fidem, & contra Deum, licet non constet de errore in specie.*

52 *Fautor haereticorum incurrit poenam confiscationis à tempore fautoriae.*

53 *Ex contemptu clericorum per insordescentiam in excommunicatione lata, siue ex causa ciuili, siue criminali, incurritur suspicio leuis, sufficiens ad illum citandum, vt veniat responsurus de fide.*

54 *Comparens admittitur facilius ad probandam innocentiam per veras probationes, quando damnatus fuerat ex praesumptione resultante ex contumacia annali, quam si fuisset damnatus per veras probationes. Perseuerans vero in contumacia, non dissimili poena punitur.*

59 *A communi opinione receditur, quando apertissimis rationibus reprobatur.*

60 *Fraudibus & malitiis obuiandum nec illis via est aperienda.*

QVOD confiscatio bonorum condemnati de haeresi, eo, quia citatus in causa fidei, & ob contumaciam excommunicatus, perseuerauit in excommunicatione per annũ, veniat à die latae sententiae, & non à die receptarum probationum, quare occasione fuit citatus, tenuerũt Gabr. Quemad. *quaest. 8.* Simanch. *Catholicarum Institutionum tit. 9. nu. 26.* Menoch. *consil. 159. sub nu. 19. libr. 2.* referens, idem tenuisse Balneoregien. *in sua quaest. 15.* & idem sentit Couarr. *in c. Alma mater, part. 1. sub nu. 11. vers. Sed & in causa haeresis,* & nouissime Thõ. Sanch. *de prae-*

de Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 22. nu. 35. licet nemo ex eis examinet articulum, præter Quemadam, qui mouetur infrascriptis rationibus.

1 Primo, † quia text. *in cap. Cum disponit, de hæreticis. lib. 6.* disponit, quod ex tunc, hoc est, elapso anno, velut hæreticus condemnetur, cui concordat tex. *in cap. Excommunicamus, §. qui autem, eod. tit. & libr. & in auth. Gazaros, C. eod. tit. ad fin.* ibi, *Quod si sic per annum permanserint, ex tunc omnes tanquam hæreticos condemnamus.* Ponderat autem Quemada dictionem, *Ex tunc*, quæ denotat extremitatem temporis, & infert, quod si tunc est condemnandus, ergo tunc est probatum delictum, & non antea tempore, quo deposuerunt testes. Et eodem modo induci Gloss. *fin. in d. cap. Cum contumacia*, quę habet, quod contumax post annum habetur pro conuicto.

Secundo mouetur ex doctrin. Bart. *in leg. eius, qui delatorem. ff. de iure fisci*, vbi voluit, quod ficta probatio non 2 præiudicat hæredi. Ergo nec ficta confessio debet præiudicare tertio, qui interim acquisiuit bona alienata. Et hoc argumento vtitur etiam Anchar. *in d. cap. Cum contumacia*, facit, quod voluere Rip. *in cap. Sæpe, de restit. spol. & in l. fin. C. de rei vend.* Peregr. *de fideicom. art. 44. num. 12.* quod videlicet tertius possessor plenis probationibus, non autem præsumptionibus superari debet.

Tertio, per Consi. Calder. *v. in tit. de hæreticis*, vbi vo-3 luit, quod interim, & † ante lapsum anni, contumax nō censetur hæreticus, quia nondum est probatum delictum, quem referendo vltimo loco sequi videtur Geminian. *in d. cap. Cum contumacia.*

Quarto, per text. *in cap. Inter sollicitudinem, de purg. Can.* vbi habetur, quod deficiens in purgatione, detruden-4 dus est † in arctum Monasterium, & non dicitur, quod tradatur Curiæ seculari, & gloss. *fin. ibi* ait, ideo esse, quia illa probatio est præsumptiua, & non vera, & directa, & propterea debet mitius puniri, ad quod etiam solet adduci doctrina Innocent. *in cap. Quia verisimile, & in capit. Afferte, de præsumpt.* & quod ficta confessio resultans ex contumacia non probet delictum, vere tenuerunt Aug. Gugl. de Bened. Rol. & Gigas, relati per Modernos de exequutione sententiæ, capto Bannito, *cap. 1. nu. 425. versic. Decimus casus, &c.*

5 Quinto † mouetur auctoritate Francisci de Herrera, quem dicit fuisse maximum literarum in vtroq; iure, & tamen, dum esset Inquisitor, in casu simili deficientis in purgatione, noluit dare sententiam, nisi à die, qua defecit, nō autem à die receptarum probationum.

6 Sexto, † vltra adducta per Quemadam ibi posset hęc pars confirmari, quia secundum aliquos verbum, *Velut*, positum *in d. cap. Cum contumacia*, de proprio significatu designat similitudinariam comparationē, & in dubio standum est proprietati verborum, & ita argumentatur Bellam. *decis. 688. sub nu. 8.* vnde sequitur, quod non puniatur talis contumax de hæresi, sed de contumacia, eadem tamen pœna, qua puniuntur hæretici, & propterea non iudicatur hæreticus, sed punitur vti hæreticus, ita, quod ista dictio, *Vti*, debet poni in sententia, secundum Eymeric. *in Direct. part. 2. quæst. 47. n. 3. & part. 3. num. 13. de modo terminandi processum fidei, num. 212. & 217.* & sic non intrat pœna, nisi à die perfectæ contumaciæ, ac delicti consummati.

7 Septimo, † ad idem, quod non puniatur de hæresi, adducit Eymeric. *dict. quæst. 47.* Doct. Archid. *in cap. Accusatus, super ver. Orta, de hæret. in 6.* vbi ait, quod talis cōtumax fortasse non habet errorē in intellectu, nec pertinaciam in voluntate, quæ requiruntur ad faciendum hæreticum proprie, & tamen Ecclesia, quæ iudicat per exteriora signa, condemnat eum vt hæreticum.

8 Octauo, † quia, vt mox dicebam, ad faciendum aliquem hæreticum proprie, & vere, duo requiruntur, er-9 ror † videlicet in intellectu, & pertinacia in voluntate, secundum S. Thomam *in 4. dist. 13. quæst. 2. artic. 1.* Eymeric. *part. 2. quæstion. 32.* & est text. *in cap. Dixit Apostolus, 24. quæst. 3.* pertinacia † autem non præsumitur, nisi de illa 10 constet, vt notatur *in Clementin. 1. §. porro, de summa Trinitate & fide Catholic. in Clementin. ex graui, §. sane, de vsur.* ex † contumacia autem annali videtur probari perti-11 nacia, eo, quia monitus à iudice fidei non vult illi obedire, iuxta text. *in cap. Ad abolendam, in §. præsenti, de hæret.* Vmbert. Locat *in iudiciali, versic. Hæreticus, sub nu. 18. ad fin.* Sicut ergo inobedientia completur in fine anni, ita etiam in fine anni videtur compleri pertinacia, & consequenter hæresis, & non prius.

Nono, quia ex contumacia non concluditur necessario aliquis certus error in intellectu circa articulū fidei certū, nec verè, nec præsumptiuè; Quia posset esse, quod suspicio, vel præsumptio prima, propter quam fuit deuentum ad citationem, esset orta propter fautoria hæreticorum, quæ † non est hæresis, vel potest con-12 tumax † præsumi hæreticus ex eo, quia contemnit cla-13 ues Ecclesiæ, & contemptus potest procedere ex eo, quia non credit in illum articulum, *Et in vnam sanctam Ecclesiam, &c.* quo posito non sequitur, quod esset hæreticus de tempore primæ suspicionis, & ita arguit Bellam. *dict. decis. 688. nu. 9.*

Decimo, quia si talis contumax compareret post annum contumaciæ, sed ante sententiam condemnatoriam purgaret suam cōtumaciam, & † euitaret conde-14 mnationem, iuxta notata per Hostiens. & Ioan. Andr. *in d. cap. Excommunicamus. §. qui autem, super vers. Damnetur*, quod non posset, si esset verus hæreticus, nisi abiuraret hæresim, aut saltim propter suspicionem purgatione opus foret, vt per Bellam. *d. decis. 688. sub nu. 8. versic. Septimo, quia, & sub nu. 11.* vbi ait, quod *in cap. Inter sollicitudinē, de purg. Can.* fuit indicta purgatio, quia agebatur contra præsentem in suis defensionibus auditum, & grauius agitur contra præsentem, quam contra absentem.

Vndecimo ad idem, si contumax in supradicto termino, scilicet post annum & ante sententiam compareret, & suam innocentiam vellet ostendere, euitaret bo-15 norum confiscationem, secundum Andr. de Iser. *in dict. authent. Gazaros, num. 31.* quem refert, & sequitur Couarru. *in d. §. 7. nu. 11. versic. Quod si etiam anno elapso*, Bernard. Diaz *in pract. crim. cap. 117. sub num. 12. versic. Imo, & quod existimo, &c.* quod non esset, si statim anno elapso esset verus hæreticus.

Duodecimo ad idem, quia, si talis contumax etiam post sententiam condemnatoriam compareret, non teneretur confiteri, se in fide errasse, quia † de hoc non 16 constat verè, sed sufficeret, quod confiteretur contumaciam suam, & quod offerret stare mandatis Ecclesiæ, vt per Bellam. *dict. decis. 688. sub num. 11. versic. Dicebat tamen.*

Decimotertio, quia regulariter, & in omni materia, quando citatus fugit, & latitauit, non censetur condemnatus ob maleficium, sed † ob suspicionem, tanquā 17 contumax, secundum Bald. *consil. 250. num. 3. versic. Et ista fuga, lib. 1. & cons. 282. nu. 5. libr. 5.* Anton. de Butrio *cons. 5. nu. 2.* Bart. *consi. 116. num. 2. & 3. lib. 1.* & dixit Gemin. *in cap. Rursus, 11. quæst. 3. vers. Item nota, &c.* quod † excommuni-18 catus, qui stetit in excommunicatione per annum, non auditur super obiecto, sed deponitur, quia contumacia transiuit in speciem illius delicti. Et † quod, vbi deli-19 ctum non est plene probatum, non possit reus condemnari ob delictum, sed tantum ob contumaciam, Bart. *consi. 11. nu. 6. vers. Hoc præmisso, lib. 1.* Maxime, quando pœna † delicti est capitalis, tunc enim non sufficere, quod 20 indicia præcesserint cōtumaciam, sed quod requiruntur plenæ, & concludentes probationes ad pœnam delicti infligendam, tenet Spec. *in tit. de accusat. §. vlt. nu. 21.* per text. *in l. Raptores, in princ.* ibi, *Conuicti interficiuntur*, & cir-

circa medium, ibi, *Post legitimas probationes*, & in fine, ibi, *Reperti & conuicti fuerint*, C. *de Episcopis & clericis*, sequitur Oldrad. *consil.* 75. *post princip. versic. Et Doctores iuris Canonici*, Marsil. *in pract.* §. *post quem, num.* 48. *& seqq.* Boer. *decis.* 63. *num.* 8. Ruin *consil.* 68. *num.* 5. & ita obseruare Senatum Mediolani, attestatur Boss. *in tit. de Reis requirendis, nu.* 1. *& in tit. Banniti quid amittant, num.* 18. *in fine, & in tit. de literis Principum, ad finem, & in tit. de confessis per torturam, nu.* 23. quod etiam tenuit Rota Romana in causa ciuitatis Castelli donationis 16. Decembris 1575. coram Illustrissimo bon. mem. Seraphino tunc Auditore, cuius Decisio est impressa apud Farinac. in Praxi crim. *quaest.* 11. *post num.* 92.

21 Quibus tamen non obstantibus puto veriorem, & intrepide † tenendam opinionem contrariam, quod confiscatio bonorum veniat nedum à die receptarum probationum, sed etiam à tempore, quod percutiunt probationes, ex quibus resultat indicia, & praesumptiones, quorum occasione processum est ad citationem.

22 Et quia sententia condemnatoria talis contumacis solet concipi, vt † includat tempus commissi criminis, iuxta dispositionem text. *in cap. Cum secundum leges, & in cap. Accusatus*, §. *in eo vero, de haereticis, in* 6. *& in cap.* 2. *ad finem, de praescript.* notat Abb. *in cap. Vergentis, num.* 2. & ibi Socin. *num.* 2. *extra eodem tit.* Ioan. Monach. *in d. cap. Cum secundum leges late addentes ad Eymeric. parte* 3. *quaest.* 108. *versic. His ita positis.* Ideo punctus est videre, pro quo crimine sit puniendus contumax, iuxta terminos *dict. cap. Cum contumacia*, an pro haeresi probata per contumaciam, ita, quod reputetur verus haereticus, an potius pro contumacia ipsa, cuius ratione censeatur similis haeretico, & dignus eisdem poenis.

Et existimo dicendum puniri de haeresi probata per contumaciam. Quia regulare est in omni delicto, quod excommunicatus, quia non venit responsurus de illo

23 crimine, † si in excommunicatione stat per annum, habetur pro confesso, vel conuicto, nec amplius auditur super eo, sed punitur poena delicti, & pro ipso delicto sic probato, non autem pro contumacia. Textus est *in cap. Rursus, & in cap. Quicunque,* 11. *quaest.* 3. vbi hoc notant Gloss. Domin. & Turrecrem. *in plurib. locis*, tradit Gloss. *in d. cap. Cum contumacia*, Panorm. *in cap. Veritatis, num.* 21. *&* 27. *de dol. & contum.* & latius *in cap.* 1. *nu.* 24. *de iudic.* vbi omnes, Stef. Aufrer. *ad decis. Capell. Tholos.* 366. Albertin. *in rubr. de haereticis, in* 6. *num.* 31. *& seqq.* Gregor. Lopez *in septem partitas, part.* 1. *titul.* 9. *l.* 32. *gloss.* 2. Couarr. *dict.* §. 7. *num.* 10. Diaz *dict. cap.* 117. *nu.* 12. *versic. Prima assertio plene*, Menoch. *de arbitr. casu* 116.

24 Neque † in hoc est differentia inter vnum & aliud crimen, nec minus operatur hunc effectum, quod quis habeatur pro conuicto, & confesso, & contumacia in causa fidei, quam in caeteris, imo magis, vt habetur *in d. cap. Cum contumacia*, ibi, *In causis praesertim fidei, &c.* dictio enim illa, *Praesertim*, quae est implicatiua, denotat, quod minus dubii est in causis fidei, quam in caeteris, prout illam dictionem ad hoc ponderat Menoch. *dict. casu* 416. *nu.* 18. *&* 19.

Et propterea Archid. *in d. cap. Cum contumacia*, exponit illud verbum, *Velut*, quod sit expressiuum veritatis, quam expositionem sequuntur ibi Gul. de Mõte Laud. Ioan. Andr. & Philip. Franch. Alberic. *in Diction. in versic. Velut, & veluti*, & ibi Decian. *in addit.* Bellam. *decis.* 676. *& d. decis.* 688. *nu.* 27. vbi ait, quod non reperit expositionem Archidiac. ab aliquo reprobatam.

25 Et quod talis contumax censeatur verus haereticus, & vt talis cõdemnandus sit, tenuerunt etiam Hostiens. *in dict. cap. Inter sollicitudinem, & in cap. Cum P. de purg. Can. & in cap. Qualiter, il* 2. *de accus.* Albertin. *de agnoscen. assert. Cathol. quaest.* 30. *num.* 73. ibi, *Indicatur enim à iure haereticus pertinax, & ideo vt haereticus damnatur, &c.* Lud. Carer. *in tract. de haereticis, sub num.* 21. *vers. Et tunc anno elapso est verus haereticus, & vt haereticus punitur*, Paul. Ghirland. *in tract. de haereticis, quaest.* 8. *sub nu.* 1. *ad fin.* ibi, *Anno elapso vt verus haereticus condemnandus erit*, Ioan. à Rojas *sing.* 2. *nu.* 4. ibi, *Lapso anno vt verè haereticus damnatur*, Couarr. *in d.* §. 7. *nu.* 11. *in princ.* ibi. *Vt de haeresi conuictus haereticus est pronunciandus, & vers. Sed & in causa*, ibi, *Ex quibus constat, sententiam in hoc casu ferendam esse declaratoriam haeresis commissae à contumace*, sensit Nauarr *consil.* 21. *sub tit. de haereticis, nu.* 2. Bernard. Diaz *in d. cap.* 117. *ad finem*, ibi, *Haereticus declarabitur*, Menoch. *d. cas.* 416. *num.* 6. ibi, *Poterit iudex pronunciare seu declarare, illum esse haereticum*; Et quatenus facit ad hunc articulum, id etiam fatentur addentes ad Eymeric. *part.* 3. *Comm.* 49. ibi, *Neque his aduersatur elegans decisio Bellamera* 676. *incipit contumax haereticus, &c. probantis, hunc contumacem absentem verum haereticum esse reputãdum, quod nos non negamus, nam reuera iuris fictione haereticus verus creditur, quia talis suspicio violenta est, nihilominus tamen probationem potest recipere in contrarium, cap. Nec aliqua,* 27. *quaest.* 1. *cap. Causam, & cap. Proposuisti, de probat.* Haec ille.

Secundo, ad idem pondero text. *in dict. cap. Cum contumacia, in princ.* vbi habetur, quod contumaciae adiicit suspicioni praesumptionem vehementem, quae postea transit in violentam, ex qua fit condemnatio. Vnde sequi 26 videtur, quod praesumptio sit de eo, de quo erat suspicio, & sic de illa eadem haeresi eo tempore commissa, alias enim non bene diceretur, praesumptio suspicioni adiungi, si tenderent ad diuersa, quod sentit Ioannes Monach. *ibi*, colligens ex illo textu, quod malum malo additum magis aggrauat, & quod duo operatur, quod vnum non posset. Imo aliqui dicunt, quod ipsa suspicio transit in praesumptionem vehementem, & postea violentam, & ita loquitur Paul. Ghirland. *dicta quaest.* 4. *Sed tu dic, quod suspicio ista continuata in contumacia, & in excommunicatione per annum est effecta adeo vehemens & violenta, & dici potest; quod sit orta praesumptio iuris indubitata, & sic probatio, &c.* Eodem modo loquitur Gundisal. de Villadiego *de haereticis, quaestione* 9. *maxime sub num.* 4. *ibi*, pondera tamen cum Gloss. *in dicto cap. Cum contumacia*, loquitur enim, quando citatio fuit decreta contra illum, qui suspectus erat in fide, nam tunc ad primam suspicionem additur alia ex contumacia, & sic prima simplex praesumptio transit in violentam, vt innuit ille textus.

Tertio, quia textus ille non dicit, quod talis contumax fingatur haereticus, sed quod contra eum militat praesumptio haeresis violenta sufficiens ad condẽnationem; Haec autem est differentia inter fictionem & praesumptionem, quod fictio est super falso, praesumptio autem † est assumptio vnius partis verae, & veritati affi- 27
stit. Et propterea bene dicitur in hac materia, quod iste contumax est ficte confessus, vt aliqui loquuntur, sed non quod sit fictus haereticus, imò stante praesumptione iuris violenta probatur, esse verus haereticus, vt per Doctores praecitatos, & signanter Bellamer. *d. decis.* 676. *&* 688. *sub nu.* 4. qui addit *sub num.* 19. quod † praesum- 28
ptio haeresis non notat certam speciem, vel qualitatem haeresis, nec in ipsa haeresi aliquid mutat quoad qualitatem, sed solum significat factum, quo plene & directe probato, lex per ipsum haeresim praesumit, seu habet pro plene probata, adeo, quod mandat pronunciari super ea, tanquam superplene, & propterea dicta haeresis sic probata censetur vera haeresis, & habetur pro vera, & verè probata, & quod non mutatur delictum ex modo illius probandi, nec aliquid refert de eo, quod probandum est, quomodo probetur, siue per testes, siue per instrumenta, siue per indicia & praesumptiones, vt *ibi* per eum.

Quod maxime dicit procedere in ista materia haeresis, quae consistit in animo, & eius probatio haberi non potest,

29 potest, nisi per præsumptiones; Posset enim esse, quod ore confitens se hæreticum, non esset hæreticus, & tanto magis de illo, quem testes dicunt esse hæreticum; ideo probatio ex præsumptione procedens, est in hac materia bona & sufficiens, & recepta à iure, facit, quod habetur per Gundisalu. *dict. quæst.* 12. vbi allegat Bart. *in leg. absentem, ff. de pœnis,* dicentem, quod in istis casibus, in quibus absens habetur pro confesso propter contumaciam, si postea constaret iudici de innocentia contu-
30 macis, non posset ad punitionem criminis procedere; subdit tamen, quod in crimine hæresis hoc non potest practicari, quia cum sit crimen, quod in mente intrinsecus latet, non potest iudici in aperto liquere de alicuius innocentia, vt *ibi* per eum.

Quarto, moueor, quia ad dignoscendum, an sententia lata sit pro delicto, vel pro contumacia, maximè so-
31 let attendi qualitas pœnæ impositæ. Non enim esset iusta sententia, quæ pro contumacia imponeret pœnam delicti, Hippol. Rimin. *in repertor, l.* 1. *num.* 130. *& seqq. C. de rapt. virgin.* nec potest pro contumacia imponi
32 pœna vltimi supplicii, Bald. *in leg. data opera, num.* 16. *C.*
33 *qui accus. non poss.* Barbat. *consil.* 23. *prope finem, volum.* 2. nec prope confessatorum criminum, Aret. *consil.* 146. *num.* 1.
34 Socin. *in leg.* 1. *num.* 12. *ff. si quis iudic. non obtemper.* Nec pœna confiscationis bonorum, Natt. *consil.* 149. *vol.* 3. cum aliis per Farinac. *in praxi, dict. quæst.* 11. *num.* 96. vbi bene
35 examinat hanc materiam. Et quod nulla contumacia potest esse tantum delictum, sicut est hæresis, & per consequens nec requirere tantam pœnam, Bellam. *d. decis.* 676. *sub nu.* 3. *versic.* 3. *Quia, & dict. decis.* 688. *num.* 16. *cum Gloss. in d. cap. Cum contumacia,* imponatur eadem pœna contumaci, quam hæretico, qui punitur omnibus pœnis prædictis, sequitur necessario dicendum, quod pœna irrogetur propter hæresim sic probatam, & non propter contumaciam.

Et si punitur talis contumax de hæresi, quasi & con-
36 uictus, oportet etiam dicere, quod puniatur de illa eadem hæresi, de qua fuit indiciatus, & suspectus, & pro qua, vt responderet, fuit citatus, & consequenter de tēpore, quo percutiunt suspiciones, quæ transierunt in præsumptionem violentam, & sic perfectam probatio-
37 nem. Quod apparet manifestissimè ex eo, quia si talis post contumaciam condemnatus deinde compareret, & reciperetur ad gratiam, teneretur abiurare illam hæresim, pro qua fuerit citatus, eodem modo, quo illam abiuraret verè conuictus de illa, vt expresse docet Eymer. *in allegata quæst.* 47. *part.* 2. *num.* 4. Sprenger. *in Malleo maleficarum, part.* 3. *quæst.* 32. *versic. Adueniente autem die,* Silu. *de strigis, lib.* 3. *punct.* 15.

Quibus stantibus non obstat auctoritas tenentium contrarium, quia, pace eorum dixerim, non videntur attigisse punctū difficultatis, vt apparet ex forma quæstionis, quam proponunt, an scilicet veniat confiscatio à die sententiæ, vel receptarum probationum; Nullus enim diceret, tempus probationum attēdi debere, maxime quando sunt imperfectæ, & non sufficientes ad
38 condemnandum; Nos autem contendimus, attendendum esse tempus non probationum receptarum, sed quod percutiunt probationes ipsæ, quæ licet tempore primæ citationis essent imperfectæ, transierunt tamen in perfectas per contumaciam annalem in excommunicatione, per *supradicta*, illud enim tempus, quod probationes percutiunt, est tempus delicti, à quo tempore bene esse confiscanda, fuit cautum in allegato *cap. Cum secundum leges, de hæret. lib.* 6. Alioquin, si attendi deberet tempus receptarum probationum, non autem commissi criminis, facile concederem, non esse attendendum illud tēpus, quo habitæ sunt probationes imperfectæ sufficientes solum ad citandum, & non ad condemnandum, & nihilominus dicerem, neq; tunc esse expectandum tempus latę sententiæ, sed ipsam sententiam, quandocunque latam retrotrahi ad momentum lapsus anni, in contumacia probationem perficiente, quod forte auctores contrariæ sententiæ non admitterent.

Non obstant adducta in contrarium, nam ad primum respondetur, verum esse, quod contumax non potest puniri, nisi post annum, ante enim non erat probata hæresis, cum contumacia infra annum faciat tantummodo præsumptionem vehementem, quæ non 39
sufficit ad condemnandum, sed post annum præsumptio illa est effecta violenta, & sufficiens ad condēnandum de delicto, super quo fuit citatus, & contumax, vt dictum est *supra.*

Qui † enim iudicium refugit, apparet eum de sua iu- 40
stitia diffisum, iuxta Glos. *in cap. Christianus,* 11. *quæst.* 1. Albert. *de agnosc. assert. Cathol. quæst.* 30. *sub num.* 72. *ad fin.* Et propterea reputatur, fictione iuris confessus esse delictum, de quo imputabatur cum suo tempore, & qualitatibus, per prædicta. Simile est in eo, de quo constaret, esse hæreticum, ex depositione testium, qui non posset condemnari, nisi postquam testes deposuerunt contra eum, sed non ideo diceremus, quod eius hæresis sic per testes probata inciperet à tēpore depositionis testium, dum testes deponerent de anteriori tempore.

Vnde neque obstat dictio ex tunc ex aduerso ponderata, quatenus denotat extremitatem temporis; Aduertendum est enim, quod sunt duo modi procedendi: 41
Primus, quod contumax condemnetur ex tunc, vt hæreticus, alter, quod condemnetur vt hæreticus ex tunc, quasi tunc, & non antea cœperit esse hæreticus. Primus autem modus conuenit textu *in dict. cap. Cum contumacia,* vt sit sensus, quod lapso anno iudex procedat ad condemnationem ipso contumace vlterius non expectato, & eius contumacia non obstante, vel etiam, quod ad condemnationem non procedat ante lapsum anni, quia videlicet ante non est perfecta probatio. Secundus autem modus non congruit, esset enim sine effectu & misterio operandi, cum de tempore conditi dicti Canonis, qui est Alexandri IV. nihil referret, an hęresis cœpisset vno vel alio tempore, quoad pœnas fori exterioris, erant enim pœnæ imponendæ per sententiam *dict. capit. Vergentis, de hæreticis, & ibi* Abb. *in* 2. *notabil.* Ioan. Monach *in dict. capit. Cum secundum leges addentes ad Eymeric. Commentar.* 158. *in princip. versic. His ita præsuppositis.* Quod autem pœna confiscationis incurritur ipso iure, fuit inductum per Bonifacium VIII. auctorem, *dict. cap. Cum secundum leges,* & Alexandro posteriorem, vt in eo, & per DD. præcitatos.

Ad † secundum respondetur, Regulam quidem esse, quod ficta probatio non præiudicat tertio, sed dicta 42
regula fallit in nonnullis delictis atrocibus, in quibus imposita est pœna incurrenda ipso iure, & signanter fallit in crimine hæresis, vt docet idem Bart. *in leg.* 2. *ff. de bonis eorum, qui mortem sibi consciuerunt,* per text. *ibi in princip.* & Bart. refert & sequitur Bellam. *dict. decis.* 677. *sub num.* 1. *& sub nu.* 8. *versic. Nec obstat, quod dixit Bart.* vbi ponit rationem differentiæ, Alexan. *ad eundem Bart. in dict. leg. eius, qui delatorem, sub nu.* 1. *in lit. B. versic. Et limita verum, nisi in crimine læsæ maiestatis, & in crimine hæresis, &c.* Ioann. à Rojas *singul.* 69. Mascard. *de probationibus, conclus.* 348. *num.* 34. *& seqq.* Cartar. *in dict. tract. de executione sententiæ, cap.* 1. *nu.* 341. Alioqui, si obiectum procederet, idem dicere oporteret sequuta sententia, cum neq; noceat tertio, quando prolata est contra contumacem, & qui se plene non defendit, Alex. *consil.* 126. *in fin. libr.* 2. Signoriol. *consil.* 257. *nu.* 4. Roman. *consil.* 154. *nu.* 5. vbi addentes alios cumulant.

Ad tertium respondetur, quod durante anno contumax non censetur hæreticus, quia nondum est proba-

tus talis per præsumptionem violentam, & hoc etiam fatetur, Bellamer. *dict. decis.* 688. *num.* 40. sed postquam superuenit probatio, bene poterit dici, quod fuit hæreticus etiam de præterito, per rationes *supra* adductas, nec contrarium dicit Cald. *in dict. cons.* 5.

Ad quartum respondetur, quod Gloss. *in allegato cap.*
44 *Inter sollicitudinem*, dat duas † solutiones ad illum text. Prima est, de qua in contrario, & illa Communiter non recipitur, sed tenent omnes ibi, quod ad quantamcunque pœnam agatur, semper deficiens in purgatione habeatur pro conuicto, & puniatur pœna illius delicti, vt per Abbat. *ibi num.* 5. Bellam. *decis.* 676. *sub num.* 4. Alias oporteret dicere, quod in casu nostro neque etiam intraret confiscatio à die perfectæ contumaciæ, & lapsus anni, neque à die sententiæ & condemnationis, quod nemo dicit. Tenent autem Doctores ibi aliam solutionem Gloss. quod ideo ille deficiens in purgatione non fuit traditus Curiæ seculari, quia reuersus est ad fidem, & debuit recipi ad misericordiam, vt per Abbat. *ibi*, & eodem modo respondetur ad doctrinam Innocent. *in dict. capit. Quia verisimili*, prout illi respondet Bellamer. *dict. decis.* 688. *sub num.* 35. *versic. Ad vndecimum*, aliorum autem obiectio cessat ex deductis *supra*, *nu.* 24. *& seqq.*

Ad quintum respondetur, quod auctoritate illius Francisci de Herrera maior est auctoritas Bellameræ, & aliorum, qui interuenerunt, quando fuit facta *dicta decisio* 688. articulo prius maturè discusso coram P. P. illius temporis viro doctissimo, vt apparet ex motiuis per ipsum argumentatiue factis in vtramque partem, & qui dubium magnum reputabat, nec se declarauit, quid teneret in via decisiua, omnes autem alii de dicta congregatione numer. nouem, vno tantum contra-
45 dicente, prout † attestatur ibi Bellam. *sub num.* 14. *versic. Quid dicendum*, tenuerunt, contumacem damnari posse post obitum, illa præcipua ratione, quæ facit ad decisionem casus nostri, quia reputauerunt, illum damnandum esse pro vera hæresi in eum modum probata, & non pro contumacia, & Bellameram refert & sequitur Clarus, *in* §. *Hæresis, num.* 19. *ad fin.* Item maior est auctoritas tot aliorum Doctorum, qui tenuerunt, talem contumacem esse, & censeri verum hæreticum, quos retuli in prima ratione huius partis.

46 Ad sextum respondetur, verius esse, quod verbum illud, *Velut*, est expressiuum veritatis, secundum opinionem Archidiacon. & licet P P. relatus *in supradicta decision. Bellam.* 688. *sub num.* 12. diceret in via argumentatiua, quod Archidiaconus solus est, & loquitur contra proprietatem verborum, tamen veritas est, quod Archidiaconi opinionem sequuti sunt plurimi Doctores grauissimi superius enumerati, & non est inconueniens, quod illud verbum exponatur impropriè in casu nostro, ratione subiectæ materiæ, quæ id suadet, vt per Bellam. *ibi, num.* 27.

47 Ad septimum respondetur, quod potest esse, quod talis non haberet errorem in intellectu, sicut etiam posset esse de eo, qui confitetur se hæreticum, vel probatur esse talis per depositionem testium, sed quia de hoc Ecclesiæ non constat, imo est illi probatum contrarium per violentam præsumptionem, ideo condemnat eum vt hæreticum verum, & ita declarat se ipsum Archidiacon. ex aduerso allegatis, *in dict. cap. Cum contumacia*, dum dicit quod verbum, *Velut*, est expressiuum veritatis, alioqui si staremus obiecto, neque etiam veniret confiscatio à die sententiæ, cum etiam post sententiam perduret illa possibilitas non habendi errorem in intellectu.

Ad octauum respondetur, ponderari posse duos casus: Primus, quando iste cõtumax erat suspectus de errore in intellectu circa aliquem articulum, quem non tenebatur explicite scire & credere, sed si fuisset deprehensus, debuisset sollicite examinari, an esset paratus corrigi, & si se corrigeret, nõ fuisset reputatus pertinax; & hoc casu posset procedere obiectũ quod ad consummandam pertinaciam, & complendam hæresim, opus esset expectare † lapsum anni, qui est vnus de multis
modis conuincendi aliquem de pertinacia, vt bene per 48
Albertin. *de agnoscen. assert. quæst.* 30. *nu.* 26. *& nu.* 30. *iunctis iis, quæ habet nu.* 2. Alius autem casus est de contumace suspecto de hæresi contra articulum, quem tenetur explicite scire & credere, & contra aliquam Catholicam veritatem, quæ † apud omnes Catholicos & fide-
les, cum quibus cõuersatur, tanquam Catholica diuul- 49
gatur, ita, quod si fuisset deprehensus, & probatum factum per veras probationes, haberetur eo ipso pro vero & formali hæretico pertinace, vt per Albertin. *in locis præcitatis*, & hoc casu videtur sufficere, quod ex annali contumacia, & violenta præsumptione ex ea surgente, sit conuictus de ipso facto, quod includit pertinaciam de tempore ipsius facti, nullo expectato lapsu anni.

Ad nonum respondetur, quod quando citatus & contumax erat suspectus de aliqua certa hæresi, contumacia subsequens cõtinuata per annum in excommunicatione, facit præsumptionem violentam illius erroris, de quo erat suspectus, & sic concludit certam hære-
sim, vt *supra* deduxi. Si † autem suspicio fuisset propter 50
fautoriam, transiret in præsumptionem violentam, vel
de illo errore, quem † includit hæresis, cui fauetur, vel 51
de hæresi in genere, neque est inconueniens, quod quis declaretur hæreticus, vel damnetur de hæresi, etiamsi non constet de aliquo certo errore in specie, si constat per præsumptionem violentam, quod erratur contra fidem, vel DEVM, in genere, vt per Bellamer. *dict.*
decis. 688. *nu.* 33. & † faciunt tradita per addentes ad Ey- 52
meric. *part.* 2. *quæst.* 54. *versic. Sic tales, &c.* Alioqui nec is, de cuius fautoria constaret per veras probationes, posset puniri pœna confiscationis à tempore fautoris, quod nemo dixerit.

Nec dicatur, hunc contumacem condemnari vt hæreticum ex contemptu clauium, quasi sentiat; Papam, seu Ecclesiam non habuisse potestatem excommunicandi, & sic, quod hæresis cœperit, & consummata fuerit post excommunicationem, quam ipse contemnet,
quia fateor, quod † ex tali contemptu insurgit contra 53
eum suspicio talis hæresis, sed est suspicio leuis tantum, & probabilis sufficiens ad aliam citationem, vt compareat responsurus de fide, & quid sentiat de potestate clauium, & quoad hoc non refert, si excommunicatio, quam substinuit, erat pro crimine, vel pro causa ciuili, vt tenent omnes citati in prima ratione huius partis, sed præsumptio violenta, ob quam fit condemnatio, non est de tali hæresi contemptum clauium, sed de illa hæresi, pro qua erat citatus, vt dixi *supra*.

Ad decimum respondetur, quod obiectum procederet, si talis contumax compareret, & excusaret contumaciam, puta probando, quod non venit, quia erat
infirmus, vel † absens taliter, quod notitia citationis ad 54
eum non peruenit, vel furiosus, vel captiuus, sed si confiteretur contumaciam, diceret tamen, quod non animo malè opinandi de fide hoc fecit, offerendo stare mandato iudicis & Ecclesiæ, non euitaret sententiam, per quam declararetur fuisse hæreticum, nec pœnam carceris, & abiurationem, vt per Hostiensem & Ioannem Andr. ex aduerso allegatos *in dict. cap. Excommunicamus.* §. 1. quos sic declarando refert & sequitur Bellam. *dict. decis.* 677. *nu.* 9. *&* 688. *sub num.* 29.

Ad vndecimum respondetur, quod posito pro vero, quod comparẽs facilius admittatur ad probandã suam
innocẽtiam per † veras probationes contrarias, quan- 55
do est ficte confessus, & habet contra se violentam præ-

sumptio-

ſumptionem, quam ſi eſſet vere confeſſus, vel haberet contra ſe veras probationes, quod etiam ſenſerunt addentes ad Eymer. *in loco citato ſupra in prima ratione huius partis* & poſito etiam, quod ſic probata innocentia euitaret confiſcationem & alias pœnas criminis, non ideo ſequitur, quin violenta illa præſumptio nunquam purgata, vel excuſata, probet delictum idem omnino, & de eodem tempore, prout aliæ probationes, alias nec poſſet ſequi condemnatio, per ſupradicta.

56 Ad † duodecimum reſpondetur, quod imo talis comparens poſt ſentẽtiam, & ſuam innocentiam aliter non probans, niſi per negationem criminis, eſt cogendus confiteri errorem illum pro quo tanquam ſuſpectus ab initio fuerat citatus, & ſe in fide erraſſe, alias non reputaretur vere pœnitens, vt voluit Bellam *d. deciſ.* 688 *ſub nu.* 30. *verſ. Imo forte*, & debet illam hæreſim abiurare, vt dixi *ſupra in vltima ratione huius partis.*

57 Neq; † obſtat, quod non abiuret vt hæreticus, ſicut faceret ſi eſſet conuictus propria confeſſione, aut teſtium legitima depoſitione, vt tenet Spreng. & Silu. ibi allegatus; poſſet enim reſponderi, quod contrarium ſentiunt relati *ſup. nu.* 25. quibus vti pluribus & grauioribus ſtari debet concurrentibus præſertim rationibus adductis idem conuincentibus. Vel ſecundo reſpondetur, ſufficere quod abiuret illam hæreſim, pro qua fuerat citatus vt ſuſpectus, & quę probata cenſeatur per illam violentam præſumptionem cum ſuo tempore, & ſuis qualitatibus; quod autem de illa hæreſi illius temporis dicatur violenter ſuſpectus, vel dicatur hęreticus, eſt differentia verbalis quoad effectum de quo nunc agitur, cum iura velint vtrunque puniri eadem pœna, vt dictum eſt ſupra.

Vel poteſt tertio reſponderi, obiectum procedere purgata contumacia, nos autem loqui de eo, qui in eadem contumacia adhuc perſiſtit, vel in ea deceſſit, & ſic termini non ſunt pares.

58 Ad † vltimum reſpondetur, obiectum procedere, vbi adeſt ſimplex contumacia, ſed data perſeuerantia per annum in excommunicatione habetur talis contumax pro conuicto de crimine, pro quo fuerat citatus cum ſuo tempore, & qualitatibus, & punitur pœna delicti, per deducta *in prima ratione huius partis ſupra n.* 23. *& ſeqq.*

59 Sublatis † ergo rationibus pro contraria ſententia adductis non videtur curandum, ſi Gabrielem Quemadam eius auctorem ſequuti ſint tot alij Doctores ſuperius in principio relati, vt eam communem facere videantur. Siquidem communis opinio tenenda non eſt, quando apertiſſimis rationibus reprobatur, cum poſſit vnius forſan deterioris ſententia, & multos & maiores in aliqua parte ſuperare *l. prima C. de Veter. iur. enucl.* Ioan. And. *in cap. primo de Conſtit. col. prima ſuper Gloſſ. vltima, verſ. Et ibi nemo &c. & ad fin.* vbi etiam Anch *in Repet. n.* 39. Ial. *in l. illam C. de Collat.* Burſat. *conſ. ſecundo lib.* 1. Abb. *qu.* 4. *ſub num.* 7. *verſ. Item habemus iura ſpecialia.* Theſ. Deciſ. Pedem. 57. *nu.* 10. vnde dicitur Exodi cap. 23. *Non ſequaris turbam ad faciendum malum, & in iudicio plurimorum non acquieſces ſententiæ vt à vero deuies.*

Vltra quod neque etiam omnes pro contraria allegati videntur habuiſſe eam pro veriore in puncto iuris; Quinimo Simanchas videtur tacite fateri contrarium, dum pro eius fulcimento ſubdit, eam fuiſſe benigna interpretatione receptam, cui etiam cenſuræ ſubduntur alij omnes, quos Simanchæ auctoritas traxit in illam partem. Benigna autem interpretatio nullo modo videri poteſt, quæ contra Religionem facit, *l. ſunt perſonæ, cum ſua materia, ff. de Relig. & ſumpt. fun.* & quæ latiſſimam fraudibus viam aperit, illa enim opinione retenta facile eſſet contumacibus, & iam excommunicatis in cauſa fidei, & ſui erroris conſcijs, bona vniuerſa durante anno in tertium transferre, & ſic omnem punitionem euitando peſſimo exemplo fidei iudices eludere. Fraudibus vero, & malitijs eſt obuiandum, nec eis debet via aperiri, *l. cum hi, §. ſi cum his, ff. de Tranſact. cap. vltimo de elect. lib.* 6. cum alijs congeſtis per Tiraquell. *de Retract. lign. §.* 1. *gloſſ.* 9. *num.* 255. *& gloſſ.* 10. *nu.* 56. *& gloſſ.* 18. *num.* 81.

Hæc tamen omnia ſubijcio iudicio cuiuslibet melius ſentientis, & determinationi Sanctæ Matris Eccleſiæ, &c.

Stephanus Benaſſaius.

ARGVMENTVM.

De Filiis Hæreticorum, quando ob paternam Hæreſim paterna Hæreditate priuentur.

SVMMARIA.

Filij hæreticorum propter paternam hæreſim paterna hæreditate priuantur, nu. 1.

Filij hæreticorum propter paternam hæreſim priuantur etiam legitima hæreditatis Patris, nu. 2. *& nu.* 4. *licet alij contra, num.* 3.

Filii hæreticorum priuantur non ſolum legitima, ſed etiam alimentis, nu. 5. *contra, nu.* 6. *diſtingue, vt, nu.* 7.

Filiæ fœminæ propter paternam hæreſim nec etiam dotari debent, num. 8.

Filii hæreticorum etiam naturales, & non legitimi priuantur hæreditate Patris hæretici, nu. 9. *declara hoc procedere in filiis naturalibus habentibus certum Patrem; ſecus in Spuriis non habentibus certum Patrem, nu.* 11. *quomodo autem iſto caſu probetur hæc Filiatio, nu.* 10.

Filii receptatorum, fautorum, defenſorum, & credentium hæreticorum priuantur hæreditate paterna, numer. 12 *declara, vt num.* 13.

Filii Iudæorum conuerſorum, qui poſtea in hæreſim incidunt, priuantur hæreditate Patris, nu. 14. *contra, num.* 15 *declara vt, num.* 16.

Filii ſchiſmaticorum propter ſchiſma Patris priuantur hæreditate paterna, nu. 17.

Filii hæreticorum pœnitentium, & relapſorum, priuantur hæreditate paterna, num. 18. *contra, nu.* 19.

Filii priuantur hæreditate materna ſi eorum mater fuit hæretica, num. 20.

Filii hæreticorum nunquid priuentur ſucceſſione maioratus, numer. 28.

Nepotes hæreticorum per lineam deſcendentem maſculinam vſque ad ſecundam generationem priuantur hæreditate paterna, nu. 21 *& quid in nepotibus, & deſcendentibus per lineam maternam, & fœmininam,* 22.

Filii hæreticorum propter paternam hæreſim infamiam incurrunt, priuanturque propterea omnibus officiis publicis, honoribus, & dignitatibus, nu. 23. *non tamen priuantur nobilitate Patris, num.* 24.

Filii hæreticorum ſunt incapaces cuiuſcunque ſucceſſionis & hæreditatis, n. 25. *& an ſint incapaces hæreditatis auitæ, nu.* 26. *& quid propter hæreſim matris, nu* 27. *& an hæc hæreditas fiſco applicetur, nu.* 28.

Filii hæreticorum de iure ciuili propter paternam hæreſim non priuantur hæreditate Patris, nu. 29. *licet alii contra, nu.* 30. *de iure autem Authenticorum priuantur, num.* 31.

Filii hæreticorum in terris Imperii propter paternam hæreſim non priuantur hæreditate paterna, num. 32. *contrarium verius, nu.* 33.

Filii hæreticorum, quos iam pœnituit, & qui Eccleſiæ reconciliati ſunt, non amittunt hæreditatem paternam, num. 34. *licet alii contra, num.* 35.

Filii emancipati propter paternam hæreſim non priuantur hæreditate paterna, nu. 36.

Filii reuelantes Patris hæreſim non priuantur illius hæreditate, nu. 37.

Filij hæreticorum non priuantur paterna hæreditate, quando eorum Pater non erat confessus, aut conuictus, sed solum de hæresi suspectus, nu.38.

Filij hæreticorum nati ante delictum Patris non priuantur hæreditate paterna, nu.39. contra, nu.40.

Filij, si fuerint hæretici, eorum Pater pro filiorum hæresi non punitur, nu.41.

Filij propter paternam hæresim non priuantur bonis quæ ipsis obueniunt non ex successione, seu persona Patris, sed alio iure, num.42.

Filij propter paternam hæresim non priuantur hæreditate Patru, quando Patris defuncti memoria damnatur, nu.43.

QVÆST. CXCI. §. 1.

1 REGVLA † sit, quod propter paternam hæresim filij etiam Catholici paterna hæreditate priuantur, Tex. est expressus *in cap. vergentis, in vers. Cum enim, & in vers. Nec huiusmodi, extra, de hæret.* vbi arguit Pontifex de crimine læsæ Maiestatis humanæ ad læsam Maiestatem Diuinam, arguendo de minori ad maius. Quod si in crimine læsæ Maiestatis humanæ filij priuantur hæreditate paterna, multo magis priuari debent in crimine læsæ Maiestatis Diuinę, quod maius delictum est, nec huiusmodi seueritas, subdit Pontifex, admirationem alicui afferat, cum *iuxta Canonicas Sanctiones quandoque feratur vltio non solum in authorem scelerum, sed etiam in progeniem damnatorum*; Et ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, vers. Cum enim, & vers. Nec exhæredatio, & vers. Item in crimine hæresis, & in verbo Exhæredatio*, Abb. antiqu. *in summario*, Hostiens. *num.9. in verbo Exhæredatio, & in vers. Nec mireris, & ibi addentes litera A.* Ioan. Andr. *nu.1.* Henric. Boich. *nu.4. vers. Et dic*; Anchar. *in summario, & nu.4. & seqq.* Anton. de Butrio *nu.1. & n.5. & 6. & n.11.* Panorm *nu.1. in figuratione casus, & nu.3.* Felyn. *num.1. & nu.3. vers. Nota casum*, Marian. Soccin. *nu.7.* Cardin. Zab. *nu.1.3. & 4.* & Ioan. de Anania *nu.1. & nu.9. & n.11. & 12. vers. Nota quod Canones, & nu.17.* Glossa *in cap. cum secundum, in verbo Ipso iure, in fine vers. Et puto confiscationem, de hæreticis, in 6.* Hostiens. *in summa de hæreticis §. qua pœna feriatur nu.8. vers. Nec etiam fidelibus*, vbi licet plura hinc inde adducat, in hac tamen vti veriori sententia residere videtur, & voluit Frederic. Imperator in sua constitutione incip. *Catharos*, relata per Pegnam inter literas Apostolicas *in Direct. Inquisit. fol. mihi 19.* summa Armilla *in verbo hæresis, nu.5. vers. Et licet filij sint Catholici*; Angelica in summa *in verbo hæreticus, nu.7.* Summa Syluestrina *in eodem verbo hæreticus, q.1. nu.14. vers. Et si habuerit Catholicos filios*, Simanch. *Catholic. instit. tit.9. rubr. de bonis hæreticorum nu.4. & seqq.* vbi huius regulæ bonam reddit rationem, *& tit.29. rubr. de filijs, & minoribus nu.1. & seqq.* vbi late, *& in Enchiridion violat. Religion. tit.56. nu.2. & tit.63. rubr. de filiis hæreticorum num.2.* Paris. *cons.2. num.182. lib.4.* Ghirland. *in tract. de hæreticis quæst.4.* Gundisalu. *in eodem tract. de hæreticis quæst.23. nu.1.* Carer. *in dicto tract. de hæreticis nu.140.* Couar. *variar. resolut. lib.2. cap.8. nu.2. vers. Primum, An ob crimen.* Repertor. Inquisitorum *in verbo Confiscatio, vers. An filij*, & ibi Quintil. Mandos. *in additionibus litera C. in fine*; Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo Filij, nu.1. & in verbo Gratia, nu.4.* idem Repert. Inquisitorum *in verbo Filij, vers. Item quæritur, an filij hæreticorum, & vers. Seq. & in vers. Sed circa supradicta*; Afflict. *in constit. Regni de hæreticis & Patterenis, rubr.3. nu.84. & seqq.* vbi huius regulæ tres affert rationes, Zanch *in tract. de hæreticis cap.25. & nu.4, & cap.28. nu.1.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib.2. Centur. 6. cas.546. nu.11.* Pract. Conradi *in rubr. de hæreticis nu.13.* Clar. *in tract. crim. §. hæresis, nu.12. vers. Et scias*; vbi alijs relatis testatur de communi, Didac. Cantera *in quæst. crim. rubr. de hæret. cap.1. num.20.* vbi pluribus hanc probat conclusionem, & testatur de communi, Thom. Sanchez. *in præcept. Decalogi lib.2. cap.27. numer.21. & seqq. vers. Eiusdem sententiæ*, vbi alios plures refert concordantes, Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.45. nu.2. & nu.6. vers. Ratio autem*, vbi ponuntur rationes huius regulæ; Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par.2. nu.191. & singular.64.* vbi latius: De ratione huius regulæ vide late differentem, Thom. Sanch. *in præcept. Decal. lib.2. cap.27. num.6.7. & 8. 11. & 13.* Addo pro hac eadem regula Iacob. de Graffijs, *lib.2. suarum decis. cap.11. num.31. & seq.* dixi aliquid supra *quæst.24. nu.44.*

AMPLIA I. † vt filij propter paternam hæresim etiam Orthodoxi priuantur bonis paternis etiam quoad legitimam, Paul. Ghirland. *in tract. de hæret. quæst.4. nu.1. & 2.* vbi proponit contraria, & illis respondet Decian. *in tract. crim. cap.45. nu.3. vers. Et amplia* Roland. *cons.8. n.25. & omnibus seqq. lib.3.* vbi pluribus hanc defendit sententiam; Gabriel. Quemada *quæst.24. nu.2.* vbi dixit, quod iura ciuilia non priuantia filios Orthodoxos sua legitima propter paternam hæresim sunt hodie correcta de iure Canonico, cui standum est, cum sit delictum mere Ecclesiasticum; Franc. Pegn. *in addit. ad Eymeric. in Direct. inquis. par.2. comment.6. ad cap. vergentis, extra, de hæretic. litera D. vers. Cæterum hodie fol. mihi 103. colu.* Nec dissentit Thom. Sanchez *in præceptis Decal. lib.2. cap.16. n.26. & seq.* Iacob. de Graffijs *lib.2. suarum decisionum cap.11. n.9.* vide supra *quæst.24. nu.44. & 45.* 2

Contrarium † videtur asserere Ioan. à Rojas *sing.95.* dum dixit, filios Iudæorum vel hæreticorum Orthodoxos, posse fauore fidei petere suas legitimas in bonis parentum etiam viuentium; *& singular.47.* vbi simpliciter videtur tenere ex confiscatis bonis paternis propter hæresim legitimam filijs Orthodoxis deberi, vt se alere possint. Surd. *consil.386. num.13.* 3

Verum † præmissa scripta per Ioan. à Rojas *in dicto singul.65.* an assignando filio Orthodoxo legitimam viuente patre hæretico possunt procedere de iure ciuili, iuxta textum *in l. cognouimus C. de hæreticis*, quem allegat Ioan. à Rojas *vbi supra*, & dixit latius *infra hac eadem quæst. nu.29.* secus de iure Canonico. 4

AMPLIA II. † Vt sicut filij priuantur propter paternam hæresim legitima, eadem ratione priuantur etiam alimentis, Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis quæst.4. num.1. & 2.* vbi proponit contrariam, & illis respondet, Decian *in tractat. criminal. lib.5. cap.45. numer.3. versic. Et amplia.* Did. Cantera *in quæst. crimin. rubric. de hæresi cap.1. numer.54.* vbi quod hæc opinio procedit de rigore, & ab ea alijs pluribus relatis concordantibus non discedit Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi lib.2. cap.16. n.25. & seq.* 5

Contrarium, † quod filij hæreticorum, & præsertim paruuli, non debeant alimentis priuari, & si ob paternam hæresim patris hæreditate priuati remanserint admittit Simanch. *Catholicar. institut. tit.29. rubr. de filiis & minoribus nu.12.* vbi sic testatur in Hispania seruari, quod filij hæreticorum impuberes educentur, & alantur cura Inquisitorum apud aliquos viros Catholicos, & Religiosos, qui eos fidem Catholicam doceant *ex instructione Hispalen. cap.22.* quam allegat, Ioan. à Rojas *singular. 47.* vbi idem testatur, & huius instructionis Hispalensis verba bene in proposito refert Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymericum in Director. inquisitorum par.2. Commentar. 9. ad cap. Vergentis extra, de hæreticis, versic. Inquisitores tamen & seqq. fol. mihi 103. colum.1. in fine, & seqq.* vbi bene docet, quomodo Inquisitores pueris hæreticorum prouidere debeant, ne fame pereant, Surd. *cons. 386. nu. 13.* 6

In † hac contrarietate vide Gabriel. Quemada *q.24. num. 4. & seqq.* vbi post Palat. Rub. *in loco per eum relato*, distinguendo dixit, primam opinionem procedere in filijs natis post delictum patris, secundam autem opinionem procedere, in filijs natis ante delictum Patris; 7

vt præ-

vt primo casu alimenta nō debeantur, secundo autem casu sic, de qua distinctione vide quæ generaliter dixi infra hac eadem quæstione *num.*39. & vide in simili de crimine læsæ Maiestatis supra *quæst.*116. *&* 128.

8 AMPLIA III. † Vt Patre hæretico existente filiæ fœminæ ex eius bonis nec etiam dotem consequi debeant, ex allegatis per Simanch. *Catholicarum institution. tit.*9. *rubric. de bonis hæreticorum numer.*23. *&* 24. vbi quod plus est loquitur etiam in dotibus iam datis filiabus nuptui traditis, vel factis sanctimonialibus ab occulto hæretico, & sic intellige, quando dictæ dotes datæ sunt à Patre iam effecto hæretico, prout loquuntur iura per Simancham allegata, secus si antequam in hæresim incideret, & Simancham sic dicentem refert, & sequitur Ioann. Azzorius Iesuita *institutionum moralium par.*1. *lib.*8. *cap.*12. *rubr. de aliis hæreticorum pœnis qu.*6. *vers. Imo dotes*, & quod filiæ fœminæ dotem habere non debeant ex bonis paternis, est de mente omnium Doctorum allegatorum *supra eadem quæstione numer.*1. qui generaliter dicunt, propter paternam hæresim filios priuari omnibus paternis bonis. Et licet Vmbert. Locat. *post iudicial. inquisitor. quæst.*22. quod fœminæ sint dotandæ dixerit Baldum originaliter determinasse, *in l. final. de dot. promission.* Baldum tamen sic dicentem in libro meo inuenire non potui. Gabriel. Quemada *quæstione* 24. vbi late disputat hanc quæstionem, & postea resoluit ex instructione quadam apud eum existente, quam allegat, indistincte practicari & seruari, hæreticorum filiabus dotes non dari. Didac. Cantera *in quæstion. criminal. rubric. de hæretic. cap.*1. *sub numer.*20. vbi tamen subdit, aliquando vidisse per Inquisitorem generalem quasdam hæretici filias fuisse ex misericordia dotatas.

Contrarium, † quod saltim de æquitate canonica etiam in crimine hæresis fiscus debeat dotare filias, voluit Ioan. à Rojas *singul.*47. & hanc contrariam sententiam in filia alicuius magni Principis hæretici admittit Francisc. Pegna. *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitor. par.*2. *Commentar.*9. *ad cap. Vergentis, extra, de hæreticis, vers. final. fol. mihi* 103. *col.*2. vbi ponit exemplum Ferdinandi Regis Neapolitani, qui filias Principis Rossani rei læsæ Maiestatis, ex illius bonis ditissime dotauit, ex Gigante in loco per eum relato, vide supra *qu.*24. *nu.*46. *& seq.*

9 AMPLIA IV. † Vt filij non solum legitimi, sed etiam naturales priuentur Patris hæreditate propter eiusdem patris hæresim, ne plus iuris habeat luxuria, quam castitas, ad Gloss. *in cap. statutum il* 2. *in verbo volumus, de hæret. in* 6. & ibi Ioan. Andr. *numer.*1. *in fine*, Anchar. *numer.*2. Franch. *num.*4. & Dominic. *in princip. etiam num.*4. Vmbert. Locat. *in iudic. inquisitorum in verbo Filij, num.*12. vbi amplius subdit, quod sola patris nominatio probat isto casu filiationem; Repertor. Inquisitorum *in eodem verbo Filij, vers. Sed eo præsupposito*, vbi pluribus hanc probat sententiam tam respectu Patris, quam etiam matris hæreticæ, Simanch. *Catholicarum institutionum tit.*29. *rubr. de filiis, & minoribus n.*16. *& in Enchiridion. Violat. Relig. tit.*63. *rub. de filiis hæreticorum num.*5. Zanch. *in tract. de hæreticis cap.*28. *num.*13. Decian. *in tract. crim. lib.*5. *cap.*45. *nu.*3. *vers. Amplia vt procedat*, Couar. *Variar. resolut. lib.*2. *cap.*8. *nu.*3. Surd. *cons.*386. *nu.*6. Menoch. *de præsumptionibus lib.*5. *præsumpt.*33. *num.*11. Azzor *institut. moralium par.*1. *lib.*8. *cap.*13. *qu.*8. *tit.*8. *pœna*, Suarez *tom.*5. *par.*3. *disp.*43. *sect.*3. *n.*2. Thom. Sanchez *in præcep. Decalogi lib.*2. *c.*27. *num.*1. vbi quod ita tenet omnes Doctores ex Menoch. *in loco præallegato*, Iacob. de Graffijs *lib.*2. *suarum decisionum capit.* 11. *numer.* 19. vbi ampliat etiam in spurijs à vulgo conceptis, & ex quocunque illicito, & damnato coitu natis, dummodo eorum pater sit certus, vide supra *quæst.* 116. *numero* 86. *& infra in fragmentis litera* C. *num.*354. *& seq.* & dixi etiam *infra hac eadem quæst. nu.*54 vbi de priuatione beneficiorum.

10 Quomodo † autem probetur isto casu filiatio, dic per nominationem Patris, & reputationem, vt talis, vt in Repertor. inquisitorum *in verbo Filij, vers. Et si quæratur*, & ibi Quintil. Mand. *in addit. litera H.* vbi tamen subdit solam nominationem non sufficere, nisi etiam concurrat tractatus.

11 LIMITA hanc IV. † ampliationem procedere in filijs bastardis, naturalibus, qui tamen possunt certum patrem nominare, secus autem in vulgo quæsitis natis ex incerto coitu, qui certum patrem nominare non possunt, nam isti non incurrunt aliquam pœnam propter patris delictum, Franch *in cap. statutum, il primo n.*4. *de hæreticis in* 6. Couar. *variar. resol. lib.*2. *cap.*8. *n.*3. nisi sint tales qui vigore statuti, vel consuetudinis reputarentur de agnatione aliqua; illiusque arma assumerent: tunc enim, & ipsi licet ex incerto patre nati incurrunt pœnas filijs indictas propter paternam hæresim, vt in Repert. Inquisitor. *in verbo Filij, versic. Sed eo præsupposito, post medium*, Adde Decian. *in tractat. crim. lib.*5. *cap.*45. *nu.*3. *vers. Amplia vt procedat, & nu.*5. *vers. Limita etiam quinto*, Surd. *cons.*386. *num.*6. Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi lib.*2. *cap.*27. *nu.*1. Iacob. de Graffijs *lib.*1. *suarum decisionum c.*11. *nu.*19. *in fine*.

12 AMPLIA V. † Quia filij non solum hæreticorum, sed etiam credentium, receptatorum, defensorum, & fautorum priuantur paterna hæreditate, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo Filij, numer.*1. & quod ad publica officia non admittantur cautum est in Constitutione Innocentij IV. edita de anno 1252. *incip. Ad extirpanda, vers. Teneatur quoque potestas*, relata per Franc. Pegnam *post Director. inquisitor. inter literas Apostolicas fol. mihi* 10.

13 LIMITA Hanc V. † Ampliationem procedere in filijs credentium, defensorum, fautorum, & receptatorum, quando isti tales vere reputantur hæretici, prout reputantur, quando credunt erroribus hæreticorum, & quando etiam eorum errores defendunt: secus quando non defendunt eorum errores, nec credunt eorum erroribus, sed solum eorum personas defendunt, receptant, & fauent, quia tunc, cum vt dixi supra *qu.*182. *nu.*55. *& num.*133. reputentur solum de hæresi suspecti, non autem vere hæretici, hoc ideo, cum nec etiam ipsorum bona confiscentur, vt dixi pariter *supra qu.* 182. *nu.*51. *& qu.*190. *nu.*26. multo minus dicendum videtur, quod filij eorum hæreditate priuentur, vt dixi *infra hac eadem qu. nu.*38. & vide etiam infra pariter *hac eadem quæst. nu.*49.

14 AMPLIA VI. † etiam in filiis Iudæorum, conuersorum, qui postea in hæresim incidunt, nam & hi paterna hæreditate priuantur propter paternam hæresim, secundum Felin. *in capit. Vergentis numer.*4. *vers. Sed fallit primo, extra de hæretic.* vbi dixit text. *in cap. Iudæi*, esse correctum *per cap. contra Christianos, de hæreticis in* 6. vbi hodie non fit aliqua differentia inter Christianos hæreticos, & Iudæos conuersos ad fidem, & postea hæreticos, reprehenditque Marianum, quod non viderit hunc textum, Gloss. *in capit. contra Christianos, in verbo Procedendum, de hæret. in* 6. & ibi etiam Archidiac. *numer.*1. Ioan. Andr. *colum.*2. *in fine, vers. In vltima Glossa*, & Geminian. *numer.*7. *in fine, vers. Glossa finalis*, vbi bene respondet textui *in dicto cap. Iudæi*, 1. *quæst.* 4. summa Syluestrin. *in verbo hæreticus*, §.2. *nu.*4. *vers. Secundum in eodem* Toledo *de instructione sacerdotum lib.*1. *cap.*69. *nu.*2. *vers. Tertio non solum*.

15 Quamuis † contrarium voluerit Marian. Soccin. *in d. cap. Vergentis num.*9. *vers. Tu vide textum, extra, de hæret. per textum quem allegat in d. cap. Iudæi* 1. *q.*4. vbi ad literam dicitur, *Iudæi baptizati si postea præuaricantes in Christum* quali-

qualibet pœna damnati extiterint, à rebus eorum fideles filios excludi non oportebit, quia scriptum est, filius non portabit iniquitatem Patris; Eamque adducit rationem, quare filij neophytorum isto casu sint melioris conditionis, quam Christianorum, quia scilicet magis dubitandum est de filijs neophytorum, quam Christianorum naturaliter, ne facilius deuient à fide propter desperationem amissionis bonorum.

16 Et † hæc opinio negatiua procedere potest de iure ciuili, iuxta tradita infra hac eadem quæst. num. 3. vbi plures allegati Doctores dicunt, filios Apostatarum, & sic Iudæorum conuersorum ad fidem ad Iudaismum redeuntium non priuari hæreditate paterna.

17 AMPLIA VII. † Etiam in filiis schismaticorum, dixi supra quæst. 184. num. 58.

18 AMPLIA VIII. † Quia licet filij non priuentur hæreditate paterna propter hæresim patris pœnitentis, & ad misericordiam recepti, vt dixi infra in limitationibus, si tamen pœnitentia patris superuenit postquam est relapsus, tunc eius bona confiscantur etiam in præiudicium filiorum, Glossa est in cap. statutum il 2. in verbo Reincorporatos, de hæret in 6. & ibi Ioan. Andr. in fin. & Franch. etiam in fine, Rojas in tract. de hæretic. par. 2. n. 337. Vmbert. Locat in iudic. inquisit. in verbo Filij, num. 6. & 7. vbi hanc sententiam dixit veriorem, licet contrariam mitiorem affirmauerit Simanch. Cathol. instit. tit. 29. rubr. de filiis, & minoribus, nu. 17. vbi relatis hinc inde contrariis opinionibus re (vt inquit) perpensa in hac residere videtur sententia, & in Enchrid. Relig. tit. 63. rubr. de filiis hæreticorum num. 6. & 7. vbi refert, quod licet alias contrariam sententiam vtpote clementiorem amplexus fuerit, ab ea tamen nunc recedit, & hanc vti veriorem sequitur Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 45. nu. 3. vers. Amplia etiam si parentes, vbi loquitur, quando pater relapsus, & condemnatus, in articulo mortis resipuisset, & Sacramenta sumpsisset, Surd. cons. 386. num. 9. & nu. 24. vbi testatur de Communi, licet ipse contrariam veriorem credat. Azzor. institut. moral. par. 1. lib. 8 cap. 13. qu. 8. in 8. hæreticorum pœna, vers. Quod autem, & par. 2. lib. 6. cap. 4. qu. 3. vers. Dubiæ etiam quæstionis est. Thom. Sanch. in præcept. Decalogi lib. 2. cap. 27. nu. 13. vbi alios plures refert in idem concordantes, & hanc sententiam probabiliorem testatur, & numer. 24. vbi ampliat hanc conclusionem etiam in filiis non relapsorum pœnitentium, qui tamen brachio seculari traduntur, vel quia hæresiarchæ, vel quia hæretici negatiui fuerint, reprobato Cantera ibi per eum relato contrarium tenente; vide infra num. 65. & seq.

19 Contrarium, † quod bona non confiscentur in præiudicium filiorum, quando eorum pater fuit pœnitens, & si relapsus, cum per susceptionem Sacramentorum dicatur Ecclesiæ reconciliatus, nec amplius reputetur hæreticus, post plura hinc inde deducta concluditur in Repert. Inquisit. in verbo Filij, vers. Nunc videndum post medium, Surd. cons. 386. num. 23. vbi dixit hanc contrariam sententiam magis æquam, & piam, imo, & veriorem esse, licet vt supra eum retuli primam fateatur Communem Didac. Cant. in qu. crim. rubr. de hæret. cap. 1. nu. 13. vbi hanc defendit sententiam, & veriorem testatur, & secundum eam alias iudicatum in Inquisitione Conchensi.

20 AMPLIA IX. † Vt filij hæreditate paterna priuentur non solum, propter patris hæresim, sed etiam materna hæreditate priuentur propter hæresim matris, ex allegatis per Vmbert. Locat. in iudicial. inquisitor. in verbo Filij, nu. 9. & in Repertor. Inquisit in eodem verbo Filij, vers. Sed circa supradictas pœnas, Zanchin. in tract. de hæret. c. 28. num. 8. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 45. nu. 3. vers. Amplia istam conclusionem, vbi dixit, de hoc esse Glossam magnā in cap. statutum, il secondo, de hæreticis in 6. quam propter criminis enormitatem in practica seruandam affirmauit Augustin. de Arimino ad Angel. de maleficiis in verbo Ch' hai tradito la tua patria, num. 12. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 45. nu. 5. vers. Limita tamen prædicta.

AMPLIA X. † Vt non solum filij hæreticorum priuentur hæreditate paterna, sed etiam eorum descendentes, & nepotes, Couar. Variar. resolut. lib. 2. cap. 8. n. 2. vbi aliis relatis testatur de communi, Decian. in tractat. crim. lib. 5. cap. 45. num. 3. in fine, vers. Amplia etiam in Nepotibus, & sentiunt omnes Doctores allegati infra hac eadem quæst. nu. 50. 21

AMPLIA † Rursus præcedentem X. Ampliationem, quia licet, vt suo loco dictum est infra hac eadem quæst. numer. 51. quoad priuationem beneficiorum, & inhabilitatis ad illa obtinenda, descendentes, & nepotes per lineam maternam, & fœmininam, non intelligantur, nisi vsque ad primam generationem, attamen quoad priuationem hæreditatis paternæ, nulla in hæretici descendentibus, & nepotibus facienda videtur differentia inter lineam paternam, & maternam, masculinam, & fœmininam. Quod an verum sit vide, in cap. statutum, il primo, de hæreticis in 6. Ioan. Monach. nu. 1. & seqq. Ioan. Andr. nu. 1. col. 2. in princ. vers. In Glossa hucusque, Geminian. num. 2. ante medium, vers. Itam opponit, & Franch. nu. 2. vers. Glossa tertia, Summa Angelica, in verbo hæreticus, n. 8. ad finem, vers. Sed per lineam maternam, Vmbert. Locat. in iud. inq. in verbo Filij, nu. 5. Repert. Inquisit. in eodem verbo Filij, sub vers. Nunc videndum est, ibi, & hoc intelligendum, Siman. Cath. instit. tit. 29. rubr. de filiis, & minoribus nu. 15. & in Enchirid. Violat. Relig. tit. 63. rubric. de filiis hæreticorum, num. 4. Zanchin. in tractat. de hæret. cap. 28. num. 10. vide infra hac eadem quæst. nu. 51. 22

AMPLIA XI. † Quia filij hæreticorum propter patris hæresim efficiuntur infames, & ideo ipso iure priuantur quibuscunque publicis officijs, honoribus & dignitatibus, ad quas etiam imposterum inhabiles redduntur, prout extat constitutio Innocent. IV. edita de anno 1252. incip. Ad extirpanda, registrata per Pegnam inter literas Apostolicas post Direct. inquisit. fol. mihi 10. vers. Teneatur quoque potestas, & extat etiam constitutio Frederici Imperatoris incip. Commissi, relata per Pegn. vbi supra fol. 16. in vers. Si quando igitur. & alia eiusdem Frederici Constitutio incip. Pactarenorum, relata vbi supra fol. mihi 18. & alia Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1259. incip. Ad extirpanda, vers. Teneatur quoque potestas, relata vt supra fol. mihi 42. & alia Clementis IV. edita de anno 1265. pariter incip. Ad extirpanda, eodē vers Teneatur quoque potestas, relata vt supra. fol. 61. & alia Honorij IV. edita de anno 1286. incip. Exhibita, relata vt supra fol. 71. Ioan. de Anania in cap. Vergentis num. 12. vers De crimine autem hæresis, extra, de hæret. Nec admittuntur ad publica officia, prout est tex. expressus, & ibi Communiter notatur per Doctores in c. quicunque §. hæretici, de hæreticis in 6. & in cap. vt commissi, vers. priuandi, eod. tit. & ibi præsertim Ioan. Andr nu. 4. col. 3. ante medium, in verbo Priuandi, & Gemin. in eodem verbo Priuandi, n. 3. & Franch. num. 2. in 7. notab. Ioan. Calderin. in tract. de hæret. rubr. de pœnis hæreticorum filiorum, & nepotum sub num. 4. & in rubr. de pœnis receptatorum num. 3. vers. Sed etiam filij, vbi loquitur non solum de filijs hæreticorum sed etiam de filijs receptatorum, fautorum, & defensorum, & nu. 4. Vmbert. Locat. in iudic. inquis. in verbo Filij, num. 10. vbi propterea, quod filij hæreticorum sunt inhabiles ad obtinenda officia publica, Repert. Inquisit. in verbo Filii, vers. Nunc videndum est in tertia pœna, & in vers. Alia vero pœna, Afflict. in constit. Regni de hæreticis & pacterenis, rubr. 2. nu. 1. Simanch. Cathol. instit. tit 29. rubric. de filiis, & minoribus, nu. 13. vbi propterea quod hæreticorum filij, fautorum, & receptatorum, esse non poterunt medici, chirurgi, indices, decuriones, aduocati, exequutores, nec alias omnino publicas functiones gerere, & nu. 14. vers. Tum 23

etiam

etiam quia filij hæreticorum infamia notantur, *& in Enchirid. Viol. Rel. tit. 73. rub. de filiis hæreticorum n.* 3. Zanch. *in tract. de hæret. c.* 28. *n.* 2. *vers. Tertia pœna est.* Gundisl. *in tract. de hæret. q.* 23. *nu.* 1. *vers. Puniuntur etiam.* Carer. *in eodem tract. de hæret. n.* 163. *vers. Iura vero nouissima*, Cou. *Var. resol. li.* 2. *c.* 8. *sub n.* 2. vbi aliis relatis testatur de Communi, Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *c.* 45. *nu.* 8. *& cap.* 51. *n.* 64. *vers. Addita postea fuit, & alia pœna*, & extat extrauagans Innocentij IV. registrata per Franc. Pegnam *in Direct. inq. par.* 2. *Comm.* 24. *fol. mihi* 145. *col.* 2. Surd. *cons.* 386. *nu.* 4. *& seq.* Didac. Cantera *in q. crim. rub. de hæret. & c.* 1. *n.* 11. *& cap.* 2. *etiam nu.* 11. Alph. de Castro *de iusta hæreticorum punit. lib.* 2. *cap.* 9. Ant. Gomez *in l. Quadraginta Tauri, nu.* 91. *vers. Tertio*, & principaliter Molina *tom.* 3. *de iustitia par.* 1. *disp.* 658. *n.* 25. Qui & hanc infamiam extendunt etiam ad nepotes patris hæretici. Læl. Zecch. *in summar. par.* 1. *tit. de fide rubr. de hæresi cap.* 11. *nu.* 16. *vers. Ampliatur vt prædicta pœna.* Iacob. de Graffijs *lib.* 2. *suarum decisionum cap.* 11. *nu.* 16.

24 Vide † tamen eundem Simanch. *Cathol. instit. tit.* 29. *rubric. de filiis, & minoribus numer.* 18. vbi concludit, filios Catholicos hæreticorum non priuari nobilitate Patris (loquitur tamen quo ad amissionem priuilegiorum) & amplius quod, etsi filius propter paternam hæresim efficiatur infamis, priueturque omnibus publicis officiis, honoribus, & dignitatibus, non per hoc tamen amittit antiquum priuilegium à suis antiquis Maioribus, Auis, & Atauis deriuatum, vt per eundem Simanch. *Catholic. instit. tit.* 29. *rubr. de filiis, & minoribus num.* 18. vbi de seruata apud eum sententia, & vide rursus Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi lib.* 2. *c.* 28. *nu.* 5. vbi pluribus contra communem probare nititur, propter paternam hæresim filios hæreticorum, eorundemque receptatorum, fautorum, & defensorum non esse infames, allegat Menoch. *in consil.* 808. *nu.* 44. *&* 45. *lib.* 9. & Suarez *tom.* 5. *par.* 3. *disputat.* 48. *sect.* 3. *numer.* 2. & adde rursus eundem Thom. Sanchez, vbi *cap.* 29. *num.* 1. *& seqq.* vbi exactissime, & pluribus firmatis conclusionibus declarat, an, & quando hæreticorum filij priuentur propter paternam hæresim nobilitate patris, & Priuilegiis.

25 Amplia XII. † Quia non solum hæretici, sed etiam eorum filij sunt incapaces successionis extraneorum tam ex testamento, quam ab intestato *l. quisquis §. filii C. ad l. Iul. Maiest. at arguendo de crimine læsæ Maiestatis ad hæresim*, cum aliis per Vmbert. Loc. *in iudic. inquis. in verbo Filij, nu.* 2. *& in verbo Pœna, n.* 9. *vers. Decimoseptimo*, Repert. Inquisit. *in verbo Filij, sub vers. Nunc videndum.* Zanch. *in tract. de hæret. c.* 28. *n.* 2. *vers. Secundo quia*, Ant. Gomez *in l. Tauri quadraginta, num.* 91. *vers. Tertio, & principaliter*, & quod in crimine læsæ Maiestatis hæreticorum filii priuentur omni successione, tam ex testamento, quam ab intestato, dixi supra *qu.* 116. *nu.* 75. *& seqq.* Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *c.* 45. *nu.* 3. *vers. Amplia*, vt sint incapaces, *& n.* 12. Didac. Cantera *in qu. crim. rubr. de hæret. cap.* 1. *num.* 11. *vers. Sed est dubium, & nu.* 12. vbi quod filii hæreticorum sunt incapaces hæreditatis ipsis delatæ, etiam quod eorum pater de hæresi tantum conuictus fuerit, licet non confessus, & eam negauerit, & ante istos hanc eandem ampliationem amplexi sunt Cyn. *in Authen. Gazzaros in fine nu.* 10. *& in dicta l. quisquis num.* 6. Angel. *in l.* 1. *nu.* 4. & ibi Corn. *num.* 21. *C. de hæred. instit.* Anchar. *in cap. statutum il* 2. *num.* 2. *vers. Opponitur de hæret. in* 6. Anan. *in cap. Vergentis nu.* 16. *extra de hæreticis.*

26 Contra hanc XII. † Ampliationem, quod propter paternam hæresim filii Catholici non priuentur successione ex testamento, vel ab intestato, voluerunt Bald. *in l. Gallus §. quidam recte numer.* 2. *colum.* 3. *vers. Tertia ratio est ff. de liber. & posthum.* Iacob. Butrigar. *in l.* 1. *ad med. C. de hæred. instituen.* Ias. *in l. hæreditas num.* 8. *C. de his quib. vt indign.* Segura *in l.* 3. *§. fin. num.* 139. *ff. de lib. & posthum. & in l. Cohæredi §. cum filia nu.* 73. *& seqq. ff. de vulgar. & pupill. ar.* & in specie, quod non priuentur hæreditate Aui paterni, scripsit Simanch. cum allegatis per eum *Cathol. instit. tit.* 29. *de filiis, & minoribus nu.* 19. & generaliter, quod filii hæreticorum orthodoxi licet priuentur hæreditate sibi delata ex testamento, vel ab intestato ab aliquo hæretico, non tamen priuentur hæreditate alicuius Catholici ipsis delata, voluit Alber. *in tract. statut. par.* 1. *q.* 51. *nu.* 13. *& seqq.* vbi alia ad materiam. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 45. *n.* 5. *vers. Limita octauo*, vbi pariter dixit, quod Nepos non impediatur succedere auo fideli. Anton. Gomez *de delict. cap.* 2. *rubr. de Crimine læsæ Maiestatis Diuinæ & humanæ, num.* 13. *vers. Tamen filii*, vbi dixit, quod filij, vel nepotes hæretici, licet non possint succedere patri, vel ascendenti, qui illud crimen commisit, quando bona confiscantur, bene tamen possunt succedere omnibus aliis ascendentibus collateralibus, & extraneis, tam ex testamento, quam ab intestato, idque dicit esse bene notandum ex Iacobo Butrigario, Baldo, Iasone, & alijs ibi allegatis per eum, qui etiam ponit diuersitatis rationem, cur scilicet in crimine læsæ Maiestatis contrarium statutum reperitur, & pro hac opinione vide latissime consulentem, Surd. *cons.* 386. *per totum, lib.* 3. Cephal. *cons.* 103. *num.* 18. *lib.* 1. Didac. Cantera *in quæst. crimi. rubric. de crim. læsæ Maiestatis cap.* 2. vbi ita testatur in practica seruari. Menoch. *cons.* 805. *num.* 23. *&* 24. *vol.* 9. *& cons.* 1128. *per totum, vol.* 12. Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi, lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 35. vbi pariter & ipse tenet, Nepotes Catholicos succedere Auo Catholico, etiam quod pater eorum hæreticus adhuc viuat, Et in idem allegat Menoch. *cons.* 1128. *numer.* 8. *& numer.* 9. *lib.* 12. *& cap.* 29. *nu.* 13. *& seq.* vbi aliis pluribus relatis concordantibus hanc contrariam substinet sententiam, & contrariis respondet.

Limita Eandem XII. † Ampliationem, quatenus verior sit, quia filij propter paternam hæresim incapaces sint cuiuscumque successionis, non autem propter hæresim maternam, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo Filij, nu.* 9. *vers. Et notatur*, reprobata Glossa, *in loco per eum relato*, contrarium tenente; Repertor. Inquisitorum *in verbo Filij, vers. Sed quæro, quoad aliam pœnam*, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.* 28. *nu.* 9. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 45. *nu.* 12. *vers. Quod intellige & nu.* 5. *vers. Limita tamen prædicta.* 27

An † autem isto casu hæreditas deferatur fisco, vel venientibus ab intestato, dixi *in antecedenti quæstione nu.* 102. Et an hæreticorum filij excludantur à successione maioratus, vide latissime differentem eundem Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi, lib.* 2. *cap.* 30. *per totum, & quæ dixi in tit. de crim. læsæ Maiest. quæst.* 116. *num.* 80. *& seqq.* vbi an priuentur successione feudi. 28

Limita I. Propositam † regulam, vt procedat de Iure Canonico, secus de iure Ciuili, secundum quod propter paternam hæresim filij non priuantur hæreditate Patris, text. est *in l. Manichæos, §. Propterea, vers. Sed nec filios, C. de hæreticis*, vbi dicitur; *Sed nec filios hæredes eis existere, aut adire permittimus, nisi à paterna prauitate discesserint*, & ibi Azzo *post nu.* 11. *vers. Et tunc*; Odofred. *nu.* 1. *vers. Item isti non possunt*; Est etiam tex. *in l. hæretici, §. Orthodoxi, Cod. eodem*, vbi ad literam dicitur; *Orthodoxi filij hæreticorum, qui nihil deliquerunt in parentes illibatum accipiunt, & indiminutum, quod eis ab intestato competit.* Quod idem probatur, *in l. Manichæi, la seconda, & in l. Quæ de Samaritis, & apertius in l. cognouimus, & in authentic. idem est, C. eodem*, quibus iuribus expresse probatur, filios Orthodoxos Patri hæretico succedere tam ex testamento, quam ab intestato, & notant Doctores *in dicta l. cognouimus*, Azzo *in summa, rubr. de hæreticis, nu.* 3. *in fine, vers. Etiam filius, & numer.* 4. *& num.* 5. vbi quod etiam hæretici possunt testari ad fauorem filiorum fidelium, *& nu.* 6. vbi quod deficien- 29

ficientibus filiis vocantur ad successionem hæreticorum Cognati, *& nu. 7.* vbi quod filiæ, & neptes hæretici sunt dotandæ, *& in rubr. de Apostatis, nu. 2. vers. Nisi habeat liberos, vel cognatos*; Hostiens. *in summa eadem rubric. de Apostatis, §. qualiter puniantur nu. 3. vers. Nisi habeant liberos*; Goffred. *in eadem summa, rubr. de hæreticis, nu. 7.* Peregrin. *in tract. de iure fisci, lib. 4. tit. 5. nu. 30.* Afflict. *in Constit. Regni, cap. 1. num. 5. de hæreticis & patterenis, rubr. 3. de Apostatis*, vbi loquens de filiis Apostatarum dixit, propter paternam Apostasiam bona non confiscari in præiudicium filiorum, aut cognatorum, Bonifac. de Vitalinis *in rubric. de crimine hæresis, num. 10.* Paris. *cons. 2. nu. 180. lib. 4.* Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 140.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, c. 25. nu. 4. vers. Et certe, quicquid dicant iura ciuilia*; Clar. *in pract. crim. § final. quæst. 78. num. 4. vers. Apostata punitur*, vbi loquitur in filijs Apostatarum; Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 72. nu. 7. vers. publicantur tamen bona Apostatarum*, vbi pariter loquitur de filiis Apostatarum, *& cap. 45 num. 1.* Cardin. Tuschus *pract. conclus. litera A, concl. 424. num. 8.* vbi refert; Clarum *in loco præallegato*, Menoch. *de arbitrar. quæst. lib. 2. Centur. 6. cas. 546. num. 10.* vbi & ipse loquitur de filiis Apostatarum, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisit. par. 3. quæst. 109. Comment. 158. vers. Cæterum fol. mihi 657. colum. 1.* idem Pegna *in addit. ad eundem Eym. vbi supra par. 2. Comment. 9. ad cap. Vergentis, extra, de hæreticis, litera D. fol. mihi 103. col. 1.* Roland. *cons. 8. nu. 36. 37. & 38. lib. 3.* Surd. *cons. 386. nu. 11.*

30 Contrarium, † quod etiam de iure ciuili hæreticorum filij priuentur hæreditate paterna, nisi fuerint Manichæi, de quibus loquitur text. *in l. Manichæi, & in l. Cognouimus, C. de hæreticis*, probauit Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 26. nu. 3.* Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi. lib. 2. cap. 29. num. 9.*

31 Veritas † est, quod de iure Authenticorum filij hæretici siue non discedant à prauitate paterna, siue etiam discedant, illius hæreditate priuantur, prout voluit Iacob Butrigar. *in dicta l. Manichæos, in fine, C. de hæreticis.* & ibi etiam Salycet. *nu. 1.* & probatur in authentic. *Gazzaros, in principio C. eodem*, vbi ad literam dicitur; *Ita quod filij eorum ad successionem eorum peruenire non possunt, cum longe grauius sit æternam, quam temporalem offendere maiestatem*, & ibi Bellapertic. *in vers. Item est de Nestorianis* Cyn. *num. 1. & 2.* vbi reprobat Goffredum, & Tancredum contrarium tenentes, Alberic *nu. 1.* Salycet *nu. 1.* idem Alberic. *in authent. idem de Nestorianis, in principio C. eodem*, idem Alberic *in prima parte statutorum; quæst. 151. num. 1. & seqq.* vbi proponit contraria, & illis respondet, Felin. *in cap. Vergentis, post nu. 4. extra, de hæreticis*, Simanch. *Cathol. inst. tit. 9. rubr. de bonis hæreticorum, nu. 3. & seqq.* vbi quod contraria opinio communiter damnata est, Summa Tabien. *in verbo hæreticus, num. 6.* Repertor. Inquisit. *in verbo Confiscatio. vers. Sed Gazzaros, & vers. An filij, vel nepotes*; Peregrin. *in tract. de iure fisci, lib. 4 tit. 5. nu. 30.* Paris. *cons. 2. nu. 182. lib. 4.* Clar. *in pract. crimin. § hæresis, num. 12. vers. Et scias, vbi aliis relatis testatur de Communi*; Francisc. Pegna *in addit. ad Eymeric. in Director. Inquisit. par. 3. q. 109. Comment. 158. vers. Multis vero postea seculis, fol. mihi 657. colu. 1.* idem Francisc. Pegna *in addit. ad eundem Eymeric. vbi supra, par. 2. Commentar. 9. ad cap. Vergentis, extra de hæreticis, vers. Cæterum hodie. fol. mihi 103. colum. 1.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 45. nu. 3.* Ioan. à Rojas *singul. 46. cons. 386. num. 11. & seqq.*

32 LIMITA II. † Eandem regulam non procedere in terris Imperij, in quibus cum seruetur ius ciuile, & de iure ciuili, vt dixi, filius non priuatur hæreditate Patris hæretici, sequitur, quod in eisdem terris Imperij eadem hæreditatis priuatio locum non habeat, fuit opinio Goffred. *in summa rubric. de hæreticis, num. 7. & seqq.* Ioan. Andr. *in capit. Vergentis, numer. 5. ad finem, vers. Ego credo, extra, de hæreticis*, Bonifac. de Vitalinis *in rubric. de crimine hæresis, numer. 10.* Decian. *in tractat. criminal. lib. 5. cap. 45. num. 4.*

Contrarium † verius, tum quia, vt dixi *supra hac eadem quæst. num. 31.* de iure authenticorum filij propter patris hæresim priuantur illius hæreditate, tum etiam quia in crimine Ecclesiastico, prout est crimen hæresis, seruatur Ius Canonicum & non ciuile, vt bene defendit Alberici *in l. cognonimus nu. 2. C. de hæreticis, & expresse in d. cap. Vergentis, extra de hæreticis, scripserunt Glossa in verbo Exhæredatio*, Host. *in eodem verbo Exheredatio.* Henrich. Boich. *nu. 4. 5. & 6.* vbi post plura hinc inde adducta hanc probat sententiam, Ancharan. *num. 7.* Anton. de Butrio *num. 11.* vbi aliorum relatis sententiis in hac residet opinione, Abb. *nu. 5.* vbi miratur de Ioanne Andrea tenente contrariam sententiam, Marian. Soccin. *numer. 8. in fine*, vbi quod opinio Ioannis Andreæ est falsa, & Ioan. de Anania *num. 17.* vbi aliorum relatis distinctionibus, & opinionibus, in hac residet sententia, & testatur de Communi. Gemin. *in cap. accusatus § si vero nu. 5. vers. Aut attendimus rigorem, de hæreticis in 6.* Summa Angelica *in verbo hæreticus, nu. 7. in fine*, vbi testatur de veriori opinione, licet contrarium magis pium existimet, & ibi in additionibus *litera D, in verbo In aliis*, summa Syluestrina *in eodem verbo hæreticus § 1. nu. 14. vers. Et Goffredus dicit*, vbi pariter dixit, Goffredi contrariam sententiam esse magis piam quam veram, quando de paterna hæresi legitime constat, vel quia publice contra fidem professus est, & prædicauit, vel de hæresi confessus, aut conuictus fuerit, Repertor. Inquisitor. *in verbo Confiscatio, vers. Item bona hæreticorum*, Paris. *cons. 2. nu. 182. lib. 4.* Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 140.* Roland. *cons. 8. nu. 35. & omnibus seqq. lib. 3.* vbi aliis relatis testatur de Communi, Francisc. Pegna *in addit. ad Eymeric. in Director. inquisit. par. 2. Comment. 9. litera D. vers. Cæterum hodie & seq. fol. mihi 103. col. 1.* 33

LIMITA III. † in Patre hæretico pœnitente, cuius filij hæreditate paterna non priuantur propter Patris hæresim, Tex. est *in cap. statutum al. 2. de hæretic. in 6.* vbi expresse cauetur, filios, & nepotes hæreticorum puniri propter paternam hæresim, dummodo eorum patres non sint emendati, & incorporati Ecclesiæ, pœnitentiam ipsis impositam exequentes, aut parati illam suscipere, & exequi, Felin. *in cap. vergentis num. 4. vers. Fallit tertio, extra, de hæreticis*, Azzo *in summa rubr. de hæreticis n. 5. vers. Si tamen postea resipiscant*, Hostiens. *in eadem summa dicta rubr. de hæreticis; § deprehendatur nu. 3. vers. Et sic potest intelligi, & § qua pœna feriatur num. 8. vers. Licet si ante condemnationem resipiscant*, Summa Angelica *in verbo hæreticus, num. 8. in fine, vers. Et etiam nisi emendati*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo Filij, nu. 4. & nu. 5. vers. Et similiter, & in verbo Gratia, num. 4. vers. Fallit tamen*; Repert. Inquisitorum *in verbo Filij, sub vers. Nunc videndum, ibi. Et hoc intelligendum de filiis & Nepotibus*, Et iterum *infra, ibi, Sed circa prædicta quæritur*, vbi ponit rationem huius conclusionis Simanch. *Cathol. Instit. tit. 29. rubr. de filiis, & minoribus nu. 15.* Zanchin. *in tract. de hæreticis cap. 28. nu. 3.* Gandalin. *in tract. de hæreticis quæst. 23. nu. 1. in fine, vers. Item illud intellige* Decian. *in tract. crimin. lib. 5 cap. 45. num. 5. vers. Limita tertio, & cap. 54. nu. 6.* Bursat. *cons. 7. num. 32.* vbi de communi *& cons. 14. nu. 34. in fine*, Surd. *Cons. 386. nu. 14. & seq.* vide *in Fragmentis litera C. nu. 358. & seq.* & infra hac eadem quæstione *nu. 64.* Didac. Cantera, *in quæst. crimin. rubr. de hæret. cap. 1. nu. 11. vers. Quod supradictum est*, vbi propterea infert, quod filij non sunt incapaces hæreditatis sibi delatæ, quando eorum Pater pœnitens fuerit Ecclesiæ reconciliatus. Nauar. *Cons. 23. n. 4. vers. Prima quidem tit. de hæreticis lib. 5.* vbi ampliat hanc limitationem, etiam quod pater fuerit pœnitens in articulo mortis. Et quid si pœnituerit, postquam est relapsus, dixi etiam *supra hac eadem quæst. nu. 18.* 34

Contrarium † suadetur ex ijs quæ dixi *supra in antecedenti* 35

*denti quæstione nu.*134. vbi quod pœnitens non recuperat bona confiscata; Ergo nec eorum filij, præsertim cum hæreticorum bona ipso iure censeantur confiscata, prout dixi *supra in præcedenti q.n.*3. & in specie quod filijs hæretici pœnitentis bona non restituantur de iure, nisi ex misericordia, voluit Rosella *in summa in verbo hæreticus, nu.*7. & non est mala opinio, & faciunt Doctores allegati supra *dicta quæst.*190. *nu.*144.

36 Limita IV. † in filijs emancipatis, quibus Pater sua bona donasset; nam & ipsi non priuantur propter paternam hæresim bonis sibi iam donatis, ex allegatis per Decian. *in tract. crimin. lib.*5. *cap.*45. *num.*5. *vers. Limita quarto*; vide supra *in quæst.*116. *num.*84.

37 Limita V. † in filiis sponte reuelantibus hæresim Patris, qui propterea nec pœnam infamiæ nec vllas alias pœnas incurrunt, & præsertim priuationis officiorum, beneficiorum, aut paternæ hæreditatis, prout extat Constit. Frederici Imperatoris *incip. Commissi, vers. Nec quidem*, relata per Pegnam inter literas Apostolicas *in Director. inquisit. fol. mihi* 16. Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum filiorum & nepotum, post num.*4. *& in rubr. de pœnis receptatorum &c. nu.*3. *ante finem*, Summa Armilla *in verbo hæresis, nu.*5. *vers. Nisi filii reuelassent Patris delictum*: Tabien. in summa *in verbo hæreticus, nu.*6. *vers. Fallit hic Repertor. inquisitorum in verbo Bona, vers. Sed an sint aliqui casus, & in verbo. Detegitur, vers. Item notandum, & in verbo Filii, vers. Sed filii possunt excusari, & in vers. Sed circa supradicta; ad finem*, Afflict. *in const. Regni de Haret. & Pattarenis rubr.*2. *nu.*51. Simanch. *Catholic. instit. tit.*29. *rubr. de filiis, & minoribus nu.*46. *& seqq.* Zanchin. *in tract. de hæreticis cap.*25. *nu.*4. *vers. Primus quando*, Decian. *in tract. crimin. lib.*5. *cap.*51. *nu.*802. Ioan. à Rojas *Singular.* 12. *nu.*5. idem Decian. *vbi supra in tract. crim. dicto lib.*5. *cap.*45. *n.*5. *vers. Limita nono*; Alphons. de Castro, *de iusta hæreticorum punitione cap.*26. Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Director. Inquisitorum par.*2. *Comment.* 15. *ad cap. literas de præsumptionibus, vers. Hoc addiderim fol. mihi* 123. *colum.*2. Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi lib.*2. *cap.*27. *nu.*30.

38 Limita VI. † Quando Pater de hæresi condemnatus fuit, non tanquam confessus, aut conuictus, sed tanquam suspectus de hæresi, tunc enim filij non priuantur illius hæreditate, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo filii, nu.*4. Repertor. Inquisitorum *in eodem verbo filii, vers. Item in ipsos filios, & vers. seq.* Zanchin. *in tract. de hæreticis cap.*28. *nu.*3. Decian. *in tract. crim. lib.*5. *cap.*45. *nu.*5. *vers. Limita decimo.* vide supra *quæst.* 189. *nu.*86. & infra *in fragmentis litera C. nu.*364. *& etiam* infra *hac eadem quæstione num.*67.

39 Limita VII. † in filiis conceptis, & natis ante crimen hæresis à patre commissum, qui propterea non priuantur paternis bonis, nec incurrunt pœnas, quas filii propter paternam hæresim incurrunt, ex plene deductis per Ioan. de Anania *in cap. vergentis num.*17. *extra, de hæreticis*, vbi relatis contrariis hanc testatur æquiorem, & fauorabiliorem sententiam, Vmbert. Locat. *post iudicial. inquisitorum quæst.* 22. vbi testatur de securiori opinione, & pietati viciniori; Simanch. *Catholicar. institution. tit.*29. *rubr. de filiis, & minoribus num.* 22. *& pluribus seqq.* vbi relatis contrarium tenentibus, hanc vti veriorem defendit sententiam, *& in Enchiridion Violat. Religionis tit.*63. *rubr. de filiis hæreticorum num.*10. *&* 11. Ioan. Calderin. *cons.*3. *tit. de hæreticis*, vbi arguit pro, & contra, & in hac residere videtur sententia, & loquitur in pœna priuationis bonorum, dignitatum, & publicorum officiorum: Paris. *cons.*2. *num.*183. *lib.*4. Clar. *in pract. crimin. §. hæresis, num.*15. *vers. Quæro nunc*, vbi dixit hanc opinionem sibi magis placere tamquam æquiorem, & benigniorem: Decian. *in tract. crimin. lib.*5. *cap.*45. *nu.*5. *in fine, vers. Limita Vndecimo*, Igneus *in l. final. num.*32. *& seqq. ff. ad Syllanianum & in qu. an Rex Francia recognoscat superio-rem num.* 11. Nauar. *cons.* 23. *titulo de hæreticis lib.*5. Suarez *in thesauro receptarum sententiarum litera H. in verbo hæreticos, condemnati nu.*118. Thom. Sanchez. *in præcept. Decalogi lib.*2. *cap.*27. *n.*10. *& omnibus seqq.* vbi plures alios in hanc eandem refert sententiam, latissime eam comprobat, & omnibus contrariis respondet, & *nu.*17. *in fine*, ita sæpius fuisse indicatum testatur ex Manuele, quem allegat *in summa tom.*1. *cap.*130. *nu.*5. vide infra *in fragmentis litera C. nu.*351. *& seq.* & supra *quæst.*116. *nu.*91. *& seqq. & infra hac eadem quæst. num.*52.

Contrarium † in practica seruari testatur Simanch. *Cathol. instit. tit.*29. *num.*22. Ioan. à Rojas *in tract. de hæret. par.*2. *num.*356. Pegn. *ad Eymeric. in Director. inquisit. par.*3. *commentar.*163. *col.*2. *vers. Omissis tamen rationibus*, Claudius Aquen. *in l. si quis id quod nu.* 14. *ff. de iurisd. omn. iudic.* voluit Rota in vna Conchen. pensionis coram Peregrino, Veneris 6. Martij 1598. *versic. Primo, & pluribus seqq.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo Filij, num.*5. *in fine*, vbi in hac opinione tanquam vltimo loco per eum relata residere videtur: Repertor. Inquisitorum, *in eodem verbo filij, vers. Sed quæro, an pœnæ prædictæ*; Gundisalu. *in tract. de hæreticis quæst* 23. *num* 5. Decian. *in tract. crimin. lib.*5. *cap.*45. *num.*3. *vers. Amplia, vt procedat*; Ioan. à Rojas *Singul.*68. vbi relatis contrarium dicentibus hanc substinet sententiam, Gabriel. Quemada *quæst.* 24. *num.*8. *vers. Sed contrarium*, Bursat. *cons.*7. *nu.*31. vbi de communi. Et pro hac opinione adde plures alios, quos refert, sed non sequitur Thom. Sanchez. *in præcept. Decalog. lib.*2. *cap.*27. *sub num.*29. Ex quibus licet postea *num.*10. primam sententiam probabiliorem affirmet, hanc tamen probabilissimam non inficiatur, & *nu.*15. vbi declarat, quomodo sit accipiendum tempus hoc delicti paterni, dicitque non esse intelligendum, quando pater interna hæresi affectus fuit, sed quando per exteriores actus se hæreticum patefecit, Iacob. de Graffijs *lib.*2. *suarum decisionum, cap.*11. *num.*22. 40

Limita VIII. † Quia & si filij puniantur propter paternam hæresim, non tamen è contra pater punitur propter hæresim filij, Carer. *in tract. de hæreticis nu.*175. *in fine*, Decian. *in tract. crim. lib.*5. *cap.*45. *num.*9. vide supra *in quæst.*116. *nu.*120. 41

Limita IX. † Quia licet filij hæreditate priuentur propter hæresim Patris, hoc tamen intelligi deberin rebus, & bonis, quæ ad filios non poterant peruenire, nisi per successionem paternam, secus de bonis, quæ non ex successione, seu persona Patris, sed alio iure ad ipsos peruentura erant, vt sunt bona Patri concessa, vel ab ipso empta, & acquisita pro se, & filijs, quia tunc bona prædicta non confiscantur, cum ad filios transeant non vt ad hæredes, sed vt ad filios ex præcedenti contractu, ex plene allegatis per Henrich. Boich. *in c. vergentis nu.*6. *vers. Hoc crede verum, extra de hæreticis.* 42

Limita X. † regulam non procedere, quando Patris hæretici, & defuncti memoria damnatur, tunc enim bonorum confiscatio non procedit in præiudicium filiorum, dixi supra *q.*90. *nu.*110. *& seq. Hic repetere non est necesse.* 43

Argumentum.

De filiis hæreticorum clericis, quando ob paternam hæresim beneficiis priuentur.

Summaria.

*Filij hæreticorum clerici priuantur beneficiis si qua habent propter paternam hæresim, nu.*44. *licet alij contra, nu.*55.

*Filii hæretici occulti non priuantur beneficiis, nec ad illa obtinenda inhabiles redduntur, num.*69.

*Filij hæreticorum non incurrunt aliquam pœnam propter hæresim paternam, de qua non constet nisi per contumaciam, n.*68.

Filij hæreticorum clerici priuantur propter paternam hæresim beneficiis Ecclesiasticis ipso iure, nu. 46. declara hoc procedere in beneficiis acquisitis post paternam hæresim, secus in acquisitis antea, num. 47.

Filij hæreticorum clerici propter paternam hæresim sunt inhabiles ad obtinenda beneficia, nu. 48.

Filij credentium, receptatorum, fautorum, & defensorum hæreticorum clerici propter paternam hæresim beneficiis priuantur, num. 49.

Clerici nepotes, & descendentes hæreticorum ex linea paterna vsque ad secundam generationem priuantur beneficiis, n. 50. nepotes, & descendentes per lineam maternam vsque ad primam generationem, num. 51.

Filij hæreticorum clerici priuantur beneficiis etiam quod nati sint ante delictum patris, num. 52. licet alij contra, nu. 53.

Filij hæreticorum clerici propter paternam hæresim priuantur beneficiis etiam quod sint naturales, & illegitimi, nu. 55.

Filij hæreticorum clerici propter paternam hæresim priuantur beneficiis etiam quod Pater de hæresi sit condemnatus in contumaciam, nu. 55. contra, nu. 56.

Clerici hæreticorum filij propter paternam hæresim priuantur beneficiis etiam obtentis antequam pater esset hæreticus, n. 57. contra, num. 58. indigeret hæc quæstio Pontificia resolutione, num. 59.

Filij hæreticorum priuantur non solum beneficiis, sed etiam pensionibus, nu. 60. contra, nu. 61.

Filij hæreticorum, fautorum, defensorum & receptatorum eorum non possunt ad sacros ordines promoueri, nu. 62.

Filij matris hæreticæ propter maternam hæresim priuantur hæreditate materna, num. 62.

Filij pœnitentes hæretici clerici non priuantur beneficiis, nu. 64. fallit si fuerit hæreticus relapsus, licet pœnitens, num. 65. licet alii contra, nu. 66.

Filii hæreticorum clerici non priuantur beneficiis, si eorum Pater fuerit condemnatus de hæresi, non vt confessus, aut conuictus, sed vt suspectus, nu. 67.

QVÆST. CXCI. §. 2.

44 REGVLA † sit affirmatiua, quod clerici filij hæreticorum, licet non deliquerint, propter paternam hæresim priuantur beneficijs Ecclesiasticis, si quæ habent, prout est Text. *in cap. vt commissi § priuandi*, & Ioan. Monach. *ante nu. 1. vers. Tertio &c.* Gemin. *num. 3.* & Philipp. Franch. *etiam num. 3. de hæreticis in 6.* extat constitutio Alexandri IV. edita de anno 1258. *incip. Quod super*, relata per Francisc. Pegnam inter literas Apostolicas post Director. inquisitorum *fol. mihi 30.* nec non alia eiusdem Pontificis constitutio edita de anno 1259. *incip. Ad extirpanda, versic. Teneatur quoque potestas*, relata vt supra *fol. 42.* & alia Honorij IV. edita de anno 1286. *incip. Exhibita*, relata vt supra *fol. 71.* Ioann. Calder. *in tract. de pœnis hæreticorum & similium num. 2. in fine, & in rubr. de pœnis hæreticorum filiorum & nepotum post numer. 4.* Carer. *in pract. criminal. in 4. tractat. de hæreticis, §. nunc de pœnis numer. 5. secundum aliam impressionem, numer. 141.* & sic expresse voluerunt omnes Doctores allegati *infra hac eadem quæst. num. 56.* & extat constitutio Gregorij IX. registrata per Francisc. Pegnam inter literas Apostolicas post Director. inquisitorum *fol. mihi 3. in fine, versic. Filii autem*, & Alexandri IV. registrata ab eodem Pegna post. Director. inquisitorum *fol. mihi 31. versic. Frequenter etiam*, & Frederici Imperatoris registrata pariter ab eodem Pegna inter dictas literas Apostolicas post eundem Director. inquisitorum *fol. mihi 57. vers. Cæterum autem*, & alia Honorij IV. registrata ab eodem Pegna *vbi supra fol. mihi 71. in principio*, Archidiac. *in cap. Dixit Apostolus num. 1. 24. quæst. 3.* & ibi etiam Bellamer. *post num. 2. & in verbo hæreticum*, Summa Tabien. *in verbo hæreticus, n. 6. in fine, vers. Et filii*, Repert. Inquisitorum *in verbo Filii, vers. Nunc videndum; ibi; Et non solum Inquisitores*; Gundisal. *in tract. de hæreticis quæst. 23. num. 2.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 45. num. 5.*

Et † licet Clarus *in pract. criminal. § hæresis num. 14. vers. Item Clericus, in fine*, ex Simancha quem allegat *in tract. de hæreticis cap. 29. nu. 7.* dicat ipsa consuetudine obtentum esse, quod Filii hæreticorum non priuantur beneficiis, nec ipso iure, nec per sententiam, & quod hæc opinio est tutior atque benignior, & Clarum sic dicentem refert etiam Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz in pract. crimin. Canonic. cap. 114. litera A. post vers. Quinimo filii*, Ego tamen, vt verum fatear, Simancham eo loci hoc dicentem inuenire non potui, & in omni casu a iure scripto non esse in proposito recedendum, & hanc pœnam filiis propter Patris delictum à Canonibus impositam non in rigore, sed in summa æquitate fuisse fundatam, bene docet Rota in vna Conchen. pensionis coram Peregrino, Veneris sexta Martij 1598. 45

AMPLIA I. † hanc regulam, quia clerici filii hæreticorum priuantur beneficiis Ecclesiasticis ipso iure, secundum Henrich. Boich *in d. cap. Vergentis num. 12.* & ibi etiam Ioan. de Anania *eodem num. 12. vers. de crimine autem hæresis*; Gundisalu. *in tractat. de hæreticis quæst. 13. num. 2. in principio*, Couar. *variar. resolution. lib. 2. cap. 8. nu. 4. vers. Cæterum*, vbi aliis relatis concordantibus testatur de magis communi Doctorum opinione, Clar. *in pract. criminal. §. hæresis, numer. 14. versic. Item clericus*, vbi pariter testatur de magis communi, & extant constitutiones Pontificiæ *supra in regula*. Thom. Sanchez. *in præceptis Decalogi l. 2. cap. 27. numer. 27. & seq.* vbi proposita quæst. an exigatur sententia ad hoc, vt eorum filii & nepotes incurrant pœnam inhabilitatis ad beneficia, concludit ex Azzor. & aliis ibi relatis pro affirmatiua, dummodo manifestum, & notorium fuerit, parentes fuisse hæreticos & in hæresi vsque ad mortem perstitisse, *& cap. 28. num. 32.* firmat conclusionem quod filii hæreticorum sunt ipso iure priuati beneficijs obtentis post parentum condemnationem. 46

LIMITA Hanc I. † Ampliationem procedere in beneficiis acquisitis à filiis hæreticorum post incursam paternam hæresim, tunc enim ipso iure illis priuantur, secus in beneficiis acquisitis ante delictum Patris, quibus licet secũdum vnam opinionem priuentur, de qua dixi infra *num. 57. & seq.* vbi vide, non tamen ipso iure priuati sunt, vt in Repertor. Inquisitorum *in verbo Filii, vers. Supra dictum est*, vbi cum hac distinctione concordantur contraria. 47

AMPLIA II. † vt clerici hæreticorum filij non solum priuentur beneficiis obtentis, sed etiam sint inhabiles ad alia obtinenda beneficia, Tex. est *in c. Quicumque, §. hæretici, de hæreticis in 6.* vbi ad literam dicitur; *Quod hæreticorum, eorumque credentium, receptatorum, defensorum, & fautorum filii vsque ad secundam generationem ad nullum Ecclesiasticum beneficium admittantur.* Et ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, versic. Sed vtrum filii, & in verbo Secundum, & in verbo Beneficium*, Ioan. Monach. *ante numer. 1. in verbo Filii*, Archidiacon. *post num. 9.* Ioan. Andr. *col. penultima in verbo Beneficium.* Geminian. *num. 1. & num. 2. versic. Glossa, in verbo Filii*; Est etiam Tex. *in cap. statutum, il primo, eodem tit. in 6.* vbi per eadem fere verba idem disponitur, & ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus in principio*, Ioan. Andr. *ante num. 1.* Geminian. *in Summario ante num. 1. & num. 2. vers. Nota quod Ecclesia*, & Franch. *etiam in summario*, Henric. Boich. *in cap. Vergentis num. 12.* & ibi etiam Ioan. de Anania *eodem nu. 12. vers. De crimine autem hæresis, extra, de hæreticis*, extat constitutio Nicolai III. edita de anno 1281. *incip. Nouerit vniuersitas, vers. hæretici autem*; relata per Franch. Pegnam inter literas Apostolicas, *in Director. inquisitor. fol. mihi 67.* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis rub. de pœnis hæreticorum, filiorum, & Nepotum n. 4. post medium* Aufr. *decis.* 48

Tholos.

Tholesan.120. Marsil. in rubr. de fideiuss. in 12. quæst. nu. 100. Rebuff. in pract. benefic. par. 3. de modo amittendi beneficia nu. 25. Gundisalu. in tract. de hæreticis quæst. 23. nu. 1. vers. Puniuntur etiam, Zanchin. in tract. de hæreticis cap. 28. nu. 2. vers. Tertia pœna est, Anton. Gomez. de delictis, rubric. de crimine læsæ Maiestatis Diuinæ & humanæ, num. 4. Simanch. Catholic. institut. tit. 28. rubr. de filiis, & minoribus nu. 13. Franc. Pegna in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitorum par. 3. qu. 114. commentar. 163. vers. In hac breui quæstiuncula, & seqq. vbi hanc conclusionem pluribus rationibus comprobat, Archidiacon. in cap. Dixit Apostolus nu. 1. 24. quæst. 3. & ibi etiam Bellamer. post num. 2. in verbo hæreticum, vers. Et Innocentius, Armilla in summa in verbo hæresis, nu. 7. Ioan. à Rojas in tract. de hæreticis par. 2. assertion. 42. numer. 337. cum allegatis per eum; Rosella in summa in verbo hæreticus, num. 28. summa Syluestrina in eodem verbo hæreticus, §. 1. numer. 14. vers. Quarta hæreticorum pœna, summa Tabien. in dicto verbo hæreticus, numer. 8. Vmbert. Locat. in iudicial. inquisitorum, in verbo Beneficium, numero 1. & in verbo Filij, num. 3. & numer. 10. idem Ioan. à Rojas Singular. 66. numer. 1. Repertor. Inquisitorum in verbo Filij, sub vers. Nunc videndum est in tertia pœna, & in versic. Alia vero pœna; Afflict. in constitution. Regni, de hæreticis & Pacterenis, n. 29. vers. Iam puniuntur eius filij, Surd. consil. 386. num. 4.

Namquid autem filij hæreticorum inhabiles effecti ob paternam hæresim ad obtinenda alia beneficia, possint, beneficium ante inhabilitatem obtentum permutare, vide Thom. Sanchez in præceptis Decalogi lib. 2. cap. 28. nu. 33. & seqq.

49 Amplia III. † Vt non solum filij hæreticorum priuentur beneficijs quæ habent, inhabilesque sint ad alia obtinenda, sed etiam filij credentium hæreticorum, eorumq; receptatorum, fautorumque, & defensorum sint vt supra priuati, & inhabiles respectiue, sic enim de filiis credentium, receptatorum, defensorum, & fautorum expresse loquuntur iura Canonica in cap. vt commissi, in cap. credentium, in cap. quicumque §. hæretici, & in cap. statutum, de hæreticis in 6. & ibi communiter omnes Canonistæ; Archidiac. in cap. Dixit Apostolus nu. 1. 24. qu. 3. Et extat constitutio Alexandri IV. edita de anno 1258. incip. Quod super, vers. Frequenter etiam, relata per Francisc. Pegnam inter literas post Director. inquisitorum fol. mihi 30. & alia constitutio Clementis IV. edita de anno 1265. incip. Ad extirpanda, vers. Teneatur quoque potestas, relata vt supra fol. 61. & alia Nicolai III. edita de anno 1281. incip. Nouerit vniuersitas, vers. Hæretici autem relata vt supra fol. 67. Ioan. Calderin. in tract. de hæreticis, rub. de pœnis hæreticorum, filiorum, & nepotum post nu. 4. & dicto nu. 4. post medium, & in rubr. de pœnis receptatorum &c. nu. 3. in fine, & num. 4. Vmbert. Locat. in iudicial. inquisitorum in verbo Beneficium, nu. 1. & in verbo Pœna, num. 11. in fine, Repertor. Inquisitorum in verbo Filij, sub versic. Nunc videndum, ibi. Non solum Inquisitores, Simanch. Catholicar. institut. tit. 29. rubr. de filiis & minoribus numer. 13. vide supra hac eadem quæstione num. 13.

50 Amplia IV. † Vt non solum filij hæreticorum, sed etiam descendentes, & nepotes vsque ad secundam generationem beneficijs Ecclesiasticis sint priuati, & ad alia obtinenda reddantur inhabiles, iura sunt expressa in cap. Vt commissi §. Priuandi, in cap. statutum, il primo, & in cap. Quicumque §. hæretici, de hæreticis in 6. & ibi communiter omnes Canonistæ. Extat Constitutio Innocentij IV. edita de anno 1254. incip. Nouerit Vniuersitas, vers. Hæretici autem, relata per Pegnam inter literas Apostolicas in Directorio inquisitor. fol. mihi 21. Ioan. Calderin. in tract. de hæreticis rubr. de pœnis hæreticorum, & similium nu. 2. in fine, & in rubr. de pœnis hæreticorum filiorum, & nepotum post nu. 4. Carer. in tract. crim. in 4. tract. de hæreticis §. nunc de pœnis num. 5. Gundisalu. in eodem tract. de hæretic. quæst. 23. num. 1. Paul. Ghirland in dicto tract. de hæret. quæst. 3. nu. 3. in fine, Rebuff. in pract. beneficial. par. 3. de modo amittendi beneficia nu. 26. vers. Idem in nepotibus, Simanch. Cath. instit. tit. 29. rub. de filiis & minoribus, nu. 13. Pegna in addit ad Eym. Direct. inq. par. in 4. q. 114. Comm. 163. fol. mihi 726. col. 1. post principium, vers. Respondemus, Petr. Greg Syntagma. iuris lib. 33. c. 8. nu. 33. Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 45. n. 5. vers. Item perdunt filij, in fine, Couar. Variar. resolut. lib. 2. cap. 8. nu. 2. vbi alijs relatis testatur de Communi. Et extant plures Pontificum Constitutiones supra in regula relatæ, Archidiac. in cap. Dixit Apostolus nu. 1. 24. qu. 3. vide quæ dixi supra quæst. 116. nu. 89. & seq. & hac ead. quæst. sup. num. 21.

Limita Præcedentem IV. † Ampliationem procedere in filijs, & nepotibus descendentibus per lineam paternam, & masculinam, secus autem in descendentibus per lineam maternam, & fœmininam, qui propterea non priuantur beneficijs, nec ab ea obtinenda inhabiles redduntur, nisi vsque ad primam generationem, prout est tex. in cap. statutum, il primo, de hæreticis in 6. cuius verba sunt hæc; Primum & secundum gradum, per paternam lineam comprehendere declaramus, per maternam vero ad primam dumtaxat volumus hoc extendi. Et ibi hoc adnotarunt Glossa in figuratione casus, vers. Quæritur, & in verbo Inane. vers. Si Titius, vbi ponit exemplum in hæretico habente filium, & sic nepotem ex filia, vel in muliere hæretica habente nepotes ex filiis, vtroque enim casu scilicet nepos hæretici ex filiis, & nepotes ex filia hæretica non comprehenduntur sub dicta pœna, vt ibi per eam in dicto verbo Inane, & in verbo Primum, & secundum gradum, Ioan. Monach. num. 1. & seqq. Gemin. in summario, num. 1. & nu. 2. vers. Nota argumentum, & vers. Quæro quare includatur, & Franch. in summario, & num. 1. in secundo notab. Gundisalu. in tract. de hæreticis qu. 23. num. 1. vers. Puniuntur etiam, Zanch in tract. de hæreticis c. 28. n. 10. Anton. Gomez Variar. resolution. tom. 3. cap. 2. num. 4. Simanch. Cath. instit. tit. 29. rubr. de filiis, & minoribus nu. 15. vbi plures affert rationes huius differentiæ inter lineam paternam, & materiam, Decian. in tract. criminal. lib. 5. cap. 20. nu. 4 & c. 45. n. 4. vers. Item perdunt filij, in fine, Franc. Pegna in add. ad Eymeric. in Director. inquisitor. par. 3. qu. 115. vers. Respondemus, vbi ponuntur verba Eymerici, & in suo Comm. 194. in principio, vers. Quantum ad primam, & vers. seq. vbi & ad aliam reddit rationem, Archidiac. in cap. Dixit Apostolus numer. 2. & 3. 24. quæst. 3. vbi arguit, pro & contra, & in hac residet sententia, & ibi etiam Bellamer. numer. 2. in fine, vers. Sed ex hoc quæro, & numer. 3. Ioan. Calderin. in tract. de hæret. rubr. de pœnis hæreticorum filiorum & nepotum, num. 4. ante finem, & in rubr. de pœnis receptatorum, pariter nu. 4. ante finem, Summa Armilla in verbo hæresis, num. 7. Rosella in summa in verbo hæreticus, nu. 28. summa Syluestrina in eodem verbo hæreticus, §. 1. num. 14. vers. Quarta hæreticorum pœna est, Tabien. in summa in dicto verbo hæreticus, nu. 6. in fine, vers. Et filij, & num. 8. Vmbert. Locat. in iud. inq. in verbo Filij, num. 5. Gundisal. vbi supra quæst. 23 num. 1. vers. In descendentibus autem, idem Decian. vbi supra in tractat. criminal lib. 5 cap. 45. num. 5 in fine, vers. Et hoc intellige, Molin. tom. 3. de iustit. par. 1. disput. 658. n. 19. vers. filij autem, Suarez tom. 5. par. 3. disputat. 43. sect. num. 1. Azzor. instit. moral. par. 1. lib. 8. cap. 13. quæst. 8. in 8. hæreticorum pœna, Thom. Sanch. in præcept. decal. lib. 2. cap. 24. num. 2. 3. & 4. vbi respondet Constit. Pauli IV. Gregor. XIII. & Frederici Imp. vide supra hac eadem quæst. numer. 22.

Amplia V. † Vt clerici filii hæreticorum beneficiis quæ habent priuati remaneant, & ad alia obtinenda inhabiles sint, non solum si fuerint nati post patris delictum, sed etiam antea, sic enim relatis, & reprobatis contrariis doctorum auctoritatibus, & rationibus late defendit Couarruu. Variar. resolution. lib. 2. cap. 8. numer. 5. 52

per totam, Ioan. à Rojas in tract. de hæret. par. 2. assert. 4. num. 354. seqq. vbi pariter testatur de magis Communi, & vsu, ac consuetudine recepta sententia, & singular. 68. vbi pluribus hanc probat sententiam, & alios refert concordantes, & hanc affirmatiuam sententiam, pariter relatis alijs antiquioribus Doctoribus idem tenentibus, late defendit veriorem, securiorem, & magis Communem testatur, & ab ea in iudicando, & consulendo non esse recedendum scripsit Pegn. in add. ad Eymer. in Direct. inquisit. par. 3 qu. 114. Comment. 163. vers. Illud propterea quæsitum, & seqq. fol. mihi 726. col. 2. Læl. Zecch. in summa par. 1. tit. de fide rub. de hæresi cap. 11. n. 116. vers. Ampliatur vt prædicta pœna, & ita etiam alias resoluit Rota coram eodem Pegna in vna Conchen. pensionis, lunæ 24. Octobris 1594. & in eadem causa coram Peregrino Veneris 6. Martij 1598. vers. Primo & seqq. vbi late probat hanc sententiam, & respondet contrarijs, Surd. cons. 386. num. 7. Azzor. Iesuita institut. moral. par. 1. lib. 8. cap. 13. rubr. de quarta hæreticorum pœna quæst. 8. vide supra quæst. 116. num. 91. & seqq. & hac eadem quæst. num. 39. & infra in fragmentis litera C, nu. 351. & sequenti.

53 Quicquid † secus contrariam opinionem defendendo, & alios antiquiores concordantes referendo late etiam scripserit Simanch. Cath. inst. tit. 29. rubr. de filiis & minoribus n. 22. & seqq. vsque ad numerum 35. & in Enchirid. Violat. Relig. tit. 63. num. 10. & 11. vbi etiam dixit, hanc sententiam sibi videri probabiliorem. Clar. in pract. crimin. §. hæresis, vers. Quæro nunc, vbi quod hæc sententia tanquam æquior, & benignior sibi magis placet, & ante istos plene Ioan. de Anania in cap. vergentis nu. 17. extra de hæreticis, vbi relatis contrarijs, hanc testatur æquiorem, & fauorabiliorem sententiam, Vmbert. Locat. post iudic. inq. quæst. 22. vbi pariter testatur de opinione securiori, & pietati viciniori. Toledo de instructione sacerdotum lib. 1. cap 69. num. 4. vers. Octauo filij hæreticorum.

54 Amplia VI. † Etiam in clericis filijs illegitimis hæreticorum, qui etiam beneficijs priuantur propter paternam hæresim, & ad alia obtinenda sunt inhabiles, secundum Glossam in cap. statutum, il primo, in verbo Volumus, vers. Et bene facit hæc litera, de hæreticis in 6. & ibi etiam adnotarunt Ioan. Monach. num. 6. & seqq. Archid. nu. 1. in fine, vers. Filiis autem naturalibus, Ioan. Andr. num. 1. col. 2. ante medium, vers. In Glossa supra, & num. 4. & 5. & Franch. num. 4. qui tamen distinguunt inter illegitimos habentes certum patrem, & habentes patrem incertum, prout sunt spurij, vt primo casu sint illegitimi filij priuati, & inhabiles, secundo autem casu non, Zanch. in tractat. de hæret. cap. 28. num. 13. Gundisaluu in tract. de hæret qu. 23. num. 3. Repertor. Inquisitor. in verbo Filij, vers. Sed eo præsupposito; Couar. Variar. resolut. lib. 2. cap. 8. num. 3. vbi facit eandem distinctionem, quam posui supra hac ead. quæst. num. 22. Simanch. Cathol. instit. tit. 29. de filiis, & minoribus num. 16. Toledo de instructione sacerdotum lib. 1. cap. 69. post num. 2. vbi quod illegitimi sunt inhabiles & irregulares duplici causa. Primo propter crimen parentum; Secundo propter illegitimitatem, & numer. 3. vers. Quinto non tantum, vbi de quocunque modo illegitimis siue naturalibus, siue spurijs, siue Manzeribus, siue etiam qualescumque sint, dummodo certum sit, eos esse hæreticorum filios, Pegna in addit. ad Eymer. in Direct. inq. par. 3. quæst. 114. Commentar. 163. vers. Sed in primis fol. mihi 726. col. 2. Azzor. Iesuit. institut. moral. par. 1 lib. 8. cap. 13. rubr. de quarta hæreticorum pœna quæst 8. vbi de filijs naturalibus, spurijs natis ex adulterio, incestu, & sacrilegio, quod priuentur beneficiis, & ad alia obtinenda sint inhabiles. Vide supra quæst. 116. nu. 86. vbi in simili de crimine læsæ Maiestatis, & etiam supra hac ead. quæst. nu. 9. vbi de priuatione hæreditatis paternæ.

55 Amplia VII. † Vt beneficiis priuentur, & ad alia obtinenda beneficia inhabiles reddantur filii alicuius hæretici etiam in contumaciam condemnati, tum quia contumax habetur pro conuicto, ad Glossam in cap. cum contumaciam, de hæret. in 6. cap. Excommunicamus il primo §. qui autem extra de hæret. tum etiam quod non comparens in anno, quem ad comparendum habet, & sic per annum in hæresi perseuerans, præsumitur pertinax, secundum Ioan. Andr. in d. cap. cum contumacia, & ibi etiam Gemin. num. 11. vers. Quæro an præsumatur cum aliis per Pegn. in addit ad Eym. in Direct. inq. par. 3. quæst. 115. comment. 164. col. final. & fol. 720. col. 1. vbi declarat, & voluit Rota in Conchen. Pensionis coram Peregrino Veneris 6. Martij 1598. vers. non obstare dicebant.

Contrarium, † quod contumacia patris hæretici hoc 56
non noceat filijs, voluisse videtur Ioan. Monach. in cap. statutum, il primo, num. 4. vers. Sed si per contumaciam, & ibi etiam Archidiac. nu. 1. vers. Hoc sane, & voluit etiam Rota in eadem Conchen. Pensionis coram Pegna lunæ 24. Octobris 1594. in versic. Alterum erat. vide supra in tit. de crimine læsæ Maiestatis quæst. 116. nu. 130. & infra hac eadem quæst. num. 68.

Amplia VIII. † Vt filij hæreticorum priuentur 57
beneficijs etiam obtentis ante paternam hæresim. Sic enim voluisse videntur Doctores allegati supra in regula, quibus addo in specie sic tenentes Ioan. Andr. in cap. vt commissi num. 4. ante finem col. 3. vers. Et per eundem modum, & ibi etiam Geminian in verbo Priuandi, num. 4. eodem versic. Et per eundem modum. Ioan. Monach. ante numerum primum, & Franch. nu. 3. in 7. notab. de hæreticis in 6. Anan. in cap. Vergentis numer. 12. vers. De crimine autem, & ibi etiam Henrich. Boich. nu. 12. extra de hæret. Præposit. in cap. Quo iure col. 3. vers. Nota vlterius, Gloss. distinct. 8. Roman singular. 693. incip. Scis quod ex condemnatione, in fine, Imol. in l. in Insulam in fine princ. ff. sol. matrim. qui tamen loquitur per verbum Forte, Bero. in c. Item cum quis nu. 43. de restit. Spoliat. Ioan. Lop. de iusta obtentione Regni Nauarræ par. 5. §. 8. in quarta obiectione. Restaur. Castald. in tract. de Imperatore qu. 118. nu. 13. Decian in tract. crim. lib. 5. cap. 20. num. 5. & cap. 45. num. 4. vers. Item perdunt filij in fine, relati per Pegnam (qui tamen eos non sequitur) in addit. ad Eymeric. in Direct. inquisit. par. 3. quæst. 114. Comment. 163. vers. in hac quæstione, & seq. fol. mihi 227. col. 2. Peregr. de iure fisci lib. 3. tit. 10. nu. 2. Guttier. in quæst. Canonicis lib. 2. c. Vltimo nu. 38. Paris de resignat. benef. lib. 3. qu. 1. nu. 34. & hanc sententiam amplexa fuit Rota in vna Conchen. Pensionis coram Peregrino Veneris 6. Martij 1598. vers. Non tamen Domini approbarunt, vbi late hanc probauit sententiam, & contrarijs respondit. Addo quod pro hac eadem ampliatione facere videntur plures Constitutiones Pontificiæ relatæ, & ponderatæ per Thom. Sanchez (licet ipse hanc sententiam non sequatur) in præcept. Decalogi lib. 2. cap. 28. num. 27. Iacob. de Grassijs lib. 2. suarum decisionum cap. 11. n. 11. vbi testatur de magis Communi opinione, licet contrariam opinionem fortasse veriorem affirmet.

Contrarium, † quod filij hæreticorum non sint pri- 58
uati beneficijs, quæ habebant ante delictum à patre commissum, voluerunt Anton. de Butrio in c. Vergentis num. 9. & ibi etiam Abb. nu. 4. & Felin. nu. 3. vers. Nota casum, extra de hæreticis. Affl. in tit. quæ sint regalia §. & bona committentium n. 218. Aufr. & Mars in locis relatis per Rebuff. in pract. benef. par. 3. de modo admittendi beneficia n. 25. Carer. in tract. de hæret. nu. 141. vers. Intelligas tamen prædicta, Gundisalu. in eod. tractat. de hæret. qu. 23. nu. 2. vbi late hanc defendit conclusionem. Couar. Variar. resolut. lib. 2. c. 8. n. 4. vbi relatis, & probatis contrarium tenentibus, & eorum rationibus, hanc sententiam, quam magis Communiter receptam testatur, sequitur, & defendit Simanch. qui, & alios refert Cath. instit. tit. 29. rub. de filiis, & minoribus n. 29. & in Enchir. Viol. Relig. tit. 63. rub de filiis hæreticorum n. 9. Toledo de instructione sacerdotum lib. 2. c. 69.

nu. 4.

n.4. vers. Nono pari ratione, vbi testatur de communi opinione. Læl. Zecch. *in summa par.1. tit. de fide rubr. de hæresi cap.11. num.16. vers. Ampliatur vt prædictæ pœnæ in fine*, Pegna *in addit. ad Eymer. in Direct. inq. qu.* 114. *Comment.* 163. *vers. Anceps tamen*, vbi dicit, quod licet alias sequutus fuerit primam opinionem, mutata tamen sententia hanc tanquam benigniorem, validioribusque rationibus nixam, & etiam vsu receptam amplectitur, & à contrarijs defendit, Decian. *in tractat. crimin. lib.5. cap.45. num.5. vers. Limita septimo.* Surd. *cons.386. nu.5.* Menoch. *cons.805. num.33. & cons.808. num.26. vol.8.* Ioan. Azzor. *inst. moral. par.1. lib.8. cap.13. quæst.8. in 8. hæreticorum pœna.* Thomas Sanchez *in præcept. Decalogi lib.2. cap.28. nu.28.* vbi alios plures refert concordantes, *& numer.30.* vbi amplius quod nec filij hæreticorum per sententiam sunt priuandi beneficijs obtentis ante paternam hæresim, *& num.31.* vbi amplius quod nec priuandi sunt dictis beneficiis obtentis ante condemnationem patris, sed iis solum, quæ post patris condemnationem assequuti sunt, & *nu.37.* respondet rationibus, & argumentis contrarijs Lud. à Param. *de origine sanctæ Inquisitionis lib.3. qu.8. nu.203. & seqq.*

59 Quapropter † rem ita dubiam esse, vt pontificis declaratione indigeat, dixit Ioan. à Rojas *singular.* 24. *in fine.*

60 Amplia IX. † Quia Clericus filius alicuius hæretici non solum priuatur beneficio Ecclesiastico, quod habet, sed etiam pensionibus, quia in hac materia appellatione beneficiorum venit etiam pensio, ex late deductis per Rotam in dicta Conch. Pensionis 6. Martij 1598. coram Peregrino *vers. Quod si priuantur, & seq. & in vers. Et propterea*, vbi infert, quod beneficiati nõ amplius tenentur ad solutionem dictæ pensionis. Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi lib.2. cap.28. nu.45. & seq.* vbi pluribus probat, filios hæreticorum non solum priuari pensionibus obtentis, sed etiam inhabiles effici ad obtinendas alias pensiones.

61 Amplia X. † Quia sicut filii hæreticorum, fautorum, defensorum, & receptatorum eorum Ecclesiasticis beneficiis priuantur, ita nec etiam possunt ad sacros ordines promoueri, cum & ipsi irregulares sint, vt per Simanch. *Cathol. institut. tit.29. rubr. de filiis, & minoribus num.14.* vbi hanc sententiam veriorem censuit, & apud eum comprobatam tertia instructione Hispalensi. Nauar. *in summa cap.27. nu.205.* Toledo *de instructione Sacerdotum lib.1. cap.69. num.2. vers. Tertio non solum, & nu.3. & seqq.* vbi pluribus explicat, an, & quando hæreticorum filij, & nepotes Catholici propter paternam hæresim efficiantur irregulares, Ignat. Lopez ad Diaz. *in pract. crim. canon. cap.22. num.1.* Maiol. *de irregularitate lib.5. cap.46. num.5.* Valentia *tom.4. disput.7. quæst.19. puncto 4. in 3. specie irregularitatis*, Suarez *tom.5. par.3. disp.42. sect.3. num.1.* alios refert Thom. Sanchez *in præcept. decalogi lib.2. cap.28. num.7. & 8. & 9.* vbi quod ab irregularitate
62 solus Pontifex dispensare potest, *& num.10.* vbi declarat hanc irregularitatem in hæreticorum filiis operari, vt promoueri non possint ad sacros ordines, non tamen priuantur vsu ordinum ante paternam hæresim susceptorum, & *num.11. & sequentibus* alia ad hanc materiam tractat.

63 Amplia XI. † Etiam in filiis matris hæreticæ, qui propterea efficiuntur inhabiles ad obtinenda beneficia, Zanch. *in tract. de hæret. cap.28. num.10.* faciunt Doctores allegati *supra hac eadem quæst. num.20.*

64 Limita I. † Propositam regulam non procedere in filiis hæreticorum pœnitentium, & ad fidem redeuntium, qui propterea non priuantur beneficiis, nec ad alia obtinenda inhabiles sunt, etiam quod pater ante peractam pœnitentiam obierit, dummodo eam recipere paratus esset. Tex. est *in cap. statutum il primo, de hæret. in 6.* in illis verbis, *non autem illorum, quos emendatos esse constiterit, & reincorporatos Ecclesiæ vnitati*, & quæ sequuntur, & ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, vers. Sed vtrum, & in verbo Reincorporatos, & in verbo Parati*, Gemin. *in summario in princ. & in §. hoc sane nu.2. vers. Nota quod licet delinquens, & vers. Quare non extenditur ad filios reuersorum*, & Franch *in summario, & n.2. vers. Vltimo nota*, extat constitutio Honorii IV. edita de anno 1286. *incip. Exhibita*, relata per Pegn. inter literas Apostolicas post Direct. inquisit. *fol. mihi* 71. & alia Constitutio Alexandri IV. edit. de anno 1258 *incip. Quod super, vers. Frequenter etiam*, relata vt supra *fol.30.* Ioan. Cald. *in tract. de hær. rubr. de pœnis hæreticorum filiorum, & nepotum num.4. ad finem, & in rubr. de pœnis receptatorum pariter numer.4. in fine*, Gundisalu. *in tract. de hæret. quæst.23. numer.1. vers. Item illud intellige.* Caret. *in eod. tract. de hæret. numer.241. vers. Limita nisi pater fuit emendatus.* Zanchin. *in tract. de hæret. cap.28. num.3. & 4.* & hæc conclusio nullam habet difficultatem, teste eodem Pegna *in addit. ad Eymeric. in Direct. inq. par.3. quæst.113. Comment.162. vers. Iam tandem fol. mihi* 724. Toledo *de instructione Sacerdotum lib.1. cap.69. num.3. vers. Sexto non quorumcunque.* Læl. Zecch. *in summa par.1. tit. de fide rubr. de hæresi cap.11. num.16. vers. Secundo limitatur.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo Filij, nu.5. vers. Et similiter*, Ioan. à Rojas *singular.66. nu.3.* Thom. Sanch. *in præcept. Decalogi lib.2. cap.27. numer.26. vers. Et statim, & num.28. vers. At si postea*, vbi tenet, filiorum pœnas cessare, quando eorum Pater in iudicio de hæresi non delatus pœnitens, & emendatus obierit etiam, quod Vnitati Ecclesiæ non fuerit incorporatus, & absolutus, vide infra *in fragmentis litera C, num.348. & seq. & supra hac ead. quæst. num.34.*

Limita † præcedentem I. Limitationem non procedere in filiis hæreticorum relapsorum etiam pœnitentium, qui, etsi ad Sacramenta Ecclesiæ recipiantur, vt suo loco dictum est, eorum tamen filij adhuc remanent priuati beneficijs, & eorum inhabilitati subiecti, secundum Ioan. Andr. *in cap. statutum num.1. in fine, versic. In Glossa, quia lapsi*, vbi arguit pro, & contra, & in hac residet sententia, sequitur eum ibidem Franch *nu.4. vers. In Glossa in verbo Reincorporatos*, Simanch. qui alios refert concordantes *Catholicar. institut. tit.29. rub. de filiis, & minoribus num.17.* vbi reprobat contrarium tenentes, *& in Enchiridion Violat. Relig. tit.63. rubr. de filijs hæreticorum n.6. & 7.* Pegna *in addit. ad Eymer. in Direct. inquisit. par.3. q.115. Commentar.* 64. *vers. Circa secundum, & seqq. fol. mihi* 729. vbi eiusdem sententiæ duas præcipuas affert rationes, eamque veriorem testatur, & ab ea minime recedendum admonet, licet contraria sit mitior, aliosque id tenentes refert Ioan. à Rojas *in tractat. de hæret. par.2 assert. 42. num.338.* Vmbert. Locat. *in iudic. inquisit. in verbo Filij, num.6. & 7.* vbi testatur de veriori opinione, licet contrariam dicat mitiorem, nec dissentit Ludou. *à Paramo de origine Sanctæ Inquisitionis lib.3. quæst.9. num.209. & seqq.* Azzor. Ielulta *institut. moral. par.1. lib.8. cap.13. rub. de quarta hæreticorum pœna qu.8. vers. Quod autem in fine*, vbi testatur de probabiliori sententia. Dixi supra *hac eadem quæst, num.18.* 65

Quicquid secus in eodem *c. statutum de hæreticis in 6.* 66 voluerit Geminian. *numer.2. versic. Glossa in verbo Incorporatos*, & alii plures relati per Simanch. & per Pegnam *in locis præallegatis.* Toledo *de instructione Sacerdotum lib.1. cap.69. num.4.* vbi testatur de probabiliori sententia.

Limita II. † In filijs alicuius non de hæresi plene conuicti, aut confessi, sed suspecti tantum, aut diffamati, qui propterea non priuantur beneficijs, nec 67 ad ea obtinenda inhabiles redduntur, ex allegatis per Put. *decis.460. in vna Hispalen. lib.2.* Zanchin. *in tractat. de hæreticis cap.28. num.3 & 4.* Repertor. Inquisitorum *in* ver-

verbo Filij, vers. Item filij, quos sic dicentes refert, & sequitur Francisc. Pegna. *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitor. par. 3. quæstion. 115. Commentar. 164. vers. Nam filij suspectorum fol. mihi* 739. *col.* 2. non dissentit Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi lib. 2. cap. 27. num.* 29. Quidquid secus senserit Azzor. *in loco per eum relato*, faciunt quæ dixi supra *quæst.* 189. *numero* 86. & hac eadem quæstione *num.* 38.

68 Limita III. † Vt tunc demum filii propter paternam hæresim illius hæreditate priuentur in aliasque pœnas incidant, quando scilicet pater hæreticus fuit condemnatus de hæresi præsens, vt quia confessus, vel conuictus, secus si fuerit in contumaciam condemnatus. Vnius enim contumacia, confessioque ficta ex ea resultans, alteri nõ nocet. *l. eius qui delatorem ff. de iure fisci*, nec sententia in contumaciam lata vnquam transit in iudicatũ quoad pœnam corporalem; cum, vt suo loco dictum est, quandocunque hæreticus in contumaciam condemnatus compareat audiendus sit, etiam quod statua sit combusta, ad Gloss. Communiter receptam in cap. *Excommunicamus il primo* §. *qui autem in verbo Condemnetur, de hæret.* sententiaq; in contumaciam lata minime infamat, Roland. *cons. 29. nu. 21. & seq. lib.* 3. & in specie, quod filii propter hæresim patris in contumaciam condemnati nullas incurrant pœnas, voluit Gigas *de crimin. læsæ Maiestatis lib. 3. tit. 1. de pœnis, quas incurrunt filii &c. num.* 3. qui tamen declarat, hanc limitationem procedere, quando pater fuit in contumaciam condemnatus non præcedentibus plenis, & concludentibus probationibus, secus si præcedebat plena delicti probatio. Et licet de hac Gigantis declaratione dubitare videatur Decian. *in tractat. crimin. lib. 7. cap. 41. num.* 33. affirmans filios teneri de delicto patris, etiam quod de delicto patris constet ex sola contumacia, & cum Deciano assentire videatur Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi lib. 2. cap. 27. num.* 19. tu tamen ab ea non recedas, ex rationibus per me deductis supra *quæst.* 116. *num.* 136.

69 Limita IV. † Propositam regulam non procedere in filiis hæreticorum occultorum, qui propterea non priuantur beneficiis, nec ad illa inhabiles redduntur, si eorum patres, non detecta hæresi, puniuntur sumpto argumento à contrario sensu, ex verbis positis, *in cap. quicunque* §. *hæretici de hæretic. in* 6. ibi; *Qui tales esse vel tales etiam decessisse probantur*, & in specie voluit Azzor. *institut. moralium par. 1. lib. 8. cap. 13. rubr. de quarta hæreticorum pœna quæst. 8. vers. Deinde quæres*, vbi tamen subdit, sufficere, hæreticum patrem per facti euidentiam obiisse in hæresi; licet sententia sequuta non fuerit.

Argumentum.

De pœna Excommunicationis, quam propter hæresim hæretici incurrunt.

Summaria.

Hæreticus propter hæresim excommunicationem incurrit, nu. 1.
Imo est excommunicatus ipso iure, nu. 2.
Anathematizatus est hæreticus propter hæresim, num. 3.
Occultus hæreticus punitur in foro conscientiæ, excommunicatus, & suspensus est, nu. 4. contra, nu. 5.
Distingue, vt num. 6. contra distinctionem nu. 7.
Hæreticus est excommunicatus iure diuino, nu. 8.
Hæreticus propter plures hæreses, in quas incidit, pluries etiam est excommunicatus, num. 9.
Hæretici sunt excommunicati vigore Bullæ Cœnæ Domini, & de materia, num. 10.
Excommunicati etiam sunt Defensores, fautores, Receptatores, & credentes hæreticorum, nu. 11.
Hæreticus, excommunicatus impœnitens saluari potest, nec illi prodest baptismus, eleemosyna, neque martyrium, neque alia quæcunque opera.
Declara, vt num. 12.
Sortilegi, diuinatores, Malefici, & Magi numquid sint excommunicati, num. 12.
Excommunicationis effectus plures remissiue, nu. 13.

QVÆST. CXCII. §. 1.

Regvla sit, † quod hæreticus inter alias pœnas, 1
quas incurrit, in excommunicationis pœnam præcipue incidit, prout est Text. *in cap. Cum Christus*, & ibi etiam Glossa *in verbo Sub anathemate; Extra, de hæreticis*, & ibi Hostiens. *nu. 1. vers. Et omnes hæretici Excommunicati sunt.* Anton. de Butrio *nu.* 4. Abb. *in Summario*; Marian. Soccin. *num.* 1. est etiam Tex. *in cap. sicut, in illis verbis, Anathemati decernimus subiacere, extra de hæreticis*, & ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus in principio*; Host. *ante num. 1. in verbo Eos, & num. 1. in verbo Sub anathemate*, Ancharan. *in Summario*, Anton. de Butrio *numer.* 1. Abb. *in summario*: Cardin. Zabarell. *in principio*, Marian. Socc. *ante num.* 1. & Ioan. de Anania *colum. in principio, vers. Hæretici*, est etiam Text. *in cap. ad abolendam* §. 1. *vbi Vinculo perpetui Anathematis innodamus, extra eodem*, & ibi hoc adnotarunt Hostiens. *post num.* 7. Ioan. Andr. *in summario, & num. 5. in fine, in verbo Perpetui*: Ancharan. *etiam in summario*, Henrich. Boich. *num.* 20. vbi dixit, quod omnis hæreticus, siue magnus, siue paruus, & siue manifestus, & siue occultus, ipso iure maiori excommunicatione excommunicatus est, Anton. de Butrio *num. 1. in principio, & num. 4. in vltimo notab.* Abb. *ante num. 1. in principio, & in figuratione casus*: Marian. Soccin. *ante num. 1. in principio, & nu. 4. in quarto notab.* Felin *etiam in summario*, Cardin. Zabarell. *ante num. 1. & num. 4. vers. Nota quod omnes hæretici sunt excommunicati*, & Ioan. de Anan. *in primo, & secundo summario ante n. 1. & in vers. Et Ideo omnes huiusmodi sunt excommunicati*, & magis expresse probatur hæc regula *in cap. excommunicamus, il primo, in principio, extra, eodem*, vbi ad literam dicitur, *Excommunicamus itaq; & anathematizamus hæresim*: & quæ sequuntur, & ibi hoc adnotarunt Innocent. *in principio, in verbo Excommunicatur.* Anton. de Butrio *ante numer. 1. in figuratione casus, versic. Para primo*: Abb. *in summario, vers. Excommunicati sunt omnes hæretici, & in primo notab. ante num. 1. & num. 7. versic. Prima est*; Ioan. de Anania *ante num. 1. vers. Excommunicati sunt omnes hæretici*, Felin. *in summario*, & Cardinal. Zabarell. *etiam in summario*, quorum plerique per istum Textum aduerterunt, quod hæretici non solum sunt Excommunicati, sed etiam anathematizati, & ponunt differentiam inter excommunicationem, & anathema: similis est text. *pariter in cap. excommunicamus il secondo de hæret.* vbi ad literam dicitur, *Excommunicamus, & anathematizamus vniuersos hæreticos quibuscunq; nominibus censeantur*: & quæ sequuntur: extat etiam constitutio Martini V. edita de anno 1418. *in cap. inter cunctas* relata per Francisc. Pegn. *in director. inquisit.* inter literas Apostolicas, *fol. mihi 97. versic. Nec non præsentes*, & alia Leonis X. edita de anno 1520. *incip. Exurge Domine*, relata vbi supra *fol. 115. vers. Quo vero ad seculares*, & alia Innocentij IV. edita de anno 1254. *incip. Nouerit vniuersitas*, relata vbi supra. *fol. mihi* 21. & alia Nicolai III. edita de anno 1281. *incip. Nouerit vniuersitas, in princip.* relata vt supra *fol.* 67. Hostiens. *in summa rubr. de hæreticis* §. *qui dicatur numer. 1. versic. Hi enim, qui hoc faciunt, &* §. *Qua pœna feriatur num. 8. vers. Canones autem*, Goffred. *in summa rubric. de hæreticis, numer.* 2. summa Rosella *in verbo hæreticus, numero* 14. Repertor. Inquisitor. *in eodem verbo hæreticus, versic. Omnes hæretici, & in verbo Anathematizati*, & ibi Petr. Vendramen. *in additionibus*, Bonifac. de Vitalinis, *in tit. de crimine hæresis n. 6. in principio*, Ghirland.

in tract.

in tract. de hæreticis, quæst. 3. nu. 1. & 2. Boss. in tit. de hæreticis, nu. 7. Simanch Catholicarum institutionum tit. 3. rub. de absolutione, nu. 1. Franciscus Pegna in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 2. Comment. 12. ad cap. Excommunicamus, extra, de hæreticis, versic. Nec putandum est, fol. mihi 107. col. 2. Decian. in tract. crim. libr. 5. cap. 41. nu. 1. vbi pluribus cõprobatur & exornatur hæc regula, Petr. Gregor. Syntagm. iuris, lib. 33. cap. 8. nu... Valentia ad Diu. Thom. 2. 2. quæst. 11. art. 1. cap. 3. versic. Porro pœna excommunicationis, Ioan. Azzor. Iesuita Institutionum moralium parte 1. lib. 8. cap. 10. rubr. de pœnis hæreticorum, quæst. 1. vbi magistraliter docet, primam hæreticorum pœnam fuisse excommunicationem.

2 AMPLIA I. Propositam † regulam, vt imo hæreticus sit excommunicatus ipso iure, Hostiens. in cap. Cum Christus, in princip. extra, de hæreticis, & ibi etiam Cardinal. Zabarel. nu. 2. in 1. opposit. Abb. antiquus in cap. Sicut, extra eodem, & ibi etiam Innocent. in verbo, Defensores, Hostiens. nu. 1. in verbo, Sub anathemate, Cardinal. Zabarel in princ. Henric. Boich. in cap. Ad abolendam, n. 20. extra, de hæreticis, & ibi etiam Cardinal. Zabarel n. 6. versic. Nota, quod omnes hæretici sunt excommunicati ipso iure, quod & ibidem adnotarunt in capit. Excommunicamus, il 1. extra eodem, Anchatan num. 1. in 1. notab. & num. 3. vbi tamen, quod requiritur iudicis declaratoria, Anton. de Butrio num. 1. etiam in 1. notabil. Ioan. de Anania ante num. primum, versic. Et sic est hic vnus casus, & in cap. Excommunicamus, il secundo, extra eodem, Anton. de Butrio ante num. primum, in 1. notabil. & Felyn. in summario, Arnald. Albertin. in rubr. de hæreticis, in 6. quæst. 1. num. 4. Hostiens. in summa, rubr. de hæreticis. §. Qua pœna feriatur, nu. 8. ante finem, versic. Excommunicentur ipso iure, Ioan. Calderin. in tractat. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum, filiorum, & nepotum, num. 1. Goffred in summa, rubr. de hæreticis, num. 2. summa Syluestrina in verbo, Hæreticus, §. 1. num. 11. in princ. Angelica in summa, in eodem verbo, Hæreticus, num. 1. in princip. summa Tabien in dict. verbo, Hæreticus, num. 2. in princip. Fr. Rayner. in summa, in verbo, Hæresis, cap. 4. Vmbert. Locat in iudicialibus inquisitorum. in verbo, Pœna, nu. 9. Repertor. Inquisitorum. in eod. verbo, Pœna, versic. A iure autem, Simanch. Catholicarum institutionum tit. 29. rubr. de excommunicatione, num. 1. & seqq. vbi etiam multa ponit de atrocitate huius pœnæ, & in Enchiridion violatæ Religionis, tit. 55. eadem rubr. de excommunicatione, Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 17. num. 1. Gundisalu. in tractat. de hæreticis, quæst. 15. nu. 2. Arnald. Albertin. in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 33. nu. 41. vbi amplius, quod occultus hæreticus est excommunicatus ipso iure absq; alia declaratoria, Eymeric. in Director. Inquisitorum, parte 3. quæst. 122. nu. 1. & ibi Franciscus Pegna in additionibus, Commentar. 171. Decian. in tractat. crimin. libr. 5. cap. 41. nu. 2. Ioan. à Rojas singul. 77. Anton. Gomez de delictis, cap. 2. rubr. de crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ, num. 1. in fine princ. Ludou. à Paramo de origine S. Inquisitionis, lib. 3. quæst. 9. nu. 186. & seqq. Didac Canter. in quæst. crim. in rubr. de hæreticis, cap. 1. nu. 7.

3 AMPLIA II. Vt † hæreticus non solum sit excommunicatus, sed etiam anathematizatus, sic enim etiam de anathemate loquuntur iura per me adducta supra, ad comprobationem regulæ, & est de mente omnium Doctorum in eadem regula allegatorum, & in specie pluribus comprobat Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 41. nu. 12. versic. Decimo feriuntur anathemate, & ibi etiam ponit differentiam inter excommunicationem & anathema, & extat Constitutio Nicolai III. edita de anno 1281. incip. Nouerit vniuersitas, in princip. relata per Pegn. inter literas Apostolicas, in Director. inquisitorum, folio mihi 67.

4 AMPLIA III. Etiam † in occulto hæretico, qui, licet non puniatur in foro fori, in quo nemo de delicto damnatur, nisi fuerit confessus aut conuictus, in foro tamen conscientiæ non desinit esse excommunicatus, & suspensus, secundum Henric. Boich. in cap. Ad abolendam, num. 20. extra, de hæreticis, & est Glossa in Clement. 1. in verbo, Eo ipso incurrant, de hæreticis, vbi post multa iura hinc inde deducta hanc firmat sententiam, & ibi etiam Ioan. de Imola num. 17. versic. Glossa eo ipso, & numer. 18. Bonifac. de Vitalinis nu. 183. & sequentibus, & Cardinal. Zabarell. in §. verum, il secundo, num. 7. in fine, & num. 8. in 6. & 7. quæstione, item Gloss. in cap. Cogitationis, in verbo, Patitur, de pœnitent. distinction. 1. addentes ad Azzonem in summa, rubr. de hæreticis, litera A. Goffred in eadem summa, dicta rubr. de hæreticis, num. 2. Abb. in prooem. decret. nu. 6. & in cap. extirpanda, §. qui vero, num. 21. de præbendis, & in cap. final. nu. 1. in fine, de hæreticis, & in cap. 2. num. 13. de offic. ordinarij, Bald. in leg. si quis non dicam, num. 1. versic. Venio ad oppositiones, C. de Episcopis & clericis, Felyn. Marsil. & alii in locis relatis per Ioan. à Rojas in trac. de hæreticis, parte prima, num. 246. & sequentibus, vbi hanc esse communem opinionem Doctorum iuris Canonici affirmat, licet Theologi contradicant, eam verissimam credit, pluribus comprobat, respondetque contrariis Theologorum fundamentis, summa Rosella in verbo, Hæreticus, num. 14. & in verbo, Absolutio, 1. num. 29. & in verbo, Excommunicatio, 1. casu num. 1. Fr. Rayner. in summa, in verbo, Hæresis, cap. 4. in princip. Afflict. in Constitut. Regni, de hæreticis, rubr. 1. post num. 5. Zanchin. in tractat. de hæreticis, capit. 18. nu. 1. versic. Quod intelligunt quidam, Arnald. Albertin. in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 33. per totam, vbi proposita dubitatione, eaque ad partes discussa, hanc amplectitur sententiam, quam late comprobat, & contrariis respondet, Bursat consil. 14. num. 5. Hieronym. Cæuall. in commun. opinion. quæst. 698. vbi hanc sententiam veriorem testatur in fidei fauorem, & hæreticorum odium, pluribus comprobat, & respondet contrariis, licet, vt mox eum referam, contrariam sententiam dixerit magis Communem, & ante eum hanc eandem sententiam post multa hinc inde deducta amplexus est, Didacus Cantera de quæstionibus tangentibus punitionem criminis, rubr. de hæreticis, cap. 1. nu. 8. vbi sumpta occasione declarat, an & quando lex humana habere possit potestatem super actus interiores omnino occultos, vt possit prohibere, præcipere, aut punire, & pariter concludit, quod sic, quoad pœnam spiritualem, licet secus quoad pœnam temporalem & corporalem. Hanc eandem sententiam amplexi sunt plures alii relati per Thomam Sanchez, qui tamen eos non sequitur in Præceptu Decalogi, lib. 2. cap. 8. num. 1. & pro hac opinione faciunt Doctores allegati supra, quæst. 197. num. 18.

Contrarium, quod † occultus hæreticus non sit ex- 5
communicatus, nec suspectus, Communiter contra Canonistas tenet Theologi, vt videre est apud Diuum Thomam 2. 2. question. 91. artic. 4. Caietan. in sanct. Thomam, 2. 2. question. 11. artic. 3. Palud in 4. sentent. distinct. 13. vbi hanc sententiam testatur Communem, Anton. in summa, parte 3. tit. 24. cau. 4. Angel. Caluas in summa, in verbo, Hæreticus, num. 2. summa Syluestrina in verbo, Excommunicatio, 7. num. 3. & 4. Alphons. de Castr. de leg. pœn. lib. 2. cap. final. & de iusta hæreticorum punitione, lib. 2. cap. 18. Iacob. Almain. in 4. sentent. distinction. 17. artic. 1. vbi pariter testatur de Communi, quorum rationes late explicantur per Ioan. à Rojas (qui tamen eas non approbat) in tract. de hæreticis, parte 1. num. 240. & sequentibus, & ibi Franciscus Pegna in additionibus dixit, quod hæc Theologorum sententia est Cõmunis, & vera seruata in practica, nec ab ea recedendum, Mandos. in additionibus ad Repertor. Inquisitorum, in verbo, Pœna, litera C. vbi & ipse in hac contraria opinione residere videtur, Clar. in practic. crimin. §. hæresis, num. 21. vbi testatur de receptissima

omnium, sed Theologorum sententia, ex Simancha in loco præallegato, Bartholom. Vgolin. in tract. de censuris Ecclesiasticis Pontifici reseruatis, part. 2. §. 1. num. 16. vbi plures alios pro hac eadem opinione adducit concordantes, Decian. in tractat. crimin. libr. 5. cap. 41. num. 2. vbi & ipse in hac residere videtur sententia, post multa hinc inde per eum allegata, Læl. Zech. in summa, parte 1. tit. de fide, rubr. de hæreticis, cap. 11. nu. 18. versic. Tertio loco, Guttier. Canonic. quæst. cap. 13. n. 5. Tholedo de instructione Sacerdotum, libr. 1. cap. 19. nu. 3. vbi testatur, hanc sententiam esse communissimam, & libr. 4. cap. 4. nu. 2. versic. Primum peccatum, Iacob. de Graffiis lib. 2. suarum decisionum, cap. 9. rub. de pœnis hæreticorum, num. 3. & libr. 4. cap. 18. nu. 14. Hieron. Cœuall in commun. opinion. quæst. 698. vbi, licet ipse contrariam sententiam dixerit veriorem, vt supra eum retuli, hanc tamen testatur magis communẽ Doctorum sententiam Bannes, qui tamen loquitur non de hæretico simpliciter occulto, sed de hæretico pure mentali, ad D. Thom. 2. 2. quæst. 11. artic. versic. His suppositis, & seqq. vbi proponit contraria, & illis respondet & ibi etiam Gregor. de Valentia artic. 3. versic. Restat autem hoc in loco, & sequentibus, vbi testatur de veriori & communiori sententia, Ioan. Azzor. Iesuit. institut. moralium part. 1. libr. 8. cap. 10. rubr. de pœnis hæreticorum, quæst. 3. vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus, hanc sententiam testatur veriorem, & magis communem, Thom. Sanchez Iesuita in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 8. nu. 2. vbi hanc sententiam verissimam affirmat, & plures alios, quos hic rescribere longum esset, refert concordantes, & pro hac contraria sententia faciunt Doctores allegati infra, quæstion. 197. nu. 19.

Vide in hac contrarietate Bursat. cons. 14. num. 12. lib. 1. vbi dixit, occultum hæreticum incurrere pœnas à Canonibus impositas in foro fori, & conscientiæ, non autem in foro exteriori, & in foro fori. ex Vmberto Locato, quem allegat in iudiciali inquisitorum, in verbo, Pœna, num. 5. in fine, voluit dicere, num. 6. versic. Et nota etiam, Ghirland in tract. de hæreticis, quæst. 3. num. 2. versic. Aut sumus in foro conscientiæ, Conrad in pract. rubr. de hæreticis, num. 3. in fine, & hanc distinctionem post plura hincinde adducta comprobat, & sequitur Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 41. num. 2. vbi relatis Doctoribus hinc inde contrarium dicentibus, in hac residet distinctione, eamque veriorem affirmat, & cap. 53. num. 3. in fine, versic. Decimotertio hæreticus manifestus, Bartholom. Vgolin. in tractat. de censuris Pontifici reseruatis, parte 2. §. 1. num. 17. vbi pro hac eadem distinctione plures alios adducit concordantes, & ex hac distinctione comprobatur prima affirmatiua opinio, cum certum sit, in foro fori nullam incurri excommunicationem nõ probata hæresi, & propterea hæc quæstio non potest disputari, nisi in foro conscientiæ.

6 In † hac eadem contrarietate distinguitur inter hæreticum occultum omnino, & totaliter sua natura, eum scilicet, qui in corde suo tantum hæresim amplectitur, illam non patefaciens per aliqua verba, seu actus exteriores, & inter hæreticum occultum per euidens, eum scilicet, qui non solum in corde hæresim tenet, sed etiam eam verbis, aut aliis actibus exterioribus se hæreticum præbet, licet horum verborum, aut aliorum actuum exteriorum nulla appareat probatio, vt primo casu occultus hæreticus non sit, nec excommunicatus, nec suspensus, secundo autem casu sic; Sic enim est de mente omnium præallegatorum Doctorum, qui opinionem negatiuam tenent, loquuntur enim in hæretico occulto in sola eius cogitatione, & corde, quasi secus sentientes in eo, qui hæresim aliquo exteriori actu patefacit, licet id occultum remaneat, & non probetur, & in specie sic distinguendo dixerunt, summa Armilla in verbo, Hæresis, num. 1. versic. Aduerte secundo, Angelica in summa, in verbo, Hæreticus, num. 2. Vmbert. Locat. in iudiciali inquisitorum, in verbo, Occultans, num. 4. ad finem, Simanch. Catholicarum Institutionum tit. 42. rubr. de occultis, nu. 1. & sequentibus, vbi late hanc defendit distinctionem, & num. 3. & num. 7. vbi testatur, hanc esse constantem & receptam Theologorum sententiam, quam etiam latissime comprobat, concordantes adducit, & contrariis respondet, Campeg. in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 18. liter. A. versic. Primo, & seqq. per totam additionem, Nauarr. in secundam partem decret. rubric. de censuris Ecclesiæ, cap. 27. nu. 56. Decian. in tract. crim. libr. 5. cap. 48. num. 40. vbi, quod occultus hæreticus sola cogitatione, quæ ad nullum actum deuenerit, nec etiam se tenetur purgare, Bartholom. Vgolin. in tractat. de censuris Pontifici reseruatis, parte 2. §. 1. nu. 17. vbi & alii referuntur, & num. 19. Tholedo de instructione Sacerdotum, libr. 1. cap. 19. num. 4. versic. Tertium est, & libr. 4. cap. 4. nu. 2. versic. Tertium autem peccatum, Iacob. de Graffiis lib. 2. suarum decisionum, cap. 9. rubr. de pœnis hæreticorum, numer. 4. & libr. 4. cap. 18. nu. 14. Addo pro hac eadem distinctione Bannes 2. 2. quæst. 11. art. 4. vers. Secunda conclusio, & seqq. vbi testatur, hanc esse communem omnium Theologorum sententiam, proponit contraria, & illis respondet, & ibi etiam Greg. de Valent. art. 3. versic. Sed animaduertẽdum, Ioan. Azzor Iesuita institutionum moralium parte 1. lib. 5. cap. 10. rubr. de pœnis hæreticorum, quæst. 4. 5. 6. & 8. vbi etiam bene declarat & exemplificat, qualia debeãt esse ista verba, seu facta exteriora, quæ, licet non probentur, faciant hæreticum in excommunicationem incurrere, & quæstion. 12. vbi præsertim & in specie dixit, ex verbis vel factis exterioribus indifferentibus non probatis, excommunicationem non incurri, & bene exemplificat ista facta, vel verba indifferentia quæ sint, Thomas Sanchez Iesuita in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 8. num. 6. vbi aliis relatis ampliat hanc conclusionem, vt quando hæreticus deuenit ad aliqua verba seu facta exteriora, tunc non solum incurrit pœnam excommunicationis, sed etiam vniuersas alias temporales hæreticorum pœnas, & num. 7. & seqq. omnibus, pariter bene declarat, non ex omnibus verbis & actibus exterioribus incurri excommunicationem, & quæ sint ista verba seu actus exteriores, quibus excommunicatio incurritur ab hæretico, vide ibi eum latissime declarantem, & rursus pro eadem distinctione vide Lud. à Paramo lib. 3. quæst. 3. num. 116. & seqq. vbi relata prius Theologorum sententia, & qui eam sequuntur, quod scilicet occultus hæreticus non sit excommunicatus, ac deinceps relata contraria legistarum opinione, quam aliis relatis communem dicit, postmodum præmissam distinctionem amplectitur.

Quamuis † contrarium, quod vtroque casu tam hæ- 7
reticus ocultus simpliciter & per se, quam occultus per accidens sit excommunicatus, & suspensus, defendere conetur Ioan. à Rojas vbi supra, in tract. de hæreticis, part. 1. num. 246. & seqq. & ante eum Arnald. Albertin in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 33. nu. 31. & seqq.

Vide ad materiam huius tertiæ ampliationis, quæ dixi infra, quæst. 197. num. 18. & seqq. vbi videtur eadem materia.

AMPLIA IV. Quia hęreticus est etiam excommu- 8
nicatus iure diuino, vt bene docet Franciscus Pegna in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 2. Commentar. 12. ad cap. Excommunicamus, extra, de hæreticis, versic. Nec putandum est, folio mihi 107. colum. 2. vbi pœnam hanc excommunicationis in hæreticos antiquissimam esse, & à Christo iam latam fuisse demonstrat, Decian. in tract. crimin. libr. 5. cum allegatis per eum, cap. 41. numer. 1. & nu. 11. vbi latius.

Contrarium, quod pœna excommunicationis con-

tra hæreticos non sit iure diuino inducta, post alios, quos allegat, bene comprobat Ioan. Azzor. Iesuita *institutionum moralium parte 1. lib. 8. cap. 10. rub. de pœnis hæreticorum, quæst. 2.* vbi testatur de magis communi Theologorum sententia, refert contrarium tenentes, & illos reprobat, licet subdat, quod in quibusdam casibus *ibi* per eum numeratis iure diuino constitutum sit, vt hæreticus euitetur, & *part. 2. lib. 4. cap. 7. versic. Quærat quisnam, & seq.* vbi bene eandem comprobat sententiam, à qua nec etiam recedit Thomas Sanchez Iesuita *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 9. rubr. de excommunicatione in hæreticos, num. 2.* Valentia *ad D. Thomam 2. 2. quæst. 11. art. 3. vers. Ex his testimoniis.*

9 Amplia V. Quod † si quis in plures hæreses incidat, plures etiam excommunicationes incurrit, ex allegatis per Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, part. 2. §. 4. nu. 11. fol. mihi 54. col. 2.*

10 Amplia VI. Quia † hæretici sunt excommunicati in Bulla Cœnæ Domini, de quo vide loquentem Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 3. rubr. de absolutione,* Repertor. inquisitorum, *in verbo, Hæreticus, vers. Omnes hæretici,* Barthol. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, part. 2. §. 4. nu. 1.* vbi ponit decem ampliationes & quatuor limitationes.

11 Amplia VII. De † defensoribus, fautoribus, receptatoribus, & credentibus hæreticorum, dixi *supra, quæst. 182. num. 38. & seqq. & num. 58. & nu. 105. & seqq. & nu. 134. & seqq.*

12 Amplia VIII. Seu † declara totam hanc materiam excommunicationis, vt hæreticus excommunicatus impœnitens saluari non possit, neque ei prodest Baptismus, neque eleemosyna, neque martyrium, neque quæcunque opera faciat, quæ tamen opera, licet non prosint ad salutem animę prosunt tamen ad bona temporalia promerenda, & ad mitius subeundum, text. est *in cap. Firmissime, & ibi* Gloss. & Communiter Doctores late materiam pertractantes, *extra, de hæreticis,* Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 41. nu. 3.* vbi, quod omnis hæreticus cum diabolo æterni ignis incendio participat, nisi ante finem vitæ Catholicę fuerit incorporatus, & *num. 4.* vbi latius de materia.

Amplia IX. Etiam in sortilegis, diuinatoribus, magis, & maleficis, quorum sortilegia, diuinationes, magiæ & maleficia, si hæresim coniunctam habuerint, ipso iure sicut hæretici sunt excommunicati, vt in extrauaganti Ioannis XXII. *incipien. Super illius specula,* registrata per Eymericum *in Directorio inquisitorum, part. 2. quæst. 43. num. 9. folio mihi 364.* quæ loquitur in magis & sortilegis habentibus hæresim adiunctam, vt in exemplis in ea descriptis, Iacob. de Graffiis *libr. 4. suarum decisionum, cap. 18. nu. 18.* vbi, quod sortilegi, & diuinatores, si cum facto exteriori interius cum pertinacia aliquid credunt, quod deroget veritati fidei Christianæ, tunc reputantur hæretici, & consequenter sunt excommunicati; secus, si errorem in intellectu non haberent, licet facerent illum actum exterioris hæresis, ex Nauarr. & Angelic. *in locis ibi per eum relatis,* Franciscus Suarez Iesuita *de statu Religionis, libr. 2. de superstitione, capit. 19. num. 7. & 8.*

Si vero dicta sortilegia, diuinationes, magię & maleficia, hæresim iunctam non habebunt, non ipso iure sunt excommunicati, sed excommunicandi sunt, vt *ibidem* per Suarez *nu. 2. & seqq.* vbi late hanc disputat quæstionem, proponit contraria, & illis respondet, Ioan. Azzor. Iesuit. *institutionum moralium part. 1. libr. 9. cap. 16. quæst. 3. versic. Quæres, an ipso iure,* vbi concludit faciendo eandem distinctionem, Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 38. numer. 90. & seqq.* vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus, tenet clericos sortibus diuinatoriis vtentes, non esse ipso iure excommunicatos, sed excommunicandos. Nec dissentit Lælius Zech. *in summa, parte 1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11. num. 12. versic. Tertia conclusio.* Dixi hac de re iterum *supr. quæst. 181. num. 52. in fine.*

Excommunicationis † autem effectus sunt plures; 13
Primo enim participat cum Diabolo in incendio ignis æterni; Secundo, neque baptismus, neque mors nomine Christi suscepta, neque alia quæuis bona opera ipsi proficere possunt ad salutem; Tertio, Ecclesiastica Sacramenta hæreticis non exhibentur; Quarto perfectionem Spiritus, quam acceperunt, retinere non possunt, & his similia, de quibus per Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 41. num. 3. 4. & num. 7. & seqq. & numer. 12.* vbi latius.

Argumentum.

Excommunicatus, si in excommunicatione per annum insorduerit, an, & quando hæreticus reputetur; & vt hæreticus condemnari possit.

Summaria.

Excommunicatus ex causa fidei, si per annum in excommunicatione perstiterit, tanquam hæreticus condemnatur, num. 14.

Impedientes Sanctum Inquisitionis officium fautores, defensores, & receptatores hæreticorum, si per annum in excommunicatione, quam incurrunt, perstiterint, tanquam hæretici condemnantur, nu. 15.

Purgare se recusantes, si in excommunicatione, quam incurrũt, perstiterint, quam pœnam incurrant, nu. 16.

Excommunicati ex causa hæresis, si per annum in excommunicatione perstiterint, ipso iure, & absque alia sententia, & condemnatione reputantur hæretici, nu. 17.

Apostatæ, si per annum in excommunicatione, quam incurrunt, perstiterint, vt suspecti de hæresi possunt citari ad respondendum de fide, nu. 18.

Excommunicatus ex causa fidei, si per annum in excommunicatione permanserit, condemnatur vt hæreticus, vere autem hæreticus non est, nu. 19.

Excommunicatus ex causa fidei, etiam quod per annum in excommunicatione perstiterit, pœnitens ad misericordiam recipitur, nu. 20.

Excommunicatus etiam per annum excusatur, si interim quæsiuit de iudice, vel institit pro absolutione, vel offerebat satisfactionem, & his similia, nu. 21.

Impedimentum excusat à persistentia in excommunicatione, etiam per annum, nu. 22.

Excommunicatus non ex causa hæresis, sed ex alia causa ciuili & criminali, etiam quod per annum in excommunicatione perstiterit, non condemnatur vt hæreticus, sed alio modo contra ipsum proceditur, num. 23. imo isto casu inquisitores non procedunt, nu. 24.

Clericus excommunicatus per annum non ex causa fidei, sed ex alia causa, nunquid priuetur beneficiis, nu. 25.

Excommunicatus ex causa fidei non potest vt hæreticus condemnari, etiam quod per annum in excommunicatione permãserit, quando sic fuit excommunicatus nulla præcedente suspicione, nu. 26.

Excommunicatus ex causa fidei, etiam quod per annum in excommunicatione perstiterit, non potest vt hæreticus condemnari, nisi ante excommunicationem ipsi fuerit indicta purgatio, & terminus ad purgandum assignatus, nu. 27. & 28.

Excommunicatus in excommunicatione persistens, non potest vt hæreticus condemnari, nisi transacto anno, non à die incursus excommunicationis ipso iure, sed à die declarationis, factæ à iudice, num. 29. vbi, quod hoc fallit in notoriè excommunicato.

Excommunicatus in excommunicatione persistens per annum, non potest vt hæreticus condemnari, nisi annus fuerit continuus, nu. 30.

Excom-

Excommunicatus, si per annum in excommunicatione insorduerit, non potest vt hæreticus condemnari, nisi fuerit citatus specifice ad respondendum de fide, & ad se purgandum à suspicione insordescentiæ, nu. 31.

Citatio contra insordescentem in excommunicatione debet expresse continere causam, & de forma citationis, nu. 31. quot autem citationes requirantur, num. 32. & an citatio debeat esse personalis, nu. 33. Et generaliter de forma procedendi contra excommunicatum insordescentem, nu. 34.

Forma procedendi contra excommunicatum insordescentem, nu. 34.

Forma sententiæ contra excommunicatum insordescentem, numer. 35.

Excommunicatus in excommunicatione insordescens non potest ante lapsum anni vt hæreticus condemnari, num. 36. nisi de hæresi fuerit plene conuictus, nu. 37.

QVÆST. CXCII. § II.

14 REGVLA † sit, quod excommunicatus propter hæresim, si citatus ad respondendum de fide contumax fuit, & non comparuit, si per annum in excommunicatione perstiterit, vt hæreticus condemnatur, Textus est *in cap. Cum contumacia, de hæreticis, in 6.* vbi ad literam dicitur: *Cum contumacia, in causa præsertim fidei suspicioni præsumptionem adiiciat vehementem, si suspectus de hæresi vocatus à vobis, vt de fide respondeat excommunicationis vinculo, pro eo, quod parere subterfugit, aut contumaciter se absentat, per vos fuerit innodatus, quam si per annum animo substineat pertinaci, ex tunc velut hæreticus condemnetur*, Et ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, & in verbo, Vehementem*, Geminian. *in summario, & num. 3. versic. Nota optimum textum, & num. 6. versic. Nota, quod contumax,* & Franch. *etiam in summario, & nu. 7. versic. In glossa secunda,* item est text. *in cap. Vt inquisitionis officium, in fin. de hæreticis, in 6.* in illis verbis: *Quam si per annum animo substinuerit pertinaci, ex tunc velut hæreticus condemnetur*, Gloss. *in cap. Si aduersus, in verbo, Auxilium, versic. Nam elapso anno,* & est Glossa *in capit. Excommunicamus, il primo*, per illum textum, *in verbo, Condemnentur, extra eodem*, vbi dixit, quod vehemens præsumptio in crimine hæresis non sufficiat ad condemnandum, in hoc tamen casu adest præsumptio nedum violenta, sed etiam violentissima, primo enim propter infamiam, propter quam fuit indicta purgatio, orta est probabilis suspicio, deinde ex negligentia in se non purgando, fuit producta vehemens suspicio, & demum ex persistentia in excommunicatione per annum violentissima inducta fuit suspicio, ideo non mirum, si potest sic persistens in excommunicatione per annum, vt hæreticus condemnari, & *ibi* hoc adnotarunt Hostiens. *num. 2. in verbo, Anathematis, il secondo, & in verbo, Ita, quod si per annum, & in verbo, Ex tunc, & num. 4. versic. Sed contra,* vbi proponit contrarium, & illi respondet, dicitque, ex hac annali contumacia oriri præsumptionem iuris, & de iure, quæ tollit omnem defensionem, inducitque sufficientem hæresis probationem, vt *ibi* per eum *num. 6. & 7.* quod & idem *ibidem* tradiderunt Ioan. Andr. *nu. 3. in verbo, Velut,* Henric. Boich. *num. 3. versic. Aut est quis citatus expresse,* Ancharan. *num. 4.* Anton. de Butrio *num. 7. & num. 12.* Marian. Socin. *ante numer. primum, versic. Tertio,* ibi, *Qui autem, &c.* Ioan. de Anania *num. 6. versicul. Ponit etiam hic,* Hostiensis & Cardinal. Zabarell. *in §. Qui autem, in 1. & 2. notabil.* Arnald. Albertin. *in rub. de hæreticis, in 9. quæst. 13. num. 31.* Archidiacon. *in cap. Accusatus, num. 1. versic. Si autem super his infamatus,* & *ibi* etiam Geminian. *post num. 2. vers. Oppono, & videtur, eodem tit. de hæreticis, in 6.* Hostiens. *in rubr. de summa Trinitate & fide Catholica, num. 19. versic. Et quando propter contemptum,* & *ibi* etiam Ioan. Andr. *post num. 26. versic. Est tamen casus,* Ioan. de Imola *num. 11. post medium, versic. Dicit Hostiensis,* Hostiens. *in summa, de hæreticis, §. Qualiter deprehendatur, num. 4. versic. Nec faciat vim,* vbi, quod licet Canones loquantur de excommunicationis persistentia per biennium, vel triennium, veritas tamen est, quod sufficit annus, cum dicti Canones narrent factum, quia sic contigerat, non autem quod sit necesse cursus biennii, & iterum *infra, in versic. Sed ex suspicione & obstinatione,* & iterum *infra, versic. Vnde potest dici,* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. 2. de auctoritate Inquisitorum, num. 5. & in rubr. de iis, qui condemnantur vt hæretici, post num. 1. & in rubr. de his, quæ pertinent ad exequutionem officij, num. 13.* summa Armilla *in verbo, Hæresis, num. 3.* summa Rosella *in verbo, Hæreticus, num. 13. in fine, & num. 33.* Angelica *in eodem verbo, Hæreticus, num. 1. versic. Etsi excommunicationem per annum substinuerit,* summa Syluestrina *in dict. verbo, Hæreticus, §. 1. numer. 11. versic. Etsi excommunicationem per annum substinuerint,* Tabiena *in summa, in eodem verbo, Hæreticus, num. 2. versic. Nedum hæreticus,* Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Citatio, num. 14. versic. Tu dic, & in verbo, Contumax, num. 3. & in verbo, Excommunicati, num. 2. versic. Excommunicatus autem pro causa fidei, & in verbo, Suspicio, num. 28.* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Absens, versicul. Et notandum, & versic. seq. & in verbo, Comparens, versic. Item nota, quod comparens, & in verbo, Contumacia, versic. Nota, quod ex contumacia, & duobus sequentibus versiculis, & in verbo, Excommunicare, versic. Suspectus de hæresi,* Afflict. *in Constitutione Regni, de hæreticis & Pacterenis, rubr. 1. num. 31. in fine, & rub. 2. num. 55.* Simanch. *Catholicarum Institutionum tit. 2. rubr. de absentibus, nu. 9. & tit. 14. rub. de contumacibus, n. 2. & tit. 27. rubr. de excommunicatione, num. 4. Enchirid. violatæ relig. tit. 46. rub. de contumacibus, nu. 1. & tit. 55. rubr. de excommunicatione, nu. 2.* Squillacent. *in tract. de fide Catholica, capit. 31. nu. 1. versic. Nam si propter hoc,* Ioan. Calderin. *tit. de hæreticis, consil. 5. colum. 2. post medium, versic. Nec obstat, quod oppositum,* Eymeric. *in Directorio inquisitorum, parte 2. qu. 56. num. 5. per totum,* vbi bene comprobat hanc conclusionem, Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis, nu. 8.* Carer. *in tract. de hæreticis, num. 159. post principium, & n. 21.* Paul. Ghirland. *in eodem tract. de hæreticis, quæst. 8. num. 2.* Gundisalu. *in dict. tract. de hæreticis, quæst. 9. post num. 2. & quæst. 12. num. 3. & quæst. 15. num. 11.* Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz. in practic. crimin. Canonic. cap. 116. num. 12. versic. Quinto, quod si ex causa excommunicationis,* Menoch. *de arbitrar. quæstionibus, libr. 2. casu 374. nu. 10.* Bursat. *consil. 7. num. 23.* Ioan. à Rojas *singular. 2. nu. 4. & nu. 5. & singular. 60. num. 3.* Sigismundus Scaccia *in tractat. de iudicio causarum ciuilium criminalium & hæreticalium, cap. 98. nu. 4. versic. Si est sola suspicione notatus, & numer. 6.* Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part. 2. quæst. 47. nu. 8. & nu. 10. in fine, & quæst. 56. nu. 5.* vbi pluribus hanc regulam probat, idem Eymeric. *vbi supra, part. 3. rub. de sexto modo terminandi processum, &c. num. 173. & rubr. de decimotertio modo terminandi processum, &c. num. 212. versic. In secundo casu,* idem Eymer. *vbi supra, dict. part. 3. quæst. 124. nu. 1. & nu. 3.* Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 35. num. 20. versic. Illud tamen, quod dictum est, & num. 24. & cap. 38. nu. 8. versic. Item condemnabitur, & cap. 17. versic. 34. & versic. 124. & cap. 41. in fine, versic. Decimoquarto, si per annum, & cap. 48. num. 43.* Ludou. à Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis, lib. 3. quæstion. 4. rub. de expeditione processus in causis fidei, nu. 21. & 22.* dixi de hac re iterum *infra, in fragmentis, in verbo, Clericus, nu. 289.*

AMPLIA I. Propositam † regulam, vt idem sit de 15
impedientibus quoquo modo Sanctum Inquisitionis officium, fautoribus, defensoribus, & receptatoribus hæreticorum, dixi *supr. quæst. 182. num. 72. & nu. 38. & 59. & sequ. & nu. 135.* Hic repetere non est necesse.

AMPLIA II. In † recusantibus se purgare, qui si 16
propterea excommunicati sint, & in excommunicatione per annum perstiterint, vt hæretici condemnantur,

tur, quod an verum sit, dixi *infra, in materia purgationis, quæst.* 194. *num.* 46. *& sequentibus.* Hic repetere non est necesse.

17 Ampl**ia** III. Vt † excommunicati ex causa hæresis, & in excommunicatione per annum permanentes reputentur hæretici ipso iure, absque alia sententia & condemnatione, secundum Hostiensem, *in cap. Excommunicamus, il primo, num.* 7. *versicul. Hodie vero, vsque ad num.* 8. *extra, de hæreticis,* per text. quem allegat *in authentic. Gazzaros, C. eodem, ponderando illa verba: Ita, quod si sit per annum permanserint, ex tunc eos sicut hæreticos condemnamus,* & propterea, cum iam sint à lege condemnati, non videtur necessaria alia hominis condemnatio, & licet dicta authentica sit lex Imperialis, facit tamen ius in foro Ecclesiæ, cum sit ab Ecclesia Romana non solum approbata, sed etiam procurata, vt *ibi* per eum, quem referendo *ibidem* sequuti sunt Ioan. Andr. *num.* 4. Ancharan *num.* 4. *& num.* 5. Anton. de Buttrio *num.* 17. Abb. *num.* 11. Marian. Socin. *num.* 14. *& sequentib.* vbi, quod ita tenent Doctores, licet *ibidem nu.* 17. alia in contrarium adducat, Ioan. de Anania *num.* 6. Felyn *sub nu.* 1. *colum.* 2. *ante medium, versic. Imo dicit Hostiensis,* & Cardinal. Zabarell. *in* §. *Qui autem, colum.* 2. *versic. Quæro, nunquid post annum,* Franch. *in cap. Cum contumacia, post num.* 2. *de hæreticis, in sexto,* licet *ibidem* referat contrarium tenentes, Sigismundus Scaccia *in tract. de iudicio causarum ciuilium criminalium & hæreticalium, cap.* 98. *num.* 10. vbi, licet pluribus impleat caput lectoris, faciendo more solito conculcatas distinctiones, multaque hinc inde in contrarium adducat, concludit tamen pro hac parte negatiua, licet bene admittat, esse necessariam sententiam declaratoriam, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 3. *titul. de tertiodecimo modo terminandi processum, &c. Commentar.* 49. *litera* E. *in verbo, Sententiam diffinitiuam,* vbi & ipse hanc negatiuam sustinet sententiam, quod post annum non requiratur iudicis sententia declaratoria, licet declaratoriam admittat, vide, quæ dixi *infra, in fragmentis, litera* C. *num.* 298. Et quidem, quod requiratur declaratoria, nullam habet difficultatem.

18 Ampl**ia** IV. In † Apostata, qui si per annum persiterit in excommunicatione, in quam propter Apostasiam incurrit, potest tanquam suspectus de hæresi citari ad respondendum de fide, dixi *supra, quæst.* 183. *nu.* 108. Hic repetere non est necesse.

19 Limit**a** I. Propositam † regulam, quia licet excommunicatus per annum possit post annum de hæresi condemnari, non tamen verè est hæreticus, Ioan. de Anania *in cap. Ad abolendam, num.* 26. *colum. penult. ante medium, versic. Plus dicit forte posse attentari, extra, de hæreticis,* post Ioan. Calderin. quem allegat *in consil.* 5. *tit. de hæreticis, colum.* 2. *post mediam, versic. Item posset attentari,* Hostiens. *in capit. Excommunicamus, il* 1. *num.* 4. *in verbo, Velut hæretici,* per illum textum, & *ibi* etiam Ioan. Andr. *nu.* 3. *in verbo, Velut,* & Ioan. de Anania *in* §. *Qui autem, ante numer.* 1. *versic. Et ideo dicit, extra eodem,* facit text. *in cap. Cum contumacia,* ibi, *Velut hæreticus condemnetur, de hæreticis, in* 6. ponderando dictionem, *Velut,* quæ videtur significare quandam similitudinem, non autem veritatem & proprietatem, & *ibi* Archidiacon. *num.* 2. *in fine, in eodem verbo, Velut,* vbi tamen dixit, quod verbum, *Velut,* est expressiuum veritatis, Ioan. Andr. *num.* 1. *in fine, versic. In Glossa vltima,* vbi, quod dictio, *Velut,* significat, vt per annum excommunicatus habeatur pro conuicto, non autem pro hæretico, Geminian. *post nu.* 12. vbi concludit, quod non sit verus hæreticus, & Franch. *nu.* 2. vbi refert Doctores hinc inde contrarios, & nihil firmat, Archidiacon. *in cap. Accusatus, num.* 1. *versic. Etsi veritate hæreticus non sit, eodem titul. de hæreticis, in* 6. Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part.* 2. *quæst.* 47. *numer.* 3. *versic. Non dicit, quod sint hæretici,* idem Eymeric. *vbi supra, parte* 3. *rubric. de sexto modo terminandi processum, &c. nu.* 174. *& rub. de tertiodecimo modo terminandi processum, &c. n.* 212. *versic. In secundo casu, & tertio,* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.* 49. *litera A. versic. Primo, & sequentibus,* vbi proponit contrarium, & illis respondet.

Limit**a** II. Vt † qui stetit excommunicatus per annum ex causa fidei, si misericordiam imploret, recipiatur ab Ecclesia, voluit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, parte* 3. *quæstion.* 125. *Commentar.* 174. *versic. Et breuiter respondeo, folio mihi* 740. *column.* 2. Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz. in practic. criminali Canonic. cap.* 116. *numer.* 12. *versic. Imo, & quod existimo,* vbi dixit, quod si iam condemnatus & captus, tanquam verè pœnitens, voluerit se Ecclesiæ reconciliari, audiendus est, idem Eymericus *vbi supra, in Directorio inquisitorum, parte* 2. *quæstion.* 47. *num.* 5. vbi, quod si excommunicatus petit recipi ad misericordiam, si abiurare paratus est errores, pro quibus fuit citatus & excommunicatus, admittitur, sicut alii pœnitentes admittuntur, & *num.* 8. *versic. Taliter autem condemnandus, & num.* 9. vbi ponit modum procedendi contra excommunicatum pœnitentem, & petentem ad misericordiam admitti, & *numer.* 10. vbi de ea re idem Eymericus *vbi supra, parte* 3. *rubr. de forma citandi conuictum, numer.* 214. *versic. Sed si fuerit suspectus, & rubric. de sexto modo terminandi processum, &c. num.* 174. Ludouicus à Paramo *de origine Sanctæ inquisitionis, libro tertio, quæstion.* 4. *rubric. de expeditione processus in causis fidei, numero* 23. 20

21 Limit**a** III. Vt † excommunicatus etiam per annum excusetur, si interim quæsiuit de iudice, vel instetit pro absolutione, vel offerebat satisfactionem, & similia, iuribus allegatis per Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Catholica, cap.* 25. *num.* 2. *in fine,* & ante istos Ioan. Andr. *in cap. Cum contumacia, in fine principij, ante num.* 1. *in verbo, Pertinacia,* & *ibi* Geminian. *num.* 11. *versic. Quæro, an præsumatur,* & Franch. *num.* 2. *in fine de hæreticis, in* 6.

Limit**a** IV. Quia † impedimentum excusat persistentem in excommunicatione per annum, vt puta, si aliqua iusta de causa comparere non potuit, Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 14. *rubric. de contumacibus, num.* 10. vbi amplius videtur tenere, quod qualiscumque impedimenti causa excusat à contumacia, Sigismundus Scaccia *in tractat. de iuditio causarum ciuilium, criminalium, & hæreticalium, capit.* 98. *numer.* 27. Ignatius Lopez *in additionibus ad Diaz. in practic. criminal. Canonic. capit.* 116. *num.* 12. *sub versicul. Imo, & quod existimo,* vbi, quod isto casu, si condemnatus, & captus, ostendat, se legitime impeditum fuisse, omnem effugit pœnam; Menoch. *de arbitrar. quæstion. libr.* 2. *casu* 416. *numer.* 68. vbi propterea, quod lapso anno prudens iudex faciet citare excommunicatũ ad allegandum causam, quare non debeat declarari excommunicatus ad hoc, vt possit allegare impedimentum, si verè impeditus fuerit, Nauarr. *consil.* 7. *numer.* 4. *rubric. de hæreticis, libr.* 5. vbi, quod excommunicatus per annum non potest declarari suspectus de hæresi, quando infra annum petiit absolutionem. 22

Limit**a** V. In † excommunicato non ex causa hæresis, sed pro alio crimine, qui etiam, quod per annum in excommunicatione insorduerit, non tamen per hoc reputatur hæreticus, nec vt hæreticus condemnatur, sed reputatur tantum de hæresi suspectus, & propterea contra eum tanquam suspectum proceditur, prout extat decretum Concilii Tridentini, *sess.* 25. *capit.* 3. *de reformatione, in fine,* vbi ad literam habetur: *Excommunicatus vero quicunque, si post legitimas monitiones non resipuerit, non solum ad Sacramenta & communio-* 23

munionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur, sed si obdurato animo censuris annexus, in illis insorduerit, etiam contra eum, tanquam de hæresi suspectum, procedi posit. Quod si sic citatus ad respondendum de fide, & ad se purgandum, se non purget à suspicione, iterum ex causa hæresis excommunicatur, & si in excommunicatione per annum amplius insorduerit, hæreticus reputatur, & vt hæreticus condemnatur, colligitur hæc conclusio ex Glossa, *in cap. Excommunicamus, il primo*, §. *qui autem, in verbo, Condemnentur, in fine, versicul. Nec intelligas, extra, de hæreticis*, & ibi hoc præsertim adnotarunt Hostiensis videndus *num.* 3. Henric. Boich *num.* 1. *& num.* 2. vbi bene reassumit dicta per Hostiensem eo loci, & amplius subdit, quod ante annum excommunicatus iste nec etiam de hæresi suspectus est, Antonius de Butrio *numer.* 13. Abbas *num.* 7. vbi, quod in aliis criminibus excommunicatus per annum habetur pro conuicto de illo crimine, pro quo fuit excommunicatus, non autem pro hæretico, Marian. Socin. *num.* 72. vbi dicit, Ioannes de Anania *num.* 8. Felyn. *colum.* 2. *ante medium, versicul. Sed quærit Petrus de Ancharano*, ex Cardinal. Zabarell. *in dicto* §. *Qui autem, colum.* 2. *versic. Quæro, quid si ob aliam causam, & in* §. *Adijcimus, num.* 2. *versic. Oppono, quod non se purgans*, ad quæ adde etiam Arnaldum Albertinum *in rubric. de hæreticis, in* 6. *in prima quæstione, post numer.* 9. vbi pariter, quod stans per annum excommunicatus non debet reputari hæreticus, sed bene aliqualiter suspectus, & *quæstion.* 13. *num.* 33. *& sequenti*, vbi de excommunicato, tam ex causa ciuili, quam criminali, & de modo contra ipsum procedendi, addo Glossam *in capit. Cum contumacia, in verbo, Hæreticus*, & *ibi* addentes ad eam, *de hæreticis, in* 6. vbi dixit, quod excommunicatus per annum, non ex causa fidei, sed pro alio crimine habetur pro conuicto de illo crimine, pro quo fuit excommunicatus, non tamen habetur pro hæretico, & *ibi* Geminian. *num.* 12. *in fine*, & Franch. *num.* 4. *versic. In Glossa final.* vbi dixit, quod nihilominus est suspectus de hæresi potest de hæresi inquiri, ac etiam indici purgatio; Addo ad præmissa Hostiensem *in summa, de hæreticis*, §. *Qualiter deprehendatur, numer.* 4. *versic. Sed nunquid pro alio crimine*, & *versic. Quod si quis criminaliter vel ciuiliter accusatus*, summa Armilla *in verbo, Hæresis, numer.* 3. *versic. Si autem pro alia causa*, Tabien. *in summa, in verbo, Hæreticus, num.* 2. *versic. Aut fuit excommunicatus pro contumacia*, Vmbert. Locat. *in, iudiciali inquisitorum, in verbo, Contumax, num.* 4. vbi ponit modos procedendi contra absentem pro alio crimine, quam hæresis, & *in verbo, Excommunicati, num.* 2. vbi, quod excommunicatus non ex causa fidei, sed pro alia causa etiam ciuili, suspectus est de hæresi, leuiter tamen, & sic contra eum vti leuiter suspectum procedi poterit, Repertor. inquisitorum *in verbo, Contumacia, versic. Nota, quod si quis accusatus*, vbi, quod isto casu excommunicatus per annum habetur pro conuicto, Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 27. *rubric. de excommunicatione, num* 4. Nicol. Arelatan. *notabil.* 41. vbi generaliter loquitur de excommunicato pro quacunque causa etiam ciuili, Carer. *in tractat. de hæreticis, num.* 21. *versic. Aut pro contumacia in alia causa*, Paul. Ghirland. *in eodem tractat. de hæreticis, quæstion.* 8. *numer.* 4. vbi, quod excommunicatus ex alio crimine, quam hæresis, si excommunicatus per annum in excommunicatione insorduerit, non condemnatur vt hæreticus, sed de illo crimine, pro quo erat excommunicatus, quia illa excommunicatio retenta per annum indurato corde, facit ipsum haberi pro confesso. Addo etiam ad præmissa Ignatium Lopez *in addition. ad Diaz. in practic. criminal. Canonic. capit.* 116. *num.* 12. vbi plura ad interpretationem dicti Concilii Tridentini, Menoch. *de arbitrar. quæstion. libr.* 2. *casu* 416. *numer.* 34. Ioan. à Rojas *singular.* 2. *numer.* 5. *& singular.* 60. *num.* 1. *&* 2. vbi latius Sigismundus Scaccia *in tractat. de iudicio causarum ciuilium criminal. & hæreticalium, cap.* 98. *post num.* 35. *versic. Aut fuit excommunicatus ob aliam causam*, Eymeric. *in Directorio inquisitorum, parte* 2. *quæst.* 47. *num.* 6. *&* .. vbi, quod isto casu suspicio, quæ oritur contra excommunicatum subsistentem in excommunicatione non ex causa fidei, dicitur leuis suspicio, & ibi ponit modum procedendi contra hunc excommunicatum, & persistentem in excommunicatione non ex causa fidei, & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.* 72. *litera C. versic. Quidam vero sunt excommunicati, folio mihi* 386. *colum.* 1. *in fine*, Decian. *in tractat. crimin. libr.* 5. *cap.* 17. *versic.* 129. *& cap.* 18. *versic.* 33. Adde pro hac quinta ampliatione Nauar. *consil.* 21. *nu.* 2. *tit. de hæreticis, lib.* 5.

Vide † tamen in proposito Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 2. *quæstion.* 47. *Commentar.* 72. *versic. Ex recepta, folio mihi* 386. *columm.* 2. vbi testatur, ex recepta Sanctæ Romanæ & Generalis Inquisitionis consuetudine non solere procedi contra excommunicatos per annum, aut amplius, nisi fuerint excommunicati ex causa hæresis, & ita etiam non aliter seruatum vidisse testatur Sigismundus Scaccia *in tractat. de iudicio causarum ciuilium criminalium & hæreticalium, capit.* 98. *num.* 36. *in fine.* Et vide etiam Montemaiant. *in practic. Archiepiscop. cap.* 84. *num.* 8. *versic. Quando reperitur*, vbi dixit, quod suspicio oriens ex insordescentia per annum in excommunicatione, lata non ex causa fidei, sufficit ad indicendam purgationem de leui, non autem ad torturam, Lælius Zech. *in summa, parte* 1. *tit. de fide, rubric. de hæresi, capit.* 11. *numer.* 13. *versic. Ex aliis vero causis*, vbi pariter dixit, isto casu non oriri ex persistentia in excommunicatione nisi leuem suspicionem, &, quod contra istos excommunicatos per annum procedi non solet in supremo Vrbis, totiusque Christianæ Reipublicæ Sanctæ & generalis Inquisitionis Tribunali, dubitandum non est. 24

De † Clerico excommunicato non ex causa fidei, sed ex aliquo alio crimine, vel etiam causa ciuili, si per annum in excommunicatione persstiterit, an possit beneficiis priuari, & late de materia dixi *infra, in fragmentis, in verbo, Clericus, litera C. num.* 264. *& sequentibus.* 25

Limita VI. Dummodo † excommunicatio inflicta contumaci vocato ad respondendum de fide, & non comparenti, fuerit lata à iudice ex præcedenti aliqua suspicione, secus, si contra eum, qui nulla suspicione præcedente fuit citatus ad respondendum de fide, quia tunc excommunicatus etiam quod per annum in excommunicatione perstiterit, non potest vt hæreticus condemnari, secundum Archidiacon. *in cap. Cum contumacia, num.* 1. *in verbo, Præsertim, de hæreticis, in* 6. & *ibi* etiam Ioan. Andr. *ante num.* 1. *in verbo, Suspicioni*, & Geminian. *num.* 8. *versic. Quæro, an propter quamlibet suspicionem*, dicentes amplius, quod isto casu ex causa hæresis quis citari non debet pro qualibet suspicione, nisi fuerit probabilis, cum Communis suspicio repellenda potius, quam recipienda sit, iuribus ibi per eos allegatis, Gundisaluus *in tractat. de hæreticis, quæstione* 12. *numer.* 4. 26

Limita VII. Quia † excommunicatus, etiam quod per annum in excommunicatione perstiterit, nó potest tamen vt hæreticus condemnari, nisi ante excommunicationem ipsi fuerit indicta purgatio, & terminus ad purgandum assignatus, antequam excommunicaretur, in tantum, quod non sufficit sola indictio purgationis sine assignatione termini, nec sola assignatio termini sine indictione purgationis, secundum Hostiensem, *in cap. Excommunicamus, il primo, numer.* 9. *&* 10. 27

& 10. extra, de hæreticis, vbi propterea subdit, secus esse, quando iudex & purgationem indixerit, & terminum ad purgandum præfixerit, tunc enim si excommunicatus, quia non se purgauit, per annum excommunicatus steterit, vt hæreticus condemnatur, nisi ex iusta causa, & ea quidem expressa, à tali mandato & præcepto appellauerit, vt *ibi* per eum, quem referendo sequuti sunt *ibidem* Ioan. Andr. *num. 5. & 6.* Henric. Boich. *num. 3. versicul. Aut vtrum censendus est hæreticus, & num. 4.* vbi bene reassumit dicta per Hostiensem vbi *supra*, Anton. de Butrio *num. 15.* & Cardinal. Zabarell. *in §. qui autem, colum. 2. versic. Quæro, quid si suspecto de hæresi, & versic. Nisi dicat iudex.*

28 Dicunt † autem Anton. de Butrio, & Cardinal. Zabarell. *in locis præcitatis*, post Ioannem Andream, quem allegant, hodie hanc controuersiam non esse dubiam, sed claram, & expeditam, *per cap. Cum contumacia, de hæreticis, in 6.* & nihilominus ad hanc materiam vide multa dicentem Sigismundum Scacciam *in tractat. de iudicio causarum ciuilium criminalium & hæreticalium, cap. 98. n. 4. versic. Si est sola suspicione notatus, in fine versiculi, & sequentibus, vsque ad num. 5.*

29 Limita VIII. Vt † tunc demum excommunicatus in excommunicatione persistens, possit vt hæreticus condemnari, vel pro condemnato habeatur, dummodo fuerit excommunicatus, vel declaratus excommunicatus ab homine in casu, quo excommunicatio ipso iure incurritur, non præcedente autem sententia excommunicationis, vel excommunicationis declaratione in casu prædicto, non potest vt hæreticus condemnari, & sic annus persistentiæ in excommunicatione currere incipit, non à die incursus excommunicationis, sed à die declarationis, seu à die, in quo nominatim fuit excommunicatus, cum ex illo tempore incipiat tumor contumaciæ, seu contemptus clauium, ex plenè deductis per Arnald. Albertin *in rubric. de hæreticis, in 6. quæst. 13. num. 35. & sequentibus,* vbi hanc limitationem declarat non procedere, quando quis esset notoriè excommunicatus, quia tunc annus incipit currere à notorietate excommunicationis absque alia declaratoria, quando de tali notorietate verè & euidenter omnibus constat.

30 Limita IX. Dummodo † annus, in quo quis in excommunicatione ex causa fidei inflicta perstitit, fuerit continuus, aliter secus, secundum Archidiacon. *in cap. Cum contumacia, num. 2. in verbo, Per annum, de hæreticis, in 6.* & *ibi* etiam Ioan. Andr. *ante num. 1. in eodem verbo, Per annum,* Geminian. *nu. 9. versic. Quæro, an intelligatur de anno continuo, & numer. 10.* & Franch. *num. 2. versic. Item annus debet esse continuatus,* ponderantes dictionem, *Per*, in textu positam, quæ de sui natura temporis continuationem demonstrat; Ioan. à Rojas cum allegatis per eum, *singular. 60. num. 3. & 4.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 14. rub. de contumacibus, nu. 3.* in pœnalibus enim tempora nunquam coniunguntur, licet secus in fauorabilibus Socin. *consil. 118. nu. 6. & sequ. lib. 4.* Nauar *consil. 34. num. 2. & consil. 36. num. 1. de irregularibus, lib. 3. & tit. de hæreticis, lib. 5. consil. 7.* vbi propterea dixit, excommunicatum per annum non esse suspectum de fide; si interim fuerit absolutus, nec lapsus annus post absolutionem, & in terminis voluit Cardin. Seraphin. *decis. 1285. num. 4. & sequ.* vbi amplius subdit, ita fuisse decisum in congregatione concilii, reprobato Decio contrarium tenente, *in consil. 145.* per eum allegato.

31 Limita X. Quia † excommunicatus, si per annum in excommunicatione insorduerit, non potest vt hæreticus condemnari, nisi fuerit citatus specifice ad respondendum de fide, & ad se purgandum de suspicione ex insordescentia exorta; summa Angelica *in verbo, Hæreticus, num. 1. in fine, versic. Requiritur tamen,* Tabien *in summa, in eodem verbo, Hæreticus, num. 2. versic. Requiritur tamen,* summa Syluestrina *in dicto verbo, Hæreticus, §. 1. num. 11. versic. Requiritur tamen,* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Contumacia, vers. Nota, quod ex contumacia,* Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap. 9. nu. 3.* Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part. 2. quæst. 47. nu. 7. versic. Suspectus autem de hæresi,* vbi tamen videtur tenere, quod sufficiat in citatione apponere verbum, *Responsurus de fide,* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 52. litera G. fol. mihi 386. colum. 2.* vbi declarat, hoc verbum, *Responsurus de fide,* esse apponendum in citatione, quando reus est contumax, & facile capi non potest, secus, si non sit contumax, & facile capi potest, cum tunc sufficiat eum generaliter citare, vt coram Inquisitoribus compareat, faciunt, quæ in simili de citatione contumaci facienda dixi *supra, quæstion. 185. num. 112. & sequentibus.*

Quoties † autem citandus sit de hæresi suspectus, 32
antequam excommunicetur, & antequam in excommunicatione per annum persistens, vt hæreticus condemnetur, dixi *supra, quæst. 185. num. 117.* Hic repetere non est necesse.

Et † an citatio debeat esse personalis, dixi pariter 33
supra, dicta quæst. 185. num. 116. Hic repetere superfluum est.

Et † generaliter de modo procedēdi contra excom- 34
municatum persistentem in excommunicatione, siue sit excommunicatus ex causa fidei, siue ex alia causa, vide Eymeric. *in Directorio inquisitorum, parte 2. quæst. 47. num. 7. & sequentibus,* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 48. num. 53.*

Et † de forma sententiæ contra excommunicatum 35
per annum, dixi *supra, dict. quæst. 185. num. 96.* Hic repetere non est necesse.

Limita XI. Regulam † procedere, prout loqui- 36
tur, in excommunicato, persistente in excommunicatione per totum integrum annum à die excommunicationis, secus autem non lapso anno, & ideo si intra illum annum excommunicatus obierit, integri status decedere dicitur, nec bona eius ob eam causam confiscabuntur, & multo minus vt hæreticus condemnabitur anno non lapso, secundum Archidiacon. Ioan. Andr. Geminian. & Franch. *in dict. cap. Cum contumacia, de hæreticis, in 6.* ponderantes dictionem illam, *Ex tunc*, in textu positam, Arnald. Albert. *in rubr. de hæreticis, in 6. quæst. 13. nu. 39.* cum aliis per Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 14. rubr. de contumacibus, num. 4. & in Enchirid. violatæ religion. tit. 46. rubr. de contumacibus, num. 2.* Carer. *in tract. de hæreticis, num. 113. versic. In hæresi autem,* Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 32. num. 10.* Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz. in pract. crimin. Canonic. cap. 116. nu. 12. versic. Secundo, quod quatenus.*

Sublimita † hanc vltimam limitationem, nisi 37
contumax esset plene conuictus, & sic contra eum in processu apparerent de hæresi plenæ, & concludentes probationes, quia tunc etiam infra annum & absque vlla præcedente excommunicatione potest absens & contumax condemnari, prout dixi in forma procedendi contra absentem, *supra, quæst. 185. nu. 95. & sequenti.*

ARGVMENTVM.

Sepultura carent hæretici, & quando hoc verum sit.

SVMMARIA.

Sepultura carent hæretici, nec pro eis orandum est, nu. 38.

Sepultura etiam carere debent instituentes hæreticos hæredes, num. 39.

Sepultura carere etiam debent credentes, fautores, defensores, & receptatores hæreticorum, nu. 40.

Sepulti hæretici ossa exhumantur, nec propterea, qui hæreticos sepelierunt, absoluuntur, nisi eorum ossa exhumauerint, num. 41. Declara, dummodo exhumanda ossa possint discerni ab ossibus Catholicorum, aliter secus, nu. 42. Quid si plures fuerunt, qui hæreticum sepelierunt, & vnus tantum illius ossa exhumauit, an omnes absoluantur, nu. 43.

Sepultura, in qua hæreticus sepultus fuit, perpetuo aliorum sepultura carere debet, nu. 44.

Sepelientes hæreticos sunt excommunicati, num. 45. priuantur officiis, nu. 46. siue clerici siue laici sint, num. 47. etiam sepelientes credentes hæreticorum, eorumque fautores, defensores & receptatores, nu. 48. sunt suspecti de hæresi, nu. 49.

Sepelientes hæreticum non ex causa hæresis, vel fauore hæresis, sed ne illius cadauer putredine aërem corrumpat, vel ob amicitiam seu consanguinitatem, excusantur à pœnis sepelientium hæreticos, nu. 50.

Sepeliens hæreticum, ignorans illum esse hæreticum, non incurrit pœnas, nu. 51.

QVÆST. CXCII. §. III.

38 REGVLA sit, † quod hæretici Ecclesiastica sepultura carere debent, nec pro eis orandum est, Text. expressus *in cap. Sicut, extra, de hæreticis, in fine*, ibi, *Aut inter Christianos accipiat sepulturam*, & ibi etiam hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, versic. Nec inter Christianos*, & *in verbo, Ablatio*, Hostiens. *nu. 2. in verbo, Decesserit*, Ancharan. *in summario, & in tertio notabil.* Zabarell. *in princ.* Marian. Socin *ante num. 1.* & Ioan. de Anania *colum. 1. in princ. versic. Et hæretici, & nu. 2. versic. Nota, quod hæretici non debent habere sepulturam*, facit etiam text. (qui loquitur in defensoribus & fautoribus hæreticorum, ergo multo magis procedit in hæretico) *in cap. Excommunicamus, il 1. §. credentes, versic. Sanè, extra, de hæreticis*, vbi ad literam dicitur: *Sanè Clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus Ecclesiastica Sacramenta, nec eos Christianæ præsumant tradere sepulturæ*, & ibi hoc adnotarunt Anton. de Butrio *numer. 38. versic. Quarto nota*, Ioan. de Anania *post numer. 10. versic. Priuantur etiam isti Ecclesiastica sepultura*, & Cardin. Zabarell. *num. 6.* est etiam Text. *in cap. Sacris, extra, de sepulturis*, (qui textus, licet loqui videatur in excommunicato, eius tamen resolutio est generalis) dum ibi dicitur: *Sacris est Canonibus institutum, vt quibus non communicauimus viuis, non communicemus defunctis, & vt careant Ecclesiastica sepultura, qui prius erant ab Ecclesiastica vnitate recisi*, prout sine dubio sunt hæretici, & per illum textum hoc idem in hæreticis voluit expresse Archidiac. *in cap. 2. de hæreticis, in 6. num. 7.* vbi propterea dixit, quod hæreticorum cadauera non debent in cœmiterio Ecclesiæ sepeliri, neque etiam alibi ad modum Christianorum, sed foras iactari ab Ecclesiastica sepultura in signum perpetuæ damnationis, & Archidiaconum sic dicentem *ibidem* sequuti sunt; Ioan. Andr. *colum. penul. ad medium, in versic. Ecclesiastica*, Geminian. *num. 1. versic. Nota vnum casum, & nu. 3. versic. Nota corpora hæreticorum, & numer. 14.* & Franch. *num. 1. in fine, versic. Secundo nota.* Extat etiam Constitutio Leonis X. edita de anno 1520. *incip. Exurge Domine*, relata per Franciscum Pegnam in Directorio Inquisitorum, inter literas Apostolicas, *folio mihi 115. versic. Nec non quod omnes*, & alia Constitutio Martini V. edita de anno 1418. *incip. Inter cunctas, versic. Et si tales hæreticis*, relata *vbi supra, folio mihi 88.* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum post mortem, num. 1.* Armilla *in summa, in verbo, Hæresis, nu. 12.* summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §. 1. num. 14. versic. Decimatertia, quod nullus hæreticus*, Tabien. *in summa, in eodem verbo, Hæreticus, num. 17. & 18.* Vmbert. Locat *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Cadauera, nu. 1. & in verbo, Pœna, nu. 9. versic. Tertiodecimo nullus clericus*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Pœna, versic. Item si tales decedunt, & in verbo, Sepultura, versic. Primo*, Afflict. *in Constitution. Regni, de hæreticis & Patterenis, rubr. 1. post num. 29. versic. Item punitur hæreticus*, Simanch. *Catholicarum Institutionum tit. 18. rubr. de defunctis, nu. 7. & seqq.* vbi pluribus hæc probatur conclusio, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 18. n. 3.* Carer. *in tract. de hæreticis, num. 147.* Diaz. *in pract. crimin. Canonic. cap. 115. rub. de hæreticis receptatoribus, &c. num. 1. in fine*, Ioan. à Rojas *singular. 180.* Per. Gregor. *Syntagmat. iuris, lib. 33. cap. 8. num. 4.* Menoch. *de arbitr. quæstion. libr. 2. casu 374. num. 5.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 40. Comment. 89. versic. Quantum ad primum, & sequentib. versic. folio mihi 611. colum. 2. in fine, & col. 1.* vbi plures ponit rationes, quibus hæreticis sepultura denegatur, & bene loquitur in materia, Decian. *in tract. crimin.*

AMPLIA I. Propositam † regulam in instituentibus hæreticos hæredes, quibus sepulturam denegari, dixi *infra, quæst. 190. nu. 107.* 39

AMPLIA II. Etiam † in credentibus, fautoribus, defensoribus, & receptatoribus hæreticorum, quos sepultura carere debere, dixi *supra, quæst. 182. nu. 49.* 40

AMPLIA III. Vt † hæretici sepulti ossa exhumentur, nec propterea qui hæreticos sepelierunt, ab excommunicatione absoluuntur, nisi sepultorum ossa exhumauerint; Textus expressus *in cap. 2. de hæreticis, in 6.* vbi ad literam dicitur: *Nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publicè extumulent, & proijciant huiusmodi corpora damnatorum*, & ibi Glossa *in figuratione casus, vers. A qua non sum absoluendus, & in verbo, Propriis manibus, & in verbo, Publicè*, Archidiacon. *nu. 7. ad medium, & nu. 8. & 9.* vbi bene declarat hanc conclusionem, Ioan. And. *colum. penult. in verbo, Propriis*, & Franch. *nu. 3.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 8. quæst. 40. Commentar. 86. versic. Quod si quandoque de facto, folio mihi 612. colum. 1.* Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 41. num. 6.* 41

LIMITA, hanc † tertiam ampliationem procedere, dummodo exhumanda ossa possint discerni ab ossibus Catholicorum, aliter secus, secundum Marian. Socin. *in cap. Si quis Episcopus, num. 11. extra, de hæreticis*, & voluit Glossa *in dict. cap. Quicunque, de hæreticis, in 6. in verbo, Extumulent*, & est textus expressus (qui tamen loquitur in excommunicato) *in cap. Sacris, §. vnde si contingat*, in illis verbis, *Si ab aliorum corporibus discerni non poterunt*, & nedum *infra*, in aliis verbis: *Quod si discerni non poterunt*, & ibi Doctores Communiter, *extra, de sepulturis*, Repertor. inquisitorum *in verbo, Sepultura, versic. Primo, in fine*, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 24. num. 4. versic. Quod quidem est verum*, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 40. Commentar. 89. versic. Quod si quandoque de facto, fol. mihi 612. col. 1.* 42

Quod † si plures fuerint, qui hæreticum sepelierit, & vnus tantum illius ossa extumulauerit, vel eadem ossa fuerint ab aliquo alio extraneo extumulata, omnes absoluuntur, prout communiter notant omnes Canonistæ *in dict. cap. 2. de hæreticis, in 6. & ibi præsertim* Geminian. *nu. 15.* & Franch. *nu. 3. in fine.* 43

AMPLIA IV. Quia † sepultura, in qua hæreticus sepultus fuit, perpetuo aliorum sepultura carere debet, Textus est *in capit. 2. de hæreticis, in 6. in fine principij*, dum ibi dicitur: *Et locus ille perpetua careat sepultura*, & ibi Glossa *in verbo, Locus*, notauit casum, in quo res inanimata punitur, Archidiacon. *nu. 9. in verbo, Locus, & in verbo, Perpetua, & in verbo, Careat*, Ioan. Andr. *colum. penultim. in verbo, Locus, & in verbo, Perpetua*, Geminian. *nu. 3. vers. Nota, quod quando*; & Franch. *ante nu. 1. versic. Locus vero*, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum post mortem, n. 1.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Clericus, nu. 8.* Ioan. à Rojas *sing. 102.* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Sepultura, versic. Primo*, Campeg. *in addit. ad Zanchinum, in tract. de hæret. cap. 36. lit. A. vers. Et quamuis* 44

id ex-

id extumulatum postea fuerit, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 41. num. 6.*

45 AMPLIA V. Vt † sint excommunicati dantes sepulturam hæreticis, ex allegatis per Marian. Socin. *in c. Excommunicamus, il 1. §. Credentes, post Hostiensem*, quem allegat *num. 45. extra, de hæreticis, in 6.* vbi, quod excommunicatio isto casu incurritur ipso iure, & est Text. expressus *in cap. Quicunque, de hæreticis, in 6.* vbi ad literam dicitur: *Quicunque hæreticos scienter præsumpserint Ecclesiasticæ tradere sepulturæ excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere*, & *ibi* Glossa *in figuratione casus*, Geminian. *ante num. 1. in summario*, Franch. *etiam ante nu. 1. in summario, & num. 2. in vltimo notab.* qui pariter dixit, quod isto casu incurritur excommunicatio ipso iure, extat Constitutio Nicolai III. edita de anno 1281. *incip. Nouerit vniuersitas, versic. Item quicumque*, relata per Pegnam inter literas Apostolicas, in Directorio Inquisitorum, *folio mihi 67.* Ioan. Calderin. *in tractat. de hæreticis, rubric. de pœnis hæreticorum post mortem, num. 1. & in rubr. de pœnis receptatorum, num. 11. versic. Item quicunque talis*, summa Angelica *in verbo, Hæreticus, num. 19. versic. Hodie tamen*, summa Syluestrina *in eodem verbo, Hæreticus*, §. 1. *num. 14. versic. Decimatertia, quod nullus Clericus, & num. 16. versic. Clerici quoque, & versic. Sepelientes etiam*, Tabien. *in summa, in dicto verbo, Hæreticus, num. 18.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Clericus, nu. 8. & in verbo, Pœna, nu. 9. versic. Tertiodecimo nullus Clericus, & num. 11.* Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Credentes, versic. Item Clerici, & in verbo, Sepultura, versic. Primo*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 18. rubr. de defunctis, nu. 7. & in Enchiridion violatæ Religionis, tit. 62. rubr. de mortuis, nu. 4.* Ioan. à Rojas *singular. 62. num. 5.* Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 40. & ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 89. folio mihi 611. colum. 2.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 41. num. 6.*

46 AMPLIA I. Hanc † quintam ampliationem, quia *Clerici dantes sepulturam hæreticis, vel eorum fautoribus, suo priuantur officio, ad quod nunquam restituuntur absque indulto Sedis Apostolicæ*, sunt verba expressa textus, *in capit. Excommunicamus, il primo, §. Credentes, versic. Sanè Clerici, in fine*, & *ibi* hoc adnotarunt Glossa *in verbo, Apostolicæ*, Anton. de Butrio *num. 39. versic. Nota casum*, Marian. Socin. *num. 49. versic. Decimooctauo nota*, Ioan. de Anania *num. 4. versic. Nec obstat textus*, summa Rosella *in verbo, Hæreticus, nu. 16. versic. Item omnes.*

47 AMPLIA II. Eandem † quintam ampliationem, vt pœna sepelientium hæreticos habeat locum tam in clericis, quam in laicis, secundum Communiter Canonistas omnes, *in dicto capit. 2. de hæreticis, in 6.* qui ad id ponderant verbum vniuersale, *Quicunque*, in textu positum.

48 AMPLIA III. Dictam † quintam ampliationem, vt eadem pœna plectantur sepelientes, credentes hæreticorum, eorumque defensores, fautores, & receptatores, vt dixi *supra, quæst. 182. num. 40.*

49 AMPLIA IV. Eandem † quintam ampliationem, quia sepelientes hæreticos non solum sunt excommunicati, *vt supra*, sed etiam sunt suspecti de hæresi, & propterea Inquisitor potest contra eos procedere, tanquam contra suspectos de hæresi, ex plene traditis per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, parte 3. quæst. 40. Commentar. 89. versic. Sed alterum tam caput, & seqq. folio mihi 612. col. 1. in fine, & col. 2.* vbi etiam dixit, hanc hæresis suspicionem oriebtem contra sepelientes hæreticos esse modo leuem, & modo vehementem reputandam, iuxta personarum qualitatem.

50 LIMITA I. Eandem † quintam ampliationem in eo, qui hæreticum sepeliri curauit, non ex causa hæresis, vel fauore hæresis, sed ne illius cadauer putredine aërem corrumpat, vel ob amicitiam, aut consanguinitatem, Nauarr. *consil. 12. tit. de hæreticis, lib. 5.* refert eum & sequitur Bartholom. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, part. 2.* in Gloss. *Fautores, in princip. num. 18. folio mihi 82. colum. 2.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 40. Commentar. 89. versic. Si quis verò hæreticum, folio mihi 912. colum. 2. in fine*, vbi de sepeliente extra ciuitatem, non tamen in sepultura Ecclesiastica, mortuos hæreticos ibidem repertos, ne eorum insepulta cadauera aërem corrumpant.

LIMITA II. Dictam † quintam ampliationem, 51 quia sepeliens hæreticum, non incurrit aliquam pœnam, si ignorans, quem sepeliuit, esse hæreticum, sepeliuerit, Ioan. de Anania *in cap. Si quis Episcopus, num. 1. ad medium, versic. Et intellige, extra, de hæreticis*, & probat tex. *in cap. Quicunque, de hæreticis, in 6.* ponderando à contrario sensu verbum, *Scienter*, in eodem textu positum, & *ibi* hoc adnotauit Glossa *in verbo, Scienter*, & Archidiacon. *num. 6. in fine, in eodem verbo, Scienter*, Bartholomæus Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis*, Glossa *Fautores, in princip. num. 18. folio mihi 82. colum. 1.* vbi loquitur ad effectum non incurrendi excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, Nauarr. *consil. 11. per totum, libr. 5. titul. de hæreticis*, vbi amplius quatuor rationibus probat sepelientem hæreticum, quem sepeliens certè non scit esse hæreticum, sed solum per famam non esse excommunicatum.

ARGVMENTVM.

Absoluere ab excommunicatione propter hæresim præcipue incursa qui possit.

SVMMARIA.

Episcopus absoluit pœnitentes hæreticos, quos ad misericordiam admittit, nu. 52.

Absolutio ab excommunicatione incursa præsertim ex causa hæresis, à quo fieri possit, & generaliter de materia remissiue, num. 53.

Inquisitores absoluunt ab excommunicatione hæreticos pœnitentes, quos ad misericordiam admittunt, nu. 54.

Episcopi absoluere possunt excommunicatos etiam excommunicatione lata ore Papæ, quæ tamen fuerit per modum canonis, num. 55. contra, nu. 56.

Episcopus absoluere potest excommunicatum propter impedimentum datum Sancto Inquisitionis officio, vel eo to, quod requisitus inobediens fuerit, nu. 57.

Episcopus absoluere potest fautores & defensores schismaticorum, nu. 58.

Apostatæ religionis propter Apostasiam excommunicati absoluuntur à suis Prælatis, nu. 59.

Occultus hæreticus non potest ab excommunicatione absolui à suo Sacerdote confessario, nu. 60.

Occultus hæreticus nec etiam ab Episcopo absolui potest in foro conscientiæ, nu. 61.

Sacerdotes possunt absoluere ab excommunicatione hæreticum in articulo mortis, nu. 62.

Sacerdos absoluere potest ab excommunicatione etiam in casibus reseruatis, quando illi à Papa sic absoluendi potestas data est, vtputa occasione Iubilei, aut alias, nu. 63.

Absoluere ab excommunicatione nemo potest, quando absolutio est reseruata Papæ, secus, si illi non est reseruata, nu. 64.

Sepelientes hæreticos ob id excommunicatos absoluere nullus potest, nisi Papa, nu. 65.

Excommunicatus ab inquisitore, absolui non potest ab ordinario, nu. 66.

QVÆST. CXCII. §. IV.

REGVLA sit, † quod Episcopus in sua diœcesi, & 52 in foro exteriori, potest ex sua ordinaria potestate hære-

hæreticos inquisitos, & pœnitentes redeuntes ad fidem recipere, Ecclesiæ reconciliare, illisque pœnitentiam iniungere, talisque absolutio prodest etiam in foro interiori: sic enim probat Textus *in cap. Vt officium, in princip. versic. Si vero, de hæreticis, in 6.* in illis verbis: *Absolutionis beneficium impendatis & iniungatis eidem, quod iniungi talibus consueuit*, & per hunc Textum sic *ibidem* adnotarunt Archidiacon *ante numer. 1. in verbo, Impendatis*, Ioan. Andr *etiam ante num. 1. in eodem verbo, Impendatis, versicul. Dicit Archidiaconus*, Geminian *num. 2. in fine, versic. Nota, quod hæreticus volens redire*, & Franch. *num.* 2. & in specie, quod possit Episcopus hæreticum pœnitentem redeuntem ab excommunicatione absoluere voluit Glossa *in cap. Excommunicamus, il primo, § credentes, ad finem, in verbo, Apostolicæ, in fine, versic. Et licet Episcopus, extra, de hæreticis*, & *ibi* hoc adnotarunt Hostiens. *nu. 24. versic. Et dato*, Ioan. de Anania *num. 4. in princip.* Felyn. *sub nu. 3. colum. 3. versic. Nota ibi excommunicatione notatis*, & Cardinal. Zabarell *numer. 6. in fine, versic. Quæro in eo, quod Papa*, Repertor. inquisitorum *in verbo, Absolutio, versic. Sed nunc prosequendo, & versic. Ex prædictis concluditur*, Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap. 27. num. 3.* vbi ampliat etiam in absolutione excommunicationis, quam Papa contra hæreticos ter in anno profert, Eymeric *in Directorio inquisitorum, part. 2. quæst. 92.* Et licet Læl. Zech *in summa, parte 1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11. nu. 18. versic. 4.* quod Episcopus dixerit, quod hodie vigore Bullæ Cœnæ Domini non Episcopis, sed tantum Inquisitoribus liceat in foro exteriori pœnitentes & abiurantes absoluere, & quod ita sæpe in Senatu supremo Inquisitionis pronunciatum est, non tamen recedas à proposita regula, quæ vt vides, & iuri consona est, & communiter à Doctoribus recepta, intellecta tamen, prout intelligi debet, non in foro conscientiæ, prout loquitur Bulla Cœnæ Domini, de qua dixi *infra, num. 61.* sed in foro exteriori, & in hæreticis, qui iudicialiter inquiruntur, & pœnitentes redeunt, hi inquam, vt præfertur, etiam ab Episcopis iniuncta pœnitentia abiurantes admittuntur & absoluuntur. In foro autem conscientiæ nedum Episcopi, sed nec etiam Inquisitores vigore dictæ Bullæ possunt absoluere, cum talis absolutio sit Papæ reseruata.

53 Ad † quam materiam, à quo scilicet petenda sit absolutio excommunicationis, præsertim in crimine hæresis, vide late per Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 34.* vbi latissime Vmbert. Locat. *in iudiciali Inquisitorum in verbo, Absoluere & absolutio, numer. 1. & seqq.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 3. rubr. de absolutione, num. 1. & seqq.* Thom. Sanchez Iesuita *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 11. & 12.* vbi latissime: Quibus autem personis Papa concedere soleat licentiam absoluendi ab excommunicatione in crimine hæresis, videas per Ioan. Azzor. Iesuitam *institutionum moralium parte 1. libr. 8. cap. 15. rubr. de absolutione ab hæresi, versic Item concedi solet, & seqq.*

54 Ampl i a I. Propositam † regulam etiam in Inquisitore, inquisitor enim, dum hæreticos ad pœnitentiam acceptat, facta abiuratione, potest eos ab excommunicatione absoluere, Text est *in cap. Vt officium, de hæreticis, in 6.* in illis verbis: *Si vero aliquis ex prædictis hæretica labe primitus abiurata venire voluerit ad Ecclesiæ vnitatem, ei iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis*; Et sic loquitur textus ille non solum in absolutione concedenda hæreticis pœnitentibus, sed etiam eorum credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus, & extat Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1260. *incipien. Cupientes*, relata per Franciscum Pegnam post Director. inquisitorum inter literas Apostolicas, *folio mihi 45.* & alia Constitutio Vrbani IV. edita de anno 1261. *incipiens, Licet ex omnibus, versic. Si vero aliqui*, relata pariter per Franciscum Pegnam vbi *supra, folio mihi 52. & sequentib.* & alia Clementis VII. edita de anno 1530. *incip. Cum sicut*, relata per Pegnam vbi *supra, fol. mihi 138.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Inquisitor, num. 28.* Repertor. inquisitorum *in verbo, Absolutio, versic. Sed nunc prosequendo*, Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap. 27. num. 3.* vbi ampliat etiam in absolutione excommunicationis, quam Papa contra hæreticos ter in anno profert, Gundisalu. *in dict. tract. de hæreticis, quæst. 20. num. 10.* vbi ampliat eodem modo, Eymeric *in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 122. nu. 3.* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 171. versic. Secunda conclusio post Sylvestrin.* & Simanch. *in locis per eum relatis*, & loquitur, quando Inquisitor absoluit hæreticum ipso iure excommunicatum, & *quæst.* 125. vbi loquitur, quando Inquisitor absoluit excommunicatum ex causa fidei, qui per annum in excommunicatione pertinaciter perseuerauit, & postea pœnitens ad misericordiam se recipi admittit, & *quæst.* 92. vbi pariter loquitur de Inquisitore absoluente hæreticũ ab excommunicatione, incursa ipso iure, & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.* 141. *folio mihi 694.* vbi hoc priuilegium etiam Inquisitoribus datum esse affirmat, ex rescripto Clementis IV. Gregorii IX. & Innocentii IV.

Limita, hanc primam ampliationem procedere, prout loquitur in absolutione, concedenda ab Inquisitore in foro exteriori, quando iudicialiter procedit, & causa cognita, pœnitentemque hæreticum Ecclesiæ reconciliat, secus in foro conscientiæ interiori; tunc enim licet plures censuerint etiam, & tunc Inquisitores posse occultum hæreticum in foro conscientiæ absoluere, etiam quod Sacerdos non sit, & quod amplius hanc absoluendi potestatem possint alicui confessario delegare, quos bene refert, sed non sequitur Thomas Sanchez Iesuita *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 12. num. 1. & seqq.* probabilius tamen est, vt ipse idem Sanchez fatetur, & bene comprobat *num. 3.* Inquisitores non posse in foro conscientiæ & extraiudicialiter occultum hæreticum absoluere, quod & ante eum voluit etiam Lælius Zecchius *in summa, parte prima, tit. de fide, rubric. de hæresi, cap. 11. num. 18. versic. Quarto, quod Episcopus.*

Amplia II. Et † generaliter in omni excommuni- 55
catione lata ab ore Papæ, à qua etiam Episcopi absoluere possunt, nisi fuerit Papæ reseruata, quando scilicet excommunicatio per viam Canonis imposita fuit, iuribus allegatis per Hostiensem (qui, licet aliqua in cõtrarium adducat, in hac tamen sententia residere videtur) *in dicto cap. Excommunicamus, il 1. § credentes, num. 24. versic. Quod verum est*, & Hostiensem sic dicentem referendo secuti sunt Ioannes Andr. *post num. 29.* Henric. Boich *num. 22.* vbi testatur de veriori opinione, Anton. de Butrio *nu. 40. versic. Hostiensis dicit*, vbi idem testatur Felyn. *sub num. 3. col. 3. versic. Nota ibi excommunicatione notatis, qui huic opinioni adhæret per verbum, Forte*, Cardinal. Zabarel. *num. 7.* vbi testatur, ita de facto seruari, licet credat, non esse verum, quod sententia oris Papæ sit Canon, cum non modica sit differentia inter sententiam Canonis, & sententiam vocis viuæ, vt *ibi* per eum.

Contrarium, † quod Episcopus & inferior à Papa, 56
non possit absoluere ab excommunicatione oris Papæ, voluit Marian. Socin. *in dict. cap. Excommunicamus, il 1. § credentes, nu. 76. & 77.* allegans Hostiensem vbi *supra* citatum (qui, vt eum retuli, ni fallor, residet in contraria sententia) Ioan. de Anania *num. 4.* post Florianum, quem allegat, ea motus ratione, quia scilicet inter sententiam Canonis, & vocis viuæ, est differentia, prout etiam considerauit Cardinal. Zabarel *vbi supra.*

57 AMPLIA III. Vt † possit Episcopus etiam absoluere excommunicatum ex eo, quod impedierit Sanctũ Inquisitionis officium, vel illi requisitus non paruerit, Glossa *in cap. Vt inquisitionis officium, de hæreticis, in 6. in figuratione casus, versic. Nota vlterius, & in verbo, Percussum.* Sed quod imo Papa hanc absolutionem sibi reseruauerit, videtur caueri in Constitutione Iulii III. edita de anno 1551. *incipient. Licet à diuersis,* relata per Franciscum Pegnam post Director. Inquisitor. inter literas Apostolicas, *folio mihi* 152.

58 AMPLIA IV. Vt † Episcopus possit etiam absoluere ab excõmunicatione defensores, & fautores schismaticorum, ex quo Papa absolutionem huiusmodi sibi non reseruauit, secundum Glossam *in cap. 1. in fine, in verbo, Excommunicationis, de hæreticis, in 6.* Sed quod imo absolutio ab excommunicatione, quam incurrunt præstantes consilium, auxilium, & fauorem hęreticis, reseruata sit à Iulio III. *in Constitut. quam mox allegaui in præcedenti num.* videtur verius.

59 AMPLIA V. Vt † religiosi Apostatæ, qui dimiserunt habitum, & in excommunicationem inciderunt, possint absolui à suo Prælato immediato de iure communi, secundum quod talis absolutio non reperitur Papæ reseruata, nisi consuetudo cõtrarium persuadeat, Ioan. Calderin. *cons. 538. alias 6. de sententia excommunicationis,* refert eum & sequitur Cardin. Tusch. *practic. conclus. lit. A. conclus. 425. nu. 1. & seqq.*

60 AMPLIA VI. Vt occultum hæreticum simplex sacerdos absoluere non possit ab excommunicatione propter hæresim incursam, quam Papa sibi reseruauit in Bulla Cœnæ Domini, summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus,* §. 1. *num.* 20. Repertor. Inquisitorum *in verbo, Absolutio, versic. Sed an hæretici,* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 3. rubr. de absolutione, nu. 2. & nu. 3. & in Enchirid. violatæ religion. tit. 51. rubr. de absolutione, num. 4. & 5.* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 34. lit. A. in verbo, Absoluit,* vbi alios plures refert concordantes, Ioan. Azzor. Iesuita *Institutionum Moralium parte 1. lib. 8. cap. 19. rub. de absolutione ab hæresi, quæst. 1.* vbi, quod solus Papa, vel ab eo specialem auctoritatem habens, absoluere potest in foro conscientiæ hæreticos, hæreticorumque credentes, receptantes, defensores, fautores, aut eorundem damnatos libros legentes & retinentes, & *eodem lib. 8. cap. 10. rubr. de pœnis hæreticorum, quæst. 8.* idem repetit Didac. Cantera *in quæstion. criminal. rubr. de hæreticis, cap. 1. nu. 7.*

Verum si hæreticus fuerit non solum occultus, sed etiam mentalis, hæresimque tantummodo in mente conceptam habuerit, quod possit à sacerdote in foro conscientię absolui, voluit idem Ioan. Azzor. Iesuita *vbi supra, institutionum moralium parte 1. libr. 8. cap. 19. quæst. 4.* Thom. Sanchez pariter Iesuita *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 8. num. 3. & num. 4.* vbi declarat, an à quolibet sacerdote mentalis hæreticus absolui possit non solum ab excommunicatione, sed etiam ab aliis pœnis hæresis, & ante istos Toledo *de instructione sacerdotum, libr. 1. c. 19. num. 3.*

61 AMPLIA rursus † præcedentem quartam ampliationem, quia licet vigore Concilii Tridentini Episcopus per se ipsum possit in foro conscientię occultos hęreticos absoluere, *vt can. 26. sess. 24. de reformatione,* hodie tamen, quia decreto prædicto vigore Bullæ Cœnæ Domini derogatum videtur, ideo occultos hæreticos Episcopus absoluere non poterit, & non solum ex d. Bulla Cœnæ Domini, sed ex declaratione Pii V. & Gregorii XIII. quas post alios plures refert & scripsit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 42. Comment. 141. versic. Quæ vero, & sequ. folio mihi 694 colum. 2.* post alios plures, quos allegat concordantes; Nec dissentit Lælius Zecchius *in summa, part. 1. tit. de fide, rub. de hæresi, cap. 11. num. 18. versic. Quarto, quod Episcopus,* Ioan. Azz. Iesuita *institutionum moralium par. 1. lib. 8. cap. 10. rub. de pœnis hæreticorum, quæst. 10.* vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus, hanc sententiam magis Communem, validioribus rationibus cõfirmatam, probabiliorem, tutiorem & veriorem affirmat, & *eodem lib. 8. cap. 19. rubr. de absolutione ab hæresi, quæst. 3.* idem repetit Ludouic. à Paramo *de origine sanctæ Inquisitionis, libr. 3. quæst. 9. & seq.* Thom. Sanchez Iesuita *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 11. nu. 26. & seqq.* vbi relatis Doct. vnam & alteram sibi inuicem contradicentem, sententiam sectantibus, eorumq; fundamentis, rationibus & argumentis, in hac etiam residet opinione, quã omnino tenendam profitetur, eo præsertim, quod pro ea stant declarationes summorum Pontificum, illamq; supremum Inquisitionis tribunal amplexum est.

Verum, quia retenta contraria sententia, quod scilicet huic decreto Concilii Tridẽtini non sit derogatum per Bullam Cœnę Domini, quam sequuti sunt nonnulli alii relati per Azzorium & Thomam Sanchez, vbi *supra,* dubitare contingit de pluribus ad veram eiusdem decreti declarationem; si curiosus lector ampliationes, limitationes & declarationes ad dictum decretum perlegere voluerit, illum remitto ad eundem Ioan. Azzor. Iesuit. vbi *supra* allegatum, *institutionum moralium dicta parte 1. eodem libr. 8. dict. cap. 10. quæst. 9. & quæst. 11.* vbi præsertim, an Episcopi vigore eiusdem decreti possint hanc absoluendi facultatem ipsis concessam alicui alteri delegare, & quomodo, & latius, omnes fere contingentes casus in materia explicat Thomas Sanchez vbi *supra, in Præceptis Decalogi, dicto libr. 2. eodem cap. 11. num. 1. & omnibus sequentibus.*

LIMITA hanc † sextam ampliationem in articulo 62
mortis, in quo possunt etiam sacerdotes hæreticum à censuris, & à peccato absoluere, talisque facultas absoluendi ab omnibus peccatis, & censuris, generaliter cuilibet Sacerdoti competit (& sic in crimine hæresis nihil speciale est) *cap. de his, & sequentibus, 26. quæst. 6.* Et extat decretum Concilii Tridentini, *Sess. 14. cap. 7. de Sacramento pœnitentię,* attestans, hanc semper fuisse generalem Ecclesiæ consuetudinem, Simanch. *Catholicarum Institutionum tit. 3. rubr. de absolutione, num. 3. & in Enchiridion violatæ religionis, tit. 51. eadem rubric. de absolutione, num. 6.* vbi loquitur, quando non potest haberi copia Episcopi, aut Inquisitoris, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 2. num. 320. assertion. 38.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. Commentar. 25. versic. Quod si quis dicat, fol. mihi 240. col. 2.* Tholedo *de instructione Sacerdotum, libr. 1. cap. 15. numer. 1.* vbi tamen subdit, hanc facultatem concessam cuilibet Sacerdoti absoluendi in articulo mortis pœnitentes à quibusvis peccatis, & censuris, etiam reseruatis, esse inquam concessam non de iure diuino, sed de iure Ecclesiastico, & ita testatur esse communem Canonistarum sententiam, & *num. 2. & seqq.* late declarat, an & quando hæc limitatio locum habeat, & quando non, Ioan. Azzor. Iesuita *institutionum moralium parte 1. lib. 8. cap. 10. rub. de pœnis hæreticorum, quæst. 14.* vbi tamen, quod si postea absolutus reconualescat, debet se præsentare coram eo, cui hæresis absolutio reseruata est, & *d. libr. 8. cap. 19. rubr. de absolutione ab hæresi, quæst. 5.* idem repetit Ludouic. à Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis, libr. 3. quæst. 8. numer. 109.* Thom. Sanchez pariter Iesuita *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 13. per totum,* vbi latissime ponit hanc materiam potestatis cuiuslibet Sacerdotis absoluendi in casibus reseruatis pœnitentem in articulo mortis, vel etiam eum, qui aliqua alia ratione, quam infirmitatis, impeditus est adire summum Pontificem in occurrenti casu, videas omnino eum bene hanc materiam explicantem, ampliantem, limitantem, & declarantem, sic

enim lectorem ad illum remitto, cum in hoc libello mea intentio non sit, alias materias ex professo tractare, quam quæ hæresin specialiter attingunt; vide *infra, quæst.193. num.22.*

63 LIMITA II. Eandem † sextam ampliationem, quia sic etiam & sacerdos poterit hæreticum occultum absoluere, quando eidem data est potestas à Papa sic illum absoluendi, prout contingit occasione alicuius Iubilæi, vt per Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part.3. Commen.25. versic. Quod si quis dicat, folio mihi 240. col.2. & fol.241. col.1. versic. Quid si quis quærat,* vbi etiam quærit, an Sacerdos possit absoluere hæreticos ab excommunicatione, in casu, quo ipsi à Papa data est facultas absoluendi ab omnibus peccatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini reseruatis, non specificādo crimen hæresis, arguit pro & contra, & inclinat in affirmatiuam, quia si Papa noluisset comprehendere etiam crimen hæresis, vtiq; illud excepisset, vt per Dominic. Sotum *lib.4. sententiarum, distinct.22. quæst.2. Art.5.* (quicquid secus opinati fuerint Couarruuias, Simanchas, & Ioan. à Rojas *in locis ibi per eum relatis*) & hæc limitatio eo magis procedere videtur in hæretico omnino occulto, eo scilicet, qui in sola mente & cogitatione hæreticus est, absque eo, quod vnquam hæresim in mente retentam verbis aut facto aliquo patefecerit.

Cuius contrarium firmat Ioan. Azzor. Iesuita *institutionum moralium parte 1. lib.8. cap.10. rub. de pœnis hæreticorum, quæst.12.* vbi dixit, Sacerdoti datam generalem facultatem in vim Iubilæi absoluendi etiam in casibus reseruatis in Bulla Cœnæ Domini non extendi ad absolutionem in crimine hæresis: & hanc contrariam sententiam, veram & magis stylo, & consuetudine Romanæ Curiæ receptam testatur ex Mandosio, quem allegat *in practica Signaturæ Gratiæ, in verbo, Absolutio ab hæresi;* Quicquid secus dixerint alii *ibi per eum relati,* & *eadem lib.8. cap.19. rubr. de absolutione ab hæresi, quæst.2.* idem repetit, & hanc eandem contrariam sententiam vti certissimam tenet etiam Thom. Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib.2. cap.12. n.10.* vbi etiam affirmat, sic statutum esse ex motu proprio Gregorii XIII. pluresque alios in idem refert concordantes, & *nu.11.* ampliat, idem esse de receptatoribus, fautoribus, & defensoribus hæreticorum, legentibusque, tenentibus, & imprimentibus eorum libros, quod scilicet non possint absolui à sacerdote, cui generaliter data est facultas à Papa absoluendi in casibus reseruatis in Bulla Cœnæ Domini.

Et hæc contraria opinio multo magis procedit, quādo in Iubilæo est data facultas cuilibet Sacerdoti absoluendi à quibuscumque casibus etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, nulla facta mentione speciali de reseruatis in Bulla Cœnæ Domini, nam tunc non censetur eadem facultas concessa absoluendi in dictis casibus in eadem bulla reseruatis, vt per Iacob. de Graffiis *lib.4. suarum decisionum, cap.18. nu.2.* ex Couar. & Nauarr. *in locis per eum relatis.*

64 LIMITA I. & † principaliter propositam regulam, quando Papa excommunicationis absolutionem sibi reseruauit, nam tunc inferior ab eo absoluere non potest, cum absolutionem sic sibi reseruando aliis prohibuisse videatur, sicut è contra non reseruando aliis concessisse videtur, *cap. Nuper, de sententia excommunicationis,* & voluit Gloss. *in dict. cap. Excommunicamus, il primo, §. credentes, in verbo, Apostolicæ, extra, de hæreticis,* & ibi etiam hanc conclusionem firmarunt Hostiens. *num.14. versic. Cum ergo,* Anton. de Butrio *num.40. in princip.* & Ioan. de Anania *num.4. etiam in princip.* numquid autem hæc reseruatio facta à Papa, vel ab Episcopo extendatur ad crimen mere occultum ac mentale, vide Thom. Sanchez Iesuitam *in Præceptis Decalogi, libr. secundo, cap.8. num.4.*

LIMITA II. Specie † & illatiue ex præcedenti limitatione, vt Episcopus & alius inferior à Papa absoluere non possit, nec restituere ad priuationem officii dantes sepulturam hæreticis, vel eorum fautoribus, ex quo Papa hoc sibi expresse reseruauit, *vt in dicto cap. Excommunicamus, il primo, §. credentes, in fine, extra, de hæreticis,* in illis verbis, *Alioquin suo priuantur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto Sedis Apostolicæ speciali,* & hoc adnotarunt Gloss. *in verbo, Apostolicæ,* Anton. de Butrio *num.39. versic. Nota casum,* Marian. Socin *numer.49. in decimooctauo notabil.* & Ioan. de Anania *num.4. versic. Hæc obstat textus.* Vide tamen Nauarr. *consil.11. num.6. tit. de hæreticis, lib.5.* vbi dixit, quod excommunicatio, quā quis incurrit sepeliendo hæreticos, non est reseruata Papæ. 65

LIMITA III. Quia † excommunicatus ab Inquisitore, ab Ordinario absolui non potest; neque etiam ab alio sine mandato summi Pontificis, præterquam in mortis articulo, *cap. Pastoralis, de officio Ordinarii,* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Excommunicati, num.1.* 66

ARGVMENTVM.

De pœna irregularitatis, quam hæretici incurrunt, & quis ab ea dispensare possit.

SVMMARIA.

Irregularitatis pœnam regulariter hæretici incurrunt, nu.67.
Irregularitatis pœnam incurrunt hæretici tam notorii, quam occulti, num.68. declara, nisi hæresis fuerit in sola mente retenta, nu.69.
Pœnitentes Clerici in ordine suscepto ministrare permittuntur, non autem ad maiores ordines promoueri possunt, nu.70. Et tamen nec etiam susceptos ordines ministrare possunt sine dispensatione, nu.71.
Apostatæ fidei irregularitatis pœnam incurrunt, nu.72.
Apostatæ fidei, fictè, spontè, vel per metum irregularitatis pœnam incurrunt, nu.73.
Receptatores, defensores, & fautores hæreticorum, irregularitatis pœnam incurrunt, nu.74.
Suspecti de hæresi irregularitatis pœnam incurrunt, dicto numero 74.
Inuocantes & adorantes Dæmones, irregularitatis pœnam incurrunt, eodem nu.74.
Dispensatio ab irregularitate soli Papæ reseruata est, nu.75.
Inquisitores non habent dispensandi facultatem ab irregularitate, nu.76.
Apostatæ ab irregularitate dispensari non possunt, nisi à Papa, num.77.
Episcopi, an & quando dispensandi facultatem habeant, nu.78. & seqq.
Hæreticus occultus an possit ab Episcopo dispensari ab irregularitate, nu.79.
Pœnitentes Clerici si abiurarunt, an efficiantur irregulares & inhabiles ad beneficia, nu.80.

QVÆST. CXCII. § V.

REGVLA † sit, quod hæretici irregularitatem incurrunt, *cap. Nos, distinct.51. §. idem Daniel. 2. quæst.7.* nec ab ea hæreticus per pœnitentiam liberatur, *c. Presbyter, de pœnitentia, dist.5.* Antonina *in summa, part.3. tit.28. c.6. in prin.* summa Syluestrina *in verbo, Irregularitas, q.24.* Armilla *in summa, in verbo, Irregularitas, nu.85. ad fin.* Nauar. *in summa, cap.27. nu.205. versic. Tertio,* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.54. num.17. & 18.* Toledo *de instructione Sacerdotum, lib.1. cap.69. post n.1.* Maiol. *de irregularitate, lib.5. cap.46. nu.1.* idem Toledo *in summa, lib.1. cap.28. nu.1.* Pegna *in addit. ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, par.2. quæst.113. Comment.162. ad fin. versic. Ac primum quidem, & quæst.126. Comment.175.* Alex Pesan. *ad D. Thom. 2.2. q.11. art.4.* 67

art. 4. disput. 1. vers. Primo irregularitas; vbi amplius, quod propter hãc irregularitatem fine dispensatione debent hæretici se abstinere ab vsu Sacrorum Ordinum susceptorum, licet aliqui ibi per eum relati dixerint, hanc dispensationem non esse necessariam, & *in versic. seq.* facit generalem conclusionem, quod hæretici ab ordinum exequutione suspenduntur. Gregor. de Valentia *tom. 4. disputat. 7. quæst. 19. punct. 3. in 3. specie irregularitatis*, Thom. Sanch. qui alios refert concordantes *in precept. Decal. lib. 2. cap. 25. nu. 2.*

68 Ampli a I. † hanc regulam, si propter hæresim incurratur irregularitas, siue publica & notoria, siue etiam occulta sit, summa Syluestr. *in verbo, Crimen, q. 2. n. 3.* Ioan. Azzor Iesuita *inst. moral. par. 1. lib. 8. c. 11. qu. 13. & cap. 21. quæst. 8.* Suarez *tom. 5. par. 3. disp. 43. sect. 1. nu. 4.* Thom. Sanchez Iesuita, qui alios refert concordantes, & contrarium tenentes reprobat, testaturque de veriori sententia *in precept. Decalogi l. 2. cap. 25. nu. 1. & 2.*

69 Limita † Hanc I. Ampliationem procedere, quando hæresis occulta ad aliquem exteriorem actum perducta est, licet actus ille minime probetur, secus si prorsus occulta, & in sola mente retenta sit, tunc enim nulla incurritur irregularitas. Nauar. *in summa cap. 27. num. 249.* Suarez *tom. 5. par. 3. disput. 43. sect. 1. nu. 3.* Thom. Sanchez Iesuita *in precept. Decal. l. 2. cap. 25. num. 4. in fine, vers. Quando tamen.*

70 Amplia II. † Vt licet pœnitentes Clerici in ordine suscepto ministrare permittantur, non tamen vlterius ascendere, aut ad maiores ordines promoueri possint, *cap. saluberrimum, cap. conuenientibus, 1. q. 7. cap. nos consuetudine dist. 12. tex. in cap. illud distinct. 50.* in illis verbis, *Quia quamuis sint omnium peccatorum contagione mundati nulla tamen debent gerendorum Sacramentorũ instrumenta suscipere, qui dudum fuerunt vasa vitiorum*, Angelica *in summa in verbo, Irregularitas, nu. 28.* summa Syluestr. *in eodem verbo Irregularitas, quæst. 5.* Thom. Sanchez *in precept. Decalogi lib. 2. cap. 25. nu. 2. & nu. 3.*

71 Limita Hanc II. † Ampliationem, vt pœnitentes hæretici possint in ordine suscepto ministrare habita dispensatione, aliter secus, ex allegatis per Maiol. *de irregularitate lib. 5 cap. 46. nu. 2.* Suarez *tom. 5. par. 3. disp. 43. sect. 1. nu. 2.* Pegna *in add. ad Eymeric. in Direct. inquisit. par. 3. q. 113. Comment. 162. ad finem, vers. Præterea, is qui reuertatur*, Ioan. Azzo Iesuita *instit. moral. par. 1. lib. 8. cap. 11. quæst. 13.* Thomas Sanchez pariter Iesuita *in preceptis Decalogi libro 2. cap. 25. nu. 3.*

72 Amplia III. † Vt, & multo magis hanc irregularitatem incurrant apostatæ fidei, Angelica *in summa in verbo Irregularitas, numer. 27.* summa Syluestr. *in eod. verbo Irregularitas, qu. 5. nu. 7.* Tabien. *in summa in dicto verbo Irregularitas, 4. qu. vltima*, summa Armilla *in dicto verbo Irregularitas, num. 83.*

73 Amplia † Rursus præcedentem III. Ampliationem procedere in apostatis ficte, siue sponte siue per timorem, qui & adhuc irregularitatem incurrit specialem, & propriam eius criminis, quamuis propriam hæretici, vel apostatę à fide irregularitatem non incurrant; quia tales vere nec apostatæ, nec hæretici sunt, sic enim hæc ampliatio probatur *in cap. Presbyteros, distinctio. 50.* vbi expresse cauetur, immolantes Idolis ex graui timore arcendos esse ab ordinibus, Maiolus *de irregularitate l. 5. cap. 34. num. 2.* Suarez *tom. 5. par. 3. disputat. 43. section. 2. n. 1.* Tho. Sanchez *in preceptis Decal. lib. 2. cap. 25. n. 5. & 6.* vbi hanc ampliationem dixit veriorem, licet Ioan. Azzorius Iesuita *institutionum moralium par. 1. lib. 8. capit. 11. quæst. vltima & cap. 21. q. 8.* & Nauar. *lib. 5. cons. 3. & cons. 9. tit. de hæreticis*, ibi per eum relati, dixerint apost. tam ficte, siue sponte, siue ob timorem irregularitatem non incurrere peculiarem, si crimen occultum sit, sed solum quando est manifestum, generalem illam irregularitatem incurrere, quæ ob crimen notorium enorme contrahitur, hos enim sic dicentes idem Thomas Sanchez impugnat. Toledo *de instructione Sacerdotum l. 1. cap. 69. nu. 1. in fine.*

Amplia IV. † Eandem propositam regulam etiam in receptatoribus, fautoribus, & defensoribus hæreticorum, quos pariter hanc irregularitatem incurrere, siue notorij, siue etiam occulti sint, voluerunt Toledo *de instructione Sacerdotum lib. 1. cap. 69. nu. 2.* Nauar. Maiolus, Suarez & alij relati per Thom. Sanchez Iesuitam *in preceptis Decalogi lib. 2. cap. 25. num. 7.* quicquid secus dixerint aliqui alij ibi per eum relati *& num. 10.* ampliat hanc conclusionem ad omnes alios, qui de hæresi suspecti sunt, quando suspicio proficiscitur ex crimine inculpante cooperationem ad hæresim, secus si oriatur ex alio crimine, vt ibi per eum, quem bene declarantem videas, *& nu. 11.* declarat, quid in ineunte pactum cum Dæmone, aut in inuocante, colenteque, aut responsa ab eo petente, absque tamen intellectus errore, concluditque hunc talem non innodari peculiari aliqua irregularitate, huic crimini statuta, sed quando crimen fuerit notorium, bene incurrere eam irregularitatem, quæ ex quolibet notorio, & enormi crimine incurritur. 74

Amplia V. † Vt ab hac irregularitate nemo dispensare possit, nisi Summus Pontifex, Angelica *in summa in verbo Irregularitas, nu. 28.* summa Syluestrin. *in eodem verbo Irregularitas, qu. 5. num. 7.* Ioan. Azzo Iesuita *institutionum moralium par. 1. lib. 8. cap. 21. qu. 8.* Suarez *tom. 5. par. 3. disput. 43. sect. 1. num. 6.* quos, & alios refert, & sequitur Thom. Sanchez *in preceptis Decalogi lib. 2. cap. 25. num. 13.* vbi testatur de Communi Doctorum sententia, & eam ampliat etiam in dispensatione irregularitatis fautorum, defensorum, & receptatorum hæretici. 75

Amplia I. Hanc V. † Ampliationem in inquisitoribus, quos nec etiam posse dispensare ab irregularitate in hoc hæresis crimine, scripserunt Pegna *in addit. ad Eymeric. in Director. inquisit. par. 3. quæst. 126. Comment. 175. vers. Hodie hæc lis, & seq.* vbi propterea dixit, in hoc reuocatum esse rescriptum Clementis VII. incipiente *Cum sicut*, quo dabatur facultas Inquisitoribus, & eorum Commissarijs, dispensandi cum clericis secularibus ac personis Religiosis cuiusuis ordinis super quauis irregularitate contracta ab hæresim, vel apostasiam, Suarez *tom. 5. par. 3. disputat. 43. sect. 1. num. 5.* vbi etiam Constitutionem Clementis VII. non perpetuam, sed personalem esse, nec vsu receptam testatur, & licet contrarium scriptum reliquerint Vmbert. Locat. *in iudic. inquisit. in verbo, Irregularitatis, nu. 2.* & Campeg. *in addit. ad Zanchin. in tract. de hæret. cap. 27. vers. Adde vlterius*, Mandos. *de signatura gratiæ, in verbo Absolutio ab hæresi, in princ.* Læl. Zecchius *in summa in tit. de fide cap. 11. nu. 16. in duodecima pœna hæreticorum*, Enriquez *de irregularitate lib. 14. c. 18. n. 2.* Hanc tamen sententiam amplectitur Tho. Sanchez Iesuita *in precept. Decal. nu. 19.* vide quæ dixi infra *qu. 193. nu. 66. & seqq.* 76

Amplia II. Eandem V. † Ampliationem, vt multo magis soli Pontifici reseruata sit facultas dispensandi ab irregularitate ob apostatis fidei, & hæc ampliatio indubitanter procedit in apostatantibus à fide sponte, idem & in Sacerdotibus à fide apostatantibus, siue sponte, siue per metum; sed nunquid laici à fide per metum Apostatantes possint ab Episcopo dispensari ab irregularitate incursa, vide omnino declarantem Thom. Sanchez Iesuitam *in preceptis Decalogi l. 2. cap. 25. nu. 20. & seq.* post Angelicam Syluestrinam, Armillam, & Suarez *in locis ibi per eum relatis.* 77

Limita I. Hanc eandem V. † ampliationem procedere quoad promotionem ad alios maiores ordines, si quis clericus sit, & si laicus quoad omnes ordines, se- 78

cus quoad vsum ordinum iam susceptorum, tunc enim Episcopum posse dispensare voluit Suarez *tom.5.par.3. disputation.43. sectione prima num. 6.* vbi tamen subdeclarat hoc non procedere quoad vsum Sacerdotij, in sacrificio Altaris, in quo nec Episcopum dispensare posse etiam illum, qui iam hunc ordinem Sacerdotalem habet, voluit Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitorum par.3. quæst.126. Commentar.175. vers. Vltimo,* dum refert Pium V. de anno 1567. inhibuisse Generali Hispaniæ inquisitori, ne posset habiles reddere hæreticos presbyteros, vt in Altaris ministerio deseruiant, refert hæc Thom. Sanch. Iesuita *in precept. Decalogi l.2. cap.25. nu.14.*

79 LIMITA II. † Dictam V. Ampliationem in hæretico seu apostata occulto, quem Episcopum ab incursa irregularitate dispensare posse virtute Decreti Concilij Tridentini *session.24. c.6. de reformatione,* voluit Toledo *de instructione Sacerdotum lib.1. cap.96. nu.5.* & quod in hac parte huic decreto derogatum non sit per dispositionem Bullæ Cœnæ Domini pluribus probat Thom. Sanchez Iesuita *in precept. Decalogi lib.2. cap.25. num.5. & seqq.* quicquid secus senserint Maiolus, Suarez, & alij ibi per eum relati, & secundum hanc limitationem possunt intelligi scripta, & allegata per Decian. *in tract. criminal. lib.5. cap.54. num.19. & sequentibus,* vbi simpliciter dixi, ordinarium posse ab irregularitate dispensare, nec dispensationem denegari posse sine iusta denegationis causa, dummodo hæreticus fuerit emendatus.

80 LIMITA † Propositam regulam, vt licet pœnitentes clerici, si probata, aut confessata hæresi abiurarunt, irregulares fiant, & ad beneficia inhabiles, secus tamen est, si abiurare coacti fuerint tanquam de hæresi suspecti, siue de leui, siue etiam de vehementi, tunc enim nec irregulares fiunt, nec inhabiles remanent, ex plene traditis per Nauar. *cons.16. & cons.18. lib.5. tit. de hæreticis,* Paris. *de resignation. beneficior. lib.4. quæstion.3. num.17.* Thom. Sanchez Iesuita *in præceptu Decalogi lib.2. cap.25. num.12.* quidquid secus dixerit Ioan. Azzorius pariter Iesuita ibi per eum relatus, *institutionum moralium par.1. lib.8. cap.21. quæst.163. num.66. & seqq.*

ARGVMENTVM.

Pœnitentes hæretici, quando recipiantur, & Ecclesiæ reconcilientur.

SVMMARIA.

Pœnitentiæ species quotuplex sit, nu.1.

Hæretici pœnitentes, & veniam petentes ad misericordiam recipiuntur, & Ecclesiæ reconcilliantur, num.2. & 3. vbi ponitur ratio huius conclusionis.

Paratus se corrigi, an & quando desinat esse hæreticus, ibidem dicto nu.3.

Hæreticus pœnitens si fuit Ecclesiæ reconciliatus, non dicitur amplius hæreticus, nu.3.

Pœnitens hæreticus dicitur ille, qui errorem in mente habuit, illumque verbis, aut factis ostendit, sed postea ad se reductus ab errore resiluit, & abiurauit, nu.4.

Hæresiarcha, Dogmatista, seu Magister errorum pœnitens etiam recipitur, & Ecclesiæ reconciliatur, numer.5. licet alii contra num.6. declara primo, si sponte redeat ad fidem, secus si requisitus, nu.7. declara secundo si statim ad fidem redeat; secus si ex interuallo, num.8. declara tertio, dummodo hæresim non prædicauerit Regibus, & Principibus, nu.9. declara quarto nisi aliis nocuerit, nu.10. & 11. declara quinto, quia Ecclesiæ non reconciliatur, nisi cum magis signis pœnitentia, nu.12.

Hæreticus pœnitens facta abiuratione non est remittendus ad curiam secularem pro homicidio per eum commisso, nu.13.

Apostatæ fidei pœnitens admittitur, & Ecclesiæ conciliatur de iure Canonico, nu.14. secus de iure ciuili, num.15. sed quoad Deum, & in foro conscientiæ recipitur vtroque iure, num.16. quid de Apostata Religionis, nu.17.

Pœnitens hæreticus recipitur ad misericordiam, etiam quod eum pœniteat in articulo mortis, num.20.

Pœnitentis hæretici defuncti memoria non damnatur, nu.21. & an & quomodo isto casu defunctus ab excommunicatione absoluatur, nu.22.

Pœnitentes receptatores, fautores, & defensores hæreticorum ad misericordiam recipiuntur, & Ecclesiæ reconciliantur, n.23.

Pœnitentes impedientes Sanctum Inquisitionis officium recipiuntur, & Ecclesiæ reconciliantur, nu.24.

Pœnitentes sortilegi recipiuntur, & Ecclesiæ reconciliantur, numer.25.

Pœnitentes, qui fuerint dubij in fide, recipiuntur, & Ecclesiæ reconciliantur, nu.26.

Pœnitentes hæretici non recipiuntur, nisi sponte ad fidem redierint, numer.27. Et quando ad fidem sponte redire dicantur, nu.28.

Si tamen non sponte redierint non pœna mortis, sed alia mitiori puniuntur, nu.29.

Pœnitentes hæretici non recipiuntur, quando simultate, & fraudulenter ad fidem redierunt, num.30.

Sententia absolutoria pœnitentis hæretici, an debeat habere conditionem quatenus ex corde ad fidem redierit, nu.31.

Relapsi pœnitentes ad Misericordiam non recipiuntur, num.32.

Contra, num.33. dic quod hoc remittitur arbitrio Papæ, nu.34.

Non tamen denegantur Sacramenta, nu.35. & si relapsus sponte se deferat, & ad fidem redeat, admittitur, num.36. Nisi fuerit se accusandum, num.37.

Accusator non euitat pœnam etiam quod ab accusatione desistat, nu.38.

Pœnitentes hæretici non recipiuntur etiam quod non sint relapsi in pluribus casibus; Primo in celebrante Missam cum nō esset Sacerdos; secundo in audiente cōfeßiones cum non esset in Sacris; tertio, & generaliter in abutetibus Altaris Sacramentu. Quarto in negantibus Trinitatem. Quinto in negantibus Diuinitatem Iesu Christi. Sexto in negantibus conceptionem de Spiritu-Sancto; Septimo in negantibus mortem Iesu Christi vt nos redemit; Octauo in negantibus Virginitatem Beatißimæ Virginis, nu.39.

Forma sententiæ contra pœnitentem hæreticum, numero quadragesimo.

QVÆST. CXCIII. §. 1.

PRÆMITTO † in primis, quod pœnitentia, seu erroris reuocatio duplex est. 1 Vna quæ fit ad salutem Animæ dumtaxat in foro conscientiæ. Altera quæ fit ad salutem Animæ, & Corporis, Prima indistincte fieri potest quandoque à quocumque in quouis crimine, & loco, vsque ad vitæ exitum *cap. firmißime, extra, de hæreticis,* dummodo facta sit puro corde, & spontanea voluntate, *cap. perfecta, de pœnitentia, distinct.3.* secunda vero pœnitentia, seu reuocatio, non est tam generalis, sicut prima, sed specialis, & restringitur, vt congruo tempore, & loco fiat, vt dicam *infra hac eadem quæstion.* §.2. & in specie sic docet Nicol. Atelatan *notab.46.* Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis qu.5. num.21.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.74. nu.1.*

Vel secundum alios dicas, quod pœnitentiæ species triplex est; Prima est pœnitentia solemnis, quæ certis ritibus in capite quadragesimæ fieri solebat, de qua in cap. *in cap. 50. distinct.* Et hæc recessit ab vsu Ecclesiæ, & de hac pœnitentia vide consilium Tarraconense registratum *in Director. inquisitorum par. 2. fol. mihi 254. & seqq vers. Perfecti vero hæretici, & seqq.* vbi ponuntur singula solemnis pœnitentiæ olim impositæ perfectis hæreticis, credentibus erroribus hæreticorum, & fautoribus, & ibi Francisc. Pegna *in additionibus commentar.25. in verbo Credentes, litera H. & vers. Seq.* vbi quod dictarum solemnium pœnitentiarum vsus aut nullus omnino,

aut

aut valde rarus eſt noſtris temporibus, quanquam non neget ex cauſa quandoque imponi poſſe; Secunda eſt pœnitentia publica, quæ propter crimen publice commiſſum iniungitur, *cap. primo cum ibi notatis per Doctores, de pœnitentia, & remiſſione*, vt quod quis certis veſtibus indutus maneat tot diebus ante fores Eccleſiæ, vel peregrinetur, vel ſe publice verberet, & ſimilia; de qua per Abb. *in cap. literas, de præſumptionibus, & per Nauarr. in cap. Sacerdos nu. 98. de pœnitentia, diſtinct. 7.* & hanc pœnitentiam non debent iudices paſſim, & inconſiderate cuiq; imponere, ſed ob illam tantum hæreſis ſpeciem, vel peccatum quod totam ciuitatem ſcandalizauerit, vt per Couar. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 10. nu. 4.* Priuata eſt etiam pœnitentia, quæ iniungitur, vt priuate poſſit adimpleri, vt Ieiunia, elemoſynæ, orationes, & ſimilia, de quibus tribus ſpeciebus bene loquitur Decian. *in tract. crim. l. 5. cap. 54. num. 37.*

2 Regula † ſit quod pœnitentibus hæreticis parcitur, Tex. *in l. Manichæos §. præterea ad finem, C. de hæreticis*, vbi dicitur; *Delicti enim veniam pœnitentibus damus*, & ibi Gloſſa *in verbo Pœnitentibus*, concordantia iura allegat; Iacob. Butrig *in authent. credentes C. eodem* & de iure Canonico eſt Tex. *in cap. ad abolendam §. præſenti*, ibi, *Niſi continuo, poſt deprehenſionem erroris ad fidei Catholicæ vnitate ſponte recurrere, & errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi regionis publice conſenſerit abiurare; & in §. laicus*, ibi, *Niſi abiurata hæreſi, & ſatisfactione exhibita confeſtim ad fidem confugerit Orthodoxam, extra de hæreticis*, & ibi hoc adnotarunt Gloſſa *in figuratione caſus, verſ. Niſi ſtatim, & verſ. Si vero, & in verbo Sponte, & in verbo Audientiæ*; Hoſtienſ. *n. 5. verſ. Niſi incontinenti pœniteat, & nu. 6. verſ. Et ſi ſponte redeat, & nu. 7. verſ. Et niſi pœnituerit*, Ioan. And. *in ſummario*. Anch. *etiam in ſummario, & in 5. notab.* Anton. de Butrio *nu. 1. verſ. Niſi ſe corrigat.* Abb *ante nu. 1. in principio, & nu. 1. in figuratione caſus, verſ. Niſi ſtatim, & nu. 5. verſ. Item nota caſum, & nu. 11. verſ. Sed fallit primo*; Marian Soccin *ante num. 1. verſ. Et ſi conuictus & nu. 7. in 6. notab.* Felin. *etiam in ſummario, & poſt n. 2. verſ. Nota quod propter pœnitentiam*, & Ioan. de Anania *nu. 6. verſ. Nota quod in iſto crimine*; Anton. de Butrio *in cap. excommunicamus, il primo nu. 9. in fine, verſ. Et hoc verum niſi redire voluerint*, & ibi etiam de Anania *num. 1. extra eodem*, eſt etiam Tex. *in cap. excommunicamus il 2. §. ſi qui, extra, eodem*, & ibi Gloſſa *in verbo Deprehenſi, verſic. Poſtea*; Hoſt. *poſt num. 1. in eodem verbo Deprehenſi*, Anton. de Butrio *num. 3. verſic. Nota primo*, & Marian. Soccin. *num. 2. in ſecundo notab.* Arnald. Albertin. *in rubric. de hæreticis in 6. in illis verbis, Eccleſia nulli claudit gremium redeunti*, & ibi Gloſſa *in verbo Legitur, & in additione, ad eam, & in verbo redeunte*, Ioan. Monach. *ante num. 1. in eodem verbo Redeunti, & nu. 4. in verbo Pœniteat*, vbi concordantia iura allegat, & hanc exornat concluſionem; Ioan. Andr. *nu. 2. in verbo Pœniteant, & n. 3.* Gemin. *in ſummario, & n. 1. verſ. Nota illud generale, & nu. 6. col. final. verſ. In fine Gloſſæ*: eſt etiam Tex. *in cap. vt officium, in princio, verſ. ſi vero; eodem tit. de hæreticis, in 6.* cuius verba ſunt hæc; *Si vero aliquis ex prædictis hæretica labe primitus abiurata redire voluerit ad Eccleſiæ vnitatem, & iuxta formam Eccleſiæ abſolutionis beneficium impendatis*, & ibi hoc adnotarunt Gloſſa *in figuratione caſus, verſ. Sed ponamus, & verſ. Nota quod ſi hæreticus, & in verbo Eccleſiæ*; Archidiac. *ante nu. 1. in verbo Impendatis*; Ioan. Andr. *etiam ante num. 1. in eodem verbo, Impendatis, verſ. Dicit Archidiaconus*; Gemin. *num. 2. in fine, verſ. Nota quod hæreticus volens redire*, & Franch. *nu. 2.* Archidiac. *in cap. vt commiſſi, num. 3. in fine, verſ. Si tamen clericus paratus eſt corrigi*, & ibi etiam Ioan. Andr. *nu. 6. verſ. Subdit autem Gemin. in verbo, Priuandi, nu. 6. verſ. Tamen ſubdit*, & Franch. *poſt nu. 4. verſ. Et vide hic, eodem tit. de hæreticis, in 6.* item & Text. *in Clement. fin. in fine, eodem tit. de hæreticis, in illis verbis, Niſi abiuratis ſponte prædictis erroribus pœnituerint, & ſatisfactionem exhibuerint competentem*, & ibi Bonifac. de Vitalinis *num. 112. verſ. Vbi ergo*, Anton. de Butrio *in rubr. de ſumma Trinit. & fide Catholica num. 11. in fine, verſ. Si autem patitur*, Bellamer. *in cap. 1. eodem tit. de ſumma Trinitat. & fide Catholica, nu. 11. in 3. quæſt. verſ. Fateor tamen*, vbi bene declarat, an, & quando paratus ſe corrigere deſinat eſſe hæreticus, vel non ſit reputandus hæreticus, & extat conſtitutio Innocentij IV. edita de anno 1252. incipien. *Tunc potiſſime*, relata per Franciſc. Pegnam poſt Director. inquiſitorum inter literas Apoſtolicas, *fol. mihi 12.* & voluit D. Thom. *2. 2. queſtion. 11. artic. 4.* & ibi præſertim Valentia & alia conſtitutio Vrbani IV. *edita de anno 1261. incip. Licet ex omnibus, verſic. Si vero aliqui*, relata vt ſupra *fol. mihi 52. & ſeqq.* Hoſtienſ. *in ſumma rubr. de hæreticis §. qualiter deprehendatur, num. 4. verſ. Alias ſi ſuſpicio habetur*; addentes ad eundem Hoſtienſem *ibidem num. 12. in fine litera A.* Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis redeuntibus, & conuerſis, nu. 4. verſ. Si vero aliqui ex prædictis*, Rota *ſub tit. de hæreticis deciſ. vnica, alias 875. nu. 2. in antiquis, & n. 13. & ſequentibus*, Goffred *in ſumma rub. de hæreticis nu. 14.* ſumma Syluestr. *in verbo Hæreticus, §. 1. n. 17.* Fr. Rayner. *in ſumma, in verbo Hæreſis, c. 5. verſ. Tertium eſt*, Repert. Inquiſitorum *in verbo Reconciliatio, verſ. Omnes pœnitentes, & in verbo Rediens, verſic. Humiliter redeuntes, & verſ. Ex ſupradictis concluditur, & in verbo Communicare, verſic. Secundo ad finem*, vbi quod contrarium dicere hæreſis eſt, *& in verbo Confeſſio, verſ. tum eo, qui conſitetur errorem.* Vmbert. Locat. *in iudic. inquiſitorum, in verbo Hæreticus, num. 36.* Quintilian. Mandoſ. *in additionibus ad Repertor. inquiſit. in verbo Abiuratio, litera A. verſ. Pulchra etiam, & vtilis*, vbi quod hæc eſt Communis concluſio, Afflict. *in Conſtitution. Regn. de hæreticis & patterenis, rub. 1. nu. 34. & nu. 38.* Simanch. *Cathol. inſtitut. tit. 47. rubr. de pœnitentibus & conuerſis, nu. 1. & ſeqq.* vbi pluribus hæc regula exornatur, *& in Enchiridion. tit. 58. rub. de pœnitentibus n. 1.* Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus §. 4. ante medium, verſic. Et ob hoc Caliſtus Papa*, Paul. Ghitland. *in tract. de hæreticis quæſt. 5. num. 1.* Carer. *in eodem tract. de hæreticis nu. 133. poſt medium, verſ. Nam etiam in tali crimine requiritur incorrigibilitas.* Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæreſis num. 11.* Boſſ. *in tit. de hæreticis num. 17.* Conrad. *in pract. rubr. de hæreticis num. 20.* Diaz. *in pract. criminal. Canonic. cap. 114. in verbo Hæretici, numero tertio, in principio, in verbo Quod fallit*, Ioann. à Rojas *in tractat. de hæreticis par. 2. num. 189. & ſingular. 1. num. 14. & ſingular. 254. numero ſecundo*, Menoch. *de arbitrar. quæſtione libro ſecundo, caſ. 373. numero primo, & ſecundo.* Eymeric. *in Director. inquiſitorum par. tertia, quæſtione 91.* & ibi Franciſc. Pegna *in additionibus Comment. 140. verſ. Primo fol. mihi 693. columna ſecunda*, Decian. *in tractat. criminal. libro quinto, capit. 20. numer. 50. & cap. 38. numero quinto*, Lælius Zecchius *in ſumma parte prima tit. de fide rubric. de hæreſi cap. 11. numer. 17.* Ludou. à Paramo *de origine Sanctæ Inquiſitionis libr. 3. quæſtione nona, numer. 51. & ſequentibus.*

Ratio † præmiſſæ concluſionis eſt, tum quia per pœnitentiam deſinit quis eſſe hæreticus, nec qui paratus eſt ſe corrigi inter hæreticos computandus eſt: tum etiam quia ſine pertinacia non datur hæreſis, vt dixi ſupra *qu. 178. nu. 16. & ſeqq.* prout has rationes afferunt omnes Doctores præallegati, quibus addo Ioan. Andr *in cap. ſtatutum il primo, in verbo Conſtiterit, de hæreticis in 6.* & ibi etiam Geminian. *in §. hoc ſane num. 2. verſ Vltimo nota.* Archidiacon. *in cap. hæreſis, numer. 1. verſic. Ideo non quicumque, & verſiculo, Vnde ad rationem 24. quæſtione tertia*, & ibi etiam Bellamer. *numero tertio, in fine, & numero 4.* Turrecremat. *in cap. Dixit Apoſtolus numero quinto, & ſeqq. 24. quæſtione tertia*, vbi facit concluſionem, quod nullus proprie cenſendus eſt hæreticus, niſi ſuam erroneam opinionem pertinaciter tueatur, proponit contraria, & illis reſpondet, & idem affirmauit *in cap. Qui Eccleſia, eadem cauſ. & quæſtione addentes ad Azzon. in ſumma in rub de hære-* 3

hæreticis litera C. *vers. Qui vero corrigi paratus est, non est hæreticus*, addentes ad Hostiens. *in eadem summa rubr. de hæreticis, §. quis dicatur num.* 1. *litera A. vers. Is vero qui paratus est corrigi*, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par.* 1. *numer.* 37. vbi alij plures referuntur concordantes, Summa Antonina *par.* 2. *tit.* 12. *cap.* 5. §. *primo, vers. Quintum quod requiritur.* Angel. *in summa in verbo hæreticus, in principio, vers. Tertium*, summa Tabien. *in eodem verbo hæreticus, num.* 26. *post medium, versic. Nota pro declaratione*, Fr. Rayner. *in summa in verbo hæresis, cap.* 1. *vers. Si quis sententiam suam*, Repertor. Inquisitorum *in verbo hæreticus, vers. Item nota quod dicens contra articulos fidei*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in eodem verbo hæreticus, num.* 18. *vers. Primo, & in verbo Sententia, n.* 19. *vers. Sed nota obseruationem*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 31. *rubric. de hæreticis numer.* 12. Squillacen *in tract. de Fide Catholica, in præfatione, num.* 4. Gundisalu *in tract. de hæreticis quæst.* 2. *nu.* 3. *vers. Sed qui sententiam.* Paul. Ghirland. *in eodem tract. de hæreticis quæst.* 5. *nn.* 9. Boss. *in tit. de hæreticis nu.* 1. *ad finem*, Conrad. *in pract. rubr. de hæreticis nu.* 20. Petr. Gregor. *Syntagma. iuris lib.* 33. *cap.* 4. *num.* 16. Menoch *cons.* 82. *num.* 171. *lib.* 1. Decian *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 54. *nu.* 11. Læl. Zecchius *in summa par.* 1. *tit. de fide rubric. de hæresi cap.* 11. *numer.* 9. *versic. E conuerso, & num.* 10.

Verum contra hanc rationem, dum dixi hæreticum non esse, qui se corrigi paratus est; prima facie multum facere videntur scripta per Vazquem, Ledesmam & Bannes in locis per Thom. Sanchez Iesuitam, qui eos sequitur *in præceptis Decalogi lib.* 2. *cap.* 7. *nu.* 6. qui dixerunt adhuc pertinacem esse eum, qui sentiens contra Ecclesiam offert se paratum, dummodo argumentis conuincatur, ergo paratus se corrigi non desinit esse hæreticus: imo & hæreticus, & pertinax reputatur secundum præallegatos. Quibus respondendo dicas, tunc demum paratum se corrigi ab Ecclesia, non esse reputandum hæreticum, quando sic paratus est, & se corrigi paratum offert libere absque vlla conditione, & volens Ecclesiæ obedire, & ita loquuntur Doctores in ratione supradicta allegati, secus si quis se corrigi paratum offert non simpliciter, sed si argumentis conuincatur, prout loquuntur Vazquez & alij per Thom. Sanchez vbi supra allegati: hoc enim secundo casu pertinacia adhuc durat, quia non auctoritate Ecclesiæ, sed solis argumentis se acquiescere paratum offert.

Et rursus contra hanc eandem rationem facere videntur scripta per Nauar. & alios in locis relatis per eundem Thom. Sanchez Iesuitam vbi supra *in præceptis Decalogi dicto lib.* 2. *eodem cap.* 7. *rubr. de hæresi, & Apostasia, num.* 28. vbi facit conclusionem: verum hæreticum, & pertinacem esse eum, *Qui sciens aliquid esse ab Ecclesia definitum non credit, etsi se paratum esse per Ecclesiam corrigi dicat*, ea ratione, quia vere non est paratus per Ecclesiam corrigi, cuius diffinitionem manifeste impugnat, sed huic oppositioni responsio est facilis, quia Thomas Sanchez cum allegatis per eum non loquitur in eo, qui vere paratus est se corrigi ab Ecclesia, sed in eo qui verbis, & ore dicit se paratum, & tamen factis contrarium ostendit, cum vt ipse dicit Ecclesiæ diffinitionem manifeste impugnet.

4 Pœnitens † autem hæreticus dicitur ille, qui aliquando errorem in mente habuit, illumque verbis, aut facto ostendit, postmodum tamen ad se reductus saniorique consilio edoctus ab errore corde resiliuit & opere illum abiurauit; Repertor. Inquisitorum *in verbo hæreticus, vers. Hæreticus pœnitens dicitur ille*, Eymeric. *in Director. inquisitorum par.* 2. *quæst.* 40. *num.* 2. & ibi Francisc. Pegna *in additionibus commentar.* 65. *litera B. vers. Hæretici vero, fol. mihi* 353. *colum.* 2. vbi amplius, quod pœnitentes quandoq; vocantur redeuntes, quandoq; reconciliati, quandoque resipiscentes, & similibus appellationibus.

Ampli**a** I. † vt etiam ad misericordiam admittantur Hæresiarchæ, Dogmatistæ, & Magistri errorum, si 5 vere pœnitentes sint, prout statutum est ex concilio Biterrensi & Tarraconensi, cuius verba refert Francisc. Pegna (qui hanc tenet sententiam) *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitorum par.* 2. *qu.* 39. *commentar.* 64. *vers. An autem, & seq. fol. mihi* 351. *col.* 1. *&* 2. vbi amplius pro hac eadem sententia ponderat verba Textus *in cap. ad abolendam, de hæreticis*, item, & Tex. *in cap. ego Berengarius de consecrat. distinct.* 2. vbi Berengarius Hæresiarcha ad pœnitentiam, & ad abiurationem admittitur, & in hanc sententiam aperte descendit Eymeric. *in Director. Inquisitorum par.* 3. *rubric. de Octauo modo terminandi processum fidei &c. num.* 188. *vers. Circa istum, & nu.* 196. *fol. mihi* 345. *col.* 1. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 54. *n.* 47. loquens in casu, in quo pœnitentia vera sit, & non ficta, de quo multis experimentis tentandum est, vt ibi per eum. Hoc autem concilium Tarracon. reperies registratum per eundem Francisc. Pegnam *in eodem Director. Inquisitorum par.* 2. *fol.* 234. *& seq. quæst.* 1. *vers. Dubitatio, & versu. seq. incip. item si multitudo, & quæst.* 3. *vers. Perfecti vero*: vbi amplius, quod ad intrusionem condemnantur perpetuam, & ibidem Pegna *commentar.* 25. *vers. Rursus illud est diligenter obseruandum*, Adde pro hac prima ampliatione Didac. Canter. *in qu. crim. rubr. de hæret. cap.* 1. *num.* 70. *vers. Est nunc videndum.*

Contrarium † pluribus docet, & defendit Simanch. 6 *Cathol. institut. tit.* 47. *rub. de pœnitentibus, & conuersis n.* 50. *& pluribus seqq. & in Enchiridion Violat. Relig. tit.* 59. *rubr. de Dogmatistis nu.* 1. *& seqq.* Repertor. Inquisitorum *in verbo Docere*; Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis par.* 2. *num.* 339. *& seqq. assert.* 43. vbi pluribus hanc probat sententiam, proponit contrarium, & illi respondet; Subditque, quod licet iure Canonico hoc cautum non reperiatur, sufficit tamen ita iure ciuili statutum fuisse, nec nouum est, quoad pœnam in crimine hæresis ius Canonicum suppleri per ius ciuile. Decian *in tract. crim. in lib.* 5. *cap.* 53. *nu.* 3. *vers. Quinto, &c.*

In † hac contrarietate Prima affertur distinctio, vt 7 prima opinio procedat, quando Hæresiarcha sponte, non Inquisitus, & non citatus, aut vocatus ad pœnitentiam, & misericordiam implorandam veniret, secus si post longum tempus, frequentesque admonitiones se conuertisset & præsertim si tempore quo tradendus est curiæ seculari; hûc enim metus mortis, potius quam studium veritatis ad petendam misericordiam inducere videtur, vt bene aduertit Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in director. inquisitorum par.* 3. *quæst.* 39. *commentar.* 64. *versic. Item hæc sententia fol. mihi* 351. *col.* 2. *in fine & vers. Illos autem Hæresiarchas. fol. mihi* 352. *col.* 1.

Secvnda † affertur distinctio per Eymeric. *in Di-* 8 *rector. inquisitorum par.* 3. *rub. de octauo modo terminandi processum fidei &c. n.* 196. vbi loquens de pœnitentibus conuersis, qui etiam dogmatizarunt, distinguendo dicit, quod si tales ab Episcopis, seu inquisitoribus deprehensi de eorum erroribus informati, statim pœnitentes resilire, & abiurare consentiunt, vtique & recipiendi sunt ad misericordiam, & cum illis etiam mitius agendum, si vero pertinaces ab erroribus resilire nolunt, & tandem forte plus metu mortis, quam amore veritatis resiliunt, seu potius resilire se fingunt, & abiurant, cum rarissime veraciter conuertantur, illisq; propterea non est magna fides adhibenda de eorum conuersione, hoc Ideo cum eis cautius agendum est, nec faciliter à carceribus liberandi, sed aut per plures annos aut perpetuo, ne alios inficiant in dictis carceribus detinendi, & sic etiam ad pœnitentiam recipiendos admittit dogmatistas, qui metu mortis resilierunt, licet bene eos non à carceribus liberandos affirmet.

Tertia † affertur distinctio, vt secunda contraria 9 opinio

opinio possit procedere in illis dogmatistis, qui Regibus, Principibus, Reginæ, aut eorum filiis, filiabusue hæreses persuaserunt, aut persuadere conati sunt: illis enim nullo modo parcendum esse, post Simancham *in locis præallegatis* admittit Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitorum vbi supra dicta par. 2. qu. 39. eodem commentar. 64. vers. Postremo id mihi maxime probatur fol. mihi 352. columna prima in fine.* Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi cap. 11. num. 17. vers. Fallunt tamen prædicta.*

10 QVARTA † succedit distinctio, vt prima opinio possit etiam procedere, quando Hæresiarchæ, & errorum Magistri cum eorum doctrinis, & Magisterijs nocuerint, aliosque ad suos errores seduxerint, secus si nulli nocuerint, quia tunc potest procedere prima opinio, vt per Simanch. *Catholicar. institut. tit. 47. rubr. de pœnitentibus, & conuersis, numer. 72.* faciunt scripta per Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymeric. vbi supra dicta par. 2. quæst. 39. eodem commentar. 64. vers. Neque illis, fol. mihi 352. col. 1.* vbi propterea dixit, non esse indulgendum illis, qui præceptis, comminationibus, pœnis, præmiis, promissionibus iuratis, aut aliis similibus modis conati sunt aliquos ad hæresim trahere. Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi cap. 11. num. 17. vers. Fallunt tamen prædicta.*

11 Verum † si Hæresiarcha publice errores contra fidem prædicauerit, quomodo tunc ipsum nulli nocuisse dici posset nescio.

12 Vtcumque † sit, quando Hæresiarcha ad pœnitentiam recipiendus est, prudentissimi debent esse inquisitores in perquirendo, an puro corde, & non ficte conuertatur, cum non facile credendum sit quempiam ab extrema impietate repente discedere voluisse, & propterea in illis maiora, quam in aliis pœnitentibus pœnitentiæ signa exquirenda sunt, vt per Simanch. vbi supra *Catholicar. institut. dicto tit. 47. eadem rubr. de pœnitentibus, & conuersis, eodem numer. 72.* & bene etiam aduertit Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. vbi supra in Director. inquisitorum dicta par. 2. quæst. 39. eodem commentar. 64. vers. Tametsi, & seq. fol. mihi 352. colum. 1.* vbi amplius subdit, istis pœnitentibus iniungendas esse, grauissimas pœnitentias, nec eas mitigandas, nisi post longum tempus, & post manifestissima veræ pœnitentiæ, conuersionis, & humilitatis signa.

13 AMPLIA II. † Quia pœnitens, abiuratione facta, ad faciendum iniunctam pœnitentiam dimittendus est, nec Seculari Curiæ tradendus, etiam quod coram Episcopo, seu Inquisitore incidenter confessus fuerit commisisse aliquid homicidium, prout contingere solet in lamijs, & maleficis, & aliter faciendo Episcopus, seu Inquisitor irregularitatem incurrit, vt pluribus probat Arnald. Albert. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 25. nu. 66. & seqq. pluribus,* vbi proponit contraria, & illis respondet, & amplius *numer. 70.* subdit, quod Episcopus, seu inquisitor non debet tradere Iudici seculari Copiam huius confessionis, aut processus, nec etiam in abiuratione publice facienda debent memorari homicidia prædicta.

14 AMPLIA III. † in apostata fidei, qui si pœnitens fuerit ad misericordiam recipitur, sicut recipitur hæreticus pœnitens: voluit Repertor. Inquisitorum *in verbo Apostasia, versic. Sed vtrum ea, quæ dicuntur,* vbi respondet Textui in *l. si qui C. de apostatis,* quod scilicet loquatur de iure ciuili, quod disponere non potest in crimine hæresis mere Ecclesiastico: *cap. vt inquisitionis §. prohibemus, de hæreticis in 6.* & quod propterea in hoc attendendum sit non ius ciuile, sed ius Canonicum, quo sic pœnitens apostata recipitur, per Text. quem inducit *in cap. quidam, extra, de apostatis,* & loquitur non solum in apostata fidei Christiano scilicet, qui in totum à fide deuians aliam suscipit fidem, sed etiam in Iudæo facto Christiano iterum ad Iudaismum redeunte, licet difficile sit, quod Iudæus Christianus effectus ad iudaismum rediens, possit ad veram pœnitentiam renouari, & reduci, vt in Repertor. Inquisitorum *in verbo Apostasia, versic. Sed an isti conuersi, ad finem*; & pro hac affirmatiua opinione vide in eodem Repertor. Inquisit. *in verbo Rediens, versic. Secundo, incipien. & aduertendum*; faciunt scripta per Ioan. de Anania *in rub. de apostatis ante nu. 1. vers. Et quod apostatæ, extra de apostatis,* vbi dixit, quod apostata fidei pœnitens, etiam post peractam pœnitentiam ad Clericatus officium, & habitum Clericalem non admittitur, & sic tacite consentit, quod quoad pœnam recipiatur, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo Apostata, num. 2. vers. Si autem redire velint,* vbi dixit, quod apostatæ fidei redire volentes recipiuntur, sicut recipiuntur hæretici pœnitentes, & *num. 3.* vbi idem dicit Gundisalu. *in tractat. de hæreticis quæst. 20. nu. 2. & 3.* quod & antea voluisse videtur *in quæst. 5. nu. 5. in fine.* Simanch. *Catholic. institut. tit. 7. rubric. de apostatis num. 3. & 4. & in Enchiridion Violat. Relig. tit. 4. eadem rubr. de apostatis nu. 3.* vbi quod contraria opinio iure Pontificio damnata, & à Sacris Tribunalibus explosa est, Alphons. de Castro, *de iusta hæreticorum punitione lib. 1. cap. 23.* Eymeric. *in Direct. inquisit. par. 2. qu. 44. sub nu. 1. vers. Quod si volunt redire,* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus litera A. in versic Ita quod si volunt redire fol. mihi 373. col. 1.* idem Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. vbi supra dicta par. 2. qu. 45. comment. 70. vers. Sed iure Pontificio fol. mihi 375. col. 2.* vbi idem de Christianis transeuntibus, vel redeuntibus ad ritum, quod recipiantur ab Ecclesia, si vere pœniteant, & conuertantur Clar. *in pract. criminal. §. final. quæstion. 78. nu. 4. sub vers. Apostata punitur,* vbi testatur de vera, & recepta sententia ex Simanch. *in loco præallegato,* Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis par. prima nu. 491. & seq.* vbi quod contraria opinio est omnino falsa, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 72. nu. 8.* vbi discutit de intellectu Text. *in dicta l. Hi qui Sanctam C. de apostatis,* affirmatq; illum Textum non probare id, ad quod scilicet pœnitentibus apostatis mortis pœna imponatur, & postea concludit, Ecclesiam nec etiam apostatæ redeunti gremium claudere, sed ipsum recipere ad effectum illum liberandi pœna mortis, non autem quoad effugiendum alias pœnas à iure impositas; Eymeric. *in Direct. inquisit. par. 2. qu. 49. nu. 4. & ibi* Pegna *in addit. comment. 74. litera C. per totam additionem fol. mihi 390. col. 1. & 2.* vbi alij relatis testatur de vera communi, & seruata opinione, reprobatque in specie Nicolaum Arelatanum contrarium tenentem, *in loco vbi supra allegato,* Petr. Gregor. Syntagm. iuris *lib. 33. cap. 8. nu. 18. vers. Quamuis aliquando legamus.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. Centur. 6. cas. 546. n. 18. & seqq.* vbi bene hanc sententiam probat, proponit contraria, & illis respondet Montemaran. *in pract. Archiepisc. cap. 84. n. 12.* Vide tamen in hoc Nauar. *cons. 4. tit. de hæreticis lib. 5.* vbi dixit, quod Iudæus qui ad iudaismum redit non admittitur ad pœnitentiam, nec reconciliatur Ecclesiæ, nisi manifestauerit illos Iudæos, qui illum sic ad iudaismum redire persuaserunt, arguit pro, & contra, & ita resoluit, & respondet contrarijs Hyppol. Rim. *in cons. crim. diuers. 83 lib. 2. in magnis per totum,* vbi late probat apostatam fidei pœnitentem recipi ad misericordiam, & *nu. 19.* testatur de communi, & respondet contrarijs, loquiturque in Iudæo facto Christiano redeunte ad iudaismum Ioan Azor. Iesuita *instit. Moralium par. 1. lib. 8. cap. 12. rubr. de apostatis q. 9.*

15 Contrarium, † quod Apostata fidei non recipiatur ad pœnitentiam, probat Tex. *in l. Hi qui C. de apostatis, vbi ad literam dicitur; Sed nec vnquam in statum pristinum reuertantur, nec flagitium horũ obliterabitur*; Et rursus infra redditur ratio, dum dicitur; *Lapsis etenim & errantib. subuenitur, Perditis vero, hoc est Sanctũ Baptisma profanantibus nullo reme-*

remedio pœnitentiæ succurritur; Et ibi Glossa prima *in fine, vers. Item pœnitentia, & in verbo Et errantibus*, Et ibi Salycet. *in figuratione casus*; Ioan. de Anania *in rubr. de Apostatis ante numerum primum, vers. Et quod Apostata, extra, de Apostatis*, vbi dixit, quod Apostata fidei pœnitens, etiam post peractam pœnitentiam ad Clericatus Officium, & habitum Clericalem non admittitur, *& in cap. primo nu. 5.* generaliter dixit; quod ei non prodest pœnitentia. Azzo. *in summa rubr. de Apostatis, nu. 3. vers. Nec in statum pristinum reuertuntur.* Hostiens. *in eadem summa; dicta rubr. de Apostatis §. qualiter puniantur, n. 3. vers. Nec in statum pristinum reuertuntur*, summa Syluestrina *in verbo Apostasia, n. 2.* vbi quod Apostata fidei peracta pœnitentia non redit in pristinum statum. Repertor. Inquisitor. *in verbo Apostasia, vers. Sed Apostatæ alieni sunt, & in vers. Sed notandum.* Afflict *in Constitution. Regni de hæreticis & Pacterenis, rubr. tertia de Apostatibus n. 2. & in cap. 1. eiusdem rubricæ n. 5.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. c. 72. nu. 4.* vbi de Iudæis vel infidelibus factis Christianis iterum ad iudaismum, vel Paganismum redeuntibus, quod non sunt denuo recipiendi; Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis quæst. 2. n. 9. vers. Sed Nota quod isti Apostatæ.* Nicol. Arelatan. *notab. 44. nu. 2. & seqq.* vbi amplius reprobato Gundisaluo de Villadiego *in tractat. de hæreticis quæst. 20.* quem mox supra allegaui, affirmat hanc conclusionem procedere non solum de iure ciuili, sed etiam de iure Canonico, idem Decian. *vbi supra in tract. criminal. lib. 5. cap. 71. nu. 5.* vbi generaliter de non admittendis Apostatis redire volentibus; Mascard. *de probationib. lib. 1. concl. 112. num. 28.* Petr. Gregor. *Syntagma. iuris lib. 33. cap. 8. nu. 18.* idem Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 54. nu. 26.*

16 Et † hanc contrariam opinionem volentem, vt apostatæ pœnitenti non parcatur, intelligunt Doctores, vt non parcatur, quoad pœnam temporalem, non quoad Deum, vt per Gloss. *in l. Hi qui, in verbo Et errantibus, in fine, vers. Vel dic, C. de Apostatis*, & ibi etiam Bar. *nu. 1.* & Salycet. *num. 2. in fine*, Azz. *in summa rubric. de apostatis num. 3. vers. Quod potest intelligi*, Hostiens. *in eadem summa, dicta rubr. de apostatis §. qualiter puniantur nu. 3. vers. Quod intelligas*; Repert. Inquisit. *in verbo Apostasia, vers. Sed apostatæ alieni sunt*; Afflict *in constitut. Regni in cap. 1. nu. 5. de hæreticis & Pacterenis, rubr. 3. & nu. 10.*

Concludi potest in hac materia apostatarum fidei redeuntium, ac pœnitentium, vt scilicet ad misericordiam recipiantur quoad pœnam mortis, quo vero ad alias pœnas regulariter condemnantur, deinde tractu temporis iuxta qualitatem reorum, & iuxta eorum pœnitentiæ, & contritionis vera signa magis, & minus, iudicis arbitrio ei remittuntur pœnæ in quas condemnati fuerunt.

17 Apostata † autem irregularitatis, seu religionis, si pœnitens vult ad monasterium redire, recipiendus est. Ancharan. *in cap. à nobis nu. 2. in primo notab. per illum* Tex. *& ibi etiam* Ioan. de Anania *num. 1. vers. Patet etiam, extra. de apostatis.*

20 Ampliа V. † vt pœnitens recipiatur, etiã si in mortis articulo eum pœniteat, erroremque suum abneget, & quomodo isto casu ad pœnitentiam recipiatur, *vide concilium primum* Arausicanum *c. 2. relatum per* Pegnam *in addit.* ad Eymer. *in Direct. inquisit. comment. 25.* ad concilium Tarraconense. *fol. mihi 242. vers. Atq; hæc obseruari oportet*, cuius quidem concilij verba sunt hæc; *Hæreticos in mortis discrimine positos, si catholici esse desiderent si desit Episcopus à presbyteris cum schismate & benedictione consignari placet*, & ibi propterea subdit idem Pegna, quod si hæreticum in discrimine vitæ existentem non liceat propter temporis breuitatem iudicialiter examinare, & reconciliare, si vere contritus fuerit, & paratus Ecclesiæ mandatis obedire, absoluendus erit; quod si infirmus reus confessionẽ non peteret, persuadendus est vt confiteatur & vbi iudicialiter inquisitori satisfecerit prius quam moriatur reconciliatur Ecclesiæ, & postquam in iudicio fuerit absolutus, confessarius eundem Sacramentaliter absoluet, & vide etiam Repertor. Inquisitorum *in verbo Reconciliatio, vers. Inno. in sum. confess.* Simanch. *Catholicar. institut. tit. 3. rubric. de absolutione num. 4.* vbi dixit posse Ecclesiæ reconciliari, & absolui post mortem eos qui absolutionem petierant, & signa pœnitentię ostenderunt, & per eos non stetit, quominus absoluerentur, per Tex. *quem allegat in cap. A nobis, il secondo, & ibi* Glossa, *de sententia excommunicationis*, voluit Albet. *in rubr. de hæreticis in fine, vers. Vltimo nota bonum, & vtile consilium*; Decian. *qui alia iura, aliosque refert concordantes in tractat. crim. lib. 5. cap. 57. nu. 21. & 22.* Ioan. Azzor. Iesuita *instit. Moral. par. 1. lib. 8. cap. 19. rubr. de absolution. ab hæresi, vers. Quæro an etiam.*

Et † propterea pœnitentis hæretici in vita memoria 21
non damnatur. Vmbert. Locat. *in iudic. inquisitor. in verbo Cadauera, num. 1. in fine, & in verbo Filij, num. 13. in fine, & in verbo Inquisitor, nu. 25.*

Et † an isto casu defunctus debeat absolui ab excom- 22
municatione, quomodo, & de materia absolutionis defuncti, vide in Repertor. Inquisitor. *in verbo Absolutio, vers. Sed an possit absolui defunctus; & duobus seqq. & iterum infra, in vers. Sed nota quod absolutio defuncti; vide supra quæst. 192. num. 62.*

Amplia VI. † vt non solum hæretici pœnitentes, 23
sed etiam hæreticorum receptatores, fautores, & defensores ad pœnitentiam recipiantur, & Ecclesiæ reconcilientur, secundum Ioan. Calderin. *in tract. de hæret. rubr. de pœnis receptatorum nu. 3.* vbi ampliat etiam, quod in receptatione, defensione, & fautoria fuerint relapsi, *& in rubr. de exequutione sententiæ nu. 6.* Eymeric. *in Direct. inquisitor. par. 2. qu. 47. nu. 6.*

Sic † & impediens S. Inquisitionis officium, si pœ- 24
nitens velit redire, ad misericordiam recipitur, vt per Eym. *in Direct. inquisit. par. 2. quæst. 54. nu. 4.* tenetur tamen abiurare, prout dixi supra *quæst. 182. nu. 86.*

Amplia VII. † vt etiam sortilegi, & lamiæ pœni- 25
tentes recipiantur, & Ecclesiæ reconcilientur. Dixi supra *quæst. 181. nu. 48.*

Amplia VIII. † vt ad pœnitentiam, & misericor- 26
diam etiam recipiatur is, qui fuit dubius in fide, dixi supra *quæst. 178. nu. 107.*

Limita I. † propositam regulam, quia ad hoc vt 27
pœnitens ad misericordiam ab Ecclesia recipiatur, & illi parcatur, debet sponte redire ad fidem, vnde secus si non sponte, sed metu mortis, Tex. *est in cap. ad abolendam, §. propterea, in fine, extra, de hæret.* ponderando verbum *Sponte*, in eo Textu positum, vbi communiter omnes Canonistæ hoc adnotarunt, & præsertim Hostiens. *nu. 6. in verbo Sponte recurrere*; Anton. de Butr. *nu. 6. vers. Secundo nota*, Abb. *nu. 6. vers. Item nota Singulariter, & nu. 7.* Marian. Soccin. *nu. 8. in septimo notab.* Felin. *post n. 2. vers. Dummodo continuo & sponte, &* Ioan. de Anania *n. 10. vers. Nota singulariter & nu. 11.* Ioan. Andr. *in cap. excommunicamus, il primo, post n. 1. in verbo Puniendi, extra, eodem*, Repert. Inquisitorum, *in verbo Metus, vers. Tertia*, vbi facit generalem conclusionem, quod rediens ab hæresi metu pœnæ, habetur pro non redeunte, nec ex eo quod inuiti facimus, debemus præmium consequi, iuribus ibi per eum allegatis; Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par. 2. nu. 375.* Decian. *in tractat. criminal. lib. 5. cap. 54. nu. 5. vbi de materia.*

Vide † tamen constitutionem Frederici Imperatoris incip. *Commissi*, relatã per Pegn. inter literas Apostolicas *in Direct. inquisit. fol. mihi 16.* vbi expresse caueri videatur *in §. si qui vero territos metu mortis redire volentes ad fidei vnitatem iuxta canonicas sanctiones ad agendum pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudendos, esse.* Et propterea

pœni-

pœnitentes, & redeuntes ad fidem etiam metu mortis perterriti recipientur in supremo vrbis totiusque Christianæ Reipublicæ Sanctæ, & Generalis Inquisitionis Generali Tribunali.

28 Sponte † venire quando quis dicatur, vide Felin. *in c. ad abolendam §. Præterea est, nu. 2. vers. Dummodo continue, & sponte, extra de hæret.* vbi dixit, quod sponte dicitur pœnitere is, quem pœnitet antequam negauerit, & ibi Ioan. de Anania *n. 11.* vbi quod ille dicitur sponte venire, qui venit infra tempus gratiæ: Franc. Pegn. *in additionibus ad Eym. in Direct. inq. par. 3. rubr. de sponte venientibus in tempore gratiæ Comment. 12. litera F. fol. mihi 441. colum. 1.* vbi etiam quod sponte redire dicuntur qui infra tempus gratiæ redeunt etiam moniti generaliter, secus si nominatim moniti fuissent, quia tunc non dicuntur sponte venire, *& fol. 442. col. 1. in fin.* vbi quod sponte veniens dicitur is, qui nullo præcedente stimulo iudicem adit, & crimen confitetur, Nau. *cons. 8. post n. 7. tit. de hæret. lib. 5.* vbi ponit formam se sponte deferentis sanctissimo. Lud. à Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis lib. 3. qu. 4. rub. de forma, & ordine Iudiciario S. Officij,* vbi pariter dixit, sponte quem venire ad pœnitentiam, qui infra tempus gratiæ venit: In supremo vrbis totiusq; Christianæ Reipublicæ Generalique Sanctæ Inquisitionis Tribunali illi dicuntur sponte comparentes, qui indiciis non præuenti sponte comparent; quod si indicijs præuenti fuerint pro sponte comparentibus non habentur, nisi forte indiciorum nullam eos habuisse scientiam constiterit. de quo dixi etiam infra *num. 36. & 37.*

Et scias in materia, quod quando admittitur, & dimittitur aliquis pœnitens sponte se deferens Sancto Officio, solet in absolutione apponi clausula, *dummodo indiciis præuentus non sit.*

29 Vide † tamen in proposito Ioan. Cald. *in tract. de hæreticis, rub. de hæreticis redeuntibus & conuersis, n. 10.* vbi bene dixit, quod redeuntes, & pœnitentes territi metu mortis; vtputa videntes se conuictos, aut condemnatos (intellige tu si ex corde redierint) non traduntur curiæ seculari, sed perpetuo carceri *& in rubr. de materia processuum Inquisitionis, nu. 8. in fine,* vbi dixit idem: Eym. *in Direct. inquis. par. 3. rubr. de modo terminandi processum fidei, & c. nu. 102. vers. Quibus lectis, & seq.*

30 Limita II. † Vt parcendum non sit, nec ad misericordiam recipiendus ille qui non puro corde, sed per fraudem, & simulate ad fidem redit, tex. est *in c. vt officium, in fine principij, de hæreticis in 6.* in illis verbis; *Prouiso solerter ne simulata conuersione redeant, fraudulenter, & vos imo se ipsos fallentes sub agni specie lupum gerant.* Et ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, vers. Tamen Inq. debet esse cautus, & in verbo Simulata, & in verbo Fallentes, & in verbo Lupum,* Ioan. Monach *num. 3. in fine, in verbo Simulata, & in verbo Lupum,* Archidiac. *ante num. primum, in verbo Simulata, & in verbo Fallentes & in verbo Lupum, & nu. 1.* Ioan. And *ante num. 1. in verbo Lupum, & in verbo Gerant,* Gemin *numer. 5. vers. Quid vult Textus, & in verbo Fallentes.* Et extat Constit. Innoc. IV. edita *de anno* 1252. *incip. Tunc potissime,* relata per Fr. Pegn. post Direct. Inquisit. inter literas Apostol. *fol. mihi 12.* & alia Vrb. IV. edita *de anno* 1261. *incip. Licet ex omnib. vers. Si vero aliqui, relata vt supra fol. mihi 51.* Hostien. *in summa de hæreticis, §. qualiter deprehendatur n. 4. vers. Alias si factam pœnitentiam agat,* Repert. Inqu. *in verbo Rediens, vers. Ex supradictis concluditur, & in verbo Confessio, vers. Nota sexdecim conditiones, & in vers. seq.* vbi ponit sexdecim conditiones, quibus non seruatis à pœnitente dicitur ficte conuersus, & non vere, *& in verbo Conuersio,* vbi propterea quod inquisit. maxime debent animaduertere, ne illi pœnitentes simulata conuersione, & fraudulenter ad gremium sanctæ Matris Ecclesiæ redeant, *& in verbo Pœnitentia, vers. Sed nota quod sicut vera pœnitentia, & vers. seq.* Afflict. *in Const. Regni, de hæreticis & pacterenis, rubr. 1. n. 34.* Simanch. *in Enchir. Viol. Relig. tit. 50. rub. de pœnitentib. n. 17.* Io. à Rojas *in tract. de hæret. par. 2. nu. 375.* Decian. *in tract. crim. l. 5. c. 54. n. 5. vbi de materia* Tho. Sanchez Iesuita *in præcept. Decal. l. 2. c. 11. n. 8.* vbi amplius, quod absolutio ab inquisitor. data ficte pœnitenti tanquam data ex falsa causa est pro. sus irrita, & inualida, ita vt licet postea absolutus interius resipiscat, peccatum hæresis prius commissum, eadem censura, & eadem reseruatione ligatum remanebit, ac erat ante illam absolutionem, & propterea ibid. bene declarat, à quonam iste sic ficte pœnitens absolutus, & resipiscens absolutionem petere debeat. Lud à Param. *de orig. S. inquisit. l. 3. qu. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei nu. 30.*

Vtrum † autem in sententia absolutoria pœnitentis sit apponenda conditio, *Dummodo ex corde ad fidem redierint,* An vero absolutio debeat esse sine vlla conditione, vide Syluestrinam *in summa in verbo Hæreticus, §. 2. nu. 11. ad finem, vers. Quintum Iudex,* vbi quod absolutio debet esse simplex & sine conditione, verum quod talis conditio apponi possit voluisse videtur Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib. 3. qu. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei num. 31. & dicam infra hac eadem quæst. nu. 132.* 31

Limita III. † in relapso, qui quod ad pœnitentiam non admittatur, voluerunt D. Thom. *2. 2. quæst. 11. art. 4. & ibi præsertim* Valentia Alber. *in l. Manichæos nu. 2. in fine, in verbo Pœnitentibus, C. de hæreticis.* Io. de Anania *in cap. firmissime n. 3. vers. Caueant tamen, extra, de hæreticis,* Abb. antiq. *in cap. ad abolendam n. 4. in fine, in verbo Audientia, extra eodem, & ibi etiam* Hostien. *num. 11. in eodem verbo Audientia,* vbi quod hæc opinio est verior de rigore iur. s, & ante eum Innocent. *num. 2. in eodem verbo Audientia,* Anton. de Butrio *num. 8. vers. Nota primo, & num. 9. vers. Secundo nota.* Abb. *num. 12. in fine.* Marian. Soccin. *nu. 11. in decimo notab. & nu. 29.* Cardin. Zabarell. *in §. illos quoque,* & Ioan. de Anania *num. 20. vers. In Glossa audientiam;* Arnald. Albert. *in repetitione cap. primi, de hæret. in 6. qu. 12. nu. 9. ad finem, vers. Nam isti quantumcumque veniam petant;* est Text. qui cauillari non potest, *in cap. super eo, de hæret. in 6.* in illis verbis, *Sine vlla penitus audientia,* & ibi Glossa *in figuratione casus, in principio;* Geminian. & Franch. *in summario;* Squillac. *in tract. de fide Catholica c. 20. nu. 3.* Ioan. Calder. *in tract. de hæret. rub. de hæretic. relapsis n. 1. in fine,* Io. à Rojas *Singul. primo n. 14. vers. Item dicitur in diffinitione, & Singular. 23. num. 3. & seqq. & in tract. de hæreticis par. 2. nu. 330. & num. 335.* Simanch. *Cathol. instit. tit. 57. rubr. de relapsis nu. 10. & seqq.* vbi pluribus hanc probat opinionem, Fr. Rayner. *in summa in verbo Hæresis, cap. 5. vers. Quartum est,* vbi bonam reddit rationem; Repertor. Inquisitorum *in verbo Rediens, vers. Secundo, incipien. & aduertendum, post medium, & in verbo Relapsus, vers. Secundo, & in versic. Nota quod olim relapsus,* vbi quod corde relapsi indistincte morti traduntur, licet olim in arctum monasterium ad perpetuam pœnitentiam peragendam detrudebantur, *& vers. Item nota quod cum vero hæretico, & vers. Nunc autem videndum est,* vbi ponit rationem, qua Ecclesia mouetur ad non parcendum relapsis, *& in verbo Misericordia, versic. Ego tamen, ante finem,* vbi quod ita hodie seruatur, quicquid olim secus esset, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo Hæreticus, num. 24. vers. Occultus primo modo, & n. 39.* vbi quod nec etiam admittitur quoad recuperationem bonorum confiscatorum, *& dicto nu. 39. versic. Si autem hæretici, & num. 40.* vbi reddit rationem, quare relapsi ad pœnitentiam non admittantur, *& in verbo Pœna, num. 8. in fine, & in verbo Reuocatio, num. 2.* Zanchin. *in tract. de hæret. cap. 16. nu. 9. & ibi* Campeg. *in addit. litera C. in verbo Relapsus,* Ghirland. *in tractat. de hæret. qu. 5. num. 9. vers. Quod tamen est verum,* Diaz *in pract. crimin. Canonic. cap. 114. rubr. de hæretic. num. 5. vers. Si tamen deliquit.* Petr. Gregor. *Syntagma. Iuris lib. 33. capit. 8. num. 6.* Bursat. *cons. 7. num. 54.* Eymeric. *in Direct. Inquis. par. 2. qu. 40. nu. 3. & quæst.* 32

*& quæst.*58.*nu.*6. & ibi Francisc. Pegna *in addit. comment.* 83. *litera C. vers. Et omnes isti relapsi fol. mihi* 413. *col.* 2. *idem* Eymer. *vbi supra par.* 3. *quæst.* 99. & ibi etiam Pegna *in addit. comment.* 148. vbi pluribus hanc exornat conclusionem, *& eadem par.* 3. *rubr. de nono modo terminandi processum fidei &c. nu.* 197. *vers. Primo in fine, in rubr. de vndecimo modo terminandi processum &c. nu.* 205. *vers. Circa istum, in principio, & iterum infra, vers. Pœniteat autem, & non pœniteat, & nu.* 206. *in fine, vers. Resiliat autem, vel non resiliat.* Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 56. *nu.* 7. Didac. Cantera *in qu. Crimin. rubr. de haret. &c. cap.* 1. *num.* 59. *ad finem*, vbi quod relapsus pœnitens non viuus, sed mortuus comburitur, Lælius Zecch. *in summa par.* 1. *tit. de fide rubr. de hæresi cap.* 11. *nu.* 19. *vers. Si verò sunt relapsi*, Azzor. Iesuita *institutionum moralium par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 14. *quæst.* 7.

33 Contrarium, † quod etiam relapsus pœnitens ad pœnitentiam admittatur, quia Ecclesia non claudit gremium volentibus ad illam redire; & quia Dominus nō vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat, probari videtur Concilio Terraconensi registrato per Pegnam *in additionibus ad Eymeric. in Direct. inquisit. par.* 2. *fol. mihi* 234. *& seq. qu.* 1. *vers. Dubitatio. & vers. Itē si multitudo, & quæst.* 3. *vers. Perfecti verò hæretici*, licet ibid. sic relapsos, & pœnitentes ad perpetuam intrusionem condemnandos esse statuatur, voluisse etiam videtur Glossa quæ hæc fundamenta iuribus comprobat *in c. ad abolendam in verbo Audientia, extra, de hæreticis, & ibi etiam* Hostien. *n.* 9. *vers. Sin autem, & n.* 11. *vers. Prima tamen opinio*, vbi & hanc opinionem admittit de æquitate, & benignitate, Cardin. Zabarel. *nu.* 7. *vers. Nam propter hæresim*, Gemin. *in cap. super eo de hæreticis in* 6. *nu.* 5. vbi videtur tenere, quod relapsi ad pœnitentiam admittuntur, licet non promoueantur ad ordines, & eum refert ibidem Franch. *nu.* 1. *ante finem per tex. quem allegat in cap. illud* 50. *distinct.* Zanchin. *in tract. de hæreticis c.* 41. *nu.* 9. vbi loquitur de eo, qui post abiuratam hæresim tanquam suspectus in eadem relabitur.

34 In † hac contrarietate Hostiensis *in d. cap. ab abolendam n.* 11. *post, vers. Prima tamen opinio*, dixit, esse iudici arbitrarium relapsum hæreticum ad pœnitentiam admittere, vel non admittere; multo magis hoc erit arbitrarium Papæ; Arnald. Albertin. *in repetitione cap. primi, de hæret. in* 6. *quæst.* 12. *num.* 9. *ad finem, vers. Nam isti*, reddit rationem, quia in Papa omnis pœna est arbitraria.

35 Veritas † est, quod prima opinio, procedit quoad pœnam temporalem, secunda quoad pœnam spiritualem, & sic hæreticus relapsus licet pœnitens non euitet pœnam corporalem, tamen bene eidem ministrantur Sacramenta Ecclesiæ, videl. pœnitentiæ, & Eucharistiæ, vt per D. Thom. 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 4. vbi propterea dixit, etiam relapsos recipi in iudicio Dei, tex. expressus, qui hanc facit distinctionem *in cap. super eo, de hæret. in* 6. in illis verbis; *Si tamen postmodum pœniteant, & pœnitentiæ signa in eis appàruerint manifesta, nequaquam sunt humiliter petita Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ deneganda*, & ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, vers. Respondet Romanus Pontifex, & vers. Nota quod relapso, & in verbo Deneganda*, Ioan. Monach. *nu.* 5. vbi propterea notat, quod liberatus, quo ad Deum, non est liberatus quoad mundum, & econtra, Archidiac. *num.* 2. *in verbo Deneganda, & num.* 3. Ioan. Andr. *nu.* 3. *in vers. in Glossa vltima*. Gemin *in summario, & n.* 5. *& 6. col. fin. in fin. vers. Et est ratio*, & Franc. *in summario*; Io. Calder. *in tract. de hæret. rub. de hæreticis relapsis num.* 1. *in fine*, Armilla *in summa in verbo Hæresis, nu.* 12. *in fin.* Rosel. *in summa, in verbo hæreticus, num.* 30. summa Angelica *in eodem verbo hæreticus. numer.* 19. *versic. Sed hæc omnia limita*, summa Syluest. *in d. verbo hæreticus*, §. 1. *n.* 14. *ad finem, vers. Si tamen hæretici, & nu.* 17. *in princ.* Simanch. *Cath. inst. cap.* 57. *rub. de relapsis num.* 15. 16. *&* 17. vbi tamen subdit, quod non conceditur sepultura, quia, etsi viui non comburuntur, comburentur tamen postquam fuerunt strangulati, & ita testatur de consuetudine seruari (quicquid secus dixerit Alphon. de Castro ibi per eum relatus, *de iusta hæreticorum punitione lib.* 2. *c.* 2. Tabien. *in summa, in verbo hæreticus, nu.* 8. *in fine*, Repertor. Inquisitor. *in verbo Rediens, vers. Secundo incipien. Et aduertendum, in fine, & in verbo Relapsus, vers. Secundo, & in vers. Nota quod olim, & in verbo Conuersatio, vers. final.* Vmbert. Locat. *in iudic. inq. in verbo Pœna, num.* 8. *in fine, in verbo Renouatio, num.* 1. Zanch. *in tract. de hæretic. cap.* 16. *nu.* 9. Symmlac, *in tract. de fide Catholica cap.* 27. *nu.* 4. *in fine*, Nicol. Arelatan. *notab.* 46. *nu.* 2. Eymer. *in Direct. inquisit. par.* 3. *quæst.* 58. *num.* 6. *& eadem par.* 3. *quæst.* 100. & ibi Pegna *in addit. Comment.* 149. *& in rubr. de nono modo terminandi processum fidei &c. n.* 197. *vers. Primo in fine, & in rub. de vndecimo modo terminandi processum &c. nu* 205. *vers. Perceptis igitur Sacramentis, & nu.* 206. *in fine, vers. Resiliat autem, vel non resiliat* Decian *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 56. *nu.* 7. Ludou. à Param. *de orig. S. Inquisitionis lib.* 3. *qu.* 9. *nu.* 159. Thom. Triuisan. *decis.* 36. *nu.* 15. *lib.* 2. vbi tamen, quod huic relapso & pœnitenti denegatur extrema vnctio & sepultura, Azzor. Iesuita *institutionum moralium par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 14. *qu.* 7. *vers. Obijciens*.

Et † in proposito dici posset esse aliquam differentiam inter recipere ad Pœnitentiam, & recipere ad misericordiam, vt scil. recepere ad pœnitentiam sit idem quod recipere ad Gremium, & vnitatem Ecclesiæ, ac ad participationem Sacramentorum, & ad hunc effectum recipiuntur quicumque hæretici; & apostatæ etiam relapsi; Recipere autem ad misericordiam intelligo etiam quoad pœnas temporales, & sic pœna mortis hæreticus in primo lapsu euaditur, reliquæ verò non, nisi sint sponte comparentes, vt dixi infra *in seq. num.*

Posset † autē secunda opinio facilius admitti, quando relapsus antequam fuerit accusatus, vel inquisitus, sponte ad inquisitorem venit, & ex corde pœnitens errorem fateatur, & veniam petat, tunc enim eum esse admittendum ad pœnitentiam voluit Alphons. de Castro *in tract. de iusta hæreticorum punitione lib.* 2. *cap.* 2. cuius sententiam magis æquitati inniti, quam quod iure probetur, contendit Simanch. *Catholicar. institut. tit... rubr. de relapsis num.* 18. *& seqq.* & vtramque sententiam disputabilem esse, & propterea neutram affirmare audet, *& in Enchiridion Violat. Relig. tit.* 66. *eadem rubr. de relapsis n.* 6. vbi tamen in isto casu Pontificem consulendum esse affirmat, Ioan. à Rojas *Singular.* 23. *num.* 7. Qua in re vide in Repertor. Inquisitorum *in verbo Relapsus, vers. Si tamen*, vbi quod si relapsus post abiuratam hæresim, non fuit deprehensus in alia hæresi per facti euidentiam, aut per propriam confessionem, vel per testes, sed occulte pœnitens sponte ad Ecclesiam reuertatur, parcitur ei, *& in verbo Misericordiæ, vers. Ego tamen, in fine*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo Abiurare, nu.* 4. vbi tamen quod inquisitor debet bene scrutari, an relapsus sponte veniat, *& in verbo Hæreticus, num.* 39. *vers. Si autem idem* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par.* 2. *num.* 333. *vers. Secunda eius conclusio est*: licet subdat contrarium caueri in quadam instructione Hispalen. ibi per eum relata, Menoch *consil.* 82. *num.* 168. *& seqq. lib.* 1. vbi ampliat hanc conclusionem procedere, etiam quod quis fuerit captus, si sponte fateatur hæresim, de qua in processu nihil constabat, tunc enim adhuc tenet illum dici sponte confiteri, & ideo pœnam mortis euadere & vide etiam omnino Francisc. Pegn. *in additionibus ad Eymer. in Direct. inquisitorum par.* 3. *tit. de sermone Generali habendo &c. comment.* 12. *vers. Sed quid si relapsus, & seqq. fol. mihi* 441. *col.* 2. *& fol.* 442. vbi concludit, hunc relapsum sic sponte venientem admittendum esse ad misericordiam, eique pœnam mortis condonandam; Idque, & rationibus & Doctorū autoritatibus comprobat, testatu; hanc senten- 36

sententiam benigniorem, licet bene subdat tutissimum esse, vt priuati Inquisitores super hoc supremum Sanctæ Inquisitionis Senatum consulant; Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 56. nu. 12.* vbi idem dixit Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib. 3. quæst. 4. rubr. de forma & ordine iudiciario S. Officij nu. 12.* vbi pariter dixit, quod relapsus sponte veniens ad pœnitentiam recipitur ad misericordiam, quando autem quis dicatur sponte venire & se offerre, dixi *supra hac eadem quæstione nu. 28.*

37 Declara, † nisi relapsus sciret rumorem esse, quod erat accusandus, & quod aliquis se præparabat ad accusandum, facileque prouidere poterat se probationibus conuincendum; tunc enim non sponte sed timore probationum dicitur se ipsum deferre, & propterea non admittendus ad pœnitentiam & misericordiam, vt per Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 56. num. 12.* post Alphons. de Castro *in loco per eum relato*, & propterea Ludou. à Paramo *in loco præallegato* tunc demum dixit relapsum sponte venientem ad misericordiam recipi, quando est occultus, alias secus.

38 Limita IV. † in accusatore in crimine hæresis, qui non probando accusationem ad pœnam Talionis tenetur etiam, quod ante sententiam pœnitens ab accusatione desistat, dixi supra *quæst. 185. nu. 36.*

39 Limita V. † in pluribus alijs casibus, in quibus vigore constitutionum summorum Pontificum pœnitens non recipitur ad misericordiam, etiam quod relapsus non sit. Missam enim celebrans non existens Sacerdos & Presbyter brachio Seculari traditur, etiam quod non sit relapsus, sed pœnitens, ex decreto Pauli IV. sub die 20. Maij 1557. relato per Vmbert. Locat. *post iudicial. inquisitorum rubr. contra sine ordinibus Celebrantes fol. mihi* 475. & ex alio decreto eiusdem Pontificis sub die 17. Februarij 1599. *rubric. contra abutentes Sacramentu fol. mihi* 476. vbi generaliter de audientibus confessiones non existentibus in Sacris, & abutentibus Sacratissimo Altaris Sacramento. Alios casus, in quibus hæretici pro vnica vice etiam non relapsi Curiæ seculari traduntur, ponit Paulus Papa IV. in sua constitutione, incipiente, *Cum quorundam hominum prauitas*, edita de anno 1555. registrata per Francisc. Pegnam inter literas Apostolicas post Director. Inquisitorum *fol. mihi* 155. & sunt quinque; primus si negauerit Trinitatem; secundus si negauerit Diuinitatem Iesu Christi; tertius si negauerit conceptionem de Spiritu Sancto; quartus si negauerit mortem Iesu Christi, vt nos redimeret; quintus si negauerit Virginitatem Beatissimæ semper Virginis Dei Genitricis Mariæ; cuius quidem constitutionis verba refert idem Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in eodem Director. Inquisitorum par. 2. quæstion. 58. commentar. 85. vers. Penultimo, & vers. Final. fol. mihi* 414. *in fine, & fol.* 415. vbi ex alia constitutione Pauli Papæ IV. incipiente, *Cum ex Apostolatus officio*, edita de anno 1558. refert alium casum, quando scilicet Magistratus quilibet, seu Domini Ecclesiastici seu Temporales inciderint in schisma aut hæresim, vel hæresim, aut schisma excitauerint; quæ quidem constitutio pariter registrata est per eundem Pegnam inter literas Apostolicas post eundem Director. inquisitorum *fol. mihi* 157. & de hac constitutione Pauli IV. facit etiam mentionem Ioan. Azzor. *institution. Moralium par. 1. lib. 8. cap. 14. quæst. 8.* & Montemaran. *in sua pract. Archiepisc. cap. 84. num. 7.* & quod attinet de celebrantibus missam, & audientibus Confessionem Sacramentalem sine ordine Presbyteratus extat etiam constitutio Clement. VIII. sub data, die 5. Decembris 1601. incipien. *Et si alias.*

40 De † forma sententiæ contra pœnitentem Dixi supra *quæst. 185. nu. 180. & seqq.*

De Hæresis, Pars V III

Argumentum.

De quo tempore Hæreticus pœnitens ad misericordiam recipiatur.

Summaria.

Pœnitentes, & ad fidem redeuntes recipiuntur etiam quod ad fidem redeant, non statim quod in hæresi deprehensi sunt, sed ex interuallo, num. 41. licet alij contra, nu. 42.

Pœnitentes, & ad fidem redeuntes recipiuntur, quando sic redeunt sponte ante receptas probationes, & antequam quis sit conuictus, num. 43. Amplia etiam post receptas probationes, & testium publicationem, numer. 44. licet alij contra, num. 45.

Pœnitentes, & ad fidem redeuntes recipiuntur, si sic redeunt ante lapsum termini gratiæ, num. 46. & 47. vbi etiam quod dicatur tempus gratiæ; Amplia etiam, quod eos pœniteat, & ad fidem redeant post tempus gratiæ, num. 48. licet alij contra, num. 49.

Pœnitentes & ad fidem redeuntes recipiuntur ante capturam, num. 50. Imo etiam, & post capturam, num. 51. licet alij contra, num. 52.

Pœnitentes, & ad fidem redeuntes recipiuntur etiam post confessionem factam in tortura, num. 53. licet alij contra, nu. 54.

Pœnitentes, & redeuntes ad fidem recipiuntur, quando sic redeunt ante sententiam, num. 55. imo etiam, & post sententiam, nu. 56. contra, nu. 57. distingue vt num. 58. & 59.

Pœnitentes, & ad fidem redeuntes recipiuntur etiam quod existant in Ecclesia in tabulato ad effectum audiendi sententiam contra ipsos proferendam, nu. 60. declara vt, nu. 61.

Pœnitentes, & ad fidem redeuntes admittuntur & Ecclesiæ reconciliantur etiam postquam sunt traditi curiæ Seculari, nu. 62. contra, nu. 63.

Pœnitentes & ad fidem redeuntes admittuntur post sententiam si ita Iudici visum fuerit, nu. 64.

QVÆST. CXCIII. §. II.

Regvla † sit, quod pœnitens & ad fidem rediens 41 recipiatur etiam quod non statim, quod in hæresi deprehensus est, eum pœniteat, sed quandocumq; pœnitens recipi debet; secundum Ioan. de Anania *in cap. ad abolendam num. 12. vers. Illud ergo, extra, de hæreticis*, vbi dixit, quod si statim non resipiscit, perdit privilegium clericale, non autem per hoc sibi denegatur remissio pœnæ, & pro hac opinione adduci possunt Doctores allegati *infra hac eadem quæstione num. 56.* volentes hæreticos pœnitentes admitti ad misericordiam etiam post sententiam, & in specie respondent Textui *in dicto cap. ad abolendam*, quod non probat contrariam opinionem, prout & in specie respondet Vmbert. Locat. *in Iudicial. inquisitorum in verbo Incontinenti, ad finem*, & propterea de interpretatione huius verbi *Incontinenti, & verbi Confestim*, quod non sic stricte accipienda sit pro verbe, *Statim*, sed cum aliquo temporis interuallo, scripsit etiam Paul. Ghirland. *in tractat. de hæreticis quæst. 5. num. 2. & 3. iuncto nu. 15. & 16.*

Et † si contrarium, quod hæreticus pœnitens non ad- 42 mittatur, nisi statim quod in hæresi deprehensus est, eum pœniteat, probatur videatur *in d. c. ad abolendam, extra, de hæreticis*, ponderando verbum *Continuo*, & verbum *Confestim*, in eo Textu posita, per quæ verba sic ponderata hanc conclusionem ibi ab omnibus Canonistis communiter receptam esse negari non potest; & præsertim sic expresse declarant Anton. de Butrio *num. 6. vers. Secundo nota*, Abb. *num. 6. vers. Item nota singulariter*, Marian. Socin. *numer. 8. in septimo notab.* Felin. *numer. 2. vers. Dummodo continuo*, & Ioan. de Anania *numer. 9. versic. Nota in cap. excommunicamus, il primo, post numer. 1. in verbo Puniendi, extra eodem*, addentes ad Hostien *in summa rub. de hæreticis, §. qui dicatur, litera A. vers. Dummodo incontinenti*

nenti resipiscat, idem Hostiens. *ibidem in §. qua pœna feriatur num. 10. vers. Quod verum est, nisi incontinenti*, Oldrad *cons. 271. nu. 3. in fine, & nu. 4.* Relati per Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 27. nu. 44.*

43 Amplia I. † propositam regulam, vt multo magis pœnitens ad misericordiam admittatur & recipiatur si comparuerit sponte, & voluntarius, ante receptas probationes, secundum Archidiacon. & alios *in cap. vt commissi, de hæreticis in 6. in locis per me relatis in seqq. ampliationibus*; vbi & in idem retuli concordantes Hostiens. *in summa de hæreticis, §. qualiter deprehendatur nu. 3. vers. Multo fortius hoc facere debet si voluntarius accesserit ad pœnitentiam*, Ioan. Calderin. late *in tractat. de hæreticis, rubr. de hæreticis redeuntibus & conuersis, nu. 2. & seqq.* Repertor. Inquisitorum *in verbo Rediens, versic. Primo, & in verbo Misericordia, vers. Nunc videndum post principium*, ibi, *Si vero vult redire ad Ecclesiæ vnitatem*; Adde præmissis Vmbert. Locat *in iudicial. inquisitorum, in verbo Redeuntes, nu. 2.* Zanchin. *in tract. de hæreticis cap. 16. nu. 5. & 6.*

44 Amplia II. † vt pœnitens ad misericordiam recipiatur etiam post receptas probationes, & testium publicationem, ex Generali consuetudine Sancti Officij, vt bene declarat Arnald. Albertin. *in repetitione cap. primi, de hæreticis, in 6. quæstion. 12. nu. 2. & seqq.* & voluit Hostiens. *in summa rubric. de hæreticis §. qualiter deprehendatur n. 3. vers. Si confitetur*, vbi quod confitenti errorem suum timore probationis potest Iudex illi parcere iniuncta pœnitentia salutari, si videat ipsum contritum, & speret de conuersione; Repertor. Inquisitor. *in verbo Rediens, vers. Primo*, vbi post multa hinc inde deducta in hac affirmatiua residet opinione *& in verbo Confessio, vers. Item nota quod si vocatus, & vers. Notat Hostiensis, & in verbo Misericordia, vers. Nunc autem videndum est, & vers. seq.* vbi & hanc sententiam admittit in hæreticis, tam de iure, quam de consuetudine inquisitionis, & in Apostatis pariter eam admittit de consuetudine inquisitionis, sed non de iure, Simanch. *Cathol. instit. tit. 47. rubric. de pœnitentibus & conuersis num. 33.* Zanchinin *in tract. de hæreticis c. 16. n. 5. 6. & 7.* vbi post multa hinc inde deducta dixit, volentem redire ad fidem quandocumque ante sententiam recipi, testaturque quod ita seruat generalis consuetudo officij inquisitionis tam quoad salutem animæ, quam quoad salutem corporis, vt ibi per eum *nu. 8.* Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis, qu. 5. nu. 26.* Syluan. *cons. 89. per totum in discursu*, vbi licet distinguere videatur plures casus, in omni tamen casu etiam post receptas probationes pœnitentem hæreticum admitti concludit, quoad euitandam pœnam mortis. Fr. Pegna *in additionibus ad Eymeric par. 3. commentar. 12. vers. Postremo illud quæsitum est fol. mihi 442. col. 1. in fine.*

45 Etsi † Contrarium, quod imo pœnitens non admittatur post receptas probationes, & multo minus postquam est conuictus, cum tunc non sponte, sed metu probationum comparere dicatur, voluerit Archidiacon. *in cap. vt commissi post num. 3. in verbo Obedientes, de hæreticis in 6.* & ibi etiam Ioan. Andr. *num. 3. col. 2. vers. Post tempus vero Gratiæ, & vers. si post tempus gratiæ*, & Gemin. *in verbo Necnon, num. 3. vers. Post tempus vero gratiæ, & vers. Sed ipsemet*; Ioan. de Anania *in cap. ad abolendam num. 11. extra, de hæreticis*; addentes ad Hostiens. *in summa rubr. de hæreticis §. Quis dicatur nu. 1. litera A. vers. Dummodo in continenti*, relati per Arnald. Albertin. *in repetitione cap. 1. de hæreticis in 6. quæstion. 12. sub numer. 5. & seq.* vbi loquitur, quando quis pœnitens est post testium publicationem, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitor. in verbo Redeuntes, num. 2.* Repertor. Inquisitorum *in verbo Continuo, vers. Primo, & in verbo Misericordia, vers. Nunc autem videndum est*, ibi, *Vbi vero statim non vult redire, & vers. seq.* vbi hanc opinionem latissime, & acerrime defendit in Apostatis christianis, scil. ad Iudaismum euntibus, vel redeuntibus, de quibus in Hispania magna est copia, vt ibi per eum.

Amplia III. † vt & pœnitens misericordiam petens ante lapsum termini gratiæ recipiatur; secundum Archidiacon. *in dicto cap. vt commissi post num. 3. in verbo Obedientes, de hæreticis in 6.* & ibi etiam Ioan. Andr. *num. 3. colum. 2. ad medium, in eodem verbo Obedientes*, & Gemin. *in verbo Necnon, etiam num. 3.* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubric. de hæreticis redeuntibus & conuersis, numer. 3. & num. 4. & in rubric. de materia processuum inquisitionis nu. 2. ad finem, vers. Talibus infra tempus gratiæ*; Arnald. *in repetitione cap. primi, de hæreticis in 6. quæstion. 12. num. 1.* vbi quod iste casus nullam habet difficultatem, cum voluntarius dicatur pœnitens hæreticus ad misericordiam, & veniam accedens in tempore gratiæ. Hostiens. *in summa rubric. de hæreticis, §. qualiter deprehendatur num. 3. vers. Item multo fortius*; Repertor. Inquisitorum *in verbo Rediens, sub vers. Primo*, Vmbert. Locat *in iudicial. inquisitorum in verbo Redeuntes, numero secundo*, idem Repert. Inquisitorum *in verbo Comparens, versic. Primo*, vbi proponit contraria, & illis respondet. Eymer. *in Director. inquisitorum par. 3. rubr. de sponte venientibus in tempore gratiæ numer. 58.* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus commentar. 12. litera F. fol. mihi 441. colum. 1.* 46

Tempus † vero gratiæ quod dicatur, vide bene declarantem Arnald. Albert *in repetitione cap primi, de hæreticis in 6.* & ante eum Hostiens. *in summa rubr. de hæreticis §. qualiter deprehendatur num. 3. vers. Item & multo fortius*, vbi ponit exemplum; quando in Inquisitione Iudex certum terminum apposuit promittens, quod si intra illum terminum veniret, & pœniteret, misericorditer secum agetur; Repertor. Inquisitorum *in verbo Rediens, sub versic. Primo, & in verbo Consuetudo, versic. Sed magis est introductum*, vbi dixit, quod tempus gratiæ datum ab Inquisitoribus est potius introductum à consuetudine, quam à iure; Simanch. *Catholicar. institution. tit. 47. rubr. de pœnitentibus & conuersis numero septimo*, vbi quod olim hæreticis ad Ecclesiam redeuntibus tempus pœnitendi decem annorum datum erat in Concilio Elibertino, in Agatensi autem biennium, sed quod hodie arbitrio Iudicum tempus hoc præscribendum est; de qua re vide omnino Eymer. *in Direct. inquis. par. 3. rubr. de sponte venientibus in tempore gratiæ nu. 58.* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus commentar. 12. litera E. vers. Primo, & seqq. fol. mihi 440. colum. 2.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 54. nu. 3. post medium, vers. Et illud tempus assignatum*; vbi dixit, tempus gratiæ non esse illum terminum, qui per iudicem assignatur hæretico ad resipiscendum, antequam inquiratur, vel accusetur, iuxta sententiam Archidiac. *in cap. vt commissi, in verbo Obedientes, de hæretic. in 6.* sed esse terminum quem post accusationem & inquisitionem, & antequam reus condemnetur, iudex condemnando præfigit, vt resipiscat. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib. 3. quæst. 4. rubr. de forma, & ordine iudiciario S. Officij nu. 9. & seqq.* vbi ponit formam & materiam edicti publicandi ab inquisitore, quando hæreticis pœnitentibus præfigit terminum gratiæ ad comparendum. 47

Amplia IV. † vt hæreticus pœnitens, & misericordiam petens recipiatur, etiam si sic pœnitens misericordiam petat post terminum gratiæ etiam re non integra, & etiam post receptas probationes, & personalem requisitionem; sic enim de consuetudine Sancti Officij seruari [bene] declarat, Arnald. Albert. *in repetitione cap. primi de hæreticis in 6. qu. 12. num. 4. in fine*; Repert. Inquisitorum *in verbo Rediens, sub vers. Primo*, vbi in hac residere videtur sententia, licet contrarium tenentes referat, *& in verbo Misericordia, vers. Nunc autem videndum est, & seqq.* vbi & hanc sententiam admittit in hæreticis tam de iure, quam de consuetudine inquisitionis, & in apo- 48

statis

statis pariter eam admittit de consuetudine inquisitionis, sed non de iure; Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis quæst. 5. nu. 20.*

49 Et si † contrarium re non integra, quando scilic. reus est personaliter requisitus (de quo in specie dicam in seq ampliatione) quod tunc pœnitens, ad misericordiam nõ recipiatur, licet secus re integra voluerit idem Archidiac. *in dicto cap. vt commissi post num. 3. in verbo Obedientes, de hæreticis in 6.* & ibi etiam Ioan. Andr. *post num. 3. col. 2. vers. Post tempus vero gratiæ, & vers. Idem si post tempus gratiæ,* & Geminian. *in verbo* Necnon *nu. 3. vers. Post tempus vero gratiæ, & vers. Sed ipse tenet;* Ioan. de Anania *in cap. ad abolendam num. 12. extra, de hæreticis,* quos, & alios refert Arnald. Albertin. *in repetitione cap. primi, de hæreticis in 6. quæst. 12. nu. 2.* Repertor. Inquisitorum *in verbo Misericordia, versic. Nunc autem videndum est,* ibi, *Vbi vero statim non vult redire, & vers. Seq.* vbi hanc opinionem latissime, & acerrime defendit in apostatis Christianis scilicet ad Iudaismum euntibus vel redeuntibus, de quibus in Hispania magna est copia, vt ibi per eum, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. inquisitorum par. 3. commentar. 12. litera F. vers. Certe post tempus gratiæ.*

50 AMPLIA V. † vt & pœnitens ad misericordiam recipiatur, antequam sit personaliter requisitus, & sic ante capturam, Archidiacon. *in cap. vt commissi post num. 3. in verbo Obedientes, de hæreticis in 6.* & ibi etiam Ioan. Andr. *post num. 3. col. 2. vers. Post tempus vero gratiæ; & vers. Idem si post tempus gratiæ,* & Geminian. *in verbo* Necnon, *num. 3. vers. Post tempus vero gratiæ, & vers. Sed ipse;* Ioan. de Anania *in cap. ad abolendam nu. 11. extra, de hæreticis,* Arnald. Albertin. *in repetitione cap. primi de hæreticis in 6. quæstion. 12. nu. 2.* Simanch. *in Enchiridion Violat. Religion. tit. 58. rub. de pœnitentibus nu. 5.*

51 AMPLIA VI. † vt pœnitens hæreticus admittatur ad misericordiam etiam post capturam, sic enim seruari de consuetudine Sancti officij testatur, & bene declarat Arnald. Alb. *in repetitione cap. primi de hæreticis in 6. nu. 4. in fine,* vbi dixit, quod licet contraria Archidiaconi opinio satis posset iuribus, & rationibus comprobari, de consuetudine tamen Sancti Officij etiam post capturam, & personalem requisitionem, pœnitentes ad misericordiam admittuntur, Simanch. *Catholic. institut. tit. 43. rubric. de pœnitentibus, & conuersis num. 30.* vbi dixit, quod contraria opinio, crudelis, & ab omnibus fere damnata est, *& in Enchiridion Violat. Religion. tit. 58. rub. de pœnitentibus nu. 6.* vbi quod contraria opinio explosa, & eiecta est. Zanch *in tract. de hæreticis cap. 16. nu. 5. & seqq.* Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis,* vbi licet multa in proposito deducat, pluresque distinguat casus, in omni tamen casu post capturam admitti pœnitentem affirmat.

52 Et si † contrarium expresse scripserint Archidiacon. & alij *in cap. vt commissi, de hæreticis in 6. in locis relatis supra hac eadem quæstion. num. 45. & num. 49.* nam post capturam res non dicitur integra; Ideo non admittitur pœnitentia, secundum eundem Archidiacon. & alios præallegatos.

53 AMPLIA VII. † vt hæreticus pœnitens recipiatur etiam post confessionem emanatam in tortura, vt per Simanch. *Catholicar. Institut. tit. 47. rubr. de pœnitentibus, & conuersis n. 45. & 46.* qui testatur hanc sententiam omnium iudicum consensu probatam, & receptam esse, ea nempe ratione, quia scilicet subsequens ratificatio tollit metum torturæ, & præcedentem confessionem spontaneam facit, *& in Enchiridion tit. 58. eadem rubric. de pœnitentibus num. 14.* Burlat. *cons. 90. num. 34.*

54 Quamuis † contrarium voluisse videatur Syluan. *cons. 89 nu. 5. & nu. 9. vers. Tertius casus.*

55 AMPLIA VIII. † Et generaliter, vt hæreticus pœnitens recipiatur quandocumq; ante sententiam secundum Host. *in summa rubr. de hæreticis § quando, & qualiter num. 12.* cum alijs per Arnald. Albertin. *in repetitione cap. primi, de hæreticis in 6. quæstion. 12. num. 5. & seq.* vbi testatur de generali practica, & consuetudine inquisitorum sic seruari reprobatis Archidiacono, & qui eum sequuntur contrarium tenentibus, Vmbert. Loc. *in iudicial. Inquisitorum, in verbo Hæreticus, nu. 36. ad finem,* Gandinus *in tract. de hæreticis qu. 20. nu. 1.* vbi relatis diuersis Doctorum sententijs hanc amplectitur opinionem, Carer *in eodem tract. de hæreticis numer. 159, versic. Aut plane constat de hæresi,* Sylua. *consil. 89. per totum in discursu,* vbi licet multa deducat, pluresque distinguat casus, in omni tamen casu pœnitentem admitti vsque ad sententiam, quoad euitandum pœnam mortis, expresse concludit in fine consilij; Simanch. *Catholicar. institut. tit. 47. rubr. de pœnitentibus & conuersis, n. 36. & seqq. & n. 47. & seqq.* & Zanchin. *in tract. de hæreticis cap. 16. nu. 5. & seqq.* vbi quod pœnitens quandocumque recipitur ante sententiam, & in quacumque parte iudicij, & quod ita seruat Generalis consuetudo inquisitionis, & ibi Campeg. *in additionibus litera B. in discursu;* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitorum par. 2. comment. 8. ad c. ad abolendam, extra de hæreticis litera C. vers. Vsus autem, fol. mihi* 101. *col. 2. in fine,* vbi testatur vsu receptum esse, pœnitentem ad misericordiam admitti quandocumque ante sententiam; & hanc opinionem veram, & amplectendam esse affirmat. Decian *in tract. crim. in lib. 5. cap. 54. num. 3. in principio, & d. nu. 3. vers. Sed vt dixi,* vbi testatur de veriori, & magis communi Doctorum sententia.

AMPLIA IX. † vt pœnitentes & ad fidem redeuntes recipiantur ab Ecclesia etiam post condemnationem, 56
antequam sint traditi curiæ seculari, secundum Anton. de Butrio *in cap. excommunicamus il primo nu. 13. vers. Venio extrinseca, extra, de hæreticis,* & ibi etiam hoc adnotarunt Abb. *num. 10.* vbi post plura hinc inde adducta hanc dicit tutiorem, & sequendam opinionem, licet eam nullo expresse iure probari affirmet, respondit que ad verba, *Incontinenti, & Confestim,* prolata *in c. ad abolendam; extra eodem,* vt scilicet intelligantur; *Dummodo pœniteat statim,* hoc est, post sententiam, & ante traditionem Curiæ seculari, & Abbatem sic dicentem sequuti sunt *ibidem* Marian. Soccin. *num. 73.* & Ioan. de Anania *num. 7.* vbi amplius quod hæc opinio est mitior, & tenenda, & ibi etiam voluit Gloss. *in cap. excommunicamus, il secondo, in verbo Deprehensi, extra, eodem,* & ibi etiam Anton. de Butrio *num. 10.* qui tamen dubitatiue loquitur Abb. *nu. 2. in fine,* & Ioan. de Anania *num. 12.* vbi nihil firmat remittendo se ad dicta per eum *in eodem cap. excommunicamus il primo,* Arnald. Albertin. *in repetitione cap. primi de hæreticis in 6. quæst. 12. num. 7. & seqq.* vbi post longam huius quæstionis discussionem in hac residet sententia, & respondet contrarijs, *ex dicto num. 7.* bene declarat, quomodo contingere possit, quod post sententiam condemnatus hæreticus non sit adhuc traditus Curiæ seculari, cum in eadem sententia condemnetur, & curiæ seculari traditur. Anton. de Butrio *in rubr. de summa Trinitat. & fide Catholic. num. 11. in fine, vers. Si autem notorium;* Angelica *in summa in verbo Hæreticus, num. 7.* vbi testatur de mitiori opinione, summa Syluestrina *in eodem verbo Hæreticus, § primo, numer. 18.* vbi quod hæc opinio est magis pia, & de consuetudine seruata, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum in verbo Hæreticus, nu. 26.* vbi pariter testatur de mitiori, & tenenda sententia; Repertor. Inquisitorum *in verbo Confessio, vers. Notat Hostiensis,* Afflict. *in constitution. Regni de Hæreticis & Patarenis, rubr. prima sub num. 34. & 36.* Campegg. *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis cap. 16. litera B. vers. Primo, secundo, & tertio, & vers. Final.* vbi post multa hinc inde deducta dixit, neminem dubitare debere, an in quacumque parte iudicij redeuntes ad fidem recipiendi sint etiam post condemnationem, & quod ita per Summos Pontif. per egregios Do-

Doctores, per Religiosissimos Inquisitores, Sanctissimos Episcopos, & denique per antiquam consuetudinem firmatum est; Io. Lopez in allegationibus hæreticalib. §.4. circa medium, vers. Notorius est. Carer. in tract. de hæreticis n.159. vers. Aut lata est sententia, vbi quod hanc opinionē sequuntur omnes Doctores tanquam æquiorem, & mitiorem. Boss. in tit. de hæreticis n.20. vbi quod ita seruatur. Clar in pract. crim. §. Hæresis num. 8. vers. Sed vsq; ad quod tempus, vbi testatur de magis communi Doctorum sententia; Io. à Rojas in tract. de hæret. par. 2. n.192. & sing. 164. post n.2. Hypp. Rim cons.395. n.56. Dec in tract. crim l.5. cap. 37. n.40 & c.39. n.3. vbi quod hæc sententia communiter à consuetudine est approbata & cap.54. n.2. per totum in discursu, vbi aliis relatis testatur quod omnes Doctores hanc opinionem tanquam æquiorem, & mitiorem sequuntur. Bursat. cons.40. num.34. vbi, quod ita tenent omnes Legistæ, Canonistæ & Summistæ passim obseruat sacrum Inquisit. Offic. & est magis communis, Azor. Iesuita institut. Moralium par. 1. lib. 8. cap. 14. quæst. 8.

57 Quamuis † Contrarium voluerit Bonifac. de Vitalinis in Clement. ad nostram, nu. 112. de hæret. & alij relati per Doctores præallegatos pro prima opinione, qui tamen eos non sequuntur; Repert. Inquisit. in verb. Rediens, vers. Primo, vbi post multa hincinde deducta hanc negatiuā sustinet opinionem, & in verbo Misericordia, versic. Nunc autem videndum, in principio, Vmb. Locat. in iudic. inq. (ibi ni fallor contrarius) in d. verbo Hæret. num. 34. ad finem, vbi testatur hanc contrariam opinionem esse rationabiliorem, & ab inquis. practicari, licet prima videatur magis pia, Simanch. Cathol. inst. tit. 46. rubr. de pœnitentib. & conuersis n.36. & seqq. Zanch. in tract. de hæret. c.16. n.4. vers. Si post sententiam recipitur, vt euitet pœnas animæ, non autem vt euitet pœnam temporalem, & corporalem. Squillac. in tractat. de fide Catholica cap. 28. post nu. 2. & cap. 28. n.1. in fine. Gunditalu. in tract. de hæret. qu. 20. nu. 1. vers. Sed in hac opinione. Ioan à Rojas in tract. de hæret. p.2. nu 193. vbi pro hac opinione allegat etiam instructionem Hispalen. & aliam instructionem Madrit. & singul. 154. post nu. 2. vbi refert eandem instructionem Hispal. Læl. Zecch. in summa par. 1 tit. de fide rubr. de hæresi cap. 11. n.17. vers. Vnde vt dignoscantur.

58 In † hac contrarietate posset forsan dici, quod prima opinio procedit, quando Iudex ante sententiam reo terminum præfixerit ad pœnitendum, & etiam in ipsa prolatione sententiæ monitus, vt resipiscat, adhuc pertinax passus fuerit se condemnari, tunc enim pœnitens non est admittendus, cum præsumatur non ex corde sed metu pœnæ reuersum esse, vt per Dec. in tract. crim. lib. 5. c.54. n.3. post medium, vers. Putarem tamen ego, vbi propterea consuluit inquisitoribus, vt ante sententiam assignent terminum condemnando ad resipiscendum eorum arbitrio, illumq; semel, & iterum prorogent, vt maior pertinacia arguatur, & etiam in ipsa sententia iterum moneant, iuxta ea quæ dixi supra qu. 195. num. 52. quod si sic reus monitus, & remonitus pertinax sententiam expectauerit, amplius pœnitens non recipitur, nisi etiam hoc casu euidentissima essent signa veræ pœnitentiæ arbitrio iudicis, iuxta ea, quæ dixi infra in vltima limitatione.

59 In † hac eadem contrarietate vide Hostien. in summa sub. de hæret. §. quando & qualiter, nu. 12. vbi dixit, primam opinionem procedere, quando hæreticus pœnitens est incontinenti post condemnationem; secundam autem, quando ex interuallo; hoc enim vltimo casu pœnitens non recipitur, nisi authoritate Papæ, & ita etiam dixit Conrad. in pract. rubr. de hæreticis, nu. 22.

60 AMPLIA X. † In tantum verum esse, pœnitentem quandocunque ante sententiam ad misericordiam recipi, vt si quis ex carceribus eductus, & conductus ad Ecclesiam, & positus in tabulatu ad effectū, vt sententiam contra ipsum proferendam publice audiat, pœnitere velit, recipiendus omnino est, imo & tunc coram omni Populo admonendus est, vt resipiscat, cum adhuc duret misericordiæ tempus, & si conuerti se velle dixerit ad carcerem reducitur, vt bene per Fr. Pegnam in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisit. par. 3. rubr. de sexto modo terminandi processum fidei Commentari 42. litera C. num. 175. vers. Primo & seqq. fol. mihi 536. colu. 2. & fol. 537. colum. 1. Decian. in tractat. criminal. lib. 5. cap. 39. num. 3. post medium.

Vide † tamen eundem Franciscum Pegnam in additionibus ad Eymer. in Director. inquisitorum par. 2. Comment. 36. litera F. vers. Postquam traditus fuerat fol. mihi 185. col. 2. vbi refert quandam Madritianam instructionem, qua cauetur, vt raro recipiantur etiam illi, qui ante sententiæ prolationem in tabulatu conuertuntur, siue negatiui hæretici sint, siue impœnitentes. 61

AMPLIA XI. † Vt pœnitens hæreticus recipiatur quandocumque vsque quo punitur, & sic etiam quod fuerit traditus curiæ seculari, prout videtur voluisse Card. Zab. in cap. ad abolendam n.7. col. 1. in fine, vers. Ex quo concludo, vbi quod ita de facto seruatur in non relapso, extra de hæreticis, & ibi Ioan. de Anania num. 12. post Florian. quem allegat summa Armilla in verbo hæresis, nu. 13 Simanch. Catholicar. institution. tit. 47. rubr. de pœnitentibus & conuersis nu. 73. vbi tamen loquitur, quando secularis curia sibi traditum Ecclesiastico iudici restituit hæreticum volentem suos errores confiteri, & complices reuelare, hoc inquam casu tenet Simanchas, Ecclesiasticum iudicem non debere hunc pœnitentem iterum curiæ seculari tradere, Eymeric. in Director. inquisitorum par. 3. rubr. de decimo modo terminandi processum fidei n.204. vbi dixit, quod quando impœnitens ducitur ad supplicium, debet associari ab aliquibus viris probis, & fidei Zelatoribus, qui eum inducant, & hortentur ad fidem Catholicam, & si resilire, pœnitere, ac abiurare se velle dixerit, etiam ligatus ad palum vt comburatur, debet ad misericordiam recipi, & vt pœnitens hæreticus perpetuo immurari: licet huic conuersioni non magnam esse adhibendam fidem existimet Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 39. num. 3. post medium, vbi refert, & sequitur Eymericum in loco præallegato, & cap. 54. num. 3. ad finem, vers. Imo & dum ad supplitium deduceretur, licet vt mox referam alij plures doctissimi, & grauissimi viri, contrariam amplexi fuerint sententiam. 62

Contrarium, † quod postquam hæreticus traditus est curiæ seculari, non amplius ad misericordiam admittatur, voluerunt Abb. in cap. excommunicamus il primo n.10. vers. Vel potest dici, & Ioan. de Anania n.7. eodem, vers. Vel potest dici, extra de hæreticis, & pro hac contraria opinione vide Arnald. Albertin. cum allegatis per eum in repetitione cap. primi, de hæreticis in 6. quæst. 12. in fine, num. 1c. vers. Sexto, & Septimo casu. Vmbert. Locat. in iudic. inquisit. in verbo Hæreticus. num. 26. in fine, vers. Vel potest dici, Campegg in add. ad Zanch. in tractat. de hæret. cap. 16. litera B. sub vers. Abbas insuper, & vers. Denique post formam sententiæ, vbi licet admittere videatur, quod etiam seculari curiæ traditus possit ex misericordia recipi, & vt hæreticus pœnitens perpetuo immurari, subdit tamen ex Eymer. in Direct. inq. in loco præallegato, exemplum cuiusdam Sacerdotis, qui in ciuitate Barchinon. iam igni expositus, & semiadustus, & pœnitentiam clamans, ad pœnitentiam propterea admissus, post annos quatuordecim in hæresim relapsus, multos infecisse repertus est, & ideo ibi in additionibus concluditur, tutius esse isto casu curiæ seculari traditum nullo pacto ad misericordiam recipere, Paul. Ghirl. in tract. de hæret. q.5. post n.5. & n.10. & post n.11. Rim. cons. 395. nu. 56. Pegna in add. ad Eymer. in Direct. Inq. p.2. qu. 11. comm. 36. lit. E. vers. Postquam traditus fuerat, fol. mihi 285. colum. 2. vbi expresse dixit, nullo modo hos sic 63

pœni-

pœnitentes, dum Curiæ seculari fuerunt traditi, esse recipiendos, & hanc sententiam sic semper æquam visam fuisse affirmat, & quod contrarium facere valde periculosum est, & idem affirmat *in addit. ad Eymeric. parte 3. tit. de decimo modo terminandi processum fidei, &c. Comment. 46. num. 204. versic. Primo, & sequ. folio mihi 557. colum. 2.* Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 37. nu. 40.*

64 LIMITA † propositam regulam, quia licet inter Doctores controuertatur, nunquid pœnitentes ad misericordiam recipiendi sint post sententiam? hoc tamen remissum videtur arbitrio Inquisitoris, & Episcopi, qui bene considerabit, an istius pœnitentis melioris futuræ vitæ, spes aliqua habenda sit, iuxta illius personæ qualitatem, & an semel tantum, an vero pluries, vel diu in hæresi perseuerauerit, & alias similes circumstantias, vt per Campeg. qui pluribus hanc conclusionem comprobat *in additionibus ad Zanchinum, cap. 16. litera B. versic. Tandem concludit, & sequentibus pluribus, vsque ad fin. additionis,* & hanc eandem sententiam ante Campegium post multa hinc inde deducta late pariter comprobat Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis, quæst. 5. per totum,* vbi proponit contraria, & illis respondet, & præsertim *num. 11. versic. Quid dicendum, & num. 12. & sequ.* vbi expresse concludit, quod admissio ad pœnitentiam in mero iudicis arbitrio consistit, aut in principio iudicii, & sic incontinenti, postquam quis fuit deprehensus in hæresi, aut in medio, vel in fine iudicii tardius, breuius, aut longius, secundum personarum conditionem, & qualitatem facti, & *quæst. 10. num. 3.* vbi propterea dixit, quod si quis primo abiurauit de leui, & postea relabatur in hæresim, licet non sit relapsus, non erit admittendus ad pœnitentiam, nisi eum pœniteat incontinenti, quod est de hæresi deprehensus, & in hoc credit, versari arbitrium iudicis, de quo *supra*, summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §. Primo, numer. 18. in 12. quæst. versic. Et ideo prima opinio*, vbi admittit opinionem Abbatis affirmatiuam, sed eam de iudicis arbitrio temperandam. Nec dissentire videtur Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 2. num. 193.* vbi instructionem Hispalens. Mantuæ, Carpentanæ, volentē post sententiam non recipi conuersionem pœnitentium, eamque simulatam præsumi: declarat nō procedere, nisi contrarium visum fuerit Inquisitoribus ex aliqua vrgentissima causa, veluti si conuersus multis lachrymis & signis suos confiteretur errores, de quibus est accusatus, & etiam alios, & complices, Menoch. *de arbitrar. quæstion. libr. 2. casu 373. num. 3. & seqq.* vbi refert & sequitur dicta per Paulum Ghirland. *in loco præallegato*, Syluan. *consil. 89. num. 6. & seqq.* vbi plura de hac Ghirlandi sententia, quam declarare videtur, vt procedat ante condemnationem, secus post,ponitq; plures casus, secundum quod iudex suum arbitrium in proposito regulare debet, Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, parte 2. Commentar. 8. ad cap. Ad abolendam, extra, de hæreticis, litera C. versic. Cæterum his omissis, folio mihi 101. col. 2. & folio 102. col. 1. versic. Quod verò Inquisitoris arbitrio relinquatur*, vbi huius conclusionis rationem affert Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 39. nu. 3.* vbi, quod hodie omnes approbant hanc sententiam, & *cap. 54. nu. 3. versic Quam sententiam, & in versic. Sed vt dixi*, & iterum *infra, versicul. Quæ tamen omnia.*

ARGVMENTVM.

Hæreticus pœnitens, & Ecclesiæ reconciliatus, an, & quando recuperat ea, quibus propter hæresim priuatus fuerat.

SVMMARIA.

Pœnitentes hæretici non amittunt bona ipso iure confiscata, & recuperant apprehensa per fiscum, nu. 65.

Pœnitentes hæretici recuperant beneficia amissa propter hæresim, suntque habiles ad alia obtinenda, restituunturq; ad famam, honorem, & dignitates, nu. 66. contra, nu. 67. 69.

Pœnitentes hæretici nunquid possint dispensari ad beneficia, ad honores & dignitates, quando, & à quo, nu. 66. & 68.

Dispensationis species quot sint, nu. 67.

Pœnitens hæreticus non potest sine dispensatione Papæ Religionem ingredi, nu. 70.

Pœnitentes hæretici & Ecclesiæ reconciliati, recuperant priuilegia, amissa propter hæresim, nu. 71.

Pœnitentes hæretici nunquid recuperent ius patronatus, nu. 72.

Vxor hæretica pœnitens numquid recuperet dotem, quam eius maritus alienauerit, nu. 73.

Pœnitens hæreticus non prohibetur ferre testimonium, nu. 74.

Pœnitens hæreticus efficitur capax successionis & hæreditatis, num. 75.

Testamentum factum ab hæretico nullum, numquid reconualidatur per pœnitentiam & reconciliationem, nu. 76.

Feudum confiscatum propter hæresim non recuperatur propter pœnitentiam & reconciliationem, nu. 77.

Hæreticus pœnitens non recuperat nomina debitorum, nu. 78.

Hæreticus pœnitens non liberatur ab irregularitate, nu. 79.

QVÆST. CXCIII. § III.

REGVLA † sit, quod hæreticus pœnitens & Ecclesiæ reconciliatus bona iam ipso iure confiscata nō amittit, & per fiscum apprehensa recuperat, iuxta ea, quæ dixi *supra, quæst. 190. nu. 131. & seqq.* vbi late reassumpsi, an & quando hæreticus propter pœnitentiam non amittat bona, & quando iam amissa recuperet, quibus addo Bursat. *consil. 90. num. 17.* vbi expresse dixit, pœnitentem recuperare bona etiam habita à Regio fisco modo vlterius progrediendo. 65

AMPLIA I. Propositam † regulam, vt recuperet etiam non solum beneficia amissa, sed ad alia obtinenda inhabilis non reddatur, ex allegatis *supra, quæst. 189. nu. 82.* & propterea, quod Episcopus & Inquisitor admittens redeuntem ad fidem & ad misericordiam, possit eum restituere ad honores & dignitates, post alios, quos allegat, Communem dixit Quintilian. Mandos. *in addition. ad Repert. inquisitorum, in verbo, Abiuratio, lit. A. versic. Pulchra etiam & vtilis,* Bursat. *consil. 14. nu. 34.* vbi facit generalem conclusionem, eamq; Communem, æquiorem & benigniorem testatur ex Paris. & Roland. *ibi* per eum relatis, quod hæreticus conuersus & Ecclesiæ reconciliatus non tantum retinet & recuperat bona, sed etiam omnes honores & dignitates, Hippolyt. Riminald. *consil. 185. nu. 12. & seqq. lib. 2.* vbi generaliter dixit, non esse infamem hæreticum, qui cum se correxerit, & ad fidem reuersus fuerit, absolutus est, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 54. num. 15. & nu. 16.* vbi plura adducit iura, quibus suadetur, pœnitētem posse ad maiora promoueri, & quod contraria iura loquuntur in iis, qui simulatē pœnitentiam agunt, nō in iis, qui ex corde pœnitent, & quod hæc contraria sententia tanquam mitior & pro bono pacis seruanda est, ex Conrado Bruno, quem allegat *in tract. de hæreticis, libr. 3. cap. 7.* & amplius subdit, quod pœnitens peracta pœnitentia dicitur à iure dispensatus, vt possit promoueri. 66

Et † in proposito scias, quatuor esse dispensationum species, vnam scilicet semiplenam, aliam plenam, aliam pleniorem, aliam plenissimam: quas vide bene declarantem, & earum effectus ponentem, Hostiens. *in summa, rub. de hæreticis, §. Quando & qualiter, nu. 12. in fin. versic. Sed quæritur,* Repertor. inquisitorum *in verbo, Dispensare, versic. Item quotuplex potest fieri dispensatio cum hæreticis,* Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 54. nu. 15. ad finem.* 67

Contrarium, † quod pœnitens & reconciliatus non possit promoueri ad sacros ordines, Textus est *in cap. illud, 50. distinct.* in illis verbis: *Quia, quamuis sint omnium* 68

Peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum Sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerũt vasa vitiorum, Geminian. *in cap. Super eo, num.5. de hæreticis, in 6. & ibi* etiam Franch *nu.2. in fine*, qui tamen loquuntur in relapsis, secundum opinionem eorum, qui dixerunt, relapsos admitti ad pœnitentiam; Qua in re vide Hostiens. *in summ. rub. de hæret. §. quandò & qualiter, nu.12. in fine, versic. Sed quæritur*, vbi concludit, cum pœnitentibus reconciliatis posse dispensari, vt promoueri valeant, & *ibi in additionibus, litera A.* Goffred. *in summa, de hæreticis, nu.16.* summa Rosella *in verbo, Hæreticus, num.18.* summa Syluestrina *in eodem verbo, Hæreticus, §. primo, num.17. versic. Aliquando etiam si sunt clerici, & num.21.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Hæreticus, num.37.* vbi dixit, hæreticum ad Ecclesiam reuersum de rigore iuris non esse ad ordines, nec ad aliquam dignitatem promouendum, & *num.38.* declarat, nisi de misericordia & dispensatione fuerit ad dictos ordines, & dignitates etiam Pontificales receptus, & *in verbo, Inquisitor, num.35.* vbi Inquisitor non potest restituere hæreticos conuersos ad fidem honoribus, dignitatibus, & famæ, hoc enim ad solum Papam, vel ad Illustrissimos Cardinales Sancti Officii pertinet; Repertor. inquisitorum *in verbo, Communicare, versic. Secundo, ad finem*, vbi quod pœnitẽtes non recipiuntur ad dignitates, nisi ex misericordiosa dispẽsatione, propter causam, vtputa propter bonum pacis, vel propter alium fructum, qui inde speratur, & *in verbo, Congruenter, versic. Item conqueruntur, dum reconciliantur, & sequ. & in verbo, Crimen, versic. Primo*, vbi propterea dixit, quod crimen hæresis est adeo enorme, vt etiam post sanatum vulnus remaneat cicatrix, per tex. quem allegat *in cap. Ventũ, 1. qu. 1. & in verbo, Pœnitentia, versic. Nota, quod effectus pœnitentiæ*, vbi, quod effectus solẽnis pœnitentiæ est, quod si est clericus non potest ad ordines promoueri sine dispensatione Episcopi, quoad ordines Minores, secus quoad sacros; Si vero laicus adhuc remanet infamis, nec potest esse miles; Carer *in tract. de hæreticis, num.161. ad medium*, vbi, licet plura hinc inde deducat, concludere tamen videtur, quod, licet hæreticus reuertatur, non tamen ordinatur, nec recipitur in aliquam dignitatem, nisi dispensetur, Simanch. *Catholicarum institutionum tit.47. rubr. de pœnitentibus & conuersis, nu.76.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 1. Commentar. 4. ad leg. cunctos populos, C. de summa Trinitate & fide Catholica, vers. Præterea illud est hic inquirendum, fol. mihi 31. col. 2.* vbi dixit, quod Episcopi & Inquisitores non possunt infamiam, quam incurrunt, hęretici tollere, aut famæ restituere, sed soli summo Romano Pontifici hæc restituendi facultas reseruata est, Decian. *in tractat. crim. libr. 5. cap. 43. num. 8. versic. Quinimo*, vbi & ipse dixit, quod hæreticus reuersus ad Ecclesiam, dignitates, & ordines non recuperat, per text. quem allegat *in cap. 1. & per totam, 1. quæst. 7. & in capit. Si quis hæreticæ prima, quæst. 1.* nisi forte consuetudo esset in contrarium, vt *ibi* per eum, & *cap. 54. nu. 13. & 14.* vbi expresse dixit, quod pœnitentes non recipiuntur ad aliquam dignitatem, nec possunt retinere ordines & beneficia, nisi per dispensationem, & *nu. 25.* vbi cum Vmberto Locato vbi *supra*, & ex decreto Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 6. in fine* concludit, Inquisitores aut Episcopos non posse damnatos pœnitentes restituere ad honores, cum hoc ad solum Papam spectet, declarat tamen, hoc procedere in damnatis tanquam veris hęreticis, quorum pœna est præfixa à lege, & non relicta arbitrio iudicis, & faciunt Doctores allegati *supra, quæst. 189. num. 83.* Didac. Canter *in quæst. crimin. rubr. de hæreticis, cap. 1. num. 10. versic. Secundo intellige*, vbi dixit, hæreticum pœnitentem & reconciliatum, remanere infamem infamia iuris, & infamia facti, loquitur tamen secundum Pragmaticam, & instructionem Hispaniæ, quarum vigore ita practicari testatur Læl. Zech. *in summa, parte 1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11. num. 16. in 12. pœna, versic. Hæreticus etiam*, vbi & ipse dixit, pœnitentẽ hæreticum ad ordines promoueri non posse, nisi ex dispensatione Papæ; Quid de schismatico pœnitente, an possit promoueri ad ordines & beneficia, dixi *supra, quæst. 184. nu. 42.*

Sic, † quod pœnitentes hæretici sine dispensatione Papæ non possint intrare Religionẽ, ex Concilio Tholosano, quos allegat, scripsit Ioan. Calderin. *in tractat. de hæreticis redeuntibus & conuersis, numer. 5.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 40. Commentar. 65. versic. Illud hoc loco, folio mihi 354. col. 1.* vbi in idem refert verba Concilii Narbonensis *cap. 18.* loquentis in iis, qui ab hæresi reuertuntur, cum grauiter fuerunt culpabiles, statuiturque, in eos hos tales prohiberi quamcunque Religionem ingredi, nisi ex indulgentia Papæ, vel eius legati. 69

Vide, † quæ dixi *supra, quæst. 189. nu. 84. & sequ. quæst. 192. nu. 76. & nu. 86.* 70

Amplia II. Quia † hæreticus pœnitens & ad fidem conuersus recuperat priuilegia, quæ ob infamiam amiserat, iuxta ea, quæ dixi *supra, quæst. 189. nu. 45.* Vmbert Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Mulier, num. 5.* vbi loquitur de muliere hæretica, quæ ad fidem conuersa recuperat priuilegia dotalia, Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Priuilegia, versic. Secundo*, vbi, quod hæretici conuersi & reconciliati recuperant amissa priuilegia. 71

Amplia III. Quia † pœnitens hæreticus recuperat etiam ius patronatus, dixi *supra, quæst. 190. num. 153.* licet alii contra, *nu. 154.* 72

Amplia IV. Quia † mulier Catholica, si constante matrimonio fuerit facta hæretica, eaq; in hæresi existente, maritus vendidit res dotales, si postea eadẽ mulier reuersa est ad fidem, alienata bona recuperet, secũdum Gloss. *in l. 1. in verbo, Oportet, C. de hæreticis*, vbi arguit pro & contra, & in hac sententia vltimo loco per eum relata residere videtur, & *ibi* etiam Salycet. *in fine, versic. Quæro, quid de rebus mulieris hæretici*, Alber. *in authent. Item priuilegium, C. eodem*, vbi pariter arguit pro & contra, & hanc sententiam veriorem testatur, Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Dotes, versic. An vxores redeuntes ab hæresi*, vbi, quod vxor rediens ipso iure recuperat primum statum, & sic dotem, & priuilegia dotis, si verè & non fictè fuerit pœnitens & conuersa, Carer *in tractat. de hæreticis, nu. 150.* Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, quæst. 20. in fine*, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 54. num. 7.* 73

Amplia V. Quia † hæreticus, quem pœnituit, non prohibetur ferre testimonium, dixi *supra, quæst. 188. num. 40.* 74

Amplia VI. Quia † hæreticus pœnitens efficitur capax successionis, vt dixi *supra, quæst. 190. nu. 101.* 75

Nunquid † autem testamentum antea factum subsequuta pœnitentia reconualidetur, dixi *sup. dicta quæst. 190. num. 93.* 76

Limita I. Propositam † regulam, quia per pœnitentiam & reconciliationem Ecclesiæ hæreticus non recuperat suorum vasallorum dominium, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 23. rubr. de dominis temporalibus, nu. 11. & tit. 26. rub. de pœnis, nu. 73.* Franciscus Pegna cum allegatis per eum *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 119. Commentar. 168. versic. final. folio mihi 734. col. 1.* 77

Limita II. Quia † hæretico pœnitente non reuiuiscunt obligationes suorum debitorum propter hæresim extinctæ, dixi *supra, quæst. 189. nu. 60.* 78

Limita III. Quia † hæreticus pœnitens non liberatur ab irregularitate, quæ fuit præordinata à Deo in personam Dauid, *cap. primo, de consecratione, distinct. 1.* nisi absoluatur ab Episcopo, *cap. Presbyter, de pœnitentia, distinct.* 79

distinct. 5. Geminian in cap. omnes, 6. quæst. 1. cum aliis per Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 54. num. 18. & num. 19. vbi tamen, quod ordinarius Episcopus poterit dispensare super hac irregularitate, per text. in cap. Ponderet, & cap. præsiterit, 50. distinction. & num. 20. vbi, quod Episcopus tenetur dispensare, omnino non existente aliqua legitima causa in contrarium, licet hoc in eius potestate positum sit, vt in cap. Qui sanctitas, & in cap. Ferrum, 50. distinct. & nu. 21. vbi tamen, quod adhoc, vt Episcopus teneatur facere talem dispensationem, debet pœnitens probare se emendatum, & nu. 22. & 23. vbi bene declarat, quomodo talis emendatio probetur; vide, quæ dixi supra, quæst. 192. §. 5. nu. 67. & seqq. vbi latius materiam irregularitatis reassumpsi.

80 LIMITA IV. supradictam † regulam secundum ea, quæ dixi supra, quæst. 190. num. 145. vt scilicet pœnitenti hæretico restituantur bona ex misericordia & gratia, & si Inquisitori sic facere visum fuerit, aliter secus.

ARGVMENTVM.

Hæretico pœnitenti & ad misericordiam admittendo, iniungenda est pœnitentia, & quę.

SVMMARIA.

Pœnitenti hæretico non datur absolutio sine aliqua pœnitentia, num. 80.
Pœnitentia datur pœnitenti, antequam absoluatur, nu. 81.
Pœnitenti, & sponte se deferenti, nulla infligitur pœna, declara, vt num. 82.
Pœnæ plures imponuntur hæreticis de hæresi suspectis, & pœnitentibus, remissiue, nu. 83.
Arbitraria est pœna illa, quæ hæreticis pœnitentibus vel suspectis de hæresi imponitur, nu. 84.
Pœna exilij quandoq; imponitur hæreticis, nu. 85.
Hæretici expellendi sunt de ciuitate, nu. 86.
Deportationis pœna quandoque hæreticis imponitur, nu. 87.
Pœna triremium quandoque hæreticis pœnitentibus imponitur, num. 88.
Ieiunij pœna quandoq; pœnitentibus hæreticis imponitur, n. 89.
Fustigationis pœna quandoque imponitur in crimine hæresis, num. 90.
Pœna delationis habitus Cruce signati quandoque hæreticis imponitur, & de materia huius pœnæ, nu. 91. & sequ.
Abiurare debent pœnitentes cum habitu Cruce signato, & de materia, nu. 92.
Pœna suspensionis ab officio & beneficio, quandoque imponitur hæreticis pœnitentibus, & ad misericordiam receptis, nu. 93. & 94.
Pœnitentibus potest etiam imponi pœna ædificandi Ecclesiam, seu faciendi aliquod opus pium, nu. 95.
Inquisitores possunt minuere & augere pœnas eorum arbitrio pœnitentibus & conuersis, etiam post latam sententiam, numer. 96.
Inquisitores possunt in sententia reseruare sibi aucoritatē commutandi pœnas in ea inflictas, nu. 97.
Pœnæ hæreticis impositæ non possunt commutari sine consensu Inquisitoris Generalis, nu. 98.
Pœnæ, quas hæretici ipso iure incurrunt, non possunt commutari ab Inquisitoribus, nu. 99.
Pœnæ impœnitentibus & relapsis à iure impositæ non possunt ab Inquisitoribus commutari, nu. 100.

QVÆST. CXCIII. §. IV.

80 LICET † pœnitens ad misericordiam recipiatur, & absoluendus sit, non tamen impunis dimittitur sine aliqua pœnitentia, etiamsi verbum tantum hæreticum protulisset, vt per Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 54. nu. 32. ex Isernia in loco per eum relato, & num. 43. vbi dixit, speciale esse in crimine hæresis, vt in eo feratur sententia non condemnatoria, & non absolutoria, sed tantum purgatoria pœnitentiam indicens.

Imo † absolutio nulla est, si eam non præcedit impositio pœnitentiæ, ex allegatis in Repert. Inquisitorum in verbo, Absolutio, versic. Sed an ante absolutionem. 81

Et † licet Anton. de Butrio in rubr. de summa Trinitate & fide Catholica, num. 11. in fine, versic. Puto, quod si errans, dixerit, voluntarium pœnitentem ante receptas probationes, & non præuentum à iudice non esse hæreticum, nec aliquam pœnam mereri: iste tamen nec sine pœnitentia transibit saltim leui. 82

Difficultas † est in perquirendo, quænam pœna seu pœnitentia pœnitentibus iniungenda sit, qua de re, & de pluribus pœnis, quas iudices possint hæreticis imponere, & præsertim pœnitentibus, vltra infrascripta videas per Vmbert. Locat. in iudicial. inquisitorum, in verbo, Pœnas, num. 8. & sequentibus, Carer. in tract. de hæreticis, num. 143. vsque ad num. 149. Bonifac. de Vitalinis in tit. de crimine hæresis, numer. 6. Decian. in tractat. crimin. lib. 5. cap. 41. & sequentibus, vbi late, Petr. Gregor. Syntagmat. iuris, libr. 33. capit. 8. num. 8. & sequentibus, Læl. Zecchius in summa, parte 1. tit. de fide, rubric. de hæresi, cap. 11. nu. 16. per totum. 83

REGVLA sit, quod † in crimine hæresis, quando agitur de puniendo suspectum de hæresi, vel redeuntem ad fidem & pœnitentem, pœna est arbitraria, & ideo Episcopus & Inquisitor iuxta facti & personarum qualitatem possunt illam imponere, prout est Textus in capit. Vt commissi, versic. Et illorum de hæreticis in sexto, qui textus, licet loquatur in pœna carceris, de qua dixi infra, hac eadem quæstione, numer. 101. Glossa tamen, & ibi Canonistæ omnes faciunt generalem Conclusionem, vt habeat locum in omnibus pœnis imponendis de hæresi suspectis & pœnitentibus, vt etiam videre est apud Cardinal. Zabarell. in Clementina secunda, §. Inquisitoribus, numer. 2. versic. Item Inquisitores, & ibi etiam Imola sub num. 6. versic. Ad hoc, quia Inquisitores, eodem tit. de hæreticis, idem Ioan. de Imol. in Clementin. Ad nostram, numer. 23. & ibi etiam Cardinal. Zabarell. §. Porro, numer. 2. eodem titul. de hæreticis, Ioann. Calderin. in tractat. de hæreticis, rubric. de hæreticis redeuntibus & conuersis, numero 1. vbi propterea aduertit, aliter agendum esse cum simplicibus, aliter cum prudentibus, aliter cum Ecclesiasticis, aliter cum laicis, & aliter cum Prælatis, & numer. 8. in fine, & in rubr. de sentent. inquisitor. num. 3. Rosella in summa, in verbo, Hæreticus, num. 44. summa Syluestrina eodem verbo, Hæreticus, §. 2. num. 11. in fine, & num. 12. versicul. Mitigando quoque, vel commutandi pœnam, Tabien. in summa, in dicto verbo, Hæreticus, num. 23. & 24. vbi dixit, quod licet isto casu Inquisitor pœnitenti imponere debeat eam pœnam, quæ magis ab ipso timetur, vt corrigatur, adhuc tamen considerare debet conditionem personæ, vt imponēda pœna sit magis medicina, quam venenum, & talis, vt illam pœnitens adimplere possit, & num. 25. Vmbert. Locat. in iudiciali Inquisitorum, in verbo, Pœna, num. 6. vbi propterea dixit, quod in imponenda hac pœna arbitraria, inquisitor Deum & iustitiam præ oculis habere debet, cum arbitrium iudicis iuri, & æquitati semper debeat esse consonum, & nu. 10. versic. Item, quod præsentent se, vbi, quod hæc pœna arbitraria debet esse secundum qualitatem delicti, personæ, & scandali, & ponit exemplum in pœna, quod hæreticus pœnitens præsentet se super ostium Ecclesiæ cum candela accensa in manibus, quod ieiunet tali & tali die; quod præsentet se semel in mense, vel in hebdomada, & alia multa similia, & in verbo, Suspicio, num. 26. versic. Plura tamen, vbi bene explicat considerada per iudicem in arbitrando pœnam imponendam ex vehementi suspicione, Repertor. inquisitorum in verbo. Arbitrare, versic. Item nota, quod tunc pœna relinquitur arbitrio inquisitoris, & vers. seq. & in verbo, Carcer. versic. Sed quæritur, vtrum Inquisitor, vbi propterea, quod potest Inquisitor pœni- 84

pœnitenti abiurato & absoluto, vltra pœnam carceris iniungere etiam aliam salutarem pœnitentiam, & *in verbo, Pœna, sub versic. Nota, quod si Episcopus, ad medium, & in versic. Quæ autem*, vbi ponit, quænam sint consideranda ab Inquisitore in augendis & minuendis pœnis. & *ibi* Quintilian. Mandos. *in additionibus, litera R. in stpe additionis, & in verbo, Pœnitentia, versic. Quæ autem*, vbi pariter ponit, quæ sint attendenda ad hoc, vt pœna vel pœnitentia augeatur, vel minuatur, & *in versic. Nunc prosequendo, & sequentibus*, vbi ponit diuersas pœnas, quas eorum arbitrio Inquisitores possunt pœnitentibus imponere; Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 47. rubr. de pœnitentibus & conuersis, num. 78. & seqq.* vbi etiam ponit consideranda per iudices in arbitrāda pœnitentia, eosque monet, vt semper potius inclinent ad misericordiam & clementiam, quam ad crudelitatem & seueritatem, Zanchin *in tract. de hæreticis, cap. 16. nu. 9.* vbi ponit qualitatem pœnarum, quas pœnitentibus Inquisitor seu Episcopus imponere possunt, & *cap. 19. nu. 1. & 2.* & *ibi* Campeg *in additionibus, litera A. sub versic. Addit rursus, & sequ.* idem Zanchin *in eodem tractat. de hæreticis, capit. 20. num. 1. & seqq.* vbi ponit singulariter omnes pœnas pœnitentiales, quas eorum arbitrio Inquisitores pœnitentibus & suspectis imponunt, & *numer. 4.* vbi præsertim, quod in hoc Inquisitores ipsi debent præcipuè considerare in imponendis pœnitentiis qualitatem personæ, quam verisimiliter credat implere debere, & non deserere iniunctam sibi pœnitentiam, & *ibi* etiam Campeg *in additionibus in fine*, vbi ponit quasdam literas S. Dominici, in quibus singulariter exprimuntur pœnitentiæ pœnitentibus iniungendæ, & *in litera* F. vbi etiam ponit aliam pœnitentiam, quod scilicet pœnitens hæreticus stet in certis diebus solemnibus, in valuis Ecclesiarum, vel circa altare, dum Missarum solemnia celebrantur, cum candela accensa in manibus, idem Zanchin *vbi supra cap. 21. num. 1. & 2.* & *ibi* pariter Campeg *in additionibus* dixit, nullam reperiri difficultatem in hoc articulo commutationis, & mitigationis pœnæ in causa fidei, idem Campeg *in additionibus ad eundem Zanchinum, in dicto tractat. de hæreticis, capit. 41. litera A. versicul. De pœnitentiæ iniungendæ qualitate*, Squillacens. *in tractat. de fide Catholica, cap. 22. num. 1.* Gandisaluu. *in tractat. de hæreticis, quæst. 8. num. 6. & 7.* & latius *quæst. 17. nu. 1. & seqq. & quæst. 20. num. 11.* Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 34. num. 59.* Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, parte 3. quæst. 103. versic. Respondemus, quod sic*, vbi propterea infert, quod Inquisitor potest imponere peregrinationes, orationes, abstinentias, & eleemosynas. & *d. part. 3. rubr. de octauo modo terminandi processum fidei, num. 196.* vbi propterea admonet, mitius agendum esse cum iis, qui statim in hæresi deprehensi pœnitentes misericordiam petunt, quam cum illis, qui pertinaciter postquam in hæresi sunt deprehensi, in errore persistunt, Francisc. Pegna *in additionibus ad eundem Eymericum, vbi supra, in eodem Directorio inquisitorum, dicta parte 3. quæst. 40. Commen. 65. versic. Ceterus vero, folio mihi 354. col. 1.* vbi in id refert verba Concilii Narbonensis *cap. 5.* idem Franciscus Pegna *in additionibus, vbi supra, dicta parte 3. quæst. 91. Commentar. 111. versic. Plurimum vero, & sequ. folio mihi 693. col. 2.* vbi propterea aduertit, Inquisitores in hac pœnitentiarum iniunctione considerare debere, an pœnitens reuersus fuerit statim, vel post longum tempus, an sponte, an Clericus, vel laicus, an peritus, vel ignarus, an senis, an puer, vel iuuenis imprudens, an Prælatus, an subditus, & his similia; Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 44. nu. 36. & 37. & cap. 49. per totum*, vbi latius de eadem re, & *cap. 54. num. 3. ante fin. versic. Reperio etiam, & nu. 27. & 28.* vbi pariter, quod in iniungenda hac pœnitentia habenda est consideratio temporis, & *nu. 29.* vbi etiam, quod est habenda ratio contritionis, quæ quandoque tanta potest esse, vt ex toto pœnitentia remitti possit, & *num. 31.* vbi, quod quandoque etiam leuis pœnitentia iniungi potest pro modo delicti, & personæ, & *nu. 38.* vbi etiam aduertit, vt iudices in iniungendis pœnitentiis non sint nimium seueri, & rigorosi, vt pœnitentes exacerbentur, sed in pluribus indulgendum, ne in barathrum desperationis coniiciantur, & *nu. 45.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis part. 2. num. 382. & singular. 155. num. 2.* Anton. Gomez *de delictis, cap. 2. rubr. de crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ nu. 1. versic. Item pro qualitate*, Hippolyt. Riminald. *consil. 395. nu. 61. libr. 4.* Menoch. *de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 374. nu. 7.*

INFERTVR I. Ex † hac regula, quod hæretici pœnitentes quandoque exilii pœna plectuntur, vt in Repertor. Inquisitorum *in verbo, Pœna, versic. Item vltra pœnas prædictas*, Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 42. nu. 5.* vbi adducit iura, quibus cauetur, hæreticos in exilium mitti, Ioan. à Rojas *singul. 1. nu. 22. vers. Et pœna exilij*. 85

Et † hæretici quando comprehendi non possunt, expelli omnino debent ab omni ciuitate & loco, text. est *in leg. Arriani, in princ. & in §. 1. & in l. Manichæi, & in l. hæretici, l. 3. §. Montanistæ, C. de hæreticis*, Prob. *ad Ioan. Monach. in cap. 2. nu. 2. de hæret. in 6.* post Bertran. quem allegat Fr. Rayner. *in summa, in verbo, Hæresis, cap. 5. in princ.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 46. rubr. de pœnis, nu. 55.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 42. nu. 5.* vbi adducuntur iura, quibus cauetur, hæreticos ab omni loco expellendos esse, quid de Apostatis, dixi *supra, quæst. 183. nu. 50.* 86

INFERTVR II. Quod † hæretici pœnitentes quandoque etiam deportationis pœna afficiuntur, iuribus allegatis per Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 42. nu. 6.* Ioan. à Rojas *singular. 1. nu. 22. versic. Et pœna exilij & deportationis*, Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis, num. 6. versic. Item punitur deportatione*. 87

INFERTVR III. Quod † possunt etiam Inquisitores hæreticis pœnitentibus pœnam triremium perpetuarum, vel ad tempus imponere, ex plene deductis per Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 20. litera G. in verbo, Pœnas, versic. Adde postremo, & sequ.* vbi testatur, ita quotidie Romæ & alibi seruari, Ioan. à Rojas *singular. 1. num. 25. & in tract. de hæreticis, part. 2. num. 263.* vbi testatur, quod hodie loco perpetui carceris condemnantur ad triremes saltim per triennium, Bosš. *in tit. de hæreticis, num. 18.* vbi declarat, nisi ex hac pœna triremium verisimiliter mors sequeretur, erit itaq; arbitrarium Inquisitori, aut pœnam perpetui carceris pœnitentibus imponere, aut triremium iuxta facti & personarum qualitatem, & ita seruatur, Didac. Camera *quæst. criminal. rubr. de hæreticis, cap. 1. num. 57.* vbi testatur, ex indulto vel rescripto Papæ dari potestatem iudicibus fidei condemnandi ad triremes hæreticos pœnitentes. 88

INFERTVR IV. Quod † quandoque etiam hæretici pœnitentes condemnantur ad ieiunandum, Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 42. num. 10. post Zanchinum*, quem allegat. 98

INFERTVR V. Quod † quandoque etiam hæretici puniuntur pœna fustigationis, sed citra sanguinem, secundum Abbatem Romanum, in locis relatis per Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 42. nu. 11.* 90

INFERTVR VI. Quod † hæretico pœnitenti, & ad fidem redeunti, ex consuetudine imponitur pœna, quod portet habitum, quem nos habitellum nuncupamus, crucibus rubei, vel crocei coloris insignitum, ad tempus, vel in perpetuum, de quo, & de materia, vide Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis redeuntibus & conuersis, nu. 8.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Pœna, num. 10. versic. Primo, in fine*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Carcer, versicul. Sed quæritur, vtrum, & in verbo,* 91

Coniec-

Consuetudo, versic. Nota, quod iniungatur, & in verbo, Crux, versic. Qualiter redeuntes ab hæresi, & in verbo, Infamia, versic. Infamis dicitur, vbi, quod infamis dicitur, qui publicè pœnitens propter hæresim portat crucem, & *in verbo, Pœnitentia, versic. Item, si quis publicè*, vbi, quod hanc pœnitentiam portandi crucem magnam, & patentem, cõsutam ad pannos superiores conuersi, & reconciliati, solent Inquisitores imponere illis, qui publicè detestati sunt fidem Catholicam in signum conuersionis, & detestationis erroris, quem publicè confitebantur, & *in verbo, Signum, vers. Nota, quod bonum esset*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 47. rub. de pœnitentibus & conuersis, nu. 9. seqq.* vbi *n. 11.* dixit, quod pœnitentes, si hunc habitum abiecerint, aut occultauerint, vt impœnitentes puniendi sunt, & *nu. 12.* vbi, quod Inquisitores non possunt præfinitum tempus deferendi hunc habitum moderari, cum hoc apud eum in Hispania spectet ad generalem Inquisitorem, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 20. post nu. 3.* vbi, quod hæretico, qui publicè se ostendit infidelem, potest Inquisitor imponere, vt ad tempus portet Crucem magnam, & patentem consutam ad pannos superiores in signum conuersionis, & in detestationem erroris, & *ibi* Campeg. *in additionibus, litera F.* vbi declarat, hanc Crucis delationis pœnam non esse imponendam suspectis de hæresi, nisi forsan essent violẽter suspecti, Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis, post nu. 16. versic. Item quia*, vbi, quod hæreticis indicitur publica pœnitentia per Crucis impositionem, vt ex hoc etiam alii terreantur, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 43. nu. 11.* vbi, quod iis, qui publice detestati sunt fidem, sæpe pro pœnitentia in eorum infamiam iniungitur, vt portent Crucem, & quandoque etiam vestiuntur veste habente scapulare, vt Religiosi cum duabus Crucibus, vna ante, & altera retro, ex Zanchino & Campegio, *in locis ibi per eum relatis.*

92 Abiurantes † enim, & publicè pœnitentes induti esse debent vestitu pœnitentiæ duplici Cruce insignito, quem vulgo *Sancti Benedicti habitum* appellant, eoque vti debent tempore à iudicibus diffinito, prout mox dixi; Sic enim olim, qui pœnitentiam agebant, cilicio & sacco induebantur, vt per Simanc. cũ allegatis per eum *Catholicarum institutionum tit. 47. rubric. de pœnitentibus & conuersis, num. 9. & sequentibus*, vbi etiam de materia, Ioan. à Rojas *singular. primo, num. 23. in fine, & num. 24.* vbi, quod solet conuersis ad fidem iniungi, vt deferant ante & retro Cruces habitus, vulgò *San Benedetto*, nuncupati, *& in tract. de hæreticis, parte 2. nu. 309.* vbi quod iste habitus pœnitentialis indici potest pœnitentibus & recõciliatis, non autem hæresi non plene probata, & *singular. 154. num. 3. & sequentibus*, vbi ponit rationem, quare habitus huiusmodi detur pœnitentibus, vt scilicet sint mitiores, & humilientur, Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part. 3. rubric. de quinto modo terminandi processum, nu. 172. vers. Attendendum tamen*, vbi pariter dixit, quod pœnitentibus & cõuersis abiurantibus, vti suspectis etiam de vehementi, non est iniungenda pœnitentia delationis habitus cũ Cruce, cum huiusmodi Cruces insignia sint hæretici pœnitentis, suspecti autem de hæresi non fuerunt habiti hæretici, ideo Cruce signandi non sunt, & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 41. litera F. folio mihi 532. colum. 1.* idem Eymeric. *vbi supra, dicta part. 3. rubr. de sexto modo terminandi processum, &c. nu. 175. versic. Prouideat etiam Inquisitor*, vbi, quod delatio huius habitus cum Crucibus potest iniungi, quando abiurans erat violenter suspectus, & *ibi* pariter Franciscus Pegna *in additionibus, Comment. 42. versic Quoniam vero is, & seqq. nu. 174. in fin. & n. 175. fol. mihi 735. col. 2. fol. 538. col. 1. & 2.* vbi latissime materiam hanc huius pœnitentiæ delationis habitus cum Cruce explicat, & declarat, *fol. 557. litera G. versic. Et nihilominus, & seq. col. 2.* vbi de eadem materia, Læl. Zecch. *in summa, part. 1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11. nu. 18.* vbi, quod abiuratio cũ habitu Crucibus signato fit, quando quis est violenter suspectus, & qui habitum abiecerit vel recusauerit, vt impœnitens puniendus est, & quãdo dicti habitus delatio potest ab Inquisitore iniungi ad tempus, & quod ante tempus lapsum non potest remitti sine ordine supremi Inquisitoris, ad quę vide etiam omnino Ludo. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib. 2. cap. 4. & seqq.*

Infertvr VII. Quod † quandoque etiam Inquisitor Clericum in hæresi deprehensum, quando ad misericordiam recipitur, potest ipsum suspendere ab officio & beneficio, ex allegatis in Repertor. inquisitorum *in verbo, Clericus, versic. Item Episcopus, & in verbo, Degradatio, versic. Penultimo, incip. Item, si Clericus*; vbi, quod Clericus rediens, ab Ecclesia receptus, non debet deponi ab officio & beneficio, sed poterit suspẽdi ad tempus, & *in verbo, Misericordia, vers. Sed pone, quo ille, qui redit*, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 19. nu. 9. in fine, & cap. 20. num. 5.* facit text. *in capit. Inter sollicitudines, extra, de purgatione Canonica*, vbi tractatur materia, an, & quando infamatus ante purgationem, vel etiam post possit suspendi ab officio & beneficio. 93

Contrarium, † quod imo ab officio & beneficio deponendus omnino sit, non autem suspendendus, reprobato Zanchino, *in loco præallegato*, voluit Simanch. *in additionibus ad eundem Zanchinum, cap. 21.* 94

Infertvr VIII. Quod † possunt etiam Inquisitores pœnitentibus hæreticis imponere, vt faciant ædificare Ecclesiam, vel hospitale, induant pauperes, dotent virgines, aut alia similia pietatis opera faciant, prout Communiter notant Doctores allegati *infra, hac eadem quæst. num. 125.* & in specie traditur in Repertor. Inquisitorum *in verbo, Pœnitentia, versic. Item potest imponi*; Afflict. *in Constitutione Regni, de hæreticis & Patarenis, rub. 1. nu. 31. versic. Et dicit Archidiaconus*, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 44. nu. 30.* vbi, quod hæretici pœnitentes possunt condemnari ad construendas Ecclesias, induendos pauperes, vel alia opera pia facienda. 95

Amplia I. Propositam † regulam, in qua dixi, pœnam seu pœnitentiam hæreticis pœnitentibus infligẽdam, esse arbitrariam, possintque Inquisitores illam minuere & augere, iuxta facti & personarum qualitatem, vt procedat non solum in ipsa sententia, sed etiam post sententiam: possunt enim tunc pœnam iam inflictam mitigare, & cõmutare. Sic enim est de mente omnium Doctorum supra allegatorum, dum præcipuè scribunt, Inquisitores posse tales pœnas commutare, & in specie etiam scripserunt post Gloss. omnes Canonistæ, *in dicto cap. Vt commissi, versic. Et illorum, de hæreticis, in 6.* Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Pœna, sub versic. Nota, quod si Episcopus, ad medium, & versic. Quæ autem*, Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 17. num. 1. & sequentibus*, Decian. *in tractat. criminal. libr. 5. cap. 44. num. 36. & 37. & cap. 49. per totum*, vbi latius de eadem re, Ioan. à Rojas *singular. 177. num. 3. & in tractat. de hæreticis, parte secunda, nu. 119.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. rubric. de octauo modo terminandi processum fidei, num. 194. litera E. versic. Retinentes nobis, & seqq. folio mihi 547. colum. 1. & 2. & folio 748. columm. 1. in principio*, vbi pluribus hanc comprobat, & exornat conclusionem, ponitque causas, quibus Inquisitor post iam latam sententiam potest iniunctas pœnitentias augere, & minuere. 96

Amplia II. Vt † & multò magis post sententiam possint Inquisitores augere & minuere pœnas in ea inflictas, quando sic in ipsa sententia sibi reseruassent authoritatem addendi, minuendi & commutandi pœnas, & pœnitentias iniunctas, vt per Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. 2. de authoritate Inquisitorum, num. 7. versic.* 97

Item

Item aliud apparet, quod enim Inquisitor possit in sententia reseruare hanc facultatem augendi, & minuendi iniunctas pœnitētias, post Eymericum pluribus cōciliorum authoritatibus bene probat Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. rubr. de octauo modo terminandi processum fidei, &c. numer.* 194. *lit. E. versic. Retinentes nobis, & seqq. fol. mihi* 547. *colum.* 1. & 2.

98 Limita I. Propositam † regulam, quia hodie ex instructione Hispalensi *cap.* 7. *& instructione Toletana, capit.* 9. quas post Iacob. Simanch. refert Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part.* 2. *nu.* 200. *& nu.* 382. & 383. ad solum Inquisitorem generalem spectat, mutare pœnas iam inflictas ab ordinario, & *singular.* 155. *nu.* 5. & generaliter, nisi arbitrium commutandi pœnas inflictas fuerit in sententia reseruatum, non solent Inquisitores, aut Episcopi illas commutare inconsulto supremo & generali Inquisitionis officio, imo & in casibus grauioribus, quamuis in sententia reseruata sit facultas mitigādi pœnas, non tamen solent nec debent Inquisitores hodie inconsulto supremo Tribunali illas mitigare, cū hodie omnes causæ graues sancti Officii in tota Italia referantur ad supremum Tribunal, & iuxta eius ordinem expediantur, & ita seruatur.

99 Limita II. Quia † pœnas hæreticis impositas ipso iure, prout est pœna excommunicationis, & confiscationis bonorum, Inquisitores & ordinarii nec minuere nec mutare possunt, cum in illis quodammodo ius fisco quæsitum sit, ex allegatis per Ioannem à Rojas *in tract. de hæreticis, part.* 2. *nu.* 380. *& seq.*

100 Limita III. Prædictam † regulam procedere, prout loquuntur in ea allegati Doctores, quando scilicet agitur de pœna imponenda suspecto de hæresi, & sic non confesso, aut conuicto, vel etiam hæretico pœnitenti, & ad fidem redeunti, secus in vero hæretico non pœnitente, vel relapso, & de hæresi confesso, aut conuicto, nam tunc Episcopus seu Inquisitor nullam dispensandi seu commutandi pœnam cum eo authoritatem habet, sed illum omnino brachio seculari tradere debet, prout est de mente omnium præallegatorum Doctorum, & in specie aduertit Repertor. inquisitorum *in verbo, Dispensare, versic. Primo*, Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap.* 19. *nu.* 1. & 2. *& cap.* 21. *nu.* 1. vbi pariter, quod postquam Inquisitor condemnauit hæreticum, tanquam hæreticum fore curiæ seculari tradendum, non potest amplius suam sententiam mitigare, & *cap.* 38. *nu.* 1. *& seqq.* vbi pariter dixit, quod postquam Inquisitor damnauit hæreticum, non potest amplius cum ipso dispensare, nec illum restituere ad famam & honores, & *ibi* Campeg. *in additionibus, litera A. in verbo, Restituere*, Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap.* 44. *nu.* 1. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 44. *sub nu.* 7. *& cap.* 49. *nu.* 14. Ioan. à Rojas *singul.* 155. *nu.* 4.

ARGVMENTVM.

De pœna carceris.

SVMMARIA.

Perpetui carceris pœna infligenda est hæretico pœnitenti, & ad fidem conuerso, nu. 101.

Pœnitenti, ad fidem conuerso, vltra pœnam carceris imponi etiam potest aliqua alia pœnitentia, nu. 102.

Carceratio pœnitenti & ad fidem reuerso, imponenda non est perpetua, sed ad tempus, & quando, nu. 103.

Carceris perpetui pœna pœnitenti imposita, potest etiam per Inquisitores minui & mutari, nu. 104.

Vxor hæretica & pœnitens carcerari loco pœnitentiæ potest in domo viri, nu. 105.

Carcer perpetuus pœnitenti assignandus, non debet esse subterraneus, nec vitam abbreuians, num. 106. *quamuis alij contra, num.* 107.

QVÆST. CXCIII. §. V.

Regvla † sit, quod quamuis pœnitenti hæretico, & ad fidem redeunti, ab Ecclesia parcatur, non tamen impunitus euadere debet, sed ad perpetuos carceres damnandus est, prout extat Constitutio Friderici Imperatoris *incipien. Commissi*, relata per Franciscum Pegnam inter literas Apostolicas, in Director. inquisitorum, *fol. mihi* 16. *versic. Si qui vero*, & etiam extat Constitutio Innocentii IV. edita de anno 1254. *incip. Nouerit vniuersitas, versic. Si quis autem relata, vt supra, folio mihi* 21. Gloss. *in cap. Ad abolendam, in verbo, Audientia, extra, de hæreticis*, & *ibi* Hostiens. *num.* 5. *versic. Sub auditu, & num.* 6. *vers. Et detruditur in carcerem ad perpetuam pœnitentiam*, Innocent. *in c. Excommunicamus, il* 1. *nu.* 1. *vers. Quod si pœnitere vult, & perpetuo carcerandus*, & *ibi* etiam Hostiens. *nu.* 1. *in verbo, Puniendi*, qui tamen dicit, quod isto casu hæreticus in Monasterio detrudendus est, *extra eodem*, & est text. *in cap. Excommunicamus, il secundo, §. ad finem, extra, de hæreticis*, vbi ad literam dicitur: *Si quis autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad agendum condignam pœnitentiam in perpetuo carcere damnentur*, & *ibi* hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, in fine, versicul. Nota hic qualiter*, & *in verbo, Deprehensi, ad finem, versic. Ita tamen, vt in perpetuum carcerem permaneant*; Hostiens. *post nu.* 1. *vers. Ita tamen, quod in carcerem, in eodem verbo, Deprehensi*, Anton. de Butrio *nu.* 1. *& nu.* 10. *eodem vers. Ita tamen*, Abb. *in summario, versic. Si in hæresi deprehensi, & nu.* 1. *versic. In §. si autem*, Marian. Socin. *in summario*, Ioan. de Anania *etiam in summario, & nu.* 3. *vers.* Nota, *quod hæreticus, & in vers. Quare autem*, vbi ponit, an iste pœnitens ad perpetuos carceres damnetur ad pœnam, an vero ne alios inficiat, & Felyn *in princ. & in versic. Contra secundum, & in versicul. Nota, quod Ecclesia vtitur carcere ad pœnam*, Arnald. Albertin. *in repetitione cap. primi, de hæreticis, in* 6. *in princip. nu.* 42. *versic. Aut accusatus de hæresi redit, & nu.* 44. *in princ.* vbi, quod talis carcer datur non ad custodiam, sed ad pœnam, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis redeuntibus & conuersis, nu.* 6. vbi de redeuntibus ad finem, postquam fuerunt accusati, conuicti, & condemnati, & *nu.* 10. vbi de redeuntibus & pœnitentibus post sentētiam & metu mortis, (de quo vltimo dixi *supra, hac eadem quæstione, num.* 27.) Rota *in tit. de hæreticis, decis.* 1. *alias* 975. *num.* 15. *in antiquis*, Hostiens. *in summa, de hæreticis, §. Qua pœna feriatur, num.* 10. *versic* Primus est, *& versic. Quare autem talis traditur perpetuo carceri*, summa Rosella *in verbo, Hæreticus, num.* 14. *versic. Et sic redeuntes*, addentes ad Angelic. *in summa, in eodem verbo, Hæreticus, num.* 17. *litera* B. summa Syluestrina *in dicto verbo, Hæreticus, §. primo, num.* 17. Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Hæreticus, sub nu.* 34. *versic. Tales namque, & nu.* 35. *in princip.* vbi reprobat contrarium tenentes, & *in verbo, Inquisitor, num.* 32. *& in verbo, Pœna, num.* 10. Afflict. *in Constitutione Regni; de hæreticis & Pacterenis, num.* 29. *in fine*, Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis, quæst.* 7. *num.* 1. Carer. *in eodem tract. de hæreticis, nu.* 133. *ante finem, & num.* 159. *post medium; versic. Bene tamen talibus*, Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis, num.* 11. Diaz *in practic. criminal. Canonic. cap.* 114. *in verbo, Hæretici, num.* 3. Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap.* 28. *nu.* 2. *& cap.* 29. *num.* 1. Ioan Lopez *in allegationibus hæreticalibus, §.* 4. *ad medium, versic. Si autem notorius est*, Boss. *in tit. de hæreticis, num.* 18. *versic. Et ideo etiam pœnam perpetui carceris*, Decian. *in tractat. crim. libr.* 5. *cap.* 42. *num.* 8. vbi præsertim, quando hæreticorū pœnitentium non speretur vera, sed ficta conuersio, & *cap.* 54. *num.* 12. *& numer.* 31. Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, libr.* 33. *cap.* 8. *nu.* 5. *versic. Sicut & interdum*, Clar. *in pract. crimin. §. Hæresis, num.* 7. *versic. Cæterum si hæreticus pœniteat*, Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis, parte secunda, numer.* 188. *& seqq. assertione* 16. Eymeric. *in Directorio inquisitorum, parte* 3. *quæst.* 93 *& dict.*

parte 101

parte 3. rubric. de octauo modo terminandi processum fidei, &c. num. 188. ad finem, & rub. de decimo modo terminandi processum fidei, &c. nu. 202. versic. Et facta abiuratione, & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 46. litera E. eodem versic. Et facta abiuratione, & seqq. fol. mihi 556. colum. 1.* vbi bene etiam declarat, qualis debeat esse ista immuratio in perpetuum carcerem, & alia ad materiam pœnæ perpetui carceris, idem Franciscus Pegna *in additionibus ad eundem Eymericum, in eodem Directorio inquisitorum, dicta parte 3. quæst. 59. Commentar. 188. versic. Ac primum, fol. mihi 638. col. 1.* vbi etiam de forma huius perpetui carceris, & *versic. sequ.* vbi de visitatione perpetui carceris facienda per Inquisitorem.

102 AMPLIA † hanc regulam, quia vltra pœnam carceris pœnitenti, & ad fidem redeunti, possunt Episcopus & Inquisitor alias salutares pœnitentias iniungere, iuxta personarum qualitatem, & rationem culpæ maioris, vel minoris, & alias, vt per Eymeric. *in Directorio inquisitorum parte 3. quæst. 95.* & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 144. fol. mihi 696. col. 1.*

103 LIMITA I. Propositam † regulam, vt hęc perpetui carceris pœna pœnitentibus & abiurantibus imponenda, non semper debeat esse perpetua, nisi in pœnitente & abiurante de formali, si quis abiurauit de leui, seu de vehementi, non perpetuo carceri, sed ad tempus benè viso Inquisitori condemnabitur, & postea etiam, si eidem Inquisitori videbitur, dispensabitur, vt per Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Suspicio, nu. 31.* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Carcer, sub versic. Primo, & in versic. Viso de carcere*, vbi, quod Inquisitoris arbitrio relinquitur, an pœnitenti, qui abiurauit, debeat dari carcer in perpetuum, vel ad tempus, & *in verbo, Pœnitentia, versic. Item poterit imponere incarcerationem, seu detrusionem in carcerem perpetuum, vel ad tempus*, & ante istos Ioan. Calderin *in tract. de hæreticis, rub. de hæreticis redeuntibus & conuersis, nu. 6. in fine, & nu. 9. etiam in fine, & in rubr. de materia processuum inquisitionum, post num. 6.* Afflict. *in Constitutione Regni de hæreticis & Pacterenis, rubr. 1. sub numer. 36.* vbi dixit, quod pœnitentes ante sententiam non debēt ad perpetuos carceres condemnari, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 47. rubr. de pœnitentibus & conuersis, num. 29.* vbi dixit, ad perpetuum carcerem non esse damnandum pœnitentem hæreticum, qui sponte, licet metu imminentium probationum & testium receptorum, ad Inquisitores venit, complices indicat, & errores suos plene fatetur, & *num. 41. & seqq.* declarat, pœnitentes dici sponte venire ad pœnitentiam, etiam quod post receptas probationes veniant.

Quod tamen declara secundum ea, quæ scripsi *suprà, quæst. 195. num. 28. in fine, & num. 36. & 37. & num. 31.* vbi pariter, quod ad perpetuos carceres dãnandus non est, qui fatetur errorem suum, antequam ei dicta testium edantur, licet secus post publicationem eorum, & *nu. 35.* & *in Enchiridion violatæ Religionis, tit. 58. rubric. de pœnitentibus, nu. 7.* Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, parte 3. rubr. de quinto modo terminandi processum fidei, &c. num. 2.* vbi pariter dixit, suspectos de hæresi, siue leuiter, siue vehementer, non esse immurandos perpetuo, cum talis pœna perpetui carceris sit solum imponenda illis, qui fuerunt hæretici, & in hæresi deprehensi, & postea pœnituerint, & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Comment. 41. litera E. versicul. Attendendam, folio mihi 531. colum. 2. in fine*, Ioan. à Rojas *singular. 1. nu. 21.* vbi idem dixit, & *in tractat. de hæreticis, parte 2. num. 197. & sequenti*, vbi dixit, quod pœnitens in limine iudicii ante accusationem pro breui tempore ad carcerem damnatur, pœnitenti vero post accusationem augenda est pœnitentia ad longum tempus, pœnitens vero post publicationem testium ad perpetuum carcerem damnatur, idem Franciscus Pegna *in additionibus ad eundem Eymericum, vbi supra, in eodem Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 93. Commentar. 142.* vbi, quod ad perpetuum carcerem non sunt condemnandi, qui ante accusationem seu denunciationem pœnitentes redeunt, qui verò post capturam, & antequam dicta testium publicata fuerint, pœnitentes misericordiam petunt, possunt ad perpetuos carceres condemnari, sed facillime post breue tempus cum illis dispensatur, & ita consuetudine Sacri Tribunalis Generalis Romanæ Inquisitionis receptum esse, testatur Lælius Zecchius *in summa, parte 1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11. nu. 17. versic. Vnde vt dignoscantur, & nu. 18. versic. Secundo loco.*

LIMITA II. Quia † possunt Inquisitores, si ipsis visum fuerit, ex aliqua causa pœnam hanc carceris mitigare, & in aliam commutare, Text. est *in cap. Vt commissi, versic. Et illorum, de hæreticis, in 6.* cuius textus verba sunt hæc: *Et illorum, qui vestris mandatis obedientes humiliter stant propter hæresim in carcere vel muro reclusi, pœnam vna cum Prælatis, quorum iurisdictioni subsunt, mitigandi, vel mutandi, cum videritis expediri*, & ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, vers. Item poterunt mitigare, & in verbo, Vt commissi, versic. Commutandi & mitigandi pœnas*, & *in verbo, Vel monendi*, Ioan. Monach *n. 3. in verbo, Mutandi*, Geminian. *in verbo, Nec non, num. 2. versic. Nota argumentum, & num. 4. in fine, versic. Glossa, in verbo, Mutandi, & versic. in fine Glossæ*, Archidiacon. *numer. 3. ante finem, column. final. in verbo, Mitigandi, & in verbo, Mutandi*, Franch. *numer. 2. sub quarto notabil. & versic. Licet ista pœna carceris*, Ioan. Andr. *in cap. Excommunicamus, il secondo, nu. 1. in fine, in verbo, Detrudantur, extra, de hæreticis*, quem ibidem sequuti sunt Henric. Boich. *num. 3.* Anton. de Butrio *nu. 6.* Abb. *nu.* ..... *versic. Sed hodie*, Marian. Socin. *numer. 3.* Ioan. de Anania *num. 3. versic. Sed hodie*, & Felyn. *in versic. Quæ pœna commutari potest*, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis redeuntibus & conuersis, num. 3. in fine, & num. 4.* vbi propterea, quod pœnitenti non lapso tempore gratiæ, vel etiam post tempus gratiæ, re non integra non imponitur pœna perpetui carceris, nec pœna longæ peregrinationis, sed imponi debent aliæ leuiores pœnitentiæ, & *num. 8.* vbi ponit causas, propter quas Inquisitor potest pœnam carceris commutare, & *nu. 10. versic. Hæc autem pœna perpetui carceris*, Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis, quæst. 7. num. 2.* Carer. *in eodem tract. de hæreticis, nu. 159. post medium, versic. Potest tamen commutari dicta pœna*, Angelica *in summa, in verbo, Hæreticus, num. 18. versicul. Et quod olim*, summa Syluestrina *in eodem verbo, Hæreticus, §. primo, num. 17.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Hæreticus, nu. 34.* vbi hanc carceris pœnæ commutationem admittere videtur, quando hęreticus non fuerit notoriè in hæresi deprehensus, & non est timor, quod alios corrumpat, & *num. 35. versic. Posset forte*, vbi pariter eandem pœnæ commutationem recipit in hæretico, statim post deprehensionem redeunte ad fidem, secus, si torturam aut sententiam expectasset, & *num. 36. versic. Et apertius, & in verbo, Inquisitor, nu. 33. versic. Hodie tamen*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Carcer, sub versicul. Primo*, vbi, quod loco carceris Inquisitor quandoque dat detrusionem in monasterium, & *in versic. Item nota, quod loco carceris*, vbi idem dixit, & *in versic. Item nota, quod non solum*, vbi, quod Inquisitores etiam post sententiam possunt pœnitenti ad perpetuos carceres condemnato pœnam commutare minuendo vel augendo eorum arbitrio, secundum quod ipsi carcerati implent vel non implent iniunctam pœnitentiam, & *in verbo, Misericordia, versic. Ego tamen, ante finem, ibi, Si vero fuerit relapsus*, vbi propterea, quod poterunt Inquisitores loco carceris imponere alias pœnas pœnitentiales, vtputa ieiunare, Sanctorum limina visitare, errorē suum in publicum detestari, & his similia, Ioan. à Rojas *singular. 154. post num. 2.* vbi refert Hispalens. instructionem 104

volentem, quod pœnitens ante denunciationem vel accusationem, & etiam post capturam, vel ante publicationem testium non condemnatur ad perpetuos carceres, sed ad publicam pœnitentiam per biennium, cum ieiuniis & orationibus, & *in tract. de hæreticis, part. 2. num. 202.* vbi, quod post lapsum triennii Inquisitor generalis dispensat cum damnato, si ad perpetuos carceres irremissibiliter fuerit damnatus, adhuc Inquisitor cum eo dispensat per octo annos, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 16. rubr. de custodia reorum, nu. 5. & 6.* vbi, quod Inquisitores possunt pœnitentibus pro carcere assignare Monasteria, Hospitalia, vel alias domos Religiosas, & *num. 47.* vbi, quod ad carceres perpetuos condemnandi non sunt, qui ante capturam, vel statim post capturam ante testium publicationem eorum errores recognoscunt, & pœnitentes Ecclesię reconciliari petunt, & *nu. 21.* vbi post lapsum triennii, si pœnitẽtes humiliter in carcere perstiterint, perpetui carceris pœna plerunque remitti solet, & *nu. 22.* vbi, quod si pœna perpetui carceris irremissibiliter inflicta est post octo annos, ex benignitate etiam remitti solet, & *in Enchiridion violatæ Religionis, tit. 57. rubr. de carcere perpetuo, num. 3.* vbi pariter de mitiganda pœna perpetui carceris post lapsum triennii, Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap. 27. nu. 3.* Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 42. nu. 8.* Clar. *in pract. crim. §. hæresis, nu. 7. versic. Bene verum est*, Eymeric *in Director. inquisitorum, part. 3. quæst. 96.* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 145. folio mihi 696. col. 2.*

105 LIMITA III. Quia † quando mulier nupta pœnitens ad misericordiam recipitur; tunc ad perpetuum carcerem damnari solet, sed consulto Supremo Inquisitionis Senatu loco carceris assignanda est sibi domus Mariti, secundum Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 93. Commentar. 142. versic. Postremo hoc mihi videtur, folio mihi 695. col. 1. in fin.* Laer. Zech. *in summa, parte 1. tit. de fide, rub. de hæresi, cap. 11. nu... versic. Secundo loco, in fine.*

106 LIMITA IV. Vt † carcer iste perpetuus pœnitenti hæretico assignandus, non debeat esse ita arctus, quod abbreuiet dies incarcerati, cum satis sit, quod viuat in pane tristitiæ, & aqua doloris, imo, quod qui tales carceres abbreuiantes vitam hominis deputant, nõ euadunt irregularitatem, secundum Glossam *in cap. de hæreticis, in 6. in figuratione casus, versic. Vnde iste carcer*, Henric. Boich. *in cap. Nouimus, num. 4. de verborum significatione*, & *ibi* etiam Anton. de Butrio *numer. 7. versic. Vltimo nota*, Ioan. à Rojas *singular. 49. num. 11. & sequ.* vbi propterea, quod si intra paucos dies clericus sic malè carceratus obierit, qui eum sic carcerari mandarunt, reputantur homicidæ, & irregulares, Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 20. liter. G. in verbo, Pœnas, versic. Tu tamen circa pœnam perpetui carceris*, Decian *in tract. crimin. lib. 5. cap. 42. nu. 14.*

107 Quamuis, † quod hæretici quoad pœnam possint poni in duro & arcto carcere, dummodo id fiat ab Inquisitore de consensu Episcopi, vel ècontra, aperte probare videatur tex. *in Clement. 1. § propter, de hæreticis*, in illis verbis: *Duro tamen tradere carceri, siue arcto, qui magis ad pœnam, quã ad custodiam videatur*, & *ibi* Canonistæ, & præsertim Bonifac. de Vitalinis *nu. 34.* vbi duri & arcti carceris exemplum ponit in carcere existente in loco infimo, & subterraneo, in quo non videtur claritas Solis, neque Lunæ, aut aliter. Et in proposito vide Martin. del Rio Iesuitam *de disquisitionibus magicis, libr. 5. sect. 7. in princ. versicul. Potest autem capi*, vbi dixit, hæreticos confessos vel conuictos, & ad mortem damnatos posse retineri in carcere obscuro, & tetro, in quo intra paucos dies moriantur.

Et pro resolutione propositæ pœnæ carceris potest fieri conclusio, quod omnes hæretici pœnitentes, qui non sint sponte comparentes, cõdemnantur ad pœnas hæreticorum, inter quas est pœna perpetui carceris, nec aggratiantur sine licentia Summi Pontificis. Bene tamen verum est, quod magna cum æquitate & moderatione sanctũ Tribunal in impositione huius pœnę procedit. Si enim videt veram conuersionem cum Vltramontanis, breui tempore dispensat, cum Italis vero magis & minus, secundũ qualitatem facti & personarum.

ARGVMENTVM.

De pœna pecuniaria.

SVMMARIA.

Pœna pecuniaria imponi potest ab Inquisitoribus, nu. 108. Licet alij contra, nu. 109.

Pecuniaria pœna imponi potest ab Inquisitoribus suspecto de hæresi, nu. 110.

Pecuniaria pœna imponi potest ab Inquisitoribus pœnitentibus & conuersis, nu. 111.

Pecuniaria pœna imponi potest fautoribus & defensoribus hæreticorum, nu. 112.

Pecuniaria pœna imponi potest pro hæresi iocose, ex ignorantia & per simplicitatem prolata, nu. 113.

Pecuniariam pœnam qui soluere non potest, nunquid corporaliter puniatur, & quando, nu. 114.

Pecuniaria pœna non semper imponitur in crimine hæresis, nisi quando illa magis timetur, quam alia, nu. 115.

Diuitibus magis quam pauperibus pecuniaria pœna imponenda est in crimine hæresis, nu. 116.

Pecuniaria pœna imponi non potest hæreticis confessis aut conuictis impœnitentibus, nu. 117.

Pecuniaria pœna infligi non potest ab Inquisitore Clerico beneficiato carenti patrimonio, nu. 118.

Pœnæ pecuniariæ ab Inquisitoribus impositæ, non debent imbursari, sed S. Inquisitionis officio aut pauperib. applicari, nu. 119.

Confiscatio bonorum ab Inquisitoribus imponi non potest in casu à iure non expresso, nu. 120.

Pecuniaria pœna ab Inquisitoribus imponi potest, dummodo non sit excessiua, nu. 121.

Forma sententiæ, quando inquisitores imponunt pœnam, n. 122.

QVÆST. CXCIII. §. VI.

REGVLA † sit, quod non prohibetur Inquisitor 108 in crimine hæresis imponere etiam pœnam pecuniariam sancto Inquisitionis officio applicandam, secundum Gloss. *in Clementin. secunda, in verbo, Illicitis, de hæreticis*, & *ibi* Cardinal. Zabarell. *in §. Inquisitoribus, nu. 20. versic. Secundo quæro, in principio*, Ioan. de Imola *num. 6. in princip.* & Bonifac. de Vitalinis *nu. 57. & 58.* vbi, quod ita practicatur, Ioan. de Calderin. *in tract. de hæreticis, rub. de exequutione sententiæ, num. 2. & 3.* Armilla *in summa, in verbo, Hæresis, num. 14.* summa Tabien. *in verbo, Hæreticus, nu. 23.* vbi, quod non solum laicis, sed etiam clericis possunt Inquisitores imponere has pœnas pecuniarias, si ipsi Clerici habeant proprium patrimonium, alias secus, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Inquisitor, nu. 37. versic. Si autem alio prætextu, & versic. Similiter non incurritur talis pœna*, & *in verbo, Mulcta*, vbi loquitur tam de mulcta, quam de pœna, & *in verbo, Pœna, numer. 21.* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Extorquere, sub versicul. Primo, & in verbo, Pœna, versic. Item vltra pœnas prædictas, & in verbo, Pœnitentia, versic. Item indictio siue impositio pœnæ pecuniariæ, & versic. Nota, quod pœnitentia pecuniaria, & in versic. Et quod hæc potestas*, Simanch. *Catholicarum institutionum titul. 27. rubric. de excommunicatione, numer. 5.* vbi præsertim de pœna pecuniaria imponenda excommunicato petenti absolutionem, Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap. 16. num. 9. versic. Poterit & pœnam pecuniariam imponere, & capit. 16. numer. 1. & 2. & num. 4.* & *ibi* Campeg. *in additionibus, litera A.* vbi pluribus hanc

probat sententiam, versic. Primo, & seqq. Gundisalu. in tractat. de hæreticis, quæst. 8. nu. 6. Boss. in tit. de hæreticis, nu. 17. in fine, & nu. 36. Eymeric. in Directoria inquisitorum, parte 3. quæst. 103. & ibi Franciscus Pegna in additionibus, Commentar. 152. folio mihi 648. col. 2. in fine, vbi testatur, hanc conclusionem esse extra controuersiam, cum eam admittat Doctores omnes antiqui & moderni, & fol. 749. versic. Hanc autem facultatem, vbi in idem adducit etiam rescriptum Alexandri IV. incipien. Super extirpatione, ab eodem Francisco Pegna registratum inter literas Apostolicas, post Director. Inquisitorum, folio mihi 33. Decian. in tract. crimin. libr. 5. cap. 44. sub num. 7. Ioan. à Rojas singular. 1. num. 22. versic. Et Inquisitores, Hippolyt. Riminald. consil. 150. numer. 17. Ignat. Lopez in additionibus ad Diaz. in pract. crimin. Canonic. cap. 154. litera A. versic. Hanc etiam facultatem, vbi, quod hęc conclusio omni difficultate caret, eamque omnes antiqui & nouissimi Doctores vno ore fatentur.

109 Contrarium, † quod pro crimine hæresis non possit imponi pœna pecuniaria, suadetur ex traditis per Cardinal. Zabarel. in Clementin. 2. §. Inquisitoribus, nu. 2. versic. Dicit tamen Matthæus, de hæreticis, ea ratione, quia aut hæreticus est conuictus, & omnia bona confiscantur, aut non est conuictus, & absoluitur, aut est pœnitens, & relapsus, & cum eo non dispensatur, Ioan. de Imola nu. 9. versic. Matthæus vero, Bonifac. de Vitalinis num. 58. & seqq. vbi, quod licet prima opinio seruetur in practica, talis tamen practica sibi non placet.

110 Amplia I. Vt † pręsertim suspectus de hæresi possit pecuniaria pœna puniri, Simanch. Catholicarum Institutionum tit. 46. rubr. de pœnis, nu. 76. vbi loquitur in vehementer suspecto, declaratque hoc procedere, quando sic vehementer suspectus, aut propter infirmitatem, aut propter senectutem, aut propter aliam causam torqueri non potest; Tunc enim post abiurationem pecuniaria pœna mulctatur, cessante autem impedimento torquetur, & non pecuniariter punitur, & in Enchirid. violata religion. tit. 67. eadem rubr. de pœnis, num. 10. Franciscus Pegna in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, parte 3. quæst. 103. Comment. 152. versic. Sed non erit præter rem, folio mihi 649. col. 1. Ioan. à Rojas singul. 1. num. 22. versic. Et inquisitores.

111 Amplia II. Vt † pariter pœnitentibus & conuersis possint Inquisitores pœnam pecuniariam imponere, vel impositam commutare, vel minorare, secundum Cardinal. Zabarell. in Clementin. 2. versic. Item Inquisitores, de hæreticis, vbi tamen, quod ista pecuniaria pœna eroganda est in pauperes, vel alios pios vsus, vel in magnam necessitatem officii, & ibi etiam Cardinal. Zabarel. in §. Porro, nu. 2. dicit idem Ioan. Calderin. in tract. de hæreticis, rub. de exequutione sententiæ, n. 2. & 3. Vmbert. Locat. in iudiciali inquisitorum, in verbo, Mulcta, & in verbo, Pœna, nu. 21. versic. Si vero Inquisitor, Repertor. inquisitorum in verbo, Pœnitentia, versic. Item dicendum, & in versic. Si vero non condemnat, vbi, quod hæc pœna pecuniaria potest imponi non solum pœnitentibus, sed etiam suspectis.

112 Amplia III. Vt † fautoribus & defensoribus hęreticorum, qui non sunt hæretici, possit imponi pœnitentia in pecunia, vt scilicet dent pauperibus, vel pro aliis piis operibus, de bonis suis, Cardinal. Zabarell. in Clementin. 2. §. Inquisitoribus, num. 2. versic. de fautoribus, & ibi Ioan. de Imola num. 6. versic. Secus dicit in defensoribus, Ioan. Calderin. in tract. de hæreticis, rubr. de exequutione sententiæ, nu. 3.

113 Amplia IV. Vt † pœna pecuniaria imponi possit pro hæresi prolata ludendo, ex ira, aut ex fatua simplicitate, & ignorantia, prout latius dixi supra, quæst. 179. §. 4. num. 63. & sequ. Gundisalu. in tract. de hæreticis, quæst. 8. nu. 6. Franciscus Pegna in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 103. Comment. 152. versic. Rursus Inquisitores, folio mihi 649. col. 1. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 44. post num. 7. Ignat. Lopez in additionibus ad Diaz. in pract. crim. Canon. cap. 145. litera A. versic. Deinde Inquisitores, fol. mihi 550.

Amplia V. Vt † si condemnatus in pœnam pecuniariam non poterit illam soluere, luat in corpore, & sic in pœnam corporalem puniri poterit, vt per Quintilian. Mandos. in additionibus ad Repertor. Inquisitorum, in verbo, Pœna, litera R. versic. Vnde si condemnatus post Gundisaluum in loco per eum relato, & in verbo, Pœnitentia, vers. Nota, quod pœnitentia, ad finem, vbi propterea dicit, se vidisse multos, volentes potius pati pœnam corporalem, quam soluere pœnam pecuniariam, & in versic. Vnde si condemnatus in pecuniam, Gundisalu. in tract. de hæreticis, quæst. 17. num. 6. vbi, quod hæc commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem potest fieri etiam post sententiam, licet subdat, cautius esse, vt fiat in eadem sententia, vtputa dicendo: Condemno te in tantam pecuniam, quam, nisi solueris infra talem terminum, mando, quod patiaris talem pœnam corporalem; Franciscus Pegna in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæst. 103. Commentar. 152. versic. Addit Repertorium inquisitorum, folio mihi 649. col. 2. vbi inprimis declarat, hanc conclusionem non procedere in Clericis, in quibus pœna pecuniaria non potest euadere corporalis, propter deficientiam, deinde damnat practicam faciendi, scilicet isto casu sententiam bimembrem; Quod si non soluerit, &c. corporaliter puniatur, &c. In Tribunali enim Sacro Inquisitionis hanc practicam minime admittẽdam affirmat, licet non neget, posse post sententiam corporalem pœnam propter defectum pecuniariæ imponi, Decian. in tractat. crimin. libr. 5. cap. 44. num. 7. versic. Item, quando, & cap. 49. num. 5. Ignat. Lopez in additionibus ad Diaz. in pract. crimin. Canonic. cap. 145. litera A. versic. Quod si reus, folio mihi 549. vbi pariter in Clericis hanc pœnæ pecuniariæ commutationem in corporalem damnat, damnatque etiam practicam prædictæ sententiæ bimembralis. 114

Limita I. Vt † Inquisitor non semper, nec pro omni leui motu pœnam pecuniariam imponere debeat, sed tantum, quando videtur eam magis timeri, & magis eum purgare, Vmbert. Locat. in iuditial. inquisitorum, in verbo, Mulcta, & in verbo, Pœna, num. 21. versic. Si vero Inquisitor, Repertor. Inquisitorum in verbo, Pœna, versic. Illa pœna debet infligi, quæ magis timetur, & in verbo, Pœnitentia, versic. Et hanc pœnam pecuniariam, Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 19. nu. 3. Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 44. sub nu. 7. 115

Et † propterea diuitibus, cupidis tamen seu auaris ad fidem redeuntibus pœnam hanc pecuniariam facilius imponendam, ex quo huiusmodi personæ magis timent, dixit Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 19. num. 3. quem refert & sequitur Franciscus Pegna in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 103. Commentar. 152. versic. Item imponuntur, fol. mihi 649. col. 1. & iterum ad eundem Eymeric. vbi supra, eadem part. 3. Comment. 7. versic. Non tamen ambigo, fol. mihi 398. colum. 1. Ignat. Lopez in additionibus ad Diaz. in pract. crim. Canon. cap. 145. lit. A. versic. Quæ quidem pœna, ad finem. 116

Limita II. Quando † hæreticus esset confessus aut conuictus, & etiam impœnitens, Tunc enim absurdum est dicere, quod Inquisitor possit pœnã pecuniariam imponere, cum contra hæreticos sint à iure certæ, & determinatæ pœnæ, quas iudex mitigare non potest, & hoc non habet difficultatem, vt aduertit Vmbert. Locat. in iudiciali inquisitorum, in verbo, Pœna, sub nu. 21. versic. Aduertat tamen prudens, Repertor. Inquisitorum in verbo, Pœnitentia, vers. Item dicendum, Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 19. nu. 1. & 2. Franciscus Pegna in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. quæstion. 103. Comment. 152. versic. Pœna vero, seu mulcta pecuniaria, folio mihi 117

mihi 649.*col.*1. Ignat. Lopez *in addit. ad Diaz. in pract. crimin. Canonic. cap.*145. *litera A. versic. Quæ quidem pœna, folio mihi* 549.

118 LIMITA III. Quia † pecuniariam pœnam Inquisitor imponere non potest clerico beneficiato carenti patrimonio, quia tunc talis redūdaret in damnum Ecclesiæ, nisi Ecclesiæ prouentus essent adeo pingues, vt cum illis, & Ecclesiæ, & clerico prouideri posset, quia tunc potest Inquisitor etiam clerico beneficiato carenti patrimonio, pœnam pecuniariam imponere, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Pœna, num.*21. *ad fin. versic. Et nota, quod Clericus beneficiatus,* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Clericus, versic. An clericus propter crimen hæresis, & in verbo, Pœnitentia, versic. Sed circa prædicta,* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.*19. *nu.*5. Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 3. *quæst.*103. *Comment.*152. *versic. De clericis redeuntibus, fol. mihi* 649. *col.*1. *in fine.*

119 LIMITA IV. Quia † vbi imponitur pœna pecuniaria, Inquisitores nō debent eam in suis bursis ponere, quia esset extorsio, sed debent eam vel pauperibus, vel officio S. Inquisitionis applicare, ex allegatis per Cardinal. Zabarel. *in Clementin.*2. *in §. Inquisitoribus, nu.*2. *ad fin. versic. Sed caueant, ne imbursent, de hæreticis,* & ibi Ioan. de Imola *nu.*6. *versic. Fatetur tamen,* & ita, quod pœna hæc pecuniaria nō debeat imbursari, sed applicari, vel pauperibus, vel pro expensis, & necessitatibus S. officii Inquisitionis, præsupponunt omnes prꝉallegati Doctores, Vmbert. Locat *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Mulcta,* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Extorquere, sub vers. Primo, in fine, & in verbo, Pœnitentia, versic. Nota, quod pœnitētia, ante fin.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit.*46. *rub. de pœnis, n.*76. *versic. Sed has pœnas,* Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap.*20. *post nu.*2. *versic. Et hanc pœnam pecuniariam,* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.*8. *nu.*6. Carer. *in eodem tract. de hæreticis, nu.*79. Eymeric. *in Directorio inquisitorum, par.*3. *quæst.*103. vbi propterea dixit, pœnam hanc pecuniariam applicandam esse, vel in pios vsus, vel in S. Officii vtilitatem, & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar.*152. *versic. Primum, & versic. seqq. fo. mihi* 649. *col.*1. vbi dixit, quod dictæ pœnæ pecuniariæ possunt applicari sacræ Inquisitionis officio pro quacumq; præsenti, vel etiam futura necessitate etiam non extrema, & quoad pios vsus ponit exemplum, quando applicantur ad ædificandas Ecclesias, ad alendos pauperes, & dotādas inopes virgines, & his similia, Decian. *in tract. crim. lib.*5. *cap.*44. *sub nu.*7. *in discursu,* Ignat. Lopez *in addition. ad Diaz. in pract. crim. Canon. cap.*145. *lit. A. vers. Pœna vero applicanda,* vbi, quod pœna hæc pecuniaria applicari potest, vel in vsus pios, vel ad vtilitatem S. Inquisitionis officii, cuius nulla causa magis pia, magisque fauorabilis esse potest, reprobasque Caterium volentem, non alias pœnas pecuniarias posse sancto Inquisitionis officio applicari, quam vrgente necessitate, cum, vt *ibi* per eum, etiam seclusa necessitate applicari possit, ex quo vtilissimum est, sanctum Inquisitionis officium pecuniis abūdare ad hæreticorum persequutionem, Bursat. *consil.*90. *nu.*18. *in fin.* Et quidem in Italia omnes ferè Inquisitiones sunt pauperes, & nisi à summo Pontifice fuissent eisdem vnita beneficia Ecclesiastica, non vtiq; haberent, vnde sumptus necessarios sumerent, imo sæpe sæpius à supremo tribunali, & sæpe etiam à summo Pontifice subministrantur pecuniæ pro necessariis expensis Inquisitoribus egentibus.

120 LIMITA V. Quia † licet pœnitentibus, seu de hæresi suspectis, possit Inquisitor vel Episcopus pœnam pecuniariam imponere, non tamen potest imponere pœnam confiscationis bonorum, quia illa non habet locum, nisi in casu à iure expresso, Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap.*19. *nu.*2. *in fine, versic. Caueat tamen, & cap.*20. *nu.*2. *versic. Dum tamen illud non omittatur,* Decian. *in tract. crimin. lib.*5. *cap.*44. *sub nu.*7. *in fine principij.*

LIMITA VI. Vt † licet Inquisitores possint imponere pœnam pecuniariam, attamen in illa imponenda, debent esse circumspecti, & prudentes, ne auaritiæ causa eam imponere videantur, & ideo debent aduertere, ne huiusmodi pœnæ pecuniariæ excedant peccati qualitatem, & personarum conditionem, cum alias Narbonēse Concilium Inquisitoribus pecuniariæ pœnæ impositionem prohibeat, vt per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 3. *Commentar.*7. *versic. At quamuis, folio mihi* 398. *col.*1. idem Pegna *in additionibus ad eundem Eymericum, vbi supra, quæst.*103. *Commentar.*152. *versic. Hoc postremo admonebo, folio mihi* 649. *col.*2. Decian. *in tract. crimin. libr.*5. *cap.*44. *num.*7. *in fine principij,* vbi propterea dixit, Inquisitorem non debere imponere tantam pœnam pecuniariam, quam reus soluere non possit. 121

De † forma autem sententiæ, quando Inquisitores imponunt pœnam pecuniariam, vide in Repertor. inquisitorum *in verbo, Sententia, versic. Vel si velit, & vers. Item circa formam.* 122

ARGVMENTVM.

De pœna pœnitentis non adimplentis pœnitentiam.

SVMMARIA.

*Pœnitentiam non adimplens, potest inquiri & puniri ab Inquisitoribus, nu.*123.

*Pœnitens cogi potest præstare fideiussorem de soluendo pœnam pecuniariam ipsi pro pœnitentia iniunctam, nu.*124.

*Hæredes pœnitentis hæretici cogi possunt adimplere pœnitentiam iniunctam defuncto, num.*125. *Amplia in omni alio successore ex quocumque titulo, num.*126. *Limita in pœnitentia, quæ per alium explicari non potest, num.*127. *Limita secundo, quando pœnitens obiit ante iniunctam pœnitentiam, num.*128. *Licet alij contra, num.*129. *Limita in ieiuniis, vigiliis, & orationibus, nu.*130. *Contra, num.*131.

*Pœnitens, quando Ecclesiæ reconciliatur, absoluitur sub conditione, dummodo ex corde ad fidem redierit, & iniunctam pœnitentiam seruauerit, num.*132. *&* 133.

*Fugiens ex carcere pœnitenti assignato pro pœnitentia, punitur vt relapsus, num.*134. *Contra, num.*135. *Distingue, vt num.*136.

*Fugiens ex carcere, in quo detinebatur ad custodiam, pendente processu super crimine hæresis, habetur pro conuicto, & vt hæreticus condemnatur, nu.*137. *Contra, num.*138. *vbi etiam, quid, si non aufugit.*

*Occidens seipsum, dum in carcere tenetur pro crimine hæresis, pro hæretico reputatur, nu.*139.

*Pœnitentiam non adimplens relapsus reputatur, & vt relapsus punitur, nu.*140. *Contra, num.*141. *&* 142. *vbi ampliatur hæc contraria opinio, etiam quod pœnitens medio iuramento promiserit adimplere pœnitentiam, in hac contrarietate distingue, vt nu.*143. *& nu.*144. *& seqq.*

*Pœnitentiam non adimplens ex aliquo iusto impedimento, excusatur, nu.*148.

QVÆST. CXCIII. §. VII.

REGVLA † sit, quod pœnitēs, & Ecclesiæ reconciliatus, iniuncta sibi pœnitentia, si pœnitentiam nō adimpleat, potest inquiri & puniri ab Inquisitoribus, sicut in specie firmauit Eymeric. *in Director. inquisitorum, part.*3. *quæstion.*47. & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Comment.*146. *versic. Et quantum ad primam, fol. mihi* 643. *col.*1. vbi etiam disputat de ratione huius conclusionis, quam dicit verissimā, Simanch. *Catholicarum institutionum tit.*48. *rubr. de pertinacibus, num.*29. *&* 30. reprobatis Decio & Probo *in locis ibi per eum relatis, & in Enchiridion* 123

viola-

violatæ Religionis, tit. 61. rubr. de impœnitentibus, nu. 7. Campeg. in additionibus ad Zanchinum, in tractat. de hæreticis, capit. 20. litera G. in verbo, Pœnas, Decian. in tractat. criminal. libr. 5. cap. 39. nu. 8. in fine, vbi & ipse ponit rationem, Pacian. consil. 19. num. 27. vbi propterea reprobat Calderin. & Dec. contrarium consulentes, in locis ibi per eum relatis.

Quamuis contrarium voluerit Decian. in tractat. crimin. libr. 5. cap. 54. num. 40. qui tamen loquitur, quando quis non adimplet pœnitentiam ob fragilitatem carnis, secus, si ob malitiam, vt puta putans se non teneri, opinans verum credidisse, vel quod Inquisitores eam non habuerint potestatem iniungendi pœnitentiam, & sic concludit, quod data malitia non adimplentis possit Inquisitor procedere, secus non data malitia, & ita etiam distinguit in cap. 55. num. 11. & cap. 56. nu. 5. versic. Præterea aliter respondere.

Verum, an quis pœnitentiam non adimpleuerit ex malitia, vel ex fragilitate carnis, non nisi Inquisitores cognoscere possunt. Ideo simpliciter dicas, contra non adimplentes pœnitentiam Inquisitores procedere posse, & ipsi, an non adimplentem punire debeant tanquã hæreticum, arbitrabuntur ex qualitate malitiæ existentis, vel deficientis; Et hanc credo veritatem.

124 AMPLIA I. Propositam † regulam, quia quando hæreticus Ecclesiæ reconciliatur sub pœna pecuniaria de parendo mandatis, potest Inquisitor ab ipso petere cautionem, seu fideiussionem de parendo sub pœna, & si non paruerit, pœnam à fideiussore exigere, vt per Ioan. Calderin. in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis contumacibus, ante num. 1. & in rub. de hæreticis redeuntibus & conuersis, nu. 4. versic. Circa vero redeuntes, & in rubr. de hæredibus hæreticorum, nu. 2. in fine, & in rub. de pœnis receptatorum, &c. num. 5. ante medium, & in rubr. de materia processuum inquisquisitionis, nu. 4. ad medium, & nu. 7. versic. Circa vero redeuntes, & in Repertor. Inquisitorum in verbo, Cautio, versic. Secundo, & in verbo, Misericordia, versic. Ego tamen, ad finem, ibi, Insuper Inquisitor poterit exigere cautionem, Zanchin. in tractat. de hæreticis, cap. 16. nu. 9. versic. Poterit insuper Episcopus, Hippolyt. Riminald. consil. 395. n. 63. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 54. nu. 41. & extat Constitutio Innocentii IV. incip. Cum venerabilis, edita de anno 1253. & relata per Frãciscum Pegnam inter literas Apostolicas, in Director. Inquisitorum, fol. mihi 15. & alia Alexandri IV. edita de anno 1258. incip. Super extirpatione, relata vt supr. folio mihi 33. vbi loquitur de fideiussione præstanda, etiam de non redeundo ad vomitum.

125 AMPLIA II. Quia † hæredes hæretici pœnitentis compelli possunt de bonis temporalibus defuncti, ad satisfaciendum pœnitentiæ non adimpletæ per dictum defunctum, qui fuit in mora in adimplendo dictam pœnitentiam, vel pro ea adimplenda bona sua obligauerit, prout extat Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1258. incip. Quod super, versic. Quidam insuper, relata per Franciscum Pegnam inter liter. Apostolicas, in Directorio inquisitorum, folio mihi 30. Ioan. Calderin. in tract. de hæreticis, rub. de hæredibus hæreticorum, nu. 1. in fine, & in rubr. de pœnis receptatorum, nu. 5. & in rubr. de exequutione sententiæ, nu. 4. & nu. 5. in cap. Accusatus, §. si vero, de hæreticis, in 6. qui tamen loquitur non in hæretico, sed in receptatore, defensore, seu fautore hæreticorum defuncto, qui sub obligatione suorum bonorum pœnitẽtiam recipere, & adimplere se obligauit, & ibi hoc adnotarunt Glossa in verbo, Ad salutem, vbi ponit exemplum, quando pœnitentia erat ædificandi Ecclesiam, Hospitale, vel alium pium locum, vel faciendi simile opus pium, & in verbo, Hæredes, concordantia iura allegat, & in §. Porro, in figuratione casus, in princ. vsque ad versic. Idem si quis, Ioan. Monach. nu. 8. in verbo, Decessit, & post num. 10. in verbo, Ad salutem, Archidiacon. nu. 6. post medium, in verbo, Bonis, & in verbo, Hæredes, Geminian. in summario, & num. 3. versic. Nota, quod hæres, & Franch. etiam in summario, & num. 1. in primo notabil. summa Rosella in verbo, Hæreticus, num. 37. summa Syluestrina in eodem verbo, Hæreticus, §. 2. num. 16. versic. Secundum, &c. Vmbert. Locat. in iudiciali inquisitorum, in verbo, Filij, num. 8. vbi ponit exemplum in pœnitentia fabricandi Ecclesiam, dotandi virgines, & similia, quæ etiam per alium adimpleri possunt, licet cum sumptu, ad quam hæredes hæretici defuncti adimplendam cogi possunt, & in verbo, Obligatio, num. 2. Repertor. inquisitorum in verbo, Filij, versic. Nunc subsequenter videndum est, vbi ponit exemplum in pœnitentia fabricandi Ecclesiam, dotandi virgines, subueniendi alicui hospitali, restituendi vsuras, soluendi pœnam pecuniariam, & his similia, & in verbo, Obligatio, versicul. Quod si quis sub obligatione bonorum, & in verbo, Pœnitentia, versic. Quod autem si ille, Simanch. Catholicarum institutionum tit. 34. rub. de Inquisitoribus Apostolicis, num. 31. Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 28. nu. 6. Eymeric. in Director. Inquisitorum, parte 3. quæst. 120. in princip. & num. 3. & ibi Franciscus Pegna in additionibus, Commentar. 169. versic. Tertiam assertionem, & sequ. folio mihi 735. colum. 1. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 39. num. 2. & cap. 45. nu. 13.

AMPLIA † rursus hanc secundam ampliationem, vt non solũ hæredes, sed omnes alii successores ex quocumque titulo in bonis pœnitentis defuncti, teneantur ex dictis bonis adimplere pœnitentiam, quam defunctus non adimpleuit, secundum Gloss. in cap. Accusatus, §. si vero, in verbo, Onere, & in verbo, Geminian. num. 4. versic. Nota, quod onus, de hæreticis, in 6. Alia Glossa in eodem capit. Accusatus, §. Porro, in figuratione casus, versic. Nota, ibi, Si vero, Ioan. Calderin. in tract. de hæreticis, rubr. de hæredibus hæreticorum, post nu. 2. Repertor. Inquisitorum in verbo, Obligatio, versic. Quid si quis sub obligatione bonorum, & in verbo, Pœnitentia, versic. Quis autem si ille, Franciscus Pegna in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 120. Comm. 169. versic. Hoc amplius, fol. mihi 735. col. 2. 126

LIMITA I. Hanc † secundam ampliationẽ, vt procedat, prout in ea allegati Doctores loquuntur, quando pœnitentia est talis, quæ per alium explicari potest, secus, si per alium explicari non possit, prout est, audiendi Theologiam, & similia, quã defuncti hæres adimplere non tenetur, secundum Gloss. in cap. Accusatus, §. Si vero, in verbo, Temporalib. in fin. & ibi etiam Ioan. Monach. nu. 10. de hæreticis, in 6. Vmbert. Locat. in iudicial. inquisitorum, in verbo, Filij, num. 8. versic. At vbi tales pœnitentiæ, vbi generaliter loquitur in omnibus pœnitentiis merè personalibus, prout est audire tot Missas, vel prædicationes, vel abiurare, & similia, Repertor. Inquisitorum in verbo, Filij, vers. Nunc subsequenter videndum est, Zanchin. vbi supra, cap. 28. nu. 7. Eymeric. in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 120. nu. 2. vbi generaliter de pœnitentia cõcernente personam pœnitentis, & ibi Franciscus Pegna in additionibus, Commentar. 169. versic. De secunda assertione, fol. mihi 935. col. 1. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 45. num. 13. versic. Secus, si essent merè personales. 127

LIMITA II. Eandem † secundam ampliationem procedere, quando pœnitens obiit post iniunctam pœnitentiam, secus si ante, text. est in cap. Accusatus, §. Porro, in fin. de hæreticis, in 6. in illis verbis: Et antequam ei pœnitentia iniungeretur, decesserit, eius hæredibus non est satisfactio pro extincto iam crimine iniungenda, & ibi hoc adnotarunt Ioan. Monach. post nu. 9. & nu. 12. in verbo, Crimine, Archid. nu. 6. ante finem, in verbo, Porro, & num. 7. in verbo, Crimine, & in verbo, Iniungenda, num. 8. Ioan. Andr. num. 4. ante finem, & nu. 6. Geminian. in summario, & nu. 4. in secunda oppositione, & dict. nu. 4. in fine, & nu. 6. versic. Quare non imponitur pœnitentia, & Franch. nu. 1. in 2. notab. & voluit Glos. in dicto cap. Accusatus, §. In eo vero casu, in verbo, Extincto. Et expresse cauetur in dicta Constitutione Alexandri IV. 128

versic. Sunt & alij, relatę per Pegnam *vbi supra*, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rub. de hæredibus hæreticorum, nu. 1. vsq; ad versic. Sed in Concilio, & in rub. de pœnis receptatorum, nu. 3. versic. Porro, si propter*, summa Rosella *in verbo, Hæreticus, nu. 37. in fine*, Vmbert. Locat. *in iudiciali Inquisitorum, in verbo, Obligatio, nu. 2.* Repertor. inquisitorum *in eodem verbo, Obligatio, versic. Quid si quis sub obligatione bonorum, & in verbo, Pœnitentia, vers. Quid autem si ille*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 34. rubr. de inquisitoribus Apostolicis, nu. 31.* Eymeric. *in Directorio inquisitorū part. 3. qu. 120. nu. 1. vers. Porro, si propter*, & ibi Franc. Pegna *in addit. Comment. 169. vers. Quod si lite pendente, folio mihi 735. col. 1.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 39. nu. 2. in fine, & nu. 7.*

129 Quāuis † contrarium, quod etiam reconciliato mortuo non accepta sententia ab eius hæredibus sit exigenda congrua satisfactio, colligatur ex traditis per Ioan. Calderin. *in tractat. de hæreticis, rubr. de hæredibus hæreticorum, nu. 1. in fine, vers. Sed in Concilio secundo.*

130 LIMITA III. Dictam † secundam ampliationem non procedere, quando pœnitentia defuncto iniuncta consistit in ieiuniis, vigiliis, orationibus, vel similibus; Tunc enim, licet ieiunia possint per cognatos impleri, defuncti tamen hæres nō tenetur, nec cogi potest, pœnitentiam hanc adimplere, secundum Gloss. *in cap. Accusatus, §. si vero, in verbo, Temporalibus, & ibi in additione, de hæreticis, in 6.* Ioan. Monach. *post nu. 10.* Ioan. Andr. *nu. 10. post medium, versic. In Glossa hoc dicitur*, Geminian. *num. 6. vers. Glossa, in verbo, Temporalibus*, vbi idem in pœnitentia peregrinationis, & Franch. *num. 2. vers. In Glossa, in verbo, Temporalibus, & n. 3.* vbi idem etiam de pœnitentia peregrinationis, & generaliter de omni pœnitentia spirituali, Eymeric. *in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 120. n. 2.* & ibi Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 169. versic. De secunda assertione, fol. mihi 735. col. 1.*

131 Cuius † contrarium voluisse videtur Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Filij, nu. 8. versic. Et idem dicunt quidam*, Repertor. inquisitorum *in verbo, Filij, versic. Nunc subsequenter videndum est*, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 28. nu. 6. in fine.*

132 AMPLIA III. Et † principaliter propositam regulam, vt propterea, quando pœnitens Ecclesiæ reconciliatur, absolui debeat sub conditione, dummodo ex corde ad fidem redierit, & iniunctam seruauerit pœnitentiam, & sic non seruata conditione non censetur absolutus, vt per Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de sentent. inquisitor. nu. 2.* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Absolutio, versic. Sed non remanet absolutus, & in verbo, Pœnitentia, versic. Sed breuiter*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum in verbo, Sententia, nu. 21.* vbi, quod ita vsus obseruat, Afflict. *in Constitution. Regni, de hæreticis & Patarenis, rubr. 1. sub num. 35.* Campeg. *in additionibus ad Zanchinum, in tract. de hæreticis, cap. 41. litera A. versic. Nec mirentur*, Squillacent. *in tract. de hæreticis, quæst. 20. nu. 9. ad finem, versic. Nec mireris quis*, Bursat. *consil. 7. num. 11. & 12. libr. 1.* Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, libr. 3. quæst. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei, nu. 32.* Pacian. *consil. 19. nu. 21. & sequ.* vbi propterea infert, quod non adimpleta pœnitentia quis non dicitur absolutus.

133 Contrarium, † quod pœnitentes reconciliandi non debent absolui sub conditione prædicta, voluit summa Syluestrina *in verbo, Hæreticus, §. 2. num. 11. versic. Quintum Iudex*, Decian. *in tractat. crimin. libr. 5. cap. 28. num. 15. in fine, versic. Sed aduertendum*, vbi subdit, quod licet hæc absolutio non possit fieri sub conditione, statuto tamen quod absolutus non seruat mandata, reincidit in primum statum, & quod isto dicto etiam, quod in abiuratione pœnitentis apponatur talis clausula, non per hoc non adimplens pœnitentiam habeatur pro relapso, voluit Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum parte 3. quæst. 97. nu. 146. versic. Sed oc-*

casione prædictorum, folio mihi 645. colum. 2. & fol. 646. col. 1. versic. Et quamuis, secundum vltimam impressionem. Et faciunt pro hac contraria sententia, quæ dixi *infra, num. tecteria iurantis, & promittentis adimplere pœnitentiam, & eam non adimplentis, hac eadem quæst. nu. 142.*

AMPLIA IV. In † fugiente ex carcere pœnitenti 134
assignato pro pœnitentia, pœnitens enim hæreticus, qui ad perpetuos carceres ad agendum pœnitentiam damnatus est, si inde sine iusta excusatione aufugiat, condemnatur, cum ex tali fuga reputetur ficte conuersus, simulate confessus, aut erroris pristini recidiuus ex allegatis per Ioan. de Anania *in cap. Excommunicamus, il secundo, num. 3. in fine, versic. Ex hoc infert*, & ibi etiam Felyn. *post versic. Circa secundum, extra, de hæreticis*, Archidiacon. *in cap. Vt commissi, nu. 3. col. 3. ante finem, versic. Et si tales sponte ex carcere exiuerint, de hæreticis, in 6.* & ibi etiam Ioan. Andr. *col. 2. post medium, versic. Sed si tales*, & Geminian. *in verbo, Nec non, nu. 3. in fine, versic. Ex hoc infert*, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis contumacibus, num. 1. & 2.* vbi pluribus hanc probat sententiam, Ioan. à Rojas *singular. 23. nu. 8.* allegat Simanch. *Catholicarum institutionum cap. 57. num. mihi 8.* vbi tamen dixit, quod isto casu fuga non facit fugientem relapsum, sed impœnitentem, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Carceres, num. 16. ad finem, versic. Carceres autem frangens, & in verbo, Hæreticus, num. 43.* vbi videtur hoc ampliare, etiam quod iniuncta pœnitentia non sit contra hæresi abiuratæ, *& in verbo, Inquisitor, nu. 32. in fine, & in verbo, Sententia, numer. 18. in fine, versic. Et si tales sponte carcerem exiuerint, & in verbo, Suspicio, nu. 29.* vbi, quod isto casu fuga ex carcere facit violentam præsumptionem, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Carcer, versic. Sed de eo vero, & seqq.* vbi pluribus hanc probat conclusionem, proponit contraria, & illis respondet, & *in verbo, Conuersio, versic. Item si ficta conuersio, & in verbo, Sententia, versic. Possunt igitur*, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 10. nu. 4. versic. De eo vero, & nu. 5.* & ibi Campeg. *in additionibus, litera G. in verbo, Detrusus*, Nicol. Arelatan. *notab. 6.* Bursat. *consil. 7. num. 37. libr. 1.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 56. nu. 4.* vbi hanc sequitur sententiam, & de communi testatur Thom. Triuisan. *decis. 36. nu. 4. lib. 2.* Pacian. *consil. 19. nu. 21. & seqq. pluribus, vide supra, quæst. 30. nu. 119.*

Cuius † contrarium, quod scilicet fugiens ex carce- 135
re pro pœnitentia assignato nō reputandus sit relapsus, nec propterea curiæ seculari tradendus, sed vt impœnitens, si eum pœnituerit, recipiendus sit aliqua alia iniuncta pœnitentia, videtur voluisse Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, parte 2. assert. 41. nu. 333. in princ. iuncto vers. Tertio fuit illius assertio, & versic. Illam tamen opinionem, nu. 334.* vbi videtur eam reddere rationem, quia scilicet fuga ex carceribus facit iuris præsumptione, vel fictione, fugientem relapsum; Quæ præsumptio vel fictio non est sufficiens ad imponendam delicti pœnam ordinariam, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Abiurare, num. 6. in fine*, vbi propterea dixit, isto casu posse imponi pœnam pecuniariam, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Sententia, versic. Superius dictum fuit*, vbi propterea dicit, quod Inquisitores possunt huic fugienti imponere aliquam pœnam salutarem, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 16. rub. de custodia reorum, num. 24. & 25.* vbi dixit, contrariam opinionem esse crudelem & falsam, nulloque iure aut vrgenti ratione probatam, cum sic ex carcere fugiens non relapsus, sed impœnitens existimari debeat, & tanquam impœnitens condemnari potest, quamdiu in fuga persisterit, & iniunctæ pœnitentiæ non satisfecerit: Si vero redierit, vel captus fuerit, paratusque sit Ecclesiæ satisfacere maiori pœnitentia sibi iniuncta propter fugam, Ecclesiæ gremio benigne excipiendus est, & *in Enchiridion violatæ Religionis, tit. 57. in carcere perpetuo, num. 4. & 5. & in adnotationibus ad*

Zanchi-

Zanch. c. 9. vbi reprobat Zanchinum, & Campeggium in locis præallegatis contrarium tenentes, Hippol. Rimin. *consf. 150. per totum*, vbi ponit casum in Muliere, cui post abiurationem fuit sibi assignata domus pro carcere, pluribus hanc probat sententiam, & ita alias iudicatum fuisse testatur, & contrariis respondet Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Director. inquisitorum par. 3. qu. 97. comment. 146. vers. Sed altera quæstio, & seqq. fol. mihi 644. col. 2.* secundum vltimam impressionem, vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus, hanc vti veriorem, & benigniorem sententiam amplectitur, Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi cap. 11. nu. 18. vers. Secundo loco*, Pacian. *cons. 19. num. 64. & seqq.* & hæc contraria sententia seruatur in supremo vrbis totiusque Christianæ Reipublicæ Sanctæ, & Generalis Inquisitionis tribunali; vide supra dicta *quæst. 30. nu. 196.*

136 In † hac contrarietate vide omnino Hippolyt. Riminald. *cons. 150. num. 25. & seqq. lib. 2.* vbi videtur distinguere, an ex carcere assignato pro pœnitentia fugiens, se præsentet, seque constituat coram Inquisitore, offerens se illi pariturum, aut vero arrepta fuga se occultat; Primo casu non intret pœna relapsi: secundo autem casu sic fugiens possit excommunicari, & anathematizari, & demum cum Ecclesia non habeat quod vltra faciat comprimi per iudicem secularem, vt debitam pro delicto pœnam imponat, vt ibi per eum, Vel clarius dicas, si fugiens ex carcere sibi pro pœnitentia assignato captus sit, & multo magis si se sponte præsentauit, & pœnitens fugæ quam fecit, misericordiam petat, & offerat de nouo se pariturum, & tunc non intrat pœna relapsi iuxta secundam opinionem; si vero sic fugiens se occultat, non permittens se capi, nec se constituens sponte, & tunc contra ipsum proceditur sicut contra contumacem; Ex eius enim fuga non modicum impœnitentiæ signum oritur, & tanquam contumax condemnabitur, iuxta formam, de qua supra *quæst. 185. nu. 95.* Menoch. *cons. 82. nu. 127. & num. 132. lib. primo*, vbi & ipse hanc distinctionem tenere videtur; Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Director. inquisitorum par. 3. qu. 97. commentar. 146. vers. Itaque quandiu fol. mihi 644. colum. 2. in fine secundum vltimam impressionem*, vbi magistraliter dixit, quod fugiens ex carcere sibi assignato pro pœnitentia quamdiu est in fuga, condemnari potest tanquam impœnitens; si vero sponte redit, vel captus fuerit, & paratus sit Ecclesiæ satisfacere, adhuc recipiendus erit iniuncta sibi maiori pœna propter fugam, Decian. *in tractat. criminal. lib. 5. cap. 59. nu. vers. Fatedr tamen*, qui tamen loquitur solum, quando fugiens ex carcere citatus sponte comparuit.

137 AMPLIA I. præcedentem IV. Ampliationem, † quia fugiens ex carcere non sibi dato ad pœnitentiam, sed ad custodiam pendente processu, vel si fugere, aut carceres frangere tentauerit, habetur pro conuicto, & vt hæreticus damnari potest, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo Carcer, num. 16. vers. Ex carceribus fugiens, & seqq.* vbi tamen secus dicit, si aufugerit ex carcere ostio aperto; tunc enim non habetur pro conuicto, sed excommunicatur, si in termino sibi assignato ad carceres non redierit, & si per annum excommunicationem substinuerit, tanquam hæreticus punitur, vt ibi per eum; Repertor. Inquisitorum *in verbo Carcer, vers. Sed posito casu*, & ibi Quintilian. Mandol. *in additionibus litera K.* vbi idem dicit Zanchin. *in tract. de hæreticis cap. 10. nu. 4.* & ibi Campegg. *in additionibus litera F. in verbo Fugit carcerem*, vbi pluribus hanc probat sententiam. Vide quæ dixi supra *quæst. 30. nu. 195. & seqq.*

138 Vide † tamen in hoc Simanch. *Catholic. institut. tit. 15. rubr. de Custodia reorum num. 21.* vbi dixit moribus receptum esse, quod si Inquisitus hæreticus ex carcere aufugiat, aut aufugere tentauerit, si honestior sit diligentius custodiatur, si vilior, fustibus cædatur, causa iterum tractetur, nec propterea pro confesso habeatur, quod si comprehendi non possit, tunc procedatur contra eum tanquam contra confessum, & impœnitentem, si in comparendo contumax fuerit, & *in Enchiridion Viol. Religion. tit. 26. rubr. de custodia reorum num. 5.* vbi idem repetijt, *& in additionibus ad Zanchin. cap. 8.* vbi reprobat Zanchinum, & Campeggium *in locis præallegatis* contrarium tenentes; Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par. secunda num. 185. & seqq. assertion. 15.* Ludouic. à Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis lib. 3. quæst. 4. rubr. de forma, & ordine iudiciario Sancti Officij num. 72. & seqq.* vbi pariter dixit, quod si ex carceribus aufugiens si honestior persona sit, vt si nobilis, Doctor, Religiosus, aut alias honorabilis Ciuis, arctius custoditur, & durius punitur, si vero fuerit vilis, publice verberibus flagelletur, & causa hæresis in suo statu permanens tractabitur, non tamen propterea de hæresi conuictus habebitur, vide supra dicta *quæst. 30. nu. 195. & seqq.*

Et rursus vide Bullam Pij V. *si de protegendis &c. in vers. Quive carcerem &c.* vbi frangenti carcerem, seu custodiam publicam, aut priuatam, læsæ Maiestatis criminis pœnam imponit, & licet loqui videatur non in carcerato frangente carceres, sed in alio extraneo, qui fracto carcere inde vinctum extraxerit, seu emiserit, non tamen puto absurdum esse dicere, vt eandem pœnam incurrat etiam idem carceratus, quando non solum ipse fugit ex fracto per eum carcere, sed etiam quando cum eo aufugerint alij carcerati, cum quibus de frangendo carcerem conspirauerit, & conspirationis fuerit auctor, tunc enim verificari videntur verba Bullæ, quod scilicet ipse idem alios carceratos ex carcere extraxerit, & emiserit.

AMPLIA II. eandem IV. Ampliationem † in eo, 139
qui in carcere pro hæresi detentus se ipsum occiderit; Eius enim Imago tanquam Impœnitentis comburenda est etiam si confessus postea se pœnitere affirmauerit, iuxta Tex. *in cap. Iudas & cap. Nihil, de pœnitentia, distinction. 3.* Ioan. à Rojas (qui pro hac conclusione plures alios adducit concordantes) *in tractat. de hæreticis par. secunda num. 183. & seq. assert. 14.*

AMPLIA V. † & principaliter propositam regulam, 140
vt hæreticus post abiuratam hæresim non implens pœnitentiam sibi iniunctam habeatur pro relapso, sic enim voluit Ioan. de Imola *in Clementin. ad nostram*, per illum textum *nu. 23. de hæreticis*, Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis rub. de hæreticis contumacibus n. 1. & 2.* vbi pluribus hanc probat conclusionem, Repertor. Inquisito. *in verbo Recusans, vers. Secundo, & tertio*, vbi quod recusans adimplere restitutionem pœnitentiæ sibi iniunctæ, punitur tanquam deficiens in purgatione, & contra eum Inquisitor procedere potest, & hanc opinionem reprobato Butrio *in cap. cum non ab homine de iudic. post Frederic. de Senis*, Ioan. Calderin. & Geminian. *in locis per eum relatis* dixit Communem, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo Abiurare, num. 5. & in verbo Inquisitor num. 33. versiculo. Etsi post abiurationem, & in verbo Pœnitentia, numer. 1.* Repertor. Inquisitorum, *in verbo Carcer, versic. Et si quis*, vbi quod si reconciliatus iniunctas sibi pœnitentias violauit habetur pro impœnitente, & contra ipsum tanquam impœnitentem procedi potest, *& in verbo Conuersio, vers. Item ficte conuersus, & vers. seq. & in verbo Deficiens; vers. Nota quod qui recusat*, vbi testatur ita seruatum fuisse in Episcopatu Cathaniensi in quadam muliere nomine Leonoræ, quæ cum recusaret adimplere pœnitentiam sibi per Inquisitores iniunctam, fuit brachio seculari relaxata ipso existente causæ Notario. Zanchin. *in tract. de hæreticis cap. 10. numer. 4.* & ibi Campegg. *in additionibus litera C, in verbo Detrusus vers. Rursus adde*; idem Zanchin. *in eodem tract. de hæreticis c. 16.*

nu.9.verſ. Et ſi ipſe in hac purgatione deficeret, & cap.20.nu.6. Nicol. Arelatan. *notab.30.* Boſſ. *in tit. de hæreticis num.24.* vbi dixit ita ſeruari ex auditu ab Inquiſitore ciuitatis Mediolani, Ioan. à Rojas *ſingular.172.numer.3.* relati per Hippolyt. Riminald. *conſ.150.num.1.& ſeqq.lib.2.* & per Menoch. *conſ.82.nu.102.& ſeqq.lib.1.* Burſat. *conſ.7.nu.3. in fine & nu.4.& num.33.* Eymeric. *in Direct. inquiſit. par.3. quæſt.97. ad finem.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.39. nu.8.* Læl. Zecch. *in ſumma par.1. tit. de fide rub. de hæreſi nu.18. verſ. Secundo loco,* Thom. Triuiſ. *deciſ.36.n.1.lib.2.* Pacian. *conſ.19.numer.21.& pluribus ſeqq.* vbi præſertim loquitur, quando abſolutio fuit data cum conditione, ſi mandata ſeruauerit, iuxta ea quæ dixi ſupra *hac eadem qu.n.132.*

141 Contrarium, † quod non adimplens pœnitentiam non dicatur in hæreſim relapſus, nec hæreticus, etſi grauiter peccet, pluribus probat Prob. *in additionibus ad Ioan. Monach. in cap. Præſidentes num.1.& omnibus ſeqq.* Et videtur tex. *in c. Accuſatus. §. De quæſtionib. eodem tit. de hæret. in 6.* vbi probatur, Inquiſitores non poſſe in cauſa vſurarum ſe intromittere, etiam quod hæretico pœnitenti fuerit iniunctum pro pœnitentia, vt vſuras reſtitueret, & non reſtituit. Dec. *conſ.137.col.3.verſ. Et ad hoc ſpecialiter facit n.40.* vbi propterea quod Inquiſitores non poſſunt procedere contra non adimplentem pœnitentiam (ſupple tanquam hæreticum) poſt Ioan. Calderin. quem allegat *conſ.2.tit. de hæret.* vbi plene diſputat, an non adimplens pœnitens dicatur hæreticus, & concludit quod non, & etiam concludit quod non dicatur relapſus, ſed bene reputetur impœnitens, & conſequenter data pœnitentia recipiatur; Simanch. *Cathol. inſtitut. tit.47. rubr. de pœnitentibus & conuerſis, numer.77.& tit.48. rubric. de pertinacibus num.29.* vbi quod non adimplentes pœnitentiam puniuntur vt impœnitentes & ficte conuerſi (& ſic non dicit quod puniantur, vt relapſi) & *in Enchiridion Violat. Religion. tit.61. rubr. de impœnitentibus nu.6.& ſeqq.* Clar. *in pract. §. hæreſis nu.10.* vbi relatis contrarium tenentibus hanc ſententiam vt mitiorem in iudicio tenendam affirmat, & Hieron. Giaccar. *in additionibus litera S,* addo pro hac eadem opinione relatos per Hyppolit. Riminald. *conſ.150.nu.8.& ſeqq.lib.2.* Menoch. *conſ.82.num.107.& ſeqq. pluribus lib.1.* vbi reſpondet contrariis; Pegna *in addit. ad Eymer. in Director. inq. par.3. qu.97. Comment.146. verſ. Sed veniamus iam ad tertiam difficultatem, & ſeqq. fol. mihi 645. col. prima ſecundum vltimam impreſſionem.* vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus hanc amplectitur ſententiam, concluditque, eum qui pœnitentiam non adimpleuit, non tanquam relapſum, ſed tanquam impœnitentem condemnandum eſſe, & quod propterea ſi reſipiſcat, recipiendus eſt iniuncta maiori pœnitentia; Decian. *in tractat. crimin. lib.5. cap.54. nu.40.& cap.55. nu.11.& cap.56. nu.5.* vbi relatis contrarium tenentibus hanc ſententiam veriorem ſibi videri affirmat.

142 Et † hæc contraria opinio procedit etiam, quod pœnitens promiſerit medio iuramento iniunctam pœnitentiam ſeruare ſub pœna relapſi, vt per Hippolyt. Riminald. *conſ.150.nu.6.& 7. iuncto nu.35.& ſeq. lib.2.* Menoch. *conſ.82.nu.113.& ſeqq. pluribus lib.1.* vbi late defendit hanc ſententiam. Nec diſſentit Franciſc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquiſitorum par.3. q.97. Comment.146. verſ. Sed occaſione prædictorum fol. mihi 645. col.2. in fine ſecundum vltimam impreſſionem,* quamuis Burſat. *in conſ.7. num.3. in fine,* qui tamen loquitur in eo, qui promiſit adimplere pœnitentiam directam contra hæreſim, contrarium affirmare videatur.

143 In † hac contrarietate diſtinguendum videtur ſecundum Decian. *in tract. crim. lib.5. c.54. nu.40.& cap.55. nu.11.& cap.56. nu.5. verſ. Præterea aliter reſpondeo,* an ſcilicet quis pœnitentiam non adimpleat ex fragilitate carnis, an vero ob malitiam putans ſe non teneri pœnitentiam facere, vel quia credidit non erraſſe in fide, vel quia putauit, Inquiſitores non habere poteſtatem pœnitentiam iniungendi; primo caſu non adimplens non eſt hæreticus, nec pertinax, nec relapſus, ſecundo autem caſu, & hæreticus, & pertinax, & relapſus reputetur, vt ibi per eum.

Et † rurſus in eadem contrarietate dicere potes, 144
quod ſi non adimplens pœnitentiam alia commiſerit delicta hæreſim ſapientia, tunc videtur eum poſſe condemnari tanquam hæreticum relapſum, vt per Clar. *in pract. crim. §. hæreſis num.10.* vbi propterea dixit, non adimplentem pœnitentiam non poſſe vt relapſum condemnari, niſi concurrerent aliquæ aliæ coniecturæ, per quas etiam appareret, eum qui pœnitentiam non adimpleuit non bene ſentire de fide, quem refert etiam, & ſequitur Hippolyt. Riminald. *conſ.150. num.8.& ſeq. lib.2.* qua in re vide omnino Pegnam *in addit. ad Eymer. in Director. inquiſitorum par.3. quæſt.97. Commentar.146. verſ. Atque hanc ſententiam fol. mihi 644. col.2. in fine, & fol.645. col.2. verſ. Quod ſi non modo omittendo, & ſeqq. ſecundum vltimam impreſſionem,* vbi declarat præmiſſa, dummodo quæ per non adimplentem pœnitentem pœnitentiam committuntur, ſint talia, quæ de iure faciant quem reputari relapſum, prout eſt recipere hæreticos, viſitare, aſſociare, & ſimilia, de quibus infra dicam, ſecus ſi commiſſa per non adimplentem pœnitentiam ſint talia, quæ de iure faciant committentem in relapſum incidere, vt ibi per eum, qui bene hanc declarationem exemplificat, & tutionem affirmat, & quod propterea iſto ſecundo caſu, licet vt relapſus puniri non poſſit, torquendus tamen eſt ſuper eius credulitate, & ſi illum in mente habere deprehendetur, poterit, vt relapſus, puniri, alias vt deficiens in pœnitentia puniendus eſt, & recipiendus, ſi velit congrue ſatisfacere iniuncta, & iniungenda mandata perficere.

Et † iterum in hac contrarietate reperio Ioan. Cald. 145
in tract. de hæret. rubr. de hæreticis relapſis nu.2. in fine, & nu.3. dicentem, quod eſt in arbitrio Inquiſitoris tradere, & non tradere iudici ſeculari hunc non adimplentem pœnitentiam in abiuratione ſeu purgatione ſibi iniunctam.

Et † demum in hac eadem contrarietate diſtinguo 146
pœnitentias: quædam enim ſunt pœnitentiæ, quæ de directo contra hæreſim tendunt, veluti ipſam deteſtari, contra ipſam prædicare, cum hæreticis non conuerſari, & ſimilia, aliæ ſunt pœnitentiæ, quæ non directe contra hæreſim tendunt, vt ieiunare, peregrinari, & ſimilia, primo caſu non adimplens pœnitentiam traditur curiæ ſeculari tanquam relapſus, ſecundo autem caſu non, ſecundum Vmbert. Locat. *in iudic. inq. in verbo, Abiurare nu.m.6.* vbi eam reddit rationem; quia tunc quis dicitur relapſus, quando fecit illud quod non eſt dubium feciſſe ex conſcientia, & loquela approbati à ſe erroris, & idem dixit *in verbo Pœnitentia, nu.1.* & ante eum ſimilis diſtinctio reperitur *in Repert. inquiſ. in eodem verbo Pœnitentia, verſ. Sed poſſit quæri, & verſ. ſeq.* & hanc diſtinctionem Communiter receptam non negat Simanch. *Cath. inſtit. tit.47. rubr. de pœnitentibus & conuerſis, num.77.* licet, vt mox eum referam, ipſe eam non amplectatur, & in Enchirid. *Viol. Relig. tit.61. rubr. de impœnitentibus n.9.* & ab hac diſtinctione recedere non videtur Zanch. *in tract. de hæreticis cap.16. poſt nu.9.* Squillacen. *in tract. de fide Catholic. cap.19. nu.2.& n.3.* Hyppol. Riminald. *conſ.150. nu.13.& ſequentib. lib. ſecundo,* vbi latiſſime hanc probat diſtinctionem, teſtaturque ita alias in contingenti caſu fuiſſe apud eum iudicatum; Menoch. *conſ.82. num.107.& ſeqq. pluribus lib.1.* Franciſc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquiſitor. par.4. quæſt.47. Comment.146. verſic. Sed Calderinus, & ſeqq. fol. mihi 645. col.1. ſecundum vltimam impreſſionem,* Didac. Cantera *in quæſt. crim. rubr.*

de ha-

de hæreticis &c. cap. 1. nu. 66. Thom. Triuisan. *decis. 36. nu. 2. lib. secundo.*

147 Contrarium, † quod vtroque casu non adimplens pœnitentiam, nec habeatur pro relapso, & quod propterea pœnitens recipi debeat iniuncta arbitrio iudicum denuo pœnitentia pro criminis qualitate, voluit Simanch *Catholicar. institut. tit. 47. rubr. de pœnitentibus & conuersis, nu. 77.*

148 Limita † propositam regulam non procedere in eo, qui impeditus est adimplere pœnitentiam sibi iniunctam valetudine, temporis austeritate, aut aliqua alia iusta de causa, qui propterea excusabitur, nisi potuerit tollere impedimentum, & non abstulerit, ex allegatis in Repertor. Inquisitor. *in verbo Pœnitentia, vers. Si vero poterit;* Zanchin. *in tractat. de hæreticis cap. 20. nu. 6. versic. Sed quid si iste purgandus fuerit impeditus*, vbi tamen subdit, quod cessante impedimento, debet pœnitens iniunctam pœnitentiam adimplere; Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisit. par. 3. quæst. 97. Commentar. 146. vers. Et hæc intellige fol. mihi 645. colum. 2. in principio, vbi amplius dixit, quod legitime impeditus, nec etiam peccat;* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 39. nu. 8. vers. Quod intellige verum.*

ARGVMENTVM.

De abiuratione, & eius requisitis substantialibus.

SVMMARIA.

Abiurare proprie est rem aliquam cum iuramento negare, & detestari, Abiuratioque est solemnis hæresum detestatio cum assertione Catholica veritatis obligationeque iuramenti, & pœna firmata permanendi in fide Christiana, nu. 1.

Abiurantes debent damnare, & abiurare hæresim quam tenuerunt, debent etiam confiteri Catholicam fidem veram esse, & non solum damnare hæreses, & errores quos tenuerunt, sed etiam errorum authores, & authorum libros, num. 2.

Abiuratio debet fieri publice, & in loco publico, nu. 3.

Abiuratio debet fieri in die festo, nu. 4.

Abiuratio non fit in loco publico, quando hæresis non fuit publice commissa, nu. 5. Declara, vt nu. 6. & 7.

Abiuratio à sponte pœnitente, & se ipsum deferente secrete fieri debet, nu. 8.

Abiuratio potest etiam fieri secrete ex causa bene visa Episcopo, vel Inquisitori, num. 9.

Abiuratio de leui potest etiam fieri in loco secreto, nu. 10.

Abiuratio debet esse pura, perspicua, & simplex, non autem conditionalis, aut ambigua, nu. 11.

Abiuratio debet esse specialis in eaque nominare debent omnes hæreses quas quis tenuit, num. 12.

Abiurare quis tenetur non solum hæreses, quas quis tenuit, sed etiam generaliter omnes, & quascumque alias hæreses, nu. 13. Licet alij contra, nu. 14.

Abiuratio debet fieri per scripturam scriptam aut saltim subscriptam manu abiurantis, nu. 15.

Abiurationis præcipuum requisitum & substantiale est iuramentum quo promittitur à pœnitente tenere fidem Catholicam, hæresim iam tentam abiurando, & de forma huius iuramenti, num. 16.

Abiuratio debet fieri post sententiam condemnatoriam, nu. 17.

Abiuratio debet fieri vulgari sermone, nu. 18.

Abiuratio fieri debet cum vestitu duplici cruce signato, num. 19.

Abiurationis fieri debet publicum instrumentum, nu. 20.

Abiurationis generalis materia remissiue de pluribus requisitis in abiuratione facienda.

Abiurationis forma, nu. 23.

QVÆST. CXCIV. §. I.

1 Præmitto † in primis, quod abiurare est proprie *Rem aliquam cum iuramento negare.* Quicumque igitur id, quod prius affirmauit cum iuramento, & maxime in iudicio, reuocauerit, & cum iuramento negauerit, abiurasse dicitur; Vmbert. Locat *in iudicial. inquisitorum, in verbo Abiurare, nu. 1. in principio*, Petr. Vendramen. *in additionibus ad* Repert. Inquisit. *in verbo Abiuratio, litera C.* Simanch. *Catholicar. institut. tit. 1. rubr. de abiuratione num. 2.* vbi quod abiurare errores aliud non est, quam damnare, & detestari errores, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. inquisitorum par. 3. rub. de quarto modo terminandi processum &c. commentar. 40. vers. Est autem abiuratio fol. mihi 524. col. 1.* vbi dixit abiurationem esse *Solemnem hæresum detestationem cum assertione Catholica veritatis obligationeque, & pœna vallata permanendi in fide Christiana*, iuribus ibi per eum allegatis; Decian *in tract. crim. lib. 5. cap. 47. num. 1.* vbi bene declarat, quid sit abiurare in genere, pluresque iuris significationes affert, sed quod attinet ad rem nostram, dicit quod abiuratio hæresis est, *Quando quis pœnitet, & reuersus ad fidem sic iubente iudice errores hæreticos quos tenebat abiurat, id est iurando promittit se ad eos nunquam reuersurum;* Ioan. à Rojas *Singular. primo n. 3. & 4.* vbi quod abiurare aliud non est, quam iure iurando aliquid negare & quo ad diffinitionem abiurationis ponit eandem diffinitionem, quam post eum posuit Franc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. vbi supra in loco præallegato*, eiusdemque diffinitionis verba singula explicat & declarat, *num. 5. & seqq.* Adde ad hæc præmissa Ludou. à Paramo *de origin. Sanctæ Inquisitionis lib. 3. qu. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei nu. 10.*

Regula † sit, quod abiurantes antequam Ecclesiæ reconcilientur, non solum debent damnare, & abiurare hæresim, quam tenuerunt, sed etiam debent è contra confiteri Catholicam fidem veram esse, sic in Ephesina Synodo, & ex Epistola Leonis ad Africanos bene comprobat Simanch. *Cathol. institut. tit. 1. rubric. de abiuratione nu. 4. & nu. 7.* 4

Et † non solum debent damnare hæreses & errores quos tenuerunt, sed etiam eorum authores, & authorum libros, *cap. saluberrimum prima quæst. 7.* Simanch. *Catholicar. institut. tit. primo rubr. de abiuratione nu. 4. & nu. 6.* vbi hanc conclusionem ex Synodo Generali, ex diuo Augustino, & ex Epistola Leonis per eum relatis bene comprobat. 5

Amplia I. † propositam regulam, vt abiuratio debeat fieri publice, & in loco publico, Tex. *in c. ad abolendam, §. præterea, in fine, in verbo Publice, extra de hæreticis*, & ibi hoc adnotauit Glossa *in figuratione casus, versic. item ab errore reuersus;* Anton. de Butrio *num. 6. vers. Item & tertio requiritur*, Marian. Soccin. *nu. 8. vers. Et vltra hæc*, & Ioan. de Anania *num. 12. vers. Potest considerari*, & extat constitutio Martini V. edita de anno 1418. incip. *inter cunctas, versiculo. Alij vero.* relata per Francisc. Pegnam inter literas Apostolicas post Director. Inquisitorum fol. mihi 97. Vmbert. Locat *in iudicial. Inquisitorum in verbo Inquisitor nu. 31.* Repert. Inquisit. *in verbo Abiuratio, vers. Item talis abiuratio debet fieri publice, & in verbo Publice, & seqq.* vbi pluribus hanc probat conclusionem, & damnat contrariam consuetudinem; Simanch *Catholic. institutionum tit. primo rubr. de abiuratione nu. 23. & tit. 47 rubr. de pœnitentibus & conuersis, nu. 8. & nu. 74. & seq.* vbi ampliat etiam in Clericis & Sacerdotibus, *& nu. 76.* etiam in Episcopis & Cardinalibus, quando grauiora commiserunt, *& in Enchiridion Violat. Relig. tit. 33. rub. de abiuratione nu. 12.* Squillac. *in tract. de fid. Catholica cap. 29. nu. 2. in fine;* Eymer. *in Direct. inquis. par. 3. rub. de quarto modo terminandi processum fidei. &c. num. 126.* vbi ponit formam abiurationis publice faciendæ, quando abiurans est suspectus de leui, *& rub. de quinto modo terminandi processum &c. n. 167.* vbi ponit formam publicæ abiurationis, quando abiurans est suspectus de vehementi, *& rub. de sexto modo terminandi processum &c. nu. 175.* vbi ponit formam publicæ abiu- 6

abiurationis, quando abiurans est violenter suspectus de hæresi, & ibi Franc. Pegna *in add. ad Eym. in Direct. inq. Commen. 42. litera B, vers. Adueniente autem die fol. mihi 536. col. 2. num. 175.* vbi reddit rationem, quare abiurationes huiusmodi debeant publice fieri, respondetque quibusdam iniquis vulgarium hominum vocibus dicentium, non expedire hæreticorum delicta sic nominatim coram populo legi, cum multi inde occasionem arripiant similia perpetrandi, idem Eymeric. *in eodem Direct. inquisitorum vbi supra, rubric. de octauo modo terminandi processum fidei &c. nu. 186. & seq.* vbi ponit formulam abiurationis publice faciendæ ab eo, qui confessus, & sponte pœnitens abiurat. Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 47. num. 5.* vbi declarat, quando, & quomodo abiuratio dicatur publice facta; Ioan. à Rojas *singular. 1. nu. 6. & n. 17. vers. Alia erit etiam ratio*, vbi ponit rationem. Hyppolit. Riminald. *cons. 686. nu. 25. & seqq. lib. 6.* vbi pluribus probat abiurationem esse faciendam publice coram Inquisitore vel Episcopo, seu eius Vicario sedentibus in loco Maiorum, vbi talia fieri consueuerunt, non autem priuatim, & in secreto loco, & quod aliter facta abiuratio non valet: Menoch. *de arbitrar. quæstionib. lib. 2. cas. 372. num. 1. & seqq.* vbi respondet contrariis, loquitur tamen in hæretico manifesto, & qui publice hæresim professus multos scandalizauit. Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis lib. 5. sect. 12. vers. Et hæc abiuratio*, vbi, & ipse dixit abiurationem publice faciendam nisi ex magna causa contrarium suadeatur.

5 Amplia † Rursus eandem I. Ampliationem vt non solum abiuratio hæc facienda sit publice, sed etiam in diebus festiuis, in quibus expedit multitudinem populi congregari facilius, ad videndum reorum cruciatus, & pœnas, vt inde discant homines timere, & à malo committendo longe repellantur, vt bene apud ipsum in Hispania, prout etiam apud nos in vrbe seruatur, seruari affirmat, tam quoad degradationem, quam quoad traditionem curiæ seculari. Ignat. Lopez *in additionibus ad Diaz in pract. crimin. canonic. cap. 114. in verbo Hæretici, litera C, vers. Fuit aliquando conuersum.*

5 Limita I. Hanc I. † Ampliationem, quia abiuratio publice, vel priuate fieri debet, secundum quod crimen fuit publicum, vel priuatum, & secundum quod abiurare debet, & publice, vel secrete suspectus reputatur, secundum Henrich. Boich *in c. Excommunicamus il secondo n. 2. vers. Et hoc faciunt publice, extra de hæreticis*, Hostiens. *in summa rubric. de hæreticis §. qualiter deprehendatur num. 4. vers. Et abiuratione recepta*, Ioan. Calderin, *in tract. de hæreticis. rubr. de materia processuum Inquisitionis num. 6.* summa Syluestr. *in verbo Hæreticus, §. 1. nu. 19. vers. Et hoc publice, vel priuatim*, Tabien. *in summa, in eodem verbo Hæreticus, nu. 22.* Repertor. Inquisitorum *in verbo Abiuratio, versic. Item ista abiuratio, & in verbo Reconciliatio, versicul. Nota quod quis*, Afflict. *in Constit. Regni de hæreticis & pacterenis rubr. 1. nu. 30.* Simanch. *Catholicar. institut. tit. 13. rubr. de pœnitentibus & conuersis nu. 27. & 28.* Eymeric. *in Director. inquisit. par. 3. rubr. de quinto modo terminandi processum &c. nu. 166. versic. Et abiurauit publice vel secrete*, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 43. num. 14.* Menoch. *de arbitrar. quæstionib. lib. 2. cas. 372. num. 1. & seqq. iuncto num. 13.* vbi tamen subdit, quod secreta abiuratio debet esse saltim tribus, vel quatuor testibus adhibitis, Ludouic. à Paramo *de origine Sanctæ inquisitionis lib. 3. quæst. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei num. 20.* Montemaran. *in pract. Archiepisc. cap. 84. nu. 9.*

6 Sublimita Hanc I. † Limitationem, in qua dixi, secrete abiurationem esse faciendam ab eo, qui clam, & occulte hæresim commisit, vt procedat in eo, qui occulte per se, & simpliciter hæresim commisit corde tantum absque vllo exteriori actu hæresim denotante, secus si hæresim occultam commisit non per se, & simpliciter, sed per accidens, vtputa quando non solum corde, sed voce, aut opere hæreticos actus exercuit, aut hæreticales protulit propositiones, licet actus non probentur, tunc enim non secrete, sed publice abiuratio hæc facienda est, secundum Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par. secunda num. 272. & seqq. assertion. 27. & 28.* Qua in re adhuc ego ab inquisitore considerandum esse existimarem, an occulti hæretici, etiam quod per accidens exteriores actus in notitia populi deuenerint, illumq; scandalizauerint, etiam quod probati non fuerint, vel secus, vt primo casu publice facienda sit abiuratio, secundo autem casu non; in hac enim materia publicæ, vel secretæ abiurationis faciendæ maxime à Doctoribus attenditur Populi scandalum, & ideo potius scandalum, quam criminis probationem ad hunc effectum inspiciendam crederem.

Et † rursus circa præmissam sublimitationem aduerte, eam non transire sine difficultate; præsupponitur enim in ea hæreticum occultum, & mentalem indigere abiuratione, & reconciliatione, & sic secrete reconciliandum, & absoluendum esse, & tamen quod iure mentalis hæreticus, nec reconciliatione, nec Inquisitorum absolutione indigeat, sed quod à quouis Sacerdote confessario absolui possit, prout etiam dixi *q. 192. num. 60.* scripserunt Couar. *regula peccatum par. 2. in initio nu. 7.* Simanch. *Cathol. instit. tit. 32. nu. 17.* Guttierez *quæst. canon. lib. 1. cap. 13. nu. 6.* Quos, & alios sic dicentes refert, & sequitur Thom. Sanchez Iesuita *in præceptis Decalogi lib. 2. cap. 8. num. 3.* 7

Limita II. Eandem I. Ampliationem. † Quia publice abiurare non debet is, qui sponte antequam sit accusatus, vel inquisitus inquisitores adit, & pœnitens ex corde suum fatetur errorem, & paratus est corrigi, Simanch. *Catholicar. institut. tit. 1. rubr. de abiuratione n. 24.* refert eum, & sequitur Ioan. à Rojas *singular. 23. num. 8.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo Ordinarius, nu. 2.* idem Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis par. 2. nu. 272. & seqq.* vbi de eo qui sponte, & absque indiciis confitetur errores occultos & qui nunquam in alicuius notitiam peruenerunt. 8

Limita III. Dictam I. Ampliationem. † Quia ex causa beneuisa Inquisitoribus abiuratio potest fieri secrete, vt per Dec. *in cons. 137. nu. 8. 9. 10.* quem in proposito refert, & sequitur Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 47. num. 7. & cap. 38. nu. 6.* Roland *cons. 63. nu. 7. & seqq. lib. 3.* vbi pro causa abiurationis faciendæ secrete, & non publice considerat spontaneam constitutionem, simplicem delicti confessionem, eiusdem delicti diuturnitatem, nobilitatem & senectutem. Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rub. de hæresi cap. 11. n. 17. vers. Diuiditur vero.* 9

Limita IV. Eandem I. Ampliationem, † quod nec etiam publice abiurare debet leuiter de hæresi suspectus, Simanch. *Cathol. institut. tit. 1. rubr. de abiuratione num. 24.* Ioan. à Rojas *singular. 1. nu. 26.* Eymeric. *in Direct. inquisitorum par. 3. rubr. de quarto modo terminandi processum fidei abiurationem de leui n. 161. vers. Circa istum*, vbi licet loquatur in suspecto de hæresi leuiter, admittit tamen abiurationem esse faciendam publice in Ecclesia quando publice suspectus erat, si vero non erat publice de hæresi suspectus, tunc abiurationem esse faciendam admittit, vel in Palatio Episcopi, vel in Monasterio, vel in Camera Episcopi, aut Inquisitoris, & ibi Franc. Pegna *in additionibus Commentar. 40. versic. Præterea differunt, & seqq. fol. mihi 524. col. 2.* quem omnino videas bene declarantem, an & quando propter leuem suspicionem abiuratio non publice facienda sit, concluditq; priuatim in Auditorio Inquisitorum fieri debere, secundum benigniorem, & receptiorem sententiam, licet olim acrius esse verum ageretur. Montemaran. *in pract. Archiepiscopali cap. 84. nu. 9.* 10

11 Amplia II. † Vt abiuratio debeat esse pœna perspicua, & simplex, non autem conditionabilis, aut ambigua, vt in Epistola 84. dixit Leo Papa I. Sub his verbis videlicet: *Damnanti opertis professionibus sui superbi erroris Authores, & quicquid in Doctrina eorum vniuersalis Ecclesia exhorruit, detestentur, omniaq; decreta Synodalia quæ ad excisionem hæreseos Apostolicæ Sedis confirmauit Authoritas amplectise, & in omnibus approbare plenis, & apertis, ac propria manu subscriptis protestationibus eloquantur, nil in verbis eorum obscurum nil inueniatur ambiguum*, cuius quidem Epistolæ verba refert Simanch. *Catholicarum institutionum tit. primo, rubric. de abiuratione numero decimoquarto.* Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitorum par. tertia rubrica de quarto modo terminandi processum &c. Commentar. 40. versic. Iam quid continere debet abiuratio fol. mihi 524. colum. 1. in fine*, vbi referuntur eadem verba Leonis Papæ I. Decian. *in tractat. criminal. lib. 5. cap. 47. num. 6.*

12 Amplia III. † Quia non sufficit abiuratio generalis omnium errorum, sed etiam specialiter debent in ea nominari, & abiurari omnes errores, quos quis tenuit; vt per Simanch. *Catholicar. institut. tit. primo rubr. de abiuratione num. 13.* vbi ponit formam huius specialis abiurationis, quia scilic. recitantur in scriptura manu abiurantis confecta omnes errores, quos abiurans tenuit; & statim idem abiurans inquit, *Abiuro has hæreses, de quibus accusatus, suspectus, aut confessus, & omnes alias*, ex Rota, Decio, & Boerio *in locis per eum relatis*, & in Enchiridion *Violat. Relig. tit. 53. rubr. de abiuratione nu. 10.* vbi idem repetijt; Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 47. nu. 8.* vbi arguit pro, & contra, & nihil resoluit; Ioan. à Rojas *singul. primo num. 13.* vbi quod nominatim, & in forma specifica abiurandi sunt omnes errores, & hæreses, & ibi concordantes allegat; Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, lib. 5. sect. 12. vers. Debent præterea*, vbi pariter dixit, abiurationem debere continere diserte, & clare omnes errores.

13 Amplia IV. † Quia licet quis in vnam tantum hæresim inciderit, abiuratio debet esse non solum de illa hæresi, in quam abiurans incidit, sed etiam generalis omnium, & aliarum quarumcumq; hæresum, sic enim de consuetudine seruari *in cap. accusatus, §. eum vero; de hæreticis, in 6.* testantur; Ioan. Andr. *post nu. 9. vers. Tamen rario practicabitur*, & Gemin. *post nu. 4. vers. Tamen dicit*; Repert. Inquisit. *in verbo Abiuratio, vers. Sed an qui abiurauit simpliciter*, vbi huius consuetudinis bonas reddit rationes, *& in verbo Consuetudo, vers. Ex consuetudine seruatur*; Simanch. *Catholicar. institut. tit. 1. rubr. de abiuratione, n. 12.* vbi sic antiqua consuetudine inductum esse testatur, *& in Enchiridion Violat. Religion. tit. 53. rubr. de abiuratione, nu. 9.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Director. Inquisitorum par. 2. quæstion. 40. commentar. 65. in fine fol. mihi 354. col. 2.* vbi testatur hodie de consuetudine seruari, vt reuertentes ad fidem, licet in vna hæresi deliquerint, omnem tamen hæresim abiurent; idem Pegna *in additionibus ad Eymeric. in vbi supra, part. 3. rubr. de quarto modo terminandi processum &c. commentar. 40. versic, in quo tamen hoc est diligentissime obseruandum, & seqq. fol. mihi 525. col. 1. & seq.* vbi plene disputat, an & quando qui fuit hæreticus in aliquibus hæresibus particularibus, debeat vltra dictas hæreses particulares, abiurare, & detestari omnes alias hæreses generaliter, & concludit, quod sic, quando quis abiurat de vehementi (adde tu, & multo magis in eo, qui abiurat de violenta, vel de Formali) sufficitque hanc Generalem abiurationem, & detestationem fieri tam ante quam post abiuratas hæreses particulares; quando vero quis abiurat de leui, & tunc concludit posse omitti generalem detestationem omnium aliarum hęresum, & posse etiam opponi vt supra, siue ante siue post abiuratas particulares hæreses, & ita testatur seruari Romæ in Sanctæ Romanæ Inquisitionis officio, ponitque formulam prædictæ generalis abiurationis, tam quando quis abiurat de vehementi, quam etiam, quando quis abiurat de leui, *& in rubr. de quinto modo terminandi processum &c. commentar. 14. num. 169. litera C. fol. mihi 531. col. 2.* vbi pariter testatur, quod hodie de recepta Sancti Officij consuetudine omnis hæresis abiuratur, Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 47. n. 10.* vbi quod ita vere in practica seruatur. Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi cap. 11. num. 5. vers. Secunda suspicio.*

Etsi † contrarium voluerit Gloss. *in d. cap. accusatus, §. eum vero, in verbo Simpliciter, vers. Et nunquid de vno articulo: de Hæreticis, in 6.* 14

Amplia V. † vt abiuratio debeat fieri per scripturam scriptam, aut saltim subscriptam manu abiurantis, quæ contineat detestationem præteriti erroris, & veræ fidei confessionem, *iuxta Text. in cap. si quis noluerit, & in cap. quoties, & in cap. Maximum. & in cap seq. prima quæst. 7. & in cap. his qui tempore, in fine 26. quæstion. 2. & in cap. Ego Berengarius, distinction. 11.* Henrich. Boich. *in cap. excommunicamus, il 2. post num. 1. extra de hæreticis*; Repertor. Inquisitorum, *in verbo Rediens, versic Redeuntes, & versic. Et Nota quod, qui ab Hæresi reuertuntur, & in verbo Abiuratio, versic. Item talis abiuratio per scripturam debet fieri, & in verbo Confessio, vers. Quando quis confitetur hæresim*; Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitorum, in verbo Abiurare, numer. 2. ad finem*, vbi quod sufficit abiurationis scripturam esse factam, vel à parte vel à Notario, vel loco Notarij à duabus personis Idoneis, cum si aliter diceretur, possent multæ abiurationes annullari; cum multi reperiantur, qui nesciunt scribere, *& in verbo Scriptura, n. 8.* Simanch. *Catholicar. institut. tit. 1. rubr. de abiuratione, num. 9. & 10.* vbi conclusionem hanc in pluribus Synodis auctoritate Leonis Papæ, & Sancti Cyrili statutam, & comprobatam docet, *& num. 11.* vbi eiusdem conclusionis duas affert rationes; Prima est, vt hæc abiurantis scriptura mitti possit ad eas Ecclesias, quę scandalum passę sunt propter abiurantis errores, vt quæ prius habuerant de homine aduerso, & peruerso, postea gaudeant de reuerso, & conuerso, & qui eius sermonibus collapsi fuerant, quid tandem habeat vera fides cognoscant; secunda est ratio, vt si forte abiurans relabatur, possit sua propria manu conuinci; Campeg *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis, cap. 20. litera B. in verbo Abiuratio, versic. Ex quibus Iuribus.* Gondisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 20. num. 7.* Franc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitorum par. 3. rubric. de quarto modo terminandi processum, &c. comment. 49. vers. Iam quid continere debet abiuratio. fol. mihi 524. col. 1. in fine*, vbi dixit, totam abiurationem propria manu pœnitentis esse scribendam, si commode fieri potest, & omnino custodiendam, cum præsertim abiurant viri insignes, nobiles, literati, Doctores, Prædicatores, aut similes, *& fol. 527. vers. Postremo, col. 1. in fine, & colum. 2. in princip. versic. Verumtamen in hac re, & seq.* vbi relatis Doctoribus, quorum aliqui abiuratione subscriptionem necessariam affirmabant, aliqui vero secus, concludit subscriptionem requiri, quando pœnitens scit scribere; si vero nesciat scribere, & tunc inquisitor, & Notarius se subscribet, idq; tutissimum dicit Decian. *in tractat. criminal. lib. 5. cap. 47. num. 6. ad medium, vers. Et non solum, & num. 9.* vbi quod scientes scribere debent propria manu aut totum libellum abiurationis scribere, aut saltim subscribere, quo vero ad nescientes scribere sufficit scriptura Notarij cum præsentia testium audientium abiurationem ab ore proprio abiurantis, *& nu. 12.* vbi, an subscriptio debeat præcedere abiurationem, an vero sufficiat, quod post abiurationem interueniat; Ioan. à Rojas *Singular. 1. numer. 7.* Martin. del Rio Iesuita *in tract. de disquisitionibus Magic.* 15

lib. 5.

lib. 5. sect. 12. vers. & hæc omnia, Qua in re vide constitutionem Iulij III. editam de anno 1550. incip. Illius, vers. Volumus autem, relatam per Fr. Pegnam in Direct. inquis. inter literas Apostolicas, fol. mihi 146. vbi expresse cauetur, abiurationem faciendam esse per scripturam propria manu abiurantis scriptam, seu per publicum Notarium confectam, & ab eodem abiurante subscriptam.

16 AMPLIA VI. † vt in abiuratione præcipuum substantiale sit iuramentum quo promittitur à pœnitente tenere fidem Catholicam ad mandatum Ecclesię, hęresim iam tentam abiurando, & ad illam amplius de non redeundo, & de forma istius iuramenti habetur in cap. quoties; 1. quæst. 7. & in cap. Ego Berengarius, de consecratione, distinct. 2. cum alijs per Ioan. à Rojas Singul. primo n. 16. in fine; vers. Additur iuramentum; Repertor. Inquisitorum, in verbo Abiuratio, vers. Item qui abiurat hæresim; Simanch Catholic. instit. tit. primo rub. de abiuratione nu. 8. & in Enchirid. Violat. Relig. tit. 53. eadem rubr. de abiuratione nu. 8. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 47. nu. 13. vers. Nono, quod prædicta omnino; Pract. Conradi rubr. de hæreticis nu. 22.

17 AMPLIA VII. † vt abiuratio debeat fieri post sententiam, & non antea, vt per Simanch. Cathol. instit. tit. primo rubr. de abiuratione, num. 29. in fine, vbi propterea ea damnat contrarium abusum, Campegg. in additionibus ad Zanchin, in tract. de hæreticis, cap. 41. vers. final. vbi ponit vnam practicam, quod primo fit abiuratio, & deinde fertur sententia: secundo dicit Romæ contrarium seruari, quod primo fertur sententia, & postea pœnitens abiurat: tertio dicit, se practicasse quædam media vera, & ponit formam suæ practicæ; Franc. Pegna in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisitorum par. 3. rubr. de quinto modo terminandi processum fidei, comment. 41. num. 166. vers. Hoc tamen loco, & seq. fol. mihi 530. col. 1. vbi dicit Romæ in Generali Sacrosanctæ Inquisitionis officio seruari, vt prius proferatur sententia, & deinde pœnitens abiurat, nec dissentit Decian. in tractat. crim. lib. 5. cap. 47. num. 14. Conrad. in Pract. rubr. de hæreticis nu. 22.

18 AMPLIA VIII. † vt abiuratio facienda sit vulgari sermone, vt ab omnibus intelligatur, & capiatur, nisi fieret secrete coram personis Ecclesiasticis linguam latinam intelligentibus, vt per Eymeric. in Direct. inquisitorum par. 3. rub. de quinto modo terminandi processum &c. nu. 169. & in rubr. de sexto modo terminandi processum &c. num. 176. in fine, vers. Prædicta abiuratio fiat; Ioan. à Rojas Singular. 1. num. 16. in fine, vers. Et oportet. Læl. Zecch. in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi cap. 11. nu. 18.

19 AMPLIA IX. † vt abiuratio fieri debeat cum vestitu pœnitentiæ duplici Cruce Signato; Dixi supra quæst. 193. nu 92.

20 AMPLIA X. † Quia de abiuratione facta; fieri debet instrumentum publicum, prout statutum fuit in Concilio Narbonense cap. 6. cuius verba referunt per Franc. Pegnam in additionibus ad Eymer. in Direct. inquisitorum par. 3. rubr. de quarto modo terminandi processum &c. comment. 40. vers. Iam constit. fol. mihi 525 col. 1.

21 Et † hæc dicta sufficiant de materia abiurationis, ad quam si plura quam hic scripta sunt scire volueris vide Arnald. Albertin. in tractat. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 30. nu. 66. & seq. Simanch. Catholic. instit. tit. 1. rubr. de abiuratione Conrad. Brun. in tract. de hæreticis lib. 3. cap. 6 Bernard. Commens. in lucerna inquisitorum, in verbo Abiuratio.

22 Et † in specie de pluribus requisitis, & solemnitatibus abiurationis vide Syluest. in summa in verbo hæreticus, §. 1. nu. 19. Simanch. Cathol. instit. tit. 1. rubr. de abiuratione, num. 4. & seqq. vbi ponit, & etiam exemplificat quatuor requisita; Gundisalu. in tract. de hæreticis quæst. 20. num. 7. Decian. in tract. crim. lib. 5 cap. 47. num. 13. quem bene declarantem omnino videas, quia ponit decem requisita in abiuratione.

Et † de abiurationis forma vide Tex. in cap. Ego Berengarius, de consecratione, distinct. 2. summa Syluestrina, in verbo hæreticus, §. 1. num. 19. Vmbert. Locat post iudicial. inquisitorum fol. mihi 493. vbi ponit formam abiurationis, quam facit leuiter de hæresi suspectus, & fol. 494. vbi ponit aliam formam abiurationis, quam facit vehementer de hæresi suspectus, & fol. 495. ponit aliam formam illius, qui alias formaliter abiurauit, & fol. 496. vbi ponit formam abiurationis, quam facit volenter suspectus & fol. 501 & seq. vbi ponit aliam formam abiurandi omnem hæresim, vel Apostasiam, per illum, qui hæresim confessus est, vel in ea deprehensus fuit; Alphons. de Castro lib. 1. de iusta hæreticorum punitione cap. fin. vbi ponit vnam abiurationis formam; Simanch. Cathol. instit. tit. 1. rubr. de abiuratione nu. 30. vbi ponit aliam formam, & in Enchiridion Violat. Religion. tit. 53. eadem rubr. de abiuratione numer. 15. Eymeric. in Director. inquisitorum, par. 3. rubr. de quarto modo terminandi processum fidei &c. num. 162. 163. & 164. vbi ponitur forma abiurandi hæresim propter suspicionem de leui, & rubr. de quinto modo terminandi processum fidei, num. 168. & 169. vbi ponitur forma abiurationis de vehementi, & ibi Francisc. Pegna in additionibus commentar. 41. vers. Primo, & in litera B. vers. Forma abiurandi hæresim nu. 166. 167. & 168. fol. mihi 531. idem Eymeric. vbi supra rubric. de sexto modo terminandi processum fidei &c. n. 176. & seq. vbi ponit formã abiurationis faciendæ ab eo, qui de hæresi violenter suspectus est, & rubric. de octauo modo terminandi processum num. 191. & seq. vbi ponit formam abiurationis faciendæ ab eo, qui de hæresi confessus sponte pœnitens abiurat, Decian. in tractat. criminal. lib. 5. cap. 47. num. 13. per totum; Ioan. à Rojas cum allegatis per eum Singular. 1. num. 18. & seqq. vbi de forma abiurationis tam de vehementi, quam de leui, & Singular. 172. num. 6. vbi remissiue; Hippolyt. Riminald. cons. 395. num. 60. lib. 4. vbi ponit formam abiurationis de vehementi, Ludou. à Paramo de origine Sanctæ Inquisitionis lib. 3. quæst. 4. rubr. de expeditione processuum causis fidei num. 13. & nu. 20. in fine.

ARGVMENTVM.

Abiurare quis teneatur.

SVMMARIA.

Abiurare tenetur omnis hæreticus pœnitens, qui ad Ecclesiam redire, & illi se reconciliare petit, nu. 24.
Abiurare tenetur hæreticus, qui de hæresi confessus, & conuictus est, nu. 25.
Abiurare tenetur vehementer de hæresi suspectus, num. 26. vbi etiam de forma huius abiurationis, & de forma sententiæ contra abiurationem de vehementi.
Abiurare etiam tenetur is, qui de hæresi leuiter suspectus est, nu. 27. vbi etiam de forma sententiæ contra abiurantẽ de leui.
Abiurare etiam tenentur receptatores hæreticorum, credentes, fautores, & defensores, num. 28.
Abiurare etiam tenentur Sortilegi, nu. 29.
Abiurare etiam tenentur Schismatici, nu. 30.
Abiurare etiam tenentur Minores, nu. 31.
Minores in crimine hæresis quomodo puniantur, nu. 32.
Abiuratio plurium hæreticorum quomodo facienda, num. 33.
Abiurare recusans habetur pro conuicto, nu. 34. Curiæque seculari traditur si confessus, aut conuictus, aut in hæresi manifesta deprehensus fuerit; si vero non fuerit confessus, aut conuictus, aut in hæresi deprehensus excommunicatur, & si in excommunicatione per annum persistiterit condemnatur vt hæreticus, nu. 35. Et generaliter de modo procedendi contra recusantem abiurare, num. 36.

QVÆST. CXCIV. §. II.

REGVLA † sit, quod omnes hæretici ad fidem redeuntes debent ad arbitrium sui Episcopi abiurare er-

re errorem, & quod firmiter tenebunt fidem Catholicam & nisi sic abiurauerint, ad pœnitentiam recipiendi non sunt, *cap. quoties; cap. damnatum, & cap. Saluberrimum, 1. quæst. 7. cap. Ego Berengarius, de consecratione, distinct. 2. cap. ad abolendam, extra, de hæreticis*: extat constitutio Martini V. edita de anno 1418. incip. *Inter cunctas*, relata per Franc. Pegnam in Director. inquisit. inter literas Apostolicas *fol. mihi* 88. *& seqq. vers. Alij vero*, Rota *in tit. de hæreticis, decis. 1. alias* 875. *num. 7. in antiquis*; summa Rosella, *in verbo hæreticus, num.* 17. cum alijs per Ioan. à Rojas *Singular. primo numer.* 1. Angelic. *in summa, in verbo Hæreticus, num.* 26. Syluestrin. *in summa, in eodem verbo Hæreticus*, §. 1. *num.* 19. *vers. Nec sine tali solemnitate reconciliandi sunt*, summa Tabiena *in dicto verbo, hæreticus, n.* 22. Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Schisma nu.* 5. vbi idem de schismaticis; Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Abiuratio, versic. Primo, & vers. Item quilibet suspectus de hæresi abiurare tenetur, & in verbo Confessio, vers. Item confessio oris est necessaria, & vers. seq.* Repertor. Inquisitorum, *in verbo Pœnitentia, vers. Prima igitur*, Simanchas *Catholicar. institution. tit. primo rubr. de abiuratione, num.* 3. *& num.* 5. vbi regulam hanc plurium conciliorum auctoritate comprobat, *& in Enchiridion Violat. Religion. tit.* 53. *eadem rubr. de abiuratione, nu.* 6. *& tit.* 58. *rubr. de pœnitentibus num.* 2. Squillac. *in tract. de fide Catholica cap.* 27. *nu.* 4. Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitorum part.* 3. *rubr. de quarto modo terminandi processum, &c. commentar.* 40. *vers. Abiuratio res est antiquissima, & seqq. fol. mihi* 524. *colum.* 1. vbi plurium conciliorum & Sanctorum Patrum auctoritatibus docet, pœnitentem ad misericordiam non admitti sine abiuratione, idque non sine ratione statutum affirmat, vt scilic. heretici abiurationis robore adacti, & quasi quodam vinculo constricti & alligati, in Catholicæ Ecclesiæ vnitate permanere cogantur, nec liberum illis sit impune Ecclesiam deludere, *& fol.* 516. *col. 1. in fine, vers. His ita positis vbi quod ab hac abiuratione nullus quantumuis priuilegiatus, vel in quacumque dignitate constitutus sit minime excusatur*, idem Eymeric. *vbi supra dicta part. 3. quæst.* 87. & ibi Francisc. Pegna *in additionibus commentar.* 136. *in principio fol. mihi* 690. *col. 1. vbi alij referuntur concordantes*; Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 47. nu.* 4. Læl. Zecch. *in summa part. 1. tit. de fide cap. 11. rubr. de hæresi nu.* 17. *vers. Primo enim abiurare debeat.*

25 Amplia I. † Hanc regulam, vt etiam confessus, seu conuictus de hæresi pœnitens ad abiurationem admittatur, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo Abiurare, numer. 1. versic. Qui namque propria confessione*: faciunt scripta per Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitorum par. 3. rubr. de quarto modo terminandi processum &c. commentar. 40. versic. Abiurationem hanc fol. mihi* 524. *colum.* 2. vbi propterea dixit abiurationem esse quadruplicem, videlicet de leui, de violenta, & etiam de formali, quæ est quando quis de hæresi est confessus, & conuictus, & expresse voluit Eymeric. *vbi supra dicta par. 3. rubr. de octauo modo terminandi processum fidei &c. nu.* 188. Decian. *in tract. crim. lib. 5. c. 47. num. 2. in principio, & nu.* 4.

26 Amplia II. † Vt abiurare teneatur etiam qui de hæresi vehementer suspectus est, etiam quod confessus aut conuictus non sit, dixi supra *quæst.* 187. *nu.* 40. *&* 41. vbi etiam de forma abiurationis de vehementi, & de forma sententiæ contra abiurantem de vehementi dixi pariter supra *quæst.* 185. *num.* 183.

27 Amplia III. † Vt etiam leuiter suspectus abiurare teneatur dixi supra *quæst.* 187. *nu.* 31. & de forma sententiæ contra abiurantem de leui dixi pariter supra *qu.* 185. *nu.* 184.

28 Amplia IV. † etiam in receptatoribus hæreticorum qui cum sint suspecti de hæresi, & ipsi abiurare tenentur, vt dixi supra *quæst.* 182. *nu.* 133. & de credentibus, fautoribus, & defensoribus hæreticorum dixi pariter supra *eadem quæst.* 182. *nu.* 55.

Amplia V. † Quia sicut hæretici pœnitentes, & ad misericordiam recepti debent abiurare, ita etiam sortilegi hæreticalia sortilegia fabricantes de vehementi, vel de leui secundum qualitatem indiciorum contra ipsos vrgentium, vt bene declarat Eymeric. *in Director. Inquisitorum part. 2. quæst. 42. num.* 6. vbi amplius subdit, quod si contra eos sola infamia laboret, Canonica purgatio indicenda est. 29

Amplia VI. † etiam in schismaticis, qui nec etiam ad penitentiam recipiuntur, nisi schismate abiurato, *dixi supra quæst.* 184. *nu.* 35. 30

Amplia VII. † quia non solum maiores, sed etiam minores pœnitentes, quãdo Ecclesiæ reconciliantur, abiurare debent, masculus scilicet maior annorum quatuordecim, & fœmina annorum duodecim Ioan. Calderin *in tractat. de hæreticis, rubr. de materia processuum Inquisitionis, num.* 11. Simanch. *Catholicar. institution. tit. primo rubr. de abiuratione, num.* 23. vbi dixit, quod impubes doli capax, si in errores incidit, debet publice abiurare, & *numer.* 24. dixit, quod pueri intra pupillarem ætatem non debent abiurare, qua in re resolutiue dicas, quod Masculus maior annorum quatuordecim, & Mulier maior annorum duodecim sine dubio abiurare debent, & etiam publice sicut alij Maiores; si vero Masculus, siue Fœmina sint infra ætatem prædictam, sintque doli capaces, ita quod de hac capacitate doli & eorum malitia legitime constet, & tunc etiam ipsi debent abiurare, sed non publice, sic enim ex Concilio Tholosano, & ex Concilio Biteriensi, quorum verba referuntur, ac etiam ex quadam instructione Valladolitana cuius verba pariter referuntur respectiue post plura hinc inde deducta concludit Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitorum par. 3. rubr. de quarto modo terminandi processum fidei &c. comment.* 40. *versic. Sed qua ætate fieri debet abiuratio, & seqq. fol. mihi* 526. *colum. 2. & fol.* 527. *colum. prima, vers. Sed vbi admiserimus*, vbi etiam ponit an isto casu Minores abiurabunt de leui, de vehementi, vel de formali, concluditque pariter quod si constiterit Minorem fuisse formalem hæreticum, de formali etiam abiurabit, nec ob minorem ætatem excusabitur; Læl. Zecchius *in summa part. 1. tit. de fide rubric. de hæresi cap. 11. numer.* 18. vbi quod minores excedentes XIV. annum debent abiurare, secus antea, vide ad hæc Ludouic. à Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis, lib. 3. qu. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei, &c. nu. 15. & seqq.* 31

Minor † autem ætas, an & quando excuset, vel saltim faciat mitius punire hæreticum, vide Simanch. *Catholic. institut. tit. 17. rubr. de defension. num.* 14. vbi quod infans, si quid impium dixerit, puniendus non est, *& num.* 26. vbi quod pueri & impuberes vix hæretici esse possunt, nisi forte eorum malitia ætatis defectum suppleat, & quamuis perfecti hæretici esse credantur, mitius tamen puniendi sunt, præsertim cum seducti fuerint à suis parentibus, *& tit. 29. rubr. de filiis & minoribus, num.* 56. vbi quod Minores viginti annis etiam post tempus gratiæ redeuntes ad fidem benigne recipiuntur, & leuius puniuntur, *& num.* 58. vbi quod minor viginti annis doli capax si hæreticus pertinax fuerit, & monitus, atque conuictus, ad Ecclesiam redire voluerit, perinde ac si maior esset iudici seculari relinquendus, & ab eo in ignem mittendus est, *& num.* 59. dixit, attendendam esse ætatem, non in qua minor incœpit esse hæreticus, sed in qua contra ipsum ceptum est inquirere, quia hæresis cum minore semper creuit, & semper secum illam habuit, *& in Enchiridion Violat. Relig. tit. 44. rubr. de minoribus nu. 2. & seqq.* vbi eadem repetit, *& tit. 47. rubr. de defensionibus nu.* 11. vbi de infante, Petr. Binsfeldius in commenta 32

mentar. *ad l. Nemo, C. de Maleficiis, & Mathematicis, quæst. 1. post 3. conclusionem, rubric. quid dicendum sit de pueris, vide in quæst. 92. num. 107. in fine.*

33 AMPLIA VIII. † etiam in pluribus hæreticis pœnitentibus, possunt enim abiurare plures hæretici pœnitentes in simul prælegente secretario, Simanch. qui sic Hispaniarum consuetudine receptum esse testatur *in Enchiridion Violat. Religion. tit. 53. rubr. de abiuratione nu. 14.* Decian *in tractat. criminal. lib. 5. cap. 47. nu. 12.* quem vide bene declarantem dicta per Simancham in loco prææallegato.

34 AMPLIA IX. † vt abiurare recusans habeatur pro conuicto, & curiæ seculari tradatur, prout in constitutione Martini V. edita de anno 1418. incipien. *Inter cunctas, versic. Quod si forsan.* relata per Francisc. Pegna inter literas Apostolicas post Director. Inquisitorum *fol. mihi 98.* Hostiens. *in summa de hæreticis; §. qualiter deprehendatur num. 4. vers. Si vero nullatenus vult iurare*, vbi ampliat etiam, quod dicat, se nulli iurare, quia peccatum est; summa Tabien. *in verbo hæreticus, num. 16. ante finem, vers. Pertinax autem*, vbi quod abiurare recusans dicitur pertinax hæreticus, *& nu. 24. in princip.* Repertor. Inquisitorum, *in verbo Recusans, vers. Primo, & in verbo Abiuratio, vers. Item quia abiurare recusat,* & ibi Quintilian. Mandos. *in additionibus litera D.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo Abiurare, sub num. 1. vers. Quam abiurationem si reus negat facere, & in verbo hæreticus, nu. 26. & nu. 35. vers. Si quis autem,* Simanch. *Catholicar. institut. tit. 1. rubr. de abiuratione num. 25.* vbi pluribus probat, quod qui errores abiurare non vult, ad arbitrium Episcopi, & inquisitorum is, vt pertinax & impœnitens Iudici seculari relinquendus est *& in Enchiridion Violat. Religion. tit. 55. rubr. de abiuratione nu. 13.* Zanchin. *in tractat. de hæret. cap. 16. nu. 9. vers. Et si ille recusaret, & cap. 20. num. 2. vers. Et si ille recusat,* Oldrad. *cons. 271. num. 5. in fine,* Decian *in tract. crim. lib. 5. cap. 47. nu. 11.* Ludouic. a Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis lib. 3. quæst. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei nu. 23. & 24.* vide quæ in simili de purgatione dixi infra hac eadem quæst. *nu. 46. & seqq.*

35 LIMITA Hanc IX. † ampliationem, vt abiurare recusans, tunc demum curiæ seculari, vt hæreticus tradatur, dummodo scilicet sit, aut confessus, aut conuictus; aut in hæresi manifeste deprehensus, tunc enim si abiurare recusat & pertinax est, curiæ seculari traditur; si vero non sit confessus, aut conuictus, aut in hæresi deprehensus, & tunc non statim tradendus est curiæ seculari, sed, antea excommunicabitur, & si in excommunicatione per annum steterit tanquam hæreticus condemnabitur, secundum Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo Suspicio, num. 8.* consuluit Hippol. Rim. *in cons. 395. nu. 64. & seqq. lib. 4.* & expresse sic etiam declarat. Eymer. *in Direct. Inquisitorum par. secunda quæst 55. rubr. de suspectis de hæresi num. 25.* & ibi Francisc. Pegna *in additionibus commentar. 80. litera H. vers. Sed quid agetur fol. mihi 405. colum. 2. in fine, & de modo excommunicandi,* vide eundem Eymer. *vbi supra par. 3. rubr. de forma denunciandi excommunicatum &c. nu. 138. & 139.* Faciunt pro hac declaratione scripta per Martin del Rio Iesuitam *in tractat. de disquisit. magicis lib. 5. sect. 12. vers. Debent autem*, vbi dixit, quod abiurare recusans traditur curiæ seculari, si erat violenter suspectus, si vero non erat violenter suspectus, sed vehementer, tunc abiurare recusans, non statim tradendus curiæ seculari, sed prius excommunicandus, & si per annum in excommunicatione perstiterit, tunc vt hæreticus condemnatur, vt ibi per eum, *in vers. Quid si tantum* Berengerio *in loco per eum relato.*

36 De † modo autem citandi, & procedendi contra recusantem abiurare, vide omnino Eymer. *in Director. inquisitorum par. 3. rub. de forma citandi aliquem fugitiuum &c. n. 136. & seqq.* Ioa. Rojas *singul. 1. nu. 7. vers. Ideo qui recusat.*

ARGVMENTVM.

Purgatio quando propter hæresim indicenda sit, & quibus.

SVMMARIA.

Purgatio regulariter indici potest suspecto de hæresi, nu. 37. Declara quando suspicio est probabilis, alias secus, nu. 56.

Purgationis materia remissiue, num. 38.

Purgatio quid, & quotuplex sit, nu. 39. & nu. 40.

Purgatio ex sola diffamatione indicitur, dummodo non leuis, sed vehemens sit, imo sine diffamatione non indicitur, nu. 41.

Purgatio quando indicitur potest etiam purgare se debenti iniungi alia pœnitentia, nu. 42.

Purgatio fieri non potest per procuratorem, nu. 43.

Absolutus per purgationem amplius molestari non potest, n. 44.

Purgatio indicitur etiam quandoque propter scandali timorem, num. 45.

Purgare se recusans, vel in purgatione deficiens excommunicatur, & si in excommunicatione per annum perstiterit condemnatur vt hæreticus, nu. 46. & sic non condemnatur vt hæreticus, nisi prius fuerit excommunicatus, & in excommunicatione perstiterit per annum, nu. 47. Contra quod recusans se purgare, vel in purgatione deficiens possit vt hæreticus condemnari, etiam quod non fuerit antea excommunicatus, numer. 49. Distingue vt nu. 55.

Purgare se recusans, vt condemnari possit vt hæreticus, quæ requirantur, nu. 48.

Purgare se recusanti, vel in purgatione deficienti imponi debet illa pœna secundum modum agendi, per quem inducta est infamia habita consideratione an fuerit processum per viam accusationis, vel Inquisitionis, vt primo casu imponatur pœna ordinaria criminis pro quo erat accusatus, secundo autem casu ordinaria, nu. 50. & 51.

Purgare se recusans priuatur officiis, & beneficiis, & in monasterium detruditur, num. 52.

Purgatores non inueniens quomodo puniatur, nu. 54.

Purgare se recusans, vel in purgatione deficiens non traditur curiæ seculari si pœnitens misericordiam petit, nu. 55.

Purgatio indicenda est, & non indicenda maior vel minor Iudicis arbitrio, nu. 59. & 60. & 61.

Purgatio non indicitur quando crimen hæresis est notorium, & probatum nu. 57.

Purgatio an indicenda sit illi, quem Iudex extra processum certo scit esse vel non esse hæreticum, num. 62.

Purgatio non est indicenda illi, qui propter hæresis suspicionem fuit tortus, & in tortura perstitit, nu. 58.

Appellatio datur ab indicta purgatione, nu. 63.

Purgationis remedium fragile, & periculosum est, ideo recessit ab aula, num. 64.

Purgatio hodie non indicitur nisi Episcopis, & Sacerdotibus, & aliis similibus quorum fama Populo Christiano valde necessaria est, secus autem vilibus, & plebeiis, & multo minus descendentibus ab infidelibus, dicto nu. 64.

QVÆST. CXCIV. §. II.

REGVLA † sit, quod sola suspicio, quod quis sit hæreticus, sufficit ad purgationem indicendam, text. est *in cap. ad abolendam, §. qui vero fuerit, extra de hæreticis,* ponderando verba, *Sola suspicione notabiles,* in textu posita, & ibi etiam Anton. de Butrio *nu. 6. ad finem, vers. Nota primo;* Abb. *nu. 1. in principio, & n. 8. in vltimo notab.* Marian. Soccin. *in summario, & nu. 10. in nono notab.* Card. Zabar. *in §. Qui vero,* Gloss. *in cap. Excommunicamus il 1. §. Qui autem, in verbo Suspicione, extra, eodem,* & ibi Archidiacon. *numer. 1. in primo Notab.* Anton. de Butri. *numer. 6. in fine,* Ioan. de Anania *num. 1. vers. Nota quod ille qui est suspectus de hæresi debet se purgare;* Angelic. *in summa, in verbo hæreticus, nu. 1. in principio, vers. Nec dum hæreticus;* summa Syluestrina in eodem verbo *hæreticus, § primo numer. 11. vers. Et ne* 37

dum

dum ipsi excommunicantur, Simanch. *Cathol. institut. tit. 56. rubr. de purgatione nu. 1. & seqq.* vbi bonas reddit rationes, quibus suspectis de hæresi purgatio indicitur; Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis quæst. 8. num. 1.* Gundisalu. *in tract. de hæreticis qu. 15. nu. 11.* Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis & hæreticis, quæst. 34. sub nu. 56.* Gabr. *cons. 160. nu. 1. lib. 1.* Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Directorio Inquisitorum par. 3. rubr. de secundo modo finiendi processum &c. commentar. 38. versic. Et cum in omnibus, & seq. fol. mihi 512. col. 1.* Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 48. nu. 17.*

38 Ad † quam materiam vltra infrascripta remitto lectorem ad Summistas, *in verbo Purgatio*, & ad Repert. Inquisitorum, *in eodem verbo Purgatio, per totum*, apud quem in specie reperies, vbi, quando, & quomodo quis se purgare debet, Bernard. Comens *in Lucerna Inquisitorum, in dicto verbo Purgatio*, relatos per Franc. Pegn. *in additionib. ad Eymer. in Direct. Inquisit. par. 2. Comment. 14. ad cap. inter solicitudines, extra de purgatione Canonica litera B, vers. Cum propter fol. mihi 121. col. 1.* & ad eundem Franc. Pegn. *in additionibus ad eundem Eymeric. vbi supra par. 3. Commentar. 38. versic. Et quæ ad hunc modum spectant fol. mihi 512. col. 1.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 48. per totum in discursu.*

39 Quid † autẽ sit purgatio; dic quod purgatio propriè est, *A sordibus, & immundicie vel à superfluo liberatio*, quasi puri actio, à *Purgare*, verbo, quod sordibus, vel superfluo liberare significat, ex allegatis per Petr. Vendram. *in additionibus ad Repert. Inquisitorum, in verbo Purgatio, litera A.* Simanch. *Catholic. institut. tit. 56. rubr. de purgatione, num. 3.* vbi quod purgatio Canonica aliud non est, quam *De obiecto crimine innocentiæ ostensio, & in Enchiridion Viol. Relig. tit. 54. rubr. de purgatione nu. 2.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 48. n. 1.* vbi dixit, purgationem dictam, eò quod maculas, id est peccata, & vitia purget, *& num. 3.* vbi quod canonica purgatio est *Infamiæ seu suspicionis deletio, & innocentiæ detectio per modos a iure Canonico inductos.*

40 Quotuplex † autem sit purgatio, dic quod quadruplex est, *Spiritualis* scilicet, *Vulgaris, Ignis post mortem, & Canonica*, de qua nunc agitur, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 48. nu. 1. & 2. & nu. 3.* vbi bene declarat, quænam sit singula harum purgationum species, Martin. del Rio *in tract. de disquisitionibus Magicis lib. 4. cap. 4. qu. 3. rubr. de purgatione canonica, & qu. 3. rubr. de vulgari purgatione, & dicta qu. 4. sect. 2. rub. de purgatione Monomachia, & sect. 3. rubr. de purgatione vulgari per ignem, & sect. 4. rub. de purgatione vulgari per aquam, & lib. 5. sect. 13. rubric. de purgatione canonica*, quibus in locis plenissimè omnes purgationum species explicat, & declarat.

41 Amplia I. † quia ad indicendam purgationem sufficit sola diffamatio, *vt dixi supra qu. 187. nu. 55.* dummodo non leuis sed vehemens sit, *d. qu. 187. n. 72.* imo sine diffamatione purgatio non indicitur, *dicta quæst. 187. nu. 62.*

42 Amplia II. † vt vltra purgationem possit etiam suspecto de hæresi iniungi alia pœnitentia, vt puta suspensionis, donec scandalum & infamia sopiatur, *prout est tex. in c. inter solicitudines §. purgatione vero, extra de purgatione canonica*, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 48 num. 46.*

43 Amplia III. † vt per procuratorem purgatio fieri non possit, ex allegatis per Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 48. num. 44.*

44 Amplia IV. † Quia si de hæresi diffamatus iniunctam purgationem suscepit, & in ea non defecit, & propterea absolutus, & declaratus vir boni testimonij, non potest amplius molestari vigore præcedẽtium indiciorum seu infamiæ, quia purgatio tollit infamiam, & infamiæ effectum, ex allegatis per Vmb. Loc. *in indicial. inquisitorum, in verbo Purgatio, n. 15.* vbi amplius dixit, quod si infamia oriatur de nouo per alia superuenienta indicia, oportebit quod dicta noua indicia purgentur, Repert. Inquisitorum, *in verbo Purgatio, vers. Secundo, & vers. An post purgationem*, vbi distinguit, distinctionem ibi videas, Gabr. *cons. 160. nu. 11. & seqq. l. 1.* vbi dixit, quod per purgationem omnis suspicio euanescit, omnisque infamia penitus sublata dicitur, omnisq; infamiæ effectus, tam iuris, quam facti deletus censeatur, in tantũ quod qui se purgauit, & in purgatione non defecit, ad omnes honores, dignitates, & officia promoueri potest, licet subdat ex nouis superuenietibus indicijs posse inquiri, & molestari, non obstante purgatione ex præcedenti infamia indicta, Fr. Pegn. *in additionibus ad Eymer. in Direct. inquis. par. 3. rubr. de secundo modo finiendi processum &c. Commen. 38. vers. fin. fol. mihi 516. col. 1.* vbi & ipse licet dubitare videatur de opinione Gabr. *in d. cons. 160.* volentis post purgationem quem posse promoueri ad omnia officia, honores, & dignitates, illius tamen sententiam confirmari existimat, per tex. *in cap. Illud 23. distinct.* Et sic nec etiam à sententia Gabrielij recedere videtur Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 48. nu. 18.* vbi ponit regulam, quod semel purgatus non potest amplius de crimine, de quo se purgauit, molestari, nisi appareat de fraude purgationis, de superueniente autem infamia purgare se tenetur, *& num. 31.* vbi quod talis purgatio liberat ab infamia iuris, non autem ab infamia facti.

Amplia V. † Vt purgatio indici possit propter suspicionem, ex qua oritur scandalum, *c. Tua, de cohabitatione Clericorum, & mulierum, c. ex parte, de officio ordinarij c. Inter solicitudines, versic. Attendentes, extra de purgatione Canonica, cum alijs de quibus in Repertor. inquisitorum, in verbo Purgatio, vers. Propter suspicionem*, Simanch. *Catholicar. instit tit. 56. rub. de purgatione Canonica, num. 8. & in enchiridion viol. relig. tit. 54. rub. de purgatione nu. 5.* Gabr. *cons. 160. num. 7. in fine, & num. 8.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 48. nu. 9.* vbi ampliat etiam, quod præcedens infamia ortum habuerit à maleuolis. 45

Amplia VI. † Quia recusans se purgare, vel in purgatione deficiens, qua pœna puniendus sit, valde inter Doctores controuersum reperio, variasque propterea Doctorum sententias hic referre censui, vna enim fuit opinio, quod recusantes se purgare, vel in purgatione deficientes tanquam infames, & banniti ab omnibus haberi debent, & si sic per annum fuerint in se purgando contumaces, tanquam hæretici condemnantur, tex. est *in authen. Gazzaros, §. qui autem C. de hæreticis*, vbi ad literam dicitur; *Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum Ecclesiæ, iuxta considerationem suspicionis, qualitatemq; personæ propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habentur, ita quod si sic per annum permanserint, ex tunc omnes tanquam hæreticos condemnamus*, Et ibi Bellap. *post principium, vers. Sed ponamus*, Et voluit Fredericus Imperator *in sua Constitutione, incip. Catharos, vers. Qui autem*, relata per Fr. Pegnam *in Direct. inquisitorum, inter literas Apostolicas, fol. mihi 19.* Et de iure Canonico est similis textus *in c. Excommunicamus, il 1. §. Qui autẽ, extra, eodem*, vbi ad literam dicitur; *Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemq; personæ, propriã innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsq; ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur, ita quod si per annum in excommunicatione persisterint ex tunc velut hæretici cõdemnentur*, Et ibi post alios hoc adnotarunt Abb. *in principio in summario, vers. Suspectus de hæresi, extra, de hæreticis, per illum tex.* & ibi etiam Marian. Socc. *n. 1. vers. Tertio ibi & n. 21.* Ioan. de Anania *§. Qui autem, in summario, vers. Suspectus de hæresi*, Felyn. *sub n. 1. col. 2. post principium, vers. Nota, in §. Qui autem*, & Cardin. Zabar. *in §. Qui in summario*, Host. *in summa, de hæreticis, §. Qualiter deprehendatur, n. 4. vers. Quam si præstare renuit, excommunicatur*: summa Syluestrina, *in verbo hæreticus, §. 2. n. 10. vers. Nonum &c.* Vmbert. Locat. *in indicial. inquisit. in verbo Diffamati, num. 3. ad finem*, Repert. Inquisit. *in verbo* Suspe- 46

Suspectus, vers. Suspectus de haeresi, Io. Cald. *tit. de haeret. cons.* 5. *nu.* 3. *col. final. vers. Et si indicta purgatione*, Paul. Ghirland. *in tract. de haeret. qu.* 8. *nu.* 1. Boss. *in tit. de haeret. nu.* 22. Eymer. *in Direct. inquisitorum par.* 2. *qu.* 57. *in fine, vers. Sufficit enim, & par.* 3. *rubr. de forma purgationis Canonicae diffamato indicenda num.* 147. *vers. Si autem se purgare noluerit*, Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 48. *nu.* 43. *& nu.* 50. *& n.* 52. Et pro hac prima opinione vide Constitutionem Martini V. *editam de anno* 1418. *Incipien. Inter cunctas, in versic. Qui vero dictam innocentiam*, relatã per Franciscum Pegnam *inter literas Apostolicas post Director. inquisitorum fol. mihi* 90. Quo loci pariter cauetur negligentem se purgare non prius vt haereticum condemnari posse, nisi prius excommunicatus per annum in excommunicatione perstiterit, quod & idem antea statutum erat in Constitutione Innocentij 4. *edita de anno* 1254. *Incip. Nouerit vniuersitas*, relata per Pegnam, *vbi supra, fol.* 21. *vers. Qui autem inuenti*, & vide etiam in idem aliam Constitut. Nicolai IV. *editam de anno* 1281. *incip. Nouerit vniuersitas, versic. qui autem*, relatam vt supra *fol. mihi* 67.

47 Ex † quibus colligitur alia conclusio, quod non se purgans, vel in purgatione deficiens, tunc demum vt haereticus condemnatur, dummodo prius ob non purgationem fuerit excommunicatus & in excommunicatione per annum perstiterit, alias secus, secundum praeallegatos Doctores, & in specie aduertit Anton. de Butri. *in cap. excommunicamus, il primo, num.* 8. *& nu.* 14. *vers. Si qui purgationem, & n.* 13. *vers. Intelligendũ, extra de haereticis*, quem bene declarantem videas, Io. de Anania *in eodem c. excommunicamus, § qui autem, nu.* 3. *vers. Et aduerte*, Vmb. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo Suspicio nu.* 8. vbi sequitur hanc sententiam vt mitiorem; Repert. Inquisitorum, *in verbo Deficiẽs, vers. Nota singulare*, vbi dixit, quod licet deficiens in purgatione habeatur pro confesso, vel conuicto; haec tamen est probatio praesumptiua, & non vera; & propter praesumptiuam probationem in crimine haeresis nunquam quis traditur curiae seculari, vt ibi per eum (qui tamen loqui videtur, quando qui in purgatione deficit poenitens vult eam adimplere, ad fidem redire, de quo dixi infra *hac eadem qu. num.* 55.) Simanch. *Cath. Instit. tit.* 56. *rubr. de purgatione canonica num.* 4. vbi & ipse hanc conclusionem admittit in nolente se purgare; secundum leges ciuiles, licet contrarium de iure canonico, vt mox eum referam.

48 Et † pro hac illatione facit, nam ad hoc, vt recusans se purgare, possit vt haereticus condemnari, quatuor gradatim requiruntur, de quibus per Hostiens. *in cap. excommunicamus, il* 1. *nu.* 5. *extra, de haereticis*, primo enim requiritur notabilis suspicio; secundo quod propter hanc suspicionem indicatur purgatio; tertio quod negligens se purgare propter hoc communicetur; Quarto, quod in excommunicatione pertinaciter per annum permaserit; primus ergo gradus est suspicio; secundus purgatio; tertius excommunicatio; Quartus annalis contumacia; his enim per ordinem diligenter seruatis, iure sequitur condemnatio contra contumacem, vt haereticum, alias sententia condemnationis non sustinebitur, vt ibi per Hostiens. quem ibidem referendo sequutus est Henrich. Boich. *nu.* 5.

49 Secunda † fuit opinio, quod recusantes se purgare, vel in purgatione deficientes, etiã absq; eo quod prius excommunicentur condemnentur vt haeretici, & quod haeretici reputandi sint, Tex. est *in cap. ad abolendam, §. qui vero, [illegible] haereticis*, vbi ad literam dicitur, *Qui vero inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad arbitrium Episcopi propriam innocentiã congrua purgatione monstrauerint simili sententiae subiacebunt.* & ibi hoc adnotarunt Hostiens. *n.* 8. *vers. Qui vero, & in verbo Vt diximus*, Io. Andr. & Ancharan. *in summario*; Anton. Butrio *n.* 1. *vers. Eadem poena imponenda est suspectis, qui se non purgant, & n.* 6. *in fine, vers. Nota primo*, Abb. *nu.* 8. Marian. Socc. *nu.* 10. *in nono notab.* Cardin. Zabar. *in §. qui vero*, & Ioan. de Anania *in* 1. *&* 2. *summario, & nu.* 6. *vers. Est, & aliud speciale*; facit Tex. *in c. excommunicamus, il primo, §. adijcimus, extra de haereticis, in illis verbis, Qui nisi se ab obiecto reatu purgauerint canonice puniantur*, per quem Textum communiter dicunt Canonistae, deficientem in purgatione tanquam conuictum puniri (& sic nullam requirunt praecedentem excommunicationem) prout ibi adnotarunt Gloss. in verbo *Anathematis, & nu.* 4. *& n.* 7. *in fine, vers. ergo hodie, & nu.* 27. *ad medium in verbo Purgauerint, & dicto n.* 27. *in fine, in verbo Canonicae*, Ioan. Andr. *nu.* 2. *in verbo Monstrauerint*, Henrich. Boich. *n.* 6. Anton. de Butr. *n.* 8. *vers. Et sic aliud est, & n.* 14. *vers. Si vero indicta est*; Host. *in summa rubric. de haereticis, §. qualiter deprehendatur, nu.* 3. *vers. Accusatus autem*, vbi quod recusans se purgare canonice punitur *& numer.* 4. *versic. Quam si praestare renuit, vel deficit in praestando pro conuicto habetur.* Goffred. *in eadem summa, dicta rubric. de haeret. nu.* 3. *vers. Qui vero inuenti fuerint*, Summa Tabien. *in verbo, haereticus. n.* 24. *in fine vers. Et sciat.* Vmb. Locat. *in iudic. inquisitorum, in verbo Purgatio, nu.* 11. Repertor. Inquisitorum, *in verbo Deficiens, vers. Secundo, & tertio, & in vers. Deficiens in purgatione punitur, vt conuictus*, vbi pluribus probat, deficientem in purgatione haberi pro confesso, & conuicto, & insuper addit, quod ista praesumptio non est tantum probabilis, sed violenta, quae sufficit ad condemnationem (& sic videtur contradicere dictis per eum supra allegatis; *vers. nota singulare*) & ibi Quintil. Mandos. *in additionibus litera A.* Afflict. *in constit. Regni de haeret. & Pactarenis rubr.* 1. *nu.* 31. Simanch. *Catholic. instit. tit.* 56. *rubr. de purgatione canonica nu.* 4. vbi & hanc sententiam admittit de iure canonico, secundum quod nolens se purgare; tanquam haereticus pertinax statim puniri potest non expectato alio tempore, testaturque ita seruatum fuisse, & etiam suo tempore seruari, *& in Enchirid. Viol. relig. tit.* 54. *eadem rubr. de purgatione, nu.* 10. vbi dixit, quod qui ad arbitrium iudicum se purgare noluerit tanquam conuictus puniri debet etiam de non expectato anno integro, Oldrad. *consil.* 5. *in fine*, Franc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. inquisit. par.* 2. *commentar.* 14. *ad cap. inter solicitudines, extra, de purgatione Canonica, vers. Receptum tamen est fol. mihi* 122. *col.* 2. vbi testatur receptum esse, deficientem in purgatione haberi pro conuicto, & in causa haeresis pro consummato haeretico, ad Tex. quem allegat *in cap. hoc, & cap. insinuatum.* vbi Doctores communiter *extra, de Simonia*, Cater. *in tract. de haeretic. nu.* 18 *& nu.* 45. Decian. *in tract. crim. lib.* 3. *cap.* 35. *nu.* 15. *& cap.* 38. *nu.* 4. *& cap.* 17. *vers. Trigesimo primo, & vers.* 140. *& cap.* 48. *num.* 20. vbi dixit, isto casu non esse opus per annum integrum prout dicitur de contumacia; Martin del Rio Iesuita *in tractat. de disquisitionibus Magicis, lib.* 5. *section.* 16. *in fine*, vbi dixit, quod recusans se purgare, vel in purgatione deficiens punitur, vt conuictus, & pro hac eadem sententia facit eadem constitutio Martini V. pro prima opinione allegata, & relata per eundem Francisc. Pegnam *vbi supra, inter literas Apostolicas post Director. inquisitor. fol. mihi* 90. *in versic. Qui autem de haeresi, & in versic. Si vero propter solam infamiam*, vbi cauetur nulla facta mentione de praecedenti excommunicatione, sic se purgare recusantes, aut in purgatione deficientes, vti de haeresi conuictos, & tanquam haereticos condemnandos esse, vide quae in simili de recusante abiurare dixi supra *hac eadem quaestione, num.* 34. *& seqq.*

Tertia † successit opinio eorũ, qui dixerunt, quod deficiens in purgatione habetur pro conuicto, & propterea imponi debet illa poena secundum modum agendi scilicet accusationis, vel inquisitionis, prout voluerunt Archidiacon. & Ioan. Andr. *in locis relatis*, in Repertor. Inquisitorum, *in verbo Poena, versic. Deficiente in* 50

purga-

purgatione, & ante eum Ioan. Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de materia processuum inquisitionis, nu.* 12. vbi in simili dixit, quod qui post abiurationem, pœnitentiam iniunctam non fecerit, iuxta qualitatem, & quantitatem delicti, pœna debita punitur, Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. inquisitorum par. secunda comment.* 14. *litera G. vers. Quod si forsan in purgatione defecit fol. mihi* 122. *col.* 1. vbi testatur hanc esse communem regulam, Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 48. *nu.* 19.

51 Quæ † quidem tertia opinio resoluitur ad fauorem secundæ præcedentis opinionis, si bene considerentur scripta per Simanch. *Catholicar. institutionum, tit.* 56. *rubr. de purgatione Canonica, num.* 13. & 14. vbi dixit, quod licet contentio sit inter Doctores de pœna eius, qui defecit in purgatione, verior tamen & receptior est sententia, vt reus in purgatione deficiens puniendus sit pœna ordinaria criminis, ac si vere conuictus esset, iuxta tamen modum, & qualitatem iudicij, quo reus coactus fuit se purgare, pœna scilicet ordinaria si contra ipsum processum fuit per accusationem, extraordinaria autem arbitrio iudicis, si processum fuit per denunciationem, aut inquisitionem, & deinde concludit, quod cum hodie de crimine hæresis Promotor Fiscalis semper accuset consequens est, vt qui defecit in purgatione non secus, atque consummatus hæreticus pœna ordinaria puniri debeat, & *in Enchiridion Violat. Relig. tit.* 54. *eadem rubr. de purgatione num.* 11. & 12. vbi idem repetijt; nec dissentit Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. inquisitorum, par.* 2. *commentar.* 14. *ad cap. inter solicitudines, de purgatione Canonica, vers. Receptum tamen, fol. mihi* 122. *colum.* 2. vbi quod ita tenent communiter Doctores, expresseque dicit, quod cum in Tribunali Inquisitionis receptum sit, vt Fiscalis semper accuset, sequitur propterea vt reus in purgatione deficiens puniri debeat, atque ita curiæ seculari relinquendus, & vltimo supplicio afficiendus.

52 QVARTA † est opinio, quod recusans se purgare officio, & beneficio deponatur, in arctum Monasterium detrudatur, Tex. est *in cap. inter solicitudines, in fine, extra, de purgatione canonica.* vbi dicitur, *Quod si forsan in purgatione defecerit eum Ecclesiasticæ disciplinæ mucrone percellas, & ab officio, & beneficio depositum ad agendum pœnitentiam in arctum Monasterium detrudere non omittas*, & voluit Archidiacon. *in cap. accusatus post num.* 1. *vers. Si talis ad arbitrium Episcopi, & versic. Et si bene consideres, de Hæreticis in* 6. Ioan. Lopez *in allegationibus hæreticalibus* §. 11. *in principio, versic. Pro qua doctrina*, vbi dixit quod si quis defecerit in purgatione, licet hæreticus præsumatur, ei tamen non imponitur pœna ordinaria delicti, sed mitior, quia scilicet detruditur in monasterium.

53 QVINTA † Fuit distinguentis Abbatis *in d. cap. excommunicamus, nu.* 10. *ad finem, vers. Oppono contra, extra, de Hæreticis*, vbi dixit, primam opinionem procedere in eo, qui fuit contumax in suscipienda purgatione, sibi indicta, & ideo tanquam contumax debet condemnari, & si perseuerauerit per annum hæreticus iudicabitur; secunda autem opinio procedit in eo, qui non est contumax in suscipiendo purgationem sibi indictam, sed in eo, qui purgationem iam suscepit, sed in illa defecit, vel nolendo iurare, vel non inueniendo purgatores, & tunc condemnatur, non tanquam contumax sed tanquam conuictus, vt ibi per eum, & sic facit differentiam inter contumacem ad se purgandum & suscipiendum purgationem indictam, & inter deficientem in purgatione suscepta, vt primo casu non possit, vt hæreticus condemnari, nisi prius fuerit excommunicatus & in excommunicatione steterit per annum; secundo autem casu, etiam non præcedente excommunicatione, habeatur pro conuicto &, condemnari possit, *vt ibi per eum*, & ante Abbatem hanc eandem declarationem *in eodem cap. excommunicamus*, posuerunt Hostiens. *nu.* 27. *ad medium, in verbo Purgauerint*, Ioan. Andr. *nu.* 22. Anchar. *nu.* 3. & post præallegatos Marian. Soccin. *nu.* 13. vbi post tres alias solutiones quas improbat in hac resider distinctione, Ioan. de Anania *nu.* 3. vbi testatur de Communi, *& nu.* 6. *in fine, vers. Et ex prædictis.* & Cardin. Zabarel. *in* 1. *oppositione, in* §. *qui autem*, Vmbert. Locat. *iudicial. inquisitorum, in verbo Purgatio, num.* 3. vbi ponit eandem distinctionem, Repertor. Inquisit. *in eodem verbo Purgatio, vers. Item quando*, vbi facit eandem distinctionem de recusante purgationem, vel de deficiente in ea, Gundisalu. *in tract. de hæreticis, qu.* 15. *num.* 11. Eymer. *in Direct. inquisit. par.* 3. *rubr. de secundo modo finiendi processum, &c. num.* 147. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 48. *nu.* 19. & 20. Menoch. *cons.* 82. *nu.* 133. & 134. *lib.* 1.

SEXTA † Fuit opinio, quæ pariter distinguitur, quod si quis non purgauerit se ex eo, quod non inuenit purgatores volentes de eo bonam fidem facere, & tunc habetur pro conuicto, si vero purgatores nō inuenit, quia pauper est, vel extraneus, & tunc illi subueniendum est arbitrio iudicis considerata qualitate personæ criminis & infamiæ, vt per Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo Purgatio, num.* 8. Decian. *in tractat. crim. lib.* 5. *cap.* 48. *nu.* 26. vbi quod si purgandus est aduena, & peregrinus, qui non potest dare purgatores notam habentes eius vitam, tunc statur eius simplici iuramento, *per Gloss. quam allegat in cap. Cum P. de accusationibus*, & ibidem Decian. *n.* 15. vbi quod si purgandi essent viles, & tales, qui verisimiliter non possint dare compurgatores idoneos, tunc inquit esse recipiendos mediocres, & quos dare potest arbitrio iudicis. 54

Vides ergo quam controuersa sit hæc disputatio, quare mihi multum placet distinctio, quod prima opinio procedat, quando quis recusat se purgare, vel in purgatione deficit; non ex malitia, sed ex quadam negligentia, seu desidia, prout loquitur Constitutio Martini V. præallegata, *in eodem vers. Qui vero dictam innocentiam*: secunda autem opinio procedat in recusante se purgare, seu deficiente in purgatione non ex desidia, seu negligentia, sed ex malitia, & ita videtur interpretanda eadem Martini V. Constitutio *in vers. Qui autem de hæresi, & in vers. Si vero propter solam infamiam ne sibi ipsi eodem tempore contradicere videatur.*

Hoc † vnum est in tanta scribentium varietate, quod licet deficiens in purgatione suscepta conuictus hæreticus reputetur, non tamen per hoc tradendus est curiæ seculari, si ad fidem pœnitens vult redire, nam si vere conuictus, vel confessus potest redire ad fidem, & non debet tradi curiæ seculari fortius dicendum est idem de conuicto interpretatiue Vmbert. Loc. *in iudicial. Inquisitorum, in verbo Purgatio, num.* 12. Repert. Inquisit. *in verbo Deficiens, vers. Nota singulare*, Simanch. *Catholicar. institut. tit.* 56. *rubr. de purgatione Canonica nu.* 16. *& in Enchiridion Violat. Relig. tit.* 54. *eadem rub. de purgatione nu.* 14. Bernard. Coment. *in Lucerna Inquisitorum, in verbo Purgatio*, §. 9. Francisc. Pegna qui de Communi testatur *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitorum par.* 2. *comment.* 14. *ad cap. inter solicitudines, extra, de purgatione Canonica, vers. Sed quid si pœniteat fol. mihi* 122. *col.* 2. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 48. *num.* 21. 55

LIMITA I. † propositam regulam, in qua dixi suspecto de hæresi esse indicendam purgationem, vt procedat dummodo suspicio fuerit probabilis, alias secus, *secundum Gloss. in cap. Excommunicamus* [illegible], §. *Qui autem, in verbo Suspicione, versic. Et intellige, extra de hæreticis*, & ibi idem scripserunt Abb. antiq. *numer.* 1. *in verbo Suspicione*, Hostiens. *numer.* 1. *in fine, in verbo Suspicione sola*, & Anton. de Butrio *num.* 11. Simanch. *Catholicar. institution. tit.* 56. *rubr. de purgatione Canonica num.* 31. *in fine*, vbi amplius tenere videtur, quod nemo ad purgationem damnan- 56

damnandus est, qui de vehementi suspectus non sit; Ioan. Calderin. *in tit. de hæreticis cons. 5. num. 3.* Gabr. *cons. 160. num. 6. lib. 1.* vbi consuluit, quod suspicio sine infamia non sufficit ad indicendam purgationem, nisi fuerit probabilis, vehemens, ex vrgentibus coniecturis nata, & apud Episcopum, vel solo, vel cum aliis, secus si talis suspicio non sit penes Episcopum, sed penes alios; quia tunc & si probabilis, aut vehemens non sufficit ad indicendam purgationem, nisi accedat timor scandali; vide quæ dixi supra *quæst. 185. nu. 58.*

57 LIMITA II. † Vt in notoriis, & probatis purgatio non admittatur, *vt in Repertor. Inquisitorum, in verbo Purgatio, versic. Purgatio in manifestis, & in versic. Vtrum purgatio,* vbi propterea idem dixit, quando crimen non est probatum, sed accusator probationem offert, Simanch. *Catholicar. institution. tit. 56. rubric. de purgatione Canonica num. 6.*

58 LIMITA III. † in eo, qui suspicionem hæresis per torturam purgauit, cui propterea, si tortura fuit sufficiens, non potest indici alia purgatio, *vt dixi supra quæst. 185. num. 126. 127. & 128.*

59 LIMITA IV. † Vt non semper vniformiter purgatio indicenda sit suspecto de hæresi, sed modo maior, & modo minor, modo grauior, & modo leuior arbitrio Episcopi & Inquisitoris, iuxta considerationem suspicionis, & qualitatem personæ, Tex. expressus *in cap. Ad abolendam, §. qui verò, extra de hæreticis, in illis verbis; Nisi ad arbitrium Episcopi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, &c.* & ibi hoc adnotarunt Gloss. *in verbo Arbitrium,* Hostiens. *numer 6. in eodem verbo, Arbitrium;* Anton. de Butrio *num. 7. vers. Secundo nota,* Abb. *numer. 8. in vltimo notab.* Marian. Soccin. *num. 8. vers. Et vltra hæc, & num. 10. versic. Et indicitur hæc purgatio ad arbitrium superioris,* item est Tex. *in cap. Excommunicamus, il primo, §. qui autem, extra, eodem, in illis verbis; Nisi iuxta considerationem suspicionem qualitatemque personæ propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint,* & ibi hoc adnotarunt Glossa, *in verbo, Suspicionis;* Hostiens. *num. 2. in verbo, Qualitatem,* Ancharan. *nu. 2.* Anton. de Butrio *ante num. 1. in figuratione casus, vers. Si vero non constat de crimine;* Marian. Soccin. *num. 13.* & Ioan. de Anania *num. 2. versic. Nota quod in suspicione est habenda consideratio;* Hostiens. *in summa rubr. de hæreticis, §. qualiter deprehendatur nu. 4. vers. Si autem sola suspicione,* Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis quæst. 8. num. 1.*

60 SVBLIMITA hanc IV. Limitationem, † vt iudicis arbitrio remissus sit modus indicendi purgationem, & illius qualitatem, iuxta personarum & suspicionum grauitatem, & qualitatem, non autem quod possit ad sui arbitrium indicere, & non indicere purgationem, quia eam indicere non poterit, nisi vbi sic à iure statutum est, & nisi ex causa à iure approbata, vt per Gabr. *cons. 170. num. 2. & seq. lib. 1. & cons. 178. nu. 34. eodem lib. 1.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 48. nu. 33.*

61 Contrarium † quod purgationis indictio iudicis arbitrio remissa sit, simpliciter dixit Simanch. *Cathol. inst. tit. 56. rubr. de purgatione Canonica, nu. 8. post Dec. in cap. etsi clerici, num. 75. de iudic.* quem refert, & sequitur Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitorum par. 2. commentar. 14. ad cap. inter solicitudines, de purgatione Canonica, versic. Est autem purgatio in fine, fol. mihi 121. col. 1.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 48. num. 9. vers. Et an sit indicenda,* Martin. del Rio Iesuita *in tractat. de disquisitionibus Magicis lib. 5. [illegible] vers. Sed bene est.*

62 LIMITA V. † Vt purgationem iudex indicere non possit, quando in sola conscientia, & non ex processu scit Inquisitum esse de hæresi suspectū; quod si in conscientia, & secrete sciat non solum illum esse suspectum sed culpabilem, & hæreticum, & tunc debet purgationem indicere, sic enim videtur voluisse Repertor. Inquisitorum, *in verbo Purgatio, versic. Vtrum iudex, iuncto versic. An Episcopus, vel Inquisitor,* Decian. *in tractat. criminal. lib. 5. cap. 48. numer. 27.* vbi dixit, quod si quis inquisitori fassus est se hæreticum, petatque sibi indici purgationem Canonicam, debet inquisitor purgationem indicere, & si sciat eum periurium incursurum, quia id facit non tanquam sciens, sed tanquam ignorans.

LIMITA VI. † Quia licet in crimine hæresis, vt suo loco dictum est, non detur appellatio à sententia diffinitiua, bene tamen appellari poterit à decreto purgationis indictæ, & à termino ad se purgandum præfixo, secundum Hostiens. & alios allegatos supra *quæst. 162. num. 27.* quod hic repetere non est necesse, & in specie Francisc. Pegnam *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisitorum par. 3. rubric. de secundo modo finiendi processum, &c. commentar. 38. versic. In causa purgationis Canonicæ fol. mihi 513. colum. 1.* Decian. *in tractat. criminal. lib. 5. cap. 48. nu. 38.* vbi tamen videtur dubitare de hac conclusione, *& num. 43.* 63

LIMITA VII. † Quia purgationis remedium in vsu esse desijt in aliis criminibus, præterquam in crimine hæresis, vt pluribus docet Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitorum par. 3. rubric. de secundo modo finiendi processum &c. commentar. 38. versic. Et cum in omnibus fere criminibus. fol. mihi 512. colum. 1. in fine,* & tamen etiam in hoc crimine fragile, & periculosum remedium esse affirmat Simanch. *Catholicar. institutionum, tit. 56. rubric. de purgatione Canonica, num. [illegible] & numer. 12. & numer. 31.* vbi bonas reddit rationes, & concludit, illos tantum se purgare cogendos esse, quorum fama Populo Christiano valde necessaria est, prout sunt Episcopi, Sacerdotes, Prædicatores, & similes, *& dicto numer. 12.* pariter dixit, ad purgationem non esse admittendos eos, qui ex parentibus Iudæis, aut Mahumettanis descendunt, *& in enchiridio violat. religion. tit. 54. eadem rubric. de purgatione, numer. 8.* vbi amplius dixit, quod viles, & plebeij homines, & malo genere nati non sunt damnandi ad purgationem, quia expurgatores non inueniant, & propterea melius est eos torquere; quod si forte ad purgationem damnentur, & bonos expurgatores non inuenerint, recipiendi erunt tales mediocres, ne defensionis facultas ei denegetur, *& n. 9.* vbi quod purgatio magis pertinet ad eos, qui in honoribus constituti sunt, quam ad alios; Franc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitorum, par. 2. commentar. 14. ad cap. inter solicitudines, vers. Cæterum animaduertendum est, fol. mihi 122. colum. 2.* vbi pariter dixit, purgationis remedium esse periculosissimum, fragile, fallax, & incertum, cum ab aliorum opinione, & voluntate pendeat, & propterea illo non vtendum nisi raro, & cum magna cautela, vtiliusque & salubrius esse, alias pœnas arbitrarias imponere, ad aliaque remedia confugere, & propterea in supremo vrbis totiusque Christianæ Reipublicæ sanctæ generalis Inquisitionis Tribunali purgationem ab aula fere recessisse, & non nisi raro indici solere certum est. 64

ARGVMENTVM.

De forma purgationis, & illius requisitis.

SVMMARIA.

Forma purgationis, num. 65.
Purgatio quot compurgatores requirat, & cuius conditionis, num. 66.
Purgatio an publice, vel secrete facienda, nu. 67.
Purgatio, an debeat continere expressa omnia crimina pro quibus quis se purgat, nu. 68.
Iuramentum in purgatione requiritur, & qui iurare recusat in purgatione punitur, vt nu. 69. & 70.

QVÆST.

QVÆST. CXCIV. §. IV.

65 FORMA † purgandi se Canonicè ponitur per Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, fol. mihi 490. & seq.* Repertor. inquisitorum *in verb. Purgatio, vers. Forma purgationis talis est*, & latius per Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 56. rub. de purgatione Canonica, num. 25. & seqq.* Eymeric. *in Director. inquisitorum, part. 3. rub. de septimo modo terminãdi processum fidei, &c. nu. 182.* vbi ponit formam purgationis à diffamato de hæresi facienda, & latius *eadem part. 3. rub. de secundo modo finiendi processum, &c. n. 145. & seqq.* & *ibi* Franc. Pegna *in additionibus, Commentar. 38. in discursu, nu. 149. & seqq. fol. mihi 513. col. 1. & 2.* Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 48. nu. 43.* vide Concilium Tarraconense *quæst. 3. ad fin. vers. Suspectus de hæresi*, relatum per Pegn. *in Director. Inquisitorum, part. 2. fol. 234. & sequ.* vbi ponit formam purgationis indictæ suspecto de hæresi, & *in versic. Compurgatores iurabunt*, ponit formam iuramenti faciendi ad fauorem rei per compurgatores.

66 Quot † autem compurgatores in hac purgatione interuenire debeant, quales, & cuius conditionis, dic', quod de iure Canonico, si cõtingat, Episcopum se purgare, debet inuenire duodecim Episcopos compurgatores, Sacerdos debet inuenire sex Sacerdotes, Diaconus cum tribus Subdiaconis, seu alius inferior cum vno compurgatore, *cap. Omnibus, cap. Si legitimi, & cap. Presbyter, 2. quæst. 4.* Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Purgatio, nu. 7.* vbi tamẽ dicit, hodie compurgatorum numerum esse arbitrarium iudici, quandoq; enim maior, & quãdoq; minor requiritur compurgatorum numerus, secundum quod infamia & crimen sunt magis vel minus grauia, & *nu. 8.* vbi, quid, si non possunt haberi tot compurgatores, & *nu. 9.* vbi, quales debeant esse compurgatores. Ad quam materiam, quot scilicet requirantur compurgatores, & quales esse debeant isti compurgatores, vide omnino textum cum ibi notatis per Doctores, *in cap. Inter sollicitudines, extra, de purgatione Canonicá*, & *ibi* præsertim Franciscus Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 2. Comentar. 14. fol. mihi 121. & seq. præsertim litera C. & litera D.* vbi & de numero purgatorũ, & de eorum munere, & qualitatibus bene discurrit Repertor. Inquisitorum *in verbo, Purgatio, vers. Nota, quod certo numero, & seqq. & vers. Nota, quod in compurgatoribus, & versic. Nota circa numerum, & vers. Nota, quod Episcopus*, & omnino Simanch *Catholicarum institutionum tit. 56. rubr. de purgatione Canonica, nu. 9. & seqq. & nu. 15.* vbi ponit ad hoc, vt quis dicatur in purgatione deficere propter defectum Purgatorum, an sit necesse, quod deficiãt omnes, an maior vel minor pars, vel vnus tantum, & *in Enchirid. violatæ religion. tit. 54. rub. de purgatione, nu. 6. & 7. & nu. 13.* vbi idem repetiit, Squillacens. *in tract. de fide Catholic. c. 52. n. 1.* Eymeric. *in Directorio inquisitorum, parte 3. rubr. de secundo modo finiendi processum, &c. num. 146.* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 38. lit. B. versic. Considerandum etiam hic est, folio mihi 512. col. 2. in fine*, Decian. *in tract. crimin. libr 5. cap. 48. num. 12. & seqq. & num. 26.* vbi late, quot & quales requirantur purgatores, & *nu. 36. versic. Secundo, & seqq. & numer. 47.* Martin. del Rio Iesuita *in tract. de disquisitionibus magicis, libr. 5. section. 13. versic. Expurgatorum quoque*, vbi dixit, expurgatorum numerum iudicis arbitrio remissum esse.

67 An † autem hæc purgatio publice vel secrete facienda sit, vide Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Purgatio, nu. 6.* vbi, quod est publicè facienda ab eo, qui apud populum infamatus est, secus si apud paucos, quia tunc sufficit, quem se purgare coram illis paucis, siue laici, siue clerici sint, & coram iudice, Repertor. inquisitorum *in verbo, Purgatio, versic. Si enim est infamatus apud populũ.* Eymeric. *in Directorio Inquisitorum, parte 3. rubr. de secundo modo finiendi processum, &c. nu. 150.* & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 38. versic. Ex his, quæ dicta sunt, & quatuor seqq. versic. fol. mihi 514. col. 1.* quẽ bene declarantem videas, Decian. *in tract. crim. libr. 5. c. 48. nu. 28.* vbi, quod infamis coram populo purgandus est, & *nu. 36.* vbi secretè diffamatus, apud aliquos tantum secrete etiam purgandus est, Ludouic. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, libr. 3. quæst. 4. rubr. de expeditione processus in causis fidei, nu. 4.* vbi idem dixit.

Numquid † autem in purgatione facienda, sint specificanda crimina cum circumstantiis, vide in Repertor. inquisitorum *in verbo, Purgatio*, vbi arguit pro & cõtra, & postea distinguit, quod si quis inquiritur, vt puniatur, tunc fiet criminum specificatio, secus, si quis inquiratur, vt ab administratione remoueatur, quod si quis inquiratur, vt se purget, & tunc, si infamia est specificata, etiam purgatio specificanda erit, alias sufficit generalis purgatio, ex Innocentio, Bartol. & Cardinal. Zabarell. *in locis per eum relatis*, Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 48. num. 29.* vbi, quod purgandus debet in purgatione specificare omnia crimina eodem modo, quo accusatus est. 68

Et † quod qui se purgare tenentur, teneantur etiam iurare, & per iuramentum suam conscientiam de hæresi purgare, quod si iurare recusauerint, hæretici reputẽtur, text. est *in cap. Excommunicamus, il 1. § adiicimus, in fine, extra, de hæreticis*, in illis verbis: *Si qui vero ex eis religionem obstinatione damnabili respuentes iurare forte noluerint, ex hoc ipsi tanquam hæretici reputantur*, & *ibi* hoc adnotarunt Glossa *in verbo, Iurare*, asserens in simili eum, qui de calumnia iurare recusat, quod habeatur pro condemnato, Hostiens. *nu. 10. in verbo, Fideles, & nu. 27. in fine, in verbo, Obstinatione damnabili, & num. 28.* vbi declarat, hanc conclusionem procedere in illis, qui obstinatè credentes, quod iurare sit peccatum, vt suo loco dixi, iuramẽtum præstare recusant, secus, si sic recusant ex quadam honestate, seu subtilitate, prout quandoq; faciunt Religiosi, & Hostiensem sic dicentẽ *ibi* sequuti sunt Ioan. Andr *nu. 23.* Anton. de Butrio *nu. 43.* Abb *num. 12. ad fin.* Marian. Socin. *num. 65.* Ioan. de Anania *nu. 35.* Felyn. *sub nu. 4. col. 4. in princ. versic. Notã ibi obstinatione*, & Cardinal. Zabar. *in §. Si qui*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Purgatio, versic. Forma iuramenti*, vbi ponit formam huius iuramẽti, & *in versic. Purgandus vere*, vbi declarat, Simanch. *Catholicarum Institutionum tit. 56. rubr. de purgatione Canonica, num. 30.* & *in Enchiridion violatæ Religionis, tit. 54. eadem rubr. de purgatione, num. 15.* Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap. 32. nu. 1.* Eymeric *in Directorio inquisitorum, parte 3. rubr. de secundo modo finiendi processum, &c. nu. 149. ad finem*, & *ibi* Franciscus Pegna *in additionibus, Commentar. 38. versic. Hispalensi quadam instructione, folio mihi 513. colum. 2. in fine*, vbi ponitur forma præstationis & receptionis huius iuramenti, Decian *in tract. crim. lib. 5. c. 48. num. 4. & 5.* vbi ponit formam iuramenti præstandi ab eo, qui se purgat, & à compurgatoribus, & *num. 11. & num. 25.* vbi de eadem forma iuramenti præstandi per se purgantem. 69

Verum, † quod recusantes in purgatione sibi indicta iurare deponantur, & in arctum Monasterium detrudantur, voluit Archidiacon. *in cap. Accusatus, nu. 1. versic. Si talis arbitrium Episcopi, & versic. Et si bene consideres, de hæreticis, in 6.* 70

ARGVMENTVM.

Relapsi qui dicantur, qua pœna, & quando puniantur.

SVMMARIA.

Relapsi dicuntur, qui postquam vt hæretici pœnitentes hæresim abiurauerunt, iterum in ea reuertuntur, nu. 1.

Relapsi quidam sunt manifesti, & quidam præsumpti, nu. 2. vbi etiam, qui dicantur relapsi manifesti, & qui præsumpti.

Relapsorum duplex est species, aliqui scilicet verè relapsi, & aliqui fictè, n. 3. vbi etiam, qui dicantur verè relapsi, & qui ficti.

Relapsi curiæ seculari traduntur, nu. 4. olim autem ad perpetuos carceres damnabantur, nu. 5.

Relapsi curiæ seculari traduntur, etiam quod pœnitentes se Ecclesiæ reconciliari petant, nu. 6.

Relapsus dicitur, qui de hæresi confessus aut conuictus, abiurauit, & postea iterum incidit in hæresim, quam aut confitetur, aut de ea conuictus est, nu. 7.

Relapsus dicitur etiam ille, qui postquam abiurauit schisma, iterum labitur in hæresim, nu. 8.

Relapsus etiam dicitur sortilegus, qui primo abiurauit propter Dæmonum inuocationem, & deinde de eadem inuocatione iterum confessus est, aut conuictus, num. 9. Etiam quod primo abiurauerit de vehementi, nu. 10. Declara primò, si Dæmones inuocauerint cum errore mentis, aliter secus, num. 11. Declara secundo, dummodo sortilegium sit hæreticale, aliter secus, nu. 12.

Relapsi dicuntur & traduntur curiæ seculari in pluribus casibus, etiam quod vna tantum vice in hæresim lapsi fuerint, nu. 13.

Relapsus dicitur etiam, quod de primo lapsu quis non fuerit confessus aut conuictus, sed abiurauerit de vehementi, num. 14. 15. & 16.

Relapsus dicitur, qui confessus & conuictus, primo abiurauit, & postea iterum de vehementi abiurauit, nu. 17. Licet alij contra, nu. 18.

Relapsus non verè sed fictè dicitur, qui primo abiurauit de vehementi, & postea iterum in hæresim incidit, nu. 19.

Relapsus non dicitur ille, qui primo abiurauit de leui, & postea iterum de hæresi confessus aut conuictus est, num. 20. Declara, nisi postquam quis post deprehensionem in relapsu plenè constaret de illo crimine, de quo prius leuiter suspectus abiurauit, nu. 21.

Relapsus non dicitur, qui primo abiurauit de vehementi, & postea de hæresi iterum vehementer suspectus est, nu. 22. Licet alij contra, num. 23. Benè verum est, quod ex secunda vehementi suspitione redditur violenter suspectus, nu. 25.

Relapsus non dicitur, qui primo abiurauit de leui, & postea iterum de hæresi leuiter suspectus est, nu. 24.

Relapsus non dicitur, quando prima abiuratio fuit nulliter facta, nu. 26.

Relapsus dicitur etiam ille, qui post purgationem iterum incidit in hæresim, nu. 27. Licet aliqui dixerint, hoc non esse bene resolutum, nu. 28.

Relapsus non dicitur, qui post purgationem in hæresim incidit, nisi purgatio fuerit indicta propter vehementem suspicionem & diffamationem, secus, si propter leuem, licet etiam tunc grauius puniatur, nu. 29.

Relapsus non dicitur, qui post purgationem incidit in hæresim diuersam ab ea, pro qua se purgauit, nu. 30.

Relapsus non dicitur, qui de hæresi diffamatus se purgauerit, si iterum de hæresi diffamatur, nu. 31.

Relapsus dicitur, qui primo in hæresim lapsus, & pœnitens abiurauit, & postea hæreticos receptauerit, associauerit, defenderit, aut alias ipsis opem & consilium præstiterit, nu. 32.

Relapsus non dicitur, qui primo abiurauit de vehementi, & postea hæreticos receptauerit, associauerit, vel defenderit, nu. 33. Nisi post abiurationem de vehementi superuenerit concludens probatio illius hæresis, quam abiurauit, nu. 34.

Relapsus non dicitur, qui post abiuratam hæresim receptauerit, seu defenderit hæreticos diuersæ sectæ ab ea, quam abiurauit, num. 35.

Relapsus non dicitur, qui primo abiurauit tanquam receptator & fautor hæreticorum, & deinde iterum reincidit in eandem fautoriam, & receptionem, nu. 36. Contra, num. 37. Et hæc secunda opinio potest procedere arbitrio iudicis, & consulto Papa, nu. 38. Item quando pluries quis in hanc fautoriam reinciderit, nu. 39.

Relapsus non dicitur solum is, qui iterum labitur in eandem speciem hæresis, quam abiurauit, nu. 40. sed etiamsi in diuersam, nu. 41. Declara, si generaliter & simpliciter abiurauit hæresim, nu. 42. Secus, si non generaliter aut simpliciter, sed illam tantum hæresim, quam tenebat, quis abiurauerit, tunc enim reincidens in diuersam hæresis speciem non habetur pro relapso, nu. 43. Contra, nu. 44. Declara, vt nu. 45.

Relapsus non dicitur, quando de relapsu non constat euidenter, & qui secundo loco labitur in hæresim, licet occultus est hæreticus, nu. 48.

Relapsus nō dicitur hæreticus, etiam quod longo tempore in pluribus hæresibus perstiterit, nisi primo abiurauerit, nu. 49.

Relapsus sponte se deferens non traditur curiæ seculari, nu. 50.

Relapso danda sunt defensiones, nu. 51.

Relapsi antequam curiæ seculari tradantur, sæpius monendi & requirendi sunt, vt pœnitentes ad fidem redeant, nu. 52.

Relapsorum materia generaliter & remissiuè, nu. 53.

Forma sententiæ contra relapsum, nu. 54.

QVÆST. CXCV. §. I.

PRÆMITTENDVM † est in proposita quæstione, qui dicantur relapsi, & relapsorum quot species sint; Ad primum responde, quod relapsi dicuntur, *Qui postquam vt hæretici pœnitentes hæresim abiurauerunt, iterum in eam reuertuntur & relabuntur*, vt in Repertor. Inquisitorum *in verbo, Relapsus, & ibi in additionibus, litera A. versic. Primo, & seq.* Vmber. Locat *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Relapsi, nu. 1.* vbi propterea dixit, quod relapsi dicuntur *Quasi iterum lapsi*, Simanch. *Catholicarum Institutionum tit. 57. rub. de relapsis, nu. 1.* vbi, quod relapsi dicuntur, *Qui in eandem hæresim iterum inciderunt, & in Enchirid. violatæ religion. tit. 60. eadem rubr. de relapsis, nu. 1.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 16. nu. 2. in fine, versic. Deinde dicitur relapsus*, Squillacens *in tract. de fide Catholica, cap. 29. nu. 2.* Ioan. à Rojas *singular. 172. nu. 1.* vbi, quod relapsus dicitur, *Qui iterum post abiurationem labitur in hæresim*, Eymeric. *in Directorio inquisitorum, parte 2. quæst. 58. nu. 1. & quæst. 40. num. 3.* & ante istos vide Concilium Tarraconense, registratum per Franciscum Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, parte 2. fol. mihi 235. & seq. versic. Relapsos, in princ.* vbi dixit, relapsos esse illos, *Qui post abiuratam vel renunciatam hæresim reuertuntur in pristinam hæresis sententiam.* 1

Ad † secundum responde, quod relapsi quidam sunt manifesti, quidam autem præsumpti. Manifesti relapsi dicuntur ii, *De quorum primo & secundo lapsu legitimis probationibus manifestè constat*, Præsumpti relapsi dicuntur, *Quorum duplex lapsus non plenè probatur, sed tamen violenta iuris præsumptione relapsi esse censentur*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 57. rubr. de relapsis, nu. 1.* 2

Ad † id succedit alia distinctio, quod relapsi sunt in duplici specie, aliqui scilicet verè, & aliqui fictè; verè relapsus dicitur ille, *Qui legitimè confessus aut conuictus abiurauit, deinde iterum de hæresi conuictus aut confessus est*, dixi *infra, hac eadem quæst. num. 7.* & sic, vt quis verè dicatur relapsus, oportet, vt de primo & secundo lapsu plene & concludenter constet; fictè autem relapsus est is, *Qui primo abiurauit de vehementi, & postea de hæresi iterum est confessus aut conuictus*, vt dixi *infra, hac eadem quæstione, num. 14.* item & ècontra fictè relapsus dicitur, *Qui de hæresi conuictus aut confessus abiurauit, & postea de hæresi conuictus non plenè & concludenter, sed per vehementem suspicionem*, vt dixi *infra, hac eadem quæst. num. 41.* & per Zanchin. qui bene hanc distinctionem ponit *in tract. de hæreticis, cap. 16. nu. 2. & nu. 3.* & per Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 56. nu. 1. & 2.* 3

REGVLA † sit, quod relapsi curiæ seculari traduntur, Tex. est *in c. Ad abolendam, §. illos quoque, extra, de hæreticis*, vbi ad literam dicitur: *Illos quoque, qui post abiurationem erroris deprehensi fuerint in abiuratam hæresim, reincidisse* 4

secu-

seculari iudicio *sine vlla penitus audientia decernimus relinquendos*, & *ibi* hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus*, *versic. Tertio dicitur*, Abb. antiquus *nu.* 3. Hostiens. *nu.* 9. *in verbo, Recidisse*, Ancharan. *in summario*, *& nu.* 6. Anton. de Butrio *nu.* 1. *versic. Relapsis vero*, *& nu.* 9. *versic. Secundo nota*, Abb. *num.* 1. *in princip. & num.* 1. *in figuratione casus*, *versic. Tertio dicitur*, Marian. Socin. *in summario*, Felyn. *post nu.* 2. *versic. Nota, seuerius puniri relapsos*, & Ioan. de Anania *in secundo summario*, *versic. Relapsus audientia denegatur*, *& nu.* 6. *in fine*, *versic. Nota, quod seuerius*, Hostiens. *in cap. Excommunicamus*, *il* 1. *num.* 2. *in fine*, *in verbo, Euitentur*, & *ibi* etiam Henric. Boich. *num.* 7. *extra eodem*, Gloss. *in cap.* 1. *de hæreticis, in* 6. *in figuratione casus*, *in princip. versic. Si autem postea liberetur*, *& versic. Nota, quod vbi clericus est relapsus*, *& ibi* etiam Arnald. Albertin. *in repetitione*, *in princip. num.* 54. est etiam Textus *in cap. Super eo*, *eodem tit. de hæreticis*, *in* 6. in illis verbis: *Si deprehensi fuerint in abiuratam hæresim reincidisse seculari decernuntur iudicio*, Calderin. *in tract. de hæreticis*, *rubr. de hæreticis relapsis*, *nu.* 1. vbi concordantia iura allegat summa Rosella, *in verbo, Hæreticus*, §. 1. *nu.* 15. *in princip. & nu.* 17. *in fine*, *versic. Post relapsum vero*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 57. *rub. de relapsis*, *n.* 10. *& seqq.* vbi pluribus hanc conclusionem comprobat, proponit contraria, & illis respondet, Ioan. à Rojas *singul.* 23. *nu.* 3. *& seqq.* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Relapsus*, *versic. Secundo*, *& in versic. Nota, quod olim relapsus*, Afflict. *in Constitution. Regni, de hæreticis & Pacterenis*, *rubr.* 1. *num.* 58. vbi pluribus hanc exornat conclusionem, Simanch. *in Enchiridion violatæ religionis*, *titul.* 60. *rubric. de relapsis*, *num.* 5. Campeg. *in additionibus ad Zanchinum*, *in tract. de hæreticis*, *cap.* 16. *liter. C. in verbo, Relapsus*, Squillacens. *in tract. de fide Catholica*, *cap.* 27. *nu.* 4. *in fine*, *& nu.* 5. Carer. *in tract. de hæreticis*, *nu.* 133. *in fine*, *versic. Fallit tamen*, Bonifac. de Vitalinis *in rub. de crimine hæresis*, *num.* 7. Diaz *in pract. crimin. Canonic. cap.* 114. *in verbo, Hæretici*, *nu.* 3. *versic. Si tamen semel deliquit*, Boss. *in tit. de hæreticis*, *num.* 19. Conrad. *in pract. rub. de hæreticis*, *num.* 19. Clar. *in pract. crimin.* §. *Hæresis*, *nu.* 7. *versic. Item intellige*, Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis*, *part.* 2. *num.* 326. *& seqq.* vbi alios refert concordantes, & huius regulæ duas affert rationes, & *singular.* 155. vbi, quod relapsis nulla dispensandi datur inquisitoribus potestas, Eymeric. *in Directorio inquisitorum*, *part.* 3. *rubr. de nono modo terminandi processum fidei*, *&c. num.* 179. *& sequ.* vbi ponit formam tradendi relapsum curiæ seculari, Decian. *in tract. crimin. libr.* 5. *cap.* 56. *nu.* 15. vbi ponit contrarium ex dicto Pauli Apostoli *ad Titum* 3. & illi respondet Bursat. *consil.* 7. *nu.* 33. Hippolyt. Riminald. *consil.* 186. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 2. *casu* 374. *nu.* 1. Ludouic. à Paramo *de origine S. inquisitionis*, *libr.* 3. *quæst.* 4. *rub. de expeditione processus in causis fidei*, *num.* 34. *& quæst.* 9. *num.* 158. *& seqq.*

5 Etsi † olim relapsi hæretici non curiæ seculari tradebātur, sed perpetuo carceri mancipabantur, prout scripsit Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis*, *rubr. de redeuntibus & conuersis*, *nu.* 7. *& in rubr. de materia processuum inquisitionis*, *num.* 7. *in fine*, vbi, quod relapsi recipiuntur cum pœnitentia publica, nisi fortè ex tali receptione scādalum, & maior scissura fieret, & voluit Repertor. Inquisitorum, *in verbo, Relapsus*, *versic. Nota, quod olim.*

6 AMPLIA I. Vt † relapsi tradantur curiæ seculari, etiam quod pœnitētes misericordiam petant, quod an verum sit, & quando, dixi *supr. quæst.* 193. *num.* 32. *& seqq.*

7 AMPLIA II. Vt † præsertim regula procedat in eo, qui verè confessus, aut legitimè & plenè conuictus hæresim in iudicio abiurauit, & deinde iterum de hæresi aut confessus aut conuictus est, Tabien. *in verbo, Hæreticus*, *nu.* 26. *versic. Verè dicitur relapsus*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Relapsus*, *versic. Item relapsus dicitur*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum*, *in verbo, Relapsi*, *num.* 2. *vers. Primus, quorum erit*, *& nu.* 6. Decian. *in tract. crimin. libr.* 5. *cap.* 56. *nu.* 1. Et iste dicitur verè relapsus, vt dixi *supra, hac eadem quæst. nu.* 2. *&* 3.

AMPLIA III. In † schismaticis, qui si, postquam 8
pœnitentes abiurauerint schisma, iterum reincidant, vt relapsi puniuntur, secundum Ancharan. *in capit. Firmissimè*, *nu.* 3. *versic. Caueat tamen*, *extra, de hæreticis*, & *ibi* etiam Ioan. de Anania *nu.* 3. *versic. Caueant tamen.*

AMPLIA IV. In † sortilegis. Sortilegus enim re- 9
lapsus, qui primo abiurauit propter dæmonum inuocationem, & deinde iterum de eadem inuocatione est confessus vel conuictus, curiæ seculari traditur, sicut alius hæreticus, secundū Lap. Archid. Domin. & Franch. *in c. Accusatus*, §. *sanè*, *de hæreticis*, *in* 6. quos sic dicentes refert & sequitur Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 57. *rub. de relapsis*, *nu.* 9. *& in Enchirid. tit.* 60. *rubr. de relapsis*, *nu.* 4. Nec dissentit Pegna *in addit. ad Eymer. in Direct. inquisit. part.* 3. *rub. de signis, per quæ Necromātici hæretici dignoscuntur*, *Commen.* 26. *fol. mihi* 476. *col.* 2. *versic. Vnum hic addidero*, licet subdat, quod Archidiaconus eo loco per Simanch. allegatus, hac de re nullum verbum faciat.

AMPLIA † hanc quartam ampliationem, vt sorti- 10
legus dicatur etiam, qui primo loco abiurauit, nō tanquam confessus aut conuictus, sed de vehementi, nam & tunc, si postea de eodem lapsu cōfessus & conuictus reperiatur, curiæ seculari traditur, per ea, quæ generaliter dicta sunt *supra*, & in specie de sortilego, qui de vehementi abiurauit in primo lapsu, loquitur Simanch. vbi *supra* allegatus, nec dissentit Pegna pariter *in loco prææallegato*, *in versic. Præterea sententia lapsi*, *& duobus seqq. folio mihi* 477. *col.* 1. vbi, licet quodammodo obscurè loquatur, ita tamen, ni fallor, sentire videtur, quando, vt dixi, de secundo lapsu apparet per sortilegi confessionem, aut legitimam probationem, secus, si non, nisi per vehementem suspicionem; Nam tunc non potest reputari relapsus, cum, vt quis velut relapsus damnari possit, necesse sit, vt saltem de vno lapsu plene constet alias quam per vehementem suspicionem, vt *ibi* per eum, & generaliter dixi *infra, hac eadem quæst. nu.* 14.

LIMITA I. hanc † quartam ampliationem, vt tunc 11
demum sortilegus per iteratam Dæmonum inuocationem iudicetur relapsus, si sic Dæmones inuocauerit cū errore mentis, credens scilicet, eos ex sua propria & actiua potestate posse facere id, ad quod inuocantur, secus, si sine errore mentis Dæmones inuocet, non credens, eos posse operari id, ad quod inuocantur, per ea, quæ generaliter dixi *supra, quæst.* 181. *num.* 77. & in specie sic concordando contraria distinxit Squillacens. *de fide Catholica*, *cap.* 10. *nu.* 1. & post alios, quos allegat, consentit Pegna *ad Eymericum*, *in Directorio inquisitorum*, *parte* 3. *rub. de signis, per quæ Necromantici hæretici dignoscuntur*, *Commentar.* 26. *fol. mihi* 476. *col.* 2. *in fin. versic. Sed solus lapsus.*

LIMITA II. Eandem † quartam ampliationem, vt 12
etiam tunc demum sortilegus, & Dæmones inuocans relapsus iudicetur sicut hæreticus, si semel atq; iterum Dæmones vt supra inuocauerit, inuocatioque hæresim sapiat manifestam, secus, si talis inuocatio nōn sapiat hæresim, vt pura ad expugnandum mulierum pudicitiam, de qua dixi *supra, quæst.* 181. *nu.* 81. quia tunc vt relapsus non tradetur curiæ seculari, vt per Pegnam *vbi supra allegatum*, *part.* 3. *d. Comment.* 26. *fol. mihi* 476. *col.* 2. *in fin. versic. Sed solus lapsus*, *& fol.* 477. *col.* 1. *versic. Tabien.* vbi in id allegat Tabien. *in summa*, *in verbo, Inquisitor*, §. 18. *num.* 19.

AMPLIA V. Vt † relapsi dicantur, & curiæ secula- 13
ri tradantur hæretici, etiam quod vna tantum vice in hæresim lapsi fuerint in pluribus casibus, de quibus dixi *supra, quæst.* 193. *nu.* 39.

AMPLIA VI. Vt † relapsus dicatur, & curiæ secu- 14
lari tradatur non solum, qui de vtroque lapsu confessus aut conuictus est, sed etiam quando de primo lapsu non

non erat aut confessus aut conuictus per plenas probationes, vtputa, quia abiurauerit de vehementi, Text. est *cap. Accusatus, in princ. de hæretic. in 6.* cuius verba hæc sunt: *Accusatus de hæresi, vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna & vehemens suspicio orta erat, si hæresim iudicio abiurauit, & postea committit in ipsa, censeri debet quadam iuris fictione relapsus, licet ante abiurationem suam hæresis crimen plene probatum non fuerit contra ipsum*, & ibi hoc adnotarunt Glossa *in figuratione casus, versic. Aut de prima hæresi erat vehementer suspicio, & in verbo, Ex hoc,* Ioan. Monach. *num. 2.* Geminian *ante nu. 1. in summario, & nu. 3. versic. Oppono, quod sola vehemens suspicio, & versic. Quaro, an in terminis,* & Franch. *in summario,* Anton. de Butrio *in cap. Ad abolendam, nu. 8. versic. Ad hoc vide, extra, de hæreticis, & ibi* Marian. Socin. *nu. 11. in 10. notab.* Ioan. Calder. n *in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis relapsis, nu. 2.* summa Rosella, *in verbo, Hæreticus, nu. 34.* Syluestr. *in verbo, Hæreticus, §. 1. nu. 15. versic. Dicitur autem relapsus,* Ioan. à Rojas *sing. 23. nu. 6.* Tabien. *in verbo, Hæreticus, nu. 16. versic. Vere dicitur relapsus, & vers. Ficte relapsus dicitur,* Repertor. inquisitorum *in verbo, Relapsus, versic. Tertio, & versic. Sed nunc quæritur, & versic. Ficte relapsus, in princ.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Abiurare, nu. 3. & in verbo, Relapsi, nu. 3.* Mandos. *ad Repertorium inquisitorum, in verb. Abiuratio, lit. E.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 1. rubr. de abiuratione, nu. 19. & tit. 54. rub. de relapsis, nu. 4. & in Enchirid. tit. 53. rub. de abiuratione, n. 5. & tit. 90. rub. de relapsis, n. 2.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 16. n. 3.* Squillacens. *de fide Catholica, cap. 31. nu. 2.* Paul. Ghirland *in tract. de hæreticis, quæst. 10. n. 1. & 2.* Pegna *ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 3. rub. de quarto modo terminandi processum, &c. Comment. 40. vers. Deniq; vltima & potissima differentia est, folio mihi 525. col. 1.* idem Eymer. *part. 2. quæst. 40. nu. 4. & quæst. 58. nu. 3. versic. Secundus casus,* Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 47. nu. 3. & cap. 56. nu. 1. vers. Ficte autem,* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 2. nu. 331. & sing. 1. nu. 29. vers. Quarta & principalis differentia,* Bursat. *cons. 7. nu. 14. lib. 1.* Barthol. Comens. *in Lucerna inquisitor. in verbo, Relapsus, nu. 16.* Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 863. nu. 3. & 4.* Ludo. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib. 3. qu. 9. nu. 154.* Martin. del Rio *de disquisitionibus magicis, lib. 5. sect. 12. versic. Si vero ex grauibus,* & extat Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1258. *incip. Quod super, vers. Primus igitur,* relata per Pegnam inter literas Apostolicas, in Directorio inquisitorum, *fol. 30.*

15 Quicquid † secus, inaduertenter credo, scripserit Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 100. nu. 11. & 12.*

16 Et † pro hac sexta ampliatione facit alia cõclusio per Doctores Communiter recepta, in idẽ reincidens, dum dixerunt, quod si quis post abiurationem reinciderit in hæresim, dicitur relapsus, canonicè punitur, & curiæ seculari traditur, etiam quod primus relapsus non fuerit plenè probatus, vt per Hostiens. *in summa, rubr. de hæreticis, §. qualiter deprehendatur, nu. 3. versic. Etsi post talem purgationem siue abiurationem, & §. quando & qualiter, nu. 12. vers. Quod si post hoc iuramentum,* summa Rosella *in verbo, Hæreticus, nu. 14. versic. Et nota, quod etiam, & nu. 17. vers. Quod si post abiurationem,* Syluestr. *in verbo, Hæreticus, §. 1. nu. 15. in princ. & num. 19. in fin. versic. Quod si post abiurationem,* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Relapsus, versic. Primo, & 2.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Relapsi, post nu. 2.* Afflict. *in Constitutione Regni, de hæreticis & Patterenis, rub. 1. nu. 57.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 16. nu. 2. vers. Vere dicitur relapsus,* Ioan. à Rojas *sing. 1. nu. 12. & sing. 172. nu. 1.* Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 54.* Hippolyt. Riminald. *cons. 365. nu. 9. & cons. 150. num. 23. in fin. & consil. 686. nu. 1.* Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 863.*

17 AMPLIA † rursus hanc sextam ampliationem, vt è contra relapsus etiam dicatur, quãdo quis prius de hæresi confessus aut conuictus, abiurauit, & postea incidit in vehementem hæresis suspicionem. Ita probat textus *in capit. Accusatus, §. Ille quoque, de hæreticis, in 6.* vbi dicitur, relapsum esse eum, qui post abiuratam manifestam hæresim incidit in eiusdem hæresis suspicionem propter receptationem & associationem hæreticorum, de quo mox *infra* dicam particulariter, & faciunt, quæ dixi *supra, hac eadem quæst. nu. 14. 15. & 16.* vbi dixi ad hoc, vt quis reputetur relapsus, sufficere, vt de vno lapsu priori vel posteriori plene constet, & in specie sic voluit Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 16. nu. 3. versic. Secundo modo,* Alphons. de Castro *de iusta hæreticorum punitione, libr. 2. cap. 2.* Bursat. *consil. 7. num. 15. libr. 1.* Menoch. qui pluribus hanc probat sententiam *in cons. 82. nu. 148. & seqq. libr. 1.* vbi etiam alios refert Doctores idem tenentes.

Contrarium, † quod non dicatur relapsus, qui de primo lapsu confessus aut conuictus, de secundo fuerit vehementer suspectus, reprobato Alphonso de Castro *loco præallegato*, scripsit Ioan. à Rojas *part. 2. nu. 335.* & secundum hanc contrariam sententiam per tex. *in cap. Litteras, de præsumptionibus,* alias fuisse resolutum, testatur decisio Triuisani 37. *lib. 2. vbi nu. 1. & seqq.* pluribus hanc probat sententiam, & hæc contraria sententia seruatur regulariter in praxi per Italiæ Inquisitores. 18

LIMITA I. hanc † sextam ampliationem, quia sic in hæresim iterum incidens post abiurationem de vehementi non vere, sed quadam iuris fictione dicitur relapsus, text. expressus *in d. §. Accusatus, in princ.* in illis verbis: *Quadam iuris fictione, de hæreticis, in 6.* & ibi Glossa *in figuratione casus, versic. Nota ibi censeri, & in verbo, Fictione,* Ioan. Monach *num. 2. in verbo, Iuris fictione,* Archidiacon. *nu. 1. post med. in verbo, Fictione,* & Geminian *num. 1. versic. Nota, quod ius fingit,* item Gloss. *in eod. cap. Accusatus, §. Porro in figuratione casus, versic. Nota primo,* Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 863. nu. 3.* & dixi *supra, nu. 3.* 19

LIMITA II. Eandem † sextam ampliationem, vt procedat, prout loquitur, quãdo scilicet hæreticus primo loco abiurauit de vehementi, & postea iterũ in hæresim incidit, de qua est confessus aut conuictus, secus, si primò abiurauit de leui, tunc enim non dicitur relapsus, etiam quod post hanc abiurationem hæresim cõfiteatur, aut de hæresi conuictus sit, text. est *in cap. Accusatus, in fin. princ. de heret. in 6.* cuius textus verba sunt hęc: *Si autem leuis & modica suspicio illa fuerit, quanquam ex hoc sit grauius puniendus, non tamen debet in hæresim relapsorum pœna puniri:* & ibi hoc adnotarunt Gloss. *in figuratione casus, versic. Aut erat modica suspicio,* Ioan. Monach. *nu. 2. versic. Secus, si leuis,* & Franch *in summario,* Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis relapsis, nu. 2.* summa Rosella *in verbo, Hæreticus, num. 34.* Syluestr. *in verbo, Hæreticus, §. 1. nu. 15. versic. Dicitur autem relapsus,* Tabiena *in verbo, Hæreticus, num. 16. in fine,* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Relapsus, versic. Tertio, incip. Item relabentes, & versic. Sed nunc quæritur,* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Abiurare, num. 1.* Mandos. *in additionibus ad Repertor. Inquisitorum, in verbo, Abiuratio, litera E.* Afflict. *in Constitutione Regni, de hæreticis & Patterenis, rubr. 1. post num. 31. versic. Et si post abiurationem,* vbi tamen declarat, nisi post deprehensionem in hæresi plene constat de hæresi, quã prius abiurauit, tanquam leuiter suspectus, de quo dicam in specie *infra, in sequ. num. 21.* Carer. *in tract. de hæreticis, nu. 159. versic. Et si relapsus fuerit,* Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis, quæst. 10. nu. 2. in fin.* Boss. *in tit. de hæreticis, nu. 25.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 1. rub. de abiuratione, nu. 19. & 20.* vbi reprobat contrarium tenentes, & *in Enchirid. titul. 53. rubr. de abiuratione, num. 5.* Squillacens. *de fide Catholica, cap. 31. num. 2. versic. Si vero erat leuiter suspectus,* Franciscus Pegna *ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. rub. de quarto modo terminandi processum, &c. Comentar. 40. vers. Deniq; vltima & potissima differentia est, fol. mihi 525. col. 1. post Eymer. ibid. nu. 161. versic. Et talis si relabatur,* idem Eymer. *vbi supr. part. 2. qu. 58. nu. 3. in fin. versic. Se-* 20

cun-

tus si abiurauerat, vt leuiter suspectus, & *ibi* Pegna *in additionibus, Commentar. 83. lit. B. versic. Vel post, fol. mihi 413. col. 1.* vbi propterea dixit, falsam esse opinionem Anchatani, & Afflicti, contrarium tenentium, in locis *ibi* per eum allegatis, & *d. part. 3. rub. de nono modo terminandi processum fidei, versic. Primo, in fin. num. 197. & rubr. de vndecimo modo terminandi processum fidei, &c. num. 205. versic. Primo, in fin.* Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 43. num. 3. & cap. 56. num. 6.* Ioan. à Rojas *singular. 1. num. 26. versic. Quarta & principalis differentia*, Lopez *ad Diaz. in pract. crim. Canon. cap. 114. in verbo, Hæretici, litera D. in fine, versic. Quod vero auctor hoc loco scribit*, Barthol. Comens. *in Lucerna Inquisitorum, in verbo, Relapsus, num. 6.* Hippolyt. Riminald. *cons. 686. nu. 68. libr. 6.* vbi propterea infert, quod mulier in hæresi deprehensa, & confitens alias hæresim abiurasse, non potest dici plene relapsa, nec pœna relapsi condemnari, cum possit esse, quod abiurauerit non de vehementi, sed de leui, ex Francisco Ponzinibio, quem allegat *in tract. de lamiis, num. 72.* Hieron. Gabr *consil. 160. nu. 23. & omnibus seqq. libr. 1.* vbi tamen declarat, tunc demum grauius puniri relapsum post abiurationem factam de leui, quando illa suspicio, propter quam quis abiurauit, licet esset leuis, erat tamen probabilis, alias secus, Mascard. *de probat. libr. 2. conclus. 863. num. 4.* Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, lib. 5. sect. 12. versic. Leuior ergo suspicione*, & extat Constitutio Alexandri IV. edita de anno 1258. *incip. Quod super, versic. Si vero leuis & modica*, relata per Francisc. Pegnam inter literas Apostolicas, in Director. Inquisitorum. *fol. mihi 30.*

21 SVBLIMITA † hanc secundam limitationem, nisi postquam quis post deprehensionem in relapsu hæresis plene constaret de illo crimine, de quo prius erat leuiter suspectus, quia tunc pœna relapsorum puniendus est, per Squillacens. *de fide Catholic. c. 31. nu. 2. versic. Et hoc est verum.* Et hoc est, quod voluit Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 35. num. 20. ad med. versic. Sicut etiam, si quis ex leui præsumptione primo abiurauerit.* Et ante istos idem voluit Afflict. vbi *supra, in præced. num.* allegatus.

22 LIMITA III. Dictam † sextam ampliationem, vt pariter nec relapsus dicatur, nisi plenè constet de vno lapsu priori vel posteriori, & sic abiurans de vehementi non dicitur relapsus, ex eo, quod iterum de heresi vehementer suspectus abiuret, secundum Ioan. Andr. *in cap. Accusatus, post nu. 1. in verbo, Constat, de hæreticis, in 6.* & ibi etiam Geminian. *in §. ille quoque, nu. 3. versic. Quæro, an sufficiat*, & Franch. *in eod. §. in 1. notab.* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Relapsus, versic. 2. & vers. Supradictum est, & in versic. Nota, quod ad hoc, vt quis dicatur relapsus, & in verbo, Abiuratio, versic. Item, si post abiurationem*, Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Relapsi, nu. 6. versic. Quia necesse est, nu. 7. & in verbo, Suspicio, nu. 7. versic. Si autem relabatur, & in verbo, Vehemens suspicio, nu. 1.* vbi ita testatur decisum fuisse Romæ per Pium Papam V. de anno 1567. & *nu. 2.* vbi tamen, quod ex istis duabus vehementibus suspicionibus orietur violenta suspicio, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 57. rub. de relapsis, nu. 5.* Franciscus Pegna *ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 2. quæst. 58. Commentar. 83. versic. Ex quibus apparet, folio mihi 414. col. 2.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 56. nu. 13.* vbi huius conclusionis tres affert rationes, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, parte 2. nu. 332.* Hippolyt. Riminald. *cons. 150. num. 23.* Menoch *consil. 82. nu. 159. libr. 1.* Thom. Trintian *decis. 37. num. 9. libr. 2.* vbi propterea dixit, non recte in abiuratione de vehementi apponi clausulam illam, quam apponit in forma similis abiurationis, Vmbert. Locat. in loco *ibi* per eum relato, videlicet, *Quod si abiurans incidat in aliam vehementem, habeatur pro relapso.* Cum multum non sit, vt quis se obliget ad eam pœnam, quam de iure minime subire tenetur, præsertim corporalem & vltimi supplicii.

23 Quicquid † secus scripserit idem Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 17. versic. Quinquagesimoquinto*, dicens, abiurantem vti suspectum haberi pro relapso, si iterum in suspicionem inciderit, Bursat *consil. 7. num. 14. libr. 1.* qui tamen loquitur, quando constat de secundo lapsu, per violentam suspicionem.

24 Multo † minus dicitur relapsus, qui prius abiurauit de leui, & postea iterum de leui sit suspectus, licet tunc istæ duæ leues suspiciones faciant quem vehementer suspectum, & sic ex duabus leuibus suspicionibus oriatur vna vehemens suspicio hæresis, ex tradit per Vmber. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Abiuratio, nu. 1. versic. Et nota, quod qui abiurauit tanquam leuiter suspectus*, vbi propterea infert, quod iste talis debet abiurare de vehementi, & *in verbo, Suspicio, nu. 18.* Franciscus Pegna *ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. rub. de septimo modo terminandi processum fidei, &c. Comment. 43. litera A. versic. Ita quod si prolabatur, folio mihi 540. colum. 1. in fine.* Verum dura admodum hæc sententia Locati mihi videtur, quod scilicet duæ tantum leues suspiciones vehementem producant hæresis suspicionem, & quod propterea isto casu intret abiuratio de vehementi, nisi alia concurrant, ideo cogitandum relinquo.

25 SVBLIMITA † hanc tertiam limitationem, quia licet, qui de vehementi abiurauit, si de secundo lapsu nō nisi ex vehementi suspicione constiterit, nō dicatur relapsus, dicitur tamen violenter suspectus. Nam ex duabus istis vehementibus suspicionibus oritur vna violenta suspicio, vt per Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Relapsi, num. 7.* Menoch. *de præsumpt. libr. 1. quæst. 100. nu. 14.* Ista autem violenta suspicio an sufficiat ad condemnandum, dixi in materia violentæ suspicionis suo loco.

26 LIMITA IV. Dictam † sextam ampliationem, vt tunc demum relapsus dicatur, qui post abiuratam hæresim propter vehementem suspicionem iterum in hæresim labitur, quando talis abiuratio ritè & rectè iudicialiter facta fuit, secus, si nulliter. Ad plene scripta per Hippolyt. Riminald. *in cons. 686. nu. 29. & seqq. lib. 6.*

27 AMPLIA VII. Et † principaliter propositam regulam, vt relapsus dicatur & curiæ seculari tradatur, qui post indictam purgationem iterum in hæresim labatur, text. *in cap. Ad abolendam, § illos quoq;, extra, de hæreticis*, vbi dicitur: *Illos quoq;, qui post abiurationem erroris, vel postquā se proprii Antistitis examinatione purgauerint, deprehensi fuerint in abiuratam hæresim reincidisse, seculari iudicio, sine vlla penitus audientia, decernimus relinquendos.* Et sic text. ille relapsos existimat, & curiæ seculari tradendos, non solum qui post abiurationem, sed etiam qui post purgationem in hæresim reinciderint, & *ibi* Gloss. *in figuratione casus, versic. Tertio dicitur*, Abb *num. 1. in figuratione casus, versic. Tertio dicitur.* Est etiam tex. *in cap. Excommunicamus, il 1. § adiicimus, extra, de hæreticis*, in illis verbis: *Qui, si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, Canonicè puniantur*, & *ibi* Glossa *in verbo, Relapsi*, Hostiens. *nu. 2. in fin. in verbo, Euitentur*, & Henric. Boich. *num. 7.* Est etiam tex. *in c. Super eo, de hæretic. in 6.* in illis verbis: *Quodq; hi, qui post abiurationem erroris, vel postquam se proprii Antistitis examinatione purgauerint, si deprehensi fuerint in abiuratam hæresim reincidisse, seculari deternuntur iudicio*, & sic æquiparat relapsos post abiurationem, & relapsos post purgationem. Adden. ad Azzon *in summ. de hæreticis, litera C. in fin. versic. Etsi post purgationem*, Hostiens. *in eadem sum. de hæreticis, § qualiter deprehendatur, num. 3. versic. Vel si post purgationem, & vers. Et si post talem purgationem, & vers. Idem si iam purgauerat*, summa Rosella *in verbo, Hæreticus, num. 17.* Syluestrin. *in verbo, Hæreticus, § 1. num. 15. in principio & numer. 19. in fine, versicul. Quod si post abiurationem*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum in verbo, Suspicio*, Eymericus *in Directorio inquisitorum, parte tertia, nu. 150.*

nu.150.verſ.Nec contendat, in rub.de ſecũdo modo finiendi proceſſum in cauſa fidei, & ibi Franc.Pegna Commentar.38.lit. E.verſic.Primo, & ſeqq.fol.mihi 514. col.2. & iterum idem Eymer.in rub.de ſeptimo modo terminãdi proceſſum fidei, &c. n.184.in fin.verſic. Ratione autẽ purgationis, Lud.à Paramo de origine S.Inquiſitionis, lib.3.quæſt.4.rub.de expeditione proceſſus in cauſis fidei, nu.5.

28 Licet † nunquid poſt purgationẽ ſibi iniunctam relapſus in hęreſim tradendus ſit curię ſeculari, non videtur bene reſolutum, ideo conſulendam eſſe Sedem Apoſtolicam, ſcripſerit Campeg.in additionibus ad Zanchinum, in tract.de hæreticis, cap.17.liter. A.verſic.Et idem dicit, & verſ.ſeq. vbi etiam admittit, poſſe declarari ab Inquiſitore, & eius arbitrio remittit Eymeric.in Directorio inquiſitor.par.2.qu.58.in fin.nu.7.verſ.Eodẽ modo.ſi quis diffamatus.

29 Limita I. hanc † ſeptimam ampliationem, vt tũc demum poſt purgationem reincidens in hęreſim, dicatur relapſus, ſi purgatio fuerit indicta propter vehemẽtem diffamationem ſeu ſuſpicionem, ſecus, ſi pro leui, licet etiam tunc, quando pro leui, grauius puniatur, ex alleg. per Vmbert.Locat in iudicial.inquiſitorum, in verbo, ſuſpicio, nu.7. Campeg in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis, cap.17. lit. A. verſic. Ad ſecundum inſuper dubium, Franciſcus Pegna ad Eymericum, in Directorio inquiſitorum, parte 3.rub.de ſecundo modo finiendi proceſſum fidei, Comment. 38.verſic.Eodem modo, fol.mihi 515.col.1.& verſic.Dixi autem, & d.fol.515.col.2.& verſ.Sed quæret quiſpiam, vbi etiam declarat, quando purgatio dicatur indicta ex graui & vehementi infamia, & quando ex leui, Hieron Gabr.conſ. 160.nu.23.& omnib.ſeqq.lib.1. vbi tamen, quod nec relapſus poſt purgationem grauius punitur, ſi purgatio fuit indicta ex non probabili ſuſpicione, Decian.in tract.crimin.libr.5.cap.48.nu.51.& 53.vbi, quid de iam purgato in articulo mortis petente conſolatores hæreticos.

30 Limita II. Eandem † ſeptimam ampliationem, vt incidens poſt purgationem in hęreſim, tunc demum reputetur relapſus, ſi incidit in eandem hæreſim, iam purgatam, ſecus, ſi in aliam, de qua ſe antea non purgauerat, Eymeric.in Directorio inquiſitorum, part.3.rubr.de ſecundo modo finiendi proceſſum in cauſa fidei, &c.nu.150.in fin. & ibi Pegn in addit.Comment.38.lit.E.folio mihi 514. col.2. verſic.Primo, & ſeqq. & fol.515.colum.1.& ſeq. vbi pluribus hanc probat ſententiam, redditque rationem differentiæ inter abiurationem & purgationem, quare ſcilicet reincidens poſt abiurationem in hæreſim, etiam diuerſam, habeatur pro relapſo, non ſic in reincidente poſt purgationem, Ludou.à Paramo de origine S.inquiſ.libr.3. quæſt.4.rub.de expedit.proceſſ.in cauſ.fid.n.5. vbi idem dixit.

31 Limita III. Dictam † ſeptimam ampliationem, quia, ſi quis de hæreſi diffamatus ſe purgauerit, & poſtea iterum de alia hæreſi diffamatus ſit, an dicatur relapſus, vide Vmber.Locat.in iudiciali Inquiſitorum, in verbo, Relapſi, nu.5.ante fin.verſic.Eodem modo, vbi dixit, in tali caſu Papam eſſe conſulendum.

32 Amplia VIII. Et † principaliter propoſitam regulam, vt & relapſus dicatur, & curiæ ſeculari tradatur, non ſolum is, qui primo in hæreſim lapſus, & pœnitens iterum in hæreſim labitur, ſed etiam is, qui non reincidit in hæreſim, ſed fauet hæreticis, illos receptando, aſſociando, defendendo, aut alias opem & auxilium præſtando, text.eſt in cap. Accuſatus, §.ille quoque, de hæreticis, in 6. cuius textus verba ſunt hæc: Ille quoque, de cuius lapſu in hæreſim ante abiurationem conſtiterat, vel nunc conſtat, ſi poſt illã hæreticos receptet, deducat, viſitet, ſiue aſſociet; aut dona, vel munera, ſeu fauorem eis impendat, merito debet iudicari relapſus. Et ibi hoc adnotarunt Gloſſ. in figuratione caſus, verſic.Sed quia ſanctiſsime Pater, Ioan. Andr.poſt nu.1.in verbo, Deducat, Gemiman.in ſumm.& num.1.verſic. Nota, quod aſſocians, & numer.3. verſic. Quare in exemplis, & Franch. in ſummario, & num.1.in 2.notab.item Glo1.in cod cap. Accuſatus, §.Pono in figuratione caſus, verſic. Nota ibi ille quoque, Archidiacon.in cap. Quicunque, poſt nu.2. verſic. Secus, ſi prius eſſent lapſi, de hæreticis, in 6. vbi loquitur de viſitante alimoniam, ſeu pecuniam præſtante hæretico, & ibi etiam Ioan. Andr. poſt nu.3. verſic. Hoc verum, & Geminian.nu.6.verſic. Quod intellige verum, Calderin.in tract.de hæreticis, rubric.de hæreticis relapſis, num.2. verſic. Illa quoque, ſumma Roſella in verbo, Hæreticus, num.36. Syluestrina in verbo, Hæreticus, §.1.nu.15.in fine, verſic. Tertius ille, Tabien.in verbo, Hæreticus, num.16. verſic. Secundo dicitur quis ficte relapſus, Repertor.Inquiſitorum in verbo, Relapſus, verſic. Item relabentes in tertio caſu, & verſic. Item ſupra dictum eſt, & in verſic. Ficte relapſus dicitur, Vmbert.Locat.in iudiciali inquiſitorum, in verbo, Relapſi, num.5. Simanch. Catholicarum inſtitutionum tit.11.rub. de communic.hæret.vitanda, nu.9.& tit.50.rub.de præſump.nu.4.in fine, verſic. Sic etiam ſine ſpe venire, & tit.57.rub.de relapſis, nu.4. & in Enchirid.tit.40.rub. de præſump.nu.3.in fin.verſic. Ille quoque, Zanchin.in tract.de hæreticis, cap.19.poſt nu.3. Eymeric.in Directorio inquiſitorũ, part.2.quæſt.40.nu.6.& qu.55.nu.13.in princ.& in verſic. Ille quoque, & nu.14.verſ.Tertius quando, & quæſt.58.nu.5.verſic. Quartus caſus eſt, & ibi Pegna in additionibus, Comment.83. lit.A.fol mihi 413.colum.1. & col.2. verſ. Qui ergo fautoriam, Decian.in tract.crim.lib.5.cap.56.nu.3. Burſat conſ.7.n.36. in fin. verſ. Quinimo ſola conuerſatio, lib.1. Menoch conſ.82. nu.148.& ſeqq.libr.1. Maſcard.de probat.libr.2.concluſ.863. num.6. Didac. Cantera in quæſt.crim. rubr.de hæreticis, &c. cap.1.num.58.ad med. verſ. Aliam habemus ſtrictam relapſam, vbi etiam diſputat, an diſpoſitio dicti §.ille quoque extendatur ad alios ſimiles caſus, & extat Conſtitutio Alexandri IV. edita de anno 1258. incip. Quod ſuper, verſic. Quæ ſciuiſtis, etiam relata per Pegnam inter literas Apoſtolicas, in Director.inquiſitorum, fol.mihi 30.

Et licet ſupra, nu.18.dixerim, ex generali conſuetudine Inquiſitores Italiæ non ſolere indicare, tanquam relapſos eos, qui de primo lapſu confeſſi aut conuicti, deinceps iterum de hæreſi vehementer ſuſpecti fuerint, ſed tantum eos grauius punire propter primũ lapſum: Aduertendum tamen eſt, quod hæc conſuetudo non videtur extendenda ad caſum expreſſum, in dict. §.Ille quoque, hoc enim caſu Inquiſitores non ex ſe ipſis, ſed conſulto ſupremo Tribunali eos vti non relapſos indicare & reputare debent.

Limita I. Hanc † octauam ampliationẽ non procedere in hæretico, qui pœnitens abiurauit de vehementi, & poſtea receptauit hæreticos, qui propterea non dicitur relapſus, Simanch. Catholicarum inſtitutionũ tit.57.rubr.de relapſis, num.5. poſt Alphonſ.de Caſtro per eum allegatum idem Simanch in Enchirid.tit.60. eadem rub.de relapſis, nu.3. Pegna in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquiſitorum, part.2. quæſt.56. Comment.81.lit.C. verſ.Iam Eymericus, & ſequ.fol.mihi 309.col.1. vbi propterea dixit, cauendum eſſe ab Eymerico contrarium tenẽte in loco per eum relato, Decian. in tract.crim.libr.5.cap. 56.nu.13.vbi huius concluſionis tres affert rationes, Ludouic.à Paramo de origine S.Inquiſitionis, lib.4.quæſt.9.ſub num.159. Azzor.Ieſuita inſtitutionum moralium part.1.lib. 8.cap.14.quæſt.3. vbi litera eſt corrupta, dum enim ibi dicitur: Reſpondeo eum pro relapſo habere, vult dicere: Eum pro relapſo non haberi, Læl.Zech. in ſumma, parte 1.tit.de fide, rubric.de hæreſi, cap.11.nu.5.verſic.Secunda ſuſpicio. 33

Sublimita † hanc primam limitationem, niſi poſt abiurationem de vehementi ſuperuenerit probatio hæreſis contra illum, qui, vt vehementer ſuſpectus abiurauerat; Is enim, ſi poſtea cum hæreticis communicet, relapſorum pœna puniendus eſt, fingit enim ius hunc à principio talem fuiſſe, qui poſtea talis eſſe conuincitur, & hæc fictio ſeu præſumptio eſt iuris, & de iure, nec probationem admittit in contrarium, ſicut poſt Eymericum benè deducit Franciſcus Pegna in Director. inquiſi- 34

Inquisitorum, parte 2. quæst. 58. *versic. Altera est, fol. mihi* 413. *col.* 1. faciunt, quæ generaliter dixi *supra, hac eadem quæst. num.* 22.

35 LIMITA II. Eandem † octauam ampliationem, quia relapsus non dicitur hæreticus, qui post abiuratam aliquam hæresim in iudicio probatam receptauit, & communicauit cum hæreticis, qui alias diuersas hæreses sequebantur, secundum Alphons. de Castr. *de iusta hæret. punit. lib.* 2. *cap.* 2. quem refert & sequitur Menoch. *cons.* 2. *nu.* 149. *iuncto nu.* 156. *& seqq. lib.* 1. Azzor. Iesuit. *Instit. moral. part.* 1. *libr.* 8. *cap.* 14. *quæst.* 4. Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 57. *rub. de relapsis, nu.* 6. *&* 7. vbi dixit, quod licet hæc sententia subtili disputatione fortasse subuerti posset propter connexitatem, quam omnes hæreses inter se habent, est tamen amplectenda tanquã verior & benignior, ne lex pœnalis extendatur ad eum casum, in quo est diuersa ratio, vt *ibi* per eum, qui & hãc conclusionem ampliare videtur, etiam quod qualis generaliter abiurauerit omnes hæreses.

De qua tamen limitatione nõ modicè dubitandum est per ea, quæ dicta sunt *infra, hac eadem quæstione, nu.* 41. & quod imo, quando quis abiurauit hæresim, generaliter habeatur pro relapso, si postea recepter, & foueat hæreticos, etiam diuersæ sectæ, pluribus comprobat Decian *in tract. crimin. libr.* 5. *cap.* 56. *num.* 13. Nec dissentit Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, libr.* 33. *cap.* 8. *nu.* 6. *versic. Relapsus pone dicitur*, & consentit Didac. Canter. *in quæst. crim. rubr. de hæreticis, &c. cap.* 1. *nu.* 58. *in fine.*

36 LIMITA III. Dictam † octauam ampliationem non procedere in eo, qui semel abiurauit tanquam fautor hæreticorum, & postea iterum in eandẽ fautoriam reincidat, is enim non relapsus iudicandus est, & ideo pœnitens recipiendus, ad ea quæ generaliter dixi *supra, hac eadem quæst. n.* 22. & in specie voluit Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis receptatorum, num.* 3. *& rubr. de exequtione sententiæ, num.* 6. vbi ex Concilio Tholosano, quod allegat, dixit hos receptatores & fautores recidiuantes, si moniti pœnitentes se emendare voluerint, iniuncta tali pœnitentia, quę metus possit esse aliorum, recipiantur, receptis tamen vltra iuratoriam cautionem aliis securitatibus, de amplius non receptando & fauẽdo hæreticis, Franciscus Pegna *ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte* 2. *quæstion.* 58. *Comment.* 83. *versic. Sed tota difficultas, & seqq. fol. mihi* 414. *col.* 1. *&* 2. vbi proposita quæstione, an, qui fautoriam hæreticis exhibitam, vel impedimentum sacro officio præstitum abiurauit, si postea iterum in fautoriam seu impedimentum relabatur, pro relapso reputandus sit, pœnaque relapsi puniendus, relatisque hinc inde contrarium Doctoribus tenentibus, concludit pro negatiua opinione, quam dicit veriorem & tutiorem, siue fauor & impedimentum fuerit leue, siue etiam magnum. Nec dissentit Decian. *in tract. crim. libr.* 5. *cap.* 56. *nu.* 16. vbi & ipse indistinctè tenet, nullo modo hunc sic relapsum in fautoriam posse seculari curiæ tradi.

37 Contrarium † statutum videtur in Concilio Terraconensi relato ad Eymeric. *in Directorio inquisitorum, parte* 2. *quæst.* 58. *nu.* 7. & illud etiam refert Vmbert Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Relapsi, num.* 5. *versic. Quidam autem sunt relapsi*, vbi tamen non firmat, hoc casu esse locum traditioni curiæ seculari.

38 In † hac contrarietate reperio nonnullos distinguẽtes, & dicentes, secundam opinionem procedere, nisi iudici, Episcopo scilicet aut Inquisitori, contrarium visum fuerit ex aliqua rationabili causa, & consulto Pontifice, ac de illius ordine & mandato, vt videre est apud Campeg *in additionibus ad Zanchin. cap.* 17. *lit. A.* Decian. *in tract. crim. libr.* 5. *cap.* 51. *num.* 85. Nec dissentire videtur Franc Pegn. *ad Eymer. vbi supra, dicta part.* 3. *Comment.* 83. *versic. Si cui tamen, fol. mihi* 414. *col.* 2.

Potest † etiam procedere secunda opinio, quando quis post abiuratam fautoriam non semel tantum, sed bis aut pluries in eam relapsus fuerit, tunc enim iustissimum & æquissimum videtur, hunc talem absq; misericordia curiæ seculari tradendum esse, vt per Pegnam *ad Eymeric. vbi supra, d. part.* 2. *eodem Comment.* 83. *versic. Hoc vnum postremo adiungam, fol. mihi* 414. *colum.* 2. vbi tamen hanc declarationem cuiuslibet viri docti & Catholici meliora sententis iudicio libenter supponit, prout & ego omnia mea scripta humiliter suppono. 39

AMPLIA IX. Et † principaliter eandem propositam regulam, vt relapsus dicatur non solum is, qui relabitur in eandem speciem hæresis, quam prius abiurauit, prout est Text. *in capit. Ad abolendam*, §. *illos quoque extra, de hæreticis*, vbi ad literam dicitur: *Illos quoque, qui post abiurationem erroris deprehensi fuerint in abiuratam hæresim reincidisse, seculari iudicio sine vlla penitus audientia decernimus relinquendos*, Calderin. *in tract. de hæreticis relapsis, nu.* 1. vbi concordantia iura allegat, Tabien. *in verbo, Hæreticus, num.* 16. *versic. Verè dicitur relapsus*, Vmber. Locat. *in iudiciali Inquisitorũ, in verbo, Relapsi, nu.* 2. *versic. Primus quorum erit, & nu.* 3. *& nu.* 6. *in prin. & in verbo, Suspicio, num.* 7. Repertor. Inquisit. *in verbo, Abiuratio, versic. Item si post abiurationem*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit.* 57. *rub. de relapsis, nu.* 4. Eymeric *in Directorio inquisitorum, parte* 2. *quæst.* 55. *num.* 14. *in prin.* vbi loquitur etiam in eo, qui abiurauit de vehementi, Franc. Pegna *ad Eymer. vbi supr. part.* 3. *Commentar.* 38. *versic. Ex his planè traditur hæc quæstio valde difficilis, fol. mihi* 515. *col.* 1. *in prin.* Vide ad hanc conclusionem Constitutionem Friderici Imperatoris *incip. Commissi, versic. Item mortis sententia*, relata per Franc Pegnam inter literas Apostolicas, in Direct. inquisitor *fol. mihi* 16. & aliam Constitutionẽ Alexandri IV. editam de anno 1258 *incip. Quod super*, relatam *vt sup. fol. mihi* 30. 40

Sed † etiamsi relabatur in diuersam hæresis speciem, vt in Repertor. Inquisitorum *in verbo, Relapsus*, post Archid. *in loco per eum relato*, cuius opinionem validioribus rationibus fulcitam affirmat, & *in versic. Item si post abiurationem, & in versic. Aut qui in hæresis specie*, Vmbert Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Relapsi, num.* 6. Mandos. *in additionibus ad Repert. Inquisitor. in verbo, Abiuratio, litera G.* Zanchin *in tract. de hæreticis, cap.* 19. *nu.* 2. *vers. Sed Gloss. tenet*, vbi, quod hæc opinio tanquam verior est tenenda, Paul. Ghirland. *in tract. de hæreticis, quæst.* 10. *nu.* 9. *versic. Et nota vnum in hac materia*, Carer *in tract. de hæretic. nu.* 133. *in fin. versic. Fallit tamen, quando abiurasset*, Eymeric. *in Director. inquisitorum, part.* 2. *quæst.* 55. *nu.* 13. Francisc. Pegna *ad eundem Eymericum, vbi supr. part.* 3. *Comment.* 41. *lit. C. versic. Quod incideris, nu.* 169. *fol. mihi* 531. *col.* 2. Menoch. *de arbit. quæst. lib.* 2. *casu* 374. *nu.* 1. Hippol Rimin. *cons.* 150. *nu.* 23. *&* 24. Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, lib.* 33. *cap* 8. *nu.* 6. *in fine, versic. Etiamsi in aliam speciem hæresis incidat*, Bursat. *cons.* 7. *nu.* 14. *lib.* 1. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisition. lib.* 3. *quæst.* 4. *rub. de expedit. process. in caus. fid. nu.* 5. Azzor *institut. moral. part.* 1. *libr.* 8. *cap.* 14. *quæst.* 1. *in fin.* vbi tamen subdit, quod relapsus in diuersam hæresim dicitur relapsus, secundum iuris interpretationem, non autem secundum proprietatem & ethymologiam vocabuli. 41

LIMITA I. † hanc nonam ampliationem, vt procedat, quando quis abiurauerit simpliciter, seu generaliter, tunc enim habetur pro relapso, etiam quod incidat in diuersam speciem hæresis, prout est Textus *in capit. Accusatus*, §. *eum vero, de hæreti*[illegible] ius verba sunt hæc: *Eum vero, qui in vna hæresis* [illegible] *commisit, aut in vno fidei articulo, seu Ecclesiæ S*[illegible] *errauit, & post modum hæresim simpliciter, vel abiurauit, si ex tunc in aliam etiam hæresis speciem, siue sectam, aut alio articulo, seu Sacramento committat, volumus, vt relapsum in hæresim indicari*, & ibi hoc adnotarunt Gloss. *in figuratione casus, in principio, & in fine, versic. Nota secundo, & in verbo, Simpliciter, & in* 42

& in verbo, Indicari, vbi respondet contrariæ oppositioni, Ioan. Monach *nu.3. versic. Item hic errauit, & versic. sequ.* Archidiacon. *post nu.2.* Ioan. Andr. *post nu.1. in verbo, Generaliter*, & Geminian *in summario*, item Gloss. *in eod. cap. Accusatus*, § *porro in figuratione casus, versic. Secus, si abiurasset generaliter*, summa Rosella, *in verbo, Hæreticus, nu.33.* Syluestrina *in verbo, Hæreticus*, §.1. *num.15. versic. Secundo is, qui errauit*, Tabien. *in verbo, Hæreticus, nu.16. versic. Verè dicitur relapsus*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Relapsus, sub vers. Item relabentes, & in verbo, Abiuratio, versic. Item an is*, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Relapsi, n.4. & in verbo, Suspicio n.7. vers. Si autem relabatur*, Simanch. *Cathol. inst. tit.57. rubr. de relapsis, num.4. & in Enchirid. tit.60. rub. de relapsis, n.2.* Squillacens. *in tract. de fide Catholica, cap.27. nu.4. versic. Si tamen post abiurationem*, Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.56. nu.2. & sub nu.3. in discursu, & nu.14.* Ioan. à Rojas *sing.172. nu.3. in fin. & nu.7.* Eymer. *in Director. inquisitor. part.2. quæst.49. nu.5. in princ. & quæst.55. nu.13. vers. Eum vero, & nu.14. versic. Secundus quando, & quæst.57. n.4. & par.3. rub. de septimo modo terminādi processum fidei, n.184. in prin.* Bursat. *cons.7. nu.40. lib.1.* vbi de magis communi.

43 Vnde † secus, si quis primo non simpliciter aut generaliter, sed vnam tantum hæresis speciem abiurauerit, tunc enim non habetur pro relapso, si sic specialiter abiurans, in diuersam speciem hæresis inciderit, secundum Gloss. *in cap. Accusatus*, § *cum vero in figuratione casus, versic. Secus autem, & in verbo, Simpliciter*, & ibi Ioan. Andr. *nu.8. & 9. de hæreticis, in 6.* & ibidem alia Gloss. *in § porro pariter, in figuratione casus, versic. Nota vlterius*, Repertor. inquisitorum *in verbo, Relapsus, sub versic.3. incip. Item relabentes*, vbi, quod opinio contraria Ioan. Monachi, & Archidiacon. est nimis rigorosa, Eymer. *in Direct. inquis. part.2. quæst.40. nu.5. vers. Secus, si tantum vnam hæresis speciem abiurauit*, ibi pariter dixit, quod opinio Archidiaconi & Ioan. Monachi contrarium tenentium est nimium rigorosa, & ibi Franc. Pegna *in addit. Comment.65. lit. D.* vbi testatur de veriore opinione, licet contrariam attenta æquitate, & natura hæresum quæ inuicem sunt connexæ præualere affirmet, idem Eymer. *vbi supra, part.3. rubr. de septimo modo terminandi processum fidei, nu.184. versic. Si autem indicia sunt ita modica & leuia*, Decian. *in tract. crimin. libr.5. cap.47. nu.10. versic. Quod quidem multum refert*, Menoch *cons.82. nu.156. & seqq. lib.1.* vbi pluribus hanc probat sententiam, & respondet contrariis.

44 Contrarium, † quod isto casu etiam, quod non adsit generalis abiuratio, relapsus dicatur incidens in diuersam hæresis speciem, voluerunt *in eodem cap. Accusatus*, § *cum vero, de hæreticis, in 6.* Ioan. Monach. *nu.3. versic. Vel dic, & num.4. & 5.* Archidiacon. *post num.3. versic. Sed quid si tantum vnam speciem abiurauit*, Geminian *num.4. per totum*, vbi post multa hincinde adducta hanc probat sententiam, & contrariis respondet Franch *nu.3.* Mandos. *in addit. ad Repert. Inquis. vbi sup. lit. B.* vbi aliis relatis testatur, hanc opinionē melioribus rationibus fulcitam, veriorem & communiorē, Vmber. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Relapsi, nu.6. vers. Si ergo vnicum articulum*, vbi testatur de veriori opinione, Franc. Pegna *ad Eymeric. inquisit. part.2. qu.40. Comment.65. lit. D. vers. Dicit Archidiaconus, & sequ. fol. mihi 354. col.2.* vbi dixit, hanc contrariam opinionem hodie præualere, licet perspecta verborum proprietate primam sententiam veriorē affirmet, Decian. *in tract. crim. libr.5. cap.56. nu.2.* vbi relatis contrariis [illegible] re videtur opinione.

45 Hodie [illegible] atio cessat, quia semper hæretici pœnitentes [illegible] generaliter, etiam quod in vnam tantum hæresim inciderint, vt dixi *supra, quæst.194. num.12. & seqq.*

46 LIMITA II. Eandem † nonam ampliationē, quia sicut non dicitur relapsus, qui primo confessus seu conuictus abiurauit, & postea iterum de vehementi suspectus est, nisi hæresis sit eadem sic, & econtra non videtur relapsus, qui primo abiurauit de vehemēti, & postea confessus seu conuictus est de diuersa hæresis specie, ad text. *in cap. Accusatus, in princ. de hæret. in 6.* ponderando verbum, *In ipsa*, in textu positum, quasi intendat dicere in ipsa hæresi, quam prius abiurauit de vehementi.

LIMITA III. Vt † nec dicatur relapsus, qui post purgationem inciderit in diuersam hæresis speciem, vt dixi *supra, hac eadem quæst. nu.30.* 47

LIMITA I. Et † principaliter propositam regulam tunc demum procedere, quando de relapsu constat euidenter per euidentiam facti, aut propriam confessionem iuridicam, aut per testes, secus, si occultè reincidebat, secundum Syluestr. *in summa, in verbo, Hæreticus, §.1. nu.19. in fin. versic. Quod intellige*, Menoch *cons.82. nu.177. & seqq. lib.1.* vbi dixit, quod licet mentaliter relapsus dicatur pertinax, non tamen dicitur vere relapsus, sed præsumptiuus, & ideo pœna ordinaria puniri non potest. 48

LIMITA II. Eandem † propositam regulam, vt relapsus non dicatur hæreticus, etiam quod multo tempore in hæresi perseuerauerit, nisi prius hæresim in iudicio abiurauerit, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Relapsus, versic. Nota, quod licet*, Vmbert Locat. *in iudiciali inquisitorum in verbo, Abiurare, num.1. versic. Quod patet ex hoc*, Alphons. de Castr. *de iusta hæret. punitione, lib.2.* Simanch. *Catholic. instit. tit.57. rubr. de relapsis, nu.2. & 3.* vbi alios refert concordantes, Squillacens. *de fide Catholic. c.31. in fin. vers. Hinc est*, Oldr. *cons.271. nu.1.* vbi propterea dixit, hæreticum esse asserere, quod non recipiatur pœnitens, si toto tempore vitæ suæ, etiam vsque ad senium in hæresi submersus fuerit, Franc. Pegn. *ad Eymer. in Direct. inquisit. part.2. quæst.58. Commen.83. versic. Seruandum est autem, fol. mihi 413. col.1.* Azzor *Inst. moral. part.1. lib.8. cap.14. qu.1.* 49

LIMITA III. In † relapso sponte se deferente, antequam curiæ nihil de illius relapsu constaret, nam & is curiæ seculari non traditur, vt dixi *supra, quæst.193. num.36. & 37.* 50

LIMITA IV. Quia † adhuc & relapso, antequam curiæ seculari tradatur, dandæ sunt defensiones, vt dixi *supra, quæst.185. nu.217.* 51

LIMITA V. Quia † relapsi & impœnitentes, antequam brachio seculari tradantur, nō statim detecta impœnitentia, seu relapsu, inquisitor eos curiæ seculari tradere debet, sed eos prius monere, & moneri facere, vt ad fidem redeant, quia Ecclesia tanquam pia Mater nulli gremium claudit, verū quomodo istæ monitiones fieri debeant, & an semel vel pluries, & alia ad materiam videas in Repertor. inquisitorum *in verb. monitiones, vers. Primo, & seqq. in discursu*, Simanch *Catholicarum Institutionum tit.46. rub. de pœnis, nu.49. & tit.48. rubr. de pertinacib. nu.42. & in Enchir. tit.61. rubr. de impœnitentib. nu.10.* Campeg. *ad Zanchin in tract. de hæreticis, c.16. lit. A. per totum*, vbi bene ponit practicā, qua Inquisitores vti debēt ad hoc, vt hæreticus in se reuersus ad fidē redeat, Io Lopez *in allegat. hæretic. §.4. post prin. vers. Ex parte autem Ecclesiæ*, vbi plura huius cōclusionis refert exempla, Decian *in tract. crim. lib.5. cap.54. nu.4. post med. versic. Putarem tamen, & cap.56. nu.7. in fin. versic. Sed tamen*, Eymer. *in Direct. inquis. part.3. rub. de nono modo terminādi processum fidei, & c. nu.167. vers. Circa autem*, vbi ponit practicam monēdi relapsos, vt conuertantur, & ibi Franc. Pegna *in additionibus, Comment.45. lit. A. eodem vers. Circa autem, fol. mihi 550. col.2. in fin. & in rubr. de decimo modo terminandi processum, & c. n.201. vers. Circa istum*, & ibi pariter Pegna *Commen.46. lit. A. eod. vers. Circa istum, & seqq. fol.55 col.1. & 2.* vbi latissime ponitur forma & practica monendi impœnitentes, vt conuertantur, antequam curiæ seculari tradantur, idem Eymer. *in d. part.3. quæst.8. versic. Nec intelligas*, & ibi Franciscus Pegna *Comment.147. fol. mihi 646. col.2.* 52

53

col.2. secundum vltimam impreßionem, Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis, nu.361. & seqq.* & Decian. *in tract. crimin. lib.6. cap.24. nu.19. & cap.55.* Hippolyt. Riminald. *consil. 395. nu.68. & seqq. lib.4.* Lud. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib.3. quæst.3. nu.51. & quæst.4. rubr. de expeditione processus in causis fidei, nu.36.* vide Concilium Biteriense *capit.172.* relatum per Pegnam ad Concilium Tarraconense *part.2. Commentar.25. in verbo, Hæretici perseuerantes, folio mihi 245. col.2.*

53 Et † hæc dicta sufficiant de relapsis, ad quam materiam, si quisq; plura, quam quæ hic scripsero, videre voluerit, illum remitto ad Summistas, *in verbo, Relapsus*, itē & relatos *in addition. ad Repert. Inquisit. in verbo, Relapsus, litera A.* Simanch. *Catholicarum institutionum cap.57. per tot. in discursu*, relatis per Franc. Pegn. *ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part.2. quæst.58. Comment.83. versic. Iam qui de hæreticis agunt, folio mihi 412. col.2. in fine*, Læl. Zech. *in summa, part.1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.11. nu.19. versic. Dicuntur vero relapsi.*

Et de forma sententiæ contra relapsum dixi *supra, quæst.185. nu.178.*

ARGVMENTVM.

De impœnitentibus.

SVMMARIA.

Pertinaces & impœnitentes idem sunt, nu.1.

Pertinax seu impœnitens dicitur is, qui de hæresi conuictus tenaciter errorem defendit, nec vult illum cognoscere & detestari, nec ad Ecclesiæ vnitatem redire, recusatque hæresim abiurare, vel se purgare ad arbitrium Inquisitoris aut Episcopi, nu.2.

Incorrigibilis quis dicatur, nu.3.

Hæreticus impœnitens, pertinax, seu incorrigibilis quis dicatur, vide infra, verbo, impœnitens.

Impœnitentes & pertinaces hæretici curiæ seculari traduntur, nu.4. licet olim ad carceres perpetuos damnabantur, nu.5.

Pertinaces & impœnitentes dicuntur habentes consensum contrarium Catholicæ veritati, nu.6. vbi declaratur hæc cōclusio.

Pertinaces & impœnitentes hæretici dicuntur, qui scienter habent opinionem contrariam Catholicæ fidei in his, quæ quisq; Catholicus explicitè scire tenetur, & apud omnes publice obseruata sunt, nu.7.

Pertinaces & impœnitentes dicuntur hæretici, qui asserunt aliquam hæresim, cuius contrariam veritatē Catholicam prius docuerant, etiamsi errent in his, quæ explicite quisque scire non tenetur, nu.8. vbi declaratur hæc conclusio.

Hæreticus pertinax & impœnitens dicitur, qui legitimè monitus adhuc in errore resistit, nu.9.

Pertinax & impœnitens dicitur hæreticus, qui Inquisitori seu Episcopo ipsum monenti & aliud asserenti, credere noluit, nu.10. idem si credere noluit Theologo vel Iurisperito, nu.11. Declara, vt nu.12.

Impœnitentes & pertinaces dicuntur hæretici, qui sunt negligentes in informando se ab hominibus peritis de veritate, eos falsæ opinionis, nu.13.

Impœnitens & pertinax dicitur hæreticus, qui iurat, se nūquam recessurum à sua falsa opinione Catholicæ fidei contraria, nu.14. pœnitens autem ad misericordiam admittitur, nu.15.

Impœnitens & pertinax dicitur hæreticus legitimè conuictus negans, nu.16.

Pertinax dicitur etiam, quod momento tantum consentiat opinioni contrariæ fidei Catholicæ, nu.19.

Hæreticus pertinax & impœnitens dicitur, qui non omnes errores, nec omnes complices, nec omnes aggrauantes qualitates, indicat, nu.17. Declara, vt nu.18.

Tortura in crimine hæresis dari potest, pro vlteriore veritate, pro habendis complicibus, & pro habendis qualitatibus aggrauantibus, nu.18.

Pertinax & impœnitens dicitur hæreticus, qui confessionem de hæresi ab ipso factam aut negat, aut eam metu tormentorum aut alia de causa factam, affirmat, vel alias errore non probato confessionem vt erroneam reuocat, nu.20. contra, n.21. Limita primo, nisi sic reuocans confessionem pœnitens ad primam redierit confessionem, num.22. Limita secundo, nisi iam fuerit adimpleta pœnitentia ante reuocatam confessionem, nu.23. Limita tertio, si probetur metus aut error confessionis, nu.24.

Pertinax & impœnitens dicitur hæreticus, qui Inquisitorem pecunia corrumpit, nu.25.

Impœnitens & pertinax dicitur hæreticus, qui impedit prædicationem, defensionem atque doctrinam Catholicæ fidei, n.26.

Pertinax & impœnitens reputatur hæreticus occultus, qui latenter dum vel vsque ad mortem in errore persistit, nu.27.

Pertinax seu impœnitens quando dicatur hæreticus, multum arbitrio iudicis tributum est, nu.28.

Dispensare nullus potest cum hæretico pertinace & impœnitente, nu.29.

Impœnitentes & pertinaces sunt eo ipso condemnati absque alia sententia, nu.30.

Pertinacia seu impœnitentia in dubio non præsumitur, fiscoque incumbit onus probandi eam, nu.31.

Pertinax seu impœnitens non dicitur, nisi pertinacia sit obstinata cum incorrigibili persistentia, nu.32.

Pertinax & impœnitens hæreticus non traditur curiæ seculari, nisi prius pluries moneatur, & requiratur ad redeundum ad fidem, nu.33.

Impœnitentium & pertinacium hæreticorum materia, nu.34.

Forma sententiæ contra impœnitentem & pertinacem hæreticum remisiue, nu.35.

QVÆST. CXCVI. §. I.

PRÆMITTO I. † quod pertinaces dicuntur impœnitentes, & ècontra, Tabien. *in verbo, Hæreticus, nu.16. in fine, versic. Et isti pertinaces*, Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.55. num.1.* 1

Pertinax † autem & hæreticus dicitur, *Qui de hæresi conuictus, tenaciter errorem defendit, nec vult illum cognoscere, vel detestari, & ad Ecclesiæ vnitatem redire, imo recusat hæresim abiurare, vel se purgare ad arbitrium Inquisitoris aut Episcopi*, Tabien. *in verbo, Hæreticus, nu.16. versic. Pertinax autem, & nu.26. versic. Secundo quando*, vbi pertinax dicitur, *Qui deprehensus in erroribus, non vult resilire abiurando*, Repertor. inquisitorum *in verbo, Hæreticus, versic. Et primo hæreticus pertinax, & in verbo, Credentes, versic. Et hæreticus est*, vbi, quod pertinax dicitur ille, *Qui conuictus, tenaciter credit, & defendit errorem, nec vult illum recognoscere & detestari, & in verbo, Pertinax, versic. Primo, & seqq.* & ibi Mandos. *in addition.* vbi alia ad materiam, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Hæreticus primo, nu.18. versic. Sed nota*, vbi dixit, quod pertinaciter affirmare dicitur ille, *Qui obstinatus, vel quoquo modo non vult se remouere de opinione, & in versic. seq.* vbi, quod pertinax dicitur ille, *Qui valde impudenter tenet aliquid hæreticum*, vel, *Qui proposito suo ad victoriam perseuerat, plusquam oportet*, ex Imola, Anton. de Butrio, & diuo Thom. *in locis ibi per eum allegatis*, Simanch. *Catholicarum Institution. tit.48. rub. de pertinacibus, nu.1.* vbi, quod pertinacia aliud non est, quam obstinatio & peruicacia, diciturq; pertinax, *Quasi impudenter tenax & persistens in eo, quod debet dimittere*, & sic eum dici pertinacem hæreticum, *Qui persistit in errore, quem omnino deserere tenetur*, & *in Enchirid. art.61. rubr. de impœnitentibus*, vbi dixit, impœnitentes esse, *Qui pœnitentiam agere nō volunt*, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.26. n.1. versic. Vnde pertinax, & vers. Ex hoc ergo patet*, Lopez *in allegat. hæretic. §.4. in prin.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part.2. nu.215.* vbi, quod pertinax dicitur, *Qui persistit in negatione, seu errore, quē de necessitate tenetur dimittere*, addō præmissis Eymer. *in Director. inquisitor. part.2. quæst.40. nu.1.* Decian. *in tract. crimin. libr.5. cap.55. num.1.* Menoch. *consil.82. num.171. & seqq. libr.1.* vbi plura de significatione & proprietate per-

pertinaciæ, quid, & quotuplex sit, & inter alia concludit, non posse dici pertinacem illum, qui se paratum emendare & corrigi offert, & *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 7. nu. 5.* vbi, quod pertinax hæreticus est ille, *Qui impudenter aliquam assertionem hæreticam dixit, eamque defendere audet aduersus maiores suos contrarium docentes, nec suam ignorantiam emendat*, Bursat. *consil. 7. nu. 34.* vbi, quod pertinax dicitur, *Qui iudici præcipienti non obedit*, Cardin. Tolet. *de instructione Sacerdotum, libr. 4. cap. 3. num. 3.* vbi dixit, pertinacem esse, *Qui sciens illud, quod affirmat, esse cõtra Ecclesiam, adhuc vult illud substinere*, Barth. [illegible] Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, part. 2. § 1. num. 10. fol mihi 35. col. 1. & 2.* vbi etiam ponit plures casus, in quibus quis dicitur hæreticus pertinax, de quibus etiam vide Sanchez Iesuit. *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 7. rub. de hæresi & apostasia, num. 27. & seqq.* Lud. à Paramo *de origine S. inquisitionis, libr. 3. quæst. 3. nu. 104.* vbi dixi, pertinaciam esse *Consensum deliberatũ in errorem, quem quis certè scit esse cõtra doctrinam Ecclesiæ*, Lud. à Paramo *de orig. S. inquis. lib. 4. qu. 9. nu. 12.* vbi dixit, pertinacem esse illum, *Qui persistit in errore, quẽ omnino deserere tenetur*, Bannes ad D. Thom. 2. 2. *qu. 11. art. 1. vers. Alia particula diffinitionis*, vbi dicit, pertinacem esse, *Qui plus nimiæ suæ sententiæ tenax est.* Illa enim nimia adhæsio dicitur pertinacia, vt *ibi* per eum.

3 Incorrigibilis † autem hæreticus dicitur, *Qui nõ habet animum se corrigendi, sed vult esse pertinax obstinatus & induratus*, & proprerea incorrigibilis censetur, *Qui semel & iterum correctus in errore suo persistit*, & sic paria sunt, hæreticum esse pertinacem, vel incorrigibilem, Alphons. de Castro *de iusta hæreticorum punitione, lib. 2. cap. 1.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 48. rub. de pertinacibus, n. 23.* Menoch. *cons. 81. nu. 97. & seqq.* vbi, quod incorrigibilis dicitur, *Qui ad priora delicta reuertitur etiam leuiora primis*, dummodo sint eiusdem generis, secus, si diuersi, *Et qui perseuerat in delicto.* Incorrigibilis dicitur item & is, *Qui non obtemperat iudici in eo, quod est vltimum suæ iurisdictionis*, *& nu. 127.* vbi è contra, quod non dicitur incorrigibilis, qui statim ab Inquisitore vocatus comparuit. Et quod sola perseuerantia non facit quem incorrigibilem, nisi præcedat monitio, vt *ibi* per eum, *nu. 128. & seqq.* vbi alia ad materiam incorrigibilitatis ponit & declarat.

4 Regula † sit, quod impœnitentes seu pertinaces hæretici traduntur, Hostiens. *in cap. Ad abolendam, n. 9. in fine. vers. Et idem est de clerico impœnitente, extra, de hæreticis*, Arnald. Albert. *in repet. cap. 1. de hæreticis, in 6. in princ. n. 41. & seqq. in 9. notab. & num. 54.* vbi præsertim respondet text. *in d. c. 1.* qui pro crimine hæresis, alternatiuè loquẽdo traditionem curiæ secularí, aut perpetuam immurationem, pro hęresi imponi debere, statuit in illis verbis: *Cum pro hæresi fuerit seculari curiæ relinquendus, aut perpetuo immurandus*, Simanch. *Cath. inst. tit. 96. rub. de pœnis, n. 86. & tit. 48. rub. de pertinacib. nu. 6.* vbi, quod quando pertinaces comburuntur, ore obstructo, & lingua ligata, ne pusillos offendere queant, comburi debet, & *in Enchir. tit. 31. rub. de pertinace insanabili, nu. 3.* Rojas *in tract. de hæreticis part. 2. nu. 258. & seqq. assert. 45.* vbi etiam plura contra pertinaces & impœnitentes, & in eorum detestationem, Eymeric. *in Directorio inquisitorum, parte 2. quæst. 46. nu. 1. versic. Et tales sunt vt hæretici pertinaces*, & *ibi* Pegna *in addit. Comment. 65. versic. In his pertinacibus, & sequ. fol. mihi 953. col. 1.* vbi tamen, quod quando isti pertinaces viui cremantur, eorum lingua alliganda est, ne si liberè loqui [illegible], astantes impiis blasphemiis offendant, Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 55. in fin. princ. vers. Et ideo isti, si sunt clerici*, Lud. à Param. *de origin. S. inquisit. lib. 3. quæst. 4. rub. de expeditione processus in causis fidei, nu. 40.*

5 Contrarium, † quod pro crimine hæresis impœnitenti possit imponi pœna perpetui carceris, per text. *in cap. de hæreticis, in 6.* prout *supra* eum retuli *ibidem*, voluerunt Gloss. *in figuratione casus, vers. sit. Pœna hæresis est*, iuncto *vers. Si autem nõ inciderit, & vers. Nota primo*, Archidiacon. *post num. 1. in verbo, Immurandus*, & Franch. *num. 2.*

Amplia I. Propositam † regulam, *vt habentes consensum contrarium Cathol. veritati*, pertinaces hæretici dicantur, & sic, *Quicunq; credit, aliquam propositionem veram esse, cuius contrariam scit esse Catholicam*, hoc solo consummatus hæreticus & pertinax dicitur, pertinacia enim, quæ consummatum facit hæreticum, non est obstinatio, *Sed quilibet consensus contrarius cognitæ veritati Catholicæ.* Et sic in summa verè pertinax est, *Qui credit cõtrarium eius, quod scit Ecclesiam tenere*, secundum veram & receptã omnium Theologorum sententiam, de qua aliis relatis testatur Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 48. rub. de pertinacibus, nu. 7. & 8.* vbi bonam reddit rationem, reprobatque Alciatum contrarium tenentem, *in l. 2. C. de summa Trinit. & fid. Cathol. & in Enchir. tit. 30. rub. de pertinacib. nu. 2. & 3.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 55. nu. 1. vers. Pertinaciam autem vocant*, Menoch. *de præsumpt. libr. 5. præsump. 7. nu. 2.* Valentia ad Thom. *2. 2. q. 11. art. 1. vers. Quinta difficultas oritur, & seqq.* vbi propterea dixit, *Pertinacem dici illũ, qui cum animaduertat, dogma aliquod esse contrarium fidei Ecclesiæ Romanæ & Catholicæ, videns sc. illud, aut scriptura contineri, aut ab Ecclesia Romana esse determinatũ, illud tamen asserit, vel sibi persuadet*, Sanch. Iesuit. *in Precept. Decal. lib. 2. c. 7. nu. 1. & seqq.* quem bene loquentẽ & declarantem vide is, & inter alia dicit, pertinacẽ esse, *Qui aliquid contra Ecclesiam Catholicam sciens & prudens teneat*; etiam quod non diuturno & continuato tempore, sed momento tantum sic consenserit, & tenuerit, vt de quo particulariter dixi *infra, qu. 166. nu. 17. in 8. ampliatione.* 6

Dicitur † autem quis habere scienter opinionẽ contrariam Catholicæ fidei, quando sumus in his, quæ quisque Catholicus explicitè scire tenetur, & apud omnes publicè diuulgatum, quam quisque fidelis explicitè credere tenetur, hoc ipso pertinax censetur, vt per Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 48. rubr. de pertinacibus, nu. 3.* sequitur eum Menoch. *de præsump. lib. 5. præsump. 7. nu. 7.* 7

Quid autem de eo, qui in nondum ab Ecclesia definitis amplectitur eo animo aliquam partem, ita tenaciter, vt, Ecclesia contrarium definiente, non acquiesceret, an dicatur pertinax, dic quod, ex Caiet. Nauarr. & iis allegatis, per Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 7. rub. de hæresi & apostasia, nu. 29.*

Amplia II. Vt † pertinax hæreticus dicatur, qui asserit aliquam hæresim, cuius contrariam veritatem Catholicam prius docuerat, etiamsi erret in his, quę explicitè quis scire non tenetur, quia satis euidenter constat, quod scienter errat, Simanch. *Catholic. instit. tit. 48. rubr. de pertinacibus, num. 10. & 11.* vbi declarat, hoc non procedere, quando ex diuturnitate temporis, vel alia causa probabilis esset obliuio eorum, quæ prius hæreticus docuerat, & *in Enchirid. tit. 30. rub. de pertinacibus, n. 5.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 55. num. 1. in fine, versic. Et ideo tenens errorem*, Menoch. *de præsump. lib. 5. præsumpt. 7. nu. 8. & seqq.* vbi pariter declarat, quando daretur probabilis obliuio ex diuturnitate temporis, vel vitio memoriæ, soliditate, quibus casibus ignorãtia probabilis prodesset, nisi ageretur de insigni & memorabili hæresi, in qua nec etiam ex causis prædictis obliuio præsumeretur, ex Albertino, quem allegat *de agnoscend. assert. Cathol. & hæretic. quæst. 30. nu. 41.* 8

Amplia III. Et † generaliter, vt *Hæreticus legitimè monitus, si adhuc in errore persistat, dicatur pertinax*: Ac si à principio sciat errare, post Alphons. de Castr. quẽ allegat *de iusta hæreticorũ punitione, lib. 1. cap. 9.* tradit Simanch. *Catholicar. instit. tit. 48. rub. de pertinacibus, nu. 5. & seqq.* vbi etiam bene declarat, quę isto casu dicatur legitima monitio, & *in Enchirid. tit. 30. rub. de pertinacibus, nu. 8.* Lopez *in allegationibus hæreticalibus, §. 4.* vbi præsertim, an vnica, vel 9

vel plures, vel quot requirantur monitiones, Carer. *in tract. de hæreticis, sub nu. 9. ad fin.* vbi etiam remissiue ponit, quot requirantur monitiones ad faciendum, quem reputari pertinacem.

10 AMPLIA I. hanc tertiam ampliationẽ, vt propterea pertinax dicatur hæreticus, *Qui Inquisitori seu Episcopo ipsum monenti, & aliud asserenti credere noluit*, Anan. *in rubric. extra, de hæreticis, nu. 1. ante fin. versic. Ex quo infert*, & *ibi* etiam Felyn *post princ. versic. Et dicitur pertinax*, Tabiena *in verbo, Hæreticus, nu. 26. versic. Primo, quando vocatur à iudice*, Repertor. Inquisitorum *in verbo, Hæreticus, versic. Item hæreticus impœnitens, & in verbo, Pertinax, versic. Secundo, in fine, & versic. sequ.* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Credibilia, nu. 6. vers. Si autem coram iudice*, vbi hoc ampliat etiam, quod monitus protestetur, quod non intendit recedere à fide Catholica, & *in verbo, Hæreticus, nu. 18. in fine, versic. Item dicit*, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 48. rub. de pertinacibus, nu. 19. & seq.* vbi testatur de Communi, à qua dicit non esse recedendũ, quicquid secus senserit Alphonſ. de Castro *ibi* per eum allegatus, *de iusta hæreticor. punit. lib. 1. cap. 10. versic. Ex his omnibus*, Nic. Aret. *notab. 19.* Carer. *in tract. de haeret. nu. 4. versic. Eodem modo pertinax dicitur*, idem Simanch. *in Enchir. tit. 30. rubr. de pertinacib. nu. 9.* Squillac. *de fide Catholica, c. 25. post nu. 2.* Lopez *in alleg. hæret. §. 3. post med. vers. Dicetur ergo pertinax, & vers. Oportet igitur, & §. 4. ad med. vers. Ex quibus infertur*, Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. quæst. 12. vers. Si autem negat, & seqq. pluribus, fol. mihi 80. col. 2. & fol. 81. col. 1.* vbi pariter reprobato Alphonso de Castro *in loco præalleg.* testatur de vera & communi sententia, eamq; ampliat non solum in eo, qui incidit in hæresim apertè damnatam, sed etiam in eo, qui incidit in hæresim non aperte damnatam, & siue quis sic incidens in hæresim sit peritus, siue imperitus, & ignorãs, Decian *in tract. crim. lib. 5. cap. 17. vers. 127. cap. 55. nu. 4. & 7.* Menoch. *de præsump. lib. 5. præsum. 7. nu. 5. & nu. 13.* Læl. Zech. *in summa, part. 1. tit. de fide, rub. de hæresi, cap. 11. nu. 19.* vbi generaliter dixit, quod pertinaces & impœnitentes sunt illi, *Qui à iudice vocati & certiorati, quo eorum credulitas est contra fidem, non respiciunt.*

11 AMPLIA II. eandem † tertiam ampliationem, vt dicatur etiam pertinax hæreticus, qui Theologo non credit, Felyn. *in rubr. extra, de hæret. vers. Et dicitur pertinax*, facit text. *in cap. Quid autem, 24. quæst. 3.* dum ibi dicitur: *Quid autem iniquius est, quam impia sapere, & sapientibus, doctioribusq; non credere?* & ibi Turrecrem. *nu. 4. in verbo, Sapientioribus, vsq; ad fin.* bene hanc conclusionem exornat, & Bellamer. *in verbo, Sapientioribus, & in verbo, Doctoribus*, facit etiam text. *in cap. Qui Ecclesia, eadem causa & quæstione*, dum ibi dicitur: *Qui in Ecclesia Christi morbidũ aliquid, prauumq; sapiat, si correpti, vt sanum rectumq; sapiant, resistit contumaciter, suaque pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defendere persistunt, hæretici sunt*; Lopez *in allegationibus hæreticalibus, §. 3. post med. versic. Dicitur ergo pertinax, & versic. Oportet igitur*, vbi idem, si moneatur ab aliquo iurisperito, & *§. 4. versic. Ex quibus inferatur.*

12 LIMITA † eandem tertiam ampliationem, vt tunc demum impœnitẽs dicatur, qui monitus ab Episcopo vel Inquisitore, non vult recedere ab errore, quando monetur in his, quæ sunt damnata vel expresse asserta ab Ecclesia, secus in non expresse damnatis aut assertis. Tunc enim quis credere non tenetur alicui etiam Prælato, excepto Papa, nisi illa assertio claris comprobetur argumentis, secundum Alphonſ. de Castro *de iust. hæretic. punit. cap. 10. colum. 5. in loco superius allegato.* Cuius opinionem indistinctè minime sequendam dixit Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 55. nu. 7.* ea ratione, quia scilicet quisq; posset cum Episcopo & Inquisitore disputare, & dicere, argumenta per eos adducta nõ esse clara, & propterea eiusdem Alphonsi declarationẽ admittit, quando monitus ab Inquisitore seu Episcopo, esset peritus in Theologia, tunc enim putat verum esse, quod non teneatur acquiescere dictis per Inquisitorem, sed potest ad Papam petere se remitti, & ad eum appellare, facta tamen semper protestatione, se paratum corrigi à sancta Sede, secus, si monitus esset idiota, & simplex, vel etiam Clericus, sed ignarus. Nam tunc pertinax reputaretur, nisi crederet Episcopo vel Inquisitori aliquid de fide asserenti, vt ibi per eum, qui tamen se subiicit & submittit iudicio Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, prout etiam & ego in hoc & in omnibus meis scriptis humillime me submitto.

Vide omnino ad hanc materiam Thom. Sanchez Iesuit. *in Præceptis Decalogi, lib. 1. cap. 7. rub. de hæresi & apostasia, nu. 25.* vbi relatis Doctoribus volentibus pertinacem cẽseri eum, qui ab Inquisitore fidei, vel à suo Episcopo, vel etiam ab aliquo viro Theologo, & ad id deputato, instructus de re fidei illis non credit, & contrarium asserit, & si se contra Ecclesiam non sentire existimet, subdit ipse, hanc sententiam sibi non placere, concluditq; non esse pertinacẽ, nec hæreticum eum, qui existimans non contrauenire Ecclesiæ aut Pontifici, defendit hæresim non acquiescendo Inquisitoribus, Episcopo, & viris doctis contrarium asseuerantibus, sed solum tunc talem temerarium esse, & mortaliter peccare affirmat ex Torres, Cano, Valentia, Vasquez, & Satyr *in locis ibi per eum allegatis*, qui quidem Valentia ad D. Thom. *2. 2. quæst. 11. art. 1. versic. Secundo sequitur*, testatur, aliis relatis hanc esse communem sententiam.

AMPLIA IV. Et † principaliter propositam regulam, vt impœnitentes & pertinaces dicantur hæretici, qui sunt negligentes in informando se ab omnibus peritis, de veritate eorum falsę opinionis, & in legendo libros approbatos, secundum Turrecrem. *in cap. Qui autem, col. 2. ad fin. versic. Sed hanc insipientiam, 24. quæst. 3.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 48. rub. de pertinacibus, nu. 12.* cum allegatis per eum, & *num. 16.* Alphonſ. de Castro *de iusta hæret. punit. lib. 1. cap. 9. col. 8. vers. Tertia regula est*, vbi dixit, quod errans etiam per ignorantiam, si monitus etiam non legitime, id est, nõ ab eo, qui talem habebat authoritatem, non vtitur diligentia consulendo peritiores, vt de veritate certus fiat, pertinax & impœnitens reputatur, refert eum Decian. *in tract. crim. lib. 5. c. 55.* vbi ad idem alios refert concordantes. Sed hanc sententiam sic indistinctè positã minimè admittit, nisi in casu, in quo quis malitiose nollet vti diligentia cõsulẽdi peritiores, ne forte ab illis de errore conuinceretur, cogereturq; illũ errorem relinquere, secus, si ex negligentia tantum non inquireret de veritate se certificare; nam tunc licet fateatur ipsum peccare, non tamen reputabitur pertinax, si paratus sit, se corrigere, & errorem reuocare, monitus ab his, quibus credere tenetur, Menoch. *de præsum. lib. 5. præsum. 7. nu. 11.* vbi pariter declarat, nisi personarum & errorum qualitas benigniorem interpretationem suaderet arbitrio iudicis, & *nu. 14.* 13

AMPLIA V. Vt † iurans, se nunquam recessurum à sua opinione, quæ falsa est, & fidei Catholicæ contraria, pertinax & impœnitens hæreticus reputetur, etiam quod per ignorantiam erret, ex hoc enim iuramento suam temeritatem & incorrectionem declarat, vt per Alphonsum de Castro *de iusta hæreticorum punit. lib. 1. capit. 9.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 48. rubr. de pertinacibus, nu. 21. & 22.* vbi tamen dubitat de hac conclusione. Sed præsupposita ignorantia, & quod falsum credens, credat se verũ credere, nec Catholicæ fidei cõtrarium, quod tunc etiam, quod iurauerit ab errore nõ recedere, non per hoc dicatur pertinax, nec impœnitẽs, eo, quia tale iuramentum habet implicitam conditionem, si id, quod credit, non deuiet à vera & Catholica Ecclesia, defendit Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 55. n. 6.* vbi 14

vbi propterea secus esse affirmat, quando sic iurans cognito suo errore nollet emendari, eoq; animo iurasset de nunquam recedendo à dicto errore, etiam quod sciret, esse contrarium Catholicæ fidei, Menoch. *de præsumpt. libr. 5. præsumpt. 7. nu. 12. & nu. 15. & seqq.* vbi videtur consentire cum scriptis per Decian. vbi *supr.* allegatum.

15 AMPLIA † hanc quintam ampliationem, quia, & si quis protestatus fuerit, se nunquam suos errores reuocaturum, admittitur tamen ad pœnitentiam, & Ecclesiæ reconciliatur, vt per Albertin *in tract. de agnoscendis assertionibus Catholicis &c. quæst. 30. n. 97. & seqq.* quem refert Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 2. nu. 323. seq.* vbi tamen dubitat de hac opinione Albertini, tum quia per huiusmodi protestationem firma protestantis voluntas ostenditur, tum etiam, quia peruersi difficillimè corriguntur, & tum etiam, quia talis pœnitentia præsumēda est potius simulata, & facta timore mortis, quam zelo fidei; Ideo in hoc consulendum Sedem Apostolicam omnino tutum esse crederem.

16 AMPLIA VI. Vt † & impœnitens reputetur is, qui à testibus legitimè conuictus negat, & sic, quando est hæreticus & negatiuus, quod, an verum sit, & quando, dixi *supra, quæst. 178. nu. 19. & seqq.*

17 AMPLIA VII. Vt † hæreticus, qui de se cōfitetur, & pœnitens Ecclesiæ reconciliatur, si postea compertum sit, quod nō omnes suos errores, nec omnes complices reuelauit, reputetur impœnitens hæreticus, & diminutus, & curiæ seculari tradatur, Calderin. *in tract. de hæreticis, rubr. de materia processuum, post num. 6.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 48. rub. de pertinacibus, num. 27. & 28.* vbi hos diminutos hæreticos nuncupat, & ampliat etiam in illis hæreticis, qui non fatentur omnes qualitates, & circumstantias grauiores, & *in Enchirid. tit. 29. rub. de confessis, nu 13. & tit. 61. rubr. de impœnitentibus, nu. 4. & 5.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part. 1. num. 195. & seqq.* vbi amplius, quid de non confitentibus tempus commissi erroris, & *part. 2. num. 236. & seqq. assert. 21.* vbi tamen loquitur, quando de non confessatis erroribus quis est plene conuictus, & quando taciti errores respiciunt veram & formatam hæresim, & *num. 241. & seqq. assert. 22.* vbi pariter, quid de hæretico non confitente tempus errorum, de quo dixi in specie *in sequ. versic.* Pegna *ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, parte 2. quæst. 34. Comment. 19. versic. Ex his possumus colligere, & sequ. folio mihi 343. col. 2.* vbi concludit, negatiuum censeri debere hæreticum & diminutum, qui non omnes hæreses, de quibus conuincitur, vel non omne delicti tempus fatetur, Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 55. nu. 10.* vbi tamen loquitur, sicut etiam loquuntur alii Doctores de hoc tractantes, quando plenè constat de complicibus, quos ipse reuelare recusat, & *nu. 16.* vbi, quod nolentes prodere socios criminis, vel alias circumstantias, etsi errores principales fassi fuerint, reputantur diminuti pœnitentes, Bursat. *consil. 7. num. 13.* Ludouic. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, libr. 3. quæst. 9. num. 193. & seqq.* vbi pariter loquitur de hæretico non confitente omnes errores, omnes socios, omne delicti tempus, vel circumstantias delictum aggrauantes.

18 AMPLIANDO † hanc septimam limitationem, vide eundem Calder. *in d. tract. de hæreticis, rubr. de hæreticis relapsis, nu. 2. in fin. & nu. 3.* vbi probat, hunc impœnitentem ob non confessionem omnium suorum errorum, & complicum posse tradi & non tradi curiæ seculari, arbitrio Inquisitoris, Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 48. rubr. de pertinacibus, nu. 28.* vbi propterea dixit, non facilè hæreticum damnandum propter defectus & diminutiones prædictas, tum quia facilè obliuisci potest talium circumstātiarum, tū etiam, quia is, qui se hæreticū fuisse fatetur, satis concludit, se plurimas hæreticorū ceremonias fecisse; nec summo iure agendum est cum his, qui ad fidem & Ecclesiam Catholicam redeunt, & *n. 31.* vbi, quod ita etiam cauetur in quadam instructione Hispalen *cap. 13. & in Enchirid. tit. 61. rub. de impœnitentib. nu. 5.* Rojas *in tract. de hæreticis, part. 1. nu. 197.* vbi dixit, non reputari diminutum confitentem & pœnitentem eum, qui confitens errores suos, non confitetur omne errorum tempus, cum in tempore facilè cadat obliuio, asseritq; idem teneri, per Simanch. *in Enchir. tit. 19. nu. 11.* & idem affirmauit *in eodem tract. de hæresi, part. 2. nu. 244. & 245.* pariter in idem allegans eundem Simanch. *Cathol. inst. cap. 16. nu. 3.* Pegn. *ad Eymer. in Direct. Inquisit. part. 2. quæst. 34. Comment. 59. vers. Ex his possumus colligere, & seq. fol. mihi 345. col. 2.* vbi pariter concludit, nō debere censeri, esse diminutum confitentem illum, qui nō omnes hæreses, vel non omne delicti tempus, vel non omnes complices fatetur, quando hæc non sint recentia, sed antiqua, in quibus, aut ex diuturnitate temporis, aut ex aliqua alia causa infirmitatis, læsionis capitis, vel negociorum multitudinis obliuio præsumatur, ex Grammatic. quem allegat *in decis. 60. nu. 7.* & hanc declarationē tanquam æquissimam & omnino tenendam, sequitur Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 55. nu. 10. & nu. 16.* vbi tamen, quod non ita de facili huiusmodi diminuti confitentes & pœnitentes damnandi sunt, nisi doceatur ex vehementibus indiciis, quod dolose occultent, & reuelare recusent, cum præsertim absq; eo, quod damnentur, possint torqueri, vt mox *infra* dictum est, vide ad hæc bene loquentem Didac. Cauter. *in quæst. crimin. rub. de hæreticis, cap. 1. nu. 57. versic. Bene verum est, & seqq.*

Nunquid autem non confitenti omnes errores, omne tempus, & omnes complices, possit infligi tortura pro vlteriori veritate præmissorum, dixi *supra, in materia tortura, quæst. 185. num. 133.* & nunquid etiam non omnes hæreses coram Inquisitore confitens, & aliquas tacens, & nihilominus ab excommunicatione absolutus, remaneat re vera excommunicatus: Dic, quod sic, ratione hæresum tacitarum: ratione autem expressarum absolutum remanere, nisi immemor hæresis tacuerit, & sic bona fide, quia tunc omnino à censura absolutus remanebit, poteritq; à quocunq; Sacerdote de hæresibus tacitis bona fide absolutionem petere, vt per Thomam Sanchez *in Præceptis Decalogi, libr. 2. cap. 11. numer. 9.* vbi etiam, quid si absolutus omnes hæreses fassus sit, non tamen omnes actus externos, quos circa hæreses exercuit, libere dixit, & quid, etiamsi publicas hæreses confessus est, occultas autē tacuit, à quo istis casib. absolutionē petere debebit, vide *ibi* eum bene declarantem.

AMPLIA VIII. Propositam † regulam, vt pertinax dicatur, qui etiam, quod errores & hæreses affirmauerit cum voluntate non continuato, & diuturno tempore, sed solum momento tantum: eo enim ipso, quod quis sciens, authoritatem Ecclesiæ contrariam esse propositioni, quam asserit, pertinax dicitur, Læl. Zech. *in summa, part. 1. tit. de fide, rub. de hæreticis, cap. 11. num. 6. versic. Dicitur autem pertinax*, Bannes ad D. Thom. *2. 2. quæst. 11. art. 1. versic. Ex hac doctrina*, vbi reprobat Syluestr. contrarium tenentem, *in verbo, Hæresis, l 1. §. 2.* redditque rationem, quia pariter vnico actu potest quis habere cōsensum adulterii & homicidii, item, quia virtus infusa vno actu contrario in instanti tota amittitur, vt spes, & charitas, ergo etiam & fides quod & idem voluit *ibidem* Gregor. de Valentia *versic. Hinc sequitur primo, & seqq.* vbi aduertit Syluestr. *in loco prædllegato*, non sentire contrarium, Ioan. Azzor. Iesuita *institutionum moralium part. 1. lib. 8. cap. 9. in 1. quæst. versic. Pertinax itaq;* Canus, *libr. 12. de locis Theologicis, cap. 9. col. 19. versic. Ratio igitur, & colum. 21. versicul. Illud deinde*, Torres Corduba, & Valquez *in ante relatis* per Thom. Sanchez Iesuit. *in Præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 7. nu. 7.* vbi & ipse aduertit Syluestr. vbi *supra* allegatum huic ampliationi non contradicere. 19

20 Amplia IX. † Vt dicatur etiam pertinax, & impœnitens hæreticus, qui confessionem de hæresi ab ipso factam, aut negat, aut eam metu tormentorum, aut alia de causa factam affirmat, vel alias errore non probato eam vti erroneam reuocat: is enim vt impœnitens brachio seculari tradendus est, quia non vere, sed ficte pœnitens reputatur, & in negatiua persistens dicitur in pœnitentia, & purgatione deficere, & ideo vt hæreticus puniendus est, ex allegatis in Repert. Inquisit. *in verbo Confessio, vers. Nunc videndum*, vbi pluribus hanc probat conclusionem, *& in verbo Vsura, sub vers. Circa istam materiam*, Simanch. *Cathol. inst. tit. 13. rubr. de confessis, n. 25. & tit. 60. rubr. de sententiis, nu. 8.* vbi ponit practicam, & modum procedendi contra istum impœnitentem, Zanch. *in tract. de haeret. c. 23. nu. 1. & seqq.* Calder. *cons. 2. in tit. de haeret. nu. 1. & per totum*, vbi concludit, hunc talem impœnitentem reputari, non autem relapsum, Ioan. à Rojas *in tract. de haeret. par. 2. n. 255. & seqq. assert. 25.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 55. nu. 14.*

21 Vide † tamen eundem Simanch *in Enchir. tit. 29. rub. de confessis, num. 11.* vbi quod iste sic reuocans suam confessionem, & dicens se iniuste damnatum, debet condemnari potius, vt temerarius, quam vt impœnitens.

22 Limita I. hanc IX. † ampliationem, nisi iste, qui confessionem, vt supra, propter prætensum metum emanatam reuocauit, antequam condemnatur, redierit ad primam confessionem illam ratificando, & iterum confitendo suos errores, nam & is recipiendus est ad misericordiam, vt in Repertor. Inquisitor. *in verbo Confessio, vers. Nunc videndum, & sequent. & in verbo Vsura, sub vers. Circa istam materiam*, Calderin. *cons. 2. in fine, vers. Ad id quod quaeritur tit. de haereticis.*

23 Amplia II. eandem IX. † ampliationem procedere, quando is, qui sic vt supra suam reuocat confessionem, nondum iniunctæ pœnitentiæ satisfecerat, secus si pœnitentiam adimpleuerat, quia tunc temerarius potius quam impœnitens reputari debet, & propterea iudicis arbitrio, & nonnunquam fustibus castigari debet addita communione grauioris pœnæ, si deinceps in eandem temeritatem inciderit, vt per Simanch, qui sic apud eum in Inquisitionis officio seruari testatur, *Cathol. Instit. tit. 13. rubr. de Confessis, nu. 26.*

24 Limita IV. dictam IX. † ampliationem procedere, quando sic reuocans Confessionem propter metum, nullum vere passus fuit metum, sed si in rei veritate falsum de se confessus fuit, aut metu restium, aut torturæ, aut alia de causa, tunc sine dubio non prohibetur allegatum metum, & suam innocentiam apud Inquisitores probare, vt per Simanch. *Cathol. instit. tit. 13. rubric. de Confessis, nu. 27. & 28.* vbi etiam quid si metum, & innocentiam probare non poterit, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 55. num. 14.*

25 Amplia X † Vt, & pertinax hæreticus dicatur ille, qui Inquisitorem pecunia corrumpit, ne contra ipsum procedat, Repertor. Inquisitor. *in verbo haereticus, vers. Et primo haereticus pertinax*, Carer. *in tract. de haereticis, nu. 4. in principio.*

26 Amplia XI. † Vt impœnitens, & pertinax hæreticus præsumatur, qui impedit prædicationem, defensionem, atque doctrinam Catholicæ fidei, Simanch. cum alleg. per eum *Cathol. Instit. tit. 48. rubr. de poenitentibus, nu. 15.* vbi tamen, quod hæc præsumptio non sufficit ad condemnandum in pœnam ordinariam, Menoch. *de praesumpt. lib. 5. praesumpt. 7. nu. 12.*

27 Amplia VII. † Vt pertinax non solum reputetur quis ex actu exteriori, vt puta, qui verbis, aut scriptis monitus resistet, sed etiam qui latenter diu in errore persistit, vel vsque ad mortem perdurat. talis enim non per ignorantiam, aut per obstinatam malitiam perseuerare videtur, ideo Ecclesia tales hæreticos præsumit, Syluestrin *in verbo haeresis, §. 1. numer. 5.* Vmbert. Locat *in Iudic. Inquisitor. in verbo haereticus, num. 18. vers. Sed nota*, vbi ponit exemplum in eo, qui non affirmat, vel negat, sed tacendo tamen pertinaciter credit, committere vsuras non esse peccatum, Ioan. Lopez *in alleg. haereticali, §. decimo in principio.*

Amplia XIII. † & generaliter propositam regulam, quia quis dicatur hæreticus pertinax multum arbitrio iudicis tributum est, Felin. *in rubr. extra de haeretic. vers. Quis autem dicatur pertinax*, Carer. *in tract. de haereticis, num. 4. vers. Licet alias pertinacia relinquatur arbitrio iudicis.* 28

Amplia XIV. † Quia cum impœnitente nullus dispensare potest *cap. damnationis 24. quaest. 2.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 55. nu. 12.* 29

Amplia XV. † Quia impœnitentes absq; alia sententia damnati sunt, qui enim non credit iam iudicatus est, & ipsa incredulitas condemnatio est, & contra notorie pertinaces non est opus processu, sed tantum pronunciandum, vt brachio seculari tradantur, secundum Decian *in tract. crimin. lib. 5. cap. 55. nu. 15.* tutius tamen est, vt omnia ex processu appareant, & quod impœnitentes degradentur, sicut degradantur relapsi. 30

Limita I. † eandem propositam regulam, vt pertinacia, seu impœnitentia in dubio non præsumatur, Simanch. cum allegatis per eum *Cathol. Inst. tit 48. rubr. de pertinacibus, n. 24.* Ioan. Lopez *in allegationib. haereticalibus, §. 9.* Nicol. Arelat. *notab. 20.* Squillac *de fide Cathol. c. 25. nu. 2. in fine*, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 18. vers. 12.* 31

Limita II. † Vt pertinax non dicatur, nisi pertinacia sit obstinata, & cum incorrigibili persistentia, ex alleg. per Carer. *in tract. de haereticis, num. 9. post med.* Iacob. de Graffijs *lib. 2. suarum decisionum cap. 8. rubr. de haeretic. nu. 8.* vbi propterea dixit, quod pertinax dicitur durus, indocibilis, & inuocabilis, obstinatus, & non paratus corrigi, ex allegatis ibi per eum. 32

Limita III. † Quia pertinax, & impœnitens non traditur curiæ seculari, nisi pluries bene monitus, & requisitus adhuc recusauerit venire ad fidem, vt dixi *in q. anteced. nu. 25.* 33

Et † hæc dicta sufficiant de impœnitentibus. Ad quam materiam si vltra infrascripta alia perquirere volueris, vide Alphons. de Castr. *de iusta haeretic. punitione lib. 2. cap. 2.* Squillac *de fide Cathol. cap. 25.* vbi ponit plures casus, in quibus quis dicitur pertinax, relatos per Franc. Pegnam *ad Eymer. in Director. Inquisitor. par. 2. qu. 40 commentar. 95. vers. At de impoenitentibus, seu pertinacibus, fol. mihi 353. col. 1 in fine.* 34

Et † de forma sententiæ contra impœnitentem dixi supra *quaest. 181. nu. 177.* 35

ARGVMENTVM.

De atrocitate criminis Hæresis, & de pluribus specialibus propter eius atrocitatem à iure statutis.

SVMMARIA.

Haeresis crimen grauissimum, & atrocissimum, num. 1.
Haeresis crimen aliis criminibus maius, & grauius est, nu. 2.
Haeresis crimen an sit grauius infidelitate, num. 3.
Haeresis crimen committitur in Deum, num. 4.
Haeresis crimen ignoranter commissum est grauius homicidio doloso, nu. 5.
Haeresis crimen est grauius crimine laesae Maiestatis, nu. 6.
Haeresis crimen dicitur exceptum, & publicum, nu. 7.
Specialia plura in crimine haeresis, num. 8.
Inquiri potest in crimine haeresis non praecedente diffamatione, nu. 9.
Haereticus vbiq; puniri potest, nec facienda est remissio ad locum delicti, nu. 10. & 11. Contra, nu. 12. Distingue, & resolue, vt nu. 13. 14. & 15.

QVÆST. CXCVII. §. I.

1 REGVLA † prima sit, quod crimen hæresis atrocissimum est, ex alleg. in Repertor. Inquisitor. *in verbo, Crimen hæresis, per tot. in discursu*, Afflict. *in constit. Regni de hæreticis & pacterenis, rubr.1.nu.1. & nu.9. & 12.* Simanch. *Catholic. Institut. tit.30. rubr. de hæretic. nu.7. & sequentibus*, vbi etiam ponit plures causas, quibus homines hæretici euadunt, *& tit.31. rubr. de hæret. num.14. & seqq.* vbi pluribus etiam inuehit contra hæreticos, dicens eos conuitiatores, & procaces, irrisores hominum, & sanctorum, fabricatores mendacij, superbos, nouitatum inuentores, comparantur feris bestiis, & his plura similia, Ioan. à Rojas *in tract. de hæretic. par.2. num.343.* Francisc. Pegna *ad Eymeric. in Director. Inquisitorum, par.1. qu.1. commentar.16. versic. Iam hinc quasi ex vberrimo omnium malorum seminario, & sequenti, fol. mihi 247. col.1. & 2.* vbi ad saturitatem explicat omnia mala, quæ ab hæresi proueniunt, Decian. *in tractat. criminal. lib.5. cap.19. per totum in discursu*, vbi late, *& cap.43. nu.9.* vbi in specie ponit, quot detestandis nominibus hæretici nominentur, Roland. *cons.8. nu.1. & seqq. lib.3. & cons.63. nu.1. & seqq. eodem lib.3. & cons.75. nu.1. & seqq. lib.3. & cons.63. nu.1. & cons.75. nu.1. & seqq. d. lib.3.*

2 AMPLIA I. † hanc regulam, vt hæresis crimen sit peccatum aliorum criminium maius, & grauius, argumento text. *in cap. Quid autem 20. quæstione 3.* vbi dicitur: *Quid autem iniquius est, quam impia sapere?* & ibi Turrecr. late disputat, & videtur concludere pro affirmatiua simpliciter, & in genere, licet quandoque dicat ex accidenti, & ex circumstantiis posse contingere, quod aliud peccatum sit grauius hæresi, quod & idem concludit Tabien. *in summa, in verbo hæreticus, n.27.* Frater. Rayner. *in summa, in verbo hæresis, cap.3.* vbi pluribus probat, hæresis peccatum esse aliorum maximum, & reddit rationem, Repertor. Inquisitorum *in verbo hæresis, §.1. rubric. quid sit hæresis, versic. Item nota, quod nullum peccatum est grauius hæresi, iuribus ibi per eum allegatis*, Repertor. Inquisitorum. *in verbo Crimen, versic. Crimen hæresis debet ab omnibus horribilius iudicari*, Simanch. *Cathol. Institut. tit.30. rubr. de hæresi sub nu.7.* Conrad. *in pract. rubr. de hæretic. num.1.* Roland. *cons.8. num.3. lib.3. & cons.75. num.1. eodem lib.3.* Hippol. Riminald. *cons.7. nu.2. & seqq. lib.1.* Martin. del Rio *de disquis. magic. lib.5. sect.1.* vbi recenset septem circumstantias, quæ faciunt crimen hæresis enormissimum, grauissimum, & atrocissimum.

AMPLIA II. † Vt hæresis crimen grauius sit infidelitate in genere, & simpliciter loquendo, licet quandoque ex circumstantiis possit esse cōtrarium, sic enim videtur suaderi ex præallegatis, vide tamen Turrecrem. *in dicto Capitulo, quid autem 20. qu.3.* vbi videtur concludere, quod infidelitas paganorum, & Iudæorum grauius sit peccatum, quam hæreticorum, Repertor. Inquisitor. *in verbo hæreticus, vers. hæreticus plus peccat, quam Iudæus, & plus punitur.* Gundisalu. *in tract. de hæretic. quæst.5. num.2.* vbi dixit, hæreticorum infidelitatem grauiorem esse, quam Iudæorum, & aliorum infidelium, Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.12. nu.1. vers. Peiores tamen censentur Iudæi, aliis infidelibus, & cap.19. num.3.* vbi quod hæretici magis peccant, quam infideles, & quam idololatræ, licet idololatria per se considerata grauius sit delictum, quam hæresis, & sic concludit ex D. Thom. in loco per eum relato, grauitatem peccati posse dupliciter considerari, vno modo ex parte ipsius peccati, alio modo ex parte peccantis, vbi per eum, Roland. *consil.8. nu.4. lib.3. & cons.63. nu.3. eodem lib.3.* Lælius Zecch. *in summa par.1. tit. de fide rubr. de infidelitate communi, cap.10. nu.4.* vbi facit conclusionem, quod infidelitas est maximum peccatorum, quæ committuntur contra bonos mores, non autem peccatorum, quę committuntur contra virtutes Theologicas, *& nu.7.* vbi facit conclusionem, quod si consideretur grauitas infidelitatis, secundum renitentiam ad fidem, grauior est culpa hæreticorum, quam culpa Iudæorum, Iudæorum autem culpa grauior est, quam paganorum, si vero consideretur grauitas infidelitatis secundum corruptionem eorum, quæ pertinent ad fidem, tunc vtiq; infidelitas paganorum est grauissima, post eam infidelitas Iudæorum, simpliciter tamen loquendo culpa hæreticorum est grauior. 3

AMPLIA III. † Vt hæresis dicatur crimen in Deum commissum, text. *in l. Manichæos C. de hæret. & in c. vergentis extra eodem*, Ioan. Monach *in rubr. de hæret. §. qua pœna feriatur, nu.8. in princ.* Prob. *in addit.* ad Ioan. Monach. *vbi supra litera C. & num.31.* infert ex hoc causam criminis hęresis dici causam Dei, ex eodem Ioan. Monach quem allegat *in cap. ne aliqui, nu.4. eodem tit. de hæret. in 6.* vbi etiam idem dixit Prob. *post num.15. in verbo in fauorem*, & Gemin. *nu.5. col.2. post medium, vers. Causa est.* 4

AMPLIA IV. † Vt hæresis crimen, in quod quis incidit ignoranter, sit grauius delictum, quam homicidium dolosum, Bald. *in l.1. num.45. C. qui accusar. non poss.* quem refert, & sequitur Ioan. de Anania *in rubr. de hæret. num.2.* Nicol. Arelatan. *notab.28.* Ioan. à Rojas *in tract. de hæret. par.2. nu.344.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.19. n.4.* 5

AMPLIA V. † Quia hæresis crimen grauius esse crimine læsæ Maiestatis probat text. *in cap. vergentis extra de hæret.* Hostiens. *in summa de hæret. §. qua pœna feriatur, n.8.* Repertor. Inquisitor. *in verbo Crimen, vers. Nota quod crimen læsæ Maiestatis, & vers. seq.* Afflict. *in constit. Regni de hæretic. & Pacterenis rubr.1. num.16.* Carer. *in tract. de hæretic. num.102.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.19. num.1. vers. Ideo simonia*, Roland. *cons.8. num.2. lib.3. & cons.63. nu.2. eodem lib.3. & cons.75. nu.3. eodem lib.3.* & hoc idem voluit etiam Federicus Imperator in sua constitutione incip. *Inconsutilem*, relata per Pegnam inter literas Apostolicas in Director. *Inquisit. fol. mihi 18.* & in alia constitutione incip. *Catharos*, relata, vt supra *fol.19.* 6

AMPLIA VI. † Quia crimen hæresis est, crimen exceptum, Repertor. Inquisitor. *in verbo Crimen, vers. Secundo*, vbi dixit sic haberi in quadam extrauaganti Vrbani 7

bani IV. incip. *Quia super nonnullis, post princip.* imo est etiam publicum crimen, dixi supra *quæst.* 185. *nu.* 23. *& seq.*

8 Regula † secunda sit, & illa quidem infertur ex prima, quod propter atrocitatem huius criminis plura specialiter à iure in fauorem fidei, & in odium tanti criminis statuta sunt, de quibus vltra infrascripta videas Arelatan *in suis notabilibus in discursu, & præsertim notab.* 1. *num.* 2. *& notab.* 2. *& notab.* 4. *nu.* 2. *& notab.* 10. 11. 12. 13. 14. *& notab.* 21. 23. 25. 26. *&* 35. 37. 43. 47. *&* 48. Carer. *in tract. de hæretic. n.* 143. *& pluribus seqq.* Ioan. à Rojas *singul.* 1. *& omnibus seqq. in discursu,* Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *c.* 20. vbi enumerantur septuaginta specialia, *& cap.* 44. *nu.* 16. *& seqq. vsque ad num.* 25. vbi ponit alia specialia, *& nu.* 26. 27. *&* 28. *nu.* 34. 35. 40. *& seqq.*

Ampliatur hæc secunda regula pluribus modis, sicut plura sunt specialia, quorum aliqua, & præcipua hic inserere incongruum non erit.

9 Primum † itaque speciale est in hoc crimine hæresis, quod in eo inquiritur, etiam non præcedente diffamatione, quod vtique in aliis criminibus à iure prohibetur, vt dixi supra *quæst.* 185. *nu.* 48. vbi vide.

10 Secundum † est speciale, quod hæreticus vbique puniri potest, & ideo si quis aliquid hæreticum commisit in Lombardia, deinde iuit ad Tuscam, poterit Inquisitor Tusciæ eum punire, nec tenetur remittere Inquisitori Lombardiæ, hæresis enim crimen non momentaneum, sed successiuum est, & ideo vbi hæreticus reperiatur ibi delinquit, ad Gloss. *in cap. vt commissi in figuratione casus, vers. Nota, quod vbi criminosus inuenitur, & in verbo Procedendi, & in sequenti additione de hæretic. in* 6. & ibi etiam Archid. *nu.* 3. *vers. Aduerte tamen,* & Ioan. Andr. *col. fin. in fine,* & relatis contrarium tenentibus, & aliis antiquioribus concordantibus, in hac sententia residere videtur. Alber. *in rubr. C. de hæret. num.* 9. *vers. Vide dubitari,* Anan. *in cap.* 2. *num.* 6. *vers. Circa prædicta extra de hæretic.* Henrich. Boich. *in cap. excommunicamus il* 2. *num.* 5. *&* 6. *extra eodem.* Prob. *in addit.* ad Ioan. Monach. *in tract. de hæretic. in* 6. *numer.* 9. *vers. Item hæreticus vbique punitur,* idem Prob. ad eundem Ioan. Monach. *in cap. inquisitores, nu.* 4. *&* 5. *de hæretic. in* 6. vbi pluribus hanc probat sententiam. Vmber. Locat. *in iudic. inquis. in verbo Inquisitor, num.* 14. vbi dixit ita statutum esse per Clementem IV. in quadam eius constitutione, quæ incipit *Quoniam illis, §. quo niam,* nisi forsan hæreticus in aliquo loco magnum scandalum dedisset, quia tunc ad illum locum puniendus remittendus est, vt ibi per eum, *& nu.* 17. Simanch. *Cathol. institut. tit.* 2. *rubric. de absentibus num.* 15. vbi dixit, hæreticum posse carcerari, & puniri in ea Prouincia, in qua fuit repertus, quamuis in eadem Prouincia nihil dixerit, aut fecerit impium, & ita testatur omnium consensu comprobatum esse, *& nu.* 16. *&* 17. pluribus hanc probat sententiam, *& numer.* 18 *& seqq.* vbi omnia præmissa repetiit, Gundis. *in tract. de hæret. qu.* 8. *nu.* 10. Ioan. à Rojas *Sing.* 173. *nu.* 7. Franc. Pegna *ad Eym. in Direct. inq. par.* 3. *rubr. de forma citandi absentem comment.* 33. *vers. Ac primum, & seq. fol. mihi* 497. *col.* 2. idem Eymetic. *dicta parte tertia quæst.* 42. *vers. final.* & ibi Francisc. Pegna *commentar.* 91. *versic. Iam quantum spectat, & seq. fol. mihi* 615. *column.* 2. vbi pariter dixit, in crimine hæresis hæreticum regulariter vbique capi, & puniri posse. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 27. vbi dixit, quod licet inquisitores possint per literas requirere iudices loci in quo repertus hæreticus, vt illum capiant & remittant, communiter tamen receptum est, quod hæreticus vbique capi, & puniri potest, etiam vbi non deliquit, *& cap.* 22. *num.* 29. vbi idem dicit, *& cap.* 24. *num.* 18. Bursat. *cons.* 7. *num.* 28. *&* 29. *lib.* 1. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.* 3. *quæst.* 4. *rubr. de forma, & ordine iudicario S. Officij num.* 77. Martin. del Rio Iesuita *de disquis. magic. lib.* 5. *sect.* 2. *vers. Septimo requiritur in fine,* vbi testatur communem esse opinionem, & in praxi receptam, quod hæretici, vbi reperiuntur, ibi puniri possunt, vide supra *quæst.* 7.

Et † pro hac opinione facit, quia si hæreticus in vna ciuitate domicilium trahens, habita notitia, quod inquisitor contra eum procedit ratione Domicilij, ad alium locum se transfert, ibiq; suum domicilium constituit, non per hoc impediet processum iudicis loci vnde aufugit, & à quo fuit citatus, si vero non fuit citatus iudex vltimi domicilij illũ remittet iudici loci delicti secundum Zanch. *in tract. de hæreticis c.* 8. *nu.* 6. vbi ni fallor hoc in substantia firmare videtur, licet quodammodo confuse loquatur, quod & idem voluisse videtur Repertor. Inquisitorum *in verbo Absens, vers. Primo, ibi, Et prosequendo istam materiam.* 11

Contrarium, † quod imo hæreticus remittendus sit ad inquisitorem loci delicti, vnde forsan illius timore mutato domicilio aufugit, nec propterea Iudex loci delicti prohibetur contra ipsum absentem procedere, & citare etiam extra suum territorium, suadetur ex Text. *in dicto capitulo vt commissi, vers. Et contra illos, de hæreticis in sexto,* in illis verbis, *Et contra illos, quos in Prouincia in qua vobis inquisitionis officium est commissum hæresis crimen constiterit commisisse, licet ad alias partes se transferendos duxerint procedendi,* & per hunc textum hanc contrariam sententiam ibidem amplexi sunt Gloss. *in figuratione casus verb. Sed ponamus,* Ioan. Monach *n.* 1. *in verbo Procedendi, & num.* 2. Archid. *num.* 3. *vers. Quod si citati,* Ioan. Andr. *nu.* 3. *colum.* 2. *ante med. in verbo Conuocandi, vers. Hoc incitatis, & num.* 7. *in fine col. final.* vbi arguit pro, & contra, & in hac sententia residere videtur Gemin. *in verbo Et contra illos, num.* 5. *& numer.* 2. *vers. Si vero citati non erant, & in verbo Priuandi, num.* 7. Bonifac. de Vital. *in Clemen. ad nostram num.* 107. *vers. Idem si vellent procedere de hæret.* summa Rosella *in verbo hæreticus, num.* 44. Summa Syluestrin. *in verbo hæreticus, §.* 2. *num.* 12. *vers. Procedendi quoque,* Vmbert. Locat. *in iudic. inquis. in verbo Fuga, num.* 4. *&* 5. *& in verbo Inquisitor, num.* 13. *& num.* 16. Repertor. Inquisit. *in verbo Absens, versic. Primo, & in verbo Domicilium, versic. Primo in princ. & in vers. Item ponamus,* vbi pariter confuse loqui videtur, licet in substantia concludat, remissionem faciendam esse ad iudicem loci delicti, *& in vers. Sed pone quod aliquis in fine,* Repertor. Inquisitor. *in verbo Remissio, vers. Primo,* Simanch. sibi forsan contrarius *Cathol. instit. tit.* 2. *rubr. de absentibus num.* 14. vbi propterea dixit rationi consentaneum esse, vt causa hæresis peragatur in Prouincia commissi criminis, & ad eam delinquens remittatur, tum quia illic melius de crimine constare poterit, tum etiam quia expedit, vt in his locis rei puniantur, in quibus deliquerunt, vt conspectu cæteri deterreantur, Zanchin. *in tractat. de hæret. cap.* 8. *numer.* 8. Ioan. à Rojas *Singul.* 173. *num.* 8. *&* 9. vbi declarat, dummodo Remissio petatur, & quando in loco in quo reperitur in hæresi perseuerauit absque aliquo actu exteriori, & idem etiam quando remissio petetur à Iudice loci delicti, & hæreticus in loco, vbi commoratur, non patefecit se hæreticum per aliquos actus exteriores, Francisc. Pegna *ad Eymeric. in Director. inquisitorum par.* 3. *rubric. de forma citandi absentem commentar.* 3. *vers. Et quanquam hæc ita se habeant iuncto, vers. Tandem multo magis fieri debet remissio fol. mihi* 498. *col. prima:* Addo præmissis Eymeric. *in Director. inquisitor. par.* 3. *quæst.* 42. *vers. Primo, & seqq.* vbi pariter dixit, posse inquisitorem procedere cõtra eos qui delati de hæretica prauitate alibi transtulerunt domicilium, seu alias se absentarũt, & ibi Franc. Pegna *commentar.* 91. *fol. mihi* 614. in idem adducit Concilium Narbonense, & quandam Hispalen. Instructionem Ioan. Azzo. Iesuita *Institut. Moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *rubr. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus quæst.* 15. *vers. Quæres an hæreticos.* 12

In h[...]

In † hac Contrarietate credo, veritatem esse, quod si hæreticus postquam est inquisitus, & multo magis postquam est citatus, fugiat, & se absentet à loco, vbi inquisitus, & citatus est, tunc procedat secunda opinio, quod iudex loci delicti, contra eum procedit, & si absentem, & iudex loci, quo aufugit post citationem, & inquisitionem, debet illum remittere ad iudicem loci delicti & ita loquuntur doctores allegati pro hac secunda opinione, & hoc multum rationabile videtur, cum iudex qui iam procedere suscepit, habeat delicti informationes, & probationes, si vero hæreticus non in loco delicti, vbi hæresim professus est, sed in alio loco reperiatur, non citatus ab alio iudice, tunc si à iudice vbi commoratur fuerit captus, & carceratus, possit prima opinio procedere, quod non sit locus remissioni, ratione ea, quia, vt dicunt Doctores allegati pro prima opinione, hæreticus in vno loco dicitur vbique hæreticus, & vbique delinquit, laudandaq; est propterea diligentia illius iudicis, qui informationes assumpsit, etiam super hæresi alibi commissa, & hæreticum carcerauit, & hanc credo mentem omnium Doctorum, qui remissioni locum non esse crediderunt, & præsertim Archid. *in dicto capitulo, vt commisit num.3. vers. Aduerte tamen*, *& vers. At vbi quis de hæretic. in 6.* & pro hac distinctione vide in Repertor. Inquisitor. (vbi tamen ni fallor confuse loquitur) *in verbo Absens, vers. Primo post princ.* ibi, & prosequendo istam materiam, *& in verbo Domicilium, etiam in primo vers. Ibi sed hoc intelligendum*, vbi clarius loquitur, *& in vers. Item ponamus.* & ante eum Calderin. *in tract. de hæretic. rubr. de his. quæ pertinent ad exequutionem officij nu.13 in fine 14. & 15.* vbi licet multa in hac quæstione profundat docte, & magistraliter more suo, in hac tamen ni fallor distinctione residere videtur, referendo verba Concilij Tridentini ibi per eum allegati videlicet, *Tutius, & salubrius est, vt quisque culpabilis in quocumque loco deliquerit vni, & illi tantum Inquisitori permaneat obligatus à quo primo sine fraude, ac sine periculo negocij, & animarum fuerit occupatus, ita tamen, vt cæteri Inquisitores quicquid de illo nosse poterunt inquirant & nihilominus conscribant Inquisitoribus illis, quibus idem culpabilis sit astrictus, sic enim quasi vir vnus pugnabitis, & conuincetis.* Quibus verbis non aliud inferri creditur, nisi quod isto casu habeat locum præuentio, & inter Inquisitores debeant communicari processus, & pro hac distinctione faciunt scripta per Simanch. *Catholic. instit. tit.43. rubr. de ordine procedendi n.29.* vbi facit generalem conclusionem, quod inter inquisitores locus est præuentioni & quod ille Inquisitor, qui prior procedere incipit, aliis præferendus est, quodque etiam Inquisitores aliarum Prouinciarum ad illum, qui præuenit, mittere debent testimonia, & quicquid contra Reos habuerit. Franc. Pegna *ad Eymer. in Director. Inq. par.3. qu.42. commentar.91. vers. Ad inquisitorem, & seq. fol. mihi 614. col. prima iuncto vers. Quod si quæras fol. mihi 61.* vbi pariter refert in idem Concilium Narbonen. & instructionem Valladolitanam, & in hac eadem distinctione residet Ioan. Azzo. Iesuita *instit. Moral. par.1. lib.8. cap.18. rubr. de Sacris Apostolicis Inquisitoribus quæst.15.* nec dissentire videtur Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.3. qu.4. rubr. de forma & ordine iudiciario S. Officij nu.60.* dum dixit, posse Inquisitores procedere contra fugientes ad alia loca, postquam vident se in vno loco delatos aut inquisitos.

16 Tertium † speciale est, quod in crimine hæresis fauore fidei morte delegantis non expirat delegatio, dixi supra *qu.186. num.20. & seqq.*

17 Qvartvm † speciale est, quod licet regulariter reus actori edere non teneatur suas scripturas, speciale tamen est in hæretico, vt accusatori & fisco, & libros, & probationes, & omnia alia ad fundandam accusationem edere teneatur, *cap. per hoc de hæretic. in 6.* Ponzinib. *in tract. de Lamiis nu.74.* Ludou. Gomez *in capitulo dispendia num.18. de rescript. in 6.* quos, & alios in proposito refert, & sequitur Simanch. *Cathol. instit. tit.46. rubr. de pœnis nu.64.* Ioan. à Rojas *Sing.19.* Franc. Pegna *ad Eymer. in Director. Inquisitor. par.3. qu.39. commentar.88. vers. Ex hoc Priuilegio, & seqq. fol. mihi 611. colu.1.* vbi aliis relatis concordantibus ampliat hanc conclusionem, siue agatur contra reum, à quo petat fiscus sibi edi libros, & scripturas, siue contra tertium, & siue etiam petatur non solum editio librorum, & scripturarum, sed etiam cuiuscumque alterius rei, quæ in hoc crimine iuuare possit ad veritatem inueniendam, Decian. *in tract. crim. l.5. cap.44. nu.19. vers. Item licet reus.*

Qvintvm † Speciale est, quod sola mentis deliberatio in crimine hæresis sufficit ad faciendum quem hæreticum & ad ipsum puniendum, licet in eo hæresis signa non appareant, & hoc est speciale in dicto crimine, ex allegatis per Ioan. de Anan. *in cap. si quis Episcopus, nu.6. & 7. extra de hæretic.* Repert. Inquisit. *in verbo hæreticus, vers. Nota quod hæreticus ex sola mente & vers. seq. & ibi in additionibus litera C. la seconda.* Nicol. Arelatan. *notab.9.* Conrad. *in pract. rubr. de hæretic. num.3. & nu.15. in fine, vers. Quarto amplia.* Rojas *Sing.123.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.17. vers.126. & cap.20. nu.41. & cap.37. n.4.* vbi tamen expresse dixit, solam cogitationem non probatam per confessionem puniri non posse, de quo tamen particulariter dixi infra *num.20.* vide supra *quæst.2. nu.25. seq. & qu.124. n.114.* & pro hac opinione faciunt Doct. allegat. supra *qu.192. num.4.* 18

Contrarium, † quod occulta hæresis ad nullum externum actum perducta, quo sensibus percipi valeat, sed in sola hominis mente consistat, nec verbo, aut signo aliquo externo demonstrata, soli diuino iudicio subiiciatur, & de ea Ecclesia non cognoscat, nec iudicet, quandiu in sola mente & cogitatione latet, voluisse videtur Vmbert. Locat. *in iudic. inquis. in verbo Occultans, nu.4. vers. Quæ vero sunt primo modo occulta.* Simanch. *Cathol. institut. tit.42. rubr. de occultis nu.1. & seqq.* vbi pluribus hanc probat sententiam; eamque communi Theologorum calculo esse receptam testatur, Carer. *in tractat. de hæret. num.3.* & pro hac contraria opinione faciunt Doct. allegat. supra *qu.192. nu.5.* 19

Limita † huius quinti specialis primam opinionem, vt non procedat nisi de huiusmodi mentis deliberatione constet per confessionem deliberantis; alias enim mentis cogitatio non potest probari, cum hominis cor soli Deo notum sit, & hoc erit speciale in crimine hæresis, in quo alias non constet de delicto, nisi per confessionem rei potest deueniri ad condemnationem, Ioan. de Anania *in cap. si quis Episcopus nu.7. extra de hæreticis*, & ita de sola voluntate, & solo animo hæreticali per propriam confessionem probato loquitur Ioan. à Rojas cum alleg. per eum *singul.17. & sing.38.* vbi dixit speciale esse in crimine hæresis, vt possit hæreticus ex sua sola confessione condemnari non aliter constito de delicto, Vmbert. Locat. *in iudic. Inquis. in verbo Confessio, nu.7.* Simanch. *Cathol. instit. tit.13. rubr. de confessis nu.2.* Campeg. ad Zanch. *in tract. de hæret. cap.18. litera A. vers. Subscribunt his omnibus in fine versiculi & ad eundem Zanch. cap.28. eadem litera A. ad med.* Nicol. Arelatan. *notab.2.* Carer. *in tract. de hæretic. num.3. vers. Et nisi forte, & num.87.* Conrad. *in pract. rubr. de hæret. num.11. in fine, vers. Est autem speciale*; Franc. Pegna *ad Eymeric. in Director. Inquis. par.3. rubric. de defensionibus Reorum commentar.28. numer.117. versic. Et quamquam in aliis delictis fol. mihi 480. colum.1.* Decian. *in tractat. criminal. lib.5. cap.20. num.37. & cap.35. nu.19.* vbi tamen declarat, dummodo confessio sit specifica, secus si generalis, & incerta, iuxta ea, quæ dixi supra *quæst.189. num.74.* Mascard. *de probationibus lib.2. conclus.859. numer.4. & seq.* Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisit.* 20

quisit.l.3.quæst.6.num.80.& seq. Thom. Triuisan. *decis.38. nu.6.lib.2.*

21 Hæc † limitatio, quonam pacto possit proposita cõclusione applicari, non videt, nam si hæreticus occultus & mentalis suam hæresim cogitatione retentam fatetur sponte inquisitori aut suo confessori, hoc inquam casu nullam excommunicationis, aut aliam pœnam incurrit, vt bene declarat Simanch. *Cathol.instit.tit.42.rub. de occultis num.9.* quod si vltimus diceret hunc mentalem & occultum hæreticum confessum esse hæresim in mente retentam inquisitori in iudicio, & iste casus huic limitationi applicari non potest, quia ad iudicium pro hoc crimine nullus vocatur, nisi saltim suspectus fuerit de hæresi aliquo exteriori signo probato.

22 SVBLIMITA † præcedentem limitationem, vt procedat quoad pœnam extraordinariam non quoad ordinariam, nisi enim alio modo quam ex sola confessione de hæresi appareat occultam hæresim confitens pœna ordinaria puniri non potest, si credendum est. Simanch. *Cathol.inst.tit.53.rub.de confessis nu.2. vers. Sed nisi alio modo*, huius opinio posset, nisi fallor, procedere, quando reus sic confitens esset pœnitens, & non pertinax, data autem impœnitentia & pertinacia quod sit tradendus curiæ seculari nihil esse video, quod iure impedire possit.

23 SEXTVM † speciale est, quod in crimine hæresis nullo pacto transigere permissum est Simanch. *Catholic.institut.tit.30.rubr.de hæresi num.13.* Carer *in tract. de hæreticis nu.127.* Ioan. à Rojas *Singular.210.* Decian. *in tractat. crim.l.5.c.37.* vbi dixit, quod transactio facta cum accusatore non liberat transigentem ab Inquisitore, *& c.44. num.33.* vbi simpliciter dixit, In crimine hæresis licet sit capitale transigi non posse.

24 SEPTIMVM † speciale est, quod hæretico fides seruanda non est, si enim Tyrannis, Piratis, cæterisque publicis prædonibus qui corpus occidunt, fides seruanda non est, longe minus hæreticis Pertinacibus, qui animas occidunt, seruari debet. Augetur argumentum, quia nec etiam Bannito pro Capitali delicto, ex quo hostis publicus reputatur, pacem factam quis seruare tenetur, sed non obstante pace, illum impune occidere potest, cum illi fides data seruanda non sit, vt per Felyn. post Bartol. quem allegat *in cap. Quæ in Ecclesiarum num.3. in fin. extra de Constitut.* Nell. *de bannit. par.3. secundi temporis quæst.52.* Gozzadin. *cons.61.nu.6.& nu.7.& nu.13.* Marsil. *cons.9.nu.23. & cons.10. nu.5.vers. Quin imo, & in practic.§. aggredior, num.84. & Singular.352. Incip. Sapius, vidi dubitari,* Carauit. *super prima pragmatica de exulib. num 137. & sequentibus,* cum aliis per me cumulatis *in titulo de Variis, & diversis quæstionibus qu.103. nu.57. & sequentibus* (Quicquid secus contrarium dixerint, alij ibidem per me relati *nu.55.*) Ergo multo minus seruanda est fides hæreticis, qui non solum publici, sed totius Christianæ Religionis hostes reputantur, & propterea D. Thomas 2. 2. *quæst.76 .art.primo, & quæst.40. Artic.tertio* censuit, Hæreticum indocilem prodendum esse Iudicibus, non obstante fide ei data, Conrad. Brun *in tract.de hæreticis lib.3. cap.14.num.10.* vbi dixit cum hæreticis nullam posse iustam pacem institui. Salomon. *in l.2. §. ex actis ff. de orig. Iur.* vbi pluribus hanc firmat conclusionem, Petrus à Plach *in Epit.delict.lib.1.cap.39.in fine, num.11.* vbi sententiam hanc frequentiori Doctorum Calculo receptam testatur: post alios, quos refert concordantes Simanch. *Cathol.instit.tit.46.rubr.de pœnis nu.52.& seqq.* Ioan. à Rojas *Singular.63.* Clar. *in pract. §. hæresis, nu.16.* vbi testatur de magis communi, ex Simanch. & Plach. in loco per eum relato, Decian *in tract.crim.lib.5. cap.20.nu.55.* Læl. Zecch. *in summa par.prima, tit.de fide rubric. de hæresi, cap.11. nu.16.vers. Tertia pœna,* vbi ampliat, etiam quod fides hæretico data fuerit iuramento firmata.

Et † licet aduersus hanc conclusionem insurgere videatur, Menoc. (corrupte tamen, allegatus per Simanc. *vbi supra in cons.100.num.188 & seqq.194.nu.281.& seqq. & num.225.* inter alia dicens non esse verum, quod in Constantiensi Concilio fuerit datus saluus conductus Hieronymo Pragæ Hæresiarchæ, referatq; verba dicti prætensi salui conductus, quæ nullam prorsus securitatem præseferunt, & quod propterea merito Hieronymus ille in hæresi relapsus fuit seculari curiæ traditus, nulla fide, nullave securitate corrupta, est tamen aduertendum, quod ipse idem Menoch *n.218.& seqq.* non negat, hæreticis fidem datam à priuata persona non esse seruandam, licet secus si data fuerit ab habente potestatem assecurandi hæreticos, & verum dicit, nec dissentit Petr. à Plach. *dicto cap.37.in fine,* vbi & ipse admittit securitatem, seu fidem datam hæreticis à publica potestate, vel à principe seruandam esse, & idem etiam affirmauit Simanch. *vbi supra dicto tit.46.rubr.de pœnis, n.54.* Læl. Zecch. *in summa par.1. tit. de fide rubr. de hæresi, cap.11. num.16. vers. Tertia pœna,* vbi declarat, nisi fides hæretico data contineret peccatum, quia tunc nec etiam seruanda est ab habente publicam potestatem. 25

Quod † intelligas, si hæreticis fides, & securitas data fuerit à publica persona, seu principe habente potestatem illam concedendi, secus si talem potestatem non haberet, vt per Menoch. *dicto cons.106 num.226. in fine, vers. Quid si obyciatur, & nu.227.& seqq.* vbi propterea infert, Concilium Constantiense non obseruasse saluos conductus concessos ab Imperatoribus, & Regibus eo, quia ipsis Imperatoribus, & Regibus non licebat tutos reddere hæreticos, tum quia inferior non potest saluum conductum concedere damnato à maiori, tum etiam quia ad Imperatores, & Reges pertinet hæreticos expugnare, non autem illos tutos reddere, Decian *in tract. crim.lib.5.cap.20.nu.55.* vbi pariter infert, quod Concilium Constantiense contra fidem datam damnauit, & igni damnatos concremari iussit Ioannem Hus, & Hieronymum Pragam Hæresiarchas, ex Salomon. quem allegat *in l.2.§.ex actis deinde ff. de origin. iuris.* 26

Inde † sequitur, quod si iudex hæretico Inquisito impunitatem promiserit, vt hæresim fateatur, non tenetur idem iudex talem promissionem seruare, quia est contra ius publicum, ex allegatis per Ioan. à Rojas *singular.94.num.5.& 7.* sed hæc conclusio sic simpliciter intellecta dubitabilis redditur, ex allegatis per me *in tit.de reo Confesso, & conuicto, quæst.81.nu.276.& 280.* Ideo pro resolutione, vide quæ ibidem dixi, *nu.296.* 27

OCTAVVM † speciale est, quod in crimine hæresis semel absolutus iterum inquiri potest, talisque sententia nunquam transit in iudicatum, dixi supra *quæst.185. num.197. & seqq.* 28

NONVM † speciale est, vt propter paternam hæresim filij liberantur à patria potestate, Gloss. *in capitulo secundo, §. final. de hæreticis in 6. in verbo Deserit,* Repertor. Inquisitorum, *in verbo Pœna, vers. Item in filiis,* & ibi Mandos. *in additionib. litera F.* post Vmbert. Locat. *in locis per eum relatis,* Simanch. *Catholicar. Institution.tit.46.rubr de pœnis, num.74.* Zanchin. *in tract.de hæretic cap.18.nu.secundo,* Ioan. à Rojas *singular.152.* Decian. *in tractat.criminal. lib.5.cap.44.num.28. vers. Et nota quod filius, & sequenti,* Alphonsus de Castro *de iust. hæreticorum punit.lib.2.cap.septimo,* Francisc. Pegna *ad Eymericum in Direct. Inquisitorum, par.3.quæstione 116.commentar.165.* Molin. *de iustit.tom.primo, disputation.9. colum.7. vers. Ab hac regula, & disput.229. in tertio modo liberationis à Patri*[illegible]*e,* Ioan. Azzor. Iesuita *Institution. Moralium, par.sec*[illegible]*lib.2.cap.22.quæstione 6.* Leonard. Lessius *in iust. lib.2.cap.3.dub.5 num.23.in fine,* Thom. Sanchez *in præceptis Decalogi, lib.2.cap.24.n.5. & 6.* vbi amplius secundum præallegatos Doctores, dicit, Filios propter paternam hæresim effici sui iuris, 29

statim

statim nulla expectata sententia, quicquid secus Simanch & Ioan. Azzorius *in locis per eum relatis*, reuoluisse videantur, subdit tamen non sic à Patria potestate liberari filios receptatorum, fautorum, & defensorum hæretici, ex Francisc. Pegna *ad Eymeric dicta par. 3. qu. 116. eodem commentar.* 165.

30 Nunquid † autem propter hæresim Domini serui efficiantur liberi, sicut filij liberantur à Patria potestate, an vero transeant in fiscum sicut transeunt alia bona ipsius hæretici, vide omnino Francisc. Pegnam *ad Eymericum in Director. Inquisitorum, par. 3. quæst. 119. comment. 168. versic. Sed de seruis quæsitum est, & sequentibus, fol. mihi 733. col. 1. & 2.* cum allegatis per eum, vbi distinguit inter seruos Christianos, & infideles, vt primo casu sint liberati à potestate Domini in tantum, vt nec etiam Dominus resipiscens eos recuperet, secundo autem casu transeant in fiscum (& est optima distinctio) & alia ad hanc materiam ibi per eum videas, Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 44. num. 28.* vbi simpliciter dixit, seruos liberari à potestate sui Domini hæretici; & non transire in fiscum, Ioan. Azzor. Iesuita *Instit. Moralium, par. prima, lib. 8. cap. 11. rubric. de aliis hæreticorum pœnis in 7. quæstione*, vbi refert, & sequitur distinctionem relatam à Francisc. Pegna *in loco præallegato*, & alia ad materiam ponit, & ad comprobationem prædictæ distinctionis, & ad totam materiam cum pluribus contingentibus quæstionibus, vide omnino Thom. Sanchez *in præceptis decal. lib. 2. c. 24. nu. 9. & omnibus seqq.*

Et quod emancipatio filiorum facta ab hæretico, nihil valeat, voluit Innocentius IV. in constitutione edita de anno 1254. incipien. *Licet ex omnibus, versic. Illorum autem filiorum*, relata per Francisc. Pegnam inter literas Apostolicas in Director. Inquisitorum *fol. mihi 21.* & alia Nicolai III. edita de anno 1281 incipien. *Nouerit vniuersitas, eodem versiculo, Illorum autem*, relata, vt supra *fol. 167.*

31 Decimvm † est speciale, quod crimen hæresis, & Apostatiæ nullo vnquam tempore præscribitur, ex allegat. per Ioan. à Rojas *singular. 160. num. 4.* & dixi supra *qu. 100. nu. 29. & seq.* vbi vide.

32 Vndecimvm † est speciale, quia licet, vt suo loco dictum est, propter delinquentium multitudinem pœna minui possit, speciale tamen est in crimine hæresis, quod propter hæreticorum multitudinem pœna non solum minui non debet, sed etiam augeri, ex allegatis in Repertor. Inquisitorum, *in verbo Pœna, vers. Augeri autem possunt pœnæ*, & per Gundisalu. *in tractat. de hæreticis, quæst. 17. num. 3.* vbi declarat hanc conclusionem procedere, quando delinquentes essent pertinaces, & possunt seuere puniri sine scandalo, tunc enim pœna non minuitur propter multitudinem delinquentium, secus si essent parati errorem corrigere, & de eorum correctione esset spes, vel non possent seuere puniri, sine periculo scandali, tunc enim aliquid esset detrahendum seueritati, & rigori propter delinquentium multitudinem, vt ibi per eum Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 50. num. 5. & 6.* vbi pariter dixit, quod pluribus in crimine hæresis delinquentibus, augendæ sunt pœnæ, præsertim in principalibus, & autoribus, nisi ex tali argumento timeretur de scandalo, quia tunc propter multitudinem pœna esset minuenda, vt ibi per eum Petr. Binsfeld. *de Confess. malefic. ad l. multi, C. de malefic. & mathemat.* vbi & ipse dixit, quod delinquentium multitudo in crim[illegible]um seueritati detrahere non debet.

33 Hinc † inferri p[illegible], quod si in aliqua ciuitate reperiuntur plures hæretici tota Ciuitas comburi debet, & hoc videtur speciale in crimine hæresis, vt Ciuitas pro delicto Ciuium puniatur: quod an verum sit, & quando, vide Archid. Ioan. And.. Geminian. & Franc. *in c. p. Præsidentem de hæreticis in 6.* Ioan. à Rojas *singul. 30.* vbi tenet opinionem affirmatiuam, per text. *in cap. Si audieris*, & ibi Gloss. *23. quæst. 5.* cum aliis ibi per eum allegatis, Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo Ciuitas, n. 1.* vbi dixit non posse Ciuitatem, in qua omnes sunt hæretici, comburi, nisi præcedat declaratio iudicis, quod sint tales, Repertor. Inquisitorum, *in verbo Comburi, vers. An tota Ciuitas, & seqq. omnibus*, & ibi Mandos. *in additionibus litera K.* vbi plene disputat, an tota Ciuitas possit comburi propter hæresim, & primo arguit affirmatiue, deinde arguit negatiue, & postea concludit, quod si vniuersitas est illa, quæ delinquit in crimine hæresis in eam incurrendo, & hæreticalia dicendo, aut faciendo conuocato consilio, & tunc tota Ciuitas comburi potest; secus si particulares Ciues, quia tunc eorum hæresis non debet vniuersitati præiudicare, subditque quod in casu, quo de iure Ciuitas comburenda est, comburi non debet, nisi de licentia Principis. Adde tu, scilicet Papæ, vt infra mox dicam, nimisq; crudele & indiscretum esset, quod pro hæresi particularium Ciuium vniuersitas esset punienda, Ciuitasque comburenda, vt ibi per eum, qui proponit contraria, & illis respondet, & vide eundem in eodem Repertorio, *in verbo Pœna, versic. Si audieris*, qui pro affirmatiua allegat Gundisalu *in tractat. de hæreticis, quæst. 24.* vbi late disputat, & tenet opinionem negatiuam, nisi quando Ciuitas ipsa in hæresim incurreret, omnes scilicet Ciues, aut eorum maior pars essent hæretici, congregatoque, & communicato consilio hæresim approbarent, tunc enim Ciuitas ipsa, & comburi, & destrui posset, & non per hoc singulares personæ culpabiles pœnam euaderent propter punitionem vniuersitatis, vt ibi per eum qui pluribus modis respondet textui *in cap. si audieris 23. quæst. 8.* Decian. *in tractat. crim lib. 5. cap. 50. num. 1. & sequentibus in discursu:* vbi concludit, quod si Castrum, Villa, & quælibet alia vniuersitas tota vel maior pars communicato, & conuocato Concilio in hæresim labatur potest contra eam inquiri, condemnari, comburi, & destrui, per text. *in dicto capitulo si audieris 23. quæst 5. & in Deuteronom. cap. 13.* & non per hoc singulares personæ pœnam hæresis euitabunt, dummodo talis sententia combustionis Ciuitatis, & destructionis, feratur à Papa, non ab inferiore, qui ciuitates deuastandi potestatem nō habet, quod si non tota vniuersitas, seu ciuitas deliquerit, sed homines dictæ ciuitatis, vel vniuersitatis, & tunc dicti homines hæretici condemnantur, & puniuntur, & præsertim principales, & autores, vt ibi per eum, vbi etiam ponit, an isto casu vniuersitas excommunicari possit, & quomodo.

Quod † si Ciuitas aliqua dederit impedimentum, 34
vt hæretici, vel eorum fautores non capiantur, vel non puniantur, priuari debet cōmercio, & dignitate Episcopali, secundum Bonifac. de Vitalinis *in rubr. de crimine hæresis, nu. 21. per textum quem allegat in cap. ad abolendam, §. Ciuitas extra de hæreticis, &c.*

ARGVMENTVM.

Reuelare hæreticum, & curiæ illum denunciare, an & quando quis teneatur.

SVMMARIA.

Reuelare quis tenetur nedum hæreticum, sed etiam de hæresi suspectum, hæreticorumq; fautores, nu. 35. in fine.

Reuelare, denunciare, & accusare hæreticum, quisque tenetur sub pœna excommunicationis, nu. 35.

Reuelare hæreticum quis tenetur etiam quod crimen reuelatum probari non possit, num. 36. Contra, num. 37.

Reuelare, & denunciare hæreticum si quis omiserit, de hæresi suspectum est num. 38.

Reue-

QVÆST. CXCVII. §. 2.

35 REGVLA † sit, (& sub hac regula continetur duodecimum speciale) quod hæreticum reuelare, denunciare, & accusare quisq; tenetur sub pœna excommunicationis, *cap.*2. & ibi Gloss. & Doct *extra de hæretic. cap. quapropter secunda quæst.* 7. Cardin. *in cap. si peccauerit, nu.*29. *secunda quæst. prima*, & extat constitutio Innocentij IV. edita de anno 1254. incip. *Licet ex omnibus, versic. Item si quis hæreticos sciuerit*, relata per Franc. Pegnam inter literas Apostolicas *in Director. Inquisitor. fol. mihi* 20. & alia Nicolai III. edita de anno 1281. *incip. Nouerit vniuersitas, vers. Item si quis eum*, relata, vt supra, *fol. mihi* 67. Iacob. de Graffijs *lib.*4. *suarum decisionum, cap.* 18. *num.*24. Calderin. *in tractat. de hæretic. rubric. de pœnis receptatorum, num.*11. & non reuelando dicitur hæreticorum fautor, si enim in crimine læsæ Maiestatis humanæ quisq; illud reuelare tenetur, multo magis reuelare tenebitur crimen læsæ Maiestatis Diuinę, vt in Reper. Inquisitorum *in verbo hæreticus, vers. Nota quod in crimine læsæ Maiestatis, & in verbo Accusatio, versic. Sed vtrum quilibet homo*, vbi amplius, quod quilibet homo tenetur accusare de crimine hæresis, & ibi in additionibus Quintilian. Mandos. *litera C. & in verbo Crimen, versic. An teneatur quis, & in verbo Deferre*, & ibi etiam Mandos. *litera A.* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitorum; in verbo Fautor, num. quinto*, Simanch. *Catholicar. Institut. tit. quarto, rubr. de accusat. num. primo & secundo, & tit.* 19. *rub. de denunciation. num. primo, & sequentibus.* vbi pluribus hanc probat regulam, plures Sanctorum autoritates ad illius comprobationem refert, illamque apud Ethnicos seruatum fuisse docet, multorumque Theologorum, & Iuris peritorum consensu receptam testatur, *& tit.* 42. *rubric. de occultis, nu.*12. vbi quod hæc est constans Theologorum, & Iurisperitorum sententia, *& in Enchiridion tit.*23. *rubr. de denunciatione, num. primo, & sequentibus, & tit.*33. *rubr. de accusation. num. primo*, Campeg. *ad Zanchin. in tract. de hæreticis, cap.* 9. *litera A. sub vers. Habent etiam Crucesignatos*, vbi amplius dixit, quod ita obseruatur in sacro Inquisitionis officio, in quo denunciatores zelo fidei, & timore excommunicationis pro exoneratione conscientiæ non accusant, nec onus probandi assumunt, sed deponunt & denunciant, & Iudex ex officio procedat, Conrad. Brun. *in tract. de hæresi, lib.*1. *c.*7. Alphons. de Castro *de iusta hæreticorum punition. cap.*25. Decian. *in tractat. criminal. lib.*5. *cap.*30. *num.*7. Ioan. à Rojas *singular.*3 *nu.*3. *& sequentibus:* vbi pluribus hanc probat conclusionem, & ampliat, vt etiam statim, & sine mora debeat quis hæreticos denunciare, & declarat, vt quisque hæreticos denunciare, non autem accusare teneatur, *& numero* 14. vbi de eadem conclusione, *& singular.* 46. *numero primo, & sequentibus, & in tract. de hæret. par. secunda, num.*55. Francisc. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Director. Inquisitorum par. secunda quæstione* 53. *Commentar.* 78. *vers. Postremo &c. & seqq.* Toledo *de instructione Sacerdotum lib.*4. *cap. quinto numer.*1. Sigismund. Scaccia *de iudicio causar. ciuilium, criminal. & hæretic. cap.*70. *numer.*2. Idem Francisc. Pegn. *dicta par. secunda comment.*2. *ad cap. qui alios, extra de hæreticis. vers. Diximus breuiter fol. mihi* 92. *col.*2. Ludou. à Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis lib.*3. *quæstione* 4. *rubr. de forma & ordine Iudiciario S. Officij num.*18. vbi propterea, quod Inquisitores in eorum Prouinciis emittunt edicta, vt quislibet teneatur hæreticos denunciare, *& quæstione* 8. *num.*61. *& seqq. pluribus*, vbi licet plura deducat contra hanc regulam, præsertim quando hæresis fuit publice dicta, quod non omnes teneantur eam denunciare, sed tantum Regentes ciuitatem, & Sacerdotes; concludit tamen indistincte omnes hæreticos reuelandos, rationibus ibi per eum adductis, vbi etiam, & hanc eandem regulam auctoritate Sacræ Scripturæ, & aliorum plurium Doctorum comprobat.

Nauar. *consf.*5. *num.*3. *& seqq. de hæreticis lib.* 5. vbi ampliat etiam quod quis sit complex, & particeps in crimine hæresis, & ponit modum quo quis alios reuelare possit, & se ipsum tacere.

Martin, del Rio *de disquisitionibus Magicis lib.*5. *sect.*4. *vers. Sexto tenetur omnes*, vbi ampliando hanc regulam dixit, omnes etiam teneri reuelare sortilegos, quando eorum sortilegia sunt coniuncta cum hæresi, subditque, vix contingere istos maleficos, & sortilegos non habere hæresim coniunctam, sed quod imo quisque reuelare teneatur sortilegos, etiam quod sortilegia non sunt hæreticalia, voluisse videtur Læl. Zecch. *in summa parte prima tit. de fide, rubr. de hæresi cap.*11. *num.*13. *vers. Scias tamen aliquis.*

Adde, & eundem Læl. Zecchium vbi supra *num.*12. vbi amplius quod quis reuelare tenetur sub pœna peccati mortalis non solum hæreticos, sed etiam suspectos de hæresi, hæreticorumque libros retinentes, & eorum fautores, *& dicto nu.*12. *in princ. & in vers. Ampliatur etiam*, vbi ampliat quod quis reuelare teneatur proferentes verba hæreticalia etiam ioco, *& in vers. Limitatur quoad libros*, vbi bene declarat, quando quis teneatur reuelare retinentes libros prohibitos, vide supra *qu.*51. vbi multa ad propositum.

AMPLIA I. † hanc regulam, vt reuelare quis teneatur crimen hæresis, etiam quod illud probare nequeat, 36
quia sufficit hæreticum denunciare, non autem illum accusare. Vmbert. Locat. *post iudic. inquis. qu.*28. & quod hæreticum etiam occultum quisque reuelare teneatur affirmarunt plures relati per Ioan. à Rojas *singul.*3. *num.* 19. *& num.*20. *vers. Priuatum omnino occultum*, vbi & ipse hanc probat sententiam; *& singul.*46. *num.*3. *& in tractat. de hæreticis par.* 2. *numer.* 55. Sigismund. Scaccia *de iudicio causarum ciuil. crim. & hæretic. cap.*56. *num.*4. vbi amplius testatur ex Thom. Triuisan. *decis.*51. *num.*6. *&* 7. ita sæpius decisum fuisse, & pro hac opinione affirmatiua faciunt Doctores allegati supra *quæst.*185. *nu.*72. dicentes, hodie denunciantem non teneri probare denunciationem. Addo pro hac eadem sententia Læl. Zecch. *in summa parte prima tit. de fide, rubr. de hæresi num.*12. *vers. Secundo ampliatur.* Iacob. de Graffijs *lib.*4. *suarum decisionum c.*18.

nu.26. vbi quod quis tenetur reuelare hæreticum tanquam suspectum, quando de hæresi adsunt aliqua signa. Et licet plures grauissimi Doctores, quos infra referam, contrariam sententiam amplexi fuerint, hæc tamen ampliatio passim recepta fuit, & seruatur in supremo totius Christianæ generali, & Sanctæ Romanæ Inquisitionis Tribunali.

37 Contrarium, † quod nemo teneatur accusare alium de hæresi, nisi eam probare possit, suadetur ex Clem. 2. *de hæretic. & in capit. qualiter il primo in fine extra de accusat.* Ioan. Andr. *in c. nouerit extra de iudiciis*, vbi dixit, in peccato omnino occulto quod probari non potest, cum occulta diuino iudicio sint relinquenda, denunciationem non habere locum, & fac. ratio, quia si delictum est omnino occultum denunciatio nihil prodest. Repertor. Inquisitor. *in verbo Accusatio, vers. Sed vtrum quilibet homo, & in verbo Denunciatio, versic. Generale tamen est*, vbi loquitur etiam in Denunciatione, *in verbo Occulta, versic. 2.* vbi generaliter dixit, quod in peccato omnino occulto taliter quod probari non potest non habet locum denunciatio Simanch. *Catholicar. institut. tit. 4. rubr. de accusat. numer.* 1. vbi amplius, quod non tenetur quis hæreticum accusare, nisi hæresim idoneis testibus comprobare possit, *& in Enchiridion tit. 33. rubr. de disputatione tum*, 1. Guadilalu. *In tract. de hæret. quæst.* 10. *nu. 7. & nu. 8.* vbi tamen dixit, quod licet occultum hæresis crimen, quod probari nequeat, reuelare quis non teneatur, debet tamen hæreticum secrete admonere, vt se emendet, & adhuc si oportuerit, potuerit hoc extraiudicialiter significare suo Presbytero aut Prælato. Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 30. nu. 4.* Ioan à Rojas *sing. 3. nu. 3.* Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib. 3. qu. 9. num. 45.* Nauar. *tit. de hæret. lib. 5. cons. 3.* vbi quod sciens quem esse hæreticum tantum de auditu, vel suspicans, non tenenetur illum reuelare, nisi scieuerit per visum, vel alium sensum corporeum, vel per confessionem, vel hoc sit indubitatum.

38 AMPLIA II. † Vt non reuelans hæreticum sit de hæresi suspectus, ex traditis in Repertor. Inquisit. *in verbo Fautores, vers. Item in indicatione*, sed an hæc suspicio sit leuis, vehemens, seu violenta, vide Alphons. de Castro *de iusta hæreticor. punition. lib. 2. cap. 25. in princ.* vbi dixit oriri violentam de hæresi suspicionem. Cuius opinio non placet Iacob. Septim. *Cathol. instit cap. 18. in fine*, quem sic dicentem refert Ioan. à Rojas *singul. 5. num. 17.* vbi pariter dixit, hanc Alphonsi sententiam sibi videri nimis rigorosam, nec locum habere existimat, nisi quando vltra non reuelantiam concurreret etiam nimia familiaritas & amicitia cum hæretico, quem non denunciat, sed nunquid saltim oriatur ex hac non reuelantia vehemens hæresis suspicio, vide Pegnam *in additionibus ad Eymer. in Director. Inquisitorum par. 2. qu. 55. Commentar. 88 vers. Postremo &c. fol. mihi 398. colum. 2.* vbi simpliciter dixit, non denunciantes hæreticos, siue publicæ personæ, siue priuatæ sint, de hæresi suspectos esse, *& dicta parte secunda quæst. 56. Commentar. 81. litera D, vers. Illis ex Ioanne Roias fol. mihi 409. colum. 1. in fine*, vbi ex Ioanne Rojas *in loco præallegato* (Qui tamen de vehementi suspicione nullum verbum facit) affirmatiue respondet: quando non reuelans aut nulla probabili causa potest se excusare, aut si in iudicio interrogatur scienter negauerit: sententiam autem Alphonsi de Castro, quod inde oriatur violenta suspicio, nimis crudelem reputat, eamque omnino improbat Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 30. nu. 7.* Læl. Zecch *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi cap. 11. nu. 5. vers. Tertia suspicio*, vbi pariter dixit, contra non reuelantem oriri vehementem suspicionem hæresis.

39 AMPLIA III. † Vt hæreticum quis denunciare teneatur etiam non præcedente Euangelica monitione secreta, de qua *in cap. Nouit. de iudic.* quod an verum sit, & quando, vide in Repertor. Inquisitor. *in verbo Denunciatur, vers. An quando proceditur*, vbi facit regulam affirmatiuam, & eam limitat duobus modis; Primo quando hæresis esset publica; Secundo quando periculum esset in dilatione, *& ibi in add.* Mandos. *litera E*, vbi testatur, contrariam opinionem affirmatiuam vidisse seruari, quod scilicet omissa fraterna monitione ad denunciationem proceditur, ex allegatis ibi per eum, *& in verbo Monitiones, vers. Item nota*, vbi ponit easdem declarationes. Guandilalu. *in tract. de hæreticis quæst. 10. num. 6.* vbi pariter ponit regulam affirmatiuam, quod scilicet nemo denunciare debeat non præcedente Euangelica monitione, nisi hæresis crimen esset vel publicum, vel ex eo posset imminere periculum in dilatione, & quia sit aliquis hæreticus occultus, qui priuatim homines à fide auertat, his enim duobus casibus nulla præcedente monitione quis denunciare tenetur, vt ibi per eum, qui præmissa etiam sublimitat, quando forte quis firmiter crederet per secretam admonitionem huiusmodi mala impedire, quia tunc indistincte non debet denunciare non præcedente monitione præmissa, *& num. 7.* vbi de eadem materia. Et pro hac affirmatiua opinione, reprobatis contrarium tenentibus indistincte, quod nulla præcedente monitione quis teneatur hæreticum denunciare, etiam quod ex correctione fraterna speretur correctio, & etiam quod hæreticus sit occultus, vide late comprobantem, & respondentē contrariis Siman. *Cathol. instit. tit. 19. rubr. de denunciation. num. 10. & omnibus seqq. & in Enchiridion tit. 23 rubr. de denunciation. num. 5. & seq.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 30. num. 1.* vbi facit regulam generalem in aliis criminibus, quod reijcitur denuncians, qui prius secrete non monuerit delinquentem, deinde *num. 2.* declarat hoc non procedere in crimine Simoniæ, & hæresis, & postea *nu. 3.* subdit, monitionem requiri, quando crimen est occultum, secus si publicum, vel notorium, quinimo in occulto crimine, etiamsi Prælatus iuberet sub censuris, quod quis deberet reuelare quod scit, non tenetur denunciare, non præcedente dicta monitione, nisi periculum esset in mora, vt quia sciret quod dogmatizando hęreses posset alios corrumpere, ex D. Thoma *in locis per eum relatis*, Ioan. à Rojas *singul. 3. num. 21.* vbi facit conclusionem, quod hæreticum quisq; denunciare tenetur etiam non præcedente Euangelica monitione, & quod hęc opinio est tutior, etiam quod quis firmiter existimaret, quod quis admonitus emēdaretur, *& in tract. de hæreticis par. 2. numer. 81.* vbi firmat conclusionem negatiuam, Sigismund. Scaccia *de iudic. causarum ciuil. crimin. & hæretical. cap. 16. num. 3.* vbi disputat, quid si hæresis sit occulta, & quid si sit notoria, refert Doctores hinc inde contrarium tenentes, & concludit vtroque casu non requiri in denunciatione hæretici vllam præcedentem monitionem, & de consuetudine sic seruari, nec tales monitiones in vsu esse, nullam habere dubitationem affirmat Francisc. Pegn. *in Director. Inquisit. par. secunda commentar. 2. ad cap. Qui alios extra de hæretic. vers. Quodsi quæratur, & seqq. fol. mihi 92. col. 2.* vbi dixit opinionem negatiuam esse tutiorem, proponit contraria & illis respondet. Adde eundem Pegnam *dicta parte secunda Comment. 18. ad capit. Qualiter, & quando de accusation. fol. mihi 128. in fine & seq.* vbi facit conclusionem, quod si quis secrete audiuit aliquem proferentem aliquam propositionem hæreticalem, qui sit alias vir simplex, & pius, ita vt ex mera ignorantia errare facile credi possit, antequam illum denunciet, tenetur saltem semel illum corripere. Si vero quis secrete sciat aliquem vere esse hæreticum, & tunc absque alia correctione denunciare tenetur, præsertim quando nulla probabilis est spes, quod iste talis propter monitionem resipiscere debeat, quod si

aliquis

aliquis firmiter existimaret, quod ob fraternam correctionem, & monitionem hæreticus resipisceret, & tunc potest ipsum monere, etsi tutius, & s. curius esse subdat eam omittere. Toledo *de instruct. Sacerdotum lib. 4. cap. 5. num. 1.* vbi quod sine præcedente monitione non statim reuelandus est is, quem constat, aut probabile est non esse pertinacem, sed ex ignorantia errare, & idem de eo quem probabile est facere aliquem actum contra fidem non ex errore mentis, sed metu, vel alia passione, is enim nec etiam non monitus reuelandus non est, vt ibi per eum. Azzor. Iesuita *institution. moralium par. 1. lib. 8. cap. 19. rubr. de absolutione ab hæresi quæst. 9.* vbi post multa, ni fallor concludit, reuelandum esse hæreticum etiam occultum, nulla præcedente Euangelica correptione, etiam quod firmiter credat quis hæreticum post correptionem resipiscere debere, testaturque ita inquisitores præcipere in publicis edictis. Bannes ad Diu. Thom. 2. 2. *quæst. 11. artic. 4. vers. Sed circa solutionem*, vbi idem magistraliter docet Martin. del Rio *de disquisit. magic. lib. 5. sect. 4.* ex cuius dictis infrascriptæ conclusiones in hac materia elici possunt. Prima est, quod reuelare sortilegium non coniunctum cum hæresi nemo teneatur, nisi præcedente correctione fraterna, *in vers. Sextum tenentur omnes*, vbi tamen subdit, raro contingere maleficos istos non habere hæresim coniunctam. Secunda est conclusio præcedentis declaratiua, quod lamiæ, seu strigæ semper reuelandæ sunt nulla præcedente monitione, etiam quod eorum crimen cum hæresi coniunctum non sit, *vt dicto vers. Sextum tenentur*. Tertia conclusio, quod hæreticos dogmatistas quisq; reuelare tenetur, non prædicta præcedente monitione, *eodem vers. Sextum tenentur*. Quarta conclusio, quod hæreticos etiam non dogmatistas quisq; reuelare tenetur nulla præcedente monitione, quando probabiliter constat eos ex correctione, & monitione non redituros ad fidem, *eodem vers. Sextum tenentur*. Quinta conclusio præcedenti contraria quod non præcedente paterna correctione, quis hæreticos reuelare non tenetur, quando moraliter certum est, & firmiter creditur, eos post monitionem emendandos esse, *vt in eodem vers. Sextum tenetur*. Sexta, & vltima est Conclusio, quod quando est dubium, an hæreticus post monitionem rediturus sit ad fidem nec ne, tunc non præcedente monitione reuelandus non est, *eodem vers. Sextum tenentur*, vbi quod hæc sententia est valde æqua, sed contraria vtilior Reipublicæ. Adde tu, & seruanda.

40 AMPLIA IV. † Vt pater reuelare teneatur filium hæreticum, & è contra. Vmber. Locat. *post iudic. Inq. qu. 5.* cum alleg. per eum. Alphons. de Castro *de iusta hæreticor. punit. lib. 2. cap. fin.* Nauar. *in cap. inter verba laudantium 11. q. 3.* & hanc opinionem pluribus comprobat. Simanch. *in tract. de parte hæretico num. 1. & seqq.* (licet ipse eam non sequatur) I. an. à Rojas *sing. 3. nu. 29. & seq. & sing. 12. nu. 1. & seq.* vbi, & in hanc sententiam consentire videtur, quicquid secus senserit. Simanch. *in loco infra allegando.* Mascard. *de probation. lib. 2. concl. 857. nu. 18. & seqq.* Franc. Pegna *ad Eymer. in Director. Inquisit. par. 2. Comment. 15. ad c. literas extra de præsumptionibus litera B, vers. Et de fratre suo fol. mihi 123. col. 2.* vbi testatur de veriori, ac tutiori opinione, reprobato Simanch. contrarium tenente. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib. 3. quæst. 8. nu. 83. & seqq.* Petr. Binsfeld. *de confess. malefic. membr. 2. post princ. §. pro parte negatiua*, vbi dixit, parentes teneri reuelare filios maleficos, & è contra si non sciat emendatos, aut priuata monitione corrigendos, & quando non adsint alij, qui denunciant, subdens isto casu facile credendum parentibus contra filios, & è contra fratribus contra sorores, & è contra cum absint à suspicione odij, Læl. Zecch. *in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi, cap. 11. num. 12. vers. Secundo ampliatur.*

Contrarium † pluribus probat Simanch. *Cathol. inst. tit. 29. rubr. de filiis & minoribus nu. 47. & seqq.* & latius *in tractatu de patre hæretico num. 14. & seqq.* vbi contrariis respondet, & hanc sententiam humaniorem, & probabiliorem affirmat. 41

Et † hæc contraria opinio, quatenus vera sit, prout non est, cum priore tanquam fidei Catholicæ fauorabilior amplectenda sit, potest limitari tribus modis. Primo vt licet filius non teneatur accusare patrem hæreticum, potest tamen si vult. Secundo quando filius interrogatur à Iudice, & præ etiam medio iuramento, non potest vllo pacto paternam hæresim celare. Tertio quando paterna hæresis Reipublicæ perniciosa esse potest: his inquam tribus casibus filium reuelantem, paternam hæresim admittit, Simanch. *Cathol. instit. tit. 29. rubr. de filiis & minoribus num. 43. 44. & 45. & in tractatu de patre hæretico, nu. 41. & seqq.* Sed vt dixi, verius est filium teneri reuelare patrem hæreticum, & è contra indistincte, & nedum posse sed debere. 42

Qua † in re vide etiam Ioan. à Rojas *singular. 12. nu. 3.* vbi distinguendo concordat, quod prima opinio procedat, quando pater filium ad hæresim inducebat, eumque aliquam prauam doctrinam docebat, secunda autem opinio procedat, quando pater hæc non agebat, sed vt dixi verius est vtroque casu filium teneri reuelari patrem hæreticum. 43

Et † in proposito scias, quod licet regulariter quando pater facit comparere, seu constituere filium inquisitum de aliquo crimine in carceribus, ipse filius mitius puniendus sit, ne pater ipsum morti tradidisse videatur, in crimine tamen hæresis contrarium videtur, & ideo si filius patrem hæreticum reuelet, & offerat Inquisitoribus, & è contra, oblatus, & reuelatus si hæreticus est, mitius non punitur, quia in tali crimine magis attendenda est spontanea, & simplex confessio hæretici eiusque contritio, & conuersio, quam oblatio prædicta, vt per Simanch. *Cathol. institut. tit. 29. rubr. de filiis & minoribus, nu. 50.* 44

Contrarium, † quod pater hæreticus delatus Inquisitoribus à filio, & è contra, sit mitius puniendus, voluit Ioan. à Rojas *sing. 12. nu. 6.* 45

AMPLIA V. † Quia in crimine hæresis aliqui dixerunt specialissimum esse, quod Sacerdos hæreticum sibi confitentem reuelare potest, secundum Alber. *rubr. C. de hæret. num. 8. versic. Vnum specialissimum est*, allegat Archid. *in Capit. Sacerdos, de pœnit. dist. 6.* qui tamen *nu. 3.* loquitur in hæretico impœnitente, vel nolente alios hæreticos, vel eorum fautores notificare, tunc enim inquit Archid. Sacerdotem non censeri astrictum tacere propter vim pœnitentiæ, tum quia ille non agit pœnitentiam, tunc quia non seruat fidem cum sit hæreticus, subdit postea Archid. tutius esse secundum Hostiens. *in loco per eum allegato*, quod Sacerdos adeat Episcopum, & ei dicat: *Vigila super gregem tuum, quia lupus est in grege*, & Alberic. & Archid. sic dicentes refert. Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 20. num. 63. & 69.* & ante eum Repert. Inquisit. *in verbo Confessio, vers. An si quis confessus hæresim proprio Sacerdoti.* 46

Qua in re vide omnino Simanch. *Cathol. instit. tit. 3. rubr. de absolutione num. 5.* vbi isto casu consulit, vt Sacerdos suadeat pœnitenti, vt ad Inquisitores confugiat; quod si persuadere hoc non possit, adeat ipse Sacerdos Inquisitores, petatq; ab illis auctoritatem absoluendi pœnitentem, sed postea concludit tutius esse, vt in hoc consulatur Inquisitor generalis, & *tit. 42. rub. de occultis num. 14.* vbi falsissimam dixit opinionem eorum, qui voluerunt, Sacerdotem debere Inquisitoribus reuelare hæreticum nolentem agere pœnitentiam, & complices prodere, *nu. 15.* reddit rationem. Io. à Rojas *in tract. de hæreticis sing. 3. num. 39. & seqq.* vbi bene probat, Sacerdotem

dotem non teneri reuelare hæreticum non obstante quocunque Iudicis precepto, reprehenditq; propterea Albericum vbi supra allegatum contrarium dicentem, & *nu.* 39. ponit aliquos casus, in quibus Sacerdos potest confessionem reuelare, sed postea *num.* 40. *& seqq.* concludit tutius, & melius esse, nullo vnquam casu confessionem Sacramentalem detegere. Ludou. à Paramo *de origine Sanctæ Inquisitionis lib.* 3. *qu.* 8. *num.* 96. *& seqq.* & sic quicquid Alber. & alij secus dixerint, & male concludit contra hanc V. Ampliationem, quod cum Sacerdos, non vt persona particularis, sed vt gerens vices Christi se exponit ad audiendas confessiones, & beneficium absolutionis sibi commissum à peccatis aliis impendit, hoc ideo nullo modo debet Confessarius hæreticum prodere, & si id faceret non excusarem illum à crimine reuelatæ confessionis, vide supra *quæst.* 51. *num.* 18.

47 AMPLIA VI. † Quia non denunciantes, & non reuelantes hæreticos reputantur hæreticorum fautores, ex allegatis per Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 25. & per Barthol. Vgolinum *in tract. de Censuris Pontifici reseruatis par.* 2. *in Glossa Fautores, in principio nu.* 9. vbi loquitur ad effectum incurrendi excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, & videtur declarare, vt hoc procedat in iis, qui tenentur ex officio reuelare, non autem in illis, qui ex officio reuelare non tenentur. Decian. *in tractat. crim. lib.* 5. *cap.* 51. *& nu.* 35.

48 LIMITA † hanc sextam Ampliationem, vt non denunciantes hæreticos, dicantur eorum fautores, dummodo aut ex officio illos denunciare teneantur, vel si priuatæ personæ fuerint ex iuramento ad denunciandum obligati sint, secus si ex officio, aut ex iuramento denunciare non teneantur, sed tantum ex præcepto Charitatis, quia tunc non dicuntur Fautores hæreticorum, vt per Tolet. *in sua instructione Sacerdotum lib.* 1. *c.* 16. *num.* 6. *vers. Quartum genus personarum*, quem refert, & sequitur Barthol. Vgol. *de Censuris Pontifici reseruatis par.* 2. *in Glossa Fautores, in princ. num.* 9. *fol. mihi* 79. *col.* 1.

49 AMPLIA VII. † In vxore non denunciante virum hæreticum, quæ propterea quod suspecta de hæresi reputetur est de mente Francisc. Pegnæ *in additionibus ad Eymer. in Director. Inquisit. par.* 3. *quæst.* 111. *Commentar.* 160. *vers. Plus tamen dubitationis habet, & seq. fol. mihi* 719. *col.* 1. vbi tamen subdit, quod non propterea dotem amittit. Quamuis contrarium, quod imo vxor non teneatur reuelare virum hæreticum, voluisse videatur Didac. Cantera *in quæst. crim. rubr. de hæreticis cap.* 1. *num.* 22. *vers. Ex qua quidem Glossa.*

50 AMPLIA VIII. † Vt reuelare hæreticum quis teneatur etiam quod illi promiserit, dederit fidem, ac etiam iurauerit de non reuelando: huiusmodi enim iuramentum non est obligatorium, argumento text. *in cap. intimauit, extra de testibus, & in cap. non est obligatorium de regul. iuris in* 6. & in specie voluit S. Thom. 2. 2. *quæst.* 70. *art.* 1. *ad secundum argumentum*, & Guido Fulodius, qui Clemens IV. inde creatus est, *in Consultationibus ad Inquisitores qu.* 8. quorum verba refert. Franc. Pegna *in Direct. Inquisit. par.* 2. *Commentar.* 18. *ad cap. Qualiter, & quando de accusationibus, fol. mihi* 129. *col.* 1. *in fine, vers. Et obligatio denunciandi hæreticos.* Ioan. à Rojas *sing.* 3. *num.* 23. *& seqq.*

51 LIMITA I. † Eandem propositam regulam, vt ex sola scientia quis hæreticum reuelare teneatur, dummodo scientia sit personalis, aliter secus. Repertor. Inquisit. *in verbo hæreticus, sub vers. Nota quod in crimine læsæ maiestatis.*

52 LIMITA II. † In hæretico emendato, quem denunciare nemo tenetur, secundum Domin. de Soto *de iust. & iure lib.* 3. *quæst.* 5. *art.* 1. Menchiach *controuers.* 16. *nu.* 4. quos refert Ioan. à Rojas *sing.* 3. *n.* 32. *& seq.* vbi tamen loquitur, quando certissimum est hæreticum iam omnino esse emendatum, & ideo subdit, quod quia difficillimum est quempiam de conuersione, & correctione hæretici firmam existimationem, & credulitatem habere, hoc ideo tutius, & rectius erit, etiam isto casu hæreticum emendatum denunciare. *& in tract. de hæreticis par.* 2. *quæst.* 54. *& seqq.* vbi absolute probat, & concludit, hæreticum etiam emendatum coram Inquisitoribus fidei necessario esse denunciandum.

LIMITA III. † Quia non denuncians hæreticum propter metum, vtputa timens ob eius terribilitatem ab eo, aut interim, aut male tractari, excusatur, nec propterea de hæresi suspectus haberi debet, secundum Pegnam ad Eymer. *in Director. Inquisit. par.* 2. *quæst.* 53. *Commentar.* 78. *vers. At non videtur fol. mihi* 398. *col.* 2. *in fine*, vbi ponit exemplum in vxore non reuelante maritum hæreticum propter metum, & nouissime consentit Sigismund. Scaccia *de iudic. causar. ciuil. crim. & hæret. in cap.* 56. *nu.* 4. *ad finem.* 53

Contrarium † suadetur ex traditis per Ioan. à Rojas *singul.* 3. *numer.* 30. *vers. Septimo ampliatur*, vbi dixit non denunciantem hæreticum minime excusari ex eo, quod timeat ex denunciatione sibi imminere aliquod periculum. 54

ARGVMENTVM.

Aduocatus an, & quando admittatur ad hæretici defensionem.

SVMMARIA.

Aduocatus ad defendendum inquisitum ab hæresi regulariter admitti non debet, nu. 54.

Aduocatus defendendo hæreticum dicitur Defensor hæretici, numer. 55.

Aduocati pertinaces pro hæreticis infames sunt, & officio aduocationis priuantur, nu. 56.

Aduocati defendentes hæreticos, an sint excommunicati, nu. 57.

Aduocati non solum non admittūtur pro hæreticis, sed nec etiam pro credentibus, fautoribus, vel defensoribus hæreticorum, num. 58.

Notarij scribentes ad fauorem hæreticorum, vel instrumenta facientes pœna infamiæ, & priuationis officiorum puniuntur, num. 58. *& num.* 67. *& seq. vbi quod instrumenta non valeant, & nu.* 84. *vbi tamen quod isto casu notarij non efficiuntur irregulares.*

Sententia lata ad fauorem hæretici Aduocato patrocinante nulla est, nu. 59. *Contra nu.* 60. *Alij dixerunt hoc indigere declaratione Pontificis, num.* 61.

Aduocatus non admittitur pro hæretico inquisito etiam de iure ciuili, nu. 62.

Aduocatus multominus admittitur pro hæretico potente, nu. 63.

Supplicare pro hæretico nemo potest, nu. 64.

Aduocare pro hæretico nemo potest non solum quando est Inquisitus de hæresi sed etiam nec in alia causa, num. 65. *Nisi crediderit hæreticum habere iustam causam. nu.* 66.

Aduocatus maxime non admittitur pro hæretico, quando vult defendere hæresim non esse hæresim, numer. 70. *Declara vt num.* 71.

Aduocatus defendens hæreticum, ignorans eum esse hæreticum nullas incurrit pœnas nu. 72.

Aduocare non prohibetur quis pro hæretico, quando dubium est an Inquisitus sit hæreticus, & quando sumus in casu in quo dantur defensiones, nu. 73.

Aduocatus & Procurator, admittitur pro hæretico citato ad comparendum ad allegandum causas absentiæ quæst. 197. *num.* 74.

Aduocatus admittitur pro eo qui olim fuit hæreticus, sed hodie non est, & si est vult redire ad fidem, nu. 75.

Aduocatus admittitur pro inquisito de hæresi, quando contra eum non proceditur summarie, nu. 76.

Aduocatus admittitur ad defendendum hæreticum de licentia Iudicis, nu. 77.

Aduo-

QVÆST. CXCVII. §. 3.

54 REGVLA † sit (& sub hac regula continetur decimum tertium speciale) quod in crimine hæresis, quando contra hæreticum proceditur, Aduocatus seu Procurator non admittitur, text. expressus *in capitulo final. in princ. ibi, Et absque Aduocatorum &c. de hæreticis in* 6. & ibi hoc adnotarunt Gloss. *in figuratione casus, vers. Nota secundo.* Ioan. Monach. *in princ.* Geminian. *nu.* 2. *vers. Nota argumentum,* & Franch. *nu.* 1. *in* 2. *notab.* Calderin. *in tract. de hæreticis rubric. de his, quæ pertinent ad exequutionem officij, num.* 19. Armilla *in verbo hæresis, num.* 13. summa Angelica *in verbo hæreticus, num.* 20. Syluestr. *in verbo hæreticus,* §. 1. *num.* 14. *in fine, vers. Decimaquarta.* Tabien. *in verbo hæreticus, num.* 1. *in principio, & in verbo Pœna, num.* 9. *vers. Quartodecimò, & in verbo Procurator, num.* 2. vbi de procuratore non admittendo in crimine hæresis, neque ad agendum, neque defendendum, Locat. *post iudic. inquis. qu.* 4. *in principio,* Mandos. *in addit. ad Repertor. inquisit. in verbo Defensores, litera G.* vbi testatur de vera, & Communi opinione, & *in verbo Fautores, vers. An Aduocatus,* & ibi etiam Mandos. *in additionis litera L.* vbi quod ita tenent omnes, Afflict. *in Constitut. Regni de hæreticis & patterenis, rubr.* 1. *nu.* 43. Simanch. *Cathol. instit. tit.* 5. *rubr. de Aduocatis nu.* 1. Carer. *in tract. de hæretic. nu.* 114. Ioan. Franc. Ponzinib. *in tract. de lamiis num.* 77. *vers. Et ampliatur,* Clar. *in pract. §. hæresis, num.* 17. *vers. Vltimus,* Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 51. *nu.* 13. *in princ.*

Quamuis contrarium suaderi videatur, ex traditis per Carer. *in tract. de hæret. nu.* 114. *vers. In contrarium videtur,* vbi inter alios allegat Alberic. *in tract. de statutis p.* 4. *quæst.* 33. attestantem, se defendisse inculpatos de hæresi in Consistorio publico, annullando processum factum contra communitates per Papam Ioan. XI. & obtinuit, Oldrad. *in consil.* 220. quem refert Ioan. Franc. Ponzinib. *in tract. de lamiis, num.* 78. vbi testatur, quod ipse Romæ pro Dominis vice Comitibus, qui damnati fuerant de hæresi per Ioannem Papam XXII. & iniuste, petijt processus annullari, quia non dicitur hæreticorum fautor, qui coram superiore defendit; faciunt scripta per Ioan. à Rojas *sing.* 169. vbi dixit posse procuratorem interuenire, etiam sine mandato pro reo carcerato pro crimine hæresis, testaturque ita caueri in prima instructione Hispalensi, *cap.* 16.

55 AMPLIA I. † Quia aduocati hæreticorum dici possunt eorum defensores, secundum Anchar. *in c. si aduersus n.* 2. *extra de hæreticis,* & ibi etiam Ioan. de Anan. *eodem nu.* 2. vbi pluribus exornat, quod aduocando, & procurando quis dicitur præstare auxilium, & fauorem delinquenti. Syluestr. *in verbo hæresis, §.* 1. *nu.* 10. *post med. vers. Vel forte, quia Aduocati sunt.* Vmbert. Locat. *in iudic. inquis. in verbo Fautores hæreticorum,* vbi quod impeditores Sancti officij dici possunt, vt ibi per eum. Repert. Inquisit. *in verbo Aduocatus, vers. Item an aduocati exercendo suum officium, & in verbo Fautores, vers. An Aduocatus vel Procurator.* Simanch. *Cathol. instit. tit.* 15. *rubr. de credentibus &c. nu.* 11. Gundisalu. *in tract. de hæret. quæst.* 16. *nu.* 2. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 13. *vers. Et faciunt omnia iura.* Eymer. *in Direct. inquisit. par.* 3. *quæst.* 39. & ibi Pegna *in additionibus Comment.* 88. *fol. mihi* 610. vbi propterea infert, quod possunt Inquisitores procedere contra Aduocatos patrocinantes pro hæreticis. Toledo *de instructione Sacerdotum lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 7. Barthol. Vgolin. *in tract. de Censuris Pontifici reseruatis parte* 2. *in Gloss. Fautores, in princip. nu.* 6. Martin. del Rio *Iesuita de disquisit. magic lib.* 5. *sect.* 4. *vers. Secundum est,* vbi propterea dixit, Aduocatum hæreticorum, & sortilegiorum esse de hæresi suspectum. Iacob. de Graffijs *lib.* 4. *suarum decisionum cap.* 18. *num.* 39. vbi dixit, isto casu Aduocatum hæreticorum contineri in Bulla Cœnæ Domini sub nomine defensorum.

AMPLIA II. † Quia Aduocati præstantes patrocinium hæreticis sunt infames, & priuantur exercitio aduocationis, textus est *in cap. si aduersus, extra de hæretic.* vbi expresse in substantia Aduocatis prohibetur; *Ne hæreticis auxilium, consilium, fauorem vel patrocinium præstent, & si contra præsumpserint, ab officio suspensi perpetuæ subiaceant infamiæ,* & ibi sic adnotarunt Abb. antiq. *in figuratione casus.* Hostiens. *nu.* 2. *in verbo Patrocinium,* vbi ampliat etiam magno salario dato, & *in verbo Præsumpserit,* Ioan. And. *nu.* 1. & *num.* 4. *in verbo Officio vestro,* Ancharan. *ante num.* 1. Anton. de Butrio, Panorm. Marian. Socc. Felyn. Card. Zabarell. & Ioan. de Anan. omnes *in summario.* Hostien. *in summa de hæretic.* §. *Qua pœna imponatur num.* 13. *vers. Prohibetur Aduocatis,* Simanch. *in Enchirid. tit.* 14. *rubr. de defensoribus, num.* 4. 56

Nunquid † autem sint excommunicati, vide Anton. de Butr. *in cap. si aduersus, nu.* 3. & ibi etiam Marian. Socc. *nu.* 4. *vers. Sed quærunt hic Doctores,* & *nu.* 6. vbi arguit pro, & contra, & videtur concludere pro negatiua, & Ioan. de Anania *nu.* 5. vbi concludit pro affirmatiua, Hostiens. *in summa de hæretic. §. qua pœna imponatur num.* 13. *vers. Hanc autem pœnam,* vbi pariter videtur concludere pro affirmatiua. Afflict. *in const. Regni de hæreticis & Patterenis rubr.* 1. *nu.* 43. vbi tenet affirmatiuam. Carer. *in tractat. de hæret. num.* 114. *in princip.* vbi pariter consentit intrare pœnam excommunicationis & idem voluit Decian. *in tractat. crim. lib.* 5. *cap.* 20. *nu.* 20. & *cap.* 37. *nu.* 51. & *c.* 51. *nu.* 23. vbi de magis Communi Doct. sententia. Barthol. Vgol. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis pare* 2. *in Glossa Fautores, in princ. num.* 6. vbi loquitur in terminis excommunicationis Bullæ Cœnæ Domini. Vide Constitutionem Martini V. editam de anno 1418. *incipien. Inter cunctas, in vers. Nec non præsentes,* relatam per Franc. Pegnam inter literas Apostolicas post Director. Inquisit. *fol. mihi* 97. qua expresse cauetur, Aduocatos, & Procuratores hæreticorum esse excommunicatos. 57

AMPLIA III. † Vt Aduocati præstantes vt supra auxilium, consilium, fauorem, & patrocinium, nedum hæreticis, sed etiam credentibus, fautoribus, vel defensoribus eorum, & Notarius pro illis scribens vel instrumenta faciens puniantur pœna infamiæ, & priuationis officij, sic enim probat text. *in dicto cap. si aduersus extra de hæreticis,* in illis verbis, *Credentibus, fautoribus vel defensoribus eorum,* & ibi hoc adnotarunt Hostiens. *nu.* 1. & *nu.* 2. *in verbo Fautoribus, & in verbo Defensoribus,* Ancharan. *ante nu.* 1. Anton. de Butrio, Abb. Marian. Soccin. Felyn. Cardinal. Zabar. & Anan. *omnes in summario.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 13. *vers. Sed neque pro credentibus, & fautoribus.* 58

AMPLIA IV. † Quod sententia lata ad fauorem hæretici, patrocinante pro eo aliquo Aduocato, sit nulla; secundum Ioan. de Anania *in cap. si aduersus numer.* 3. *in fi-* 59

in fine, vers. Quid autem si Aduocatus; & num. 4. *Extra eodem,* ponderando verbum *Nullatenus*, in illo textu positum, quod verbum negatiuum videtur operari id, quod operatur decretum irritans, & annullare omne id, quod in contemptum legis factum est, iuribus ibi per eum allegatis, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 51. num. 22.*

60 Verum † quod talis sententia non sit nulla, nec vt retractetur, voluerunt *in eodem cap. si aduersus*, Marian. Soccin. *sub num. 3. vers. Vtrum autem sententia*, & Cardin. Zabarel. *colum. 2. num. 4. vers. Quaero quoniam vt dixi, extra de haereticis.*

61 Qua in re vide Hostiens. *in cap. si aduersus nu. 3. vers. Sed qui de patrociniis extra de haereticis*, vbi dixit, quosdam tenere quod sit nulla, alios autem tenere, quod sit valida, & propterea credit hoc dubium indigere declaratione Pontificis, cum super eo non habeamus ius expressum, licet bene Aduocatus per exceptionem possit remoueri; & lucrum quod fecit, pauperibus erogare debeat, iuribus ibi per eum allegatis, quem sic dicentem sequuti sunt Ioan. Andr. *nu. 4.* Anchar. *nu. 43. vers. Et si praestiterit patrocinia*, & Abb. *eodem nu. 3.*

62 Amplia V. † Vt pro haeretio Aduocatus non admittatur non solum de iure Canonico, sed nec etiam de iure ciuili, per text. *in l. Arriani, in fine C. de haereticis*, cuius verba in id ponderantur per Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 51. nu. 25.*

63 Amplia VI. † Vt multo minus posset interuenire Aduocatus, seu Procurator pro aliquo haeretico potente, qui de facto propter eius potentiam à Iudice Ecclesiastico puniri non posset, secundum Afflict. *in Constitut. Regni de haereticis & pacterenis rubr. 1. num. 45. vers. Sed Abbas Siculus.*

64 Amplia VII. † Vt pro haeretico non solum aduocare prohibitum sit, sed etiam supplicare, & pro eo supplicans & orans dicitur proprie fauere, ex allegatis per Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisit. in verbo Fautores, nu. 4. vers. Adde, & bene considera*, vbi praesertim quando de correctione haeretici nulla est spes, quia tunc, nec etiam in foro conscientiae orare licet, vt ibi per eum. Repertor. Inquis. *in verbo Fautores, vers. An Aduocatus*, vbi dixit idē, & ibi Mandos. *in addition. litera.* K. vbi quod pro haeretico non licet supplicare, nec veniam petere, etiamsi sit spes correctionis, & *in verbo Rogare, vers. Item nota*, vbi facit generalem conclusionem, quod pro haereticis nullus rogare potest, & rogando, vt eis aliquid indulgeatur, dicuntur eorum fautores, & Sanctum Officium impedire. Afflict *in Constit. Regni rubr. de haereticis & pacterenis, rubr. 1. nu. 1. & nu. 42.* Campeg *in addit. ad Zanchin. cap. 5. litera B. vers. Adde insuper.* Gundisalu. *in tract. de haeret. quaest. 16. num. 3.* vbi ampliat etiam quod esset spes correctionis, Ioan. à Rojas *Singul.* 174.

65 Amplia VIII. † Vt pro haereticis eorum credentibus, & fautoribus, ac defensoribus, non solum aduocatus patrocinium praestare non possit, quando sunt accusati de crimine haeresis, sed etiamsi fuerint accusati de alio crimine vel in alia causa: secundum Gloss. *in dicto cap. si aduersus, in verbo Auxilium, extra de haeretic.* quae respondendo contrariae oppositioni declarat hanc ampliationem procedere in eo, qui post annum excommuncatus pro haeretico habetur, secus ante annum, & sic voluisse videtur, quod nec etiam in alia causa quando haereticus conuenitur, possit patrocinium praestari. Quod; & idem communiter voluerunt omnes Canonistae *in dicto cap. si aduersus*, vt videre est apud Hostiens. *numer. 1. vers. De secunda vero parte, & numer. 2. vsque ad verbum Sub eorum, & praesertim in verbo In causis*, Ioan. Andr. *numer. 7. versic. Dic tamen, & numer. 3. in verbo causis*, Henrich. Boich. *numer. 6. versic. Tamen quando Iudex*, Cardin. Zabarell. *colum. 1. in eodem verbo In causis*, Cardin. Zabar. *num. 3. colum. 2. post vers. Oppono ad idem*, & Anania *in princ. vers. Expone literam.* Qui omnes verba illa in textu posita (*Nec in causis*) extendunt ad omnes alias causas criminales vltra haeresim. Summa Angelica *in verbo Haereticus, nu. 20.* Caier. *in tract. de haereticis nu. 119. ante med. vers. Non obstat textus.*

Et extat Constitutio Nicolai III. edita de anno 1281. incip. *Nouerit vniuersitas, vers. Item Iudices Aduocati*, relata per Pegnam inter literas Apostolicas *in Director. inquisitor. fol. mihi 67.*

Vide † tamen Angelicam *in summa in verbo Haereticus num. 25. vers. Nota tamen*, vbi dixit, quod non dicitur haeretic. defensor, qui haeretico patrocinatur, credens eum habere iustam causam, etiam quod postea appareat, quod non erat iusta causa, ex Cardin. quem allegat *in clem. 1. de poenis*, Syluestr. *in verbo haereticus, §. 1. num. 10. in fine, vers. Vel qui patrocinatur*, & vide rursus Toledo *de Instructione Sacerdotum lib. 1. cap. 19. num. 7. in fine*, vbi quod non dicitur defensor haereticorum ad effectum, vt incurrat excommunicationem Bullae Coenae Domini is qui haereticum defendit, non in causa haeresis, sed in alia causa ciuili, vel criminali. Thom. Sanchez *in praeceptis decalogi lib. 2. cap. 10. nu. 19.* vbi tenet, quod defendens haereticum in causa ciuili, vel criminali, extra haeresim, quam quis iustam credit, non dicitur proprie defendere haereticum, sed proximum, nisi sic defendat animo fauendi haeresi, ex Syluestrina, Toledo, & Vgolino *in locis ibi per eum relatis.* 66

Amplia IX. † Etiam in Notarijs scribentibus pro haereticis in aliqua causa, vel pro eis facientibus instrumenta, qui pariter incurrunt poenam infamiae, & priuationis officij, text. *in d. cap. si aduersus extra de haeret.* ibi, *& Schrinarijs*, & iterum infra *Et pro ipsis publica instrumenta vel scripta facere nullatenus attentis*, & ibi hoc adnotarūt Abb. antiq. *in figuratione casus*, Hostiens. *nu. 1. in eodem verbo Schrinariis, & nu. 2. in fine, in verbo Facere*, Ioan. Andr. *n. 1. & nu. 13. in verbo Officio vestro*, Archar. *ante num. 1. & num. 3. versic. Quarto nota*, Anton. de Butrio, Cardin. Zabarell. Panormitan. *in summario.* Marian. *in eodem summario, & nu. 2. in 2. notab.* Felyn. *in summ. & in secundo notab.* Anan. *in summ. & num. 3. & num. 7.* Hostiens. *in Summa de haereticis § quae poena imponatur num. 13. vers. Prohibetur Aduocatis, & Schrinariis.* Armill. *in verbo haeresis num. 13.* Calderin. *in tractat. de haeretic. rubric. de poenis receptatorum num. 11. vers. Item iudice.* Summa Angelic. *in verbo haereticus, numer. 20.* Syluestr. *in verbo haereticus, §. 1. num. 14. in fine, vers. Decimaquarta.* Tabien. *in verbo haereticus, num. 19.* Vmbert. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo Notarius, num. 3. & in verbo Poena, vers. Quartodecimo nullus Tabellio*, Simanch. *in Enchiridion tit. 14. rubric. de defensoribus num. 4.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 51. nu. 53.* Extat Constitutio Innocentij IV. edita de anno 1254. incip. *Nouerit Vniuersitas, versic. Item iudices*, relata per Francisc. Pegn. inter literas Apostolicas *fol. mihi 21.* vbi loquitur etiam in receptatoribus, defensoribus, & fautoribus haereticorum, quibus ius non reddi in ea statuitur, cum Iudices, Aduocati, & Notarij eorum officium illis non impendāt, sub poena priuationis, & idem statuitur in Constitutione Nicolai III. edita de anno 1281. incip. *Nouerit vniuersitas, vers. Item Iudices*, relata vbi supra *fol. 67.* 67

Et † propterea instrumenta facta à Notario pro haeretico, & etiam pro alijs post officij priuationem minime valere *in eodem cap. si aduersus extra de haereticis*, scripserunt Henric. *nu. 3. in verbo Suspensos*, Ioan. Andr. *nu. 3. in eodem verbo Suspensos*, Anchar. *nu. 3.* Cardin. Zabar. *num. 1. in fine*, & Anan. *nu. 3. vers. Vtrum autem instrumenta.* 68

Amplia X. † Vt Aduocatus haeretico consilium, auxilium, fauorem, & patrocinium praestare non debeat non solum in iudicialibus, sed nec etiam in extraiudicialibus, text. est *in dicto cap. si aduersus extra de haeretic.* ibi, *Vel factis*, quod verbum *Factis*, ibi Canonistae intelli- 69

gunt

gunt pro quibusuis negotiis, & fictam in iudicio, quam extra, vt videre est apud Hostiens. nu. 2. Ioan. Andr. nu. 3. Cardin. Zabarell. col. 1. omnes in verbo, Vel factis, & Anania in princ. versic. Et expone literam.

70 Amplia XI. Vt † multo minus dentur defensiones, nec admittatur Aduocatus ad substinendum aliquam speciem hæresis (quæ verè hæresis est) nō esse hęresim, secundum Hostiens. in cap. Si aduersus, nu. 1. ad med. versicul. Sed ad defendendam heresim, extra, de hereticis, & ibi Henric. Boich nu. 3. versic. Aut quæris, vtrum admittantur ad defendendam heresim, Carer. in tract. de hereticis, num. 9. vbi, quod cōtrahitur hæresis per eum, qui pro hæretico aduocaret animo hæresim defendendi, & nolens hæreticum ita contra fidem & Sacramenta sentientem puniri.

71 Limita † hanc XI. ampliationem secundum Oldrad. in cons. 220. procedere, quando certe apparet, hæresim, de qua quis inquiritur, esse hæresim, secus, si hoc non constaret, & res esset dubia, quia tunc non prohibetur Aduocatus substinere partē negatiuam pro defensione inquisiti, & Oldradum sic dicentem sequuti sunt Felyn. in d. cap. Si aduersus, col. fin. versic. in Gloss. penult. extra, de hereticis, & ibi Franc. Pegna ad Eymer. in Direct. inquisitorum, part. 2. cap. 11. Comment. 20. versic. In hac difficultate, fol. mihi 104. col. 1. Carer. in tract. de heret. nu. 114. ante fin. vers. Ioannes de Lignano, Io. Franc. Ponzinibius in tract. de Lamiis, nu. 77. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 51. nu. 15.

72 Limita I. † Propositam regulam, vt non incurrat aliquam pœnam Aduocatus, qui pro hæretico patrocinatur, ignorans, illum esse hæreticum, Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 51. nu. 14.

73 Limita II. Quia † non denegatur Aduocatus, & Procurator inquisito & carcerato pro hæresi, quando dubium est, an is sit hæreticus, eique propterea dantur defensiones, & sic regula procedit, quando constat, inquisitum esse hæreticum, secus, si de hoc non constat, vt plene per Afflict. in Constitution. Regni, de hereticis & Patterenis, rubr. 1. sub nu. 43. per totum, in discursu, Vmbert. Locat. in iudicial. inquisitorum, in verbo, Aduocatus, nu. 1. in prin. Felyn in cap. Si aduersus, col. fin. versic. In Glossa penult. extra, de hereticis, vbi pariter, quod dantur defensiones, quando dubium est, an hæresis, de qua tractatur, sit verè hæresis, post Oldrad. quem allegat in consil. 220. & in verbo, Defensiones, num. 1. sub versic. Quando vero, Repert. Inquisitor. in verbo, Aduocatus, versic. Sed an debeat dari Aduocatus, vbi, quod isto casu Inquisitores debent dare Aduocatum inquisito hæretico petenti, & in versic. Sed an Aduocati possint defendere suspectos de heresi, & ibi Quintil. Mandos. in additionibus, lit. C. vbi testatur de vera & communi opinione, Simanch. Catholicar. instit. tit. 43. rub. de modo procedendi, &c. nu. 22. vbi, quod Reo neganti delictum datur Aduocatus, qui pariter cum Reo crimen negabit, eumque semper fuisse Catholicum, affirmabit & probabit, & nu. 25. vbi pariter Reo negante, quod cum Aduocato communicandæ sunt exceptiones & defensiones rei, & tit. 52. rubr. de procurat. num. 2. & nu. 3. vbi, quod pro carcerato negante se hęreticum, admittitur Procurator, vt illum defendat, & in Enchirid. tit. 42. rubr. de Aduocatis, nu. 1. vbi amplius, quod isto casu reo non petenti ab Inquisitore, dari debet Aduocatus, & tit. 43. rub. de procuratoribus, nu. 1. vbi pariter dixit, quod pro carcerato admittitur Aduocatus, Squillacens. de fide Catholica, capit. 55. vbi bene loquitur in materia, Carer. in tract. de hereticis, num. 114. versic. Anania dicit, vbi loquitur, quando Inquisitus vult ostendere, se non esse hæreticum, & versic. Ioan. de Lignano loquitur, quādo quis vult probare, quod prolata verba heresim non saperent, & quia iocosè prolata sunt, & versic. Ex quibus distinguendum videtur, non posse Aduocatum pro heretico interuenire, quando claris probationibus constat, eum esse hereticum, secus, si esset dubium, Ioan. Franc. Ponzinib. in tract. de lamiis, nu. 77. vers. Quod tamen dicit Felynus, Caret. in tract. de hereticis nu. 113. in fin. versic. Et intellig supradicta, Clar. in pract. §. heresis, nu. 17. vbi, quod admittitur Aduocatus, volens probare, quod ex processu non apparet, inquisitum esse hæreticum, Decian. in tract. criminal. lib. 5. cap. 20. nu. 20 & cap. 37. nu. 51. & cap. 51. nu. 15. vbi, quando Aduocatus defendit factum, quod dubitatur, an sit hæreticum, nec ne, de quo dixi supra, hac eadem quæst. nu. 71. Eymeric in Directorio inquisitorum, part. 3. rub. de defensionibus reorum, nu. 117. & ibi Pegna in additionibus, Commentar. 28. lit. B. & lit. C. fol. mihi 480. col. 1. & 2. vbi pariter dixit, inquisito de hæresi neganti dandas esse defensiones cum Aduocato, idem Pegna ad d. cap. Si aduersus, extra, de hereticis, in additionibus ad eundem Eymeric. part. 2. cap. 11. Comment. 10. fol. mihi 104. col. 1. versic. In hac difficultate, Martin. del Rio Iesuita de disquisition. magicis, libr. 3. in secunda appendice, quæst. 38. vbi declarat, isto casu Aduocatum nunquam permittēdum esse, vt solus cum inquisito agat, sed præsente aut Iudice, aut Fiscali, aut Notario, iuxta ea, quæ dixi supra, quæst. 39. num. 14. & nu. 112. & seqq. Adde pro hac eadem limitatione Iacob. de Graffiis lib. 4. suarum decisionum, cap. 18. nu. 39.

Limita III. Quia † licet pro hæretico non admittatur Procurator & Aduocatus, siue præsens, siue contumax sit, admittitur tamen allegans causam absentiæ, dixi supra, quæst. 185. nu 101. 74

Limita IV. Vt † non prohibeatur Aduocatus patrocinium præstare pro eo, qui, licet fuerit hæreticus, non est tamen hæreticus tempore patrocinii, vel si est, vult redire ad fidem, secundum Ioan. And. in c. Si aduersus, nu. 7. ad finem, vers. Quicquid supra dixerit, Hostiens. extra, de heretic. & ibi etiam adnotarunt Henric Boich n. 6. in fin. vers. Sentit Hostiens. vbi in specie reprobat Hostiensem contrarium tenentem, & Anan. nu. 8. in fin. & seqq. summa Angelica in verbo, Hereticus, nu. 20. in fine, Afflict. Constitut. Regni, de hereticis & Patterenis rubr. 1. sub num. 43. post prin. & in versic. Si autem potest Hereticus, Carer in tract. de hereticis, nu. 114. ad med. versic. Hostiens. vero dicit, Clar in pract. §. Heresis, nu. 17. vbi, quod admittuntur Aduocatus, volens probare, quod inquisitus est paratus redire ad Catholicam fidem, Decian. in tract. crim. libr. 5. cap. 37. nu. 51. & cap. 51. nu. 17. & nu. 18. 75

Limita V. Aduocatum † non admitti pro inquisito hæretico, quando contra eum proceditur summariè, simpliciter, & de plano, &c. secus, si procedatur plenarie, Afflict. in Constitutione Regni, de hereticis & Patterenis, rub. 1. nu. 43. post med. ex Geminian. quem allegat, in c. fin. in prin. de heret. in 6. Decian in tract. crim lib. 5. c. 51. n. 19. 76

Limita VI. De † licentia Inquisitoris, tunc enim nulli dubium, quod Aduocatus & Procurator admittitur, Vmbert. Locat. in iudiciali inquisitorum, in verbo, Procurator, num. 2. vbi monet Inquisitorem, vt aduertat, ne admittat Aduocatum, seu Procuratorem garrulum, & cauillosum, sed probum, & iustitiæ amatorem, Mandos. in additionibus ad Repertor. inquisitorum, in verbo, Aduocatus, litera C. & in verbo, Fautores, liter. F. Afflict in Constitution. Regni, de hereticis & Patterenis, rubr. 1. nu. 94. vbi dixit, quod pro suspecto de hæresi potest Aduocatus & Procurator interuenire, de licentia iudicis, Simanch. Catholicarum institutionum tit. 5. rub. de Aduocatis, num. 1. & in Enchiridion tit. 42. rub. de Aduocatis, num. 1. vbi è contra, quod nullus Aduocatus potest inquisitum defendere, antequam ab Inquisitoribus permittatur, Clar. in pract. §. hæresis, num. 17. vers. Vlterius, vbi, quod solent Episcopi & Inquisitores semper concedere licentiam Aduocatis in quibuscunq; causis hæreticorum, ac pro eis intercedunt, Decian. in tract. crimin. libr. 5. cap. 51. num. 20. Lud. à Paramo de origine sanctæ Inquisitionis, libr. 3. quæst. 4. rubr. de forma & ordine iudiciario S. Officij. num. 48. vbi amplius, quod datur ab Inquisitore Aduocatus reo non solum, vt eum defendat, sed etiam, vt eius Consilio respondeat 77

(quod vltimum in practica non seruatur, quia donec Rei examinantur, non alloquuntur Aduocatum.)

78 Qui † quidem Aduocatus seu Procurator debet sibi concedi, probus tamen, de legalitate non suspectus vir, vtiq; iuris peritus, & fidei zelator, Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Aduocatus, nu. 1. in prin. & in verbo, Defensiones, nu. 1. sub vers. Quando vero*, Simanch. *Cathol. instit. tit. 5. rubr. de Aduocatis, num. 3. & 4.* vbi amplius, quod Aduocatus hæretici debet iurare causam illam iustè, & bona fide se defensurum, & detecta iniustitia illam deserturum, & Inquisitoribus denunciaturũ, nemini causę arcana reuelaturum, reoq; persuasurum, vt veritatem fateatur, & si nocens fuerit, veniam petat, Simanch. *in Enchir. tit. 42. rubr. de Aduocatis, nu. 2.* vbi, quod eligendus est Aduocatus vir probus, & iuris peritus, qui iusiurandum præstabit, se dumtaxat defensionibus vsurum, & arcana cælaturũ, Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 37. nu. 51.* vbi hoc, quod Simanch. dixit de præstatione iuramẽti, non probari aliqua lege affirmauit, verum quod Inquisitores carceratis pro hęresi Aduocatũ concedant, qualis, & cuius conditions debeat esse iste Aduocatus, de iuramento de eo præstando, & quænam erunt partes Aduocati in causa hæresis, & alia ad materiam, vide Eymeric. *in Director. inquisit. part. 3. nu. 117. rub. de defensionibus reorum. & ibi* Pegna *in addit. Comment. 28. lit. B. & lit. C. per totam additionem, fol. mihi 480. col. 1. & 2. & in rub. de recusatione Inquisitoris, nu. 120. vers. Secunda via est, in fine versic. & ibi* Pegna *Commen. 30. lit. A. fol. mihi 485. col. 1. & fol. mihi 486. col. 2.* vbi præsertim, an reo inquisito dandus sit Aduocatus, quem petit, an vero Aduocatus ordinarius constitutus in Officio Inquisitionis, vel alius.

79 Hinc † propterea arbitrio iudicis remissum esse, an pro inquisito hæretico possit interuenire Procurator & Aduocatus, dixit Afflict. *in Constitutione Regni, de hæreticis & Pacterenis, rubr. 1. nu. 43. ante fin.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 51. nu. 20.*

80 Aduerte † tamen, quod licet plures sint casus, in quibus permissum videtur aduocare pro inquisitis de hæresi, hoc tamen non licet, nisi de licencia iudicis Inquisitoris scilic. aut Episcopi, secundum Communẽ, de qua post alios, quos allegat, nouissime testatur Barth. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, part. 2.* in Glossa *Fautores, in prin. nu. 6. vers. In hoc tamẽ casu, fol. mihi 78. col. 2.* & in Gloss. *& generaliter quoslibet eorum defensores, num. 2. versic. Postremo excipitur, fol. mihi 84. col. 1. in fine.*

81 LIMITA VII. Quia † admittitur etiam Aduocatus pro hæretico, ad opponendum defectum iurisdictionis in iudice, Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 37. nu. 51.* vbi tamen, quod isto casu tutius est petere licentiam ab Inquisitore, vel Episcopo.

82 LIMITA VIII. Vt † non dicatur fautor seu defensor hæretici qui pro eo patrocinatur, credens, eum non esse hæreticum, & habere iustam causam, licet postea appareat contrarium: Sola enim hæc credulitas ipsum excusat, secus, si contra conscientiam illi patrocinaretur, vt per Nicol. Arelatan. *notab. 45.* Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 51. num. 24.* Barthol. Vgolin. *in tract. de Censuris Pontifici reseruatis, parte 2. in verbo, Fautores, in princ. num. 6. versic. Hoc autem locum habet, fol. mihi 78. colum. 1.* vbi propterea dixit, Aduocatum isto casu non incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, & *num. 7. in fine*, vbi tamen subdit, & bene, quod quam primum Aduocatus cognoscit, se habere iniustam causam, debet à defensione desistere.

83 LIMITA IX. Quia, † quando damnatur memoria defuncti, Aduocatus & defensor interuenire potest, secundum Bald. & Præpos. in locis relatis per Vmber. Loc. *post iudicial. inquisitorum, quæst. 4. versic. Si tamen agatur ad damnandum defuncti memoriam*, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 37. nu. 50.*

LIMITA X. Quia † licet Aduocati patrocinantes pro hæreticis, notarii scribentes instrumenta pro ipsis, priuentur officio aduocationis, & notariatus respectiue: Non tamen per hoc erunt irregulares officium exercendo post suspensionẽ, secundum Hostiens. *in c. Si aduersus, nu. 3. vers. Sed nunquid. extra, de hæreticis*, & ibi etiam Ancharan. *nu. 3. vers. Si autem post suspensionem*, Ant. de Butrio *nu. 7.* Mar. Socin. *nu. 3. in fin. vers. Item dicunt Doctores*, Card. Zabarel. *col. 2. nu. 4. vers. Quæro nunquid aduocatus*, & Io. de Anan. *etiam n. 4. in fi. vers. Quid autẽ si post suspensionẽ.* 84

LIMITA XI. Quia † pro hæreticis pro quocunque crimine accusatis, licet Aduocatus interuenire nõ possit, non tamen iudex illis debet facere iniustitiam, sed tenetur iustam proferre sententiam, sic enim (quicquid secus voluisse videatur Gloss. *in d. c. Si aduersus, in verbo, Auxilium, extra, de hæreticis*,) Communiter ibi tenent Canonistæ, vt videre est apud Hostiens. *nu. 1. versic. De secunda parte, & nu. 2. vsq; ad verbum, Sub eorum, & d. nu. 2. in fine, versic. Sed nonne iudices*, Ioan. Andr. *num. 7.* Henric. Boich. *nu. 6.* Ancharan. *nu. 4.* Anton. de Butrio *nu. 9. versic. In aliis criminibus*, Abb. *post nu. 3. versic. Hostiensis dicit*, Marian. Socin. *nu. 6. in fin. & nu. 7.* Cardinal Zabarel. *col. 2. num. 3. vers. Quid si contra hæreticum, & vers. seqq.* & Ioan. de Anania *nu. 8. in fine, & num. 9.* Afflict. *in Constitutione Regni, de hæreticis & Pacterenis, rubr. 1. post nu. 45.* 85

ARGVMENTVM.

Memoria defuncti hæretici quando & quomodo damnari possit.

SVMMARIA.

Memoria defuncti hæretici damnari regulariter potest, nu. 86.
Memoria Apostatæ damnari potest, nu. 87.
Memoria defuncti Episcopi hæretici damnari potest, nu. 89.
Occidentis seipsum in carcere, in quo pro hæresi tenebatur, memoria damnari potest, nu. 90.
Hæretici defuncti bona confiscantur, nu. 91.
Defuncti hæretici memoria quando damnatur, imponitur pœna infamis excõmunicationis, & denegationis sepulturæ, nu. 92.
Excommunicatus si per annum persisterit in excommunicatione, & deinde mortuus sit, potest eius memoria damnari, n. 93.
Defuncti memoria quando damnatur, comburuntur ossa, n. 94.
Licet alij contra, nu. 95.
Hæretici defuncti quando memoria condemnatur, comburitur statua seu effigies, nu. 96.
Memoria defuncti, qui hæreticos instituit, damnari potest, n. 97.
Memoria defuncti hæretici damnari potest, etiam quod dum viueret, non esset de hæresi diffamatus, nu. 98.
Memoria defuncti Inquisitione pendente super hæresi, hæresi non probata damnari non potest, secus, probata hæresi, & multo magis, si viuens erat de hæresi suspectus, nu. 99. & seqq. vbi etiam, quæ pœna isto casu imponi potest mortuo pendente iudicio super hæresi.
Memoria defuncti non damnatur super hæresis suspitionem. Declara, vt nu. 103.
Memoria defuncti fautoris & defensoris hæreticorum damnari non potest, nu. 104. Quid in credentibus hæreticorum, n. 105.
Memoria defuncti hæretici quando damnatur, citantur eius filij, & hæredes, nu. 106.
Innocentia defuncti hæretici difficiliter probari potest, nu. 107.
Memoria defuncti hæretici quãdo damnatur, quilibet ad ipsum defendendum admittitur, nu. 108. Contra, nu. 109. vbi etiam, quod nullo comparente defensore iudex illum ex officio eligit, & quod super hoc debet proponere edicta, declara, nisi defunctus in vita de hæresi suspectus fuisset, quia tunc nullus ad ipsum defendendum admittitur, num. 110. Contra, nu. 111.
Memoria defuncti post quinquennium damnari non potest, num. 112. & num. 114. vbi idem de damnanda memoria Apostatæ defuncti, quod transacto quinquennio fieri non potest, contra, nu. 115.

num.113. *Distingue, vt nu.115.* & *116. Quid de iure Ciuili, & quid de iure Canonico. num.117.* & *nu.118.*
Memoria defuncti quando damnatur, hæresis probanda est per pleniores probationes, nu.120.
Memoria pænitentis hæretici non damnatur, nu.121.
Memoria defuncti hæretici quando damnatur, quomodo formandus processus, & quomodo formanda sententia, nu.122. 123. & *124.*

QVÆST. CXCVII. §. IV.

86 REGVLA † sit, quod etiam post mortem contra hæreticum inquiri & procedi potest, ad damnandum eius memoriam, Text. *in leg. Manichæos, §.2. versic. In mortem, C. de hæretic.* vbi dicitur: *In mortem quoq; inquisitio extendatur, nam si in criminibus Maiestatis licet memoriam accusare defuncti, non immerito & hic debet subire tale iudicium,* & ibi Gloss. *in verbo,* Subire, Odofred. *nu.1. versic. Item ibi possunt accusari post mortem,* Salycet. *in summar.* facit Text. *in cap. Si quis Episcopus, in verbo, Post mortem, extra, de hæretic.* & ibi adnotarunt Gloss. *in verbo, Et post mortem,* & *num.3. versic. Secundus casus est,* Henric. Boich. *nu.4.* & *nu.7.* vbi, siue agatur per viam accusationis, siue per viam inquisitionis, & *nu.8.* vbi, quid si agatur per viam denunciationis, Anchar. *nu.2. in 1. oppositione,* Anton. de Butrio *nu.7.* & est Gloss. *in cap. filij,* in Glossa 1. *in verbo, Filij, versic. Pro intellectu, de hæretic. in 6.* & ibi Archidiacon. *in princ.* Geminian *nu.5.* & Franch. *nu.3.* est etiam Text. apertus *in cap. Accusatus, §. in eo vero casu, de hæret. in 6.* & ibi Glossa *in figuratione casus, in §. porro, versic. Imo si durante vita hæretici,* & *in eodem §. in eo vero casu, in verbo, Post morte,* & Geminian. *in summario,* & *nu.1. versic. Nota, quod crimen hæresis non extinguitur morte,* Calder. *in tract. de hæret. rub. de pœnis hæreticorũ post mortem, sub nu.1.* & *in rub. de materia processuum Inquisitionis, nu.3.* Adden. ad Azzon. *in rubr. de hæretic. lit. C.* Armilla *in verbo, Hæresis, nu.9.* Tabiena *in verbo, Hæreticus, nu.12.* Vmbert Locat. *in iudiciali Inquisitorum in verbo, Cadauera, num.1.* & *nu.3.* & *in verbo, Filij, nu.13.* & *post iudicial. inquisit. quæst.3.* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Accusatio, versic. Sed an habeat locum accusatio,* & ibi Quintilian. Mandos. *in additionibus, liter. R.* & *in verbo, Defunctus, versic. Primo,* & *2.* & *in versic. Supra dictum est, in prin.* & ibi Mandos. *in additionibus, liter. O.* Simanch. *Catholicarum institut. tit.4. rubr. de accusat. nu.4.* & *tit.18. rubr. de defunctis, num.1.* & *seqq.* vbi pluribus hanc probat regulam, & *in Enchirid. tit.62. rubr. de mortuis, nu.1.* & ibi Campeg *in additionibus, lit. A. in verbo, Contra defunctum,* Squillacens. *de fide Catholica, cap.54. num.1.* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.22. nu.1.* Carer. *in eod. tract. de hæreticis, nu.135.* Boss. *in tit. de hæret. nu.50.* Pract. Conradi *rubr. de hæreticis, num.15.* Clar. *in pract. §. hæresis, nu.19.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.57. n.1.* Ioan. à Rojas *singul.139. nu.9.* Eymer. *in Direct. inquis. part. 3. quæst.43.* & ibi Pegna *in additionibus, Comment.92. versic. Quantum ad primum,* & *seqq. fol. mihi 616. col.1.* & *vers. Denique reum huius criminis,* & *seqq. fol. mihi 617. col.2. in fine,* Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, libr.3. quæst.4. rub. de forma & ordine S. Officij, nu.77.* & *seqq.* Didac. Canter. *in quæst. crim. rub. de hæreticis, cap.1. nu.6.* & voluit Fredericus Imperator in sua Constitutione, *incip. Inconsutilem,* relata per Pegnam inter literas Apostolicas, post Direct. Inquis. *fol. mihi 18.* dixi etiam *supr. quæst.20. nu.37.*

87 AMPLIA I. Propositam † regulam, vt idem sit in Apostata, dixi *supra, quæst.183. nu.46.*

89 AMPLIA III. Vt † etiam defuncti Episcopi hæretici memoria damnari possit, *cap. Si quis Episcopus, extra, de hæreticis,* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.57. nu.3.*

90 AMPLIA IV. Vt † multo magis defuncti memoria damnari possit, quando quis accusatus, seu in carceribus constitutus, pro crimine hæresis seipsum occiderit, tunc enim ex conscientia patrati criminis videtur se occidisse, & propterea de hæresi dicitur conuictus, ex alleg. per Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.22. nu.1. in fin. vers. Conuincitur autem,* vbi declarat, nisi hæres vellet defuncti innocentiam purgare, vel docere, quod se ipsum occidit, non ex conscientia criminis, sed ex alia causa, Pegna *in addit. ad Eymericum, in Direct. Inquisit. parte 3. Comment.92. versic. Quod ipsum in eo quoq; locum habet, folio mihi 617. col.2. in fin.* & *in vers. De illo, qui in carcere,* & *seqq. folio mihi 619. col.2. in fine,* vbi amplius, quod isto casu se ipsum interficientis statua curiæ seculari tradenda est, & comburenda, & *versic. Quare nisi filij, folio 620. col.1.* vbi pariter declarat, nisi filii aut hæredes probauerint, quod ille non se interfecerit ex conscientia criminis, vide *supra, quæst.138. nu.54.* & *seqq.*

AMPLIA V. Quia † quando post mortem hæretici damnatur memoria, eius bona confiscantur, dixi *supra, quæst.190. nu.9.* 91

AMPLIA VI. Vt † quando defuncti hæretici memoria damnatur, tunc eius pœna sit etiam infamiæ, excommunicationis, & etiam denegationis sepulturæ, cũ propterea ossa exhumentur, Tabien *in verbo, Hæreticus, nu.12. vers. Primo, quia* vbi de pœna excommunicationis, Vmbert Locat. *in iudic. inquisit. in verbo, Cadauera, nu.4. versic. Potest etiam defunctus excommunicari,* & *vers. Tertio, & eius cadauer in Cœmiterio existens exhumatur,* Repertor. Inquisitorum *in verbo, Defunctus, versic. An quis post mortem possit excommunicari,* & dicit, quod sic, quæ excommunisatio non ideo fertur, vt ille amplius ligetur, cum iam æternaliter sit damnatus, sed in criminis detestationem, vt cæteri hoc iudicium Ecclesiæ audientes similia cõmittere contremiscant, vt ibi per eum, qui etiam subdit, quod licet à iure sint excommunicati, non propterea tollitur, quin etiam possint excommunicari ab homine, & *in vers. Supradictum est, in fin,* vbi de pœna exhumationis ossorum à sepultura, qua carere debent hæretici, vt ibi in addit. Mandos. liter. G. & Petr. Vendramen *lit. H.* sed in eodem Repert. Inquisit. *in verbo, Excommunicare, vers. Sed excommunicationis pœna,* Simanch. *Cathol. instit. tit. 18. rub. de defunctis, nu.6.* vbi de excomunicatione, & *tit. 27. rub. de excommunicatione, nu.7.* & *in Enchirid. tit.54. eadem rub. de excommunicatione, nu.3.* Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.24. nu.4. vers. Et etiam poterit excommunicari,* vbi in additionib. dicitur, verius esse, quod defunctus anathematizatur, non autem excommunicatur, & *d. nu.4. in fin.* vbi, quod defuncti ex Cœmiterio exhumantur, sit ab aliorum ossibus decerni possunt, Gundisalu. *in tract. de hæret. quæst.22. nu.6.* & *7.* vbi de pœna excommunicationis, & de pœna priuationis Ecclesiæ sepulturæ, Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.57. nu.13.* vbi de pœna infamię excommunicationis & sepulturæ, Ioan. à Rojas *sing.61.* vbi de pœna excommunicationis, & de pœna exhumationis cadaueris ex sepulchro, Pegna *in addit. ad Eymer. in Direct. inquisit. part.3. Comment.92. vers. Proceditur vero contra defunctos, fol. mihi 618. col.1. in fin.* vbi, quod ossa exhumantur, & *vers. Si quæras, fol. mihi 620. col.11.* vbi de eadem exhumatione ossium, & priuatione sepulturæ, adde eundem Pegn. *in repet. cap. Si quis Episcopus, extr. de hæret. in 2. part. Directorij lit. B. in verbo, Saltem post mortem,* & *vers. seq. fol. mihi 98. col.2.* vbi proponit illam difficultatem, quomodo scilicet, hæreticus post mortem possit excommunicari prout Communiter dicunt Dd. præallegati, si iam videtur ipso iure, & eo ipso, quod in hæresim incidit, excommunicatus est, & difficultatem prædictam duobus modis resoluit. Primo, quod post mortem hæreticus non excommunicatur, sed anathematizatur, hoc est, maledicitur, deuouetur, & execratur, vt per Alphons. de Castr. quem allegat, *de iusta hæretic. punit. lib.2. cap.20.* Secundo, retento intellectu communi, quod hæreticus post mortem non excommunicatur, sed excommunicatus declaratur, & isto secundo modo omnis tollitur difficultas. Vide *supra, quæst.10. nu.38.* 92

AMPLIA

93 AMPLIA VII. Etiam † in contumace, qui per annum excommunicatus perstitit, & deinde mortuus est, nam tunc & illius memoria damnari potest, vt per Ægid. Bellamer. *decis.* 677. quem refert & sequitur Clar *in pract. in §. hæresis, num.* 19. *versic. Item de crimine, in fine, versic.* Decian *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 57. *nu.* 6. vbi arguit contra, & argumento respondet.

94 AMPLIA VIII. Quia † quādo damnatur memoria defuncti, Inquisitor eius ossa exhumari faciet, si ab aliis discerni possunt & comburi, Armilla *in verb. Hæresis, nu.* 9. Tabien. *in verbo, Hæreticus, num.* 12. *vers. Erit & tertius effectus*, Simanch. *Cathol. inst. tit.* 4. *rubr. de accusat. nu.* 4. *& tit.* 18. *rub. de defunctis, num.* 8. Clar. *in pract. §. hæresis, nu.* 19. *versic. Et scias*, vbi dixit, quod de Consuetudine Regni Franciæ corpus illius, qui post mortē damnatur de hæresi, brachio seculari traditur, & per brachium seculare comburitur, Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 57. *num.* 5. vbi ex Platina in vita Bonifacii VIII. refert, illum Pontificem Hermanni cuiusdam corpus apud Ferrarienses iam 20. annis pro Sancto, cultum exhumari & comburi fecisse, & quod diligenti habita Inquisitione repertum fuit, ipsum fuisse hæreticum, Ioan. à Rojas *singular.* 144. *nu.* 16. Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquisitorum, part.* 3. *Commentar.* 92. *versic. Proceditur vero contra defunctos; folio mihi* 618. *colum.* 1. *in fine, nu.* 38. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, libr.* 3. *quæst.* 4. *rubr. de forma & ordine iudiciario Sancti Officij, nu.* 84. vide *supra, quæst.* 16. *num.* 38.

95 Et † vide etiam in Repertor. inquisitorum *in verbo, Defunctus, versic. Sciendum*, vbi generaliter dixit, quod damnatio memoriæ defuncti hæretici non operatur, vt in eius corpus aliqua exequutio facienda sit, Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst.* 22. *nu.* 4.

96 Imo † & statuam defuncti hæretici seu effigiem cōburi, dixit Ioan. à Rojas *sing.* 134. *nu.* 10. Pegna *in additionibus ad Eymeric. in Direct. Inquisit. part.* 3. *Comment.* 92. *vers. Contra vero fict, & seqq. fol. mihi* 619. *col.* 2. vbi etiam idem dixit, comburendam esse statuam illius, qui in carcere detentus pro hæresi seipsum occidit.

97 AMPLIA IX. Vt † etiam post mortem procedi possit contra instituentes hæredes hæreticos, dixi *supra, quæst.* 190. *nu.* 114.

98 AMPLIA X. Quia † procedi potest contra defunctum hæreticum, ad damnandū eius memoriam, etiam quod dum viueret, esset bonæ famæ, nec alias de hæresi infamatus, vt in Repert. Inquisit. *in verbo, Accusatio, versic. Sed an habeat locum accusatio*, vbi respondet Gloss. *in cap. Ipsa pietas*, 23. *quæst.* 4. contrarium tenenti, per Text. *in c. In primis*, 2. *qu.* 1. vt scil. loquatur, quando post mortem hæretici accusatio institueretur ab hæretico, alias secus, & *in verbo, Hæreticus, vers. Item quæritur, an post mortē.* Gundisalu. *in tract. de hæret. quæst.* 22. *n.* 1. vbi declarat, nisi accusator esset hæreticus, vel alias, quia tunc nō potest procedi contra mortuum, qui, dum vixerit, erat bonæ famæ.

99 LIMITA I. Eandem † propositam regulam, quia inquisitus de hæresi, si processu pendente mortuus fuerit, non per hoc potest eius memoria damnari, nisi fuerit aliunde probata hæresis, hæres enim mortui inquisiti dicitur probasse innocentiam eo ipso, quod non probatur contrarium, secundum Ananiam *in cap. Firmissimè, n.* 6. *extra, de hæreticis*, vbi relatis contrariis in hac sententia residere videtur, & in c. *Si quis Episcopus, nu.* 10. *extra eodem.* Nec dissentire videtur Simanch. *Catholicarum institut. tit.* 62. *rubr. de mortuis, num.* 6. Decian. *in tract. crim. libr.* 5. *cap.* 57. *nu.* 9.

100 Vide † tamen in hoc Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 57. *nu.* 6. *ad fin.* vbi ex Bellamer. Anan. & Simanch. *in locis per eum relatis*, tenet, quod si quis de hæresi suspectus fuerit in vita processatus, & lite pēdente obierit, potest Inquisitor contra hunc defunctum in vita suspectum causam prosequi, & eum condemnare vt suspectum, vel absoluere, & sic non in pœnam pecuniariam, prout etiam dixit Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part.* 2. *nu.* 107. *& seq.*

101 Secus † autem si hæresis probetur, si enim post mortē hæretici potest hæreticus de hæresi accusari & inquiri, & hæresi probata eius memoria damnari, vtiq; multo magis hoc fieri poterit, si pendente accusatione seu inquisitione obierit. Text. est *in c. Accusatus, §. in eo vero casu, de hæreticis, in* 6. in illis verbis: *Non obstante, quod Authore ipso viuente hoc non fuerit, interueniente ipsius morte per sententiam declaratam*, Pegna *in addit. ad Eymer. in Direct. inquisit. par.* 3. *Cōmen.* 92. *vers. Ad primum quidem, fol. mihi* 617. *col.* 2.

102 Non † tamē etiam, quod hæresis fuerit probata, poterit personalis exequutio fieri contra hæreticum mortuum lite pendente, ex allegatis per Gundisalu. *in tract. de hæret. quæst.* 22. *n.* 4. *&* 5. vbi tamen declarat, nisi in loco esset contraria consuetudo seruandi, scilicet cadauera mortuorum in grauibus delictis, de quo dixi *in quæst.*... *nu.*.... & quæ dixi *supra, hac eadem quæst. nu.* 94. *& seqq.*

103 LIMITA II. Quia † ad hoc, vt defuncti hæretici memoria damnari possit, debet de illius hęresi cōstare plene & concludenter, sola autem suspicio nō sufficit, Tabiena *in verbo, Hæreticus, num.* 12. *vers. Quod tamen intellige*, Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Cadauera, nu.* 1. *in fine, & in verbo, Filij, num.* 13. *in fine, & in verbo, Defunctus, versic. Secundo, in fine*, Simanch. *Cathol. instit. tit.* 18. *rub. de defunctis, nu.* 13. *& tit.* 46. *rub. de pœnis, nu.* 77. vbi generaliter dixit, suspiciones quantumuis vehementes morte Reorum extingui, & *in Enchir. tit.* 62. *rubr. de mortuis, nu.* 6. vbi, quod licet Inquisitores possint prosequi causam contra suspectum hæreticum mortuum, causa pendente, non tamen propter suspicionem possunt hæredibus defuncti aliquam pœnam pecuniariam imponere, Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap.* 24. *num.* 2. Decian. *in tract. crimin. libr.* 5. *cap.* 57. *num.* 6. vbi declarat, nisi ante mortem fuisset contra suspectum cœptus processus, quia tunc etiam eo mortuo, pendente processu, Inquisitor causam prosequitur (iuxta ea, quæ dixi *hac eadem quæst. num.* 99. *& seqq.*) *& num.* 15. *& num.* 23. *& nu.* 25. Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part.* 2. *num.* 307. *& seqq.* Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Direct. inquisit. part.* 3. *Comment.* 22. *versic. Et ratio fol. mihi* 617. *col.* 2. *in princip. & versic. Primum itaque. fol. mihi* 618. *col.* 2. *& versic. Obseruandum etiam censeo, fol. mihi* 619. *col.* 1. *& col.* 2. *in princ. versic. In hac causa*, vide *supra, quæst.* 10. *nu.* 40.

104 LIMITA III. In † defensoribus, fautoribus, & receptatoribus hæreticorum, quorum post mortem memoria non damnatur, secundum Ioan. Monach. *in cap. Accusatus, §. Sacerdotes, post num.* 12. *de hæreticis, in* 6. & in etiam Ioan. Andr. *post nu.* 5. *in verbo, Crimine*, & Franch. in *§. si vero, nu.* 2. *versic. Tamen crimen defensorum*, Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Inquisitor, nu.* 27. Repertor. inquisit. *in verbo, Accusatio, vers. Sed an accusatio*, Simanch. *Catholic. instit. tit.* 4. *rub. de accusat. nu.* 5. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 51. *nu.* 37. Gundisalu. *in tract. de hæretic. quæst.* 22. *nu.* 8. Ioan. à Rojas *sing.* 171. *nu.* 7. *& sing.* 34. *n.* 12. Pegn. *in addit. ad Eymer. in Direct. inquis. part.* 3. *Commen.* 92. *versic. Alterum caput, fol. mihi* 617. *fol.* 2. *in fin.* quicquid secus dixerit Ludou. à Paramo *de orig. S. Inquisitionis, lib.* 3. *quæst.* 4. *rubr. de forma & ordine iudiciario S. officij, num.* 84. *versic. Eodem modo dixi etiam supra, quæst.* 10. *nu.* 41.

105 Nunquid † autem contra credentes hæreticorum post eorum mortem possit procedi ad memoriæ damnationem, videtur, quod non, vt in Repert. Inquisit. *in verbo, Credentes, versic. An accusatio habeat locum*, quod ego non credo verum in credentibus erroribus hæreticorum, qui vt hæretici puniendi sunt, vt dixi *supra, quæst.* 182. *nu.* 121. hoc ideo eorum memoriam posse etiam damnari, prout damnatur memoria hæreticorum, verius credo, prout aduertit etiam Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 57. *nu.* 6.

nu.6.in fin. & expressè etiam voluit Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitorum, part. 3. Comment. 92. versic. Cæterum si prædicti, & seqq. fol. mihi 617. col. 2.* vbi loquitur de credentibus erroribus hæreticorum, & etiam de defendentibus eorum errores.

106 LIMITA IV. Quia, † quando defuncti hæretici memoria damnanda est, citandi sunt filii & hæredes ad suscipiendum eius defensionem, quatenus suscipere velint, cum eorum intersit, tum propter conseruationem famæ, tum etiam propter confiscationem bonorum, Calderin *in tractat. de hæreticis, rubr. de iis, qui fuerunt consolati ab hæreticis, num. 1. versic. In secundo Concilio, & in rubr. de materia processuum Inquisitionis, nu. 13.* Zanchin *in tract. de hæreticis, cap. 24. nu. 3.* Tabiena *in summ. in verbo, Hæreticus, nu. 2. versic. Et inquisitor volens inquirere,* Vmbert. Locat. *in iudiciali inquisitorum, in verbo, Cadauera, num. 2. & 4. & in verbo, Filij, nu. 14. & 15. & post iudicial. inquisitor. quæst. 3. versic. Citandi enim sunt,* Repert. Inquisit. *in verbo, Citatio, versic. An quando proceditur contra defunctum, & in verbo, Hæredes, versic. Secundo,* & ibi Mandos. *in additionibus, lit. B.* Simanch. *Catholicarum institutionum tit. 18. rubr. de defunctis, num. 15. & titul. 29. rubr. de Filiis, & minoribus, nu. 21. & tit. 52. rubr. de procuratoribus, num. 5. & in Enchiridion tit. 43. rubr. de procuratoribus, nu. 3.* vbi amplius, quod filii & hæredes defuncti inquisiti de hæresi admittuntur ad illas defensionem, etiam per Procuratorem, de quo particulariter dixi *supra, hac eadem quæst. num. 83.* & *in eodem Enchirid. tit. 62. rubr. de mortuis, num. 8. & tit. 63. rubr. de filiis hæreticorum,* vbi declarat, nisi Pater pertinax vel plenè confessus decessisset: vtroque enim casu non admitterentur filiorum defensiones & probationes, vt ibi per eum, Decian. *in tract. crim. libr. 5. cap. 57. num. 8.* vbi hæc conclusio pluribus modis ampliatur, primo, vt citandi sint filii, hæredesque mortui, etiam quod mortuus fuisset contumax, secundo etiam, quod hæreticus processatus in vita ante mortem fuisset, & personaliter ad sententiam citatus, tertio citandi sint hæredes nedum præsentes, sed etiam absentes, quarto, vt citandi sint hæredes etiam incerti, ex Bellamer. quem allegat *in decis. 688. & sequ.* Ioan. à Rojas *singul. 134. nu. 11.* Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitor. parte 3. Comment. 92. versic. Hæc accusatio, & sequ. fol. mihi 618. col. 2. & versic. Cum reus moritur, fol. 619. etiam col. 2.* dixi *supra, quæst. 10. nu. 83.*

107 Et † defuncti innocentiam in crimine hæresis, quæ in animo consistit, difficiliter probari posse dixerit Repertor. inquisitorum *in verbo, Defunctus, versic. Conuincitur defunctus, & in verbo, Probationes, versic. In crimine hæresis difficile innocentia posset probari,* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 22. nu. 2. versic. Sed in crimine hæresis.*

108 LIMITA V. Quia † quando memoria defuncti hæretici damnatur, quilibet ad illum defendẽdum admittitur, secundum Alberic. qui pluribus hanc probat sententiam, & contrariis respondet *in rub. C. de hæreticis, nu. 15. & 16.* Henric. Boich *in cap. Si quis Episcopus, nu. 8. in fine, extra, de hæret.* Archidiacon. *in cap. Filij, post princ. ante nu. 1. de hæreticis, in 6.* Mandos. *in additionibus ad Repert. inquisit. in verbo, Hæredes, litera B.* Simanch. *Cathol. instit. tit. 18. rubr. de defunctis, num. 15. & nu. 17.* vbi amplius, quod si nemo defensor apparuerit, iudex idoneum defensorem eligere debet, & *in Enchiridion tit. 62. rubr. de mortuis, num. 8.* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 22. nu. 9.* vbi declarat, & *nu. 10.* vbi etiam declarat, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 37. num. 31. & cap. 57. nu. 10.* vbi amplius, quod citandi sunt per edicta omnes, qui prætendunt defendere defunctum, & si nullius appareat, iudex ex officio debet dare defensores, ex Simancha *in loco præallegato, & n. 17.* vbi, quod debent per tres citationes affixas valuis Ecclesiæ citari quicunque prætenderent defendere memoriam defuncti, Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio inquisitor. parte 3. Comment. 92. versic. De termino elapso,* vbi idem dixit, & *versic. Illud præterea quæsitum est, folio 619. col. 1.*

Contrarium, † quod quando damnatur memoria defuncti, ad illius defensionem non admittantur extranei, sed solum filii & hæredes, voluisse videtur Ioan. à Rojas *singul. 39.* 109

SVBLIMITA † hanc quintam limitationem, nisi defunctus in vita de hæresi suspectus vel diffamatus fuisset, quia tunc nedum extranei, sed nec etiam filii ad illum defendendum admittuntur, ad text. *in cap. Filij, de hæreticis, in 6.* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 22. nu. 9. & 10.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 37. nu. 31.* de qua re dixi *supra, quæst. 182. num. 112.* 110

Quam † sublimitationem minime veram putat idem Decian. cum quo & ego sentio, *dict. cap. 27. num. 18.* & quia text. *in dict. cap. Filij, de hæreticis, in 6.* non reiicit generaliter omnem defensionem, sed eam dumtaxat defensionis speciem, quod scilicet mortuus in articulo mortis non sanæ mentis existens, hæreticorum consolationis receperit, ex speciale ratione ibi adducta in textu, & ideo disposita in illa speciali defensione, & ex speciali ratione ibi adducta in textu non debent extendi ad illas defensiones. 111

LIMITA VI. Quia † memoria defuncti hæretici potest damnari intra quinquennium, & non postea, secundum Gloss. (quæ tamen loquitur per verbum, *Fortè*) *in leg. Manichæos, in verbo, Subire, C. de hæretic.* & ibi Azzo *nu. 1.* Salycet. *n. 2. vers. Quæritur Gloss.* Ioan. de Anania *in cap. 1. nu. 4. versic. Potest etiam in isto crimine, extra, de Apostatis.* Addent. ad Archid. *in cap. Filij, in princ. liter. A. de hæreticis, in 6.* Armilla *in verbo, Hæresis, num. 9.* Ioan. à Rojas *in tractat. de hæreticis, part. 1. num. 494.* vbi aliis relatis testatur de Communi, Tabien. *in verbo, Hæreticus, nu. 12. ad finem, versic. Sed quæritur,* vbi, quod licet aliqui dixerint, quod potest damnari memoria defuncti vsque ad viginti annos, alii autem dixerint, quod sine temporis præfixione hoc fieri possit, tutior tamen est opinio, quod non nisi infra quinquennium, Repert. Inquisitor. *in verbo, Confiscatio, versic. An lapso quinquennio, & in verbo, Defunctus, versic. Sed quæro, infra quod tempus,* & ibi Mandos. *in additionibus, lit. D.* Vmber. Locat. *in iudicial. inquisitorum, in verbo, Cadauera, nu. 5.* vbi pariter relatis aliorum opinionibus, hanc opinionem dicit tutiorem, Zanchin *in tract. de hæret. cap. 24. nu. 5.* Balb. *de præscript. part. 2. in 5. part. primæ partis, quæst. 1.* vbi de Communi, Molin. *de instit. & iur. tom. 1. disput. 73. versic. Quarta conclusio,* relatus per Caiet. *in tract. de hæreticis, num. 142. in princ.* Conrad. *in pract. rub. 8. de hæret. num. 15.* Decian. *in tract. crimin. libr. 5. cap. 57. nu. 12.* vbi relatis diuersis opinionibus Doctorum, quorum aliqui infra quinquennium tantum, aliqui infra 20. aliqui infra 30. aliqui infra 40. annos, & aliqui etiam semper, & quandocunq; post annos 40. contra defuncti memoriam agi posse affirmauerunt, concludit veriorẽ & magis communem Doctorum sententiam esse, quod non nisi infra quinquennium agi possit, & ab ista communi non esse recedendum, admonet Martin. del Rio Iesuita *de disquisitionibus magicis, lib. 5. sect. 19. in fine,* & pro hac opinione faciunt Doctores allegati *supra, quæst. 190. nu. 120.* Addo & Iacob. de Graffiis *libr. 2. suarum decision. cap. 11. nu. 11.* 112

Contrarium, † quod etiam post quinquennium defunctus hæreticus accusari possit saltim infra quadraginta annos, voluerunt nonnulli allegati per præallegatos Doctores, quibus addi potest Marian. Socin. *in c. Veniens, nu. 149. de accusat.* Simanch. *Cathol. instit. tit. 18. rubr. de defunctis, num. 14.* vbi testatur de veriori opinione, & *in Enchiridion tit. 62. rubr. de mortuis, num. 7.* Squillacens. *de fide Catholica, cap. 54. num. 2.* Gundisalu. *in tract. de hæreticis, quæst. 22. num. 2. in fine, versic. Præscriptio, & num. 3.* 113

relati

relati per Carer. *in eod. tract. de hæreticis, nu.* 142. *versic. Glossa tamen, & nu.* 93. Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, parte* 2. *nu.* 193. *& seqq.* vbi relatis Doctoribus hinc inde contrarium tenentibus, hanc secundam opinionẽ magis semper sibi placuisse affirmat, Mascard. *de probation. lib.* 1. *conclus.* 112. *num.* 29. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 10. idem Ioan. à Rojas *sing.* 50. vbi relatis hinc inde Doctoribus contrarium tenentibus, hanc amplectitur sententiam, eamque comprobat ex instructione Hispalens. *ibi* per eum relata, Pegna *in addition. ad Eymeric. in Directorio Inquisitorum, part.* 3. *Commen.* 42. *versic. His ita positis, & pluribus seqq. fol. mihi* 616. vbi pluribus hanc probat sententiam, eamque veram, & in praxi obseruandam esse existimat, & pro hac contraria opinione faciunt Doctores alleg t *supra, quæst.* 190. *nu.* 121. dicentes, ius confiscandi bona hę eticorum ab hæredibus non pręscribi, nisi spatio XL. annorum, Lud. à Paramo *de origine S. inquisitionis, libr.* 3. *quæst.* 4. *rub. de forma & ordine iudiciario S. Officij, nu.* 83. vbi amplius dixit, quod ad damnandum memoriã defuncti hæretici nulla prorsus currit præscriptio.

114 AMPLIA † hanc sextam limitationem, quia sic, & Apostatæ memoriam non posse damnari vltra quinquennium, voluit Glossa (quæ tamen loquitur per verbum, *Fortè*) *in l. Manichæos, in verbo, Subire, C. de hæreticis, & ibi* Azzon *num.* 11. & est Text. *in l. si quis defuncto*, ibi, *Infra iunge quinquennium, C. de Apostatis*, Gloss. *in l. Apostatarum, in verbo, Temporibus, C. eodem*, Azzo. *in dict. l. si quis defuncto*, vbi ponit contra, & contrario respondit Iacobus Buttigar *etiam in summario*, & addentes ad eum Bart. *nu.* 1. Alberic *in princ. & nu.* 1. *& seqq.* vbi de materia, & declarat, licet obscurè, & Salyc. *in summario*, Henric. Boich. *in cap. Si quis Episcopus, nu.* 5. *in fine, versic. Et idem dicant in Apostata, extra, de hæreticis*, Ioan. de Anania *in cap.* 1. *nu.* 4. *versic. Potest etiam de isto crimine, extra, de Apostatis*, Azzo *in summa, de Apostatis, nu.* 2. *versic. Eo mortuo tollitur quinquennio*, Hostiens. *in eadem summa, de Apostatis, §. qualiter puniantur, n.* 3. *versic. Et tamen mortuo tollitur quinquennio*, Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part.* 1. *nu.* 493. Afflict *in Constitutione Regni, de hæreticis & Pacterenis, rub.* 3. *de Apostatibus, nu.* 3. *vers. Sed contra Apostatam mortuum, & in cap.* 1. *eiusdem rub. nu.* 6. Mascard *de probat. lib.* 1. *conclus.* 112. *num.* 30. Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, libr.* 33. *cap.* 18. Menoch. *de arbitr. quæst. col.* 2. *centur.* 6. *casu* 546. *nu.* 14.

115 In † hac contrarietate Doctorum relatorum *supra, in hac sexta limitatione*, vide Baiard. *ad Clar. in §. Hæresis, n.* 27. vbi videtur tenere, quod prima opinio procedat quoad damnationem memorię, vt scilicet non possit defuncti hæretici memoria damnari post quinquennium à die mortis; Secunda autem opinio procedat quoad confiscationem bonorum, vt scilicet, quandocunque post mortem hæretici illius bona possint confiscari, etiam lapso quinquennio, dummodo infra quadraginta annos, & ante Baiard. Felyn. *in cap. Cum nobis, nu.* 52. *de præscrip.* quem refert Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 57. *nu.* 12. *ante medium*. Qua in re vide omnino Pegnam *in addit. ad Eymericum, in Director. Inquisit. Commentar.* 92. *versic. His ita positis, & pluribus seqq. fol. mihi* 616. *& seqq.* vbi & ipse pluribus probat, quod quando agitur de confiscatione bonorum, possit defuncti hæretici memoria damnari, etiam post quinquennium, infra tamen 40. annos, quando vero agitur de imponendis aliis pœnis, tunc defuncti memoria damnari potest, quandocunq; etiam post 40. annos, nulla prorsus obstante præscriptione, & pro hac distinctione vide Martin. del Rio Iesuit. *de disquisitionibus magicis, lib.* 5. *sect.* 19. *in fine*. Nec dissentit Thomas Sanchez *in Præceptis Decalogi, lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 42. Azzor. Iesuita *institut. moral. part.* 3. *lib.* 1. *cap.* 18. *versic. Nihilominus tamen*; Iacob. de Graffiis *libr.* 2. *suarum decisionum, cap.* 11. *nu.* 12. *versic. Et hæc intellige*.

Quæ † quidem distinctio, ni fallor, sicut iure aut ratione non fundatur, ita etiam, nec vllam habet firmitatem, cum confiscatio bonorum veniat accessoriè ad damnationem memoriæ defuncti, vt dixi *hac eadem quæstione, num.* 91. ergo, si non nisi infra quinquennium defuncti hæretici memoria damnari non potest, ita nec etiam confiscari possunt bona. 116

Et † rursus in hac eadem contrarietate reperio etiam Ioan. à Rojas *singul.* 50. distinguentem inter ius Ciuile & Canonicum, vt scilic. prima opinio procedat secundum Ius Ciuile, quando scilicet bona hæreticorum fisco seculari applicabantur, secunda autem de iure Canonico, secundum quod confiscata hæreticorum bona appl cantur Ecclesiæ. 117

Vide † tamen in hac distinctione Pegnam *in additionibus ad Eymericum, in Director. inquisitor. part.* 3. *Comment.* 92. *versic. Verum Panormitanus, fol. mihi* 616. *col.* 1. *in fine, & sequ.* vbi pluribus probat, memoriam defuncti quoad confiscationem bonorum posse damnari, etiam post quinquennium infra 40. annos, siue bona applicentur fisco seculari, siue fisco Ecclesiæ, & quod propterea in hoc ius Ciuile sit omnino correctũ à iure Canonico, & hanc putat veram sententiam, & in praxi obseruandam. 118

Vide † ad materiam huius sextę limitationis, quæ dixi *supra, quæst.* 20. *nu.* 82. *& seqq.* 119

LIMITA VII. Quia † non potest procedi contra defunctum hæreticum ad illius memoriam damnandam, nisi adsint contra eum pleniores & clariores probationes, ita, quod sola suspicio non sufficit, ex allegat. per Simanch. *Cathol. inst. tit.* 18. *rub. de defunctis, num.* 12. *& seq. & num.* 19. & *in Enchirid. tit.* 62. *rubr. de mortuis, num.* 5. Ioan. à Rojas *in tract. de hæreticis, part.* 2. *nu.* 30. vbi, quod contra defunctum, vt procedi possit, requiritur plena probatio ex instructione Hispalens. Granatens. & Madrid. *ibi* per eum relatis. 120

LIMITA VIII. Quia † pœnitentis hæretici memoria non damnatur, vt dixi *supra, quæst.* 193. *nu.* 21. 121

Et † hæc de memoria defuncti hæretici damnanda sufficiant, qua in re scias etiam, quod quando formatur processus post mortem hæretici, processus formabitur, non contra ipsum mortuum, sed cõtra eius memoriam, Vmbert. Locat. *post iudicial. inquisitorum, quæst.* 3. *versic. Sed aduertendum*, Simanch. *Cathol. inst. tit.* 18. *rubr. de defunctis, nu.* 33. & *in Enchirid. tit.* 62. *rubr. de mortuis, num.* 11. vbi remissiue Baiard. ad Clar. *in §. Hæresis, num.* 27. *ad fin.* vbi remissiuè Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 57. *nu.* 17. vbi latè Pegna *in addit. ad Eymer. in Direct. inquisit. part.* 3. *Commentar.* 92. *vers. Ordo procedendi contra hæreticos & pluribus seqq. in discursu fol. mihi* 618. *& seqq.* 122

Et † de forma sententiæ, quando propter hæresim damnatur memoria defuncti hæretici, vide Vmbert. Locat. *in iudic. inquis. in verbo, Sententia, nu.* 38. vbi, quod in isto casu nõ condemnatur defunctus, sed memoria defuncti, & *post iudic. inquisit. quæst.* 3. *versic. Sed aduertendum*, Repert. Inquisit. *in verbo, Sententia, vers. Supra visum est, & seq.* Zanchin. *in tractat. de hæreticis, cap.* 41. *nu.* 3. *& seqq.* Baiard. ad Clar. *in §. Hæresis, nu.* 57. *ad fin.* vbi remissiue, Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 57. *num.* 16. *&* 17. Pegna *in additionibus ad Eymer. in Direct. Inquis. part.* 3. *Comment.* 92. *versic. His ita positis, & seqq. fol.* 619. *col.* 1. *& fol.* 620. *versic. Sed proponamus*, vide *supra, quæst.* 10. *nu.* 39. 123

Et de † forma libelli seu accusationis contra defunctum hæreticum, vide in Repertor. inquisitor. *in verbo, Libellis, versic. Forma libelli, &c.* 124

Et ex his ad laudem DEI, & eius gloriosæ Virginis MARIÆ Matris, hac die 17. Septembris 1614. Anno meæ ætatis 70. sit impositus finis huic Tractatui de Hæresi, in Villa RVFINA TVSCVLANA.

FINIS.

INDEX



INDEX RERVM, VERBORVM, ET SENTENTIARVM,

QVÆ IN HOC TRACTATV DE HÆRESI continentur, locupletißimus.

Index in Tractatum de Hæreſi.

Index in Tractatum de Hæresi.

Index in Tractatum de Hæresi.

Index in Tractatum de Hæresi.

AVDIENS

Index in Tractatum de Hæresi.

BIR-

Index in Tractatum de Hæresi.

Bona

Index in Tractatum de Hæresi.

C.

Carcera-

Index in Tractatum de Hæresi.

Index in Tractatum de Hæresi.

Index in Tractatum de Hæresi.

Condemna-

Index in Tractatum de Hæresi.

Conspiran-

Index in Tractatum de Hæresi.

Credentes

Index in Tractatum de Hæresi.

Index in Tractatum de Hæresi.

D.

annum

Index in Tractatum de Hæresi.

Denuntia-

Index in Tractatum de Hæresi.

Differen-

Index in Tractatum de Hæresi.

Dubius

E.

Ecclesia-

Index in Tractatum de Hæreſi.

Index in Tractatum de Hæresi.

Index in Tractatum de Hæresi.

Excom-

Index in Tractatum de Hæresi.

Index in Tractatum de Hæresi.

Fau-

Index in Tractatum de Hæresi.

Index in Tractatum de Hæresi.

Index in Tractatum de Hæresi.

G.

H.

Index in Tractatum de Hæresi.

Hæresis

Index in Tractatum de Hæresi.

Hæresis

Index in Tractatum de Hæresi.

Index in Tractatum de Hæresi.

Index in Tractatum de Hæresi.

Hæreticos

Index in Tractatum de Hæresi.

Hæ-

Index in Tractatum de Hæresi.

Hære-

IMA-

L.

Index in Tractatum de Hæresi.

N

Index in Tractatum de Hæresi.

Oo 4 Plures

Index in Tractatum de Hæresi.

Pœnam

Index in Tractatum de Hæresi.

Index in Tractatum de Hæresi.

Protesta-

R.

S.

Index in Tractatum de Hæresi.

Index in Tractatum de Hæresi.

Testes

Tradi-

Index in Tractatum de Hæresi.

LAVS DEO VIRGINIQVE MARIÆ.



FRANCOFVRTI AD MOENVM.



Typis Hartmanni Palthenii, sumptibus Hæredum D. Zachariæ Palthenii.

ANNO M. D. C. XIX.